


MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA.

TOMVS ~~VIIII.~~ VII

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

AVSPICIIS
SOCIETATIS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

EDIDIT
GEORGIVS HEINRICVS PERTZ
SERENISSIMO BORVSSIAE REGI A CONSIL. REGIM. INT. BIBLIOTHECAE REGIAE PRAEFECTVS.

SCRIPTORVM
TOMVS VII.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII AVLICI HAHNIANI
MDCCCXLVI.

PJ3
M854

Ita.
17 S '00



TOMO SCRIPTORUM SEPTIMO CONTINENTUR



Chronicis aevi Salici universalibus T. V. VI. scriptorum luci datis quum ad chronica regionum, episcopatuum, monasteriorum, urbium procedendum esset, primo loco chronicon antiquissimum Venetum sub Sagornini nomine venditatum modo vero auctori suo Iohanni diacono restitutum sistimus, quod vere quidem ad scriptores Saxonici aevi pertinet, sed cuius codex autographus nunc tandem ad manus nostras pervenit. Sequuntur excerpta Rodulfi ad res Germaniae facientia, et chronicon Novaliciense ope autographi codicis integritati restitutum, tum Herigeri et Anselmi libri de gestis episcoporum Leodiensium auxilio codicum saeculi XI. emendati. Gundechari librum pontificalem Eichstetensem et anonymum Haserensem cuius antea nonnisi laciniae habebantur integros quantum pro temporum iniuria licet proponimus. Nova Adami Bremensis editio iam diu plurimis votis expetita virorum doctorum desiderio satis

faciet. Gesta episcoporum Cameracensium, Balderico passim tributa, ope codicis autographi correcta et continuationibus atque chronico castri Cameracensis maiore sui parte antea inedito aucta prodeunt. Accedunt chronica monasterii Casinensis post doctorum Italorum curas ope autographi Leonis Marsicani atque aliorum codicum in Germania nostra adservatorum, evolutis quoque passim libris Casinensibus, emendata et aucta. Agmen claudit chronicon episcoporum Hildesheimensium cum continuationibus suis ex libro magnam partem autographo emendatum. Reliqua Salici aevi chronica tomo sequenti reservavimus.

Dabam Berolini in Bibliotheca Regia Kalendis Decembribus a. 1846.

IOHANNIS DIACONI

CHRONICON VENETUM ET GRADENSE.

Antiquissimum Venetorum quod extat chronicon exeunte saeculo decimo inchoatum atque ad annum usque 1008. *perductum, a nonnullis Iohanni Sagornino, fabro ferrario, quod notitiam ab eo profectam ad calcem operis legimus, tribuitur; perperam tamen, quum notitia illa viginti quatuor post librum absolutum annis spatio vacuo inscripta, non chronici auctorem sed codicis fortasse possessorem indicet. Auctor vero, licet nomen suum latere voluerit, non alius fuisse videtur a Iohanne diacono Veneto, Petri Urseoli ducis ministro, quem legationis ad Ottonem III. munus non semel suscepisse, imperatoremque clam Venetias adduxisse*[1] *infra legimus. Cuius legationis historia ita comparata est, ut aut ipsum Iohannem, aut virum ei amicissimum chronicon conscripsisse necesse sit. Fuit igitur vir summae apud suos existimationis, duci deditus ab eoque arcanis regiminis admotus, cuius rei ipsa narratio in historia sui temporis maximi facienda amplum testimonium praebet. Fontibus usus est narrationibus antiquis et legendis sanctorum fabulosis, libris annalibus, quos inter Bedam de sex aetatibus mundi et Paulli diaconi historiam Langobardorum fuisse complura inde decerpta ostendunt, catalogis ducum Venetorum et patriarcharum Gradensium, chartis etiam publicis maiori minorive fide dignis, quas quam plurimas apud Venetos adservatas fuisse ex maxima earum copia hodieque Vindobonae et Venetiis exstante coniicere licet. Quibus subsidiis ita usus est, ut in antiquioribus et rectam temporis computationem et iustum iudicium nonnunquam desideres, in recentioribus plurimum laudes. Primam operi manum admovisse videtur circa annum* 980[2], *deinde codice autographo teste decursu temporis narrationem produxit*[3], *et demum anno* 1008. *stilum deposuit. Scribendi genus ut plurimum simplex et dilucidum, lingua tamen Latina dialectum*

1) eum Iohanni quoque, ducis filio, Constantinopolim pro Maria uxore arcessenda comitem ivisse, Lebret asserit, cuius tamen asserti rationem ignoro.
2) anno 979 Petrum ducem et Warinum abbatem „domnos“ vocat, et catalogus ducum Venetorum chronico Veneto subiectus regnante Tribuno Meni annum et menses quatuor, igitur a. 980, subsistit.
3) vide infra historiam anni 1004, quam ipso tempore, certe ante annum 1007. scriptam fuisse patet.

4 *Venetam*[4] *prodit et compluribus contra grammatices regulas peccatis formisque verborum Italam linguam quasi praemonstrat*[5].

Liber non solum Venetiis inclaruit, sed cis Alpes quoque translatus esse videtur, siquidem saeculo duodecimo chronicon Gradense excerptum, eodem exeunte 6 *quaedam chronici Veneti ab Annalista Saxone decerpta videmus*[6]*; quo tamen tempore autographus codex damnum passus, ultima folia, alteram scilicet chronici Gradensis partem, amisit. Saeculo decimo tertio transscriptus, decimo quarto liber tam chronici Veneti quam Gradensis integer ab Andrea Dandulo, celeberrimo Venetiarum duce, historiae suae adhibitus est et auctoribus librorum de Vitis patriarcharum Aquilegiensium innotuit*[7]*. Posteris quoque saeculis opus* 8 *iterum transscriptum et doctis Venetis*[8] *notum, sed nonnisi anno 1765 Venetiis a Zanettio luci datum, hodie subsidio codicum optimorum iterum prodit. Quos inter primo loco nominandus eminet*

1) C. bibl. Urbinatis in Vaticano numero 440. signatus, membranaceus in 4. maiori, quem a Boehmero nostro evolutum precibus meis V. Cl. Giesebrecht Ph. D. diligentissime exscripsit. Constat quaternionibus quinque, quorum qui hodie primum locum obtinet sed saeculo certe decimo tertio ultimo loco positus fuit, chronicon Gradense, reliqui Venetum exhibent. Utrumque chronicon eadem manu scriptum est, quam in tabula adiecta exprimimus; fol. 22. inde a vocibus Imperatorum Grecorum ratio coegit *scriptor littera paulo minori et magis aequali pergit; folii 27. pars prior vacat, posteriori historia anni 991. littera maiori et atramento magis pallido pergit. Scriptura inde a folio 32* Egressus vero inde leuigradę *minus ampla, folio 35. verso lineis omissis iterum grandescit, et fol. 37. medio* Interea Petrus dux dum sibi pro votis *primarum iterum paginarum scripturam refert. Folio 38. linea sexta chronicon explicit, subiecto pagina posteriori et 39. catalogo ducum Venetorum. Partes paginae vacuas posteriores saeculi XI. scribae chartis duabus et catalogis regum Langobardorum et imperatorum Occidentis a Karolo Magno usque ad Berengarium I, Orientis inde a Iulio Caesare usque ad Probum expleverunt. Codicem autographum esse ipsa scripturae varietas, rerum decursu temporis gestarum seriem comitata, atque saeculi X. exeuntis et XI. characterem prae se ferens comprobat; cuius rei et multa eadem manu eodemque tempore correcta fidem faciunt; pauca posteriore tempore addita, in numeris praecipue, facile distinguuntur. Ordinem paginarum hodie turbatum complura arguunt, tum quod*

4) e. g. *Serzi* = Sergii; *circumscepti, viscere, scita, posce, obscula* = circumsepti, visere, sita, posse, oscula; *consendentes, siphus, iusta, estitit* = condescendentes, scyphus, iuxta, extitit; legitur etiam *dequoritas, quomoda, Veneliquorum, Teutoniquorum* = decoritas, commoda, Veneticorum, Teutonicorum; tum *condam* l. quondam. Littera h passim omittitur, e. g. *illaresco* = hilaresco. Habetur et *mollitur, pallacium, cessar; Vergelensis, Belonensis* = molitur, palacium, cesar; Vercellensis, Bellunensis; *Federicus; Arripdanus, Eripdanus* l. Eridanus. 5) cf. e. g. formas casuum vitiosas *a Ausonia* = ad Ausoniam; *suo sceptrui, episcopati; praeconi* loco praeconis, *illo* = illum, *filia* = filiam, *filium* = filius, *adventum* = adventus, *unus* = unum, *ditatus* = ditatum, *tanti* = tanto, *duci* = ducis, *capacitate* = capacitatem, *subditos* = subditi, *cunctos cleres* = cunctus clerus, *perversos* = perversi, *dies* = die, *multitudine* = multitudo, *Mediolensem rurem* = Mediolanense rus, *patre* = pater; *Gradensem castrum;* formas verborum *diferabatur* l. differebat, *largivit, expugnaturam* l. expugnandam; *vento imperatore, auderet* l. auderent; constructiones verborum ut: *Quem successit Petrus, ab aliquis, ab ipso infortunium, ut* sequente indicativo ubi coniunctivus requirebatur, accusativos absolutos pro ablativis. Mitto *turim* l. turrim, voces aliena significatione usitatas, e. g. *interim* l. donec, *reciprocare* l. repetere, *repetere* l. redire et alia eiusmodi. Adverbia saepius in —ae desinunt. 6) v. Mon. Germ. SS. T. VI. pag. 567. 7) Muratori SS. XVI. pag. 8. et alterius auctore Antonio Bellono ibid. pag. 30. 8) e. g. Flaminio Cornelio, qui anno 1749. in Ecclesia Torcellana pag. 5—11, 15 sqq. fragmenta chronici Gradensis edidit.

1. Chronicon Venetum

fol. 9

Post decessum cui omnis uenetacorum frequentia simul collecta quendam ciuem heraclianae ciuitatis mauricium nomine peritissimum sciantistudio ducato

fol. 37 med.

iam construere fecit. quam non modo marmoreo uerum aureo mirifice comsit ornatu.

tam petrus dux dum sibi puoris potenecuncta subpeditare decernere plus solito sub iusti equitatis censura protingere studebat.

fol. 38 med.

petrus dux et preclarus suus genitor totam sanctae mariae domum et ecclesiam iam pene uetustate consumptam recreare studiosissime fecit.

Quadam die nos tertii sagornino ferrariensis simul cum cunctis meis parentibus huius conuentum a tempore domni petri barbolani ducis et frequebat nobis suoque gastaldio qui in arte ferri labo

W. Giesebrecht Dr. scripsit

2. Glaber Rodulfus. C. Paris.

fol. 6

Contigit igitur ipso in tempore ut idem imperator subgerente ipso pontifice quam aliis quibusque zelum profectus religionis domus dei gerentibus quosque in beati pauli ecclesia nomine ten

fol. 31

Et ipse per modicum non ut pastor ouium sed ueluti mercennarius in fugam uersus delituit; Que omnia dum prolata fuissent romano pontifici suggestum est

G. Waitz scr.

3. Herigerus et Anselmus.

Cod. Paris. Suppl. Lat. 812 fol. 109

sione compesceret. Quorum magna pars in paludibus siue rupibus firmissima sibi receptacula communierant. quibus freti aliena peruicutum predia usur pauerant. incolas possessione priuatos intolerabili seruitium addixerant. in hac uero belli tempestate quanto libius. tanto latius in omnem circa regionem uastiati mucrone deseuiebant. Hec nempe oppidula multis ante

G. Waitz scr.

Cod. Guelferbyt. sec. XI fol. 49'

aliis mihi inquam karitatis tue muni quod fide ... securitate. maxime autem sincere ... amicitie presumptione. Magna uenia indulsi ... amicitie contemplatio supplet et placere multa sepe rerum copia suppeditat. Vnde licet uerear ne ... munerum par nequeam esse. deficientis culpa ... tamen cum tua spero beniuolentia fit omne ... atur et potius quam creatori deseruire. Quid dominus occidentales partes apostolis Petro et Paulo dignatus est ... — Ut

Hoc inquam frustra occidui partibus pendens in cruce specialibus beniuolentissimum dignatus est obtutum intendere. quas uoluit tantis doctoribus ... Petro uidelicet cum paulo apostolicis principibus ut geminis luminaribus illustrare. ... post plurima ... documentorum insignia de-

Rud. Köpke scrips.

Mon. Germ. SS. T. VII Tab. I ad pag. 2

Steind. v. J. G. Schwab Bonn

4 *Venetam*[4] *prodit et compluribus contra grammatices regulas peccatis formisque verborum Italam linguam quasi praemonstrat*[5].

Liber non solum Venetiis inclaruit, sed cis Alpes quoque translatus esse videtur, siquidem saeculo duodecimo chronicon Gradense excerptum, eodem exeunte
6 *quaedam chronici Veneti ab Annalista Saxone decerpta videmus*[6]*; quo tamen tempore autographus codex damnum passus, ultima folia, alteram scilicet chronici Gradensis partem, amisit. Saeculo decimo tertio transscriptus, decimo quarto liber tam chronici Veneti quam Gradensis integer ab Andrea Dandulo, celeberrimo Venetiarum duce, historiae suae adhibitus est et auctoribus librorum de Vitis patriarcharum Aquilegiensium innotuit*[7]*. Posteris quoque saeculis opus*
8 *iterum transscriptum et doctis Venetis*[8] *notum, sed nonnisi anno 1765 Venetiis a Zanettio luci datum, hodie subsidio codicum optimorum iterum prodit. Quos inter primo loco nominandus eminet*

1) C. bibl. Urbinatis in Vaticano numero 440. signatus, membranaceus in 4. maiori, quem a Boehmero nostro evolutum precibus meis V. Cl. Giesebrecht Ph. D. diligentissime exscripsit. Constat quaternionibus quinque, quorum qui hodie primum locum obtinet sed saeculo certe decimo tertio ultimo loco positus fuit, chronicon Gradense, reliqui Venetum exhibent. Utrumque chronicon eadem manu scriptum est, quam in tabula adiecta exprimimus; fol. 22. inde a vocibus Imperatorum Grecorum ratio coegit *scriptor littera paulo minori et magis aequali pergit; folii 27. pars prior vacat, posteriori historia anni 991. littera maiori et atramento magis pallido pergit. Scriptura inde a folio 32* Egressus vero inde leuigradę *minus ampla, folio 35. verso lineis omissis iterum grandescit, et fol. 37. medio* Interea Petrus dux dum sibi pro votis *primarum iterum paginarum scripturam refert. Folio 38. linea sexta chronicon explicit, subiecto pagina posteriori et 39. catalogo ducum Venetorum. Partes paginae vacuas posteriores saeculi XI. scribae chartis duabus et catalogis regum Langobardorum et imperatorum Occidentis a Karolo Magno usque ad Berengarium I, Orientis inde a Iulio Caesare usque ad Probum expleverunt. Codicem autographum esse ipsa scripturae varietas, rerum decursu temporis gestarum seriem comitata, atque saeculi X. exeuntis et XI. characterem prae se ferens comprobat; cuius rei et multa eadem manu eodemque tempore correcta fidem faciunt; pauca posteriore tempore addita, in numeris praecipue, facile distinguuntur. Ordinem paginarum hodie turbatum complura arguunt, tum quod*

4) e. g. *Serzi* = Sergii; *circumscepti, viscere, scita, posce, obscula* = circumsepti, visere, sita, posse, oscula; *consendentes, siphus, iusta, estitit* = conscendentes, scyphus, iuxta, extitit; legitur etiam *dequoritas, quomoda, Venetiquorum, Teutoniquorum* = decoritas, commoda, Veneticorum, Teutonicorum; tum *condam* l. quondam. Littera h passim omittitur, e. g. *illaresco* = hilaresco. Habetur et *mollitur, pallacium, cessar; Vergelensis, Belonensis* = molitur, palacium, cesar; Vercellensis, Bellunensis; *Federicus; Arripdanus, Eripdanus* l. Eridanus. 5) cf. e. g. formas casuum vitiosas *a Ausonia* = ad Ausoniam; *suo sceptrui, episcopati; praeconi* loco praeconis, *illo* = illum, *filia* = filiam, *filium* = filius, *adventum* = adventus, *unus* = unum, *ditatus* = ditatum, *tanti* = tanto, *duci* = ducis, *capacitate* = capacitatem, *subditos* = subditi, *cunctos cleres* = cunctus clerus, *perversos* = perversi, *dies* = die, *multitudine* = multitudo, *Mediolensem rurem* = Mediolanense rus, *patre* = pater; *Gradensem castrum;* formas verborum *diferabatur* l. differebat, *largivit, expugnaturam* l. expugnandam; *vento imperatore, auderet* l. auderent; constructiones verborum ut: *Quem successit Petrus, ab aliquis, ab ipso infortunium, ut* sequente indicativo ubi coniunctivus requirebatur, accusativos absolutos pro ablativis. Mitto *turim* l. turrim, voces aliena significatione usitatas, e. g. *interim* l. donec, *reciprocare* l. repetere, *repetere* l. redire et alia eiusmodi. Adverbia saepius in —ae desinunt. 6) v. Mon. Germ. SS. T. VI. pag. 567. 7) Muratori SS. XVI. pag. 8. et alterius auctore Antonio Bellono ibid. pag. 30. 8) e. g. Flaminio Cornelio, qui anno 1749. in Ecclesia Torcellana pag. 5—11, 15 sqq. fragmenta chronici Gradensis edidit.

1. Chronicon Venetum

fol. 9

Post discessū cui omīs uenetucorū frequentia simul collecta quendā ciuē
hera clianæ ciuitatis mauriciū nomine p̄stissimū sclari studio ducatū

fol. 17 med.

lam construere fecit· quam non modo marmoreo uerū
auro mirifice comsit ornatu·

inā petrus dux oūsibi puoris potene cuncta sub peditare decernere plus solito sub
uēhi eq tatis censura pptm regere studebat·

fol. 38 med.

petrus dux & preclarus suus genitor totū scā mariæ domū ecclam
iam pene uetustate consūptā recreare studiosissime fecit·

Quadā die nos cōtis sagornino ferrar Insimul cū cunctis meis parentib· Iuuniī conuenim adtē
pore dompni petri barbolani ducis. & sequebat nos suoq· gastaldio· q̄ tīnaitte ferrū labo

W. Giesebrecht Dr. scripsit

2. Glaber Rodulfus C. Paris.

fol. 6

Contigit igitur ipso in tēpore ut idem imperator subgerente ipso pontifice quā aliis quib;q·
dum profectus religiosus domus dī gerentib; quosq· in beata pauli ecclā nomine eē

fol. 31

Et ipse p̄modicū n̄ ut pastor ouium sed ueluti mercennarius infugam
uersus delituit; Que omia dū plata fuissent romano pontifici suggestū ē

G. Waitz scr.

3. Herigerus et Anselmus

Cod. Paris. Suppl. Lat. 812 fol. 109

sione cōpesceret· Quoz magna pars ipaludib; siue rupib; firmissima
sibi recepticula cōmunierant· qb; freti aliena peruasū p̄da usur
pauerant· icolas possessione puatos itolerabili seruituti addixerant.
in hac ū belli tēpestate q̄nto libius· tanto latius iomēm circa regio
nē iusturatī mucrone deseuiebant· hec nēpe opidula multis ante

G. Waitz scr.

Cod. Guelferbyt. sec. XI fol. 49'

alius· nisi inquā karitati tuę muni q̄d de eminentię securitate·
maxime aūt suscepti amicitię p̄sumptione· Magna xenia iudsli
callum opisculi su amicicię cōtēplatio supplet· Iplacere multa
sepe reri īcopia suppeditat· Vnde licet uerear ne di ip'ato
muneri pat nequeā eē· deficientis culpa in adhortantis cedat
iniuriā· tam cū tua spectā beniuolentiā· sic omē p nū rfac-

atur ę poti' quā creatori deseruire· Qd ad ds occidentale Spar-
tes aplis Petro u paulo dignat ē ue-trare· - ui
Hoc inquā frustra occiduis partib' pendens in cruce speciali benig-
nissimū dignat est obtutu intendere· quas uoluit tantis doctorib'
Petro uidelicet cū paulo aplicę principib' ut geminis lāpadib'
illustrare· Et ui post plura ut tutū idocumētā insignia de-

Rud. Köpke scripsit

Steindr. v. J. G. Schwab Hann.

longe potior libri pars, scilicet chronicon Venetum, primum locum occupasse iudicari potest, tum institutio codicum ex nostro descriptorum, in quibus chronicon Gradense ultimum locum occupat; nec minimum argumentum est, quod si ita autographum quoque antiquitus compactum fuisse statuas, iactura priorum et ultimarum paginarum, initii chronici Veneti et alterius partis chronici Gradensis, facilius explicatur. Nec adversatur conditio codicis; quum hodiernus quaternionum ordo ciphris prodentibus recenti tempore institutus sit, et prima ultimi quaternionis pagina, quae una numero antiquo X. signatur, ita detrita sit, ut eam primam totius chronici quondam fuisse facile coniicias.

Ex Urbinate transscriptus est

2) *codex Vaticanus numero* 5269 *signatus membranaceus in* 8vo *maiori, et saeculo XIII. intra annos scilicet* 1237 *et* 1261 *exaratus. Habentur ibi fol.* 1—40 *chronicon Venetum, fol.* 41—48 *chronicon Gradense, fol.* 49—96 *Gesta pontificum Romanorum usque ad Gregorium II, quibus olim Lucas Holstenius usus est*[9], *fol.* 97—99 *catalogus imperatorum Occidentis et Orientis usque ad Balduinum I. productus. Liber amissam codicis Urbinatis partem priorem servavit, qua V. Cl. Giesebrecht in textu corrigendo usus est.*

3) *C. olim Apostoli Zeni, postea bibliothecae Praedicatorum*[10], *iam vero in bibliotheca Divi Marci Venetiis inter libros manuscriptos classis X. numero* 141. *signatus, referente Koepkio nostro membranaceus in folio, pulchra saeculi XIV. exeuntis vel XV. ineuntis manu exaratus est. Originem ex Vaticano ductam lectiones indicant. Usui fuit Zanettio, qui in editione sua textum male inde descriptum expressit, variasque nonnullas Urbinatis et Vaticani codicum lectiones margini adscripsit, quas ex utriusque.*

4) *apographo in usum Marci Foscareni Venetorum ducis, dum legatus Romae morabatur, confecto se sumsisse scribit. Quod quidem apographum veram codicum lectionem minime expressit, prout ipsis iterum iterumque evolutis Giesebrechtus perspexit, quare lectionem nostram a notis Zanettii marginalibus haud raro discrepare noveris. Apographum hoc nuper in catalogo bibliothecae Foscarinae laudatum*[11], *in bibliothecam Caesaream Vindobonensem transiit*[12].

4*) *Editione nostra iam absoluta, beneficio Leopoldi Ranke, clarissimi historiae in universitate regia Berolinensi professoris, uti licuit apographo apparatus critici a P. Pellegrino a.* 1806 *in usum editionis novae congesti. Constat textu Zanettiano, adnotatis in margine lectionibus codicum* 3, 2, 1; *praefatione, qua Zanettii incuriam exponit, et novae editionis subsidia, codicem scilicet Venetum fundamenti loco positum et Vaticani utriusque apographum curante Borgia sibi transmissum, recenset; adnotationibus criticis et historicis locos a Zanettio praetermissos complexis; chronico Gradensi ex codice Veneto usque ad Primogenii patriarchae electionem producto, et indice clericorum atque laicorum qui in chronico Veneto occurrunt. Unde locos initio a Zanettio praetermissos littera minori exscribendos suscepimus.*

5) *C. bibliothecae principis Barberini N.* 247. *signatus et saeculo XII. exaratus ita inscribitur:* Cronica de singulis patriarchis nove aquileie quae gradensis ecclesia vocatur a tempore domini heliae eiusdem ecclesiae patri-

9) codex minor. 10) Cornelii Eccl. Torcell. p. 5. 11) Archivio storico Italiano V. p. 283. 12) Alius de quo spem quandam conceperamus codex saeculo XI. adscriptus, Mediomontanus, quem nuper apud V. Ill. Thomam Phillipps Equitem evolvimus, ex editione Zanettiana descriptus est, ideoque in calculum venire non potest.

archae. *Exhibet in quatuor membranae plagulis chronici Gradensis excerpta hoc initio:* Temporibus tyberii constantini augusti helias patriarcha aquileiensis in gradensi castro ecclesiam sanctae eufemiae fabricari praecepit; *et ultra quod in codicibus* 1—4 *extat catalogum archiepiscoporum Gradensium usque ad Ursum II. producit, qui a.* 1012. *cathedrae admotus, eam* 37 *annis occupavit. Eam igitur chronici partem codicis huius beneficio restituere licet. Nam quum chronicon Venetum usque ad a.* 1008. *procedat, nonnisi annos Vitalis qui circa a.* 1012. *obiit et Ursi successionem a succedente quodam scriba addita coniicias. Ceterum codice nostro iam Ughellus in Gradensibus patriarchis, et apographum Philippi a Turre nactus Io. Fr. Bernardus Maria de Rubeis in* 13 *Monumentis ecclesiae Aquileiensis usi sunt*[13]*; nostrum in usum V. Cl. Roestell, publicus iuris in universitate regia Berolinensi professor, dum ante viginti annos Romae degebat, codicem iterum exscripsit, et varias*

6) *codicis Vaticani N.* 3922. *eadem excerpta exhibentis lectiones annotavit.*

Quibus subsidiis adiuti, editionem nostram ita instituimus, ut codice 1. *fundamenti loco posito, lacunas eius auxilio codicis* 2. *expleremus, et chronici Gradensis partem alteram, qualis in codice* 5. *extat, aliquot locis ope chronici Andreae Danduli emendatam subiiceremus. Lectiones codicum minoris momenti et editionis Zanettianae raro tantum indicandas censuimus.*

CHRONICON VENETUM.

Siquidem Venetiae duae sunt. Prima est illa quae in antiquitatum hystoriis continetur, quae a Pannoniae terminis usque ad Adda fluvium protelatur; cuius et Aquilegia civitas extitit caput, in qua beatus Marcus euangelista divina gratia perlustratus, Christum Iesum dominum praedicavit. Secunda vero Venetia est illa quam apud insulas scimus, quae Adriatici maris collecta sinu interfluentibus undis positione mirabili, multitudine populi feliciter habitatur[a]. Qui videlicet populus, quantum ex nomine datur intellegi et libris annalibus comprobatur, ex priori Venetia ducit originem. Quod autem in insulis maris inhabitat, haec causa fuit. Winulorum[b] qui et Longobardorum gens de litoribus oceani partes septemtrionis egressa, cum per multorum bellorum certamina diversarumque terrarum[c] circuitus tandem venisset Pannoniam, ultra iam non audens [Paul. hist. Lang. II, 7.] procedere, sedem sibi in ea perpetuae habitationis instituit. Ubi cum habitasset quadraginta duobus annis, tempore quo Iustinianus gloriosissimus augustus Romanum impe- [ib. c. 1.] rium apud Constantinopolim gubernabat, directus ab eo est Narsis patritius, vir eunuchus, ad urbem Romam, ut exercitus Totilae regis Gothorum, qui Ytaliam devastabat, Deo auxiliante contereret. Qui cum venisset, primum cum Langobardis omnimodam pacem instituit, atque deinde procedens ad bellum, universam Gothorum gentem ipsorumque regem Totilam usque ad internitionem delevit, et universos Italiae fines obtinuit.

[c. 3] Hic Narsis prius cartolarius fuit, deinde propter virtutem patriciatus honorem promeruit. Erat autem vir iustus, in religione catholicus, in pauperibus largus, in recuperandis basilicis satis studiosus, vigiliis et orationibus in tantum [c. 5.] studens, ut plus supplicationibus ad Deum profusis quam armis bellicis victoriam obtineret. Sed cum de spoliis gentium quas contriverat plurimum auri et argenti diversarumque rerum immensas divitias acquisisset, magnam a Romanis, pro quibus multa contra eorum hostes laboraverat, invidiam pertulit. Qui contra eum Iustino augusto, qui Iustiniano in regnum successerat, et eius coniugi Sophiae in haec verba suggesserunt dicentes, quia: *Expedierat Romanis, Gothis potius servire quam Grecis, ubi Narsis eunuchus imperat, et nos servicio premit; et haec noster piissimus imperator ignorat. Nunc ergo aut libera nos de manu eius, aut certe et civitatem Romanam et nosmet ipsos gentibus tradenus.* Cumque hoc Narsis audisset, haec verba breviter retulit: *Si male feci cum Romanis male inveniam.* Tunc augustus in

a) *ita ed.* habitant 2. b) *ita corrigo;* winillorum 2. c) transitionum *ed.*

13) p. 241 sqq.

tantum adversum Narsetem commotus, ut statim in Ytaliam Longinum praefectum mitteret, qui Narsetis locum teneret. Narsis vero his cognitis valde pertimuit, et tantum maxime ab eadem Sophia augusta territus est, ut egredi iam ultra Constantinopolim non auderet. Cui illa inter caetera pro eo quod erat eunuchus ita mandaverat, ut cum puellis in genicio lanarum faceret pensas dividere. Ad quae verba Narsis dicitur haec responsa dedisse, talem se eidem telam orditurum, qualem ipsa dum viveret deponere non posset. Itaque odio metuque exagitatus, in Neapolim Campaniae civitatem secedens, legatos mox ad Longobardorum gentem direxit, mandans ut pauperrimam terram relinqueret et ad Ytaliam cunctis repletam divitiis possidendam veniret. Simulque multitudo pomarum genera, aliarumque rerum species quarum Ytalia ferax est misit, quatinus eorum ad veniendum animos posset allicere. Longobardi legata nuncia et quae ipsi praeoptabant gratanter suscipiunt, deque futuris commodis animos attollunt, et egressi cum Alboin rege suo, Ytaliam possessuri adveniunt. 568.

Eodem tempore Romanam ecclesiam vir sanctissimus Benedictus papa regebat. Aquilegensi quoque civitati eiusque populis beatus Paulus patriarcha praeerat; qui Langobardorum rabiem metuens, ex Aquilegia ad Gradus insulam confugit, secumque beatissimi martiris Hermachorae et ceterorum sanctorum corpora quae ibi humata fuerant deportavit, et apud eundem Gradensem castrum honore dignissimo condidit, ipsamque urbem Aquilegiam-novam vocavit. In quo etiam loco post paucum tempus Helyas egregius patriarcha, qui tertius post Paulum regendam suscepit ecclesiam, ex consensu beatissimi papae Pelagii, facta synodo 20 episcoporum, eandem Gradensem urbem totius Venetiae metropolim esse instituit. Ad cuius roborem[a] Heraclius post haec augustus beatissimi Marci sedem, quam dudum Helena Constantini mater de Alexandria tulerat, sanctorum fultus amore direxit. Ubi et actenus veneratur pariter cum cathedra, in qua beatus martir sederat Hermachoras. P. D. II, 10.

At vero dum essent revoluti anni ab incarnatione Domini quingenti quadraginta[14], Langobardi Venetiam, quae prima provincia est Ytaliae, penetrarent[b]; Vincentiam Veronamque et reliquas civitates, excepto Patavi et Monte Silicis, Opitergio atque Mantua Altinoque, expugnantes cepissent; populi vero eiusdem provintiae penitus recusantes Longobardorum ditioni subesse, proximas insulas petierunt. Sicque Venetiae nomen, de qua exierant, eisdem insulis indiderunt. Qui et actenus illic degentes, Venetici nuncupantur. Heneti vero, licet apud Latinos una littera addatur, graece[c] laudabiles dicuntur. Verum postquam in his insulis futurae habitationis sedem optinere decreverunt, quaedam munitissima castra civitatesque aedificantes, novam sibi Venetiam et egregiam provintiam recreaverunt. Nunc vero singularum nomina insularum necesse est convenienter exprimere. cf Paul hist. Lang. II, 14.

Prima illarum Gradus[15] dicitur; quae dum constat altis moenibus ecclesiarumque copiis decorata, sanctorumque corporibus fulta, quemadmodum antiquae Veneciae Aquilegia, ita et ista totius novae Venetiae caput et metropolis fore dinoscitur.

Secunda namque[16] Bibiones nominatur.

Tertia vero Caprulas[17] vocitatur, ad quam Concordiensis episcopus cum suis, Longobardorum timoratione territus, adveniens, auctoritate Deusdedi papae[18] episcopatus sui sedem inibi imposterum manendam confirmavit et habitare disposuit.

Quarta quidem insula[19] exstat[d], in qua dudum[20] ab Eraclio imperatore fuerat civitas magnopere constructa; sed vetustate consumpta, Venetici iterum illam parvam composuerunt. Postquam autem Opiterine[21] civitas a Rothari rege capta est, episcopus illius civitatis auctoritate Severiani papae hanc Eraclianam petere ibique suam sedem confirmare voluit. 641.

Quinta insula Equilus[22] nuncupatur; in qua dum populi illic manentes episcopali sede carerent, auctoritate divina novus episcopatus ibi ordinatus est.

Sexta insula Torcellus[23] subsistit; quae licet urbium maenibus minime[e] clarescat, tamen aliarum insularum munitione circumscepta, in medio tutissima pollet.

a) roborationem *ed.* b) penetrarunt *ed.* c) greci 2. d) estat 2. e) munita *ed.* f) prae *inserit ed.*

14) immo 568. 15) Grado. 16) Scilicet quae postmodum Bebbe appellata est, ubi longissimo annorum spatio turris praealta perduravit, cuius vestigia et rudera usque in hunc diem aetatem tulerunt, unde Torre delle Bebbe loco nomen inditum. In veteri documento apud me anni 1478. haec habentur: *Item a communi turris Bebbiarum annuatim ad festum natalis gallin. XIV. et ad fest. pascae alias XIV.* Documentum incipit: *Exemplum. Regaliae autem D. Ducis in veteri promissione inventae haec sunt.* ZANETTI. Turrim Bebe ad meridiem Capitis Argilis sitam hic minime innui, ordo narrationis a septentrione meridiem versus procedentis probat; unde insulam inter Gradum et Caprulas olim extitisse patet. 17) Caorle. 18) sedit c. a. 615. 19) Heracliana amplius non exstat. 20) Quo anno Heraclius imp. defunctus est, Rotharis rex Opitergium cepit; igitur ista Heraclianae civitatis historia consistere nequit. 21) Oderzo. 22) Iesulo. 23 Torcello.

24 Septima insula Morianas[24] vocitatur.

Octava quidem insula Rivoaltus[25] subsistit. Ad quam ad extremum licet populi ad habitandum confluerent, tamen ditissima et sublimata[f] omnibus manet; quae non solum ecclesiarum seu domorum decoritate ostentatur, verum etiam ducatus dignitatem atque episcopati sedem habere et possidere videtur.

Nona insula Metamaucus[26] dicitur, quae non indiget aliqua urbium munitione, sed pulchro litore paene ex omni parte cingitur; ubi auctoritate apostolica episcopalem sedem populi habere consecuti sunt.

27 Decima vero insula Pupilia[27] manet.

Undecima Minor Clugies[28] dicitur; in qua monasterium sancti Michaelis situm[a] est.

Duodecima insula Clugies[29] Maior nuncupatur.

30 Est etiam in extremitate Venetiae castrum quod Caput Argilis[30] dicitur. Sunt etenim apud eandem provintiam quam plurimae insulae habitabiles.

P. D. III, 11. Per hec tempora apud Constantinopolym, ut supra premissum est, Iustinus minor regnavit. Vir in omni avaritia deditus, contemptor pauperum, senatorum spoliator. Cui tanta fuit cupiditatis rabies, ut archas iuberet ferreas fieri, in quibus ea quae rapiebat auri talenta congereret; quem etiam ferunt in heresim Pelagianam dilapsum. Hic cum a divinis mandatis aurem cordis averteret, iusto Dei iudicio ammisso rationis intellectu amens effectus est. Hic Tyberium[b] cesarem adscivit, qui eius palacium vel singulas provincias gubernaret; hominem iustum, utilem, strenuum, sapientem, elemosinarium, in iudiciis aequum, in victoriis clarum, et quod his omnibus supereminet verissimum christianum. Hic cum multas de thesauris quos Iustinus aggregaverat pauperibus erogaret, Suffia augusta frequentius eum increpabat, quod rem publicam redigisset in paupertatem, dicens: *Quod ego multis annis congregavi, tu intra paucum tempus prodige dispergis.* Agebat[c] autem ille: *Confido in Domino, quia non deerit pecunia fisco nostro, tantum ut pauperes elemosinam accipiant aut captivi redimantur. Hic est enim magnus thesaurus, dicente Domino: Thesaurizate vobis thesauros in caelis, ubi neque erugo neque tinea corrumpit, et ubi fures non effodiunt nec furantur". Ergo de his, quae Dominus tribuit congregemus thesauros in caelo, et Dominus nobis augere dignabitur in saeculo.* Igitur Iustinus cum 11 annis regnasset, amentiam, quam incurrerat, tandem cum vita finivit. Bella sane quae per Narsetem patricium Gothis vel Franchis illata per anticipationem diximus, huius temporis gesta sunt. Denique et cum Roma temporibus Benedicti papae, vastantibus omnia per circuitum Longobardis, famis penuria laboraret, multa milia frumenti navibus ab Egipto dirigens, eam suae studio misericordiae revelavit[d].

c 12. Mortuo igitur Iustino, Thiberius Constantinus, Romanorum regum quinquagesimus, sumpsit imperium. Hic cum, ut superius diximus, sub Iustino adhuc caesare palacium regeret, et multas quotidie elemosinas faceret, magnam ei Dominus auri copiam subministravit. Nam deambulans per palacium, vidit in pavimento domus tabulam marmoream in qua erat crux dominica sculpta, et ait: *Cruce Domini frontem nostram et pectora munire debemus, et ecce eam sub pedibus conculcamus!* Et dicto citius iussit eam tabulam auferri. Deffossamque tabulam et erectam, inveniunt subter et aliam hoc signum habentem. Qui et ipsam iussit auferri. Qua amota reperiunt et tertiam, iussuque eius cum fuisset ablata, inveniunt magnum thesaurum habentem supra mille auri centinaria, sublatumque aurum pauperibus adhuc habun-

c. 23. dantius quam consueverat largitur. Defuncto vero Paulo patriarcha, qui ecclesiam Gradensem rexerat annos 12, huic

c. 12. successit Probinus. Narsis quoque patricius Ytaliae cum in quadam civitate intra Ytaliam domum magnam haberet, cum multis thesauris ad supra memoratam urbem advenerat, ibique in domo sua occulte cysternam magnam fodit, in qua multa milia centenariorum auri argentique reposuit. Interfectisque omnibus consciis, uni tantumodo seni hec iuramentum ab eo exigens commendavit. Defuncto vero Narsete supradictus senex ad Tiberium cesarem veniens dixit. *Si mihi*, inquit, *aliquid prodest, magnam rem tibi cesari dicam.* Cui ille dixit: *Quid vis? Proderit enim tibi, si quod nobis profuturum esse narraveris. Thesaurum*, inquit, *Narsis reconditum habeo, quod in extremo vitae potius celare non possum.* Tunc cesar Tyberius gavisus, mittit usque ad locum pueros suos; praecedente vero sene, hi secuntur attoniti. Pervenientesque ad cisternam, deopertam ingrediuntur. In qua tantum auri vel argenti repertum est, ut per multos dies vix a deportantibus potuisset evacuari. Quae ille pene omnia secundum suum morem erogatione largiflua dispensavit egenis. Hic cum augustalem coronam accepturus esset, cumque iuxta consuetudinem ad spectaculum cirri populus expectaret: insidias ei preparans Sophia augusta ut Iustinianum Iustini nepotem ad dignitatem imperatoriam sublimaret, ille per loca sancta prius procedens, dehinc vocato ad se pontifice urbis cum consulibus ac praefectis, palacium ingressus, indutus purpura, diademate coronatus, et trono imperiali impositus, cum immensis laudibus in regni est gloria confirmatus. Quod eius adversarii audientes, nihilque ei qui in Deo spem suam posuerat officere valentes, magno sunt confusionis pudore cohoperti. Transactis autem paucis diebus adveniens Iustinianus, pedibus se proiecit imperatoris, ob meritum gratiae quindecim ei auri centenaria defferens, quem ille secundum patientiae suae ritum colligens, sic in palacio assistere iussit. Sophia vero augusta, immemor promissionis quam quondam in Tyberium habuerat, insidias ei temptavit ingerere. Procedente autem eo ad villam, ut iuxta ritum imperiale triginta diebus ad vindemiam iocundaretur, vocato clam Iustiniano voluit eum sublimare in regno. Quo comperto, Tyberius cursu veloci Constantinopolim regreditur, apprehensamque augustam omnibus thesauris spoliavit, solum ei victus quotidiani alimentum relinquens, segregatisque pueris eius ab ea, alios de fidelibus suis posuit qui ei parerent, mandans prorsus ut nullus de anterioribus ad eam haberet accessum; Iustinianum vero verbis solummodo obiurgatum, tantum in posterum amore dilexit, ut filio eius filiam suam promitteret, rursumque filio suo filiam eius expeteret. Sed haec res nescio quam ob causam ad effectum minime pervenit. Huius exercitus ab eo directus Persas potentissime debellavit. Victorque regrediens tantam molem praedae cum 20 pariter elephantis detulit, ut humanae crederetur posse sufficere cupiditati.

a) scitum 2. b) tyberim 3. c) *i. e.* aiebat. d) *i. e.* relevavit.

24) Murano. 25) Rialto. 26) Malamocco. 27) Poveglia. 28) Chiozza. 29) De duplici Clugia vide quae adnotavimus in observationibus ad Papyr. Ravenn. editis Venetiis a. 1752. pag. 29. ZANETTI. 30) Capo d'Argine.

Mortuo[31] vero apud Aquilegiam patriarcha Probino, qui ecclesiam uno rexerat anno, eidem ecclesiae sacerdos [P. D. III, 14] Helyas praeficitur, qui haec quae suprascripta sunt ordinavit, domumque sibi a fundamentis [infra p. 44] aedificavit. Etiam dicta corpora sanctorum miro modo collocavit, asserens in synodo supra statutum: *Karissimi fratres, intervenientibus malis nostris, cottidie hostile perpetimur flagellum. Iam pridem ab Atila Unorum rege Aquilegia, civitas nostra, funditus destructa est, et postea Gothorum incessu et ceterorum barbarorum cassata, vix aspirans; sed et nunc Langobardorum infandae gentis flagella' sustinere non potest. Quapropter dignum ducit mansuetudo nostra, si vestrae placet sanctitati, in hunc castrum Gradensem nostram confirmare metropolym.*

Quo dicto omnibus placuit episcopis, et facto libello statutae suae, id est de memorato Calcedonense synodo et de ac ipsa sede subter manibus suis conscripserunt: id est primus Helyas patriarcha; deinde Marcianus episcopus sanctae ecclesiae Opeterginae, Leonianus episcopus Tyborniensis, Petrus episcopus Altinatis, Vindemius episcopus Cessensis[32], Ber- [32] gullus episcopus Patavinae ecclesiae, Iohannes episcopus Celeianae[33], Clarissimus episcopus Concordiensis, Patricius episcopus Emonensis[34], Adrianus episcopus Polensis, Maxentius episcopus Iuliensis[35], Severus episcopus Tergestinae ecclesiae, Solatius episcopus Veronensis, Iohannes episcopus Parentinae ecclesiae, Aaaron episcopus Avonciensis[36], Ingenuus episcopus secundae Retiae, Agnellus episcopus Tridentinae, Vigilius episcopus Scaravaciensis[37], Fontegius episcopus Feltrensis, Martianus episcopus Petenatis, Laurentius pres- [37] byter, et Marinus presbyter, atque Emeritus presbyter provinciales, et ceteri presbyteri tam metropolitani quamque et plebani. Omnes isti suprascripti consentierunt, et omnia in eodem loco confirmaverunt.

Tyberius igitur Constantinus postquam imperium septem rexerat annis, sentiens sibi diem mortis imminere, una [P. D. III, 15.] cum consilio Sophie auguste Mauricium genere Capadocem, virum strenuum, ad imperium elegit, ornatamque suam filiam regalibus ornamentis, ei eam tradidit dicens: *Sit tibi imperium meum cum hac puella concessum. Utere eo felix, memor semper ut equitate et iusticia delecteris.* Hoc postquam dixit, de hac luce ad aeternam patriam migravit, magnum luctum populis de sua morte relinquens Fuit enim summae bonitatis, in elemosinis promptus, in iudiciis iustus, in iudicando cautissimus, nullum despiciens, sed omnes in bona voluntate cômplectens, omnes diligens. Ipse quoque est dilectus a cunctis. Quo defuncto, Mauricius indutus purpura redimitusque diademate, ad circum processit, adclamatisque sibi laudibus largitisque populo muneribus, primus ex Grecorum genere in imperium confirmatus est.

Hoc tempore Mauricius imperator Childeperto regi Francorum quinquaginta milia solidos per legatos suos direxit, [c. 17.] ut cum exercitu super Langobardos irrueret eosque de Ytalia exterminaret. Legati oblatis muneribus pacem cum Childeperto fecerunt. Qui cum ad Gallias remeasset, cognito imperator Mauricius, quia cum Langobardis foedus inierat, solidos quos eidem ob Langobardorum detrimentum dederat repetere cepit; sed ille suarum virium potentia fretus, pro hac re nec responsum reddere voluit.

Denique post Benedictum papam Pelagius Romanae ecclesiae pontifex absque iussione principis ordinatus est, eo [c. 20.] quod Langobardi Romam per circuitum obsiderent, nec posset quisquam a Roma progredi. Hic Pelagius Helye Aquilegensi episcopo, nolenti tria capitula Calcedonensis synodi suscipere, epistolam satis utilem misit, quam beatus Gregorius cum esset adhuc diaconus conscripsit.

Circa hoc fuit, ut diluvii effusione in tantum apud urbem Romam fluvius Tyberis excrevit, ut aquae eius super [c. 23] muros urbis influerent et maximas in ea regiones occuparent. Tunc per alveum eiusdem fluminis cum multa serpentium multitudine draco etiam aquae magnitudine per urbem transiens usque ad mare transcendit. Subsecuta est statim post hanc inundationem gravissima pestilentia, quam inguinariam appellant. Quae tanta strage populi devastavit urbem, ut de inextimabili multitudine vix pauci remanerent. Primumque Pelagium papam, virum venerabilem, perculit et sine mora extinxit. Deinde pastore interempto sese per populos extendit.

In hac tanta tribulatione beatissimus Gregorius, qui tunc levita erat, a cunctis generaliter papa electus est. [c. 24.] Qui dum septiformem letaniam fieri ordinasset, intra unius hore spacium, dum hi Deum deprecarentur, octoginta ex eis subito ad terram corruentes spiritum exalarunt. Septiformis autem letania ideo dicta est, quia omnis Urbis populus a beato Gregorio in septem partibus deprecaturus Dominum est divisus. In primo enim choro fuit omnis clerus, in secundo omnes abbates cum monachis suis, in tertio omnes abbatisse cum congregationibus suis, in quarto omnes infantes, in quinto omnes laici, in sexto universe viduae, in septimo omnes mulieres coniugatae. Ideo autem de beato Gregorio plura dicere ommittimus, quia iam ante aliquot annos eius vitam Deo auxiliante texuimus[38]. In qua [38] quae dicenda fuerant, iuxta tenuitatis nostre vires universa descripsimus. Hoc tempore idem beatus Gregorius Augu- [c. 25.] stinum et Mellitum et Ioannem cum aliis pluribus monachis timentibus Deum in Britaniam misit, eorumque praedicatione ad Christum Anglos convertit.

His diebus cum essent anni ab incarnatione Domini 588, defuncto Helya patriarcha Aquilegensi, post- [588.] quam 15 annos sacerdotium gesserat, sepultus est apud Gradensem metropolim in ecclesia sanctae Eu- [c. 26.] femiae[39]. Quem Smaragdus patricius, veniens de Ravenna in Gradum, per semet ipsum ex basilica extrahens, Ravennam duxit cum aliis tribus ex Hystria episcopis, id est Ioanne Parentino et Severo atque Vendemio, nec non etiam Antonio iam

31) Haec cum chronico Gradensi ad verbum fere conveniunt usque: *loco confirmaverunt.* 3) in Istria. 33) Cilly in Carantanis. 34) Laybach. 35) Castri Iulii in Carniola. 36) fortasse Avronzo prope Cadore. 37) Scarabantiae ad Istrum. 38) Paulus scilicet, non Iohannes. 39) Severi patriarchae nomen excidit.

sene ecclesiae defensore. Quibus comminans exilia atque violentiam inferens, communicare compulit Ioanni Ravennati episcopo trium capitulorum damnatori, qui tempore papae Vigilii vel Pelagii a Romanae ecclesiae describerat[a] societate. Exempto vero anno, e Ravenna ad Gradum reversi sunt, quibus nec plebs communicare voluit, nec ceteri episcopi eos receperunt. Smaragdus patricius a demonio non iniuste correptus, successorem Romanum patricium accipiens, Constantinopolym remeavit. Post haec facta est synodus decem episcoporum in Mariano. Ubi receperunt Severum patriarcham Aquilegensem dantem libellum erroris sui, quia trium capitulorum damnatoribus communicaverat Ravennae. Nomina vero episcoporum qui se ab hoc scismate cohibuerunt, hec sunt: Petrus de Altino clarissimus, Ingenuinus de Sabione, Agnellus Tridentinus, Iunior Veronensis, Horontius Vicentinus, Rusticus de Tarvisio, Fonteius Feltrinus, Agnellus de Acilo, Laurentius Bellunensis. Cum patriarcha autem communicaverunt isti episcopi: Severus Parentinus, Ioannes patricius, Vendemius et Ioannes.

Paul D.IV,4. Hoc anno fuit pestis inguinaria iterum apud Ravennam Gradus et Hystriam nimium gravis, sicut et prius ante
c 26. triginta annos extiterat. Igitur Mauricius augustus, postquam uno et viginti annis rexit imperium cum filiis Theodosio et Tyberio et Constantino, a Focate, qui fuit strator Prisci patricii, occiditur. Fuit autem utilis rei publice, nam sepe contra hostes dimicans victoriam obtinuit. Hunni quoque, qui et Avares appellantur, eius virtute devicti sunt.

c. 33. His diebus defuncto Severo patriarcha, ordinatur in loco eius Ioannes abbas patriarcha in Aquilegia vetere cum
40 consensu regis et Gisulphi ducis. In Gradus quoque ordinatus est a Romanis Marcianus antistes[40].

c. 36. Focax igitur, ut premissum est, extinto Mauricio eiusque filiis, Romanorum regnum invadens, per octo annorum curricula principatus est. Huius secundo anno indictione octava Gregorius papa migravit ad Dominum. Hic rogante papa Bonifacio statuit sedem Romanae et apostolicae ecclesiae caput esse omnium ecclesiarum, quia ecclesia Constantinopolitana primam se omnium ecclesiarum scribebat. Idem alio papa Bonifacio petente, iussit in veteri fano, quod Pantheum vocabatur, oblatis ydolatrae sordibus ecclesiam beatae semperque virginis Mariae et omnium martirum fieri, ut ubi quondam non deorum sed demoniorum cultus agebatur, ibi deinceps omnium fieret memoria sanctorum. Huius tempore prassini et veneti per Orientem et Egyptum civile bellum faciunt, ac sese mutua caede prosternunt. Persae quoque adversus rem publicam gravissima bella gerentes, multas Romanorum provincias et ipsam Ierosolimam auferunt; et destruentes ecclesias sancta quoque prophanantes, inter ornamenta locorum sanctorum vel communium etiam vexillum dominicae crucis abducunt. Contra hunc Focatem Eraclianus, qui Africam regebat, rebellavit; atque cum exercitu veniens, eum regno vitaque privavit, remque publicam Romanam Eraclius, eius filius, regendam suscepit.

Defuncto autem Marciano, qui ecclesiam Gradensem rexerat annos tres, dies quinque, successit Candidianus.

c. 49. His diebus defuncto Heraclio, qui viginti et quinque annos gubernarat imperium, Eraclonas[b], eius filius, cum matre Martina regni iura suscepit, rexitque imperium duobus annis. Quo vita decedente, successit in loco eius Constantinus, germanus eiusdem, alius filius Heraclii, imperavitque mensibus sex.

c. 33. Rursum mense Novembris et Decembris stella cometis apparuit. Candidiano[c] patriarcha quoque defuncto apud Gradus, qui ecclesiam Gradensem rexerat annos quinque, ordinatur patriarcha Epiphanius, qui fuerat primicerius notariorum, ab episcopis qui erant sub Romanis; et ex illo tempore coeperunt esse duo patriarche.

c 49. Mortuo vero iam dicto Constantino filio Heraclii, Constantinus eiusdem filius ad regni dignitatem ascendit, tenuitque regnum annis octo et viginti.

c 50. Circa haec tempora regis Persarum coniunx, nomine Cesara, de Perside exiens, cum paucis suis fidelibus privato habitu propter christiane fidei amorem Constantinopolym venit. Quae ab imperatore honorifice suscepta, post aliquos dies, ut desiderabat, baptismum consecuta et ab augusta de sacro fonte levata est. Quod vir eius Persarum rex audiens, legatos Constantinopolym ad augustum[d] direxit, quatenus eidem uxorem suam redderet. Qui ad imperatorem venientes, verba regis Persarum nunciant, qui suam requirebat reginam. Imperator haec audiens, remque omnino ignorans, eis responsum reddidit dicens: *De regina quam quaeritis fatemur nos nihil scire; praeter quod ad nos hic aliqua mulier privato habitu advenit.* Legati vero responderunt dicentes: *Si placet, nostro conspectui velimus hanc quam dicitis mulierem videre.* Quae cum iussu imperatoris advenisset, mox eam legati conspiciunt, ad eius vestigia provolvuntur, eique venerabiliter, quia eam suus vir requireret, suggesserunt. Quibus illa respondit: *Ite, renunciate regi vestro et domino, quia nisi, sicut ego iam credidi, ita et ipse in Christum crediderit, me iam ultra consortem thori habere non poterit.* Quid multa? Reversi legati ad patriam, universa quae audierant suo regi renunciant; qui nihil moratus cum sexaginta milibus viris Constantinopolym pacifice ad imperatorem venit. A quo gratanter et satis digne susceptus est. Qui cum universis Christum dominum credens, pariter cum omnibus suis sacri baptismatis unda perfusus est, et ab augusto de fonte levatus, catholica fide confirmatus est. Multisque muneribus ab augusto honoratus, accepta sua coniuge, letus et gaudens ad suam patriam repedavit.

602. Anno ab incarnatione Domini sexcentesimo secundo[e] Epiphanius patriarcha mortuus est, qui ecclesiam Gradensem rexit annos 5 et menses 3. Huic successit Cyprianus
P D. V, 6. patriarcha. His diebus Constantinus augustus, qui et Constans est appellatus, Ytaliam a Longobardorum manibus eripere cupiens, Constantinopolym egressus, per littora iter habens Athenas venit, indeque mare transgressus, Tarentum applicuit; qui tamen prius ad solitarium quemdam, qui propheciae spiritum habere dicebatur, adiit, studiose ab eo scissitans, utrum gentem Longobardorum, quae in Ytalia habitabat, superare et obtinere posset. Circa hec namque tempora Cyprianus patriarcha hominem exuit, qui Gradensem ecclesiam rexerat annos viginti quinque, menses tres, dies viginti. Huic successit Primogenitus, Romanae sedis subdiaconus regionarius. Igitur cum servus Dei Constantino augusto spacium unius noctis expetisset, ut pro hoc ipso Dominum supplicaret, facto mane ita eidem augusto respondit: *Gens Langobardorum superari modo ab aliquo non potest; quia regina quaedam ex alia provincia veniens basilicam beati Iohannis baptistae in Langobardorum finibus construxit. Et propter hoc ipse beatus Iohannes pro Langobardorum gente continuo intercedit. Veniet autem tem-*

a) i. *e.* desciverat. b) raclones 3. c) Candidianus 3. d) augustam 3. e) DCXII. PELLEGRIN.

40) *Candidianus antistes* Paulus.

pus quando ipsius oraculum habebitur despectui, et tunc gens ipsa peribit. Quod nos[41] ita factum esse probavimus, qui ante Langobardorum perditionem eandem beati Iohannis basilicam, que utique in loco qui Modicia dicitur est constituta, per viles personas ordinari conspeximus, ita ut indignis et adulteris non pro vitae merito, sed datione praemiorum, isdem locus largiretur.

Igitur, ut diximus, Constantinus augustus cum Tarentum venisset, egressus exinde Beneventiorum fines invasit, Paul D V, 7. omnesque pene per quas gens venerat Langobardorum civitates cepit. Luceriam quoque, opulentam Apulie civitatem, expugnatam fortius invadens diruit et ad solum usque prostravit. Arentiam sane propter munitissimam loci positionem capere minime potuit. Deinde cum omni suo exercitu Beneventum circundedit, et eam vehementer expugnare cepit. Ubi tunc Romald Grimualdi filius adhuc iuvenculus ducatum tenebat. Qui statim ut imperatoris adventum cognovit, nutricium suum nomine Sensualdum ad patrem Grimaldum transportandum direxit, obsecrans ut quantocius veniret, filioque suo ac Beneventanis, quos ipse notriverat, potenter succurreret. Quod Grimoald rex audiens, statim cum exercitu, filio laturus auxilium, Beneventum pergere cepit. Quem plures ex Langobardis itinere relinquentes, ad propria remearunt dicentes, quia expoliasset palatium, et iam non reversurus repeteret Beneventum. Interim imperatoris exercitus Beneventum diversis machinis vehementer expugnabat.* Econtra Romald cum Langobardis fortiter resistebat. Qui quamvis cum tanta multitudine congredi manu ad manum propter paucitatem exercitus non auderet, frequenter tamen cum expeditis iuvenibus hostium castra irrumpens, magnas eisdem inferebat undique clades. Cumque Grimoald eius pater iamque properaret, eumdem nutricium eius, de quo premisimus, ad filium misit, qui ei suum adventum nunciaret. Qui cum prope Beneventum venisset, a Grecis captus, imperatori delatus est; qui ab eo unde adveniret requirens, ille se a Grimoaldo rege venire dixit, eundemque regem citius adventare nunciavit. Statimque imperator exterritus, consilium cum suis iniit, quatinus cum Romaldo pacisceretur, ut Neapolim posset reverti.

Acceptaque obside Romaldi sorore, cui nomen Gisa fuit, cum eodem pacem fecit, eius vero nutritium Sesual- c. 8. dum ad muros duci praecepit, mortem ei minatus si aliquid Romaldo aut civibus de Grimoaldi adventu nunciaret, sed potius asseveraret, eumdem venire minime posse. Quod ille ita se facturum, ut ei praecipiebat, promisit; sed cum prope muros advenisset, velle se Romaldum videre dixit. Qui, cum Romoald citius venisset, sic ad eum locutus est: *Constans esto, domine Romoald, et habens fiduciam noli turbari, quia tuus genitor citius tibi auxilium praebiturus aderit. Nam scias eum hac nocte iuxta Sangrum fluvium cum valido exercitu manere; tantum obsecro ut misericordiam exhibeas cum mea uxore et filiis, quia gens ista perfida me vivere non sinebit.* Cumque hoc dixisset, iussu imperatoris caput eius abscisum atque cum belli machina quam petrariam vocant in urbem proiectum est. Quod caput Romoald sibi deferri iussit et lacrimans osculatus est dignoque in loculo tumulari praecepit.

Metuens igitur imperator subitum Grimoaldi regis adventum, dimissa Beneventi obsidione, Neapolym proficiscitur. c. 9 Cuius tamen exercitum Mitola Capuanus comes iuxta fluenta Caloris fluminis in loco qui usque hodie Pugna dicitur vehementer adtrivit.

Postquam vero imperator Neapolym pervenit, unus ex eius optimatibus, cui nomen Saburrus erat, ab augusto, ut c. 10 fertur, viginti milia militum expetiit, seque cum Romoaldo pugnaturum victoremque spopondit. Qui cum accepto exercitu, ad locum, cui Fornitus nomen est, advenisset ibique castra posuisset, Grimoald, qui iam Beneventum advenerat, haec audiens, contra eum proficisci voluit. Cui filius Romald: *Non est opus*, inquit, *sed tantum partem nobis de exercitu vestro tribuite; ego Deo favente cum eo pugnabo, et cum vicero, maior utique gloria vestrae potentiae adscribetur.* Factumque est; et accepta aliqua parte de patris exercitu, pariterque cum suis hominibus contra Saburrum proficiscitur, qui priusquam bellum cum eo iniret, a quatuor partibus tubas insonare praecepit, moxque super eos audacter irrupit. Cumque utraeque acies forti intentione pugnarent, tunc unus de regis exercitu nomine Amalongus, qui regium contum ferre erat solitus, quendam Greculum eodem conto utrisque manibus fortiter percutiens, de sella super qua equitabat substulit, eumque inter aera super caput suum levavit. Quod cernens Grecorum exercitus, immenso pavore perterritus in fugam convertitur, ultimaque pernicie cesus sibi fugiens, Romaldo et Langobardis victoriam peperit. Ita Saburrus, qui se imperatori suo victoriae tropheum de Langobardis promiserat patrare, ad eum cum paucis remeans ignominiam deportavit. Romald vero, patrata de inimicis victoria, Beneventum triumphans reversus est, patrique gaudium et cunctis securitatem convexit.

At vero Constans augustus, cum nihil se contra Langobardos gessisse conspiceret, omnes sevicie sue minas contra c. 14. suos, hoc est Romanos, retorsit: nam egressus Neapolym, Romam perexit. Cui sexto ab Urbe miliario Vitalianus papa cum sacerdotibus et Romano populo occurrit. Qui augustus cum ad beati Petri limina pervenisset, obtulit ibi palium auro textum, et manens apud Romam duodecim diebus, omnia quae fuerant antiquitus constituta ex aere in ornamentum civitatis deposuit, in tantum ut etiam basilicam beatae Mariae, quae aliquando Pantheum vocabatur, et conditum fuerat in honorem omnium deorum, et ibi per concessionem superiorum principum locus erat omnium martyrum, discoperiret, tegulasque aereas exinde auferet, eosque simul cum aliis omnibus ornamentis Constantinopolym transmitteret. Deinde reversus imperator Neapolym itinere terreno, perexit civitatem Regium. Ingressusque Siciliam per indictionem septimam, habitavit in Syracusa, et tales afflictiones imposuit populo seu habitatoribus vel possessoribus Calabriae, Siciliae, Africae atque Sardiniae, quales antea nunquam auditae sunt, ita ut etiam uxores a maritis, vel filii a parentibus separarentur. Sed et alia multa et inaudita harum regionum populi perpessi sunt, ita ut alicui spes vite non remaneret. Nam et vasa sacrata vel cymilia sanctarum Dei ecclesiarum imperiali iussu et Graecorum avaritia sublata sunt. Mansit autem imperator in Sicilia ab indictione septima usque in duodecimam; sed tandem tantarum iniquitatum penas luit, atque dum se in balneo lavaret, a suis extinctus est.

Interfecto igitur apud Syracusas Constante imperatore, Mezetius in Sicilia regnum arripuit, sed absque orientalis c. 12. exercitus voluntate. Contra quem Ytaliae milites, alii per Hystriam, alii per partes Campaniae, alii vero a partibus Africae et Sardiniae venientes in Syracusas, eum vita privarunt, multique ex iudicibus eius detruncati, Constantinopolym perducti sunt, cum quibus pariter et falsi imperatoris caput est deportatum.

Haec audiens gens Sarracenorum, quae iam Alexandriam et Egyptum pervaserat, subito cum multis navibus c. 13 venientes, Siciliam invadunt, Syracusas ingrediuntur, multamque stragem faciunt populorum, vix paucis evadentibus, qui per munitissima castra et iuga confugerunt montium, auferentes quoque predam nimiam et omne illud quod Constans augustus a Roma abstulerat ornatum in aere et diversis speciebus; sicque Alexandriam reversi sunt.

Anno autem ab incarnatione Domini sexcentesimo quadragesimo[a] septimo Primo- 647. genitus patriarcha ex hac luce migravit, qui ecclesiam Gradensem gubernavit annos 20,

a) *deest* 2.

41) Paulus scilicet.

menses 3[a], dies 7. Huic successit Maximus; cuius tempore Maurus Altinensis episcopus non ferens Langobardorum insaniam, Severini papae auctoritate ad Torcellensem 42 insulam venit[42], ibique suam sedem corroborare et pro futuro manere decrevit. Qui Altinensem ecclesiam gubernavit annos 4, et mortuus est. Huic successit Iulianus episcopus.

Paul D.V,30. Igitur extincto, ut diximus, punitoque qui ei successerat Mezenzio tyranno, Romanorum regnum Constantinus, Constantii augusti filius, suscepit regendum. Sarraceni Siciliam invadunt, et praeda nimia secum ablata, mox Alexan- id. VI, 4. driam redeunt. Agatho papa, ex rogatu Constantini Heraclii et Tyberii, principum piissimorum, misit in regiam Beda de sex aetat. mundi urbem legatos suos, in quibus erat Ioannes Romanae ecclesiae tunc diaconus, non longe post episcopus, pro adunatione facienda sanctarum Dei ecclesiarum. Qui benignissime suscepti a reverendissimo fidei catholicae defensore Constantino, iussi sunt, remissis disputationibus philosophicis, pacifico colloquio de fide vera perquirere. Datis igitur eis de bibliotheca Constantinopolitana cunctis antiquorum patrum, quos petebant, libellis, affuerunt autem et episcopi 150, praesidente Gregorio patriarcha regiae urbis, et Antiochiae Machario; et convicti sunt, qui unam voluntatem et operationem astruebant in Christo, falsasse[b] patrum catholicorum dicta per plurima. Finito autem conflictu, Gregorius correptus est, Macharius vero cum suis sequacibus simul et precessoribus Cyro, Sergio, Honorio, Pyrrho, Paulo et Petro anathematizatus, et in locum eius Theophanius de Sicilia Antiochiae episcopus factus, tantaque gratia legatos catholicae pacis comitata est, ut Iohannes Portuensis episcopus, unus ex ipsis, dominica octavarum pascae missas publicas in ecclesia sanctae Sophiae coram principe et patriarcha latine celebraret. Hec est sexta synodus universalis Constantinopoly celebrata et Greco sermone scripta temporibus papae Agathonis, exequente ac residente piissimo principe Constantino intra palacium suum, simulque legatis apostolicae sedis et episcopis 150 residentibus. Prima enim universalis in Nicea congregata contra[c] Arium 318 patrum temporibus Iulii papae sub Constantino principe; secunda in Constantinopoly 150 patrum contra Macedonium et Eudoxium temporibus Damasi pape et Gratiani principis, quando Nectarius eidem urbi est ordinatus episcopus; tertia in Epheso 200 patrum contra Nestorium Augustae urbis episcopum sub Theodosio Magno principe et papa Celestino; quarta in Calcedone patrum 630 sub Leone papa temporibus Marciani principis contra Euthicen nephandissimum praesulem monachorum; quinta item in Constantinopoly temporibus Vigilii papae sub Iustiniano principe contra Theodorum et omnes hereticos; sexta haec de qua in praesenti diximus. Sancta et perpetua virgo Christi Edildruda, filia Anne regis Anglorum, et primo alteri viro permagnifico et post Hecfrido regi coniux data, postquam 12 annos thorum incorrupta servavit maritalem, post reginam, sumpto velamine sacro, virgo sanctimonialis efficitur. Nec mora, etiam virginum mater et nutrix pia sanctarum, accepto in construendum monasterium loco, quem Eilge vocant. Cuius merita vivacia testatur etiam mortua caro, quae est post 16 annos sepulturae cum veste qua involuta est incorrupta reperitur.

Mortuo quoque Maximo hac tempestate, qui ecclesiam Gradensem gubernavit annos P. D. V, 17. 20, huic successit Stephanus patriarcha. Circa hec tempora Lupus dux Foriulanus in Gradus insula cum equestri exercitu per strata quae antiquitus per mare facta fuerant introivit, et depredata ipsa civitate, Aquilegiensis ecclesiae thesauros exinde auferens reportavit.

VI, 12. Inter haec Constantinus imperator apud Constantinopolym moritur, et eius filius minor Iustinianus Romanorum regnum suscepit, cuius per annos 10 gubernacula tenuit. Hic Africam a Saracenis abstulit, et cum eisdem pacem terra marique fecit. Hic Sergium pontificem, quia in erroris illius synodo, quam Constantinopoly fecerat, favere et subscribere noluit, misso Zacharia prothospatario suo, iussit Constantinopolym deportari. Sed militia Ravennae vicinarumque partium iussa principis nephanda contemnens, eumdem Zachariam cum contumeliis ab urbe Roma et iniuriis pepulit. Iustinianus ob culpam perfidiae regni gloria privatus exul in Pontum secedit. Anno ab incarnatione Domini sexcentesimo septuagesimo secundo Stephanus patriarcha ex hac luce migravit, qui ecclesiam Gradensem rexit annis quinque. Huic Agathon.

c. 13. Contra hunc suprascriptum Iustinianum Leo augustalem dignitatem arripiens, eum regno privavit. Regnumque Romanorum tribus annis regens, Iustinianum exulem in Ponto servavit.

Rursumque Tiberius contra hunc Leonem insurgens, regnum eius invasit, eumque toto quo ipse regnavit tempore in eadem civitate in custodia tenuit.

c. 31. At vero Iustinianus, qui ammisso principatu in Ponto exulabat, auxilio Terebelli Vulgarum regis, regnum rursus recipiens, eos qui se expulerant patricios occidit. Leonem quoque et Tyberium, qui locum eius usurpaverant, cepit, et in medio circo coram omni populo iugulari fecit; Gallicium vero patriarcham Constantinopolytanum, erutis oculis, Romam misit, Cyrumque abbatem, qui eum in Ponto exulem aluerat, episcopum in locum Gallicini constituit. Hoc Constantinum papam ad se venire iubens, honorifice suscepit ac remisit, quem prostratus in terra pro suis peccatis intercedere rogans, cuncta eius ecclesiae privilegia renovavit. Qui cum exercitum in Ponto mitteret ad comprehendum Philippicum, quem ibi relegaverat, multum cum eisdem venerabilis papa prohibuit, ne hoc facere deberent; sed tamen c. 32. inhibere non potuit. Conversus omnis exercitus ad partes Philippici, fecit eum ibidem imperatorem. Reversusque cum eo ad Constantinopolym, pugnavit contra Iustinianum ad duodecimum ab urbe miliarium. Evicto atque occiso Iustiniano, regnum suscepit Philippicus.

Hoc quoque tempore mortuo Agathone patriarcha, qui ecclesiam Gradensem rexerat annos 10, huic successit Christophorus. Circa haec tempora Iulianus Altinensis episcopus mortuus est, qui ecclesiam rexerat annos quadraginta octo. Huic successit Deusdedi episcopus, qui sanctae genitricis ecclesiam devotissime componere variisque marmoribus condecorare perfecerat.

a) IIII. 3. b) *ita corrigo.* Falsa se 3. c) *vox deest in cod.*

42) Ex Dandulo l. VI. c. 7. p. 11. Paulus urbis Altinatis catholicus episcopus cum catholico populo.... in Torcello .... advenit, et ibi primo ..... incolatum elegit, elapsoque mense uno mortuus est. Consentiunt etiam alii. Forte auctor noster ob tam brevem eo loci vitam illum omisit, et a Mauro eius successore (Mauritius a Dandulo, et aliis dicitur) incepit. PELLEGR.

At vero Philippicus, qui et Bardanis dictus, postquam imperiali dignitate confirmatus est, Cyrum, de quo dixe- P. D. VI, 31
ramus, de pontificatu eiectum ad gubernandum monasterium suum Pontum redire precepit. Hic Philippicus Constantino papae litteras pravi dogmatis direxit; quas ille cum apostolice sedis concilio respuit. Et huius rei causa fecit picturas in porticu sancti Petri, quae gesta sex sanctarum synodorum universalium retinent. Nam huiusmodi picturas, cum haberentur in urbe regia, Philippicus iusserat auferri. Statuit populus Romanus, ne heretici imperatoris nomen aut cartas aut figuram solidis susciperent. Unde nec eius effigies in ecclesia introducta est, nec nomen ad missarum solemnia prolatum.

Hic cum annum unum et sex menses regnum gessisset, contra Anastasius, qui et Artemius dictus est, insurgens, eum extra regnum expulit oculisque privavit, nec tamen occidit. Hic Anastasius litteras Constantino papae Romam per Scolasticum, patricium et exarcum Ytaliae, direxit, quibus se fauctorem catholicae fidei et sancti sexti concilii predicatorem se esse declaravit.

Igitur dum apud eandem provintiam[a] populorum multitudine permanerent, tribunis tantummodo maluerunt subesse. Unde factum est, quo spatio centum quinquaginta annorum unoquoque anno ad huius officii fastigium sublimabant, qui illorum causas examinis censura experiri satagerent. Et quoniam omnino patrios fines dolebant a barbaris possidere, maxima inter utrasque partes iurgia versabatur, ita ut inter se vicissim molestias et depopulationes conferre decertarent. Temporibus nempe imperatoris Anastasii et Liuprandi Langobardorum regis omnes Venetici una cum patriarcha et episco- 713–716.
pis convenientes, communi consilio determinaverunt, quod dehinc honorabilius esset sub ducibus quam sub tribunis manere. Cumque diu pertractarent, quem illorum ad hanc dignitatem proveherent, tandem invenerunt peritissimum et illustrem virum Paulitionem nomine; cui iusiurandi[b] fidem dantes, eum apud Eraclianam civitatem ducem constituerunt. Qui tantae fuerat temperantiae, ut aequo moderamine suos diiudicaret. Cum Liuprando vero rege inconvulsae pacis vinculum confirmavit; apud quem pacti statuta, quae nunc inter Veneticorum et Langobardorum populum manent, impetravit. Fines etiam Civitatis novae, quae actenus a Veneticis possidentur, iste cum eodem rege instituit, id est a Plave[43] maiore secundum quod designata loca discernuntur usque 43
in Plavisellam.

Anno incarnationis Domini 717.[c] Christoforus patriarcha ex hac luce migravit. Huic 717.
successit Donatus.

Circa haec tempora Deusdedi Torcellensis episcopus, qui ecclesiam rexerat annis 24, ex hac luce migravit; cui successit Honoratus episcopus.

Theodosius anno 1. Hic electus est, imperatorem Anastasium apud Niceam gravi prelio vicit, datoque sibi sacra- c 36.
mento, clericum fieri ac presbiterum fecit ordinari. Ipse vero ut regnum accepit, cum esset catholicus, mox in regia urbe ymaginem illam venerandam, in qua sanctae sex synodus erat depicta, et a Philippico fuerat deiecta, pristino in loco erexit. Tyberis fluvius alveum suum egressus, multa Romanae fecit exitia civitati, ita ut in Via lata ad unam et semis staturam excresceret, atque a porta sancti Petri usque ad pontem Molvium aque descendentes coniungerent. Mansit autem diebus septem, donec agentibus letanias crebris vicibus decimum diem revertit. His temporibus multi Beda de sex aetat. mundi.
Anglorum gentes, nobiles et ignobiles, viri et feminae, duces et privati, divini amoris instinctu, de Britania Romam venire consueverant. Inter quos etiam reverendissimus abbas Ceolfridus annos natus 74, cum esset presbiter annis quadraginta septem, abbas autem annis 35, ubi Lingonas pervenit, ibi defunctus, atque in ecclesia beatorum geminorum martyrum sepultus est. Qui inter alia donaria quae afferre disposuerat, misit ecclesiae sancti Petri pandente a beato Hieronimo in Latinum ex Hebreo vel Greco fonte translatum.

Eodem tempore mortuo Honorato episcopo, qui Altinensem ecclesiam rexerat annis 7, Vitalis ad regendam suscepit ecclesiam. Leo annis 8. Sarraceni cum immenso exercitu Constantino- P. D. VI, 47.
polym venientes triennio civitatem obsident, donec civibus multa instantia ad Deum clamantibus, plurimi eorum fame, frigore, pestilentia perirent, ac si pertaesi obsidionis abscederent. Qui in die regressi, Vulgarorum gentem, quae est supra Danubium, bello agrediuntur, et ab hac quoque victi refugiunt, ac naves repetunt suas; quibus, cum altum peterent, ingruente subita tempestate, plurimi etiam, mersis sive confractis per littora navibus, sunt necati. Liuprandus c. 48
audiens, quod Saraceni depopulata Sardinia, etiam loca fedarent illa, ubi ossa sancti Augustini episcopi propter vastationem barbarorum olim translata et honorifice fuerant condita, misit, et dato magno precio accepit, et transtulit ea in Ticino, ibique cum debito tanto patri honore recondidit.

Anno ab incarnatione Domini 727. mortuo Paulitione duce apud Civitatem novam, 727.
qui ducavit annis 20, mensibus 6, successit Marcellus dux. Eo quoque tempore Leo imperator migravit a saeculo; cui successerat Constantinus.

Circa haec tempora Donatus patriarcha ex hac luce migravit, qui ecclesiam Gradensem rexit annis 7. Huic successit Antoninus patriarcha.

Eodem quoque tempore praelibato Marcello duce mortuo, qui apud Civitatem novam Veneciae ducatum annis 12 et diebus 20 gubernaverat; cui successit Ursus dux, qui etiam in eadem[d] civitate saepedictum ducatum rexerat annis 11 et mensibus 5. Unde

a) *Zanetti hic ad marginem notam quam* Noster *interpretatur, haberi scribit; sed est signum notissimum et in codicibus* 1. 2. *saepe occurrens:* NOTA. b) cuiusiurandi 2. c) 712. *ed.* d) eadē 2.

43) Piave.

postmodum Venetici illum acri livore interimentes, quinque annorum spatio magistris militum tantummodo subditi manere voluerunt. Primus quorum nomine Leo dicebatur, cuius potestas super eosdem fuit anno 1. Deinde secundus illorum nominabatur Felix cognomento Cornicula, qui similiter illos unius anni spatio rexerat. Exinde tercius magister militum vocitabatur Deusdedi, filius saepedicti Ursonis interfecti ducis, qui etiam unius anni spatio illius potestatis fuerat*. Postmodum quartus ex is habebatur Iubianus nomine Ypatus, qui[a] eiusdem honoris unius anni similiter spatio possessor fuerat. Cuius quoque diebus exarchus Ravennae primas Venetiam veniens, nimiumque
729. Veneticos postulans, quatenus propriam urbem, quam Ildebrandus nepos Liubrandi regis et Paradeus Vicentinus dux captam habuerant, tueri atque defendere eorum auxiliis potuisset. Cuius Venetici faventes petitioni, navali cum exercitu praelibatam Ravennam ad urbem properantes, unus illorum, Ildebrandus[b] scilicet, vivus ab eis captus est; alter vero qui dicebatur Paradeus, occisus dimicando occubuerat. Atque huiusmodi exarcho praelibato primati urbs decenter est restituta. Ob quam rem Gregorius quoque apostolicus urbis Romae tota aviditate saepedictae urbi subveniendo, propriam epistolam quae inferius legitur Antonino Gradensi patriarchae miserat, ut Veneticos amabili obsecratione inlicere deberet, ad eandem defendendam urbem venirent: *Dilectissimo fratri Antonino Gregorius. Quia peccato faciente Ravenantium civitas, qui caput erat omnium, ab nec dicenda gente Longobardorum capta est, et filius noster eximius domnus exarchus apud Venecias, ut cognovimus, moratur, debeat tua fraterna sanctitas ei adaerere, et cum eo nostra vice pariter decertare, ut ad pristinum statum sanctae rei publicae et imperiali servicio dominorum filiorumque nostrorum Leonis et Constantini, magnorum imperatorum, ipsa revocetur Ravenantium civitas, ut zelo et amore sanctae fidei nostrae in statu rei publicae et imperiali servicio firmi persistere Domino quo*[c] *cooperante valeamus. Deus te incolomem custodiat, dilectissime frater*

His praelibatis post decessum praedictorum quatuor militum magistrorum quintus eiusdem praefecturae ordinatur, qui Iohannes Fabriacus vocabatur, cuius simili modo ut aliis, principatus unius anni spatio manserat, ipsiusque etiam a Veneticis oculi avulsi sunt.

His quoque temporibus Antoninus Gradensis patriarcha a praesenti luce migraverat; cuius regimen annorum 22 et mensium 10, insuper et dierum 20 fuerat. Hisdem etiam diebus Foriulensis ecclesia a Sereno praesule regebatur, qui nullius iustitiae expertus, sibi usurpationis causa, regia potestate, ab apostolica sede pallium primus tantummodo acquisivit, ac huiusmodi epistolam a Gregorio antistite Romano accepisse dinoscitur:

Tanto munere quis ditatur, quantum in sublimitate positus de se ex mandato domini Redemptoris humiliter sentit. Etenim pastoralis dignitas singulariter ex humilitate ornatur; spernendum quippe apostolica lectio arguit elatos; et si accepisti, quid gloriaris, quasi si non acceperis. Nam dum ad cumulum tui honoris precibus eximii filii nostri regis flexi, plurimum etiam pro rectitudine fidei quam te tuamque ecclesiam tenere et amplectere cognovimus provocati, pallium tibi direximus, interdicentes et inter cetera, ne unquam aliena iura invaderes, aut temeritatis ausu usurpares iurisdictionem cuiusquam, sed in his esses contentus quae usque actenus possedisti. Nunc vero, ut cognovimus, Gradensis praesulis niteris pervadere iura, atque ex his quae possedit nunc usque usurpare. Ne ergo in quodam existas temerator, ex apostolica auctoritate praecipimus, ne ullo modo terminos excedas ad eum possessos, sed solum sufficiat in his quae modo usque possedisti; nec amplius quam in finibus procul dubio gentis Langobardorum existentibus gressum tendere praesumnas, ut non iniuste suscepisse gratiam collatam[d] *pallii ex praesumptione ostendas; et inde apostolici vigore concilii, si inobediens fueris, reprobatus multum et indignus iudiceris.*

Eodem etiam tempore Emilianus patriarcha, qui Gradensem ecclesiam annis 8 et diebus 5 gubernaverat, in pace vitam finivit. Cui deinde Vitalianus in eadem successerat sede.

His quoque temporibus praelibatus Vitalis, qui Altinensem annis 8 et mensibus 6 ecclesiam rexerat, ab hac luce subtractus est. Severinus postmodum vitae cuius adsecutor in eadem fuerat dignitate ordinatus. Eisdem etiam diebus Venetici magistrorum militum praelibatae praefecturae dignitatem abominantes, rursus ut quondam ducem, vide-

*) *scil.* possessor. a) *deest* 2. b) ilderandus 2. c) *ita* 2. quoque? d) collata 2.

licet Deusdedem, saepedicti Ursonis Ypati filium, in Metamucense insula sibi crearunt. Cuius regimen extitit spatio annorum 13. Ipse quoque post haec cum decoris et honestatis gratia castrum quod Brundulus dicitur non eo loco in quo nunc situm videtur, sed ultra praesentem ripam fluminis condere voluit, et illic a quodam infideli Galla nomine eius avulsi sunt oculi, ipsiusque ducatum auferens possessorque eius unius anni spatio fuerat. Super quem deinde Venetici irruentes, unaque conspirantes voluntate, oculos similiter illius eruerunt. Loco cuius Dominicum cognomento Monegarium, Metamaucensem, ducem sibi fecerunt. Et ut mos vulgi est, qui nunquam in praeposita voluntate persistens[a], sed quandam superstitiosa stultitia alias atque alias adinventiones excogitans, primo illius ducati anno tribunos duos, qui sub ducali decretu consisterent, sibi praeposuerunt. Quod etiam per singulos annos praenominati ducis vitae facere conati sunt. Deinde praefati Venetici facta conspiratione eiusdem Dominici ducis oculos evellerunt. Fueruntque anni ducatus illius numero 8.

Post[b] dicessum[c] cuius omnis Veneticorum frequentia simul collecta, quendam civem Haeraclianae civitatis Mauricium nomine, peritissimum saeculari studio, ducatus honore apud Metamaucensem insulam sublimavit. Qui dum sapienter et honorifice Veneticorum causam in omnibus tractaret, undecimo sui ducatus anno apud Olivolensem[45] insulam 45
apostolica auctoritate novum episcopatum fore decrevit. In quo quendam clericum, Obelliebatum nomine, episcopum ordinavit. Dehinc cum triginta et uno anno ducatus dignitatem gubernaret, iam effectus senex, populo interpellante, Iohannem suum filium honoris sui habere consortem complacuit. Duobus postmodum annis cum sobole extitit, et sic ultimum in pace finivit diem.

Preterea cum essent anni ab incarnatione Domini octingenti viginti tres, Iohannes, 823.
Mauricii antedicti filius, honoris fastigium apud eandem insulam adorsus est gubernare, quem neque scripto neque relatione experti sumus suae patriae commoda bene tractasse. Extitit quidem[d] sibi filius Mauricius nomine, cui octavo decimo anno sui ducatus eiusdem dignitatis societatem concessit. Temporibus quorum apud Veneciam adeo excrevit mare, ut omnes insulas ultra modum cooperiret. Circa haec siquidem tempora Constantini augusti oculi a quibusdam suis militibus evulsi sunt, et Herenis augusta impe- 797.
rium cepit gubernare.

Mortuo vero Obeliebato episcopo, qui Olivolensem episcopatum rexerat annis 23, Christoforus extitit ei successor. Anno vero vigesimo tercio ducatus predicti Iohannis, comperta occasione suum filium Mauricium navali exercitu ad Gradensem urbem, ut domnum Iohannem sanctissimum patriarcham interficeret, destinavit. Ubi illuc pervenit, paternis iussionibus obtemperare studens[d], eundem sanctissimum virum crudeliter interfecit. Cuius mors maximum dolorem suis reliquit civibus, quoniam insons fuerat interemptus. Gubernavit autem predictus Dei vir Gradensem ecclesiam annis 36[e], sepultusque fuit in sancti Marci capella[46*] post sanctorum martyrum mausolea. Quem successit 46
Fortunatus ad regendam ecclesiam.

Eodem quoque tempore domnus Carolus Francorum rex Romam adiit, ibique ab 800. Dec. 25.
apostolico coronatus et unctus est in imperatore. Mortua est namque Herenis augusta, quae rexerat inperium annis 8, et Nicyforus imperiale fastigium adeptus est. Quem quidam tirrannus, Turchis nomine, magna expedicione stipatus, conatus est ad praelium provocare. Sed augustus cum sui imperii pene omnia loca contra tyrrannum tueretur, tantummodo solum Tarsaticum destruere potuit[f]. Postmodum vero predictus[f] tirrannus[f] paenitens quod contra imperiale numen aliquod nefas peregisset, devotus et cernuus suam adinvenit[g] gratiam.

Prelibatus siquidem Fortunatus patriarcha acriter dolens interfectionem sui decessoris et parentis, insidias adversus Mauricium et Iohannem duces composuit[h], et relicta sede et urbe ad Italiam perexit[h]; quem etiam secutus est quidam tribunus Obellierius 803.
nomine Metamaucensis, Felix tribunus, Dimitrius, Marinianus seu Fuscarus Gregorii, et nonnulli alii Veneticorum maiores. Ex quibus solus patriarcha in Franciam ivit.

a) presistens 2. b) *hinc codex* 1. *pergit.* c) *ita* 1. d) *vox supra lineam scripta* 1. e) *numerum ope chronici Gradensis supplevi; deest in* 1. *et ed.* f) *suprascripta vox* 1. g) ad *suprascriptum* 1. h) *suprascript.* 1.

45) Olivolo. 46) in ecclesia S. Eufemiae. Chron. Gradense.

Ceteri vero remanserunt in quadam civitate non procul a Venecia, nomine Tarvisio;
ibique non diutius degentes, consilio illorum ammoniti qui in Venetia morabantur,
47 Obellierium[47] tribunum ducem elegerunt.

Quo Iohannes et Mauricius duces comperto, attriti timoratione, fuga lapsi sunt.
Alter illorum Franciam, id est Mauricius, alter vero Mantuam adivit, ubi adeo commorati
sunt, ut neuter illorum Veneciam rediret, sed illic diem clauserunt extremum. Christo-
forus etiam Olivolensis episcopus, dum Obelierii ducis adventum non auderet prestolari,
cum predictis ducibus fuga lapsus est. Tunc hisdem Obelierius audacter Veneciam
intravit; qui cum devote et honorifice a populo susceptus esset, suum fratrem, videlicet
Beatum nomine, dignitatis fecit sibi socium. Hac etiam tempestate Civitas nova, quę voca-
tur Eracliana, a Veneticis destructa est. Deinde predicti duces navalem exercitum ad
Dalmaciarum provinciam depopulandam destinaverunt. Olyvolensis namque sedes, quae
proprio pastore vacua videbatur, Iohanni diacono electo a plebe fuerat adtributa.

Post aliquod vero tempus Fortunatus patriarcha cum Christoforo episcopo de Fran-
cia repedavit. Quibus cum fas non esset Veneciam penetrare, in sancti Cipriani eccle-
48 sia, plebe scilicet Altinatis episcopii[a] quae scita est apud Mistrinam[48], ospitati et aliquam-
diu commorati sunt. Verum postquam domnus Fortunatus Christofori episcopi sedem a
Iohanne diacono iniuste usurpatam didicit, prorsus doluit, et tractare studiosissime cepit,
qualiter sibi faveret, ut eum ad propriam sedem restituere posset. Iohannes siquidem
predictus diaconus quadam die cum incautus iret, a Fortunato patriarcha captus et diu
detentus est. Sed ut excogitaret quid de illo agere deberet, nocte fuga lapsus evasit,
et instanter Obelierium ducem adivit. Cui cum ea que passus a Fortunato fuerat ordine
recitaret, pocius ducis animum adversus eundem patriarcham in odium quam antea esset
excitavit. Tamen consulente patriarcha, Christoforus sedem suam tandem[b] recepit,
Iohannes vero diaconus reversus est ad propriam domum. Igitur Fortunatus patriarcha
cum per aliquanta temporum spacia exul a propria sede maneret, Gradensem disposuit
reciprocare urbem. Et quia valde Nicetae patricii adventum prestolari formidabat, qui
806. tunc missus ab imperatore cum exercitu in partes Dalmaciarum atque Veneciarum venie-
bat, relicta sede et propria urbe, iterum Franciam petiit. Iohannes vero diaconus, qui
electus fuerat in episcopatu Olyvolensi, ordinatus est patriarcha. Obelierius siquidem
dux per Nicetam patricium spatharii[49] honorem suscepit. Beatus vero, frater eius, cum
predicto Niceta Constantinopolim ivit, secumque deferens Veneticorum obsides et Chri-
807. stoforum episcopum et Felicem tribunum. Quos augustus exilio dampnavit. Guberna-
vit autem predictus Christoforus Olivolensem ecclesiam annis 12. Quem successit Chri-
stoforus presbyter, qui sancti Moysi ecclesiae estitit plebanus. Eodem quoque tempore
civitas Eracliana a Veneticis iterum devastata et igne combusta est.

Tunc Beatus dux, qui cum Niceta patricio Constantinopolim ivit, in Veneciam rever-
50 sus, ab imperatore honore ypati[50] condecoratus est[c]. Deinde Obelierius et Beatus duces
Valentinum, tercium illorum fratrem, in dignitate sui ducatus habere consortem voluerunt[c].

810. Interea foedus quod Veneticorum populus olym cum Italico rege habebat, illo tem-
pore, Pipino agente rege, disruptum est, et hisdem rex ingentem exercitum Langobar-
dorum ad Veneticorum provinciam capiendam promovit. Qui cum magna difficultate
portus qui dividunt insularum littora pertransisset, tandem ad quendam locum qui

a) p. s. A. e. *in margine addita* 1. b) *suprascriptum* 1. c) *suprascripta vox* 1.

47) ab Einhardo Wilharenus, Willeri, vocatur. 48) Mestre. 49) Spatarii et protospatarii, vel ut alii scribunt spatharii et prothospatarii, idem prope erant tunc temporis quod hisce nostris equites, cavalieri. Eorum insignia scaramangium (genus vestis) ensis et torques. Videsis in Ceremonial. aulae Byzantinae lib. I. cap. 59. De protospatariis insignis locus est in excerptis legum in legg. Leonis et Constantini impp. ann. circiter 870. apud Leunclav. in Basilic. p. 99. Ibi vocatos legas μεγαλοπρεπεστάτους h. e. magnificentissimos. ZAN. 50) Ypatus h. e. consul, sed consul honorarius, seu mavis consularis, et ut apud Procop. lib. III. de bello Goth. consul nomine tenus ὕπατος καλούμενος μόνον. Frequens de iis in Graecis auctoribus, post conditam Constantinopolin, mentio. Recte tamen monuit Combefisius in notis ad Theophanem, vocem ὕπατος non semper in auctoribus Graecis significare consulem, sed quandoque eximium, praecipuum, proceres et huiusmodi. De insignibus horumce consulum honorariorum vide Cassiodor. lib. 6. Variar. Vide insuper celeberrimum Pagium in Dissert. Hypat. cap. 8. p. 71, unde haec hausimus. ZAN.

Albiola vocatur pervenit[a], nulla racione inantea pertendere gressum valuit. Ibique duces stipati magna Veneticorum expedicione eundem regem audacter aggressi sunt, et divinitus datum est Veneticis de inimicis triumphum; sicque predictus rex confusus recessit. Igitur anno incarnacionis redemptoris nostri . . . . . . Pipinus rex deposuit hominem, 810. Iun. 24. et Constantinopolitani missi, qui tunc ad eum legationis causa veniebant, mortuo ipso reversi sunt. Iohannes siquidem patriarcha, qui per 4 annorum spacia Gradensem sedem vivente pastore usurpavit, sinodali censura depositus est. Licet iniuste sedem invaderet, tamen ante sanctorum martyrum Hermachorae et Fortunati, seu Hyllarii et Taciani corpora, nec non et sancti Marci capellam, marmoreis columnis et tabulis honorifice choros componere studuit. In sanctae vero Dei genitricis Mariae ecclesia supra altare ciborium peregit. Fortunatus dehinc ad propriam sedem reversus est. Et quia nulla ratione sui operis plenitudinem exarare me posse existimo, partem quam corrumdam relatione expertus sum stilo adnotare studui. Ecclesiarum namque altaria Gradensis urbis, lamminis argenteis condecoravit, et supra altaria martyrum argentea templa composuit. Ecclesiam vero sanctae Agathe martyris a fundamentis ipse edificare devotissime fecit. Ubi martyrum quadraginta et duo corpora in eiusdem ecclesiae cripta[b] recondivit. Ceterum vero quicquid in thesauris seu in ecclesiarum ornamentis peregit, nemo nominatim exprimere potest.

Hac quidem tempestate nuntius Constantinopolitanus nomine Ebersapius Venetiam adivit, et Veneticorum consilio et virtute hoc peregit, ut[c] utrique duces et dignitatem et patriam amitterent. Unus, id est Obelierius, Constantinopolim, alter vero Iateram[51] petiit; qui quinque annorum spacio Veneticorum ducatum gubernaverunt.

Deinde cum essent anni ab incarnatione Domini[d] 8 . .[e] apud Rivoaltensem insulam 813. Venetici[f] communi decreto ducatus sedem habere maluerunt, et ad hunc honorem quendam virum Agnellum[g, 52] nomine, qui palatii hucusque manentis fuerat fabricator, sublimarunt. 52 Sub dignitate etiam cuius duos tribunos per singulos annos fieri constituerunt. Eodem quidem anno Michahel imperator cum ad expugnandam Bulgarorum gentem aggressus esset, in tantum inimicorum multitudinem perterritus fuit, ut proprio relicto exercitu, fugam Constantinopolim arripuit. Et quia valde sibi ignominiosum hoc fecisse videbatur, non palacium sed monasterium petiit. Tunc Leo qui illius exercitus ductor et signifer erat, pugnam patrare minime timuit, et Deo favente cum triumpho urbem reversus est. Quem imperatorem omnes fieri conlaudaverunt. Postmodum vero Constantinum, suum filium, socium habere in hac dignitate voluit.

Prelibatus siquidem Agnellus dux cum duos haberet natos, unus illorum, id est Iustinianus, Constantinopolim destinavit; quem imperator honorifice suscipiens, ipati honorem sibi largivit: alterum vero, id est Ioannes, ducem fieri promovit. Dehinc autem non post longum tempus Iustinianus imperatoris[h] ipatus Constantinopoli ad propria repedavit, dolensque fratrem suum in honore fastigiatum, contempsit adire palatium, sed in sancti Severi ecclesia una cum sua coniuge hospitatus est. Pater namque eius non diu filii molestationem et abscentiam passus fuit, quoniam valde illum diligebat. Interdixit honorem Iohanni, et expulso[i] a patria, apud Iateram civitatem exilio retrusus est. Tunc satisfacere per omnia voluit Iustiniano suo filio, non solum ipsum sed etiam Agnellum suum nepotem, eiusdem Iustiniani natum, consortem sui fecit ducatus. Unde factum est, ut Iohannes qui apud Iateram exulabat, fuga lapsus primum Sclaveniam, deinde ad Italiam ad Bergami civitatem pervenit. Interea pater et frater hoc audientes, miserunt nuncios imperatori Ludovico, efflagitantes ut sibi redderet filium[k] fuga lapsum. Imperator vero libenter illorum precibus obtemperans, reddidit sibi fugitivum; quem absque mora Constantinopolim una cum uxore destinaverunt. Eo quoque tempore Leo 820.

a) *Supple* sed, *aut lege* et tandem ad quendam locum — pervenisset. *ZAN.* b) *ita* 1. 2. *contra Zanettii assertionem.* c) *suprascripta vox* 1. d) c. e. a. ab i. D. *suprascripta* 1. e) VIII[c] viiii *post addita in margine, et recentiore quidem manu; ante numerum in margine rasura cognoscitur. In cod.* 2. *in marg. adiectum est:* octingenti quatuor, *eadem manu, qua totus liber exaratus est.* f) *suprascripta* 1. g) *ita* 1. h) *ita scribendum erit;* imperator *apographum Giesebrechti manu correctum; legi coniicio* impr. i) ex *supra lin. add.* 1. k) *suprascriptum* 1.

51) Zara. 52) Exstat documentum anni 819. Venetorum omnium, ni fallor vetustissimum, in quo agitur de translatione monachorum Sancti Servuli ad Sanctum Hilarium ab eodem duce peracta. Vid. Cl. Cornelium in Eccl. sancti Servul. ZAN.

820. imperator apud Constantinopolim interfectus, qui imperii principatum annis guberna-
verat septem, et Michahel imperium adeptus est. Agnellus vero predictus dux legatio-
nis causa suum nepotem et aequivocum Constantinopolim misit, ibique mortuus fuit.
Fortunatus quidem patriarcha cum non sedule in sua vellet degere sede, sed contra
Veneticorum voluntatem sepissime Franciam repetebat, et quia hoc amodo ducibus
displicebat, pepulerunt illum a sede, et in loco eius ordinaverunt Iohannem, Sancti
Servuli abbatem. Circa haec tempora apud Olivolensem insulam sancti Petri ecclesia
edificari incepta est. Antedictus quidem Fortunatus patriarcha propria sede amissa,
824. secundum quod diximus Franciam cum Grecorum missis repetebat. Ibique aliquamdiu
moratus, diem finivit extremum. Gubernavit autem Gradensem ecclesiam per viginti et
septem annorum spacia. Eo quoque tempore quidam Veneticorum conspirationem adver-
sum duces facere conati sunt; ex quibus duo prope sancti Gregorii ecclesiam suspensi
sunt, id est Iohannes Tornaricus, et Bonus Bradanisso. Iohannes autem monetarius fuga
lapsus est ad Lotharium regem; tamen quicquid habuit et domus et fortuna depopulata
sunt. Interea Iohannes abbas qui electus in Gradensi pontificatu fuerat, sua sponte
relicta sede, sancti Yllarii ecclesiam petens, una cum monachorum contubernio quod in
sancti Servoli monasterio degebat, monasterium ibi deinceps ordinare decrevit et habere
pro futuro[a].

Venerius deinde Gradensem adeptus est sedem, qui sancti Mauri ecclesiae, quae
suburbio scita est, fabricator extitit.

822. Anno quidem incarnationis Domini octingentesimo vigesimo secundo, mortuo Agnello
duce, qui decem et octo annis Veneticorum ducatum gubernavit, ducatus dignitas in suo
filio Iustiniano remansit.

827. Hac etiam tempestate Michahel imperator mittens exercitum ad Siciliam, Venetico-
rum auxilium petiit, cui Iustinianus dux quasdam bellicosas naves transmittere studuit.
Sed uterque exercitus minime aliquod triumphum consequi valuit. Eodem quoque tempore
Iohannes, Agnelli antedicti ducis filius et Iustiniani frater, qui exul apud Constantino-
polim extitit, ad Veneciam reversus est, et favente sibi Iustiniano fratre, dux effectus
est. Iterum imperatore efflagitante, exercitum ad Siciliam preparaverunt; qui etiam
reversus est absque triumpho.

823. Mortuo quidem Iustiniano duce, qui una cum patre gubernavit ducatum annis decem
et septem, et post mortem patris unius anni spacio, dignitas in suo fratre remansit[b].
Fuerat namque predictus Iustinianus[c] maximus ecclesiarum cultor; sancti vero Zachariae
et sancti Hyllarii monasteriorum ipse extitit devotissimus fabricator. Ultimo vero vitae
suae anno sanctissimi Marci euangelistae corpus de Alexandria[d] a Veneticis allatum,
recipere promeruit. Qui tanti thesauri munus honorifice suscipiens, in sui palatii angulo
peragere fecit capellam ubi illud reconditum posset reservari, interim ecclesia esset
expleta, quam hisdem domnus inchoavit, sed preventus morte, Iohannes suus videlicet
frater ad finem perduxit.

53 Circa haec tempora missus Sclavorum de insula Narrentis[53] ad domnum Iohannem
ducem veniens, ab eo baptizatus est, pacem cum eo instituens, licet minime perdurasset.

Interea Obelierius dux, qui apud Constantinopolim exilio fuerat dampnatus, Vene-
54 ciam reciprocavit, et in Vigilia civitate apud Curidum[54] sese retrusit. Quo audito,
Iohannes dux ad eundem capiendum promovit exercitum. Sed cum diu predictam civi-
tatem obsidione circumvallaret, tandem diviso exercitu Metamaucenses ad predictum
Obelierium confugium fecerunt. Exercitus vero qui suo seniori fidem servabant, Meta-
maucensem insulam expugnantes, prorsus incenderunt. Tunc domnus Iohannes dux
iterum preparavit exercitum; cum quo ipse veniens Vigiliam civitatem expugnavit, et
capto Obelierio decollare eum iussit. Cuius caput ad Metamaucensem insulam delatum,
in sabbati sancti die iuxta Sancti Martini marginem suspensum est. Eo autem tempore
sancti Petri Olivolensis ecclesia, quae per novem annorum spacia fuerat fabricata, con-
secrationem recepit.

a) et h. p. f. *suprascripta* 1. b) d. i. s. f. r. *addita in margine* 1. c) p. I. *suprascripta* 1. d) de A. *suprascripta* 1.

53) Norrenta, Norenta, ad quam insulae Corcyra nigra, Lesina, aliae pertinebant. 54) Curidum (aut fortasse Curiclum) est hodie Cornichia in insula Veglia prope eiusdem vocabuli oppidum.

Anno vero nostri redemptoris ab incarnatione . . . . . . Istrienses episcopi, qui consecrationis donum a Gradensi patriarcha more solito recipiebant, Aquilegensi metropolitano, Langobardorum regis virtute coacti, sese subdiderunt. Interea quidam Veneticorum, id est Carosus tribunus et Victor nonnullique alii, facta conspiratione Iohannem ducem a Venecia pepulerunt, et Carosus hanc usurpavit dignitatem. Tunc domnus Iohannes dux in Franciam ad Carolum[54] regem ivit; qui eum devote suscipiens, honorem 54 et solatium sibi impendere procuravit.

Sequenti vero anno Basilius tribunus et Iohannes Marturius et ceteri nobiliorum numero triginta predicti Iohannis ducis fidelitate a patria exientes, in sancti Martini ecclesia quae apud Mistrinam, loco qui vocatur Strata, scita est ospitati, et tamdiu commorati sunt, donec Veneticorum multitudo ad illos conveniret, ut Veneciam ad Carosi ducis periculum intrare sine aliquo obstaculo quivissent. Unde factum est, quo quadam die dum prelibatus Carosus dux securus in palacio maneret, a predictis hominibus captus, evulsis oculis exilio retrusus est. Sui quoque secutores, id est Deusdedus Grurus, Marinus patricius, Dominicus monatarius et Tritulus Gradensis interfecti sunt. Dehinc neminem ducem constituere maluerunt, sed eo carente ab Ursone Olivolensi episcopo et Basilio et Iohanne tribuno unius anni spacio diiudicabantur. Tunc domnus Iohannes dux de Frantia in sancti Dimitrii festivitate reversus est; quem Venetici promte suscipientes, ducatum sibi restituere satagerunt. Dominicus quidem Torcellensis episcopus, relicto episcopatu, monasterium peciit, et in loco eius Iohannes est ordinatus.

Circa hoc tempore Venetici negocii causa dum de Benevento revertebantur, a Narrentanis Sclavis capti, pene omnes interfecti sunt. Isdem vero domnus Iohannes dux sanctissimi Marci euangeliste ecclesiam consecrare, et digne beatum corpus in eadem collocare procuravit. Preterea quidam Veneticorum cognomento Mastallici diabolica sugestione decepti, eundem Iohannem sancti Petri de ecclesia in eiusdem festivitate venientem comprehendentes, detonsa barba cum capillis, clericum apud Gradensem urbem 836. consecrare fecerunt; qui ibi perstitit, interim diem ultimum vixit. Prefuit autem Veneticorum populo septem annorum spacio. Cui successit quidam nobilissimus, Petrus nomine, qui Iohannem suum filium consortem in honore habere voluit. Iste namque tercio sui ducatus anno Sclaveniam bellicosis navibus expugnaturam adivit. Sed ubi ad locum qui vocatur Sancti Martini curtis perveniret, pacem cum illorum principe Muisclavo nomine firmavit. Deinde pertransiens ad Narrentanas insulas, cum Drosaico Marianorum iudice similiter fedus instituit, licet minime valeret; et sic postmodum ad Veneciam reversus est. Ubi diu commorari eum minime licuit; sed denuo praeparavit exercitum adversum Liuditum Sclavum, ubi plus quam centum Venetici interfecti fuerunt, et absque triumpho reversus est. Tunc in mense Madii sexta hora diei sol obscuratus est, et 840. Mai. 5. factus est eclipsis. Hac denique tempestate Theodosius patricius Constantinopoli ad Veneciam veniens, spatharii honoris investituram Petro contulit duci, integroque anno ibi commoratus est, ex imperatoris parte eundem ducem efflagitans, ut expeditionem Sarracenos ad expugnandos sibi adtribuere non recusaret; quod libenter dux facere non denegavit. Tunc praeparare sexaginta bellicosas naves omni sub festinatione studuit, et usque ad Tarantum, ubi Saba Saracenorum princeps cum maximo exercitu manebat, easdem destinavit. Sed a Saracenorum multitudine pene omnes Venetici capti et interfecti sunt. Idem nempe Sarraceni, videntes quod in christianis victoriam essent consecuti, ad Absarensem civitatem[55] usque pertingere non dubitaverunt, et in feria secunda 55 pascę incendio eam devastantes, ad Anconam civitatem transierunt; quam similiter igne concremantes, multos captivos exinde secum detulerunt. Deinde vastum per mare huc illuc[a] navigantes, Adrianensem portum[56] qui vicinus Veneciae subsistit applicuere. Ubi cum sortis industria se illic nullam predam capturos pervidissent, reddeundi iter ad propriam arripuerunt[b]. Postquam vero ad exitum Adriatici culfi[57] pervenerunt, naves 57 Veneticorum quae de Sicilia seu de aliis partibus revertebantur, omnes ab eisdem comprehense sunt.

a) h. i. *suprascripta* 1. b) ar *suprascriptum* 1.

54) Ludowicum scribit Andreas Dandulo. 55) Ossero in insula Cherso sinus Flanatici. 56) in ostio Padi. 57) i. e. sinus.

In secundo vero anno iterum predicti Sarraceni maximo cum exercitu usque ad
58 Quarnarii culfum[58] pervenerunt. Quos Venetici navali expedicione aggredientes, acriter
iuxta locum qui Sansagus[a, 59] nominatur supra eosdem irruerunt[b]. Sed demum Venetici
dantes terga, victi regressi sunt. Predicti Sarraceni etiam Romam ausi sunt adire,
846. Aug. ecclesiamque sancti Petri depraedare. Verum ad[c] sancti Pauli cum pervenissent, a Roma-
nis civibus pene omnes occisi sunt[60].

Circa haec tempora Sclavi venientes ad Veneticorum loca expugnanda, Caprulensem
tantummodo castrum depredaverunt.

848 Interea Ludovicus Francorum rex Beneventi principatum adivit, et capto Abomasale[61]
inimico, cum suis Romam regressus est[d], sicque ab apostolico coronatus et unctus est in
850. Apr. 6. regem. Fertur quoque tunc Ragusiensem civitatem maris et venti impetu maxima ex
parte cecidisse. Denuo Anchona civitas[e] is diebus depredata est. Venerius quidem Gra-
densis patriarcha, qui pontificalem cathedram annis rexerat 24 et mensibus octo, mortuus
est, et Victor patriarcha extitit sibi successor. Illud etiam non pretermittendum, quod
antedicti duces ad sua tuenda loca eo tempore duas bellicosas naves tales perficere
studuerunt, quales nunquam apud Veneciam antea fuit; quae graeca lingua[f] zalandriae
dicuntur. Is diebus[g] Ursus Olivolensis ecclesie presul, qui pontificalem sedem annis
gubernavit 32, hominem exivit[h]. Cui successit Maurus episcopus. Eo vero anno talis
860. glacies apud Veneciam dicitur fuisse[62], qualis nec antea nec postea visa est.

Mortuo vero Victore patriarcha, qui Gradensem ecclesiam annis gubernaverat sex et
mensibus tribus et diebus quattuor, Vitalis hanc adeptus est sedem.

Anno quidem domini nostri Iesu Christi ab incarnatione[i] . . . . Lodovicus
63 Longobardorum rex una cum coniunge sua ad locum qui Brundulus[63] vocatur veniens,
apud sancti Michaelis monasterium ab utroque duce honorifice susceptus est. Ubi cum
triduo simul comanerent, ad dilectionis seu pacis vinculum corroborandum Iohannes dux
suam de sacro baptismate sobolem regem promovit ut susciperet. Quo peracto rex cum
coniunge Italiam, duces vero ad pallaticium[i*] reversi sunt. Eo tempore Normanorum
gentes cum trecentis sexaginta navibus Constantinopolitanam urbem adire ausi sunt.
Verum quia nulla racione inexpugnabilem ledere valebant urbem, suburbanum fortiter
patrantes bellum quam plurimos ibi occidere non pepercerunt, et sic predicta gens cum
triumpho ad propriam regressa est. Is etiam diebus Caroli, Francorum regis et Lotharii[k]
863. filii[64], exitus Lodovico Longobardorum regi denuntiatus est; et isdem Francis interpel-
lantibus, illuc ire festinavit, eosque sub suo mansuros regimine adquisivit, duorumque
deinceps regnorum imperator effectus est. Tunc vero Mauro Olivolense episcopo mortuo,
qui pontificati honorem rexit annos decem, Dominicus episcopus sibi successor extitit.

Interea cum essent anni ab incarnatione nostri redemptoris . . . . Iohannes
dux diem finivit suppremum, et ducatus in suo genitore solo remansit; qui uno anno
post filii funus dum in sancti Zacharie monasterio diem celebraret festum, a pessimis
hominibus, exiente eo, peracto vespero, de ecclesia, insons crudeliter interemptus est.
Cuius corpus sanctae moniales in eiusdem ecclesie atrio sepellire studiose procuraverunt.
Gubernavit autem Veneticorum populum . . . . annorum spacio. Deinde ad eundem
864. dignitatis culmen quemdam virum Ursonem nomine sublimarunt. Nomina nempe homi-
cidarum qui hoc facinus peregerunt, hec sunt: Iohannes Gradonicus cum quodam suo
nepote, Petrus Stephani Candiani filius, Stephanus de Sabulo, Dominicus Faletri filius,
Ursus Grugnarius, duo fratres Salbiani filii, et multi alii, nomina eorum ignoramus[l]. Sed
divina clemencia diu noluit inultum hoc pretermittere scelus. In sancti Sixti festivitate
Iohannes Gradonicus cum duobus natis, Stephanus de Sabulo, Iohannes Labresella occisi
sunt. Petrus quidem Candianus, et Petrus Cletensius, Petrus Flabianicus, Dominicus
Faletrus per Petrum Equilegensem episcopum et Iohannem Gradensem archidiaconem,

a) g *suprascriptum* 1. b) *vox suprascripta* 1. c) d *suprascriptum* 1. d) *vox suprascripta* 1. e) *add in marg.* f) a lingua *suprascripta* 1. g) is d. *suprascripta* 1. h) *in marg. recentiori manu adiecta:* Obiit ā VIIIc. Lııjo. i) A. q. d. n. I. Ch. ab i. *post inscripta sunt in lacunam, ut pallidius atramentum demonstrat.* i*) *i. e.* palatium. k) eius *supra scribitur, perperam.* l) n. c. i. *suprascripta* 1.

58) sinus in quo insulae Cherso, Lussin, Arbe, Pago iacent. 59) Sansego insula parva ab occidente insulae Lussin. 60) quod et Prudentius in Ann. testatur. 61) Amelmassar, Massar, in Chron. Casinensi, ab Andrea Berg. et Erchemperto vocatur. SS. T. III. 62) v. Rudolfi annales a. 860. 63) Brondolo. 64) Provinciae regis.

et Dominicum Massonem Constantinopolin ad exulandum destinati sunt. Ceteri namque, id est Stephanus Candianus cum Iohannis Gradonici nepote, seu omnes sceleris predicti conscii, repulsi a patria, exilio apud Franciam damnati, redeundi aditum numquan repperire valuerunt. Tamen unus illorum qui apud Veneciam remansit, id est Ursus Grugnarius, a demonio conquasatus expiravit. Prelibatus quidem Ursus dux adversus Dommagoum, Sclavorum principem, cum navali expedictione properavit. Sed cernente eo Veneticorum multitudinem, proibuit pugnam, pacem requisivit. Deinde acceptis obsidibus dux ad Venetiam repedavit. Eodem videlicet tempore Deusdedus Torcellensis episcopus a duobus suis servitoribus apud Altinum interfectus, diem finivit ultimum. Quod audiente dux, unum ex illis iusta flumen quod Silis vocatur, alterum vero in Torcellensi lacuna suspendere permisit. Prefuit autem Altinati ecclesiae antedictus episcopus annis .... Ecclesia namque sancte Dei genetricis et virginis Mariae, quae vetustate pene consumpta manebat, a Marini patricii filiis consolidata est. Hac denique tempestate Michael imperator interfectus est. Basilius vero[a] cum suo filio Constantino imperatores effecti[b] sunt. 867.

Is diebus Ursoni Veneticorum duci nunciatum est, quod exercitus Sarracenorum iuxta Tarantum maneret. Tunc navibus bellicosis eosdem dimicaturos adivit. Cumque diu inter sese[c] decertantes, Sarraceni superati cecidissent, Venetici victores reversi sunt. Interea Baris civitas domni Ludovici regis Francorum et Longobardorum ab exercitu 871. capta est; quam videlicet civitatem, Bandone eiusdem civitatis gastaldio agente, Sarra- Febr. 2. cenorum gens per annos circiter 30 tenuerunt. Trigesimo primo anno, divina favente gratia, reddita est illis impietas quam christianis civibus olim intulerat. Capta est autem quarto Nonas Februarias, qua die sancte Dei genitricis virginis Mariae purificatio celebratur. Sequenti vero anno mense Madii item Sarraceni Creta insula egredientes, quas- 872. dam Dalmaciarum urbes depopulati sunt, pariterque etiam Braciensem eiusdem provin- Mai. ciae[d] urbem invaserunt. Quod cum domno Urso duci denunciatum foret, parvam naviculam cum 14 hominibus ad Istriam usque destinare sub festinacione studuit, quatenus Sarraceni ne forte Veneciam petere vellent vel qualis eorum fortitudo subsisteret explorare deberent. Qui cum Gradensi de civitate Istriam petituri exissent, predones[e] Sclavi, qui in portu Silvodis reclusi latitabant, supra eandem naviculam velociter irruerunt. Ubi cum uterque pars fortiter dimicaret, multique Sclavorum percussi deficerent, novissime vero capta Veneticorum ab eisdem Sclavis navicula, omnes Venetici qui intus erant, occisi sunt. Predicti autem Sarraceni, urbibus quas diximus devastatis, cum inestimabili preda ad propriam sunt reversi. Eodem vero tempore dum Lodovicus imperator adhuc apud Beneventum commoraretur exercitusque eius Taranti civitatem obsideret, quam 871. Sarraceni captam detinebant, Adelchisi Longobardorum princeps imperatorem extinguere Aug. mollitus est. Sed cum facile hoc nefas perficere non valeret, sacramento eum constrin- 25. xit quod ultra in regione eadem nec ipse nisi rogatus veniret, nec exercitum mitteret. Deinde ad Beneventum cum rediret, Sarracenos qui apud Terracinam Campaniae mane- Sept. bant aggressus, fortiter debellavit, undecimque milia ex eis occidit, et sic ad Italiam reversus est.

Hac denique tempestate mortuo Vitale patriarcha qui Gradensem ecclesiam annis rexerat .....[f, 65], domnus Petrus diaconus in loco eius electus est, vir sanctitate preci- 65 puus, grammatice artis peritus. Hic dum tanti honoris se indignum iudicaret, priusquam eligeretur, ad Italiam confugit; sed tandem precibus reductus, invitus ad pontificale culmen ascendit. Lodovicus pius imperator tunc Veronae[66] obiit. Apud Torcellum qui- 875. dem mortuo Senatore episcopo, qui Altinatis ecclesiam annis gubernavit, subrogatus Aug. 12. est in ea sede[g] Dominicus abbas Altinatis monasterii, qui olim fuerat monachus sancti Illarii, et inde egressus, pro inposito crimine veretro sibi absiso, apud Spoletum postmodum aliquamdiu moratus est. Quem dum contra ducis decretum Petrus egregius patriarcha sub anathematis vinculo coarctaret, eiusdem[h] ducis amissa gratia egressus, Istriensem peciit provinciam.

Circa hec tempora Sarraceni advenientes, Gradensem urbem capere conati sunt. Sed

a) *vox suprascripta* 1. b) *ita* 3; interfecti *ed. et codd. (?)*. c) se *alterum suprascriptum* 1. d) e. p. *suprascripta* 1. e) *vox suprascripta* 1. f) *manus recentior supplevit in codice* 3. g) e. s. *suprascripta* 1. h) e. d. s. g. *suprascripta* 1.

65) annis 19, mense 1, diebus 6. Chron. Gradense. 66) immo in finibus Brescianis, teste Andrea presbytero. SS. III. 237.

civibus fortiter decertantibus, Sarracenorum impietas non prevaluit. Tamen cum duobus predictam urbem diebus obsedissent, denunciatum est domno Urso duci; qui instanter Iohannem filium suum adversus eosdem cum navali exercitu misit. Quod dum Sarra-
67 ceni sorte investigarent, protinus recedentes ab urbe, Cumaclensem[67] villam depopulati sunt. Domnus vero Petrus patriarcha, relicta Gradensi urbe Rivoaltum adveniens, apud sancti Iuliani sui[a] patrimonii ecclesiam ospitatus, ibi per integrum annum commoratus[b] est. Tamen perfectam cum duce pacem propter Torcellensem ellectum minime habebat. Tandem patriarcha duci resistere non valens, occulte de Venecia exivit, Romamque adire disposuit; quem domnus papa Iohannes devote suscipiens, integro anno secum morari coegit. Eo tempore domnus Ursus dux Iohannem filium suum in dignitate sibi consortem fecit. Tunc Sclavorum pessime gentes et Dalmacianorum Ystriensem provinciam depredare ceperunt. Quattuor videlicet urbes ibidem devastaverunt, id est Umacus,
68 Civitas nova, Sipiares, atque Ruinius[68]. Deinde nunciatum est domno Urso duci, quod Gradensem ad urbem vellent transire; cum triginta navibus ad predictam civitatem venit. Inde pertransiens Istriam, audacter super eosdem Sclavos inruens, in tantum eosdem cede prostravit, ut nemo illorum evadens patriam valuit reverti. Quoniam hisdem princeps celitus victoriam consecutus, Sclavos quos in hoc certamine ceperat liberos dimisit, ecclesiarumque res quae sublatae in prelibata provincia fuerant restituit, sicque triumphali cum gloria palatium reddiit. Et propter hoc fedus quod inter Sclavos et Veneticos olim fuerat, disruptum est. Eo tempore Saudan Sarracenorum princeps, qui
69 in Varensi[c] urbe[69] iam dudum captus usque ad tempus istud carcere trusus manebat,
876. ab Aldegisi Longobardorum duce dimissus, iterum post aliquantum tempus Tarantum reddiit, multaque postea christianis mala induxit. Dehinc mortuo Domogoi, Sclavorum pessimo duce, domnus Ursus dux et Iohannes suus filius cum Sclavis pacem et concordiam iniit. Tamen adversus Narrentanos cum quibus iurgium habebat, exercitum misit.

Hac tempestate Dominicus Olivolensis episcopus mortuus est, qui Olivolensem sedem annis gubernavit.....; domnus Iohannes archidiaconus, Marini patricii filius, in loco eius ordinatus est. Petrus siquidem patriarcha, qui Romae fuerat, una cum Iohanne papa Ravennam adveniens, ibique septuaginta episcoporum sinodo congregata, duos episcopos Venetiae, id est Petrum Equilensem et Leonem Caprulensem, et eos qui erant in eadem provincia electos ad eundem concilium convocavit, ut contentionis causam inter Ursonem ducem et patriarcham diligentissime determinaret. Sed dum episcopi cum electis tarde et expleta iam sinodo Ravennam venirent, communione a papa privati, duce tamen interpellante soluti sunt. Circa haec tempora Carolus Francorum rex, quem dudum Iohan-
877. Sept. nes papa regem Italiae unxerat, Papiam adveniens, regnum invasit; ad quem papa profectus, digno honore susceptus est. Petrus vero patriarcha Boloniam veniens, aliquamdiu ibi commoratus, rursus Parmam adiit, ac deinde domni papae amore Papiam petiit. His diebus Carlemannus Baiovarorum rex, magno cum exercitu ingressus Italiam, Carolum effugavit. Qui videlicet Carolus Franciam cum petere vellet, infirmitate detentus,
Oct. 6. in via mortuus est. Domnus quidem papa Romam reversus est, Petrum vero patriarcham Papiae reliquit. Qui ibi aliquantis diebus manens, dehinc Tarvisium veniens, a Landono ipsius civitatis episcopo dignissima veneracione susceptus est. Ubi cum, legatis inter ipsum et predictum ducem euntibus, tandem pax pristina consolidata esset, isdem egregius pontifex Veneciam repedavit, et duce interpellante aliquantis diebus in palacio mansit; ea vero ratione, ut Dominicus presbyter, Torcellensis ecclesiae electus, pro quo inter eos discordia fuerat, diebus Petri patriarchae episcopali consecratione careret, in episcopii tamen domo manens fruendi rebus ipsius ecclesiae licenciam haberet. Qui post paucos dies cum gratiam aput condictum pontificem repperiret, eum in Torcellensi ecclesia ad convivium invitavit. Deinde ad Gradensem urbem patriarcha reversus, tres electos episcopos consecravit, id est Iohannem Olivolensem, et Leonem Metamaucensem, et Iohannem Civitatis nove. Petrus vero patriarcha post paucum tempus ad[d] Rivoaltum adveniens, in sancti Iuliani basilica ospitatus est; qui non diu corporis sospitatem gerens, molestia preventus in eadem ecclesia, sancta eius anima migravit ad gloriam. Guber-

a) s. p. *suprascripta* 1. b) c. e. *suprascripta* 1. c) *ita* 1. 2. 3. d) ad *suprascriptum* 1.

67) Comachio. 68) Umago, Cittanuova, Cervere, Rovigno. 69) Bari.

navit autem Gradensem ecclesiam annis quattuor et mensibus sex. Fuit autem statura decens et aspectu pulcher, non plus aetatis quam quadraginta annorum extitit. Cuius corpus maximo cum honore Venetici ad[a] Gradensem urbem deportantes, ante sanctae Euphemiae ecclesiam in atrio sepellierunt.

Post hunc vero ad Gradensem gubernandam ecclesiam Victor, presbyter sancti Silvestri basilice, successit. His diebus Sedesclavus, Tibimiri ex progenie, imperiali fultus presidio Constantinopolim veniens, Scavorum[b] ducatum arripuit, filiosque Domogoi exilio trusit. Eo videlicet tempore domnus Ursus dux ab imperialibus internunciis protospatharius effectus, donis amplissimis ditatus est, suamque filiam nomine Feliciam Rodoaldo, Iohannis ducis Boloniae filio, in coniugium tradidit. Iohanna siquidem abbatissa, domni Ursi ducis filia, sancti Zachariae monasterium iam paene consumptum vetustate a fundamentis recreare studuit. Tunc Victor electus patriarcha 8. Kal. Febr. Ian. 25.
consecratus est; qui etiam Dominicum Torcellensem electum contra voluntatem consecravit, quoniam in suae electionis die sacramento a principe constrictus est, ut qualem ipse illi electum dirigeret, talem ille consecraret. Dixit tamen sibi patriarcha: *Ve tibi, quia temere ad hunc accedis honorem! An nescis ubi dicitur: Si quis semet ipsum absciderit, deiciatur a clero? Et ut coacte me hoc facere credas, in die iudicii pro hoc honore, nisi peniteas, rationem reddas, quia tibi ipsi verendam amputare minime pepercisti.*

Circa haec tempora mensis Madii die 22. sanguis de nubibus pluit. Tunc Iohannes Mai. 22.
Olivolensis ecclesiae presul obiit, qui praedictam ecclesiam annis gubernaverat . . . . . quem Laurentius presbyter ad hanc sedem regendam secutus est. His diebus quidam Sclavus nomine Brenamir, interfecto Sedescavo ipsius ducatum usurpavit. Domnus quidem Ursus dux efflagitante Basilio imperatore eo tempore 12 campanas Constantinopolim misit, quas imperator in ecclesia noviter ab eo constructa posuit, et ex tempore illo Greci campanas habere ceperunt.

Mortuo vero hac tempestate domno Urso duce, dignitas in Iohanne suo filio reman- 881.
sit. Fuit autem predictus Ursus multae sapientiae et pietatis vir amatorque pacis. Ipse aput Civitatem novam Eraclianam palacium construere fecit. Temporibus cuius in Rivoalto etiam paludes cultandi homines licenciam habuerunt et domos edificandi contra orientem. Insula namque que Dorsumdurum vocatur, consulente illo composita fuerat. Gubernavit autem predictum honorem annis 17, et mortuus est ac sepultus in sancti Zachariae monasterio. Iohannes vero dux Cumaclensem comitatum ex Romani pontificis largitate adquirere cupiens, Badovarium suum fratrem Romam direxit: qui dum Ravennam adiret, Marinus Cumaclensium comes super eum viros armatos misit, et ibi vulneratus in crure captus est. Tunc predictus comes, ne hanc iniuriam requireret, sacramento eum constrinxit atque dimisit. Sed reversus ad[c] Veneciam, statim vitam finivit. Propter quam causam domnus Iohannes dux navali exercitu Cumaclensem castrum properans, eiusdemque populum atquisivit, et ordinatis ibi secundum suum velle iudicibus, ad palacium reddiit, et morte fratris ulciscenda Ravennates depredari iussit. Circa haec tempora mense Iulio stella de oriente in modum facule visa est pertransisse, que totum Iul.
pene mundum illuminavit. Post cuius transitum visum est hominibus in coelum audisse in modum sonitum portarum cum aperiuntur et clauduntur, et propterea dicebant quod celum apertum esset et clausum. Tunc Victor patriarcha ex hac luce migravit, qui Gradensem gubernaverat ecclesiam annis 18, sepultusque est in atrio sanctae Eufemiae. Quem successit Georgius, frater ipsius, qui non plus quam anno uno et mensibus 6 et diebus 21 vixit. Hunc Vitalis iunior ad regendam successit ecclesiam. Domnus siquidem Iohannes dux, corporis infirmitate detentus, Petrum minimum suum fratrem, populo adclamante, successorem sibi elegit. Quem postea cum convaleret, habere eum consortem voluit. Ipse vero[d] infirmitate correptus, non diu cum fratre manens expiravit, sepultusque fuit iuxta predictum Badovarium fratrem suum, qui non plus annorum quam 25 fuerat. Domnus vero Iohannes dux sanctorum Cornelii et Cipriani ecclesiam a fundamentis in loco qui Vinea contra nominatur edifficare fecit. Tunc imperator Basilius 886.
migravit ab hac luce.

Prelibatus Iohannes dux alterum germanum suum, Ursum nomine, sibi consortem fecit. Siquidem domnus Ursus dux dum quattuor haberet filios, id est Iohannem, Badova-

a) ad *suprascriptum* 1. b) *lege* Sclavorum. c) ad *suprascriptum* 1. d) vero *suprascriptum* 1.

rium, Ursum et Petrum, omnes ducatus dignitate praeter Badovarium claruerunt. Eodem
vero tempore aquae diluvii in finibus Venetiarum fuerant, in tantum ut omnes ecclesias
sive domos penetrarent. Deinde cum domnus Iohannes dux adhuc infirmitate detentus,
887. frater eius ducatum rennueret, Venetici ducem sibi constituerunt Petrum videlicet, cognomento Candianum, infra domum ipsius 17. die mensis Aprilis. Quem domnus Iohannes
70 dux clementer ad palatium convocans, spatam[70] fustemque ac sellam ei contradidit,
eumque sibi successorem constituens ad domum suam reversus est.

Suscepto itaque ducatu Petrus dux cum domno Iohanne duce eiusque germano satis
honorifice egit; et contra Narrentanos Scavos confestim exercitum misit. Qui cum sine
Aug. effectu reversus esset, tunc per semet ipsum cum 12 navibus mense Augusto in mare
hostiliter est egressus, et ad montem Scavorum perveniens, in loco qui vocatur Muccules exivit, licet cum paucis. Sed Sclavos sibi resistentes, primum in fugam vertit, multosque ex illis occidens, quinque naves illorum que ibi erant, securibus fregit. Sed
Sept. 18. demum irruentibus Scavis, ibidem interfectus est cum aliis septem mense Septembris
die octavo decimo, ceteri vero incolomes reversi sunt. Tenuit autem ducatum idem
Petrus dux menses 5. Fuit autem vir bellicosus et audax, sapiens et amodum largus;
ecclesiam vero in tantum frequentans, ut nullo tempore divino careret officio. Cuius
corpus Andreas tribunus latenter a Sclavis sublatum Gradensem urbem misit, ibique
sepultus est in atrio ecclesiae. Fuit autem statura mediocris, annorum quadraginta
quinque. Tunc domnus Iohannes dux, quamvis adhuc infirmis, deprecante populo ad
palatium rediit.

Sed diucius stare nolens, licentiam populo dedit ut constitueret sibi ducem quem
888. vellet. Tunc omnes pariter elegerunt sibi Petrum nobilem virum, filium Dominici tribuni;
qui videlicet Petrus natus fuerat de Agnella neptia Petri superioris ducis, quem ad
monasterium diximus interfectum. Mortuo itaque ipso tempore Vitale patriarcha, qui
ecclesiam Gradensem gubernaverat annis 3 et mensibus 3 diebusque 14, successit sibi
Dominicus patriarcha. Domnus vero Iohannes dux rursum ad domum propriam reddiit,
ibique usque ad vitae finem mansit.

899. Interea Ungrorum pagana et crudelissima gens Italiam veniens, incendiis et rapinis
cuncta devastans, maximamque multitudinem hominum interficiens, nonnullos etiam
captivos reservavit. Contra quos Berengarius rex direxit exercitum 15 milia hominum.
Sed pauci ex eis reversi sunt. Ungri vero pertranseuntes Tarvisium, Patavium, Brixiam,
71 ceterosque fines, Papiam et Mediolanum venerunt et usque ad montem Iob[71] depopulantes cuncta. Sed ad Venecias introgressi cum equis adque pelliciis[a] navibus[72], primo
Civitatem novam, fugiente populo, igne concremaverunt. Deinde Equilum, Finem, Cloiam,
Caputargelem incenderunt, litoraque maris depopulaverunt. Verum etiam temptantes
Rivoaltum et Metamaucum ingredi per loca que Albiola vocantur in die passionis sancto-
Iun.29. rum apostolorum Petri et Pauli, tunc domnus Petrus dux navali exercitu, Dei protectus
auxilio, predictos Ungros in fugam vertit. Fuit namque haec persecucio in Italia et
Venetia anno uno. Rex igitur Berengarius, datis obsidibus ac donis, predictos Ungros
de Italia recedere fecit cum omni preda quam ceperant. Hac scilicet tempestate Dominicus patriarcha migravit a saeculo, qui ecclesiam Gradensem rexerat annis 7 et mensibus 11. Cuius Laurencius successor extitit. Circa hec vero tempora domnus Petrus
73 dux una cum suis civitatem aput Rivoaltum edificare cepit[73] anno sui ducatus 9, sicque
Leo imperator protospatharii honorem sibi iniunxit. Predicte vero civitatis murus a
capite rivuli de castello usque ad ecclesiam sanctae Mariae que de Iubianico dicitur
extendebatur. Maximaque catena ferrea inibi composita erat, quae uno capite in fine
predicti muri, alio vero in sancti Gregorii ecclesiae margine, quae trans ripam posita
est, coherebat, ob hoc videlicet, ne ulla navis penetrandi facultatem nisi dissoluta catena
haberet. Vixit autem iam dictus Petrus[b] dux in ducatu annis 23, et mortuus est, sepultusque in sancti Zachariae monasterio, de cuius funere non modice Venetici condoluerunt, quoniam plenus omni bonitate honorifice rexit ducatum. Quem successit ad hanc
912.

a) *ita* 1; bellicis *ed.* b) *vox suprascripta* 1.

70) In antiquis nostratibus nummis argenteis, vulgo grossi, seu matapanes dux dextera vexillum, sinistra fustem gerit, seu sceptrum. ZAN. 71) Iovis, S. Bernhard. 72) navibus ex pellibus confectis. 73) primordium urbis Venetiarum. ZAN.

regendam dignitatem domnus Ursus cognomento Particiacus, qui mox ut dux effectus est, suum filium Petrum nomine Constantinopolim ad Leonem imperatorem destinavit. Quem imperator cum honore suscipiens, protospatharium[a] fecit, ditatumque maximis donis ad propria redire permisit. Qui dum Chroatorum fines rediens transire vellet, a Michahele Sclavorum duce fraude deceptus, omnibusque bonis privatus, atque Vulgarico regi, Simeoni nomine, exilii pena transmissus est. Quem pater perditum acriter dolens, minime acquirere quivit, interim per suum internuncium, Dominicum videlicet Metamaucensem archidiaconem, qui postea episcopus effectus est, suis donis redimeret.

His autem diebus defuncto Leone imperatore, Constantinus eius filius imperium 912. adeptus est. Ipso etiam tempore Laurentius patriarcha hominem exivit, qui Gradensem ecclesiam rexerat annis 12, mensibus 9, diebus 24, tumulatusque est in sanctae Eufemiae atrio. Quem Marinus patriarcha successit. Prelibatus itaque Ursus dux dum ducatum annis gereret 20, iam senex effectus terrena penitus parvipendens coenobitalemque habitum in sancti Felicis monasterio devote suscipiens, ibi vitam finivit. Fuerat namque ingenio preclarus, sanctitate preditus, iustitie amator, elemosina dapsilis, omnibusque bonis fultus. Post cuius discessum quidam nobilissimus Petrus cognomento Candianus ducatum suscipiens, nihilo minus sui decessoris exemplo subditum sibi populum tractare conatus est. Ubi dum Cumaclensis insulae homines quosdam Veneticos temere comprehendissent, ipse vero tanti dedecoris iniuriam non ferens, misso illuc exercitu ipsorum castrum igne combussit, quosdamque illorum interficiens, reliquos utriusque sexus ad Veneciam duxit, ibique tamdiu ipsos detinuit, donec sese suae dicioni sacramentorum fide subderent et ut proprii sibi deinceps in omnibus obtemperarent. His namque diebus quidam Olivolensis episcopus Dominicus nomine defunctus est, quem successit Petrus, Petri tribuni filius. Antedictus vero Petrus Candianus dux suum dilectum equivocum filium Constantinopolim ad Constantinum et Romano imperatores transmisit, a quibus protospatharius effectus, cum maximis donis ad Veneciam rediit. Qui vero prelibatus dux post adventum filii non plus quam quinque annorum spacia vivens, ab hac luce subtractus est. Quem successit[b] Petrus Ursonis[c] ducis filius, is qui aput Vulgaricum regem fuerat exulatus. Sane non absurdum videtur interponere, quomodo predictus Romano inperiale fastigium usurpavit. Leo scilicet imperator quem supra memoravimus, dum solito more navalem exercitum in Sarracenos mitteret, eundem Romano, qui tunc delongarii officio fungebatur, primum eductorem ipsius exercitus constituit. Interea mortuo Leone imperatore, Constantinus eius filius omnium electione imperium est adeptus. Qui statim ad Romano suos delegavit nuntios, mandans ut una cum exercitu Constantinopolim remearet; quibus respondisse fertur, se nulla ratione Constantinopolim redditurum, neque suae dicioni obtemperaturum, nisi eum in palacio maiorem consiliarium et quasi patrem coleret: sin vero aliter, procul dubio sese totis nisibus suo imperio repugnaturum promisit. Mox namque verba operibus adimplens, civitatem quae Avitus[74] dicitur 74 adiit, ibique ne aliquis alimoniam Constantinopolim deferret penitus interdixit Unde 919. factum est, ut cives inedia penę consumpti, imperiali consilio eundem in palacio ut exposcerat receperunt. Qui instanter suam filiam Constantino imperatori in coniugio tradidit. Tum[75] sibi tribusquę suis filiis, id est Christoforo, Stefano et Constantino, im- 75 perialem coronam imposuit, sicque in uno palacio quinque simul imperatores manebant. Nam Christoforus, maior Romano filius, non diu vivens, imperium cum vita perdidit. 920. His diebus mortuo Petro duce Badavario, qui rexerat ducatum annis 3, successit Petrus[d] Candianus, antedicti Petri ducis filius. Predicti namquę quattuor imperatores inter se animos repugnantes, dum Stefanus et Constantinus. fratres suum cognatum Constantinum occidere molirentur, interdicentem Romano patrem violenter monachum effectum, aput insulas quae Paonariae[76] nuncupantur exilio damnaverunt. Hoc denique paterno selere 944. patrato, iterum qualiter predictum Constantinum perdere conati sunt intimabo. Antiqua etenim consuetudo in Constantinopolitano palacio fuisse fertur, quo quisque imperator

a) illum *additum est, sed signis suppositis indicatur, non esse legendum.* b) *suprascr. manu recentiori* VIIII^cXXXVII. c) *suprascriptum manu recentiori* Baduario. d) *suprascr. manu recentiori* VIIII^cXL.

74) Abydos. 75) Hiscum confer Liudprandi narrationem, Antapod. V. 21 sqq., quam noster ignoravit. 76) Principum insulae hodie; Romanum imperatorem in insulam Proten relegatum, Zonaras lib. 16. scribit.

milites illic haberet qui palatinas excubias sorte peragerent, quos Eolica lingua litto-
78 rias[78] nominat. Cumque tres simul illo tempore imperium gubernarent, unusquisque illorum in palacio huius conditionis proprios milites habebat. Quibus omnibus quidam eunuchus Gallus nomine preerat, cum quo quadam die duo fratres, id est Stefanus et Constantinus, clam tali ordine consiliati sunt, videlicet dum simul solito[a] ad mensam convenirent et duris sermonibus cognatum Constantinum exasperarent, mox ut condictum indicium magister ab illis sentiret, propriis militibus aditum exeundi panderet, qui eumdem Constantinum vel exstinguerent vel de palacio turpiter eliminarent, Constantini vero militibus, ne sibi favere possent, aditum interdiceret. Quod predictus Gallus libenter adimplere promisit. Sed Dei[b] providencia qui illum, silicet Constantinum, imperare disposuerat, hanc malignam conspiracionem noluit sibi latere. Isdem vero Gallus, divina inspiratione, mox creditum sibi consilium Constantino prodere studuit, spoponditque ut illis innuentibus, Constantini militibus quos claudere promiserat aperiret, illorumque milites quibus aperire spoponderat clauderet. Quod factum est. Cumque in crastinum ad mensam convenirent et predicti fratres iniurias cognato imponerent, certus Constantinus fide Galli, illatis sibi iniuriis constanter vicem reddere caepit. Tunc illi innuentes inquiunt: *Numquidnam, Galle, possumus habere aliquos, qui in isto arrogante nostras queant vindicare iniurias?* At ille: *Potestis*, inquit, et rapido cursu Constantini milites ad sui senioris auxilium promovit. Qui venientes, statim utrumque fratrem comprehenderunt, ac Constantini iussu clerici facti ad patrem monachum, quem ipsi exiliaverant, detulerunt. Quos cum patre[c] venientes cerneret, insultans ait: *Et unde in hac mea exilii solitudine tam devoti et pulchri clerici delati sunt? Sed qui patrem exiliare non puduistis*[d], *exilii penam simul non sustinebitis, ut quem contempsistis habere consortem in honore, non habeatis consolatorem in dolore.* Mox vero per nuncios Constantinum suum generum taliter affatus est: *Noli queso mecum filios in uno exilio esse permittere, quia quos unum palacium capere nequivit, neque unum exilium capiat.* Tunc Constantinus imperator alterum illorum, id est Stefanum, ad insulam que Proconisum[79] nuncupatur,
80 alterum vero, id est Constantinum, ad Sumatrapi[80] insulam exiliari iussit; qui videlicet Constantinus aput eandem insulam post parvum tempus a quodam imperatoris milite capite est truncatus[e].

Imperatorum Grecorum ratio coegit nos a nostrae istoriae serię aliquid discedere. Nunc necesse est illam ordine repetere. Igitur Petrus Candianus dux, quem prediximus, sexto sui ducatus anno, triginta et tres naves quas Venetici gumbarias nominant contra Narrentanos Sclavos misit, quibus Ursus Badovarius et Petrus Rosolus prefuerunt. Qui absque effectu reversi sunt. Iterum namque totidem contra eos mittere studuit. Quae federe firmato ad propria redierunt. Eo videlicet tempore mortuo Petro Olivolensi episcopo, qui episcopatum rexit annis . . . ., Ursus sibi successit. Antedictus quidem Petrus dux tres habuit filios, quorum unum nomine Petrum, populo suggerente, consortem sibi elegit. Qui paterna monita flocti[f] pendens, adversus eum insurgere tem-
959. ptavit, adeo ut quadam die utrarumque parcium milites ad pugnam peragendam in Rivoalto foro convenirent. Sed dum infirmo et vetulo patri maior pars populi obtemperaret filiumque perdere vellet, tandem pater misericordia motus, ne illum occideret[g], rogare caepit. Tamen volens populo satis facere, extra patriam illum exire iussit. Deinde omnes tam episcopi quam cuncto clero cum omni populo, facta conspiratione iuraverunt, quo nunquam nec in vita nec post hobitum patris eum ducem haberent. Is autem Petrus, qui patria pulsus fuerat, comitante illo Georgio diacono et Gregorio quodam presbitero una cum 12 propriis servis ad Hwidonem marchionem, Berengarii regis filium, pervenit. Qui eum devote suscipiens, patri Berengario regi presentavit. A quo

a) to *suprascriptum* 1. b) *vox suprascripta* 1. c) *sic in codd. Urb. et Vatic., sed emendatum est in* pater *in cod. Urb. manu recentiore.* d) *ita scribo;* duistis 1. 2. *in hoc emendatum corr. in* timuistis. e) *hinc littera paullo minor et aequatior, sed eiusdem manus.* f) *ita infra;* flo..pendens 1. flocipendens 2. g) t *post add.* 1.

78) fortasse a Latina voce lictor, Graeco more iis saeculis inflexa, veluti χαμπιδούκτωρας campiductores, καντάτωρας cantatores, aliaeque id genus hybridae voces, quae etsi Latinae, Graecis tamen litteris Graecaque inflexione descriptae, a Graecis sequioris aevi passim usurpabantur. In codice tamen reponendum *lictoras* pro *littoras*, quos interpretor somatophylaces, custodes corporis. ZAN. 79) Proconnesus. 80) Samothrace.

similiter cum honore susceptus, ut secum ad Spoletensem seu Camerini marchiam debellandam properaret, invitatus est. Qui rediens, accepta a rege licentia de Veneticis vendicandi, Ravennam adiit. Ubi cuiusdam relatione didicit, septem Veneticorum naves in portu qui vocatur Primarius[81] fore, quae negotiis honerate, Fanensem urbem 81
proficisci disposuerant. Tum sex Ravennatum navibus adeptis, contra easdem hostiliter irruens, eas absque obstaculo comprehendit. Sicque Ravennam reversus est. Interea mortuus est Petrus dux pater ipsius, qui decem et septem annis rexerat ducatum. Post filii quidem eiectionem non plus quam duobus mensibus et 14 diebus vixisse fertur. Anno igitur incarnationis domini nostri Iesu Christi nongentesimo quinquagesimo nono, 959.
omnis Veneticorum multitudo una cum episcopis et abbatibus convenere, et sacramenta oblivioni tradentes, cum trecentis pene navibus preparatis Ravennam, ut supradictum Petrum in ducatus honorem restituerent, properarunt. Quem suscipientes, cum tali apparatu ad palatium duxerunt, sacramentorumque fide principem iterum recrearunt. Qui non post multum tempus nacta occasione, maritale thorum Iohanniae uxori suae interdicens, in sancti Zachariae coenobio monachicam vestem vi eam recipere coegit. Filium siquidem quem ex ea habuit, Vitalem nomine, clericum devovens, Gradensem patriarcham postmodum fieri promovit. Deinde Hugonis marchionis sororem[82] Hwalde- 82
rada nomine in coniugio excepit, a qua servorum ancillarumque copiis prediisque maximis dotalicii iure acceptis, exteros milites de Italico regno, cum quibus defendere et possidere predicta praedia possed, acquirere studuit. Nempe tante audaciae fuisse fertur, quo et subditos virtutis rigore plus solito premeret, extraneosque sibi obsistentes ulciscendo devinceret. Ferrariensis quippe castelli populum potentissime debellavit. Opiterginum quidem castrum igne concrematum devastari iussit. Nonnullaque alia se obiurgantibus aspera intulit. Verum quia omnia gesta ab illo explicare minime possum, eius exitum exarando demonstrare curemus. Octavo decimo quidem sui honoris anno, una 977.
cum filio parvulo quem de predicta Hwalderada habuit, tali ordine interfectus est. Dum illo[83] longo tempore Venetici ob austeritatem sui exosum haberent facultatemque perdendi sedule machinarent, quadam die facta conspiratione in illum insurgere adorsi sunt. Palatium tamen, quia bellicosis, licet paucis, militibus illum stipatum noverant, nulla ratione ausi sunt penetrare. Tandem nequam consilium invenientes, propinquas domos, quae econtra palatium citra rivolum consistebant, igne mixto picino fomento accendere studuerunt, quatinus flamarum flexibilia culmina vicinum palatium attingere et concremare possent. Unde factum est, quod non modo palatium, verum etiam sancti Marci sanctique Theodori, nec non sanctae Mariae de Iubianico ecclesiae et plus quam trecente mansiones eo die urerentur. Is autem dux cum ignis calorem fumique suffocationem diu inter palatium ferre nequiret, per sancti Marci atrii ianuas evadere cum paucis conatus est; ubi nonullos Veneticorum maiores una cum generis afinitate suum expectantes periculum repperit; quos ut cernens taliter allocutus est: *Et vos, fratres, ad exicii mei cumulum venire voluistis? Si aliquid in verbis vel in rebus publicis deliqui, meae insperate*[a] *vitae spacium rogo, et omnia ad vestrum velle satisfacere promitto.* Tunc ipsi sceleratissimum et morte dignum eum affirmantes, diris vocibus clamaverunt, quod nulla evadendi in illo possibilitas foret. Et instanter mucronum ictibus undique illum crudeliter vulnerantes, diva anima corporeo relicto ergastulo, superum petiit solita. Filium siquidem, quem nutrix ab incendii poena liberavit, a quodam nequissimo cuspide transverberatus est, pariterque milites qui illi favere nitebantur, occisi sunt. Gelida namque corpora quorum, idem[84] genitoris et sobolis, ob ignominiam primitus exigua navi ad 84
macelli forum, deinde quodam sanctissimo viro Iohanne Gradonico nomine interpellante, ad sancti Yllari monasterium detulerunt.

Patrato vero hoc[b] nequissimo scelere, in sancti Petri ecclesiam convenerunt, ibique

a) inspirate *corr.* insperate 1. b) *suprascr. m. rec.* VIIII[c] LXXIIII. 1.

81) Porto di Primaro, in ostio meridionali Padi. 82) Ugo rex Italiae et Provinciae dux.

Ubertus marchio Tusciae ann. 970.
Ugo — Waldrada nupta Petro Candiano Venet. duci.

Vide Guichenonium in Hist. genealog. famil. reg. Sabaud. p. 164, et Grandium in vita D. Petri Urseoli, ubi plura de Waldrada seu Gualdrada Uberti marchionis filia. ZAN. 83) i. e. illum 84) = id est.

977. communi voto quendam virum, Petrum videlicet Ursoylum cognomine, preclarum generositate et moribus in ducatus honorem sublimare decreverunt. Qui puerili etate nil aliud quam Deo placere studens, ad tante dignitatis provectum scandere contempnebat, timens ne saecularis honoris ambitione propositum amitteret sanctitatis. Tandem inportune populo interpellante, non humano favore, sed totius rei publicae commodo huiusmodi principatus apicem accipere non recusavit. Deinde sacramentorum fide ab omnibus confirmatus, in propria domo degere voluit, ut interim sancti Marci ecclesiam et palatium recreare posset. Erat siquidem sibi coniux, Felicia nomine et merito, unius nati tantumodo mater, qui patris equivocus nomine, non dissimilis extitit opere. Post cuius vero conceptionem, quam angelico inditio diva mater fertur cognovisse, maritalem torum viro sibi obtemperante, inviolatum vicissim Deo conservare deinceps devovere. Ceperat namque isdem dux Veneticorum causas bene et utiliter tractare, censuramque legis in omnibus studiosissime observare, et omnium virtutum gratia pollere. Combustum vero palatium et sancti Marci ecclesiam honorifice propriis sumptibus redintegrare studuit. Interea Vitalis Gradensis patriarcha, predicti Petri interfecti filius, quorumdam Veneticorum consilio Saxoniam ad secundum Ottonem imperatorem properavit. Quem imperator devote suscipiens, dixit: *Cur ad me, pater, posita tanti itineris intercapedine meam presentiam adire voluisti?* At ille: *Proprii*, inquid, *parentes excio coactus, ad tuam clementiam veni, quatinus mei infortunii meaeque inopiae consolator et fautor efficiaris.* Tunc cesar experta ordine huius sceleris ratione, patriarcham secum manere aliquamdiu rogavit, suasque querelas pie veniabiliterque condoluit. Eodem quoque tempore domnus Hwarinus venerabilis abbas sancti Michahelis monasterii, quod in Equitanie partibus in loco
85 qui vocatur Cussanus[85] scitum manere decernitur, Romam ad apostolorum limina properavit. In redeundo quidem Dei fultus timore beatique Marci, Veneciam intravit, ibique aliquantis diebus orationis studio et domni Petri ducis precibus constrictus commoratus est. Quem dum domnus dux digna veneratione coleret et sedulae divina colloquia simul agerent, expertus est abbas ducem prorsus terrena parvipendere habitamque dignitatem non ambitionis studio sed subditorum solatio obtinere; iniunxit tamen sibi dicens: *Si vis perfectus esse, relinque mundum huiusque dignitatis apicem, et in monasterio Deo servire festina.* Cui dux: *Egregie*, inquid, *pater et meae animae lucrator, suma aviditate tuis monitis obtemperare gestio. Sed aliquanti temporis spacium rogo, interim meam facultatem disponere queam. Postea vero in monasterio tuique regiminis vinculo summissus, Deo militare cupio.* His quidem determinatis, certam diem decreverunt, qua abbas Veneciam ad eundem suscipiendum reciprocaret. Tunc accepta licencia, ad suum monasterium repedavit. Antedictus vero dux ceptam patriae salutem sollerti studio procurare non desiit, licet aliquanti, quorum consilio, ut diximus, patriarcha imperatorem adiit, sue ditioni perversos repugnantes efficerentur, adeo ut suam vitam crudeli funere perdere molirentur. Tamen tante bonitatis et divinae virtutis gratia vigebat, ut quicquid ipsi de se clanculo iniqua machinatione determinarent, nemine indagante cognosceret, nullique resistenti aliquod nephas recompensare voluit, sed equo animo Dei timore omnia tollerando sustinebat. Inter hec statuta die prelibatus abbas ad Venetiam rever-
976. sus est, ea occasione quo Hierosolimam ire vellet. Quem Petrus dux libenter suscepit, et prima nocte diei Kalendarum Septembriarum ipse una cum Iohanne Gradonico necnon Iohanne Maureceni, suo videlicet genero, nesciente uxore et filio omnibusque fidelibus, occultę de Venetia exierunt. Qui non procul a sancti Illarii monasterio equos assendentes, iam detonsis barbis velocissimo cursu viam carpere ceperunt, in tantum
86 in tercia die Mediolanensem ruram[86] transeuntes, Vergelensem urbem[87] conspicerent. Sequenti vero die Veneticorum populi perditum pastorem conquaesti sunt; quem minime reperientes, maximo tabescebant dolore. Fuit nempe pauperum nutritor, ecclesiarum recreator, clericorum et monachorum fauctor, omnibusque benivolus. De suis quidem facultatibus mille librarum numerum ad Veneticorum solatia in palatio largivit, alias mille in pauperum alimonias contulit; in sancti Marci altare tabulam miro opere ex argento[a] et auro Constantinopolim peragere iussit. Secum etiam maxima thesauri copiam ad predicti monasterii restaurationem deportavit. Rexit itaque ducatum annis

a) argen 1. 85) S. Michel de Cusan, dioeceseos Perpiniacensis. 86) = rus, terram. 87) Vercelli.

duobus et mense uno. Nam non plus etatis quam quinquaginta annorum fuerat, quando
saecularem deposuit gloriam.
Post cuius discessum[a] Vitalis cognomento Candianus, vir totius prudentiae et boni- 976.
tatis, in ducatus honorem subrogatus est. Quod audiens Vitalis patriarcha, qui apud
Veronensem marchiam morabatur, in Venetiam intravit. Qui a duce interpellatus, cum
suis nuntiis ad pacem inter imperatorem et Veneticos consolidandam Teutonicam petiit
regionem[b], quoniam ducis Petri interfectione ammodum illos execrabiles exososque habe-
bat; firmato autem federe ad propria reversus est. Praedictus namque dux corporali
molestia ingruente, quattuor diebus antequam vitam presentem determinaret monachum
fieri et ad sancti Illari monasterium se deferri promovit. Praefuit autem Veneticorum
ducatui anno uno mensibusque duobus, tumulatusque est in eodem monasterio. 977.
Quem Tribunus cognomento[c] Menius dignitate successit, qui licet saeculari sollertia
careret, maximis tamen fortunae copiis exuberabat. Temporibus cuius aurea Venetia
nonnullis ignominiorum periculis dehonestata est. Contigit autem, ut Veneticorum
maiores primitus contra ducem insidias demolirentur, deinde inter sese invicem disci-
dentes vicissim odiorum nequitiis inficiebantur. Interea inter Maurecenos et Coloprinos,
Venetiae proceres, maximum iurgium exortum est; adeo ut Stefanus Coloprinus cum
filiorum et parentum afinitate, praedicti ducis consensu et virtute, quadam die in Mau-
rocenos abolendos insurgerent. Sed Dei virtute huius periculi flagitium providi omnes
evadendi facultatem consecuti sunt. Unus tamen illorum, id est Dominicus Maureceni
innocens in sancti Petri Olivolensis foro detentus et diutissimę laceratus est. Cuius cor-
pus turpiter denudatum semivivum ad sancti Zachariae monasterium parva lintre delatum
est. Cumque in ecclesia positum a circumstantibus parentibus deploraretur, infra duarum
orarum spacia vitalem deposuit halitum. Cuius mors suis maximum dolorem induxit;
adeo ut ad hoc scelus ulciscendum oportunum expectarent tempus. Circa haec siquidem
tempora secundus Otho imperator ad Italiam veniens, Veneticorum fedus ob Petri Can-
diani ducis funus disrumpere conatus est. Ad quem Tribunus predictus dux suos inter-
nuntios mittens, eum placare suis muneribus studuit. Pacti etiam scriptionem tunc Veronae
duci suoque populo renovatam perpetualiter ad habendum indulsit[88]. Dehinc Ravennam 88
pertransiens, Romam adire festinavit, ubi didicit Sarracenorum formidolosam gentem 981. Mart.
Calabritana invasisse loca, iamque in Apulięnses partes vellent tendere gressum: quam
aggredi hostiliter conatus est. Verum dum proxima loca, quibus Sarracenorum multi- 982. Iul. 14.
tudo manebat, incautus peteret, tetra cohors repente christianorum exercitum ad certa-
men lacessere temptavit. Imperator quidem ignarus, quod montium per anfractus omnes
Sarracenorum maiores latitarent, illos quos cernere valebat facili certamine debellare
autumans, pugnam audacter inchoavit, eosque audacissimę Christo favente devicit.
Cumque christianorum milicia cum triumphali gloria tentoria applicare propria vellent,
paganorum multitudo e montibus exiliens, super eosque inopinatę irruens, illos caedere
acriter cepit, in tantum ut illi quibus fugiendi aditus negabantur, crudeliter vulnerati
caderent. Imperator siquidem, licet ingenti difficultate, per medias barbarorum acies
vix ad litus usque pervenit; inimicorumque inportunitate territus, fluctivagum mare intra-
vit. Ubi duae Graecorum naves, quae lingua illorum zalandriae nuncupantur, non pro-
cul a terra anchoris herebant. A quibus ille cum duobus suis vernaculis susceptus,
minime agnitus est. Fertur namque, quod per triduum illum vinctum custodirent, et
quamquam ipse imperatorem se fore omnino denegaret, tamen Greci ingenio peritis-
simi, nescio quibus inditiis eum agnoscere potuerunt. Agnito vero, Constantinopolim
illum deferre decreverant; quod ipse expertus ait: *Et ego hoc toto mentis affectu opto,
quoniam potius ad sanctorum augustorum vestigia exul degere gestio, quam omnibus bonis
privatus mei infortunii ignominiam hic sustinere. Tantum promittite, quatinus meam con-
iugem meaeque fortunae reliquias me, priusquam recedatis, accipere liceat.* Tunc duo-
decim scrinea, plena thesauris copia, ad littoris marginem delata sunt. Greci hoc cer-

a) *suprascr. manu rec.* VIIII[c]LXXVI. b) r. *suprascriptum* 1. c) *suprascript. m. rec.* VIIII[c]LXXVII.

88) Auctor rei gestae seriem invertere videtur; Otto primo adventu Veronam ann. 980. mense Decembri Venetos commeatibus prohibuit, et biennio exacto Veronam redux, die 7. Iunii a. 983. pactum renovavit; v. Leg. II. pag. 35.

nentes, omni titubatione remota, eundem secum velle firmiter ire credebant. Et dum haec agerentur, Cessone[88] Metense episcopo cum nonnullis aliis[89] littori[a] astantibus, ipse adepto gladio in mare prosiluit, et viriliter natando desideratum littoris marginem inlesus petiit, et sic a duobus periculis liberatus, Romam cum uxore advenit. Deinde Papiam ceterasque Italiae civitates peragrans, Veronam adiit. Quem predictus Stefanus 983. Iun. Coloprinus una cum duobus filiis et quibusdam parentibus, expertus quod Maurecenorum temeritas, ducis videlicet consultu, parentis mortem vellent ulcisci, clam de Venetia exiens festinanter adire procuravit. Cui imperator valedicens, cur propria amittere voluisse requisivit; cumque infortuniis viae ventum seriae exponeret, cesari persuasit, quod si vellet consiliis monitisque suis acquiescere, Venetiam diu desideratam facili certaminę posset acquirere. Et insuper quo imperatoris animus ad hoc nequissimum perficiendum scelus potius exardesceret, centu libras purissimi auri se illi daturum spopondit, si devicta patria, sibi ducatus dignitatem concederet. Quod audiens imperator, universis suo sceptrui adiacentibus edictum et inevitabile intulit preceptum, ut nemo aliqua praesumptione fultus, deinceps quemlibet Veneticum in aliquam sui imperii partem permitteret exire, neque aliquis suorum in Venetiam auderet intrare. Tunc unicuique Veneticorum secum degenti firmiter praecepit, ut cum suis videlicet nunciis loca quibus alimonia confluere ad Veneticorum solacia noverant, sollerti studio custodirent. Unde factum est, quod Stefanus Coloprinus cum filio suo Dominico Patavi commoraretur, Ursus Badovarius Athesim fluvium previderet, Dominicus quidem Silvo cum Petro tribuno Mistrinis partibus insisterent, Iohannes quidem Bennatus ceu nugigerulus inter omnes discurrere sedulę festinaret, Marinus Coloprinus Mistriensi comitatu huiuscemodi officium perageret, Ravennam quoque Stefano iuniori, prelibati Stefani filio, ad custodiendum iniungerent. Antedictus nempe Tribunus dux repugnantium infidelium nequitiam inultam diu non ferens, domos illorum devastari permisit, uxoresque ne aufugere possent custodire precepit. Imperator autem in tanta severitate et duricia ad Veneticorum destructionem perseverabat, quo nec precibus nec quibuslibet muneribus eum placare valerent. Sed omnibus suum iterum preceptum imposuit, ut nulli in aliqua sui 983. Dec. 7. imperii parte pervento Venetico parcere auderet. His quidem definitis Romam viscere disposuit; in qua non diu incolomes manens, valida ingruente fębre, mortuus est, sepultusque in sancti Petri curte non procul a sanctae Mariae ecclesia. Unde non dubium est, ut quidam spiritalis monachus, angelo sibi indicante, cognovit, quod ob Veneticorum afflictionem inopinatam incurrisset mortem. Venecia namque per biennium tali perpessa infortunio divinitate propitia liberata est. Praelibatus quidem Stefanus Coloprinus una cum filiis et ceteris aliis Papiensem urbem adire satagerunt, flexisque poplitibus Adheleidam augustam, quae inibi morabatur, exorare incessanter ceperunt, ut inlesi suo conservarentur in regno, quoniam omnibus pene Italiae principibus morte digni ob propriae patriae delationem diiudicati sunt. Tunc repente apud Ticinum mortuo Stefano Coloprino, augusta, praecibus Ugonis videlicet marchionis constricta, filios cum quibusdam aliis suis preeuntibus nunciis ad Tribunum ducem destinavit, quatinus quicquid sibi vel quibuslibet aliis perverse deliquissent, suo amore Venetiam[b] consequi mererentur. Tribunus vero dux quamquam invitus tamen imperatricis iussu et prece, gratiam simul et patriam illis concessit, et insuper ne ab aliquis inimicorum temere occiderentur, quattuor iuratoribus sacramentorum fide muniti, securi in patria persisterunt. Maureceni sane taciti hoc totum considerantes, firmiter parentis mortem vindicare decreverunt. Quapropter dum quadam dies tres fratres, Stefani Coloprini nati, de palatio solito vellent domum parva rate redire, a quattuor Maurocenis interempti, rivoli latices proprio cruore infecerunt. Quorum corpora a quodam suo homine de limpha sublata, orbate genetrici atque coniugibus delata sunt. Altera vero die in sancti Zachariae monasterio tumulata sunt[c]. Quorum duo laici fuerunt; tercius autem, id est Iohannes, clericatus officii sortem gessit. Licet dux ab huiusscemodi nefas se inmunem redderet, nonnulli

a) littori a. i. a. g. i. m. p. et v. n. d. *desunt* 2. 3. b) veniam *Zanetti legere mavult; sed lectio codicum sequentibus* patriam illis concessit *defendi poterit.* c) *ita* 1. Altera — sunt *desunt in edd.*

88) *Deoderico;* nisi fortasse *Et dum haec agerentur Cessone, Metense* etc. distinguendum sit, *Cessone* loco *Rossani* scripto. 89) Liupone et Richizone, cf. Alpertum SS. T. IV.

tamen eiusdem sceleris eum noxium affirmabant. Anno vero 13. sui ducatus isdem dux Mauricium suum filium Constantinopolim mittens, ipso eodemque infirmitate detentus, sex diebus non sua sponte sed populo cogente antequam ultimum sibi obscuresceret, monachus in sancti Zachariae caenobio effectus est. Praefuit autem Veneticis annis 13 et mensibus quinque. Sepultusque est in eodem monasterio[a].

Anno vero dominicae incarnationis noningentesimo nonagesimo primo Petrum, 991. antedicti domni Petri Ursiuli ducis sobolem, trigesimo suae aetatis anno Veneticorum populi ad paternam dignitatem promoverunt. Qui probitate et actu haud degenerans a divo parente, utriusque tamen hominis peritia omnes poene antiquos excellebat duces. Iste nempe patriae comoda non modo in priscum consolidando reduxit statum, verum in tantum rem publicam auxit, ut suis temporibus Venecia prae omnibus finitimarum provinciis decore et opulentia sublimata diceretur. In sui quidem honoris exordio Constantinopolytanos imperatores, omnesque Saracenorum principes suis legationibus placatos ac devotos amicos firma stabilitate adquisivit. Nuncios etiam Saxoniam ad tercium Ottonem regem, praeclare indolis puerulum, destinavit, cum quo tanti amoris et amiciciae vinculo sese coarctavit, quatinus remota dilatione, Iul. 19. deinceps quicquid sibi possibile conpetebat ad votum consequaeretur[90]. Hisdem namque dux a Croatorum Sclavorum oppressione suos potenter liberavit; quibus etiam solitum censum[91] primus dare interdixit. Cum Italicis vero principibus amiciciae foedere 91 copulatus semper mansisse probatur. Tamen si quis horum aliqua stipatus temeritate suis quoddam honerosum plus pacti decreto inponere voluisset, viriliter obsistendo sui compos in omnibus manebat. Quid dicam? proprios aequo moderamine aequitatisque trutina preesse satagebat; extraneis vero suae resistentibus ditioni vicissitudinem reconpensabat. Quibus tamen fortunis Venecia suis diebus claruit, serie prodere conabor. Eo namque tempore Gradensis civitas, quae totius novae Venetiae metropolis fore dignoscitur, vetustate ex maxima parte consumpta videbatur, quam praedictus princeps ab ipso fundamine ad propungnaculorum usque summitatem munitissime renovavit, domumque propriam in ea iuxta occidentalem turrim edifficare fecit, parietes etiam seu ecclesiarum laquearia recreare libentissime studuit. Apud Civitatem quidem novam, quae vocatur Eracliana, pulchrae imaginis domum una cum capella ipso eodemque tempore componere fecit.

Interea Iohannes Belonensis episcopus Venetiquorum ducatus praedia in finibus Civitatis novae Tribuni ducis tempore usurpata per vim actenus retinebat, quem nec regalis iussio nec quolibet promissum ab ipso infortunium terrere potuit, quo iniuste retenta redderet pacemque cum domno Petro duce haberet. Qui dux quamquam moleste, tamen pacifice, interim Heinrici ducis praesenciam Veronensis susciperet marchia, hoc tollerare disposuit. Pervento vero duce, suis internunciis eundem petere procuravit. Qui amiciciae foedere simulatus, de Iohanne episcopo seu ceteris sibi adversantibus legem facere ad suum velle spopondit. Tamen quod ore promisit, citius faciendi voluntatem dicto permutavit. Petrus itaque dux tantae deceptionis providus, suum legatum Ottoni famosissimo regi ad Aquisgrani pallacium sine aliqua mora transmisit, qui huiusmodi causas ordine sibi panderet. Hoc denique expertus rex prenotati ducis Heinrici actum omnino redarguens, omniaque obmissa praedia Petro duci praeceptali institutione ad habendum concessit: cui etiam Brunonem, nobilem suum militem, misit, qui hoc negocium legis censura regiaque auctoritate inter se et episcopum definiret. Quem episcopus adeo floctipendens, ut illum nec conloquio adire nec videre voluisset. Cumque domnus Petrus dux talia cerneret, accepto a regio nuncio et a suis salubre consilium, inevitabile decretum supra suos imposuit, quo nemo illorum aliqua praesumptione fultus predictam seu Istriensem ausus foret marchiam adire, neque aliquod venale vicissim vendere vel comparare. His quidem peractis, regalis nuncius ad propriam reversus est. Ceptum vero iurgium a duce diutissime perduravit, in tantum videlicet ut non solum illius marchiae peculia salis egestate consummerentur, verum etiam homines subsidiis Veneticorum

a) *Hic in codice Urb. lacuna exstat unius paginae; quae sequuntur inter ipsas res gestas scripta esse videntur.*

90) pactum d. 19. Iulii a. 991. renovatum Liber Blancus exhibet et Andreas Dandulus in chronico pag. 223—225. 91) cf. Andreae Danduli chron. lib. IX. part. III. p. 225. ZAN.

carentes, miserabili[a] calamitate perpessi, sedule ad ducem pacem, quam consequi non valebant, humiliter efflagitarent.

996. Dux itaque audiens Ottonem regem ad Italiam venturum, pacem cum praedictae marchiae populo facere diferabatur. Tunc suos nuncios denuo Teutonicam mittere dispo-
Mart. suit, qui inter Alpium anfractus regem iam a Ausonia venientem repperierunt. A quo honorifice suscepti, quicquid nefas suis dux inimicis intulerat libenter audivit; insuper promisit nunquam quolibet modo illum constringere ad pacem faciendam interim ipse vellet. Deinde antequam Italiae planiciem peteret, eundem ducem dulci praece rogando demandavit, ut suum natum adhuc christianae fidei confirmatione carentem Veronam sine aliqua mitteret mora; quod dux suorum fidelium consilio facere adquievit. Puero quidem Verona pervento officiose a rege susceptus est, quem chrismatis unctione propriis amplexibus coarctatum fecit munire, et amisso paterno nomine, Otto, id est suus aequivocus, nuncupatus est. Iohannes quidem prememoratus episcopus, seu Rozo Tarvisianae sedis antistes, cum quibuslibet aliis ad pacem interpellandam ibi convenerunt. Quibus rex hanc adquirere interdicens, donec domni Petri ducis polliciti forent satis faciendo gratiam recuperare. Insuper Iohannem episcopum ducis terram, quam iniuste possidebat, reddere cum lege coegit. Hac tempestate inter Veronensium cives et Teutonicorum exercitum exortum fuerat iurgium, sed Teutonici a civibus interemti per civitatis platheas nonnulli occubuerunt. Inter quos nobilissimus unus cecidit adolescens, Carolus nomine, qui maximum de suo funere dolorem regi suisque conpatriotis reliquerat. Quod rex graviter ulcissi in civibus decreverat. Tamen eiusdem civitatis Odberti episcopi interventu evaserunt. Otto vero, praedicti domni Petri ducis filius, diversis muneribus a rege foeneratus, ad Veneciam reppedavit. Tunc domnus dux pacem diucius imploratam inimicis indulsit, quamvis Iohannis episcopi severitas in amisso praedio perduraret. Eo quoque tempore apud Rivoaltum mortuo Marino Olivolensi episcopo, qui episcopatui prefuit annis . . . ., successit sibi Dominicus cognomine Gradonicus. Otto deni-
April. que rex Brisciam caeterasque Italiae urbes peragrans, Papia advenit. Hic Italici principes fidem supra euangeliorum sacraria facientes, regem ipsum conlaudaverunt; ibique Iohannem apostolicae sedis antistitem defunctum audiens, Brunonem suum videlicet nepotem, Ottonis ducis filium, ad hanc dignitatis apicem fastigiare disposuit, quod postea complevit. Deinde per Arripdani[91] fluenta navigio Ravennam adivit. Ubi aliquandiu com-
Mai. 1. moratus[92], Redulfi Ariminensis comitis, nec non Herimundi, atque sui fratres Raimundi pro aecclesiarum seu pauperorum praediis quae usurpata possidebant, oculos eicere iussit. His definitis Romulidarum appetens urbem, in qua a predicto Brunone aposto-
Mai. 21. lico, qui postmodum Gregorius dictus est, Romanorum multitudine interpellante, unctus et consecratus est imperator. Hinc non procul a Romana urbe discedens, ut remissius illius climatis aestum tollerare quivisset, inter Camerinae marchiae alpes aliquid com-
Aug. 1. moratus est. Postmodum per Tusciae viam Papiensem repetens urbem, omnibus sibi
93 obtemperantibus imposuit aedictum[93], quo ubicumque in suo imperio perventi Venetici forent, inlesi et sine aliquo imposito gravamine degere debuissent. Et tunc per Cummanum lacum iter arripuit ultramontanum.

Circa haec namque tempora Croatorum iudex propter interdictum sibi censum a duce in Veneticos lesionis molestiam exercere conatus est. Unde domnus dux sex naves praeparatas illuc mittens, quibus Badovarius cognomento Bragadinus prefuit. Qui unam
94 illorum civitatem quae Issa[94] nominabatur conprehendens, utriusque sexus captivos ad Veneciam deportavit. Et ex hoc maioris odii cumulum inter Veneticos et Sclavos pulu-
95 lavit. Coeperuntque iterum censum inportune ducis exiere[95]; quibus dux pro illorum ignominia demandans: *Non per quemlibet nunciorum hunc mittere curo; sed vita comite, ad hanc persolvendam dationem venire ipse*[b] *non denegabo.* Eo namque tempore Iohannes Grecus, Placentinae aecclesiae presul, Constantinopoli cum Grecorum imperatoris legato reversus, Romam adivit. Qui dum apostolicam sedem, abiecto a Iohannis Crescentii temeritate pastore, vacuam repperiret, invadere contra imperiale decretum minime for-

a) m. *suprascriptum* 1. b) ipse *suprascriptum* 1.

91) i. e. Eridani. 92) d. 1. Maii Petro duci portuum trium instituendorum libertatem impertivit. 93) non extat. 94) hodie Lissa. 95) i. e. exigere.

midavit. Gregorius vero, illius aecclesiae sponsus, per Italiae urbes merens imperatoris expectando adventum versabatur. Per haec quidem tempora antedictus dux Iohannem suum filium Constantinopolim destinavit, quem imperator non solum diversis muneravit donis, verum etiam aegregiis honoribus sublimavit.

Imperator siquidem hoc nequissimum scelus a Iohanne Greco patratum cum audiret, Italiam festinus reciprocare non pigritavit. Qui ex Ticinensi urbe Ravennam descendere 998. navigio disponens, Petro suo dilecto compatri Veneticorum duci rogando demandavit, Ian. quatinus Ottonem suum filium ultra Ferariense castrum sibi obvium mittere non recusaret. Quod dux libenter agere volens, filium cum decoratis navibus misit. Inter quas una quantitate et pulchritudine[a] excellebat navis. Quam imperator una cum puero ascendens, Ravennam usque pervenit. Ubi non diu manens, ducis puerum donorum Febr. copiisque ditatus ad Veneciam redire permisit. Ipse vero Romam, ut inimicorum arroganciam abolere posset, petere curavit. Qui audientes eum Romam venturum, alter illorum, id est Iohannes Crescencius, in sancti Angeli castello se cum suis retrusit. Alter quidem, id est Iohannes Grecus, procul a Roma inexpugnabilem turim intravit, in qua non diu, vento imperatore, illum manere licuit. Sed ab eius militibus captus, proiectis oculis auribusque praecisis, nares etiam et linguam amisit, et capitis deturpatus decoritate Romam in quodam monasterio delatus est. Et quoniam ad tanti facinus ultionem hoc non sufficerat, postmodum a sacro concilio depositionis sentenciam sustinens, sacerdotale officium perdidit, et a Romanis impositus deformis aselli terga, versa facie ad caudam[b] sub praeconi voce per Romanas regiones ducebatur. Dehinc munitissimum sancti Angeli castellum omnes Romani cives una cum Teutoniquorum exercitu expugnare caeperunt. Quod magna cum difficultate comprehendentes, Iohannem Crescencium veniam miserabili voce adclamantem in sumitate ut ab omnibus videretur decollaverunt. Apr.29. Et proiecto tellure, aliis quibus evadendi facultas defuit simili poena in monte Gaudio imperiali decreto suspensi sunt. His peractis, trium annorum spacio imperator regno praefuit Italico, in quibus multa peregens regnum visitavit Teutonicum.

Illis namque temporibus in Dalmacianorum confinio non plus quam Iateranenses cives Veneticorum ducis ditioni obtemperabant, quos Croatorum ac Narentanorum principes crebro affligere solebant, in tantum ut Narrentani horum quadraginta comprachendentes, secum victos[95] deportaverunt. Unde Dalmacianorum populi omnes poene simul convenientes, Petro Veneticorum duci suis internunciis hoc demandaverunt, quod si ipse venire aut exercitum mittere vellet, qui eos a Scavorum severitate liberaret, ipsi et illorum civitates perpetua stabilitate suae suorumque successorum potestati subditos manerent. Hoc audiens Petrus dux, nulla interposita dilacione, suorum consilio munitus navalem preparare expeditionem peregit. Septimoque sui ducatus anno ascensionis Domini Mai.26. festo cum suis in sancti Petri Olivolensis aecclesia ad missarum ministeria percipienda convenire voluit. Cui Dominicus, eiusdem loci episcopus, triumphale vexillum contulit, et una classem consendentes illo die Equilensem portum intraverunt. Dehinc velis libratis occiduoque vento flante, Gradensem applicuerunt urbem. Quos domnus Vitalis patriarcha, preeunte plebe, cum clericorum apparatu excipiens, digna suo principi obsequia exibuit; cuius quoque dexteram victrici sancti Hermachorae signo condecoravit. Inde pellagi sulcando undas Istriensem ad[c] provinciam transientes[d], civitatis Parentinae iuxta insulam velis depositis pernoctare disposuerunt. Quibus venerabilis Andreas episcopus occurens, famulamina Petro duci multa[e] impertitus est. Quem humiliter rogitans, ut sancti Mauri oraculum adire non recusaret. Cuius petitioni adquiescens, multo milite stipatus urbem[96] intravit, et expletis in sancti Mauri aecclesia ministeriis sacris, arrepto 96 exin itinere, remigantibus nautis apud monasterii sancti Andreae insulam quae iuxta Pollensem[97] civitatem manet, grata ospicia habere voluerunt. Illuc Bertaldus Pollensis 97 eximius antistes cum clericorum et civium multitudine festinus advenit, et utroque honore eumdem ducem glorificavit. Deinde vastum velificando aequor Absarensem ad urbem[98] delati sunt. Ubi non modo cives, verum omnes de finitimis tam Romanorum quam Sclavorum castellis convenientes, tanti ospitis adventum se praevenisse gaudebant. Et

a) pulchritudine *suprascriptum* 1. b) ad cuidam 1. ad cauda 2. c) ad *suprascriptum* 1. d) transientes *suprascriptum* 1. e) multa *suprascriptum* 1.

95) i. e. vinctos. 96) Parenzo. 97) Pola. 98) Ossero.

998. sacramentis ab omnibus peractis, sub illius principis potestate manere decreverunt. Hoc
Iun. 5. peracto sacrum diem pentecosten solemniter celebrantes, predicto principi laudis modulamina decantaverunt. Tunc omnibus quibus aetatis plenitudo adherat secum venire iussit, et acceptis stipendiis dispositum transfretare iter caeperunt. Altera vero die Iatarensem antequam adpropinquaret urbem, eiusdem civitatis prior cum epicopo et caeteris suum dominum gaudimoniis potiti recaeperunt; et ingressi urbem, ibi illius regionis maiores confluentes, eiusdem principis dominationi subesse praeobtabant. Inter quos
99 Veclensis et Arbensis[99] episcopi cum earum civitatum prioribus adfuerunt, et pari voto supra sacra euangelistarum dicta iuraverunt, quod iuxta illorum scire et posce deinceps domni Petri ducis fidem observare debuissent. Insuper episcopi eisdem sacris confirmaverunt, quo feriatis diebus quibus laudis pompam in aecclesia depromere solebant, istius principis nomen post imperatorum laudis preconiis glorificarent. Croatorum itaque rex ad suae gentis depopulationem ducem advenisse prenoscens, nunciorum studio eundem placare pacificis nisus est verbis; quod domnus dux omnino parvipendens, eosdem nuncios redire dimisit; et sic tractare cum utriusque gentis exercitu adorsus est, quo inimicorum aditus intrare, vel quibus argumentis illorum munitissima loca indemnis capere posset. Tunc quorumdam relatione didicit, quadraginta Narentanorum nobilium de Apuleis partibus, peractis negociis, ad propriam velle reverti. Decem naves homi-
1 nibus[a] oneratae ad insulam quae vocatur Caza[1] sub omni festinatione destinavit. Qui dum irent, facili certamine eosdem comprehendentes, Traorensem[2] ad urbem accelerare voluerunt. Domnus namque dux utriusque et Dalmacianorum ac Venetiquorum militibus circumseptus, sexto die predictam urbem relinquens, ad quamdam non longe a Belgra-
3 dense urbe[3] insulam advenit. De qua talem legationem civibus mittere placuit, ut si spontaneum famulicium persolvere et fidelitatem sibi iurare vellent, gratiam adipisci valerent: sin autem, se certamine capturos procul dubio scirent. Hoc vero audientes, domini sui, Sclavorum scilicet regis, periculum incurrere formidabant, et tanto principi resistere non valebant. Unde utroque discrimine positi, quid agere poenitus ignorabant. Tandem timoratione domni ducis atriti, adstantibus eiusdem regis militibus, et sacra-
4 menta et obsequium persolverunt. Egressus vero inde, Levigradae insulae[4] colones egregio duci occurrentes sacramenta prompte fecerunt. Cumque Traorensem urbem peteret, ab episcopo civibusque sacramentis corroboratus est; inibi suos, quos antea ex Iaterensi civitate misisse diximus, victores repperit. Sclavorum etiam regis frater Surigna nomine aderat, qui condam fraterno dolo deceptus, regni amiserat diadema. Ipse namque non modo sacramenti vinculo se eidem duci associavit, verum etiam Stefanum
5 puerulum, karissimam sobolem suam, sibi pro obside commendavit. Hinc Spaletinam[5] nobilissimam et validam urbem, quae tocius Dalmaciae metropolis constat, predictus princeps advenit; quem archiepiscopus sacro infulatus officio cum urbana tam clericorum quam laicorum multitudine excepit, et missarum sollempnia incelebrans, ex voto iusiurandi fide eidem omnes placare satagerunt. Narrentanorum quidem princeps quadraginta suorum in captivitatem mancipatos expertus est. Qui suis internunciis domnum ducem continua prece, sibi illos reddi, imploravit: hoc videlicet pacto, quo priusquam ipse dux de illis exiret finibus, tam ille Narrentanorum princeps quam omnes sui maiores sibi ad satisfaciendum pro suis votis convenirent, et nec censum predictum aliquo modo exiere, nec quempiam iterantem Veneticum molestare deberet. Tunc dux captivos reddere iubens, sex tantum illorum, ne ipse pacem violasset, retentos secum reservavit. Eis definitis, ad alios illius regionis subiugandos gressum tendere cepit. Apud sancti
6 Maximi ecclesiam ospicium habere dum voluisset, Curzule[6] insule habitatores sui recusantes parere iussionibus, valida manu adquisivit sueque potestati subiugavit. Preterea dum isdem dux quicquid cordi aderat, Deo fautore ad votum consequeretur, improbos
7 Ladaestinae insulae[7] habitatores aggredi conatus est, a quorum rabie Venetici, illa pernavigantes loca, propriis facultatibus privati, nudi sepissime evaserant. Erat siqui-

a) h. o. *suprascripta* 1.

99) insularum Veglia et Arbe. 1) Cazza. 2) Trau, ab occidente et septentrione Spalatri. 3) olim Belogrado, iam Zara vecchia. 4) utrum Novigrad urbs munita, an insula Grossa, cuius in littore oppidum Neligrad consistit? 5) Spalatro. 6) Curzola. 7) Lesina.

dem eadem insula scopulosis promunctoriis circumsepta. Licet aditum intrantibus non
denegaret, montium tamen sublimitate ostentabatur; e quibus unus murorum menibus
turriumque hedificiis munitus, inexpugnabilis ab omnibus credebatur. Dein vero predictus princeps multitudine navium collecta, quendam illius insulae portum penetravit,
mandans civibus, ut relicta pertinacia ad se venirent aut pugna sese petituros scirent.
Qui timore constricti, pacifica verba protulerunt. Postmodum illis iniunctum fuit nulla
ratione pacem a duce consequi posse, nisi civitatem ipsi destruerent, destructam vero
inreparabilem inhabitabilemque relinquerent. Quod omni nisu facere interdicentes, tanti
exercitui sese obsistere adorsi sunt. Tunc isdem princeps suos ad certamen preparare
illosque inpugnare acriter iussit. Verum quia arduus locus difficilem dabat appropinquantibus ingressum, iaculorum ictibus hostes aliquandiu procul virtute qua poterant coarcere satagebant. Tamen Dei omnipotentis dispensacione maior pars exercitus ex illo
loco unde illius municionis ostia patebant impetum facientes, reliqua montis per devia
consendendo, turres ubi aquarum vascula tuebantur comprehenderunt. In quibus consistentes, in tantum luctamine comprimebant, donec[a] deiecti animo, armis depositis, nichil
amplius quam mortis exosum periculum evadere flexis exorabant poplitibus. Dux itaque
pietatis amator omnes vivos conservare[b] instituens, civitatem tantum devastare precepit.
Quo peracto, victor princeps sancti Maximi aecclesiam reciprocavit[8]. Illic Ragusiensis 8
archiepiscopus cum suis conveniens, eidem principi sacramenta omnes facientes, obsequia multa detulerunt. Inde predictas civitates repetendo, remeans ad Veneciam cum
tali triumpho tandem regressus est.

Interea Otto imperator ad Italicum regnum tertio repetere disponens, per vasti 1000.
Cumani lacus gurgites aditum habere voluit; quem Longobardorum multitudo Cumana Iun. ex.
in urbe excoeperunt, inter quos Iohannes diaconus, supradicti Petri ducis nuncius, licet
de sui senioris triumpho ignarus advenit, suumque seniorem tantum profectum ad debellandam Sclavorum duriciam imperatori nunciavit. Cumque isdem Iohannes una cum
imperatore Ticinensem adiret urbem, nonnullis referentibus sui domini adventu et Iul. in.
triumpho extitit expertus. Cui imperator ad propriam iam reddire volenti, hoc secretum
iniungens suo seniori delegavit, ut si possibile foret, dilectionis gratia in aliquo suae
potestatis loco clam vellet venire, et tanti viri et compatris presentia et sagacitate potiri.
Dux namque quamquam avide tale audiret nuntium, tamen numquam hoc fieri posse
credebat, quo tantorum regnorum princeps, suis ignorantibus, expedite aliena iura valeret intrare. Verum cum suorum nemine eodem communicare sermone volens, tacitus
sibi in corde servabat. Predictus vero caesar, Ticinense relicta urbe, per Tuscie alpes Nov.
Romanum obtabile peciit solium. Deinde in abstinencia que pascalem antecedens 1001.
solemnitatem, Ravennam descendere curavit. Cui Petrus dux eumdem Iohannem diaconum destinavit; a quo benigne susceptus, inportune id ipsum quod antea dixerat reciprocare satagebat. Unde factum est, ut inter utrasque partes saepedicto Iohanne diacono
crebro discurrendo, tale ventilaretur negocium. Demum imperator salubre a duce
accepto consilio, sacrum diem pascalem devotissime celebrans, omnibus maioribus suis
indicavit, se purgationis poculum apud sanctae Mariae monasterium in quadam insula,
que Ponposia nominatur, accipere et aliquantis inibi diebus commorari velle. Manet
siquidem eadem insula non procul a Venecia, ex una parte marino littore, ex aliis
Eripdani cingitur fluentis. His dictis, statuta est[c], in qua ille et sancti Marci oraculum
et diu desideratum compatrem adiret. Tunc, cum aliquantis quibus hoc familiariter commissum habebat, intrans navim, predictum peciit monasterium. Ubi minime pernoctans,
abbate cum monachis astantibus, eiusdem monasterii quoddam ospiciolum previdens,
preparari iussit. In quo sese per triduum curationis potum custodire simulabat. Nocte
itaque perventa parvam naviculam ascendens, qua predictus Iohannes diaconus ad ipsius
insulae marginem prestolando latitabat. •Hecilinus vero comes, qui postea[9] Baiovariorum dux effectus est, et Raimbaldus Tarvisianus comes, Teupernus belicosissimus vir, 9
Rainardus, Tamo, camerarii, Walterus unicus capellanus, Federicus [qui[d]] postmodum[10]
Ravennae archiepiscopus extitit, simul in predictam navim ascenderunt. Qui tota nocte

a) denec 1. b) conservare *suprascriptum* 1. c) *scilicet* dies. d) *vox deest.*

8) i. e. repetiit. 9) a. 1004. Thietmar. l. VI. c. 3. 10) annis 1001—1003.

1001. et die nautis inquiete navigantibus, iam sequentis noctis in tempestate sancti Servuli aecclesiam, quae non longe a ducis palacio scita decernitur, applicuerunt; ubi Petrus prepotens dux tanti hominis occulte adventum prestolabatur. Et quia tetrae noctis obscuritate minime conspici vicissim sese valebant, inter amplexus et novi ospitis dulcissima obscula, dux taliter illum allocutus est: *Si vis sancti Zachariae monasterium previdere, instanter oportet te illuc ire, quo lucis ante crepusculum in palacii mei meniis queas dignissime ospitari.* Deinde navim uterque ascendens, alter proprium palacium, alter quidem predictum petiit monasterium. Postquam illius monasterium ingressus ipsi patefactus foret, ecclesiam intravit, haud tamen illic diucius commoratus[a]; sed ut condictum fuerat, ad palacium advenit, et omni dequoritate illius perlustrata, in orientali turre se cum duobus suis retrudi et servari voluit. Erat sane vili, ne agnosceretur, habitu indutus. Prefatus vero Hecelinus cum ceteris ducem de matutinali officio veniente ante[b] sancti Marci limina exceperunt. Cui salutaria verba, ne circumstantes hoc secretum sentirent, ex imperiali parte pertulerunt. Quibus dux, quomodo imperator vigeret vel ubi esset, inquiens requisivit. At illi apud Pamposiae monasterium eumdem sospitem dimisisse responderunt. Et datis obsculis, hospitari illos iuxta palacium iubens, ipse vero imperatorem adivit. Neque fas duci fuerat cum imperatore per totum diem in predicta turre manere, ne quis Veneticorum huiuscemodi rei capacitate posset sentire. Ad prandii refectionem cum aliis palam conveniebat, sero una cum cessare[c] dapibus colloquiisque reficiebatur; ad perfectae namque fidei vinculum confirmandum filia ducis adhuc caticumina de sacro baptismatis lavacro cesar suscepit. Pallium quidem, quod 11 pro pacti federe[11] a Veneticis supra quinquaginta libras persolvebatur, eidem suo compatri duci perpetua scriptione donabat. Et omnia quomoda[12] illi firmiter dehinc impertiri pro votis promittebat. Sed nichil dux ei exigere volens, nisi ut ecclesiarum suarum seu omnium Veneticorum predia integre solidatis, in statu suis temporibus conservaret. Altero autem die cum iam redeundi licitum habere volebat, diversarum generum fortunis dux eum munerare voluit; qui nichil horum continere cupiebat, dicens: *Illud mihi crimen inducere nolo, ne quis cupiditatis et non sancti Marci tueque dilectionis causa me huc venisse asserat.* Tamen importunis coartatus precibus, eburneum sedile cum suo subsellio, nec non argenteum siphum et urceum raro peractum opere dono, licet invitus, recepit. Datoque obsculo, lacrimantibus utrisque, separati sunt. Hecilinus siquidem et ceteri antedicti non illo sed altero die licentiam perceperunt. Imperator cum duobus tantum et Iohanne diacono navim intrans, predictum occulte in nocte regressus est ad monasterium. Mane vero se prestolantibus videre inopinate exibuit, et Ravennam cum Mart. ex. April in. prelibati Iohannis diaconi nave properans, de Venetia se reverti omnibus prodiit. Quod difficile credere volentes, amodum mirantur. Dux itaque omnem Veneticorum populum post triduum in palacio convenire indixit. Cui huiuscemodi gestum patefaciens, non 13 minus fidem imperatoris quam pericia sui senioris collaudabat[13].

Eodem quoque tempore Beneventanos cives audiens imperator sibi rebellare, quibus aggressis suo imperio potenter subiugavit, multosque interfecit. His peractis Ravennam iterum adveniens, Papiensem deinde peciit urbem. Ibique Romanorum cives dominationis iugo abiecto sibi repugnaturos audivit. Contra quos patricium suum nomine Zazo-Nov. nem cum exercitu mittens, ipse navigio Ravennam instanter descendit. Eo tempore duo imperialia ornamenta auro miro opere acta cesar per Iohannem diaconum Petro suo compatri duci, unum ex Papiensi, aliud ex Ravennati urbe, dono transmisit. Cui dux recompensationis gratia cathedram elephantinis artificiose sculpta tabulis per eumdem diaconum Ravennae direxit. Quam avide suscipiens, in eadem urbe conservandam reliquit. Dehinc Romanam dum vellet validam urbem repetere, civium insidias formi-1002. Ian. dans, in quoddam castellum Paternum nomine ascendit. Ubi infelix non diu sospes Ian. 24. manens, inter dulces annos corpoream dure vitam amisit. De cuius funere gentes ubique minime tunc questu silebant. Corpusculum vero eius Coloniensi archiepiscopo cum ceteris defferente, in Aquisgrani palacium fuerat delatum, ut cum decessore suo piae memoriae Karolo queat iudicialem sibi prestolari diem.

a) com *suprascriptum* 1. b) aut~ 1. c) *i. e.* caesare.

11) quale inde a Karoli M. tempore per imperatores passim renovatum erat; recensum eorum vide in Annalibus nostris T. III. p. 578, 579, 598 sqq. 12) = commoda. 13) scil. populus.

Post hunc Henricus[a] regalis dux, prosapia de regia ortus, regnorum rite suscepit 1002. Iun. 6 diadema, quamquam Ardoinus, comitis Dadonis filius, apud Ticinum quibusdam Langobardorum sibi faventibus regni coronam usurparet. Tamen illorum maior pars Henrici regis expectabat adventum.

Anno quidem incarnationis Redemptoris nostri millesimo quarto, ducatus vero domni 1004 Petri Veneticorum ac Dalmaticorum ducis decimo, Iohannes, eiusdem ducis egregia proles, genitoris effectus est consors dignitate. Quem dum tercia etas octavo decimo anno ephebum foveret, nimirum paterno ingenio et probitate vigebat; qui pii parentis adeo obtemperare studeat[b, 14] moribus, ut sub gemino regimine omnis patria uno maneret 14 foedere. Eodem vero anno Sarracenorum multitudo Apuliensium fines invadens, Varensem civitatem, ubi Gregorius imperialis catapanus preerat, ex omni parte obsidione circumdabat. Quod audiens Petrus prepotens dux, preparare maximam expedicionem iussit. Sanctique Laurentii in solempni die de Venecia exiens, eosdem expugnaturus Aug. 10. aggressus est. Qui vastum per mare velificando terrarum diversa loca dum transiret, octavo Idus Septembris predictam urbem appropinquabat. Sept. 6. Sarracenorum nempe uterque exercitus cernens insperatam salutem christianis advenire, armatis manibus alii supra equos littore adstabant, alii naves ascendentes, christianos ad certamen audacter provocabant. Sed divina propiciatione domnus Petrus dux cum omnibus suis antedictae civitatis in portum indemnis ingressus est. Quem cives una cum Gregorio imperiali catapano digne suscipientes, eiusdem urbis in palacio ospitari fecerunt. Tunc domnus dux, quomodo urbem a paganorum severitate tueri quivisset, pertractare cepit. Verum prius alimoniarum solatiis cives inedia perpessos sufficienter recreavit. Tum ut viriliter contra nequissimam gentem bellum agerent amonuit; et victrice vexillum se preire iubens, quosdam in suburbio ad pugnandum instituit, quosdam vero secum adsumens, navale adorsus est peragere bellum. Unde factum est, quatinus per triduum continuatim nunc gladiorum, nunc igneis iaculis Sarracenos acriter insequerentur. Terciae noctis in silentio paganorum aufugit exercitus. Ceteri autem qui finitimarum loca crudeli iure mancipando possidebant, non multum post illic degentes confusi recesserunt. Cives itaque domni Petri ducis nomen deinceps celebre et honorabile habuerunt, qui nullo terreno sed divino constrictus timore, eos liberavit ab inimicorum persecutione.

Non puto pretermittendum fore prodigium quod cuidam Sarracenorum, die quo festiva Dei genetricis assumtio a fidelibus celebratur, divinitus ostensum est. Nam dum in sancti Benedicti monasterio haud procul ab urbe quadam munitissima turre ipse maneret, emicantem stellam ex occiduo climate prepete cursu venire eiusque civitatis in portu cadere conspexit. Hoc ut Ieronimo, spirituali et prenominati monasterii patri, patefactum est, statim futurum sanctae Mariae auxilium, que stella maris interpretatur, civibus advenire intellexit; quod intemerata puerpera in Petri Veneticorum ducis adventu procul dubio complevit, quem de occiduis partibus venire permittens, in suae nativitatis festo de oste illi concessit triumphum. Isdem namque dux de illo loco nuncios suos Constantinopolim destinavit, et a catapano imperiali multis ditatus muneribus, ad Venetiam incolomis remeavit.

Hoc quoque tempore Heinricus rex Ottonem ducem[15] ad Italia cum exercitu mittens, cum Ardoino usurpativo rege iusta Alpes in compo[c] qui Vitalis nuncupatur[16], pugnam 16 peregit, et ex utraque parte multi ciciderunt. Cumque hoc Heinrico regi foret expertum, in sequenti anno maxima stipatus expedicione Italiam intravit, et Ardoino a Veronensi urbe expulso, 1004. omnes Langobardos potenter suo regimini subiugavit. Cui Petrus etiam Veneticorum dux in predicta urbe suum natum, mire pulchritudinis puerulum, prece sua permotus honorifice delegavit; quem chrismatis divo liquore ex more fecit linire, patri obtime muneratum remisit. Deinde ceteras Italiae civitates properare disponens, Papiae a Mediolanensi archiepiscopo estitit coronatus. Ubi cives insidias contra Mai. 14.

a) *infra* Heinricus. b) *ita* 1. studuit *ed.* c) *ita* 1.

14) Quum noster infra a. 1007. obitum Iohannis referat, haec ipso quo contigerunt tempore scripsisse censendus est. 15) ducem Karantanorum et marchionem Veronensem, cf. Thietmar. V, 16. 16) in campania Veronensi.

[1004. Iun.] suum regimen molliri cognoscens, totam pene urbem incendio et interfectione devastavit, et tunc per Cumanum lacum ultramontanum petiit regnum.

Hoc quoque tempore Petrus famosus dux, sedula petitione a Vassylio et Constantino imperatoribus coactus, Iohannem ducem, suam dilectam prolem, ad regiam urbem causa coniugii delegavit. Quem imperatores dum benigne susciperent, cuiusdam nobilissimi [16] patricii filiam Argiropoli nomine, imperiali editam stirpe, illi desponsare decreverunt[16]. Et ut tantae femine, imperatorum videlicet neptis, copulationis dies acceleraret, prefatus dux una cum puella imperiali decreto in quadam capella convenire permissi sunt, ibique ab eiusdem urbis pastore sacre benedictionis munus, ab imperatoribus aureas diademas suis capitibus, perceperunt. Quibus dextera utroque imperatore superposita manu, aulam qua convivantium cetus manere videbatur, tali decoritate pervenerunt. Predicti namque imperatores tam egregię ac iocunde hunc peragere thalamum satagebant, ut triduo convivantium gaudiis haud defuerunt ipsi familiares convive. Hoc tali, in palacio quod Yconomium nuncupatur, peracto ordine, quisque eorum muneribus receptis retrogradus recessit. Novicius vero dux cum sua venusta sponsa apud pallacium quod iure dotalicii nuper acquisiverat, degere disposuit. Cui Vassilius imperator iniugens monuit, ne ab [17] urbe discederet, interim[17] de Bulgarorum finibus, quos valida expugnandos manu agredi temptabat, Dei auxilio reverteretur. Cuius monitis dux acquiescens, prompte eius adventum prestolabatur. Ipso autem redeunte, patriciatus officii dignitate eumdem sublimavit ducem. Ottonem suum puerulum, qui aderat, fratrem muneribus tantum honoravit. Dehinc dux sponsali dote, id est diverse fortune copiis, simulque imperialibus donis acceptis, licitum veniendi ad propria impetravit. Nam parentum conventus, pernobilem puellam regionem ad exteram quasi exulem exeuntem plorantes, haud deerant. Dux itaque pro votis omnia consecutus, navim cum spectabili sponsa ascendens, equoreas sulcare procellas suis imperavit. Cui Grecorum seu aliarum gentium incole ubique usque ad patriam non denegabant impertiri obsequia. Cumque probabili et diu anhelanti patri duorum natorum foret nunciatum adventum, caelorum regi gratias agens, navium multitudine eosdem procul a litore fecit excipere; et tali circumscepti pompa aput pallacii tribunal genitorum amplexibus sunt restituti incolomes. Pater siquidem non solum suis verum exteris hominibus convivia crebra huiuscemodi thalamus facere non cessavit. Revera par gaudium nostris finibus emicuisse nemo nostrorum reminiscitur. Domna vero Maria, Greca ductrix, non post plures dies puerum Constantinopolim genitum Venetiae protulit natum, quem Petrus eximius dux de sacro baptismatis lavacro suscipiens, Vassilium ob avunculi sui imperatoris nomen imposuit. Circa haec tempora prelibatus Petrus dux pro animae suae remedio mille quinquaginta libras denariorum solatio tocius suae patriae Veneticis donavit, ceptique palacii opus ad unguem perduxit. Ubi inter cetera decoritatis opera dedalico instrumento capellam construere fecit, quam non modo marmoreo verum aureo mirifice comsit ornatu. Interea Petrus dux dum sibi pro votis poene cuncta subpeditare decernere, plus solito subiectum equitatis censura populum regere studebat. Sed divina providentia moderamine equo omnia disponens, illum in tante felicitatis fastigio constitutum, ad sue virtutis provectum acriter perculit.

[1006.[18]] Eodem itaque tempore stella cometis, cuius indicium humanum semper pronunciat flagicium, in meridiano climate apparens, quam maxima per omnes Italiae seu Veneciae [1007.[19]] fines pestilentia subsecuta est. In qua utriusque sexus humanae conditionis nonnulli inopinata morte ceciderunt. Inter quos domna Maria, Greca ductrix, nec non Iohannes, egregius vir suus, sedecim dierum numero in sancti Zacharie monasterio, pro dolor! uno clauduntur mausoleo. De quorum funere non modo mesti genitores velut fraterna societas deplorabant, verum omnis patria lacrimis et dolore tabescebat. Fuerunt namque omni probitate in tantum famosi, ut Deo et hominibus ambo boni complacerent. Sex annorum spacio tantum sub patris regimine Veneciae prefuit populo. Sed ut tanti meroris quoddam presidium adesset consolationis, pari consensu Venetici interpellantes, domni Petri principis alterum natum, scilicet Ottonem regalem puerum, ducatus dignitate sublimavere. Qui quamquam terrena aetate quattuordecim annorum flore vegętaret,

16) v. Cedrenum T. II. p. 452 edit. Bekker. 17) i. e. donec. 18) v. Ann. Sangall. maiores et Ann. Leodienses SS. T. I. 81. IV. 18. 19) Ann. Sangall. maiores.

tamen adeo ingenii facundia vigebat, quoad altero fratre non probitate sed aetate diceretur secundus. 1007. Preterea Petrus dux omnibus suis liberis paternum munus impertiri voluit, ita ut testamentario iure quisque suas acciperet porciones. Nomina quorum ut rite recordor, exprimere libet. Illorum primus herile sortitus est nomen, qui forma et viribus bene respondebat satis natalibus. Secundus nominatur Ursus: iste sic officium gerens clericatus, quo haud immerito queat dici clericorum decus. Tercius est ordine Otho, predictus puerulus, patris qui constat dignitate equivocus. Quartus nominatur Vitalis: hic ingenii strenuitate ecclesiasticam adeptus est sortem. Quintus estat vocabulo Heinricus, species cuius puerilis ceu iubar micat solis. Quatuor quoque filiae eidem opimo manebat patri, quarum prima Hicelam nomine Stefano Sclavorum regis filio, de quo antea predixi, in coniugio honorifice sociavit; reliquas vero tres in monasterio Deo omnipotenti mancipavit. His itaque bene compositis, Mariae generosae suae uxoris thorum sequestratum habere deinceps decrevit, ea videlicet ratione, quo nullum divorcium foret in familiaritatis conversatione. Deinde quicquid facultatis restabat, totum ecclesiis et pauperibus erogans, nichil sibi preter dignitatem reservabat. Anno igitur incarnationis Iesu Christi domini nostri millesimo octavo, Valerio Altinatis aecclesiae 1008. presule mortuo, qui episcopalem cathedram rexit annis viginti, quindecim diebus tantummodo minus, Ursus, predictus domni Petri ducis filius, clero et populo consulente in eadem subrogatus est sede. Huius adulentis[a] mores meo famine perstringere volo. Erat nempe fide religiosus, specie decorus, ingenio providus, industria litterarum ita peritus, ut tanti honoris a cunctis dignus diceretur. In cuius ordinacionis exordio Petrus, dux et preclarus suus genitor, totum sanctae Mariae domum et ecclesiam iam pene vetustate consumptam recreare studiosissime fecit.*

Paulicis dux ducavit annos 20 et menses 6 et dies 9. Marcellus dux ducavit annos 9, dies 21. Ursus dux ducavit annos 11 et menses 5. Post interfectionem Ursi duci in annis 6 non fuerunt duces in Venecia. Sed magister militum eam iudicabat; id est domnus Leo magister militum sedit anno 1, Felix magister militum sedit anno 1, Deusdedi annis 2, Iubianus ypatus anno 1, Iohannes Fabriacus anno 1.[b] Deusdedi ypatus ducavit annos 13. Galla dux ducavit annum 1 et menses 2. Dominicus dux ducavit annos 8. Mauricius dux annos 23. Iohannes dux ducavit annos 25. Obilierius dux et Beatus sederunt 5. Agnellus dux ducavit annos 18. Iustinianus dux ducavit annum 1, menses 2. Iohannes dux ducavit annos 8. Petrus dux ducavit annos 29. Ursus dux ducavit annos 17. Iohannes dux ducavit annos 5 et menses 6. Petrus dux ducavit menses 6. Petrus dux Trondominico ducavit annos 23 et dies 23. Ursus dux ducavit annos 20. Petrus Candiano ducavit[c] 5. Petrus Badoario ducavit annos 3. Petrus Candiano ducavit annos 23.

*) *Hic initio paginae* 38. *codicis* 1.[d] *loco vacuo charta inscripta est anno* 1032: Quadam die nos Iohannes Sagornino ferrarius insimul cum cunctis meis parentibus in unum convenimus ad tempore domni Petri Barbolani ducis, et requirebat nobis suoque gastaldo, quod in curte ferrum laborare debuissemus. Sed tamen omnibus modis contradiximus, nisi tantum quod laborare debeamus per nostras mansiones quicquid necessitatem fuisset, omnique tempore ad predictum palacium quantum nobis deportasset carcerarius. Unde nos illo tempore ita comprobavimus cum testibus, et iudicatum extitit nobis, ut iurare debuissemus ad sancta Dei quattuor euangelia. Sed in diebus predicti nostri senioris iam dictum sacramentum minime fecimus[e]. Nunc autem nos venimus ante presentiam domni Dominici Flabiani gloriosissimi ducis, senioris nostri, cum ipse residebat in pallacio cum suis iudicibus, et ibi adstante maxima pars suorum fidelium, et caepimus nos lamentare de virtutem [20] quod gastaldus fabri ferrarii nobis faciebat. Denique iudicaverunt et confirmaverunt, ut [20] secundum quod ad tempore praefati Petri Barbolani iurare debuissemus, ita modo adimplere debemus; quod ita fecimus. Sed piissimus gloriosus dux senior noster noticiam scriptionis exinde nobis fecit, ut in curtis pallacii ferrum laborare minime debeamus, neque sub iugo gastaldioni fabri permanere debeamus, nisi tantum in nostras mansiones laborare debeamus ferrum, quantum carcerarius huius pallacii nobis deportant cum omni nostro precio et expendio, ita quod ceteri fabri de illorum capitibus persolvant; et liceat nobis cunctum ferrum laborare, secundum quod ceteri fabri laborant.

a) *ita* 1. b) *Quatuor linearum spatium vacat in* 1. c) *vox bis scripta* 1. d) *In margine codicis* 3. *legitur:* Iohannes Sagorninus huius libelli auctor. *Quam scribae saeculi XV. coniecturam nullius momenti esse, iam Zanettus animadvertit.* e) minime fecimus *suprascripta* 1.

20) virtus = vis.

Petrus Candiano filio eius ducavit annos 18. Petrus Ursoyolo ducavit annos 2 et dies 20. Vitalis Candiano ducavit annum I et menses 2. Tribunus Meni[a] ducavit
980. annum et menses 4.*

1009–1028 *) *Hic in codice 1. subiicitur:* Inquisicio facta est de pallie, que portabant per loca Italiae. Veni ego Otho dux in publico placito cum maiores iudices nostrae terrae, mediocres et minores. Testicaverunt Badovario Bragadino et Mauricius Maureceni et Dominicus Florencius Flabianicus[21], quod in nullis partibus Italiae debuissent pallia portare nec venundare, nisi a Papia et a mercato sancti Martini et Olivo.

Hic in Italia regnavit Alboin annos 3 et menses 6. Cleps regnavit annum et menses 6. Longobardi regem non habuerunt per 10 annos. Authari regnavit annos 6. Agilulfus[b] regnavit annos 25. Adaloald regnavit annos 10. Arioald regnavit annos 12. Rotari regnavit annos 16 et menses 4. Rodoald regnavit annos 5. Aripert regnavit annos 9. Grimoald regnavit annos 9. Bertari regnavit annos 17. Cuniberd[c] regnavit annos 12. Liuperto[c] regnavit menses 8. Ariper regnavit annos 12. Ansprando menses 3. Liutprando regnavit annos 31 et menses 7. Ilprand[d] regnavit menses 7. Ratchiso regnavit annos 4, menses 9. Agistulfo regnavit annos 7. Desiderio regnavit annos 17 et menses 3.

Anno ab incarnatione Domini 774.[e] Karolus rex in Italiam introivit, eamque cepit. Regnavit annos 46. Mortuo quoque Karolus rex[f] successit Lodoicus, qui rexit regnum annis 59, et mortuus est. Huic successit Karolus, qui regnum rexit 2. Defuncto Karulo successi[g] ei Karlomannus, qui regnum rexit annos 3. Mortuo iam dicto Karlomanno successit Karulo iunior, frater
888. eius, qui regnum rexit annos 9. Successit Berengarius imperator.

Alia manu saeculi XI. exeuntis haec adscripta sunt:

Primus in Romana sede Iulius Cesar regnavit annos quatuor et menses sex.
Octavianus Cesar regnavit annis quinquaginta sex et menses sex.
Tiberius Cesar regnavit annos viginti tres.
Gaius cognomento Calicula regnavit annos tres, menses decem et dies octo.
Claudius Cesar regnavit annos tredecim, menses septem et dies viginti octo.
Nero Cesar regnavit annos tredecim, menses septem et dies viginti octo.
Vespasianus cesar regnavit annos novem, menses undecim, dies viginti duo.
Titus cesar regnavit annos duo[h] et menses duos.
Domitianus, frater Titi iunior, regnavit annos quindecim et menses quinque.
Nerva cesar regnavit anno uno, menses quattuor, dies octo.
Traianus cesar regnavit annos decem et novem, menses sex, dies quindecim.
Adrianus cesar regnavit annos undecim.
Antoninus cesar cum filiis suis Aurelio et Lucio regnavit annos viginti duos, menses duos.
Marcus Antonius Verus cum fratre Lucio Aurelio Commodo regnavit annos decem et novem et mensem unum[i].
Lucius Antonius Commodus post mortem patris regnavit annos tredecim.
Helius Pertinax regnavit menses sex.
Severus Pertinax regnavit annos decem et septem.
Antonius cognomento Caracalla regnavit annos septem.
Macrinus caesar regnavit annum unum.
Marcus Aurelius Antonius, regnaverunt annos quattuor.
Aurelius Alexander regnavit annos tredecim.
Maximinus caesar regnavit annos tres.
Gordianus caesar regnavit annos sex.
Philippus cum Philippo filio suo regnavit annos septem.
Decius caesar regnavit annum unum et menses tres.
Gallus cum Volusiano filio suo regnavit annos duos et menses quattuor.
Valerius cum filio Gallieno regnavit annis quindecim.
Glaudius caesar regnavit annum unum et menses octo.
Aurelianus caesar regnavit annis quinque et medium.
Tacitus caesar regnavit dimidium annum.
Post huius interfectionem Florianus regnavit dies octuaginta octo.
Probus caesar regnavit annos sex et menses quattuor.

Orientalium imperatorum catalogum usque ad saeculi XI. exitum scilicet: Alexius vero regnum imperii arripuit anno ab incarnatione Domini 1081. indictione 4. mense Aprilis die prima in qua tunc cena Domini celebratum est, et regnavit annis .... *indeque alia manu usque ad medium saeculum XIII. productum exhibet codex 2, hac sententia finem imponens:* Post mortem vero Iohannis Balduinus gener eius, filius supradicti Petri, imperavit annis .... *Balduinus hic II. annis* 1237—1261. *regnavit.*

a) *ita* 1. dux 2. b) Agdulfus 2. c) Gomberto — Lauperto 2. d) Idprand 2. e) *ita* 1. 2. f) *ita* 1. 2. g) *ita* 1. 2. h) *ita.* i) *pergit alia manu in* 1.

21) qui postea a. 1028. Othonem ducem expulit.

CHRONICON GRADENSE.

Post multarum urbium destructionem et Aquileie desolationem, cum sevissima *fol. 1. paganorum multitudo ad Altinensium civitatem aciem direxissent, in qua cum eiusdem civitatis indigenis fugatis neminem repperissent, omnem illam civitatem depredantes, igne succenderunt, muros quoque ac turres funditus subverterunt. Huis vero civitatis magna pars populi timore correpta, cum in paludibus et in insulis paganorum fugientes insidias diu habitaret, divinitus factum est, ut quidam sanctissimus vir Geminianus nomine, sacerdos, Spiritus sancti perlustratus gratia, egenis cupiens subvenire, cum plurima loca diligenter perlustrasset, ad prefatum paludum perveniens locum, cum Ario quodam et Aratore copiosam christianorum ibidem invenit multitudinem, quibus visis ac de invencione eorum admodum illarescens[22], nunciavit eis, quod pessima illa multitudo divine nutu clemencie destructa esset et in nichilum redacta. At illi gratias agentes glorificaverunt Deum qui non deserit sperantes in se. Tunc Arius et Arator, filius eius, cum omnibus qui cum eo erant, vicinas quasdam insulas quae in eisdem erant paludibus intuentes, ac meliores quas eligerant perscrutantes, domos et aecclesias in eisdem edifficare ceperunt. Quarum in edifficatione relictam Altinensis civitatis pulchritudinem nec non et multarum turrium subversionem recolentes, licet nimio merore turbati, tamen supradictarum turrium nominibus illas quas habitantes[a] insulas appellarunt. Unde factum est, ut cuiusdam excellentissime eiusdem civitatis turris nomine Torcelli Arii omnes insule prefate vocarentur. Ex supradictis itaque insulam quandam Arii cum quibusdam suis serviciis, ut ibi habitarent, sibi vendicarunt, ubi etiam proprium nomen commutantes, omnes qui ex eorum tribu erant, Aurii appellati sunt. Cum his quidem omnes illi qui in Altinensium erant civitate, in porta illa que versus boreas* *fol. 1'. respiciebat, ibidem hospitati vicum Burianum Aurii a porta illa appellari constituerunt. Aurius vero tribunus cum massi[23] qui Macinii Celires appellati sunt, et cum quibusdam aliis quorum nomina ignorantur, locum qui huic insule vicinior erat ad habitandum eligerunt. Cum his quidem permanserunt omnes illi qui fuerant in prefata civitate de eorum porta, iuxta quam turris magna et nimis excelsa fuerat, ex qua erat eis introitus et exitus. Hunc namque locum inhabitantes ex porta et turri illa magna Vicum Maioribus[24] isdem Aurius constituit appellari. In qua Maxum militem iudicii fecit. Idem Aurius tribunus cum Fraudunis, qui et Faletri appellantur, et Rusticus, qui Luthoitus dicitur, et Calciamiri, quos Gambas sericas nominarunt, cum viatoribus et quibusdam reliquis quorum nomina ignorantur, omnes insimul quasdam vicinas eligerunt insulas, ex quibus vicum Constanciacum et vicum Amianarum Aurii constituentes, nominibus portarum ex quibus fuerant Aurius tribunus constituit appellari. Postquam vero universa huius populi multitudo convicinancium insularum loco invaserat, una insimul convenientes mirabili forma ac prelucida claritate basilicam fundaverunt in honore sanctae Dei genitricis et virginis Mariae, pulcherrimo pavimento ornatam, cuius medium pulchritudine sua rota[25] quedam admodum decorabat. Unde omnis habitatio que ipsi aecclesiae proxima erat ab Aurio tribuno Rota appellata fuit; quam aecclesiam videlicet episcopatum Aurius tribunus constituit, quod episcopium prefatus Aurius ex collaudacione Metamaucensium et Rivoaltensium, nec non ex confirmacione Obellierii[b] et[b] Beati[b, 26] ducum, qui tunc Venetiam regebant, ducatum in proprii dominii iure vendicavit. Quibus omnibus compositis et ordinatis, prefatus Aurius tribunus cum universa populi multitudine qui ex predicta Altinensi confugerant civitate, Obelierio[c] et[c] Beato[c] ducibus colla submittentes se subiugaverunt, eo ordine quo in prefata civitate *fol. 2. olim subditi fuerant ducibus qui ipsius regimen obtinuerant. His namque patratis, ut supra memoratum est, ex concessione iam dictorum ducum et populi collaudatione quedam littora in prefati Aurii tribuni potestate con-

a) *ita c.* b) *iam deleta, quorum loco recentiore manu* tribunorum procerum et *scriptum est* 1. *Lectionem antiquam codex* 3. *servavit.* c) *iam deleta, quorum loco manu recentiore* tribunis proceribus et *scriptum est* 1. *Antiquam lectionem praebet* 3.

22) i. e. hilarescens. 23) i. e. massa, armatorum globo. 24) Mazzorbo. 25) v. Legum T. II. pag. 188. 26) v. supra pag. 14.

cessa sunt. In primo quorum quendam Maurum presbiterum, qui de Altinensium fugerat civitate, invenit; qui ei ordinatim omnia exposuit, qualiter sibi Deus revelaverat quendam heremi locum, in quo sancti martires Hermes et Herasmus in Dei honore et eorum nominis titulo aecclesiam ei edifficare iusserant, cuius etiam mercedem illi impendere promiserunt. In sequenti quoque littore albissimam nubem sibi apparuisse dicebat, ex qua duos claritatis velut solis radios resplendere viderat. Ad quam cum proppius accederet, clarissima voce sibi dicentem audivit: *Ego sum dominus deus Salvator et tocius orbis dominator. Terra autem in qua stas, cave ut in ipso loco, quem tibi monstravero, in nomine meo basilicam construas.* Tunc nubes illa cum prefatis radiis non longe ad alium transferens se locum, in quo dulcisona alia vox facta est de nube dicens: *Ego sum Maria domni Iesu Christi mater; in hoc loco aecclesiam in honore mei nominis volo ut edifices;* quem etiam locum sibi denotasse aiebat. In tercio autem cum pervenisset littore, eiusdem littoris medietatem ex gencium et populi diversa multitudine occupatam se vidisse narrabat. Cuius alia medietas boum ac bubalorum densissimas acies vegetabat. In medio autem littore nubes illa candidissima cum suis radiis stetit. Ad quam cum accessisset, splendida canicie senem quendam in speciosissima sede sedentem infra ipsam nubem contemplatus est, cum quo videlicet iuvenis quidam erat, insimul confabulantes. Tunc senior ille ait eidem Mauro presbitero: *Ego sum Petrus apostolorum princeps, a christiani gregis pastore constitutus, ut ipsius pascam oves et agnos.*
*fol. 2'. *Nunc in peccatorum tuorum remissione tibi iniungo, quatinus ad Dei honorem* et in mei nominis titulo honorifice in hoc loco aecclesiam fundare studeas, ut in natalicii mei die universus Torcellanus populus in ea congregetur.* Iunior vero ille, qui cum eo erat, dixit: *Ego sum servus Dei nomine Antoninus, qui pro Christi nomine passus fui. Ideoque precipio tibi, ut parvam aecclesiam iuxta magistri mei basilicam in honore Dei et sub titulo nominis mei ediffices. Nichil tamen alieni operis inter utrasque facere presumas. In qua si quis iuste ac devota mente aliquid pecierit, meis precibus apud Deum obtinere non ambiget. Cave ut, sicut tibi designaverimus, ipsius aecclesias extruere facias.* In quartum autem cum pervenisset littus, visum fuit ei, quod totum littus vineis esset plenum, maturissimas uvas habentibus; et ecce nubes illa, quam paulo ante diximus, apparuit ei. Ad quam cum accessisset, decora facie puellam quandam in sede preciosa sedentem aspexit. Que dixit: *Ego sum Iustina virgo, que pro Christi nomine in Patavi civitate passa fui; pro eius amore te deprecor, ut parvam aecclesiam in Dei honore et mei nominis commemoratione in hoc littore construere facias.* His omnibus taliter revelatis, visum sibi
) i. e. tumuli. fuerat in cuiusdam brevissime tumbe loco persistere, ubi et nubes illa lucida apparuit ei, supra quam solem illustrantibus radiis aspexit. In eadem autem nube vir quidam mirabilis aspectu erat, dicens ei: *Ego sum Iohannes baptista precursor Domini; deprecor te per nomen eius, ut secundum hanc quam tibi in hoc loco ostendero formam aecclesiam michi edifficare facias.* In qua die noctuque orationibus ac vigiliis sibi vacare iniunxit, nec non per anulum ac scripture paginam investicione tradidit. His omnibus expletis supra ecclesiae sancte Mariae tectum astitisse sibi visum fuit, ubi nimio molendinorum strepitu qui iuxta prefatam aecclesiam adesse videbantur, ex huius quiete visionis sompno
fol. 3. expergefactus, scripti volumen et anulum in suis repperit manibus. Hec autem seriatim postquam omnia exposuit, Aurius tribunus et alii nobiles qui cum eo erant, viso anulo et scripti volumine, quod ipse reppererat in manibus suis, de huius revelationis visione certificati, parvam aecclesiam in honore Dei et sancti Iohannis, sicut idem sanctus baptista ipsi Mauro ostenderat, iuxta atrium episcopii mira pulchritudine edifficaverunt. In ipsa quoque baptismatis fontes ponentes, mirum in modum per occultos meatus in eisdem fontibus aereas bestiarum imagines aquas evomere fecerunt. His itaque peractis, prefatus sacerdos Maurus secum duxit Aurium tribunum ad littus in quo sancta sibi apparuerat Iustina. Ibique iuxta quod in prefata visione sibi revelatum fuerat, parvam aecclesiam construere fecit. Deinde veniente in littus in quo gencium ac boum sibi apparuerat multitudo, secundum quod in prefata revelatione sibi iussum fuerat, aecclesiam in honore sancti Petri et aliam parvam ecclesiam in honore sancti Antonini martyris edifficaverunt. Littus autem boum Aurius tribunus constituit hoc appellari. Deinde ad aliud littus transfretari cupientes, albissimam nubem supra id ad quod tendebant littus viderunt. Ad quod cum pervenissent, evanescente nube, secundum ea que illic reppererant signa

aecclesiam in honore domni Salvatoris edifficaverunt. Ex prefate quidem albe nubis visione, littus Album idem Aurius tribunus illud constituit nominari. Ad huius littoris versus dexteram gradientes partem, sicut in prefata sibi ostensum fuerat visione et a sanctis martiribus designatum, aecclesiam in honore sanctorum martirum Hermetis et Herasmi edifficaverunt[a], cuius mercedis promissa locum in quo altaria fodientes destinaverant, plurimum auri invenerunt, et ob hoc Aurius tribunus* littus Mercedis constituit *fol. 3'. hoc appellari.

Expletis his omnibus, hec omnia que supra memoravimus littora prefatus Aurius cum ceteris eiusdem episcopii principibus in iure proprie dominationis sub eodem episcopatu susceperunt. In quibus etiam multos agricolas seu colonos constituerunt: hoc itaque modo ut nullus in eisdem littoribus vineas vel alicuius culture opus agere presumeret sine episcopi concessione vel venundatione.

Constituerunt quoque quod singulis annis ex unoquoque sulcu uniuscuiusque vineae iam dicto episcopatui duos palmites cum omnibus racemis pro censu persolverent, et pro unaquaque domo pro fisci[a'] precio octo nummos eidem episcopatui impenderent. Omnes vero piscarias gurgitum ac paludum prefato subiugaverunt episcopio. Preterea quedam alie eiusdem[b] episcopatus partes in censi debitum ova et gallinas offerebant. Omnium autem supradictorum cunctos redditus prefato Mauro[c] presbitero, usque quo episcopali fungeretur honore, comiserunt.

Eo namque tempore Frauduni cum Willarenis mastalicis[25] aecclesiam in honore Dei et 25 sancti Laurencii levite et martyris honorifice construxerunt. Cuius per girum fundamentis constructis, castellum quoddam illic fieri ordinaverunt. A quo vero castello pontem edifficantes, usque ad Amianas fecerunt iter. Prefatis namque Fraudunis concessit Aurius tribunus et Maurus presbiter in vico Amianarum iudicii tribunatum. Maximam vero cuiusdam littoris partem ex concessione Aurii tribuni, necnon et Mauri presbiteri, ut ad eiusdem aecclesie utilitatem vineas edifficarent, ipsi Frauduni apprehenderunt. Piscarias quoque ac paludes, ut eidem aecclesiae molendinos constitueret idem Aurius tribunus* et *fol. 4. Maurus[d] presbiter plures concessit. In eodem vero vico Amianarum supradicti Frauduni aecclesiam sancti Marci construxerunt, eamque sancti Laurencii ecclesiae subiugantes. Non post multum temporis ipsi Frauduni cum Calciamiris aliquas reliquias sanctorum martirum Sergi et Bachi a quodam Stephano Scopacalle suscipientes, aecclesiam in Dei et eorum honore in capite vici Constanciaci edifficaverunt, quam prefate plebi sancti Laurencii subdiderunt. Iterum quasdam alias reliquias sanctorum martirum Marcelliani et Maximi a quibusdam castellanis acquisiverunt, in quorum honore aecclesiam edifficantes, iam dicte subiugaverunt plebi. Has namque tres aecclesias per scripti cyrographum prefate subdiderunt plebi; eo vero ordine ut singulis annis in earum festivitatibus iam dictae aecclesiae plebano prandium preparare[e] honorifice deberent. Huius vero vicem isdem plebanus in ipsius plebis festivitate earundem aecclesiarum clericis constituerunt reddere. Ex collaudacione vero Aurii tribuni, principis Torcellani, et Mauri presbiteri, qui in episcopii honore electus fuerat, per testamenti paginam censuerunt, quatinus si quis ex illorum tribu utilis inveniretur clericus, accepta investicione a Torcellano pontifice, sine alicuius contraditione, in sancti Laurencii aecclesia plebanus constitueretur. Sin autem ex predicta prole nullus talis superesset clericus, eiusdem parrochiae vicini in aliam quam vellent personam liberam faciendi electionem haberent potestatem. Reliquas vero ecclesias, que per diversas Torcelli partes fuerant edifficate, Aurius tribunus et predictus Maurus presbiter qui fuerat electus, cum universi populi laude constituerunt et confirmaverunt, atque sub potestativo iure aecclęsiae sanctae Mariae subdiderunt, et omnium supradictarum* aecclesiarum censuerunt episcopium *fol. 4'. ipsam aecclesiam sanctae Mariae. Iuxta hanc quippe aecclesiam non longe in honore Dei et sancti Iohannis apostoli et euangelistae prefati Frauduni edifficaverunt basilicam. Ex concessione vero Obęlierii et Beati[f] Metamaucensium ducum et collaudacione

a) edifficerunt 1. a') prosisci 1. pro fischi 3. b) eisdem *c.* c) *mutatum in* Magno; *v. not. seq.* d) *sic primum scriptum erat, post* u *m* g *et* n *in* r *mutata sunt, ut nunc* Magnus *in codice legatur. Indicia tamen primae lectionis facile cognosci possunt.* GIESEBRECHT. e) prepare *c.* f) *ita* 3. tribunorum et procerum et *in loco raso postera manu* 1.

25) i. e. massalicis, incolis.

Aurii tribuni necnon ex confirmatione Mauri presbiteri, qui in episcopatus honore electus fuerat, ipsam aecclesiam sancti Iohannis apostoli et euangelistae cenobium sanctimonialium perpetuo esse ordinaverunt.

His autem ut supradictum est constitutis, eodem tempore universa Venetiae populi multitudo communicato consilii in Gradense pervenerunt castrum, ibique iuxta aecclesiae sancti Iohannis baptiste de Torcellis formam, in honore sanctae Mariae virginis basilicam construxerunt. Aliam quoque aecclesiam in honore sancte Agathe virginis edifficantes, mirabili opere in eandem ordinarunt criptam. In qua altare in honore sancti Vitalis martyris erectum est.

Ea namque tempestate cuidam Geminiano presbitero divina revelatione iniunctum est, ut in Tergestina civitate destructa, inter muros ecclesiae et muros destructae civitatis, corpora sanctorum quadraginta et duo martyrum diligenter perquireret. Quibus iuventis, cum quibusdam suis comprovincialibus[a] ad Aquilegensium destructam perveniret civitatem, perquirentes reliquias sanctorum, invenerunt ibi corpora sanctorum martyrum Cancii et Canciani atque Cancianillae, necnon et corpora sanctarum virginum, Eufimiae, Dorotheae, Teclae et Erasmae, quas omnes reliquias, ut ei revelatum fuerat, secum defferentes, cum maximo honore in castro Gradensi infra aecclesias dignissime condiderunt.

Hisdem autem temporibus Beatus[b] dux Metamaucensium, cum quibusdam tri- *fol. 5. bunis* et nobilibus suis ad universalem Romane sedis pontificem nomine Benedictum[26] adgressi sunt iter. At quem cum pervenissent, suppliciter fusis precibus quatinus Gradense castrum novam Aquileiam institueret, et tocius Venetiae et Hystriae metropolim ordinaret deprecabantur. Nomina quoque patriarcharum qui post destructionem Aquilegensium urbis sine alicuius apostolici concessione in prefato Gradensi castello sederant, refferebant dicentes: *Marcellinus patriarcha, ipse primus in eadem novam Aquileiam sedis*[c] *annis 19, qui prius fecerat monasterium Beligniense in destructa Aquileia, quod etiam monasterium sub proprii dominii iure quamdiu vixit retinuit. Huic autem successit Marcellinus, qui annis 15 novae Aquilegae rexit ecclesiam. Post quem Stephanus in eiusdem castri aecclesiam sedit annis 12 et mensibus 3 et diebus 15. Huius quippe successor extitit Maurus, qui in eadem aecclesia prefuit annis 4, mensibus 5. Post quem Macedonius per annos 16 et menses 5 et dies 6 ibidem extitit patriarcha, qui aecclesiam sancti Iohannis apostoli et euangelistae in eodem castello fundavit.*

Hos autem in numero episcoporum, qui a tempore beati Marci usque ad Nicetam, qui tempore destructionis Aquilegensi prefuit aecclesiae, connumerari credimus, necnon ab apostolice sedis pontificibus cum pallii benedictione in hanc quam petimus novam fieri Aquileiam destinati sunt.

Tunc idem sanctissimus Benedictus, summus Romanae sedis pontifex, benignitatis *fol. 5'. clemencia motus, dignis eorum condescendit precibus, communicatoque* 39 episcoporum concilio, Gradensem civitatem novam Aquileiam constituens, ex collaudatione supradictorum episcoporum et omnium sanctae Romanae aecclesiae cardinalium, tocius Venetiae et Hystriae metropolim ordinavit. Accersitoque duce et qui cum eo erant: *Per privilegii,* inquit, *preceptum sanctae Romane aecclesiae et*[d] *collaudatione ac confirmatione omnium istorum fratrum, tam episcoporum, quam cardinalium, tocius Venetiae, necnon et Hystriae Gradensem aecclesiam metropolim vobis ordinamus. Eiusdem vero presulis electionem clero et populo liberam faciendi tribuimus facultatem. Prefate preterea regionis duci post factam electionem investicionis potestatem committimus, qua ab ipso duce accepta, eiusdem suffraganeis consecrandi licenciam concedimus. Quibus expletis, ad huius sanctae Romane aecclesiae sedem ad pallii benedictionem suscipiendam properare iniungimus.* Hec omnia per privilegii paginam duci[e] et cunctis eius[f] successoribus concessit. Ad huius rei confirmationem, recto ut supradictum est ordine, quendam Paulum cardinalem sanctae Romanae aecclesiae, facta electione ab ipsis tribunis et nobilibus qui cum Beato[g] duce aderant, a prefato quoque duce accepta investicione, patriarcham consecravit, atque cum

a) cum *supplendum esse videtur.* G. b) *ita* 3. proceres et *in loco raso* 1. c) *lege:* sedit. d) *ita primum scriptum erat, quod post altera manu mutatum est in* ex. G. e) *alia manu* ducibus 1. f) *alia manu* eorum 1. g) *ita* 3. prefato *in loco raso* 1.

26) Benedictus nullus initio saeculi noni sedit.

pallii benedictione in novam Aquileiam cum eis remisit. Qui sanctissimus patriarcha corpora sanctorum in eisdem nove Aquileie aecclesiis honorifice condivit. In aecclesia sancti Vitalis quadraginta et duo martyrum corpora dignissime tumulavit; in aecclesia sanctae Mariae corpora sanctarum virginum Eufimiae, Dorotheae, Teclae et Erasmae diligenter collocavit; corpora autem sanctorum Cancii, Canciani et Cancianillae in aecclesia sancti Iohannis euangeliste celeberrime composuit.

Cumque idem venerabilis patriarcha ad destructam Aquileiensium civitatem cum *fol. 6. populi multitudine ire disponeret, divina revelatione sibi innotuit, qualiter cives Aquileiae sevissimam Longobardorum rabiem in Gradense castrum fugientes, beatissimi corpora sanctorum Quirini Illari et Taciani et ceterorum secum asportaverunt; hac itaque revelatione non parum illarescens, et translationem eorum scripsit, et natalicii diem constituit celebrari. In octavo die pentecosten natale quadraginta et duo martirum instituit; natalicia sanctorum Illari et Taciani sexto decimo Kalendas Marcii, Quirini sacerdotis quarto Kalendas Iunii, sanctorum Cancianorum pridie Kalendas Madii, natale sanctarum virginum tercio Nonas Septembris.

Rexit autem Paulus, benignissimus patriarcha primus per apostolicam concessionem, novae Aquileiae aecclesiam annis 12.

Huic successit Probinus, qui in eadem nova Aquileia metropolitanam rexit aecclesiam annis 2, mensibus 8.

Dehinc Helias[a] egregius patriarcha Gradensem regendam suscepit aecclesiam. Ipse in eadem aecclesiam sanctae Eufimiae iuxta nominis proprietatem fabricare precepit. Nam quod grece eufimia, latine bona forma[b] sonat. In eadem quoque[c] aecclesia congregata multitudine episcoporum a Verona usque Pannoniam, cuncteque Venetie populo convocato, generalem sinodum celebravit. Ipso namque tempore corpora sanctarum virginum secundum quod a reverendo Paulo patriarcha scriptum fuerat perquirens, omnibus revelavit. Quibus cunctis qui erant in prefato concilio visis, celeberrime ipsa corpora venerati sunt. Tunc Helias egregius patriarcha cum omni illa multitudine* episco- *fol. 6' porum ac cleri et populi collaudatione ordinavit sedecim episcopatus inter Foroguleusium necnon et Hystriae sive Dalmatiae partes, videlicet in Vegla, in Apsaro, in Pathena. In Venetia autem sex episcopatus fieri constituit. Quorum electiones uniuscuiusque parrochiae clero et populo comittens, sicut a beato Benedicto sanctae Romanae sedis antistite fuerat sanccitum necnon et privilegii scripto confirmatum, duci investicionem concessit. Horum episcopatûm primum constituit Torcellanum, sicut primus fuerat vetustate in Altinensium civitate; secundum Metamaucensem; tercium Olivolensem, cui ideo hoc nomen impositum est, quia ibi ante ianuam aecclesiae sancti Serzi[d] imanis[27] erat olivarum arbor. Cuius parrochiae convocatis populis, magnam aecclesiam in honore Dei et sancti Petri idem venerabilis patriarcha edifficare precepit, ibique episcopium constituit, ubi scripti confirmatione et anathematis vinculo convenire in unoquoque sabbato se constrinxerunt, ibique plurimas mercationes faciebant. Quartum episcopium in Aequilensem civitatem fieri constituit. Quintum in civitate Eracliana adesse precepit. Eodem quoque tempore idem venerabilis patriarcha aecclesiam in honore Dei et sancti Petri edifficavit, quam Opiterginam appellavit. Sextum autem episcopium in Caprulis fieri iussit, ubi castellum constituit, in quo aecclesiam in honore sancti Stephani protomartyris fundavit, iuxta quam episcopalem domum secundum loci posicionem sat honorifice edifficare precepit.

Metamaucensium autem episcopatus ex Patavium civitate extitit oriundus, et veluti universus populus exivit cum suo episcopo, sic in eadem insulam* Metamaucensi habi- *fol. 7. tare disposuit.

Episcopatus vero civitatis novae, quae Eracliana appellata est, de Ovedercina civitate[28] advenisse testatur. Unde dux et magna pars nobilium eiusdem civitatis fugientes, 28 in prefata Eracliana civitate prelibatum episcopatum constituerunt.

Caprulensium quidem episcopatus de Concordia a fugienti clero et populo, sicuti ibidem fuerat, hic ita constitutus est.

a) *hic incipit codex* 5. b) *lege* fama. c) quoquoque 1. d) *ita* 1; *id est* Sergi, Sergii, *Veneta lingua, qua e. g.* San Giorgio *pronunciatur* San Sorso. 27) = immanis. 28) Oderzo.

Idem quoque sanctissimus Helias patriarcha in littoribus quae a Gradensi civitate usque Caprulanum episcopium discurrunt, quasdam edifficare fecit ecclesias. In primo littore, quod iuxta Gradensem adesse dinnoscitur civitatem, basilicam in honore Dei et sanctissimi Petri apostolorum[a] principis edifficare precepit, ubi et cenobium puellarum adesse ordinavit.

In secundo quoque littore, cuius longitudo per sex extenditur miliaria, in quodam eiusdem littoris heremi loco, duo viri ibidem manentes inventi sunt, quorum alter vocabatur Barbanus, alter vero Tardessus dicebatur. Idem namque viri paganorum fugientes rabiem, de Tarvisio cum omni sua suppellectile illic latitabant. Quibus ecclesiam in honore sanctae Dei genetricis Mariae, ut fuerat revelatum, prenominatus patriarcha facere precepit. Ad quem cum isdem patriarcha pervenisset locum, veluti ibi reppererunt signa, eiusdem aecclesiae fundamenta iniecit, ubi et monachorum cenobium adesse nec-*fol. 7'. non et Barbanum abbatem fieri ordinavit. Huius namque socius ad propria remeavit.

29 In eadem vero sinodo[29] quam supra memoravimus, quicquid de Calcedonensi dubitabatur concilio, pulsa ambiguitate confirmatum est. Ibique statuit aecclesiam Gradensem caput et metropolim tocius provincie Hystriensium et Venetiarum; cuius Venetiae terminus a Pannoniam usque ad Adam fluvium protelatur. Epistolamque pro his statutis acceperunt a beatissimo papa Pellagio, consentientibus universis episcopis iam dictarum provinciarum. Paulus siquidem, precessor[b] eius, hostile periculum non ferens, Longobardis advenientibus cum omni thesauro ecclesiae Gradus se contulerat, afferens secum corpora sanctorum martirum Ellari[c] et Taciani et reliquorum. Defuncto vero Paulo et in aecclesia Gradense umato, cuius sepulchrum usque hodie[d] ibi manet, Probinus Gradensem, id est nove Aquileie, rexit aecclesiam. Cui succedens memoratus (v. supra pag 7) Helias patriarcha, hec que suprascripta sunt ordinavit, et iam dicta corpora sanctorum ibi miro modo locavit, domumque sibi a fundamentis fabricare precepit, asserens in synodo supra statuto: *Karissimi fratres, intervenientibus malis nostris cottidie hostile perpetimur flagellum, et iam pridem ab Atila Ungarorum[e] rege Aquileia, civitas nostra, funditus destructa est, et postea Gothorum incessu et ceterorum barbarorum cassata; vix aspirat; sed nunc Longobardorum infande gentis flagella sustinere non potest. Quapropter dignum ducit mansuetudo nostra, si vestrae placet sanctitati, in hoc castro Gradense nostram confirmare metropolim.* Quod dictum omnibus placuit episcopis; et facto libello *fol. 8. statutae suae, id est de memorata Calcedonensi synodo* et de hac ipsa sede et omnium supradictorum, subter manibus suis conscripserunt. Id est primus Helias patriarcha; deinde Marcellus[f] episcopus sanctae aecclesiae Opitergine, Leonianus episcopus Tyborniensis, Petrus episcopus Altinatis, Vindemius episcopus Cessensis, Bergullus episcopus Patavinae aecclesiae, Iohannes episcopus Celeianae, Clarissimus episcopus Concordiensis, Patricius episcopus Emonensis, Adrianus episcopus Polensis, Maxencius episcopus Iuliensis, Severus episcopus Tergestinae aecclesiae, Solacius episcopus Veronensis, Iohannes episcopus Parentine aecclesiae, Aaron episcopus Avonciensis, Ingenuus episopus secunde Reciae, Agnellus episcopus Tridentine aecclesiae, Vigilius episcopus Scaravaciensis, Fonteius episcopus Feltrensis, Marcianus episcopus Petenatis; Laurencius presbiter, et Marinus presbiter, atque Emerius presbiter, provinciales, et ceteri presbiteri, tam metropolitani quamque et plebani. Omnes isti suprascripti consencierunt, et omnia in eodem[g] loco confirmaverunt.

Post annos quinque hec[h] omnia suprascripta peracta in ipsa sede metropolitana Gradense, defunctus[i] supramemoratus Helias patriarcha, qui annis pontificatum rexit 14 et mensibus 10, diebus 21, et sepultus est in aecclesia beatae Eufimie.

Huic successit Severus patriarcha ad regendam Gradensem eandem aecclesiam, qui omnes suas res, que de parentum iure habuit, in iam dicta aecclesia sancte Eufimie reliquid, per testamentariam vocem comendans sacerdotibus ipsius metropolis Gradensis, ut ipsi superstites seu posteri eorum pro his rebus specialiter omni die sabbati pro ipso missas celebrarent, atque oblationes offerrerent; mensamque pauperum instituit.

a) apostorum 1. b) processor *c.* c) hylari 5 d) modo 5. e) unorum 5. *et supra chron. Venet. pag.* 7. f) marcianus 5. *et supra pag.* 7. g) edem 1. h) his omnibus suprascriptis peractis *corrigit* 5. i) est *addit* 5

29) cf. de Rubeis Monumenta ecclesiae Aquileiensis pag. 235 sqq.

*Cuius et testamenti cartula apud aecclesiam Gradensem manet, et res quas sibi reliquid *fol. 8'.
ipsa possidet aecclesia. Defuncto vero ipso beatissimo viro, apud Gradensem metropolim aecclesiam sepultus est in basilica beatae Eufimiae. Qui pontificatum rexit annis numero viginti et octo[a], et diebus triginta et uno.

Huic successit Marcianus patriarcha, qui ecclesiam Gradensem rexit annis numero tribus, mense uno, diebus quinque. Mortuo vero ipso apud Gradus, id[b] est novam Aquileiam, sepultus est in aecclesia beatae Eufimiae.

Huic successit Candidianus patriarcha in ipsa suprascripta metropoli Gradensi. Sub cuius tempore per consensum Agilulfi, regis Longobardorum, Gisulfus dux per forciam episcopum in Foroiulii ordinavit Iohannem abbatem. In qua tres episcopi consenserunt Deo sibi contrario, et eum consecraverunt.

Tamen[c] postea per epistolam domni Bonifacii papae urbis Romae sub eandem metropolim Gradensem se subiugaverunt. Defuncto vero Candidiano patriarcha apud Gradense castrum, qui annis rexit aecclesiam numero quinque, successit Epiphanius qui sanctam aecclesiam Gradensem anno uno, mensibus tribus, diebus undecim gubernavit; qui mortuus et sepultus est in aecclesia beatae Eufimiae.

Huic successit Ciprianus patriarcha ad regendam aecclesiam Gradensem, qui eam rexit annis numero quindecim, mensibus tribus, diebus viginti. Et hoc mortuo, sepultus est in eadem basilica ubi suprascripti predecessores eius humati sunt.

Isdem vero papa providens utilitati sanctae Dei aecclesiae, interventu supradictorum Primogenium subdiaconum, regionarium sedis apostolicae, ad eandem metropolim regendam direxit.

CHRONICI GRADENSIS SUPPLEMENTUM[d].

Fortunatus quidam hereticus pontificatum arripuit; qui quintam sinodum minime credens, ob sui erroris piaculum pavens, totam aecclesiam Gradensem metropolitanam denudans in auro et vestibus vel ornamento, similiter[e] et ecclesias baptismales provinciae Hystriae[f] et sinochagia[g] quae ad eandem aecclesiam Gradensem pertinere videbantur, fugam in Longobardiam petiit, apud castrum Cormones super civitatem Aquileiam miliario 15. Contra cuius nequitiam et heresim episcopi Venetiarum et Hystriensium et clerici Aquileienses, qui etiam Gradensis aecclesiae, scripta sua ad Honorium papam direxerunt. Idem[h] vero papa providens utilitati sanctae Dei aecclesiae, Primogenium
diaconum et regionarium[i] sedis apostolicae ad eandem metropolim regendam direxit, 630.
dans et epistolam auctoritatis apostolicae innodantem memorati Fortunati heresim. Idem autem Primogenius per visionem ammonitus, corpora beati Hermachorae et martiris atque pontificis et sancti Felicis et Fortunati, sita miliario tercio, in Gradensem civitatem adduxit, ibique diligenti cura deposuit; et usque hodie pontifex civitatis Gradensis pallei benedictionem a summa sede apostolica promeruit. At vero supramemoratus patriarcha Primogenius apocrisiarium suum dirigens in regiam urbem ad virum piissi-
mum Iustinianum[30] augustum, huius rei indagandae causa, qualiter ipse baptismales 30
ecclesiae denudatae fuissent, quod et Longobardi suos episcopos a diocesi eius subtrahere voluissent, et ipsum thesaurum apud se ipsi retinuissent. Tunc demum ipse piissimus imperator aurum et argentum plus remisit quam[k] perdiderant, et insuper sedem
beatissimi Marci euvangeliste dirigens, quam ab Alexandria Heraclius augustus in regiam Primogenius a. 20, m 3, d. 7.
urbem adduxerat. Mortuo vero beatissimo viro Primogenio, qui annis numero 20, men- 649.
sibus 3, diebus 7 rexit pontificatum, sepultus est iuxta corpus antecessoris sui beatissimi
Cypriani, in basilica beatae Eufemiae. Huic successit Maximus praesul, qui annis numero Maximus a. 20 a. 20.
20 rexit pontificatum, et sepultus est in eadem basilica. Deinde successit ad regendam Stephanus a 5. 670.
aecclesiam Stephanus praesul, qui annis numero 5 pontifex fuit. Eo vero mortuo atque 675.
sepulto in eodem castro iuxta basilicam beati Iohannis euvangeliste[31], Christoforus prae- Christoforus a 22.

a) XXXI. 5. b) i. e. n. A. *desunt* 5. c) *In margine eadem manu, qua textus exaratus est, adnotatur:* In hoc loco necessaria est epistola Bonifacii pape †. d) *ex codd.* 5. 6. e) simul 6. f) hystoriae 5. 6. g) *i. e.* xenodochia h) Idem — direxit *iam supra in fine codicum* 1. 2. 3. 4. *habetur.* i) ragionarium 6. k) quoniam 6.

30) cum Dandulo lege *Heraclium.* 31) Agathonem hic inserit Ughellius.

685. sul suscepit ecclesiam Gradensem regendam, qui in patriarchatu vixit annis numero 32,
717. et mortuus est atque sepultus in eadem basilica. Huic successit Donatus antistes, cuius tempore Longobardi per fortiam Sereno Foroiulensis aecclesiae archiepiscopo a summa sede palleum detulerunt[a] apostolica primitus; cui beatissimus papa Gregorius epistolam direxit, interdicentem[b] inter ceteras, ne umquam aliena iura invaderet, aut[c] temeritatis ausu[c*] usurparet iuris ditionem cuiusquam, set in his esset contemptus[d] quae usque tunc possedisset. Et ex auctoritate apostolica praecepit ipse beatissimus papa, nec ullo modo terminos excederet, a Donato praesule Gradense possessos, set sibi sufficeret in his quae possidebat, nec amplius quam in finibus procul dubio gentis Longobardorum gressum tendere praesumeret. Quodsi inobediens fuisset, apostolici vigoris indignus iudi-
Donatus a. 7. caretur. Mortuo vero Donato patriarcha, qui annis numero 7 rexit pontificatum, sepultus est in basilica sanctae Eufemiae.

Epistola beati Gregorii papae. Incipit epistola beati Gregorii papae missa Sereno episcopo Foroiulensi, in his verbis interdicens: *Tanto munere quisque ditatur, quantum in sublimitate positus de se ex mandato domini Redemptoris humiliter sentit. Etenim pastoralis dignitas singulariter ex humilitate ornatur. Spernendum quippe apostolica lectio arguit elatos; et si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Nam dum ad cumulum tui honoris praecibus eximii filii nostri regis flexi, plurimum et pro rectitudine fidei, quam te tuamque aecclesiam tenere et amplecti cognovimus, provocati, palleum tibi direximus, interdicentes et inter cetera*[e], *ne umquam aliena iura invaderes, aut temeritatis ausu*[e*] *usurpares iuris ditionis cuiusquam; sed in his esses contentus quae usque hactenus possedisti. Nunc vero, ut cognovimus, Gradensis praesulis niteris pervadere iura, atque ex his quibus possedit nunc usque usurpare. Ne ergo in quoquam existas temerator, ex apostolica auctoritate praecipimus, ne ullo modo terminos excedas ab eo possessos, sed solum suffitias in hisque te habeto, quo modo usque possedisti, nec amplius quam in finibus procul dubio gentis Longobardorum existentibus gressum tendere praesumas, ut non iniuste te suscepisse gratiam collati pallei ex praesumptione ostendas. Et inde apostolici vigore concilii, si inobediens fuisses conprobatus, indignus iudiceris. Data Kal. Decembris, indictionis 7.* Idem Gregorius pro hac re talem ad episcopos Venetiae et Hystriae direxit epistolam: *Gregorius servus servorum Dei episcopus, universis episcopis Venetiae seu Hystriae vel plebi eiusdem. Quamquam ex ministerio quod miseratione superna regimus, quicquid provide deliberando peragere absque obstaculo conveniat, attamen ne frustra iudicium egisse videamur*[f], *illa cupimus persequi, quae non*[g] *ad lesionem cuiusquam, verum potius ad munitatem respitiant, et illa*[h] *satagere, unde non*[i] *ex potestate divinitus concessa supplicia sed praemia sperentur. Convenit enim, ut cum unius votis paremus, alterius iura non fraudentur. Quia ergo missa relatione, nos a Deo salvata communitas*[k] *vestra petiit, contra Foroiulensem antistitem agentes, quod cupiat invadere ditionem*[l] *Gradensis patriarchae et ut numquam excedere terminum vel iura invadere aliena, sed nec velle in ea quae hactenus possedisset esse contentum; cui etiam in praesenti ne ea temptet ex auctoritate apostolica interdiximus, eique concessum pallium sub hac esse conditione, dilectissimi, sciatis. Cui denuo, ne praesumat excedere, praecepimus. Ne ergo incuria quadam aut discidio locum gens eorum insidiando, ut assolet, invadat, pervigiles cavete, potius solliciti de vestra post divinum praesidium percogitate*[m] *salute. Quia illud non occasione agitur, sed ubi possunt Deo eius*[n] *resistente virtute perpetrare*[o] *nituntur. Optantes vos de reliquo in amore domini nostri Iesu Christi pollere, et ab omni inmunes aversitate manere. Bene valete.*

Interim autem hic beatus Gregorius defunctus est Romae, cui successit beatissimus Gregorius papa tercius; qui post obitum Donati Gradensis patriarche epistolam suam direxit universis Venetiensis seu Histriae et cuncto populo, ut electionem in Graden-
725. sem patriarcham facerent. Qui praecepto eiusdem papae Gregorii elegerunt Antoninum virum probatissimum in nova sancta Aquileiensi patriarcham ecclesiam. Qui a beato Gregorio papa tercio iuxta decessorum suorum exemplar privilegium cum benedictione pallei consecutus est. Hic Antoninus[p] patriarcha ammonitus est a praedicto Gregorio

a) *deest* 5. b) *deest* 6. c) au 5. 6. c*) ausi 5. 6. d) *i. e.* contentus. e) prohibentes *addit Dandulus in chronico pag.* 132. e*) usu 5. 6. f) a. ne f. i. e. v. *desunt* 5. 6. *recepi ea ex Dandulo* p. 133. g) *deest* 5. 6. h) et illa *desunt* 5. 6. i) *deest* 5. 6. k) c. et v. 5. 6. l) invadere *usque* invadere *exciderunt* 5. 6. m) cogitare *Dandulus* p. 133. n) eis non *D.* o) obtemperare *D.* p) antonius 5. 6.

papa Romam ad synodum occurrere; ad quam synodum Iohannes archiepiscopus Ravenas vocatus est, propter imagines quae in regia urbe deponere iubebant Leo atque Constantinus augusti, et inlicite coniugia quae per diversa loca fiebant. Post hanc vocationem Antoninus patriarcha cum suis suffraganeis Romam ad synodum perrexit; in qua synodo definitive divisio facta est inter Antoninum Gradensem patriarcham et Serenum Foroiulensem antistitem, iuxta edictum beati Gregorii secundi, confirmante tota synodo et sententiam anathematis in huius confirmationis violatores dictante.

Mortuo vero ipso Antonino patriarchi, qui annos rexit pontificatum 22, menses 10, Antoninus a. 22, m. 10, d. 20.
dies 20, sepultus est in eodem castro in aecclesia sanctae Aeufemiae. Huic successit
Aemilianus patriarcha, qui rexit pontificatum annos 8, dies 6. Mortuo vero sepultus Emilianus a. 8, d. 6. 749.
est in eadem aecclesia. Huic successit Vitalianus, qui rexit aecclesiam metropolitanam Vitalianus a. 12, m. 2, d. 15.
annos 12, menses 2, dies 15, et sepultus est in eadem basilica. Huic successit 757.
Iohannes patriarcha, qui rexit aecclesiam metropolitanam annos 36, et sepultus est in Iohannes a. 36. 766.
eadem aecclesia beatae Eufemiae. Post hunc successit Fortunatus[a] patriarcha, qui a 803.
Leone papa privilegium cum benedictione pallei iuxta suorum decessorum exemplar consecutus est. Hic tantae famositatis fuit, ut dive memoriae Karolus imperator spiritalem patrem eum habere optaret. Cuius ad augmentum aecclesiae idem reverentissimus
augustus quam plurima contulit praecepta. Qui Fortunatus rexit aecclesiam annos 27. Fortunatus a. 27
Cui successit Venerius restaurator ecclesiarum, qui rexit pontificatum annos 24, menses Venerius a. 24, m. 8. 825.
8, et sepultus est in sanctae Eufemiae aecclesia. Huic successit Victor, qui rexit aeccle- Victor a. 6, m. 3, d. 4. 848.
siam annos 6, menses 3, dies 4, et sepultus est in eadem aecclesia sanctae Eufemiae. Vitalis a. 19, d. 6.
Cui successit Vitalis patriarcha, qui rexit pontificatum annos 19, mensem 1, dies 6, et 854.
sepultus est in aecclesia beatae Agathae. Post hunc successit Petrus patriarcha, qui aeccle- Petrus a. 4, m. 6, d. 4. 873.
siam rexit annos 4, menses 6, dies 8, et sepultus est ante ecclesiam sanctae Eufemiae. Victor a. 17, m. 11, d. 13.
Cui successit Victor iunior, qui rexit ecclesiam annos 17, menses 11, dies 13, et 878.
sepultus est ante aecclesiam sanctae Eufemiae. Huic successit Gregorius patriarcha, qui Gregor a 1, m. 6, d. 22. 896.
rexit pontificatum annum 1, menses 6, dies 22. Huic successit Vitalis iunior patri- Vitalis a. 3, m. 3, d. 14. 897
archa, qui rexit aecclesiam annos 3, menses 3, dies 14 et sepultus est in aecclesia
sanctae Eufemiae iuxta corpora sanctorum martyrum Hermachorae et Fortunati. Huic Dominicus a. 6, m. 11, d. 3.
successit Dominicus patriarcha, qui rexit pontificatum annos 7, menses 11, dies 3. Post 900. Laurentius a. 11, m. 9, d. 24.
hunc successit Laurentius patriarcha, qui rexit aecclesiam annos 12, menses 9, dies 24. 921.
Cui successit Marinus patriarcha, qui tenuit pontificatum annos 34, menses 3, dies 7. Marin a. 34, m 3, d. 7. 955.
Huic successit Bonus patriarcha, qui rexit aecclesiam annos 9, menses 6, dies 2. Post Bonus a. 9, m. 6, d. 2. 967.
hunc successit Vitalis, qui rexit pontificatum annos[b] 50 et menses 6. Huic successit Vitalis a. 50, m. 6
Urso, qui omni virtute plenus rexit ecclesiam annos 37, dies 45. Urso a 37, d. 45 c. 1012.

a) fornatus *c.* b) *reliqua a continuatore chronici addita esse patet.*

EX RODULFI GLABRI

HISTORIARUM LIBRIS V.

EDENTE G. WAITZ, PROF. PUBL. KILONIENSI.

Saeculis X. et XI. quibus in omnibus fere Germaniae provinciis litterae valde provectae erant et praesertim res tam ab antiquis quam a coaevis gestae saepius et diverso modo memoriae tradebantur, Gallia vix unum vel alterum protulit scriptorem, qui a caligine qua tota obruta erat provincia emergeret, historiamque sui temporis conscriberet. Post Flodoardum, Richerum et Dudonem per quinquaginta annos praeter Ademarum Aquitanicum et Odorannum Senonensem, qui brevissimos tantum nimisque ieiunos annales congessit, nullum invenies, qui hoc munere functus sit. Denique saeculo XI. medio monachus quidam Cluniacensis historiam universalem scribendam suscepit, inde a Bedae et Pauli Diaconi temporibus nihil eiusmodi tentatum esse persuasus. — Rodulfus 1 *cognomine Glaber*[1] *in Burgundia ut videtur natus, iam duodecimo anno ab avunculo monacho disciplinae traditus est monasticae in coenobio S. Leodegarii Campellis dicto. Litteras celeriter et non sine fructu didicisse videtur; sed propter animum levem, turbidum et truculentum, ipso teste, a fratribus expulsus est*[2]. *Unde ipsum per plura monasteria profectum, modo in S. Benigni* 6 *Divionensi*[3], *modo in Meleredensi*[4], *in S. Germani Autisiodorensi*[5] *et Besuensi*[6],

1) i. e. Calvus; cf. de la Curne de St. Pelaye in Mem. de l'acad. des inscriptions VIII, p. 549. Rodulfum verum eius nomen fuisse Vita Willelmi ostendit, hoc solo inscripta; v. SS. IV, p. 655. 2) V, 1: *Nam dum aliquando in beati martyris Leodegarii monasterio quod Campellis cognominatur* (in diocesi Lingonensi) *positus degerem . . . . Interea confiteri non erubesco, me non solum in peccatis parentum meorum genitum fuisse, verum etiam moribus importunum et actibus intolerabilem plus quam narrari queat extitisse. Vi etiam cuiusdam monachi, mei scilicet avunculi, abstractus a perversissima, quam prae ceteris agebam, secularis vitae vanitate, cum essem ferme duodenis, atque monachili indutus habitu, heu pro dolor! quoniam veste solummodo, non mente mutatus. Quaecumque enim a patribus vel spiritalibus fratribus modesta et sancta caritative mihi suggererentur, truculenti animi inflatione turgidum scutum cordis gerens, dictante superbia, ne salubria me contingerent, opponebam. Dehinc senioribus non obediens, coaequalibus molestus, iunioribus onerosus, atque ut vere fatear, universis mei praesentia gravedo erat, levamen absentia. Praeterea his et huiusmodi praedicti loci fratres instigati, expulerunt me a contubernio suae habitationis, tamen scientes non defore mihi locum quempiam commanendi tantum ob litteratoriam notionem.* 3) Pergit l. l.: *Post hoc igitur in monasterio sancti Benigni Divionensis martyris locatus* etc. 4) l. l.: *Tertio quoque cum apud coenobium beatae semperque virginis Mariae cognomento Meleredense demorarer* etc. (Moutiers in dioc. Autisiodorensi). 5) V, 1. 6) IV, 6: *Cuius socii revertentes nobis quae diximus retulerunt positis tunc apud Besuae monasterium.* In Maiore monasterio (Marmoutier prope Turonos) ipsum vixisse non putarim. Nam verba V, 1: *Erat siquidem, ut ipsi perspeximus, mos illius coenobii* ad Cluniacense spectare videntur. In altero enim codice nonnisi recentiori manu pro: *Cluniense* scriptum est: *Maioris monasterii.*

denique Cluniaci degisse videmus. Divione Willelmi abbatis celeberrimi familiaritatem adeptus est, quippe quem c. a. 1028. in Italiam comitatus sit[7] *atque cuius vitam ipso mortuo conscripserit. Ex qua fragmenta iam supra edidimus Vol. IV, p. 655—658. — Ultimis vitae annis in Cluniacensi monasterio, quod tunc sub Odilone florebat, vixit*[8], *abbati illi coniunctus, cuius iussu fratrumque precibus adductus est, ut historiam, iam Willelmi auctoritate inceptam*[9], *absolveret*[10]. *Res circa et post annum millesimum in quatuor mundi partibus gestas conscribere ipsi propositum fuit, quas initio brevius, postea accuratius exposuit, ita ut usque ad a. 1044, quo narrationem finivit, multa notatu digna congereret. Sed nullo ordine, nullo certo consilio ductus, tempora valde turbavit, plerumque annos aperte falsos etiam in rebus suae aetati proximis annotavit*[11], *multa quae nullo modo historiam illustrant recepit, praesertim miraculis et rebus prodigiosis enarrandis*[12], *disquisitionibus theologicis et — ut verbo abutar — philosophicis*[13] *exponendis immoratus est. Quae annum millesimum antecedunt ex fama hausisse videtur. Certe rerum scriptores nullos post Paulum ipsum novisse iam dixi; vitae enim S. Germani Autisiodorensis, S. Mauri et Brendani, quas affert*[14], *ad tempora antiquiora spectant, Maioli vero et Willelmi epistolas*[15] *facile aliunde recipere potuit. Postea quoque res saepius ex vago rumore accepit. Quamvis litteris operam dederit, et non solum scriptores ecclesiasticos, sed etiam poetas Latinos*[16] *legerit, in terrarum tamen situ definiendo*[17], *in urbium populorumque nominibus explicandis*[18] *errores ridiculos commisit. Quibus si addas superstitiosum animum*[19], *sermonis inelegantiam, ne dicam horrorem*[20], *sane non valde auctorem commendandum putes. Verum tamen quaecumque ipse vidit aut a coaevis accepit*[21], *fideliter in schedas retulit, animo satis candido et iusto*[22] *saeculi genium descripsit, moresque depravatos coloribus vividis pinxit.*

7) IV, 3: *Nam et egomet cum saepius nominato abbate illuc deveniens intereram.* Impostorem quendam, qui reliquias finxerat, redarguit. 8) III, 3: *Nam cum ego postmodum in monasterio Cluniacensi cum ceteris fratribus degerem, convenerunt illuc ab Hispaniis quam plures honestae conversationis iam dudum more viventes propriae regionis monachi.* 9) Vita Willelmi c. 27: *quondam meorum culpis facinorum offensus* (Willelmus), *ut sensi illum ad horam amaricatum, secessi in aliud coenobium ipsius ditioni minime subditum; dumque illic degerem, adstitisse mihi una nocte visus est aspectu placido, ac manu iniecta caput mihi demulcens aiebat: „Rogo ne me deseras, si non te amare fingebas; quin potius exercere te cupio quae promiseras.“ Ipsius namque imperio maxima iam ex parte eventorum atque prodigiorum quae circa et infra incarnati Salvatoris annum contigere millesimum descripseram.* 10) Vide praefationem. 11) Ultimis annis semper duobus annis a vero recedit, Conradi mortem in a. 1041 (V, 1), Heinrici nuptias in a. 1045 (V, 1) collocans. Ita etiam eclipsis lunae quam a. 1046. ascribit iam 1044. accidit, ita ut non ultra hunc annum narratio procedat. Quod non satis perspexit Rivet hist. liter. VII, p. 401. 12) Quod sibi propositum fuisse ipse dicit loco n. 9. allato. 13) Cf. quae initio de quatuor aetatibus cum quatuor elementis, virtutibus et fluviis comparatis dicit, quae III, 8. contra hereticos disputat, et alia multa eiusmodi. 14) II, 8. III, 5. II, 2. In vita Willelmi c. 15. etiam Gregorii Tur. librum de gloria martyrum et vitam S. Benigni affert. 15) I, 4. IV, 1. Cf. aliam Willelmi epist. in vita c. 19. 16) v. g. Terentium III, 9. Et ipse versus narrationi immiscet III, 9; et cum in monasterio S. Germani degeret, „rogatus a conservis et fratribus eiusdem loci, ut altariorum titulos, qui a scolasticis viris compositi olim fuerant, sed, vetustate ut pene cuncta fatiscente, minime comparebant, reformaret“, hoc libenter fecit. 17) II, 3. Vesuvium in Africa collocat. IV, 8. de Germaniae situ inaudita prorsus refert. 18) I, 5 (Normanni); II, 3 (Aurelianis); III, 5 (Cluniacum); IV, 8 (Retia et Leutici). 19) cf. III, 3. IV, 2 et 3 (quod cap. inscriptum est: *Quod peccatis hominum exigentibus, Domino permittente, a nequam spiritibus aliquando fiant miracula*), V, 1. etc. 20) Ita saepissime participio utitur pro tempore finito, saepe verborum nexum prorsus neglexisse videtur. 21) cf. praeter locos iam allatos (III, 3. IV, 3. 6. V, 1.) etiam III, 6: *nam rei quam dicturi sumus tot testes extiterunt, quanti in eadem civitate eo tempore vivebant homines;* IV, 4: *ut ipsi postmodum conspeximus;* IV, 6: *Odolricus Aurelianorum praesul illuc pergens quid viderit nobisque narraverit;* V. 3: *referente Widone Remorum archipraesule didicimus.* Quae de Odilone refert, ipse optime comperta habere potuit; cf. II, 8. IV, 7. V, 1. 22) Ita falsum reliquiarum cultum perstringit (IV, 3), in

In historia Gallica multa sunt quae ex ipsius testimonio pendent; etiam de rebus in Germania et Italia gestis habet quae alibi frustra quaeras. Itaque quum Rodulfi liber neque a nostra collectione prorsus excludi neque integer recipi possit, ea potissimum quae historiam Germanicam spectant eligenda erant, primus tamen liber, qui totus fere huc referendus est et auctoris animum et narrandi rationem optime ostendit, integer exhibetur.

23 *Rodulfi historiam per medium aevum Hugo Flaviniacensis*[23], *Sigebertus Gemblacensis*[24] *et auctor Gestorum consulum Andegavensium*[25] *exscripserunt, postea vero vix unus alterve legerunt, antequam a Pithoeo publici iuris facta est (Hist. Franc. SS. veteres XI. Frf.* 1596. *fol. p.* 1 *sqq.). Cuius editionem*
26 *Duchesne (IV,* 1 *sqq.) ex codice Thuaneo, Bouquet (X,* 1 *sqq.)*[26] *ex eodem, iam regio* 6190, *emendatam secuti sunt.*

Nobis vero ad manus fuerunt:

1) *Cod. regius Parisiensis Suppl. Lat.* 1014. *mbr. s. XI.* 4., *ex bibliotheca ducissae Bituricensis ante aliquot annos emtus; qui satis accurate et eleganter scriptus et hinc inde a coaeva manu correctus, textum optimae praebet notae*[27]. *Hic liber, quem antea Antonii Os (Ois) fuisse ex sequenti codice discimus*[28], *iam pluribus foliis excisis caret (post fol.* 17. *quatuor deesse videntur II,* 9: abbatis imperio perrexit *usque III,* 2: in tantum Heinricum humiliari ut pedes, *postea III,* 8: qui in civitate putabantur genere *usque* fecit proinde plura identidem, *denique IV,* 3: Denique pontifices rite peragentes *usque ad finem libri), quae recenti manu (s. XVII?) suppleta sunt. Ultimum folium laceratum est, ita ut plura vocabula desiderentur, quae nonnisi coniectura ope Hugonis Flaviniacensis restituere conatus sum.*

2) *Cod. regius Parisiensis* 6190. *olim Colb.* 1400, *antea Thuaneus, mbr. s. XIII.* 4. *mai. f.* 1' *sqq. Rodulfi librum continet, extrema libri quinti parte (inde a verbis c.* 4: equum modo fraudulenter abstractum) *in duobus foliis deperdita, quam recens manus e codice* 1. *supplevit. Sed etiam ipsum codicem*
29 *ex* 1. *fluxisse ut statuamus, lectionum ratio suadet*[29], *ita tamen ut antiquius quoddam exemplar ex* 1. *sumtum idque in* 2. *descriptum sit*[30]. *Certe ubi* 2. *a* 1. *recedit, quod rarissime fit, lectiones nullius sunt auctoritatis. Utroque codice Pithoeus usus est*[31].

Codex S. Germani 1600. *(olim Coislinianus) chart. s. XVII. ex* 1. *trans-*
32 *scriptus est. De Taurinensi vero, quem Montfauconius affert*[32], *nihil compertum habeo*[33].

G. WAITZ.

simoniam non semel invehitur (cf. praeter locos infra editos etiam II, 6. ibique praesertim verba: *Nam ipsi reges, qui sacrae religionis idonearum decretores personarum esse debuerant, munerum largitione corrupti, potiorem quempiam ad regimen ecclesiarum vel animarum diiudicant, illum videlicet a quo ampliora munera suscipere sperant*). Notanda sunt etiam verba II, 4: *Licet namque pontifex Romanae ecclesiae ob dignitatem apostolicae sedis ceteris in orbe constitutis reverentior habeatur, non tamen ei licet transgredi in aliquo canonici moderaminis tenorem. Sicut enim unusquisque orthodoxae ecclesiae pontifex ac sponsus propriae sedis uniformiter speciem gerit Salvatoris, ita generaliter nulli convenit quippiam in alterius procaciter patrare episcopi diocesi.* 23) Quam plurima ad verbum fere exscripsit. 24) Cf. Hirsch de vita et scriptis Sigib. p. 95. 96 et SS. VI, p. 275. Mirum est, Sigebertum in libro de SS. eccl. c. 50. Rodulfum inter scriptores saeculi VII. cum Gregorio Turonensi afferre: *Rodulphus scripsit historiam Francorum a suo tempore.* 25) cf. praef. ap. Dachery ed. 2. III, p. 235. et singula loca p. 250 sqq. 26) Fragmenta quaedam iam VIII, 238. ediderat. 27) Alia s. XII. manus III, 2. III, 9. quaedam interpolavit, quae etiam in Gestis conss. Andeg. leguntur; nescio an ex ipsis hausta aut ex hoc Rodulfi codice petita Gestisque inserta. 28) Ibi enim in fine supplementi ex hoc codice descripti legitur: *Hactenus alterum exemplar Ant. Os.* Cf. quae Pithoeus in editione sua p. 38. annotat. 29) Ita I, 5. pro *de monte nominatissimo,* quod ita in 1. scriptum est: *de "nominatissimo "monte,* legitur: *denominatissimo monte.* 30) Interpolationes enim illas ex Gestis conss. Andeg. haustas 2. non agnovit, quamvis antiquiori manu quam hic codex scriptae sint. 31) p. 38. 32) Bibl. mss. II, p. 1398. 33) non occurrit in Pasini codd. Taurinensibus. *P.*

CLARORUM VIRORUM ILLUSTRISSIMO ODILONI CLUNIENSIS[a] COENOBII PATRI GLABER RODULFUS.

Iustissima studiosorum fratrum querimonia interdumque propria saepius permotus, cur diebus nostri temporis non quispiam existeret, qui futuris post nos multiplicia haec quae videntur fieri tam in ecclesiis Dei quam in plebibus, minime abdenda, qualicumque stili pernotatione mandaret. Praesertim[b] cum Salvatore teste usque in ultimam extremi diei horam, sancto Spiritu cooperante, ipse[c] facturus[c] sit in mundo nova[d] cum patre. Et quoniam in spatio fere ducentorum annorum nemo ista appetens extitit, id est post Bedam Britanniae presbiterum seu Italiae Paulum, qui historialiter quippiam posteris scriptum misisset. Quorum uterque historiam propriae gentis vel patriae condidit. Dum videlicet constet, tam in orbe Romano quam in transmarinis seu barbaris provinciis perplura devenisse, quae si memoriae commendarentur, proficua nimium hominibus forent atque ad commodandum quibusque cautelae studium potissimum iuvarent. Non secius ergo quae dicuntur, quin solito multiplicius circa millesimum humanati Christi Salvatoris contigerunt annum. Et idcirco, prout valeo, vestrae praeceptioni ac fraternae voluntati obedio, primitus dumtaxat ostensurus, quamquam series annorum a mundi origine pernotata secundum Hebreorum istorias a[e] septuaginta[e] interpretum translatione discrepet, illud tamen certissime commendamus, quod annus incarnati verbi millesimus secundus ipse sit regni Heinrici Saxonum regis primus, isdem quoque annus Domini millesimus fuit regni Rotberti Francorum regis tertius decimus. Isti igitur duo in nostro citramarino orbe tunc christianissimi atque praemaximi habebantur. Quorum primus, videlicet Heinricus, Romanum postmodum sumpsit imperium. Idcirco vero illorum memoriale seriei temporum stabilivimus. Praeterea quoniam de quattuor mundani orbis partium eventibus relaturi sumus, dignum videtur, ut cordi est, qui utique religiosis loquimur, ut vim divinae et abstractae quaternitatis eiusque conformem convenientiam, Domino praeeunte, suscepti[f] operis inseramus.

De divina quaternitate[1]. Multiplicibus figuris formisque Deus conditor universorum 1
distinguens ea quae fecit, ut per ea quae vident oculi vel intelligit animus sublevaret hominem eruditum ad simplicem Deitatis intuitum. In his ergo perscrutandis pernoscendisque primitus claruere patres Grecorum catholici non mediocriter philosophi. Cum enim in plurimis exercitatos haberent sensus, perinde in quarumdam quaternitatum speculatione, per quam praesens mundus infimus, mundusque futurus datur intelligi supernus. Quaternitates vero earumque in sese reflexus dum a nobis dispertiri immobiliter ceperint, mentes simul atque intellectus se speculantium alacriores reddent. Quattuor igitur sunt euangelia, quae constituunt in nostris mentibus supernum mundum. Tot enim constant elementa, quae perficiunt istum infimum. Quattuor quoque virtutes, quae ceterarum gerunt principatum nosque per adunationem sui ad ceteras informant. Pari etiam ratione quattuor sensus existunt corporis praeter tactum, qui subtilioribus famulatur ceteris. Quod est igitur aether igneum elementum in mundo sensibili, iddem[g] est prudentia in intellectuali. Sursum namque sese erigens, hanelansque[h] desideranter esse circa Deum. Illud quoque quod aer in mundo corporali, id ipsum fortitudo in intellectuali, qui cuncta viventia vegetans et in quemcumque actum promoventia roborat. Simili quippe modo quod gerit aqua in mundo corporali, iddem temperantia in intellectuali. Nutrix quippe est bonorum efferensque copiam virtutum ac servans fidem per divini amoris desiderium. Conformem quoque terra gerit speciem mundi infimi iustitiae speciei in intellectuali. Scilicet subsistens atque immobilis collocatio rectae[i] distributionis. Dinoscitur namque per omnia similis euangeliorum complexio spiritalis. Euangelium itaque Mathei terrae ac iustitiae misticam continet figuram, quoniam Christi hominis ceteris apertius demonstrat carnis substantiam. Illud autem secundum Marcum temperantiae et aquae speciem gerit, cum ex

a) cluni : : : : ensis 1. b) pre *in* 1. *saepissime neque tamen semper legitur. — Interpunctionem hanc ex codice retinui, quippe quae Rodulfi scribendi rationi sola conveniat, quamvis a nostra recedat et sententiarum nexum non satis exprimat.* c) *in loco raso* 1. d) *superscriptum* 1. e) *superscriptum* 1. f) *ita* 1. 2. suscepto operi *ed.* g) *ita ubique fere* 1. *hoc loco* idem. h) *i. e.* anhelansque. — anelansque 2. i) recte 1.

1) Haec non caput 1. efficiunt sed praefationi annumerentur.

Iohannis baptismate penitentiam temperanter indicit. Illud quoque iuxta Lucam[a] aeris et fortitudinis prefert similitudinem, quoniam spaciatim diffusum plurimisque est historiis roboratum. Illud vero secundum Iohannem ignifici aetheris ac prudentiae, quodque ceteris constat sublimius, formam signanter exprimit, dum simplicem Dei notitiam et fidem insinuans introducit. Quibus etiam speculativis conexionibus, elementorum scilicet ac virtutum euangeliorumque, ille convenienter sociatur videlicet homo, cuius haec universa concessa sunt obsequio. Nam et illius vitae substantiam Greci philosophi michrocosmum, id est parvum mundum, dixerunt. Visus quippe et auditus, qui intellectum et rationem ministrant, superiori conveniunt aetheri, quod constat subtilius in elementis, quodque[b], quantum ceteris sublimius, eo honestius ac lucidius. Subsequitur vero olfactus, qui aeris et fortitudinis significantiam sorte exprimit. Gustus namque satis convenienter aquae et temperantiae parem portendit significantiam. Tactus ergo, qui omnium constat infimus ceterisque solidius ac stabilius, terrae ac iustitiae congruentissime praefert indicium. Ab his igitur evidentissimis complexibus rerum patenter et pulcherrime silenterque praedicatur Deus. Quoniam, dum stabili motu in sese vicissim una portendit alteram, suum principale primordium praedicando a quo processerunt expetunt, ut in illo iterum quiescant. Constat etiam iuxta praedictae speculationis condictum, mente cauta intueri fluvium, qui manat ex Eden orientis partiturque in nominatissimos quattuor amnes. Horum igitur primus, id est Phison, qui oris apertio dicitur, prudentiam signat, quae semper est in optimis diffusa et utilis. Per inertiam quippe paradysus sublatus est homini; necesse habet, ut praeeunte prudentia repetatur. Secundus Geon, qui terrae hiatus intelligitur, temperantiam signat, nutricem utique castitatis, quae scilicet frondes salubriter extirpat vitiorum. Tertius quoque Tigris, quem incolunt Assyrii[c], qui interpretantur dirigentes. Per hunc nihilominus signatur fortitudo; quae videlicet, reiectis praevaricatoriis viciis, dirigens homines per Dei auxilium ad aeterni regni gaudia. Quartus vero Eufrates, cuius etiam nomen habundantiam sonat, patenter iustitiam designat, quae pascit ac reficit omnem animam illam desideranter amantem. Cum igitur significantia horum fluminum gerat in se species praedictarum virtutum, pariter et figuram quattuor euangeliorum: non minus easdem virtutes figuraliter gerunt tempora mundani huius seculi divisa per quadrum. A mundi namque initio usque ad ultionem diluvii, in his dumtaxat qui ex simplicis naturae amando suum cognoverunt Creatorem bonitate, prudentia viguit, ut in Abel, Enoch, Noe, vel in ceteris qui mentis ratione pollentes utilia quae agerent intellexerunt. Ab Abraham vero et in reliquis patriarchis, qui signis et visionibus fruiti sunt, ut in Isaac, Iacob, Ioseph, et in ceteris, temperantia conformata probatur, qui scilicet inter adversa et prospera proprium super omnia dilexerunt auctorem. A Moyse quoque et in reliquis prophetis, viris videlicet robustissimis, legalium praeceptorum institutionibus fultis, fortitudo sancitur, dum laboriosa siquidem legis praecepta sollicite ab eis exercitata monstrantur. Ab adventu denique incarnati verbi ac deinceps omne seculum iustitia implet, regit et circumdat[d], veluti
Matth. 3, 15. ceterarum finis ac fundamentum, sicut dixit suo baptistae Veritas: *Decet*, inquiens, *nos implere omnem iustitiam.*

1. Dicturi igitur, ab anno 900. incarnati creantis ac vivificantis omnia verbi ad nos usque qui claruere viri, in Romano videlicet orbe, insignes catholicae fidei cultores et iustitiae, prout certa relatione comperimus vel visuri superfuimus, seu etiam qui rerum eventus quaeve perplura contigerunt memoranda tam in sacris ecclesiis quam in utroque populo, primitus ad illud totius quondam orbis imperium principale, scilicet Romanum, convertimus stilum. Cum ergo omnipotentis Christi virtus ubique terrarum principes ad suum incurvasset imperium, tanto minus viguit terror cesarum, quanto iura illorum veratius comprobantur plus extitisse ex timore ferocitatis quam ex amore piae humanitatis. Sic denique paulatim tota illorum stirps a praefato imperio dispertita atque evacuata, ut maius indigeret sui dominio urbs Romana eiusque populus, quam, ut olim consueverat, promere leges et iura externis patriis ac civibus. Ceperuntque plures ex gentibus, quas prius subdiderat, crebris illam infestationibus vexare, illius nomen etiam

a) Marcum *corr.* Lucam 1. b) elementis. Quodque 1. 2. c) assirii 2. d) circundat 1. *hoc loco.*

imperii praeripiendo usurpare nonnulli ex circumiectarum provintiarum regibus. Tunc perinde valentiores et praemaximi reges gentis Francorum christianitatis iustitia pollebant, armorumque industria ac militari robore ceteris excellebant. Quorum videlicet ditioni triumphaliter per plures annos applicatum est totum imperii culmen. Inter quos etiam excellentissime micuerunt Karolus scilicet qui dictus est Magnus, necnon et Ludowicus[a] cognomento Pius. Hi denique prudenti consilio et virtute quosque in giro belliones ita proprio subiugavere dominio, ut quasi una domus famularetur suis imperatoribus orbis Romanus, potiusque res publica de paterno gratularetur provectu, quam tuta pompatice extolleretur imperatorum metu. Sed quia horum gesta non disposuimus seu genealogiam historiali more narrare, ad quem tamen finem regnandi vel imperandi illorum genus devenerit, breviter curavimus intimare. Perduravere igitur reges ex eorum prosapia vel imperatores tam in Italia quam in Galliis usque ad ultimum regem Karolum Hebetem cognominatum. Is denique habebat unum inter regni sui primates quendam Heribertum, cuius ex sacro fonte filium susceperat, qui tamen ei calliditate sua certissime suspectus esse potuisset, si non excogitatae fraudis simultas intervenisset. Cum
enim decrevisset isdem Heribertus praedictum regem decipere, fingens cuiusdam deli- 923.
berandi occasionem negotii, qualiter illum, ut postmodum fecit, demulcendo in unum castrorum suorum introduceret ac vinculatum carceri manciparet. Tandem vero a quibusdam suggestum est regi, ut cautissime se ageret, ne Heriberti involveretur fraudibus. Dumque ille, ex hoc quod audierat credulus, cautelam sibi de Heriberto adhibere decrevisset, contigit una die nimis expedite eundem Heribertum cum suo filio in regis palatium devenire. Surgens itaque rex, osculum ei porrexit; ille vero toto se humilians corpore, osculum regis suscepit. Deinde cum eius filium osculatus fuisset, stansque iuvenis, quamvis conscius fraudis, novus tamen calliditatis, regi minime semet subplicaret[b], pater cernens, qui propter adstabat, valenter alapam collo iuvenis intulit: *Seniorem,* inquiens, *et regem erecto corpore osculaturum non debere suscipere, quandoque scito.* Quod intuens rex cunctique qui adherant, abhinc deceptionis fraudisque adversus regem Heribertum expertem crediderunt. Videns quoque regem contra se placatum, nihilominus rogabat adtentius, ut ad se veniens negotium deliberaturus, quod dudum poposcerat. Statim vero rex promisit se quo vellet iturum. Designato igitur die venit rex ubi Heribertus rogaverat, tenuem etiam ducens exercitum amicitiae gratia. Qui nimium pompose die primo ab eo susceptus; in secundo autem quasi ex iussu regis praecepit isdem Heribertus, ut universi qui cum rege venerant ad propria redirent, veluti ipse cum suis obsequio regis sufficeret. Illi quoque audito Heriberto recesserunt, ignorantes quod regem in vinculis reliquissent. Tenuit enim Heribertus vinctum praedictum regem usque
in diem mortis suae. Genuerat praeterea idem rex filium nomine Ludoguicum[c], adhuc 929.
tamen puerum. Qui ut cognovit quod de patre factum fuerat, arripiens fugam, Renum[d]
transiit[2], ibique usque ad annos viriles deguit. 2

2. *De Rodulfo rege.* Erat igitur tunc temporis Rodulfus, Richardi ducis Burgundiae filius, aptus videlicet corpore et intellectu idoneus. Qui etiam uxorem duxerat, Emmam nomine, sensu scilicet atque aspectu insignem, sororem videlicet Magni Hugonis, cuius siquidem militari industria regnum dirigebatur Francorum. Is quoque Hugo cernens regnum rege destitutum ac sciens regis instaurationem suo pendere arbitrio, misit ad sororem, consulens illam, quem potissimum ad regale eligeret culmen, se videlicet suum fratrem, an potius maritum, praedictum scilicet Rodulfum. Illa igitur prudenter, ut fuerat consulta, respondit, magis se velle regis mariti genu osculari quam fratris.
Audiens autem Hugo, gratanter annuit, regnique solium Rodulfo habere concessit. Qui 923.
Rodulfus carens omni prole, solus sui generis regni culmine potitus, obiit. Fuit enim 936.
hic Hugo filius Rotberti Parisiorum comitis; qui videlicet Rotbertus brevi in tempore rex constitutus, et ab exercitu Saxonum est interfectus[3]. Cuius genus idcirco annotare
distulimus, quia valde inante repperitur obscurum[4]. 4

3. *De Lothario rege.* Interea totius regni primates elegerunt Ludowicum, filium

a) lodovicus 2. b) supplicaret *corr.* subplicaret 1. c) lugdovicum 2. d) oceanum *ed.*

2) Ludowicum in Angliam fugisse, notissimum est. 3) cf. Flodoardum a. 923. et eiusdem opinionis auctores Dudonem SS. IV, p. 95. et Ademarum III, 22. ibid. p. 125. 4) V. Richerum I, 5.

936. videlicet praedicti regis Caroli, ungentes eum super se regem hereditario iure regna-
943. turum. Iam enim praedictus Heribertus morte crudeli obierat. Nam cum diutino excruciatus languore ad vitae exitum propinquaret atque a suis tam de salute animae quam de suae domus dispositione interrogaretur, omnino nihil aliud respondebat nisi hoc solummodo verbum: *Duodecim fuimus, qui traditionem Caroli iurando consensimus;* hocque plurimum repetens expiravit. Praeterea Ludowicus ex Gerberga, uxore quondam
954. Gisleberti ducis, genuit filium, nomine Lotharium; qui confirmatus in regno, ut erat agilis corpore et validus sensuque integer, temptavit redintegrare regnum ut olim fuerat. Nam partem ipsius regni superiorem, quae etiam Lotharii regnum cognominatur, Otto[a] rex Saxonum, immo imperator Romanorum, ad suum, id est Saxonum, inclinaverat
978. regnum. Ipsum denique Ottonem, scilicet secundum, filium primi ac maximi videlicet Ottonis, conatus est quondam capere positum in palatio Aquisgranis. Sed quoniam eidem Ottoni clam praenuntiatum a quibusdam est, noctuque cum uxore vix fugae[b] praesidium petens, obtinuit. Tunc denique Otto, congregato exercitu sexaginta milia et eo amplius militum, Franciam ingressus, venit usque Parisius. Ibique triduo commoratus, cepit redire in Saxoniam. Rursus[c] quoque Lotharius, ex omni Frantia atque Burgundia militari manu in unum coacta, persecutus est Ottonis exercitum usque in
4 fluvium Mosam[4], multosque ex ipsis fugientibus in eodem flumine contigit interire. Dehinc vero uterque cessavit, Lothario minus explente quod cupiit. Hic denique genuit filium, nomine Ludowicum; quem iam adultum iuvenem, ut post se regnaret, regem
5 constituit; cui etiam adduxit ab Aquitanis partibus uxorem[5]. Quae cernens videlicet iuvenem patre minus fore industrium, ut erat ingenio callida, elegit agere divortium, monuitque illum ficte, ut simul de qua advenerat redirent provintiam, scilicet iure hereditario sibi subdituram. Ille quoque non intelligens mulieris astutiam, ut monitus fuerat ire paravit. Ad quam dum venissent, relinquens eum mulier, suis adhesit. Cumque patri nuntiatum fuisset, prosequens filium ad se reduxit. Qui simul deinceps degentes,
986. 987. post aliquot annos absque nulla liberorum ope uterque obiit. In his igitur duobus regale seu imperiale illorum genus regnandi finem accepit.

4. *Qui postmodum Romae imperatores extiterint.* Praescriptorum igitur regum genere exinanito, sumpserunt imperium Romanorum reges Saxonum. Quorum scilicet primus
936. Otto, Henrici Saxonum regis filius, cuius etiam sororem nomine Haduidem duxit uxorem Hugo dux Francorum cognomento Magnus. Is denique Otto in gloria et vigore imperii non dispar illorum qui ante se imperium rexerant, necnon et in ecclesiarum atque elemosinae expensis valde liberalis extitit.

Huius quoque imperii tempore egressi audacter Sarraceni ab Affricanis partibus, occupavere tutiora Alpium montium loca, ibique aliquandiu morantes, vastando regio-
973. nem, in gyro diverso raptu tempus expleverunt. Contigit[6] ergo eodem tempore, ut beatus pater Maiolus ab Italia rediens in artissimis Alpium eosdem Sarracenos obviaret. Qui arripientes abduxerunt illum cum suis omnibus ad remotiora montis, ipso tamen patre graviter in manu vulnerato, dum in ea excepisset ultro ictum iaculi super unum de suis venientis. Dispertitis quoque inter se omnibus quae illius fuerant, interrogaverunt eum, si tantae ei essent in patria facultates rerum, quibus videlicet se suosque valeret redimere de manibus illorum. Tunc vir Dei, ut erat totius affabilitatis dignitate praecipuus, respondit, se in hoc mundo nil proprium possidere, nec peculiaris rei se fieri possessorem velle; sua tamen ditione non negans plures teneri, qui amplorum fundorum et pecuniarum domini haberentur. Quibus auditis, ipsimet hortabantur illum, ut unum e suis mitteret, qui suae suorumque redemptionis pretium illis deferret. Insuper pecuniae pondus atque numerum ei determinantes indixerunt. Fuit enim mille librarum argenti, ut videlicet singulis libra una in partem proveniret. Misit quoque vir sanctus per unum de suis, ad monasterium scilicet cui praeerat Cluniacense, perparvam epistolam ita se habentem: *Dominis et fratribus Cluniensibus*[d] *frater Maiolus miser et captus. Torrentes Belial circumdederunt me, praeoccupaverunt me laquei mortis. Nunc vero, si placet, pro me et his qui mecum*[e] *capti tenentur redemptionem mittite.* Quae ut delata

a) Octo 1. *interdum habet.* b) fuge 1. c) Rursusque quoque 2. d) cluniacensibus *e corr.* 2. e) *add. sed del.* sunt 2.

4) Axonam. *P.* 5) Adelaidem; de qua re v. Richerum III, 92—94. 6) Cf. vitam S. Maioli III, 1 sqq. SS. IV, p. 651.

est, videlicet praedicti monasterii fratribus, extitit illis pro vita incomparabilis meror
ac luctus, necnon et totius patriae pertristis nuntius. Distractis quoque ab eisdem fratribus quaeque in omni eiusdem monasterii ornamentorum erant supellectili, praestitutum pii patris quantotius[a] coadunavere pretium. Sed vir sanctus dum interim a Sarracenis captus teneretur, cuius meriti esset, latere non potuit. Nam cum ei hora prandii obtulissent cibos quibus vescebantur, carnes videlicet panemque admodum asperum, et dicerent: *Comede*, respondit: *Ego enim si esuriero, Domini est me pascere. Ex his tamen non comedam, quia non mihi olim in usu fuerunt.* Cernens vero unus illorum viri Dei reverentiam, pietate ductus, exuens brachia, simulque abluens et clipeum, super quem etiam in conspectu venerabilis Maioli satis mundissime panem confecit. Quem etiam citissime decoquens, ei reverentissime detulit. Ipse quoque suscipiens illum, atque ex more oratione praemissa ex eodem reficiens, Deo gratias egit. Alius quoque Sarracenorum eorundem cultro deplanans ligni astulam, posuit incunctanter pedem super viri
Dei codicem, bibliothecam[7] videlicet, quam ex more secum semper ferre consueverat. 7
Dumque vir sanctus intuens ingemuisset, aliqui minus feroces ex ipsis perspicientes, suum increpuerunt comparem, dicentes, non debere magnos prophetas sic pro nihilo[b] duci, ut illorum dicta pedi substerneret. Siquidem Sarraceni Hebreorum, quin potius christianorum prophetas legunt; dicentes etiam completum iam esse in quodam suorum, quem illi Mahomed nuncupant, quicquid de universorum domino Christo sacri vates praedixerunt. Sed ad errorem illorum comprobandum etiam ipsorum genealogiam penes se habent, ad similitudinem videlicet euangelii Mathei, qui scilicet ab Abraham narrat genalogiae catalogum usque ad Ihesum[c], per Isaac successionem descendens. In cuius videlicet semine universorum promissa atque praedicta est benedictio. *Illorum*, inquiens, *Hismahel genuit Nabaiot*, ac deinceps usque in erroneum illorum descendens figmentum, quod scilicet tantum est a veritate alienum, quantum a sacra et catholica auctoritate extraneum. Praeterea, ut beati Maioli sanctitas claresceret, is qui eius volumen pede calcaverat, eodem die pro quavis occasione, revera iudicio Dei, ceteri furiose irruentes in eum, eundem ei truncaverunt pedem. Plures vero iam ex ipsis erga eum ceperunt mitiores ac reverentiores existere. Tandem vero quidam de fratribus illuc expeditius remeantes, data eisdem Sarracenis praesignata pecunia, patrem cum viris tantum qui cum eo capti fuerant in patriam reduxerunt. Ipsi denique Sarraceni paulo post in loco[d] qui Fraxinetus dicitur circumacti ab exercitu Wilelmi Arelatensis ducis, omnesque in brevi perierunt, ut ne unus quidem rediret in patriam.

Ipso igitur in tempore mortuus est praedictus Otto imperator, suscepitque filius 973.
eius, secundus videlicet Otto, eundem imperium, quod satis strenue dum adviveret rexit.
Eodem ergo imperante, venerabilis pontifex Adalbertus, ex provintia quae lingua Scla- 997
vorum vocatur Bethem, in civitate Braga regens ecclesiam sancti martiris Vitisclodi[8], egressus ad gentem Bruscorum, ut eis verbum salutis praedicaret. Dumque apud eosdem plurimam egisset praedicationem, multique ex eis converterentur ad fidem Christi, praedixit suis, quoniam in eadem regione martirii coronam esset accepturus; ac ne paverent, eis pariter indicavit, quia praeter eum ibidem nemo ex eis erat perimendus. Contigit enim, ut die quadam, praecipiente eodem episcopo, quaedam profana arbor sita iuxta fluvium, cui etiam superstitiose immolabat universum vulgus, videlicet excisa convelleretur. Constructoque ac sacrato in eodem loco altare, missarum sollempnia per se episcopus explere paravit. Qui dum in ipsis sacramentis peragendis esset constitutus, ictibus iaculorum ab impiis perfossus, tandemque sacrum sollempne peractum, simulque praesentis vitae imposuit terminum. Denique discipuli eius, accepto corpore sui domini, illud secum ferentes, in propriam sunt reversi patriam. Cuius etiam meritis usque in praesens largiuntur hominibus plurima beneficia.

Sequenti quoque, post multa nobiliter gesta remque publicam decenter dispositam,
tempore obiit Otto, relinquens filium Ottonem, videlicet tertium, adolescentem tamen 983
fere duodecim[9] annorum. Qui ut erat iuvenculus, acer tamen viribus et ingenio, susce- 9
pit iure paterno regimen imperii. Contigit igitur imperii illius initio, ut sedes aposto-

a) quamtotius 1. 2. b) nichilo 1. c) christum 2. d) *deest* 2.

7) i. e. biblia. 8) i. e. Viti. 9) vix trium.

lica urbis Romae[a] proprio viduaretur pontifice. Ipse vero ilico imperiali usus prae-
996. cepto, quendam sui consanguineum, cuiusdam ducis filium[10], illo delegit atque ex more
in sede apostolica sublimari mandavit. Quod utique dum sine mora peractum fuisset,
pergrandis calamitatis occasio extitit. Erat enim quidam Crescentius[b], Romanorum civis
praepotens, qui, ut illorum mos est, quantum onerosior pecuniae, tantum pronior ser-
viens avaritiae. Hic autem non plane, ut rei probavit eventus, parti favebat Ottonis.
Nam ipsum pontificem, quem, ut diximus, ordinari Otto iusserat, isdem Crescentius omni
997. destitutum honore a sede expulit, alterumque[11] procaciter in eius loco subrogavit. Sed
mox ut Otto hoc factum comperit, ira accensus cum permaximo exercitu Romam pro-
998. peravit. Quod cum cognovisset Crescentius, illum scilicet Urbi[c] propinquare, conscen-
dens cum suis turrim, quae sita est extra civitatem trans Tiberim, ob altitudinem sui
12 Inter-celos vocatam, vallavit eam, defensurus pro vita. Tandem[12] cum pervenisset
imperator ad urbem, primitus iussit comprehendere illum male securum pontificem,
videlicet Crescentii arrogantia constitutum. Comprehensumque, praecepit eius manus quasi
sacrilegas amputari, deinde vero aures abscidi atque oculos expelli. Post haec denique
comperiens Crescentium, ut diximus, turre vallatum, quae scilicet paulo post illum
crudeli erat redditura neci, praecepit, eandem circumdari densa obsidione sui exercitus,
ne videlicet Crescentio quoquo modo locus daretur confugii. Interea, iubente impera-
tore, construuntur in giro machinae ex lignis celsarum abietum nimium artificiose com-
positae. Cernens quoque Crescentius nullam posse evadendi viam reperire[d], licet tardius,
poenitudinis adinvenit consilium, non tamen ei praestitit miserendi aditum. Quadam
igitur die, quibusdam de imperatoris exercitu consentientibus, egrediens latenter Cre-
scentius, de turre scilicet, birro indutus et operto capite, veniensque inprovisus corruit
ad imperatoris pedes, oransque se ab imperatoris pietate vitae servari. Quem cum
respexisset imperator, conversus ad suos, ut erat amaro animo, dixit: *Cur*, inquiens,
*Romanorum principem, imperatorum decretorem datoremque legum atque ordinatorem pon-
tificum, intrare sinistis magalia Saxonum? Nunc quoque reducite eum ad thronum suae
sublimitatis, donec eius honori condignam videlicet praeparemus susceptionem.* Qui susci-
pientes illum scilicet, ut iussum fuerat, inlesum reduxerunt ad turris introitum. Ingres-
susque, nuntiavit secum pariter reclusis, quoniam solummodo tantum contingeret illis
vivere, quandiu ipsa turris tueri valeret ab hostium captione, nec ullam prorsus salu-
tem ultra debere sperare. At imperatoris exercitus a foris urgendo impellens machinas,
paulatimque euntes, applicatae sunt turri. Sicque pugnae inito certamine, dumque alii
desuper contendentes intrare, alii prorupere ad ostium turris illudque concidentes evel-
lunt, sursumque certatim gradientes, ad turris superiora pervenerunt. Respiciens quo-
que Crescentius, cernit se teneri ab his quos putabat pugnando longius arceri posse.
Capto namque ipso ac graviter vulnerato, ceterisque qui cum illo inventi fuerant truci-
datis, miserunt ad imperatorem, quid de eo praeciperet. Qui ait: *Per superiora*, inquit,
propugnacula illum deicite aperte, ne dicant Romani, suum principem vos furatos fuisse.
Quem, ut iussum fuerat, proicientes, deinde post terga boum religatum per paludes
viarum plurimum devolventes, ad ultimum vero in conspectu civitatis in trabe excelsa
999. pendere dimiserunt. His[e] denique ita gestis, accersiens imperator Gerbertum videlicet
Ravennae archiepiscopum, constituit illum principalem Romanorum pontificem. Isque
Gerbertus e Galliis oriundus extitit, minorum etiam gerens prosapiam virorum, sed
tamen ingenio acerrimus artiumque liberalium studiis plenissime institutus[f]. Proinde
Remorum etiam primitus[g] a rege Francorum Hugone fuerat constitutus pontifex. Sed
quoniam, ut diximus, valde erat acer ac providus, intelligens, Arnulfum, eiusdem urbis
archiepiscopum, quo vivente ordinatus fuerat, ex consensu eiusdem regis niti in pristi-
nam reformari sedem, caute iter arripiens ad praedictum devenit Ottonem. Qui satis
honorifice ab eodem susceptus; quem etiam statim Ravennae, inde vero, ut diximus,
Romanae urbis sublimavit pontificem.

Contigit igitur ipso in tempore, ut isdem imperator, subgerente[h] tam ipso pontifice,

a) rome 1. b) Iohannes *corr.* Crescentius *hic et semper* 1. c) urbem *corr. (alia manu?)* urbi 1. d) repperire 2. e) Is 2. f) instructus 2. g) *deest* 2. h) suggerente 2. *et infra* suggestum.

10) Brunonem, Ottonis ducis filium. 11) Iohannem episcopum Placentinum. 12) cf. varia de hac re testimonia collecta ap. Wilmans Iahrbücher II, 2. p. 99 sqq.

quam aliis quibusque zelum profectus religionis domus Dei gerentibus, quosque in beati Pauli ecclesia nomine tenus monachos, ceterum prave degentes, inde expellere deberet, ac alterius instituti, quos videlicet canonicos dicimus, in eodem loco servituros, ut ei subgestum fuerat, substituturus esset. Cumque hoc appeteret implere decretum, apparuit ei noctu per visum beatissimus apostolus Paulus, atque eundem imperatorem huiusmodi monere curavit: *Si vere*, inquiens, *zelus divinae servitutis optimi operis te adurit, vide ne huius propositi institutum praesumas in monachis immutare expellendis. Non enim omnino expedit cuiusque ecclesiastici ordinis, quamvis ex parte depravati, proprium umquam abici seu immutari propositum. In eo namque unusquisque iudicandus est ordine, in quo se primitus Deo vovit servire. Reemendari tamen licet corrupto cuique in eadem propriae vocationis sorte.* Taliter quippe monitus imperator, retulit suis quae audierat ab apostolo. Curamque agens, qualiter eorundem institutum, scilicet monachorum, quivisset ad melius informare, non expellere a loco vel immutare.

Interea minus idoneo usus consilio, praedicti Crescentii in suam uxorem adsumens; quam etiam paulo post, ut inconsulte acceperat, divortium agens dimisit[13]. Tandem 13 quoque nitens remeare ad Saxoniam, morte superveniente in Italia obiit. Cernens quo- 1002. que exercitus quem secum duxerat se suo domino destitutum, coegerunt se pariter in unum agmen, ne ab his quos in Italia presserant trucidarentur, imposito ante se in equo defuncti imperatoris corpore; sicque in patriam tuti pervenientes, in monasterio beatae semper virginis Mariae Aquisgranis decenter sepelierunt. Suscepit igitur post Ottonem, videlicet tertium, regnum Saxonum illius consanguineus Heinricus, qui etiam nono[14] regni sui anno imperator creatus est Romanorum. 1014.

Sed interim libet ex parte commemorare, quibus vicissim cladibus praescriptorum regum temporibus tam externis quam intestinis consequenter sit flagellatus orbis Romanus. Constat igitur, ab anterioribus illud principale totius orbis imperium fuisse divisum, scilicet ut, quemadmodum universae Latinitatis Roma gerere deberet principatum, ita Constantinopolis tam Grecorum speciale caput in transmarinis orientis partibus quam ceterorum. Sed dum semel in sese novit dispertiri, postmodum paulatim pars utraque usitatius didicit minui, videlicet donec contingeret, illud admodum coartari praeliis, ut foret brevius, et istud appeteret moderari extraneus. Et quoniam magis contingebat tyrannide imperare quam vel liberali pietate vel originali propagine, idcirco par erat, talium contumaciam cum sibi subditis crebris infestationum plagis atterere.

5. *De paganorum plagis.* Denique circa nongentesimum[15] Verbi incarnati annum 15 egressus ab Hispania rex Sarracenorum Algalif, veniensque cum exercitu maximo in Italiam, scilicet traditurus humanas res cum suis in praedam, tum gladio atque incendio demoliendas. Qui dum venisset, depopulans totam regionem, usque Beneventum progressus est. Ex aliquibus tamen civitatibus[a] Italiae primates, collecto agmine, nisi sunt adversus praedictum Algalif inire pugnam. Sed cum se cernerent exercitu nimium impares, ut sepius mos est istis modernis Italicis, fugae potius quam bellum petiere praesidium. Interea reversi cum suo principe ad Affricam Sarraceni, ab illo tempore non destiterunt impugnare regionem Italiae, quamvis plurimis fuissent praeliis lacessiti tam ab imperatoribus quam a patriae ducibus ac marchionibus, usque ad Almuzor illorum principem[16] et praedictum Heinricum[b] Romanorum imperatorem. 16

Praescripto igitur tempore non minor clades in Galliarum populis Normannorum infestatione extitit hostium. Qui videlicet Normanni nomen inde sumpsere, quoniam raptus amore primitus egressi ex aquilonaribus partibus, audacter occidentalem petiere plagam. Siquidem lingua illorum propria nort aquilo dicitur, ...mint[c, 17] quoque 17 populus appellatur. Inde vero Normanni quasi aquilonaris populus denominatur. Hi denique in primo egressu diutius circa mare occeanum degentes, brevibus contenti stipendiis; quousque in gentem coaluere non modicam. Postmodum vero telluris ampla et pelagi hostili manu pervagantes, aliquas urbes ac provintias in propriam redigere

a) regionibus *corr.* civitatibus 1. b) henricum 1. *saepius.* 2. *semper.* c) *ita* 1.

13) cf. de hoc loco Wilmans l. l. p. 244. 14) duodecimo. 15) Et tempus et res hic ut plerumque a Glabro confuse indicata sunt. 16) Quem s. XI. cum duce Navarrae Sancio dimicasse narrat II, 9. 17) Quid sibi velit auctor, nescio. Nam de vocabulo notissimo *mann* vix cogitasse videtur. (?)

sortem. In processu quoque temporis ortus est vir quidam in pago Trecassino ex infimo rusticorum genere, Astingus[18] nomine, in vico videlicet qui Tranquillus[19] dicitur, tribus a civitate distans milibus. Qui iuvenis, valens robore corporis, perversae tamen indolis, superbiendo abitiens fortunam pauperum parentum, elegit exul fore, dominandi victus cupidine. Denique clam egrediens ad praedictam Normannorum gentem, illis tantummodo primitus adhaesit, qui assiduo raptui servientes, victum ceteris ministrabant, quos etiam illi communiter flottam vocant. Illoque aliquandiu huic nequam mori inserviente, coepit pessimis commilitonibus tanto existere diligentior, quanto efficiebatur flagitiosior. Paulatimque robustior ceteris viribus ac rebus effectus, omnes pariter sui illum constituere terra marique principem. Constitutus autem huiusmodi, ampliore crudelitate assumpta, parvipendens praeteritorum sevitiam, cepit suum in longinquas gladium dilatare provintias. Postmodum etiam cum universa pene cui praeerat gente conscendens ad superiores Galliarum partes, quamvis pestifer parens, nativum male quaerens revisere solum. Qui cum venisset, gladio et igne ultra omnem hostium cladem universa demoliens, nemine repugnante, diutius consumpsit. Tunc quoque domus ecclesiarum per Gallias universae, praeter quas municipia civitatum vel castrorum servarunt, omnimodis dehonestatae atque igne succensae sunt. Universis siquidem peragratis Galliis, opimaque diversarum rerum potitus spolia, ad propria reduxit exercitum. Sicque deinceps tam ab ipso Astingo quam ab eius successoribus, illius videlicet gentis principibus, in spatio fere centum annorum huiusmodi clades illata est longe lateque populis Galliarum. Haec quoque quae retulimus per intervalla defunctorum regum seu imperatorum tam in Italia quam in Galliis, priusquam restaurarentur, sepius contigerunt. Sed cum interea praedictae gentis exercitus more solito ad Gallias procedere decrevisset, occurrit illis iam longius a solo proprio remotis venerabilis Burgundiae dux Richardus, pater
c. 2. scilicet regis Rodulfi, ut supra commemoravimus; initoque cum eis praelio, tanta caede eosdem prostravit, ut perpauci ex eis fuga lapsi ad propria vix remearent[20]. Et licet post haec plures insulas ac provintias mari contiguas idem scilicet Normanni depopulaverint, in partes tamen Francorum regum sorte regendas non deinceps, nisi ab eisdem regibus evocati, conscenderunt. Quin etiam paulo post vicissim scilicet Franci necnon et Burgundionum plerique cum praedictis Normannis, catholicae fidei iam effectis cultoribus, pacifice iunxere conubia, atque unius regis regnum pari consensu decreverunt dici et esse. Indeque orti duces excellentissimi, Willelmus videlicet, atque post ipsum quique denominati paterno seu avito iure Richardi. Illorum quippe ducaminis principatus fuit metropolis civitas Rotomagorum. Cum igitur praedicti duces ultra ceteros viguerint militiae armis, tum perinde prae ceteris gratia communis pacis ac virtute liberalitatis. Nam omnis provintia, quae illorum ditioni subici contingebat, acsi unius consanguinitatis domus vel familia, inviolatae fidei concors degebat. Nempe furi ac praedoni apud illos comparabatur, quicumque hominum in aliquo negotio plus iusto vel falsum quippiam venundandum mentiens subtrahebat alteri. Egenorum quoque et pauperum omniumque peregrinorum, tamquam patres filiorum, curam gerebant assiduam. Dona etiam amplissima sacris ecclesiis pene in toto orbe mittebant, ita ut etiam ab oriente, scilicet de[a] monte nominatissimo Siná, per singulos annos monachi Rotomagum venientes, qui a praedictis principibus plurima redeuntes auri et argenti suis deferrent exenia. Hierosolimam vero ad sepulchrum Salvatoris centum auri libras secundus misit Richardus, ac quosque cupientes illuc devote peragrare donis iuvabat inmensis.

Praeterea in successibus praedictorum temporum, exigentibus culpis peccantium hominum, orta est discordia duorum regum[21], Francorum videlicet ac Saxonum; quae scilicet diutius exardescens, occulto Dei iudicio rursus terribile flagellum ingruit populis Galliarum. Denique Hungrorum princeps cum omni ipsius gentis militari exercitu, huius discordiae mali occasione, fines Galliarum irrumpens, semel ac bis omnem miserabiliter depopulans regionem, utrumque etiam genus hominum captans, cum rebus humanis

a) de nominatissimo monte *corr.* de monte n. 1. denominatissimo monte 2.

18) De quo cf. Dudonis librum I. 19) Camusatius vir Tricassinus ait, Tranquillum viculum esse Tricassinae dioeceseos, novem leucis ab urbe Trecensi distantem, Gallice *Trancost* vel *Trancaut* appellatum. BOUQ. 20) cf. Ann. Vedastinos a. 898. 21) De Ottonis primi et Ludowici temporibus dicere videtur.

abducens, nemine obstante, diripuit. Quae denique clades tandiu desevit, quousque, Deo propitiante, utriusque regni principes, Francorum videlicet ac Saxonum, unius fidei ac consanguinitatis vinculo necterentur[22]. Evacuato siquidem priorum regum genere, 22 sedatisque iurgiis, cepit orbis novorum regum pace sub amica reflorescere, Christique regnum per fontem sacri baptismatis circumquaque tirannos sibi subiugare. Ipsa denique Hungrorum gens, post tot patrata flagitia, post tot flagella gentibus illata, cum suo rege ad catholicam fidem conversa, quae prius consueverat crudeliter rapere aliena, libens inpertitur pro Christo propria. A quibus etiam iam dudum diripiendo captivabantur, undecumque in miserrima mancipia distrahendi, qui reperiebantur christiani, ab eisdem quoque foventur nunc ceu fratres vel liberi.

Illud nihilominus nimium condecens ac perhonestum videtur atque ad pacis tutelam optimum decretum, scilicet ut ne quisquam audacter Romani imperii sceptrum praeproperus gestare princeps appetat, seu imperator dici aut esse valeat, nisi quem papa sedis Romanae morum probitate delegerit aptum rei publicae eique commiserit insigne imperiale. Cum videlicet olim ubique terrarum quilibet tyranni sese procaciter impellentes sepissime sint imperatores creati, atque eo minus apti rei publicae, quo constat eos tyrannidę quam pietatis auctoritate[a] processisse. Anno igitur dominicae incarnationis septingentesimo decimo[23], licet illud insigne imperiale diversis speciebus prius figu- 23 ratum fuisset, a venerabili tamen papa Benedicto sedis apostolicae fieri iussum est admodum intellectuali specie iddem[b] insigne. Praecepit fabricari quasi aureum pomum atque circumdari per quadrum pretiosissimis quibusque gemmis ac desuper auream crucem inseri. Erat autem instar speciei huius mundanae molis, quae videlicet in quadam rotunditate consistere[c] perhibetur, ut, dum siquidem illud respiceret princeps terreni imperii, foret ei documentum, non aliter debere imperare vel militare in mundo, quam ut dignus haberetur vivificae crucis tueri vexillo. In ipso etiam diversarum gemmarum decoramine videlicet imperii culmen plurimarum virtutum speciebus exornari oportere. Cumque postmodum praedictus papa imperatori videlicet Heinrico huius rei gratia Romam venienti obviam cum maxima utrorumque sacrorum ordinum multitudine 1014. processisset ex more, eique huiusmodi insigne scilicet imperii in conspectu totius Romanae plebis tradidisset: suscipiens illud ilariter, circumspectoque eo, ut erat vir sagacissimus, dixit: *Optime, pater*, inquiens ad papam, *istud facere decrevisti; nostrae portendendo innuens monarchiae, qualiter sese moderari debeat, cautius perdocuisti.* Deinde manu gerens illud auri pomum, subiunxit: *Nullis*, inquit, *melius hoc praesens donum possidere ac cernere congruit, quam illis qui pompis mundi calcatis crucem expeditius sequuntur Salvatoris.* Qui protinus misit illud ad Clunicense monasterium Galliarum[24], quod etiam tunc temporis habebatur religiosissimum ceterorum; cui et alia dona 24 plurima contulerat ornamentorum.

Sed et illud nimirum etiam perpendendum, quoniam cum ista quae retulimus, videlicet de conversionibus perfidarum ad fidem Christi gentium, altrinsecus in aquilonaribus atque occidentalibus orbis partibus persepe fieri contigerit, nusquam talia in orientalibus atque meridianis eiusdem orbis plagis contigit[d] audiri. Cuius denique veracissimus praesagii index fuit constitutio illa crucis dominicae, dum in ea Salvator penderet in loco Calvariae. Nam cum retro illius verticem suspensi tum fuisset crudus nimium populis oriens, tunc etiam in eius oculorum conspectu lumine fidei repleturus constitit occidens. Sic quoque omnipotentem ipsius dexteram ad misericordiae opus extensam sacri verbi fide mitis suscepit septentrio, eiusque levam gentibus barbarorum tumultuosus sortitur meridies. Sed licet huius sacri breviter meminerimus portenti, nostrae tamen, id est catholicae, manet inviolabile subsidium fidei, quoniam in omni loco et gente absque exceptione, quicumque sacro regeneratus fonte, credens omnipotentem Patrem eiusque filium Iesum Christum pariter et in Spiritum sanctum, unum solum et verum Deum, si quid boni egerit ex fide, Deo acceptum fore, atque omnem qui sic permanserit perhenni vita beatę[e] vivere. Hoc quippe soli Deo nosse competit, cur

a) auctoritati *corr.* auctoritate 1. b) *corr.* idem 1. c) circumsistere *deletis litteris* cir 2. d) contingit 2. e) beatae 1.

22) cf. II, 1. 23) Quid hi sibi velint numeri, divinare nequeo. Certe de Benedicto VIII. loquitur. 24) cf. Ademarum III, 37. et Adalberti vitam Heinrici c. 28.

humanum genus maius seu minus propriae salutis capax efficitur in diversis partibus orbis. Sed idcirco ista retulimus, quoniam usque in fines praedictarum orbis binarum partium, videlicet septemtrionalis et occidentalis, Christi domini deveniens euangelium optimum in illarum populis locavit sacrae fidei fundamentum. Cum videlicet e diverso minus reliquas duas, scilicet orientalem atque meridianam, penetraverit, ac illarum populos diutius in proprii erroris feritate irretitos siverit. Sed ne boni Conditoris providae dispensationi contumeliosa a quoquam inferatur in hac parte calumnia, cautius nihilominus prospiciendus est sacer scripturarum canon. In quo videlicet canone omnis procul dubio forma invenitur expressa mundani seculi, ut scilicet ipsius Auctoris bonitas pariter et iustitia probabiliter demonstrentur, videlicet in his qui salvi fiunt et in his qui pereunt. Nam sicut primus hominum pater, propriae salutis arbiter, a totius boni Auctore primitus fuerat constitutus, ita ab eodem Redemptore universis pro captu spontanea generaliter oblata est salus. Sed tamen occulta illius dispensatio, cui semper et simul totum quicquid esse habet praesto fuit ac cui nil defuit, ostendit spatiatim per incrementa temporum sese omnipotentem solum bonum atque veracem, tam per opera pietatis, quam per ultionem vindictae[a] iustae retributionis. Non enim principalis Bonitas aliquando vacat a pietatis opere, quin immo semper aggregat plerosque ex massa filiorum Adae praevaricatoris in sinum filii suae deitatis. Dumque id cotidie in mundo agitur, quid aliud quam Omnipotentis bonitas, etiam inmobiliter mobilis et mobiliter inmobilis, operari monstratur? Atque idcirco quanto praesentis seculi terminus inminet propius, tanto ista fieri quae dicuntur contigerit frequentius. Suspiciendum etiam, quomodo paulatim ab ipso humani generis exordio ipsius Auctoris sit manifestata cognitio. Primus igitur hominum Adam etiam cum omni suo genere Deum conditorem suum praedicat, dum pro transgressionis praecepti illius culpa privatus paradisi gaudiis multatusque exilio, sese lugendo miserum clamat. Sed accepto diffusius per universum orbem terrae incremento, nisi proprii Auctoris bonitatis providentia misericordiae reduxisset ad sinum, totum penitus iddem[b] genus humanum in sui erroris atque cecitatis praecipitium iam olim inrevocabiliter fuisset dimersum. Idcirco ab exordio sui divina boni Conditoris dispensatione prolata sunt ei prodigiosa rerum miracula ac portentuosa elementorum signa, necnon et sagacissimorum virorum tam spem quam formidolositatem inculcatura divinitus oracula. Ac velut isdem Conditor per sex dierum intervalla cuncta mundanae rerum machinae proferendo perficiens opera, hisque editis requievit, die septima videlicet: ita per sex milia annorum spatia operatus est, pro eruditione hominum exhibendo illis frequentia signanter ostenta. Scilicet ut non praeteritis seculis quodquam dimissum est vacans ab his tempus signis miraculorum aeternum Deum praedicantibus, usquequo illud maximum rerum principium apparens homine vestitus in mundo, sexta dumtaxat aetate praesentis seculi, atque ut putatur, quod sit finis in septima huius mundanae molis diversorum laborum, ut ab illo procul dubio, unde cepit quicquid esse habuit exordium, in eodem competentissimum propriae quietis inveniat finem.

EXPLICIT LIBER I.

EX LIBRO II.

1. *De electione Hugonis in regem.* Sicut quispiam igitur peragrans quamlibet vastissimam orbis mundani plagam seu spatiosum remigando aequor penetrans, sepius altitudini montium aut proceritati arborum scilicet respectans dirigit aciem oculorum, ut videlicet, illorum a longe reperta agnitione, absque errore quo disposuerat valeat pervenire: ita quoque erga nos fore contingit, qui utique, dum cupimus praeterita ostendere futuris, obtutus nostri sermonis pariter et animi frequenter in relatione porrigimus magnatorum virorum personis, quibus videlicet fiat ipsa relatio clarior et appareat certior. Igitur finito, ut diximus, tam regnandi quam imperandi apud Italiam et Gallias magnorum regum genere, videlicet Ludowici necnon et Caroli ac sui generis ceterorum regum, protinus in unius consanguinitatis viros utriusque regni contigit devenire monarchiam. Nam qualiter primus ac secundus necnon et tertius Otto sint potiti Romanorum

a) uincdictae 1. b) *corr.* idem 1.

imperio, scilicet usque ad Heinrici imperium, superius nos iam digessisse meminimus. I, 4. Nunc quoque restat, ut quemadmodum abhinc Francorum sit regnum dispositum referamus. Mortuis igitur Lothario ac Ludowico regibus, totius Franciae regni dispositio incubuit Hugoni, Parisiensis ducis filio, videlicet illius Magni Hugonis supramemorati, cuius etiam frater erat nobilissimus Burgundiae dux Heinricus. Qui simul cum totius regni primatibus convenientes, praedictum Hugonem in regem ungi fecerunt. Erant ergo, ut iam commemoravimus, affinitate consanguinitatis regibus Saxonum uniti, a primo scilicet Ottone, qui[25] natus est ex Hugonis Magni sorore 25

. . . .

7. *De incendiis et mortibus nobilium.* Septimo igitur de supradicto millesimo anno[26] Vesevus mons, qui et Vulcani olla dicitur[27], solito multipliciore hyatu evomens igne 27 permixtam sulphureo grandium saxorum multitudinem, qui usque in tertium rotabantur miliarium. Sicque suo alatu putido circa se inhabitabilem cepit facere provintiam. Sed neque hoc puto silentio praeterire, cur istud in sola Africana contingat fieri[a] regione. Primum denique ob telluris vacuitatem ex nimio solis ardore, et quoniam illuc incumbit[b] devexum ab oriente oceanum mare, inmensos undarum erigendo in sese recolligit vortices[c], quibus videlicet percussus[d] reconditur aer telluris in gremio, deinde vero cum igniflua vaporatione, quo valet, eructuat ad supera. Siquidem[e] aer sicut ex ordinali constitutione penetrat supera, sic ex eiusdem ambigua natura, humoris scilicet atque caloris, sepius agitatus[f], exprimit in aridis ignem aut in humidis glatiem.

Contigit interea pene universas Italiae et Galliae civitates ignium incendiis devastari, ipsamque urbem Romam[g] ex parte maxima igne cremari; quod dum fieret, beati Petri ecclesiae tigna isdem ignis arripuit, cepitque sub aereo tabulatu consumendo lambere ligna. Quod cernens universa hominum multitudo quae aderat, nullam omnino conpescendae cladis artem repperiens, conversi unanimes voce clamantes terribili, ad ipsius apostolorum principis cucurrere confessionem. Diu[h] inprecantes, si non pervigil propriae foret ad praesens defensor ecclesiae, multos in orbe terrarum a suae fidei professione decidere. Statim vero vorax flamma abietinas deserens trabes disparuit.

Per iddem tempus obierunt in Italia et in Galliis qui praecipui erant pontifices et duces necnon et comites. Primitus quoque papa Iohannes, deinde Hugo marchionum 996. 1001. optimus; post haec vero per Italiam quique nobiliores; in Galliis namque Odo et Heri- 995. bertus, quorum prior Turonorum Carnotique, sequens vero Meldorum ac Trecorum comes 993. extitit. Tunc temporis etiam dux Rotomagorum Ricardus obiit, qui monasterium aedifica- 996. verat nimium locuples in loco qui dicitur Fiscampus, in quo etiam sepultus quiescit. Willelmus quoque Pictavorum dux sub eodem tempore vitam finivit. Pontifices item in 993. Galliis quique religiosiores a seculo excesserunt, Manasses videlicet, vir sanctitate plenus, Trecorum episcopus, et Gislebertus[i] Parisiorum, necnon et Geboinus Catalonorum[28], cum aliis pluribus. Inter quos etiam bonae memoriae sanctus videlicet Maiolus apud Silviniacum coenobium vitae praesentis terminum consecutus. Cuius scilicet vitae hone- 994. statem preciosus etiam commendat transitus. Nam ad illius famam sanctitatis confluxere ex universo Romano orbe viri et mulieres utrorumque ordinum plurimi, exinde referentes diversarum infirmitatis gratiam sanitatis. Deseviebat eodem tempore clades pessima in hominibus, ignis scilicet occultus, qui quodcumque membrorum arripuisset, exurendo truncabat a corpore; plerosque etiam in spatio unius noctis huius ignis consumpsit exustio. Sed cum in plurimis sanctorum memoriis huius tremendae pestis sint inventa remedia, maximus tamen concursus factus est ad trium sanctorum confessorum ecclesias, Martini scilicet Turonorum atque Odolrici Baioariorum necnon et istius venerabilis patris Maioli, optataeque salutis inventa sunt beneficia.

a) *deest* 2. b) incombit 1. c) vertices *superscr.* o 2. d) percusus 1. e) Siquidem — supera *post suppl.* 1. f) exagitatus *corr.* agitatus 2 g) romanam *corr.* romam 2. h) Diuque *corr.* Diu 1. i) *al.* Engelbertus. *Bouq. in marg. Has lineas cum codice conferre neglexi.*

25) Non Ottonem ex Hugonis, sed Hugonem iuniorem ex Ottonis sorore natum esse, ipse Rodulfus I, 4. recte retulit. 26) Id annum 1006. indicare videtur; cf. Mabillon Ann. ord. S. Ben. IV, p. 150. 27) cf. quae de hoc vocabulo collegit Lappenberg Archiv VI, p. 814. Sed antiquiora testimonia praetermisit, ut Gregorii M. dial. IV, 30. 28) Quo anno hi episcopi obierint non constat.

INCIPIT[a] LIBER TERTIUS.

Nunc igitur quoniam de priorum gestis aliqua retulimus ab illo et infra, ut spopondimus, anno videlicet millesimo nati cuncta vivificantis Verbi, tertii sumamus incitamen huius operis libelli. Eo autem, ut diximus, imminente, privatus est pene orbis universus personis et religiosis et nobilibus. Claruere tamen ab eodem anno tam in Italia quam in Galliis utrorumque ordinum viri, quorum vita et operatio queunt posteris imitabilia informare exempla. Regnantibus quoque duobus christianissimis regibus, Heinrico scilicet Saxonum rege et Rotberto Francorum, etsi ab exteris nationibus illorum quieverunt patriae, creberrime tamen praeliis fatigatae sunt intestinis. Sicut enim aliquando perfidis honor exibetur ex timore, ita bonis infertur pro sua reverentia timor. Nam cum ab omni Romanorum populo, intercedente papa Benedicto viro sanctissimo, Heinricus adscisceretur[b] in imperium, Longobardorum gens consueta fraude dissensit 1002. sibique regem Arduinum quendam unguentes instituerunt. Sed licet diu multumque 1013. renitentes, postea tamen cum suorum caede maxima imperialibus semet subdidere praeceptis. Qui veniens Papiam, ab eisdem Longobardis miri operis palatium sibi construi fecit. Potitoque decenter imperio, accepit in regno suo coniugem, filiam scilicet Sigefredi[c] Saxonum[29] ducis. Ex qua etiam cernens non posse suscipere liberos, non eam propter hoc dimisit; sed omne patrimonium, quod liberis debebatur, Christi ecclesiae contulit. Aedificavit quoque monasterium in Saxoniae loco qui dicitur Bavoberch, id est Bavonis mons. Lingua enim Theutonica berch mons appellatur. Quod etiam monasterium donis innumerabilibus locupletatum, a pontifice Romano, supradicto scilicet Bene- 1020. dicto, in honore apostolorum principis dedicari fecit, atque eiusdem pontificis usus con- 1007. silio, eandem ecclesiam in episcopalem sublimavit sedem. Constitutoque in ea episcopo, amplissimorum fundorum redditibus esse fecit locupletem.

1. *De Stephano rege Ungrorum et bellis Beneventanorum.* Ipso igitur tempore Ungrorum gens, quae erat circa Danubium, cum suo rege ad fidem Christi conversa est. Quorum regi Stephano ex baptismate vocato decenterque christianissimo dedit memoratus imperator Heinricus germanam suam[30] in uxorem. Tunc temporis ceperunt pene universi, qui de Italia et Galliis ad sepulchrum Domini Hierosolimis[d] ire cupiebant, consuetum iter, quod erat per fretum maris, omittere, atque per huius regis patriam transitum habere. Ille vero tutissimam omnibus constituit viam; excipiebat ut fratres quoscumque videbat, dabatque illis immensa munera. Cuius rei gratia provocata innumerabilis multitudo tam nobilium quam vulgi populi, Hierosolimam abierunt.

Tunc etiam imperator Basilius sancti imperii Constantinopolitani praecepit cuidam satrapae suo, illi qui cognominatur cataponti — eo scilicet quod iuxta mare inhabitet —, ut a transmarinis civitatibus, quae Romano debentur imperio, veniens tributa exigeret. Qui libenter annuens, misit Grecorum classem ad res Italicas sublaturas. Hoc vero pertemptatum est per duorum annorum spatium; non parva etiam pars subiugata est a Grecis 1016. Beneventanae provintiae. Contigit autem ipso in tempore, ut quidam Normannorum audacissimus, nomine Rodulfus, qui etiam comiti Richardo displicuerat, cuius iram metuens, cum omnibus quae secum ducere potuit Romam pergeret causamque propriam summo pontifici exponeret Benedicto. Qui cernens eum pugnae militari elegantissimum, cepit ei querelam exponere de Grecorum invasione Romani imperii, seque multum dolere, quoniam minime talis in suis existeret, qui repelleret viros exterae nationis. Quibus auditis, spopondit se idem Rodulfus adversus transmarinos praeliaturum, si aliquod ei auxilium praeberent vel illi quibus maior incumbebat genuinae necessitudo patriae. Tunc vero praedictus papa misit illum cum suis ad Beneventanos primates, ut eum pacifice exciperent semperque praeliaturi prae se haberent illiusque iussioni unanimes obedirent. Egressusque ad Beneventanos, qui eum ut papa iusserat susceperunt. Ilico autem illos ex Grecorum officio, qui vectigalia in populo exigebant, invadens Rodulfus, diripuit quaeque illorum ac trucidavit. His itaque auditis, illorum socii, qui iam plures

a) *Sequentia desunt* 1. *pluribus foliis deperditis.* b) adsciueretur 2. c) siefredi 2. d) iherosolimis 2. *et infra.*

29) Omnes Germanos dicere videtur Saxones, omnes potentiores ducis nomine ornat. 30) Giselam.

civitates et castella propriae subiugaverant ditioni, coacto in unum suorum exercitu, inierunt praelium adversus Rodulfum et eos qui eius favebant parti. In quo scilicet praelio pars Grecorum occubuit maxima, insuper et castra aliqua dimisere vacua. Quae subsecutus Rodulfi exercitus victor obtinuit. Visa igitur Greci suorum caede, miserunt Constantinopolim, ut auxiliaretur eis quantocius ab his qui eos miserant. Statimque reformantes classem, multo plures quam prius praeliaturos miserunt. Interea cum auditum esset ubique, quoniam paucis Normannorum concessa fuisset de superbientibus Grecis victoria, innumerabilis multitudo etiam cum uxoribus et liberis prosecuta est a patria, de qua egressus fuerat, Rodulfum, non solum permittente sed etiam ut irent compellente Richardo illorum comite. Egredientes autem satis audacter venerunt ad loca Alpium, qui et mons Iovis dicitur, ubi etiam in angustissimis semitis praepotentes regionis illius constituerant, imperante cupiditate, seras et custodes ad pretia transmeantium exigenda. At illi cum denegassent eis transitum, requisito[a] primitus ex more pretio, indignatus Normannorum exercitus, confractis seris caesisque custodibus, per vim transitum fecerunt. Egressique non parvum Rodulfo contulerunt auxilium. Sicque pars utraque, resumptis viribus, secundo inierunt praelium, in quo utrorumque exercitus graviter caesus, Normannorum tamen exercitui victoria provenit. Post paululum vero terno commisso praelio, in sese pars utraque fessa cohibuit; perspiciensque Rodulfus suos defecisse virosque illius patriae minus belli aptos, cum paucis perrexit ad imperatorem Heinricum, expositurus ei huius rei negotium. Qui benigne illum suscipiens, diversis muneribus ditavit; quoniam rumor, quem de illo audierat, cernendi contulerat desiderium. Protinus imperator congregans exercitum copiosum, ob tuendam rem publicam ire disposuit. Tandem vero Greci putantes a patria fugisse Rodulfum, prosilierunt 1022.
ad castra, quae ipse victor ab eis abstulerat; sed nequicquam. Nam et veterem Troadem civitatem festinanter cinxere muris, replentes eam copiose viris et mulieribus. Interea pergens imperator ad regionem Beneventanam, expugnavit ac subdidit universas civitates et castra, quae Greci subripuerant eius imperio. Ad supradictam autem cum venisset Troadem, rebellantes qui intus erant, diu multumque ei restiterunt. Nam sperabant, ut sibi futurae aestati, sicut Greci promiserant fore, Basilius succurreret; insuper adicientes, in tantum Heinricum humiliari, ut pedes Basilii[b] territus pavore susciperet. At ille circumdans civitatem sui exercitus obsidione, instruxit machinas, ut eam per vim caperet. Illi quoque deintus noctu egressi, tulerunt secum faces pice perlitas, igneque succensas machinas a foris cremaverunt. Quod cernens imperator, accensus ira, potiores fecit reinstrui machinas crudoque circumdari corio, vigilantique custodia iussit illas[c] tueri. Exacto igitur iam tercio obsidionis mensę, alternisque caedibus utrique nimium fessi — nam et exercitum imperatoris dissenteria clades opido vexaverat — tandem obsessi meliore usi consilio, invenerunt viam evadendi discriminis. Quadam autem die accipientes solitarium quendam, indutum monachili[d] habitu, quibus etiam Italia plurimum habundat[e], dederunt ei crucem gestare, miseruntque post illum omnes civitatis pueros minoris aetatis; sicque exclamando *kyrrieleison*, devenit ad imperatoris tentorium. Quod audiens imperator, iussit interrogari quid sibi vellent; cumque responsum fuisset, quod misereri a se afflictae civitati implorarent, respondit: *Optime novit ipse qui agnitor est cordium*, inquit, *quoniam magis quam ego horum parvulorum patres illorum sunt homicidae.* Illacrimansque iussit ut salvi in civitatem redirent. Fecerunt autem ut iusserat imperator. Altera quoque die iterum primo mane processerunt a civitate ut prius clamantes *kyrrieleison*, usque dum sonoritas vocum illorum aures pulsaret imperatoris. Qui statim egressus á tentorio, respiciensque pupillorum turbam, pietate permotus, ut erat vir sapientissimus, voci dominica usus, ait: *Misereor super turbam.* Marc. 8, 2.
Nam ante iam dixerat, quoniam, si ei contingeret capere civitatem, quicquid masculini sexus inveniretur in ea, suspenderetur patibulis, reliqua vero igne cremari ipsiusque civitatis moenia ad solum pertrahi. Praeterea mandavit imperator illis qui in civitate ceteris praeerant, ut, si indulgeri sibi ab eo vellent iramque eius placare, ipsimet subverterent partem murorum civitatis, quae contra suas machinas rebellis stare videbatur. Qui audientes, certatim impleverunt quod eis mandatum fuerat. Post haec quoque prae-

a) requisitus 2. b) *pergit* 1. c) illos 2. d) monachali *corr.* monachili 1. e) abundat*1.

cepit imperator eos pacifice ad se ingredi murumque civitatis ab eisdem reedificari. Acceptisque pacis obsidibus ab universis regionis illius provintialibus, reversus est Saxoniam. Normanni quippe cum suo duce Rodulfo reversi in suam patriam, gratanter recepti a proprio principe Richardo. Sequenti denique anno mense Iulio obiit Heinri-
1024. cus[a] imperator apud Saxoniam, sepultusque est honorifice in monasterio Bavoberch, quod ipse, ut dictum est, in honore apostolorum principis aedificaverat.

2. *De Rotberto rege Francorum.* . . . . Fuit enim ei pax cum regibus in giro regni sui positis, maxime cum suprascripto[b] imperatore Heinrico[c]. Nam cum aliquando
1006. ad invicem colloquendum super Mosam fluvium[31], qui limes est utriusque regni, convenissent, pluresque ex ambobus[d] partibus musitarent, indecens esse, ut quis illorum, tantorum scilicet regum, semet humilians quasi in alterius transiret auxilium; hoc etiam fore potissimum, ut in fluminis medio navibus portarentur simul locuturi. Sed viri
Eccl. 3, 20. eruditissimi illud uterque in mente habens: *Quanto magnus es, humilia te in omnibus.* Primo namque mane surgens imperator, transiit cum paucis ad regem Francorum, nimioque amplexu semet deosculantes, sacramentisque missarum decenter ab episcopis in conspectu illorum celebratis, prandere simul utrisque congruit. Expleto quoque prandio, obtulit Rotbertus rex immensa munera auri atque argenti et preciosarum gemmarum Heinrico[e], centum insuper equos honestissime faleratos, super unumquemque lorica et galea; mandans insuper tantum illorum amiciciam minuere, quantum contingeret ex omnibus illi relinquere. At Heinricus[f], cernens amici liberalitatem, suscepit ex illis tantum librum euangelii, auro et lapidibus preciosis insertum, ac philaterium simile factum, continens dentem sancti Vincentii levitae et martyris; uxor vero illius pares auri tantum naves accepit. Cetera autem egrediens in gratia dimisit. Sequenti igitur die iterum rex Rotbertus cum episcopis transiens ad imperatoris tentoria, qui eum satis sublime suscipiens, expletoque simul prandio, centum libras ei ex auro puro obtulit. Rex quoque pares tantum naves auri ex illo sumpsit. Firmatoque uterque pacto amiciciae, rediere ad propria . . . .

9. . . . . Heinricus nempe rex paternis rebus potitus, germanum suum Rotbertum constituit Burgundiae ducem. Praeterea cum isdem rex rem publicam vivaci mente et agili corpore regni sui discuteret, tunc contigit, ut Letoericus Senonensis[g] archipraesul obiret. Ilico[h] vero unum de suae gentis nobilibus consecrari mandavit atque in eius loco subrogari. Sed Odo, rerum ditissimus, licet fide pauper, alterum econtra delegerat, ne ius regium hac in parte foret integrum. Nam qui viventi patri
32 Rotberto multa tam vi quam calliditate subripuerat[32], arte simili filiis facere cupiebat. Cum enim primitus civitates Trecorum videlicet ac Meldorum cum multiplicibus castris illi praeripuisset, post mortem eius coniugi et filiis illius Senonicam subripuit urbem; quam etiam tunc adversus illos infamis possessor vallaverat. Quod cernens Heinricus, acra animi ferocitate tamdiu illum insecutus est debellando, quousque genu flectens ei se subderet eiusque ditioni oboediens pareret. Erat enim isdem Odo natus ex filia Chuon-
33 radi regis Austrasiorum[33], Berta nomine, licet a patris sui proavis obscurae duxisset genus lineae. Et quoniam regi Rodulfo, avunculo scilicet eius, non erat proles ulla, quae foret regni heres, praesumpsit, ipso vivente, vi potius quam amore regni abenas praeripere; conferens insuper multa donaria, ut ei assensum praeberent, primoribus
Ps. 24, 29. Dan. 4, 14. patriae. Sed nequicquam. Domini enim est regnum, et cuicumque voluerit, dabit illud. Est etiam proverbium: *Secundum fidem hominis erit amicus illius.* Gens enim praecipue regni eiusdem assertionem fidei floccipendit et foedus pro nihilo ducit. Extitit igitur
1024. post mortem Heinrici imperatoris, qui fuit nepos regis Rodulfi, Chuonradus, de quo in subsequentibus narrabimus, habens in coniugio neptam[i] praefati Rodulfi; ob hoc maxime valenter resistens contradicebat Odoni; quorum etiam lis acerrima regni utriusque maxi-
1037. mam fecit depopulationem. Ad ultimum denique cum iam in conspectu Dei excederet mensura tanti mali, collecto undecumque exercitu permaximo, conscendit Odo in Tul-

a) Heninricus 1. b) supradicto 2. c) heninrico 1. d) *ita* 1. 2. e) heninrico 1. f) henricus 1. *saepius.* g) senon 1. senonum 2. h) Ille 2. i) *ita* 1. 2.

31) cf. diploma Rotberti „*Actum publice supra Mosam apud regale colloquium gloriosissimi regis Rotberti atque Henrici regis serenissimi anno ab inc. Iesu Christi* 1006. *indictione* 4. *regnante eodem rege Rotberto illustrissimo anno* 19.“ ap. Bouq. X, p. 588. 32) cf. II, 2. 33) i. e. Burgundionum.

lensem pagum, quem iam sepius depopulaverat, ibique oppugnans cępit[a] Barrense castrum, cum magna tamen diremtionis eversione totius provintiae. Cumque in eodem castro locatis militibus ad custodiam ferme quingentis, ut tamen ipse quantotius ad propria repedaret, utpote qui curis agitabatur innumeris. Praestolabantur itaque illum legati ex Italia directi, deferentes ei arram principatus, ut agebant[b], totius Italiae regionis. Contempserant enim suum principem, praedictum videlicet Chounradum, Mediolanenses, coniuratione facta adversus eum, iunctis sibi quos poterant ex civitatibus in circuitu. Existimabant quoque, eundem Odonem posse percipere regnum Austrasiorum atque ad eos transire, ut illis gereret principatum: Sed, sicut ait manufortis insignis praecentor[c] bellorum Domini: *Deiecisti eos*, inquiens, *dum allevarentur*, ita contigit. Nam subito Ps. 72, 18.
Gocilo dux totius primae Retiae regionis[34] cir[d] Renum cum exercitu nimio in eum inruens, omnem Odonis exercitum in fugam vertit, licet ex utraque parte plurima multitudo moriens corruerit[e]. Tunc denique et ipse Odo miserrime[f] interiit;[g] Rogerus Catalonorum[h] praesul, habens secum virum venerabilem abbatem Richardum[35], a caede 35
suscipiens, uxori reddidit[i]. Quae accipiens, direxit illud Turonis, ibique sepultum est iuxta patrem suum in atrio[k] sancti Martini superioris[l] cenobii. Et quidem finis Odonis talis extitit. Quem idcirco huic seriei intexere voluimus, qualiter in praesentiarum cognosceretur rerum Creator iustissimus potenter explere, quod olim tesmoforo suo Moysi promisit: *Ego*, inquiens, *Dominus, qui iudico peccata patrum in filiis in tertiam et quartam* Deut. 5, 9.
generationem. Tertius namque hic Odo, de quo a nobis sermo superior est habitus, trinepos fuit illius Tetbaldi Carnoti comitis, cui cognomen Tricator fuit. Hic nempe quondam iunctus Arnulfo Flandrensi comiti, expetens per legatos Willelmum Rothomagorum ducem velut ad familiare pacis colloquium, promittens se ex parte regis Francorum seu Ugonis Magni, qui fuerat filius Rotberti regis, quem Otto dux Saxonum, postea vero imperator Romanorum, Suessionis[m] interfecit[36], ei utilia esse dicturum. At 36
ille quoque, ut erat vir innocens, licet potentissimus, ubi illi constituerant, per fluvium Sequanae evectus navigio, velociter illo affuit. Qui dum simul convenientes, irruunt in amplexus, unus simplicitate, revera ceteri dolo illecti, simulatae pacis atque amicitiae miscuere colloquia. Post finem vero insimulatorum verborum coepto recessu, iam longiuscule progrediente Willelmo, revocavit eum Tetbaldus, quasi secretiora adhuc ei loquens crediturus seu carius valedicturus[n]; at ille remum dextra accipiens, prohibuit, ut nemo suorum exiens illum sequeretur; exilivit ad ripam. Tetbaldus quoque illum adpropinquans quasi aliquid locuturus, ilico exerta[o], quam ad hoc tulerat sub pallio, spata, uno ictu caput a corpore decussit. Quod cernentes qui cum Willelmo[p] venerant, remigando fugam arripiunt; nuntiavere Rothomagensibus[q] ut contigerat[37]. Erat enim Willelmo filius ex concubina, Richardus nomine, tamen adhuc adolescens. Quem accipientes sui, statuerunt pro patre principem regni. Tetbaldus nempe, patrato scelere, concitus perrexit ad Heribertum Trecorum comitem, petens ab eo sororem[38] ipsius dari sibi in con- 35
iugium, uxorem scilicet praedicti Willelmi quem interfecerat. At ille statim promisit dari; vocans eam ad colloquium sui, quae nondum genuerat prolem, quasi consolaturus ex dampno mariti, tradidit illam Tetbaldo detestabile satis in coniugium. Ex qua genuit Odonem, patrem videlicet istius, cuius finem teterrimum supra diximus . . . .

INCIPIT LIBER QUARTUS.

Post multiplicia prodigiorum signa, quae tam ante quam post, circa tamen annum Christi domini millesimum in orbe terrarum contigere, plures fuisse constat sagaci

a) coepit 1. b) *ita* 1. 2. *i. e.* aiebant. c) praecemtor 1. d) *ita* 1. 2. *i. e.* cis. e) curruerit 1. f) *alia manu superscr.* capite plexus 1. g) cuius lacerum cadaver et excapitatum *alia manu superscr.* 1. h) catanolorum 1. i) Narrant etiam plerique, quod corpus eius diu multumque quaesitum inveniri non potuit, donec uxor eius veniens tali intersigno invenit; habebat enim verrucam inter genitalia et anum. Quod sic inventum *alia manu in marg. add.* 1. *quae in Gestis conss. Andegav. leguntur.* k) *alia manu superscr.* capitulo 1. l) *alia manu superscr.* maioris monasterii 1. m) suasionis 1. suassionis *corr.* suessionis 2. n) valediturus 1. o) exertam *eadem manu superscr.* 1. exertam (spatham) *etiam G. c. A.* p) wilelmo 1. q) rotomagensibus 1.

34) i. e. Lotharingiae superioris. 35) Virdunensem. 36) cf. supra I, 2. et ibi notam 3. 37) cf. Flodoard. a. 943. Richerum II, 33 et quae Dudo hac de re narravit. 38) Leutgardem.

mente viros industrios, qui non his minora propinquante eiusdem dominicae passionis
anno millesimo fore praedixere. Quod utique evidentissime contigit. Mortuo quoque, ut
1024. iam diximus, Heinrico piissimo imperatore, cui scilicet nulla proles extitit, qui in regnum
post illum succederet, nonnulli sese inferre temptantes de primatibus, qui tamen potius
ut regni corona fulgerent quam profectum rei publicae moderamenque iustitiae exerce-
III, 9. rent. Prae cunctis ergo quidam Chounradus, quem superius taxavimus, audax animo
et viribus ingens, sed fide non multum firmus. Cum enim diu multumque de consti-
tuendo regni principe, ac praecipue inter praesules, retractatum[a] fuisset, visum est eis,
ipsum Chounradum debere eligere, nisi quod unum intererat, propter quod Heinricus
39 etiam illum valde exosum habuerat. Habebat enim coniugem[39], quae illi erat affinis,
quam etiam primitus quidam cognatus[40] ipsius duxerat. Praeterea innotuerunt ei pon-
tifices, quid potissimum vellet, aut tale coniugium, quod manifestissime sacrae aucto-
ritati nimium repugnabat, tenere, seu eo dimisso coronam imperii sumere. Qui proti-
nus dimittendum promisit talis incesti coniugium, seque parere diligentissime illorum
dictis et obedire consiliis. Deinde vero mittunt ad papam Romanum, ut eis in hoc
quod decreverant consentiret. Qui statim libentissime annuit, mandans insuper, ut quan-
totius suscepto Germaniae sceptro Romam pergeret, suscepturus totius Italiae coronam.
1026. Interea indeptus regni infulam[b] Chounradus, Italiam[c] perrexit, secumque ducens uxorem,
quam, ut diximus, inlicito[d] ceperat matrimonio. Cui protinus in descensu Alpium, quem
Curiam Gallorum licet corrupte vocant, in oppido Cumis occurrit cum summo apparatu
papa Romanus, ut ante spoponderat[41]. Fuere tunc quidam de marchionibus Italiae, qui
42 minus ei assensum praebuerunt[42]. Sic enim illis facere mos est, ut iam supra taxavi-
III, init. mus, in mortibus imperatorum. Nam et Papienses, ceterorum superbissimi, palatium
regis, in sua civitate operoso sumptu constructum, destruxerant usque ad solum. Ille
vero ut comperit, ferociter irruit, Yporeiam[e] primitus civitatem capiens, deinde ceteras
1027. cum castris universis propriae subiciens ditioni. Sicque[f] Romam deveniens, coronam
ex more sumpsit imperii. Cui dum episcopi suggererent, ut auctoritate Romani ponti-
ficis, qualiter illis promiserat, repudium inliciti facere coniugii, graviter accipiens, dixit,
se imperatorem creatum nullo modo debere uxore viduari; ac sicut inepte ceperat, tenuit.

1. *De universalitate ecclesiae a Constantinopolitanis iniuste requisita.* Circa annum
1024. igitur Domini millesimum vicesimum quartum Constantinopolitanus praesul cum suo
principe Basilio aliique nonnulli Grecorum consilium iniere, quatinus cum consensu
Romani pontificis liceret ecclesiam Constantinopolitanam in suo orbe, sicuti Roma in
universo, universalem dici et haberi. Qui statim miserunt qui deferrent multa ac diversa
donorum exenia Romam, tam pontifici quam ceteris quos suae parti favere conspicerent.
Ubi convenientes exposuerunt apud pontificem suae profectionis querelam. Sed quid
non pertemptat cecus amor habendi? Estque proverbium, aureo pugillo murum frangere
ferreum. Ac licet pro tempore philargiria mundi regina queat appellari, in Romanis
tamen inexplebile cubile locavit. Mox namque ut videre Grecorum sibi deferri fulgidas
opes, versum est cor illorum ad fraudulentiae diverticula, pertemptantes an forte clan-
culo concedere quiverant quod petebatur; sed nequaquam. Non enim potest falli summa
Matth 16,18. Veritas, quae spopondit: *Portae inferi non praevalebunt adversus eam.* Dum ergo adhuc
leni sub murmure huiusce machinatores in conclavi sese putarent talia tractavisse, velox
fama de ipsis per universam Italiam decucurrit. Sed qualis tunc tumultus, quam vehe-
mens commotio per cunctos extitit qui audierunt, dici non valet. Praecipue tamen vir
prudentissimus, pater videlicet Willelmus, de quo iam diximus, ad Romanum pontificem
de hac re misit epistolam, corpore brevem, sed materia ingentem ac sermone pungen-
tem, talia continentem: *Gratia Dei et reverentia beati apostolorum principis Petri sedium
in orbe terrarum excellentissima indepto papae Iohanni Willelmus, crucis Christi servus,*
1 Tim. 5,1. *sedem iudicii cum apostolis et regni coronam. Magistri gentium dictis instruimur, senio-*

a) retractum *corr.* retractatum 1. tractatum 2. b) infula 2. c) *superscr.* ire 1. d) inlito 1. e) irruit yporeiam. primitus 1. f) Siquę *post corr.* Sicque 1.

39) Giselam. 40) Herimannus dux Alamanniae. 41) Haec ut pleraque alia fabulis esse plena, neminem fugiet. 42) Pertinent huc etiam verba III, 9: *Huiusmodi enim fama ubique provinciarum percitus peroptabatur a multis, praecipue ab Italicis, ut sibi imperaret, in imperium sublimari* (Hugo, filius Rotberti regis

rem non increpandum. Isdem tamen alias dicit: „Factus sum insipiens, vos me coegistis“. 2Cor.12,11. *Idcirco igitur filiationis diligentia hortamur communem vestram paternitatem, qualiter in uno imitemini cogitationes hominum providentem dominum Salvatorem, ut dicatis ad aliquem vobis unanimem, quemadmodum ipse Petro: „Quid dicunt homines de me?“ Si vero* Matth.16,13. *responsum illius ex fide fuerit, animadvertite qualiter sonuerit. Si autem clare, custodite ne obfuscetur. Si vero obscure, lux mundi oranda est, qualiter ita fulgeatis, ut universis in gremio ecclesiae constitutis ad viam mandatorum Dei gradiendam lumen praebeatis. Sed est fama rei, quae nuper erga nos accidit, de qua quis audiens non scandalizatur, noverit se longe ab amore superno disparari. Quoniam licet potestas Romani imperii, quae olim in orbe terrarum monarches viguit, nunc per diversa terrarum innumeris regatur sceptris, ligandi solvendique in terra et in caelo potestas dono inviolabili incumbit magisterio Petri. Atque ista idcirco diximus, ut animadvertatis, non aliter Grecis quam cenodoxia huiusce, quam audivimus apud vos requirere, impetravisse. De cetero quoque optamus, uti universalem decet antistitem, vos acrius in correctione ac disciplina sanctae et apostolicae ecclesiae vigere aeterneque ac feliciter valere.* Erat quippe Iohannes iste cognomento Romanus frater illius Benedicti, cui in episcopatum successerat; largitione pecuniae repente ex laicali ordine neophitus[43] constitutus est praesul. Sed insolentia Romanorum 43 huiusmodi adinvenit palliatae[a] subdolositatis ridiculum, scilicet ut quemcumque pro suo libitu in praesentiarum ad pontificatus officium delegerint, mutato nomine quod illi prius fuerat, aliquo magnorum pontificum nomine illum appellari decernunt, revera quem si non meritum rei, saltem nomen extollat. Praeterea Constantinopolitani ad propria remeantes, confutata illorum undique tumida praesumptio conquievit.

2. *De heresi in Italia inventa.* Castrum igitur erat per idem tempus in gente Longobardorum, quod ut erat vocabatur, Mons videlicet fortis, plenum etiam ex nobilioribus eiusdem gentis. Hos nempe cunctos ita maculaverat heretica pravitas, ut ante erat illis crudeli morte finiri quam ab illa quoquo modo possent ad saluberrimam Christi domini fidem revocari. Colebant enim idola more paganorum ac cum Iudeis inepta sacrificia litare nitebantur. Sepissime denique tam Mainfredus[44] marchionum prudentissimus 44 quam frater eius Alricus Astensis urbis praesul, in cuius scilicet diocesi locatum habebatur praedictum castrum, ceterique marchiones ac praesules circumcirca creberrimos illis assultus intulerunt, capientes ex eis nonnullos; quos dum non quivissent revocare ab insania, igne cremavere. Contigit ergo in vicino haberi aliud castrum nostrae religionis et fidei, in quo quidam miles aliquando aegrotans ad extremum pene devenerat. Ad quem utique visitandum ex hereticorum castello illorum praecipua iuxta morem veniens mulier, revera potius ut evidentior fieret secta eiusdem nequitiae, protinus ut egrediens domum in qua aeger decubabat intraret, repente prospiciens is qui languebat vidit intrare cum eadem muliere ad se innumerabilem exercitum in nigerrimis vestibus faciebusque teterrimis. Qua vero ingressa, postquam languentis frontem ac pulsum pectoris et cetera ut usus habet manu perlustravisset, pronunciaretque illum convaliturum in proximum, domo egressa est, totaque simul familia cum illa solum reliquere infirmum. Statim quoque affuit illi nigrorum quem viderat globus; cui ita qui videbatur illorum princeps infit: *Agnoscis me*, inquiens, *Hugo?* Hoc enim erat illius aegri vocabulum. Cumque ille respondens diceret: *Tu quis es?* dixit ei: *Potentissimus potentum ac ditissimus divitum ego qui occurro tibi. Si me tantum credideris facere posse, ut te a morte quae praesens imminet eripiam, longoque vives tempore. Et ut certissime credas quod spondeo, noveris, meo auxilio meaque industria Chounradum hoc tempore* 1027. *imperatorem esse creatum. Tu quippe bene nosti, quod nullus imperatorum ita velociter omnem Germaniam atque Italiam sicuti iste suae subiugavit ditioni. Novi*, inquiens aeger, *et mirum diu mihi cum ceteris fuit.* Deinde vero primae fraudis auctor adiecit: *Nonne etiam in transmarinis partibus regnum Grecorum post Basilium Michaeli mihi obedienti tradidi. Idcirco crede mihi, et faciam tibi multo maiora quam sperare queas, teque ipsum sanitati restituam.* Erat quippe fama tunc temporis, quod isdem Michael cubicu-

a) palliatdae *Bouq. Hoc et sequens caput, quae primo omittenda putaveram, cum codice non comparavi.*

43) Idem de Leone VIII. legitur. Cf. Gerbert hist. conc. Rem. SS. III, p. 672. 44) cf. eius diploma Mon. Patriae Chart. I, p. 463. in quo etiam fratris mentio fit.

larius fuisset Basilii clamque illi venenum in potu ad necem dedisset. Cuius procul dubio imperii post mortem eius sumpsit coronam. Cuius etiam, ut par erat, regimen imperii non satis utile fuit. Interea memoratus Hugo in sese reversus, dextra signum venerabilis crucis exprimere temptans, dixit: *Ego vero Iesum, Dei filium, testor, quem adoro, credo et confiteor. Non alium te omnino credidero, nisi ut fuisti et es, fallacem diabolum.* Tunc demon continuo hanc vocem edidit: *Quaeso ne brachium contra me erigas.* Sicque continuo omnis ille globus ut fumus evanuit. At ille exclamans voce qua potuit, occurrunt quippe domestici; narrat illis ex ordine quae vidit, quae audivit. Quibus dictis, ipso die ante solis occasum obiit. Nulli denique dubium, quoniam ista et sibi et nobis vidit.

4. *De fame validissima quae contigit in orbe terrarum.* Imminente igitur anno incarnati Christi millesimo tricesimo tercio, qui est a passione eiusdem Salvatoris millesimus,
1024. obiere viri in orbe Romano famosissimi sacraeque religionis signiferi, Benedictus vide-
1031. licet papa universalis ac rex Francorum, ut iam diximus, Rotbertus . . . .

5. . . . Nam et ipse universalis papa Romanus, nepos scilicet duorum Benedicti atque Iohannis qui ei praecesserant, puer ferme decennis, intercedente thesaurorum
1033. pecunia, electus extitit a Romanis. A quibus exinde frequenter eiectus ac inhoneste
45 receptus, nulla potestate viguit. Et ut iam superius taxavimus[45], ceteros tunc temporis ecclesiarum praelatos aurum potius vel argentum exaltabat quam meritum. Pro pudor!
Osee 8,4. De his evidentissime scriptura ait, immo os ipsius Dei: *Principes extiterunt, et non cognovi.*

8. *De*[a] *Leuticorum praelio adversus christianos in partibus aquilonis.* Germania igitur, quae a Reno flumine sursum versus ad aquilonarem orbis plagam tendens sumit exordium, gentibus incolitur quam plurimis, ferocissimis tamen atque promiscuis. Inter quas
46 una ceteris crudelior, commanens in ultima parte secundae Retiae[46]. Nam prima Retia, licet a Reno utraeque dicantur, in parte eiusdem Reni coniacet occidentali. Quae scilicet corrupte regnum Lotharii vulgo nuncupatur. In altera, ut diximus, gens Leuticorum barbara, omni crudelitate ferocior. Cuius vocabulum a luto derivatur. Est enim omnis illorum habitatio circa mare aquilonare, in paludibus sordentibus; et idcirco Leutici quasi lutei vocantur. Hi quoque anno a passione Domini millesimo de suis egressi latibulis, vicinas sibi provintias Saxonum ac Baioariorum nimium crudeliter
1034. devastantes, christianorum res ad solum usque deleverunt, viros ac mulieres trucidan-
1035. tes exterminabant. Adversus quos imperator Chounradus cum exercitu permaximo egrediens, multotiens plures ex illis caede prostravit; non tamen sine dampno suorum. Ob quam rem totius ecclesiae clerus ac plebs regni sui semet affligentes, Dominum rogaverunt, ut ultionis vindictam de tanta barbarorum vesania illi concederet, ut ad sui
1036. nominis honorem christianis foret ex illis victoria. Dehinc vero irruens super eos, maximam illorum partem contrivit. Ceteri fugae praesidium arripientes, ad loca suarum paludum inaccessibilia nimium perterriti evaserunt. De qua victoria isdem imperator
1037. accepta confidentia, rursum collecto exercitu Italiam pergens, ad ipsam urbem Romam progrediens, universos rebelliones, qui contra eum insurgere temptaverant, anno integro ibidem degens, proterendo compescuit. Pactum etiam securitatis et amicitiae, veluti Heinricus cum patre illius egerat, cum rege Francorum Heinrico, filio Rotberti, statuit; cui etiam leonem pergrandem amicitiae gratia[b] misit. Qui postmodum uxorem nomine
47 Mathildem, moribus egregiam, de regno eius ex Germaniae nobilioribus[47] accepit.

9. *De signo quod in sole apparuit.* Anno igitur eodem dominicae[c] passionis mille-
1033. Iun. 29. simo, die tercio Kalendarum Iuliarum, sexta feria, luna vicesima octava, facta est eclypsis seu deliquium solis ab hora eiusdem diei sexta usque in octavam, nimium terribilis. Nam sol ipse factus est saphirini coloris, gerens in superiori parte speciem lunae a sua reilluminatione quartae. Intuitus hominum in alterutrum velut mortuorum pallor conspiciebatur. Res vero quaecumque sub aere crocei[d] coloris esse cernebantur. Tunc corda humani generis stupor ac pavor tenuit inmensus. Quoniam illud intuentes intelligebant portendere quiddam fore superventurae cladis humano generi triste. Nam eadem

a) *Sequentia desunt* 1. *foliis quibusdam excisis.* b) gratis 2. c) die dominice p. m. tercio *e corr* 2. d) croci 2.

45) cf. II, 6. 46) Absurdum sane commentum! 47) ipsius Conradi filiam sibi desponsavit, quae iam a. 1034. obiit; cf. Wippo.

die, natale videlicet apostolorum, in ecclesia beati Petri quidam de principibus Romanorum conspirantes insurrexerunt in papam Romanum, cupientes illum interimere; sed minime valentes, a sede tamen propria expulerunt. 1035?[48] Iun. 29. Sed, ut praemisimus, tam pro hac re quam pro aliis insolenter patratis imperator illuc proficiscens, propriae sedi restituit; necnon et alia passim in orbe cum in ecclesiasticis tum etiam in rebus secularibus multa contra ius fasque patrata contigerunt. Instinctu nempe rapidae cupiditatis pene nullius tuta fides in altero, quae est fundamentum et columen totius boni, repperiebatur. Et ut evidentius foret, quod peccata terrae caelos pulsarent, sicut propheta clamat propter creberrimas populi iniquitates: *Sanguis*, inquit, *sanguinem tetigit*. Osee 4, 2 Nam postmodum pene in universis mortalium ordinibus insolentia pullulante ac vigore iustae severitatis tenorisque tepescente, ut illud apostolicum nostrae genti rectissime potuisset improbari elogium, quod ait: *Auditur inter vos nefas, quod nec inter gentes.* 1 Cor. 5, 1. Nam impudentissima avaricia humana pectora invadente, periclitabatur fides in cunctis. Exinde procedebant rapinae et incestus, litigia cecarum cupiditatum, furta et adulteria inmanissima. Pro pudor! Horrori erat cuique referre de se quod sentiebat. Nemo tamen propter hoc a nefario malitiae usu sese corrigebat. Iterum quoque post annos quatuor 1039. facta est eclypsis solis undecimo die Kalendarum Septembrium, feria quarta, hora sexta, atque, ut semper fit, luna vicesima octava. Eodem nihilominus anno Chounradus, cuius superius mentionem fecimus, apud Saxoniam Romanorum obiit imperator. Cuius filius Heinricus nomine, quem ipse vivens pro se regem constituerat, imperavit. . . . .

EX LIBRO V.

1. . . . . Anno igitur millesimo quadragesimo primo incarnationis dominicae 1041. extitit terminus paschalis duodecimo Kalendarum Aprilium, et ipse dies undecimo. Atque idcirco adnotare placuit, quoniam nec communis umquam fit temperior nec embolismus septimo Kalendarum Maiarum diem aliquando excedit. Sed inter ipsos triginta quinque dies legittime dies sacerrimus paschae coartatur. Obiit quoque eodem anno Chounradus[a] 1039. imperator; cui successit in regnum Heinricus, filius ipsius, iam ab eodem patre rex constitutus. Contigit vero ipso in tempore, inspirante divina gratia, primitus in partibus Aquitanicis[49], deinde paulatim per universum Galliarum territorium, firmari pactum 49 propter timorem Dei pariter et amorem, taliter ut nemo mortalium a feriae quartae vespere usque ad secundam feriam incipiente luce ausu temerario praesumeret quippiam alicui hominum per vim auferre, neque ultionis vindictam a quocumque inimico exigere, nec etiam a fideiussore vadimonium sumere. Quod[b] si ab aliquo fieri contigisset contra hoc decretum publicum, aut de vita componeret, aut a christianorum consortio expulsus patria pelleretur. Hoc insuper placuit universis, veluti vulgo dicitur, ut treuga Domini[50] vocaretur. Quae videlicet non solum humanis fulta praesidiis, verum etiam multotiens[c] divinis suffragata terroribus. Nam plerique vesani audaci temeritate praescriptum pactum non timuere transgredi, in quibus protinus aut divina vindex ira seu humanus gladius ultor extitit[d]. Et hoc passim tam frequenter contigit, ut prae sui multitudine singulatim non queant adnotari; et hoc satis iuste. Nam sicut dies dominicus propter dominicam resurrectionem venerabilis habetur et octavus cognominatur, ita quintus, sextus et septimus ob dominicae coenae et eiusdem passionis reverentiam debent ab iniquis actionibus esse feriati. Contigit enim, ut dum pene, sicut iam diximus, per totas Gallias hoc statutum firmiter custodiretur, Neustriae gens illud suscipere recusaret. Erat enim huius rei occasio dissidium superbissimi litigii, quod exortum fuerat inter Heinricum regem, filium Rotberti, et filios supradicti Odonis, qui vicissim incendiis bella miscentes intestina, sibimet dampna inferentes non modica, plurimas[e] suorum strages dederunt. Deinde quoque occulto Dei iuditio cepit desevire in ipsorum plebibus divina

a) chounradus 1. b) Quo 1. c) multoties 1. d) extitit 1. e) plurima 1.

48) Huius rei tempus non satis constat. Hunc annum ex Glabri Rodulfi computatione statui; v. infra. 49) cf. quae de pace generali his in regionibus constituta retulit IV, 5. 50) V. Ducangium in gl. Quod quo tempore primum occurrat, nondum satis exploratum est. Cf. legem Mon. Legg. II, p. 38. editam.

ultio. Consumpsit enim quidam mortifer ardor multos tam[a] de magnatibus quam de mediocribus atque infimis populi; quosdam vero truncatis menbrorum partibus reservavit ad futurorum exemplum. Tunc etiam pene gens totius orbis sustinuit penuriam pro raritate vini et tritici.

1043. Eodem vero anno, id est quinto post quadragesimum atque millesimum dominicae incarnationis annum, antedictus Heinricus, filius Chounradi[b], rex Saxonum iam in re, Romanorum vero imperator in spe, duxit uxorem filiam Willelmi Pictavorum ducis, nomine Agnetem, quam etiam desponsavit in civitate Crisopolitana, quae vulgo Vesuntio
51 vocatur[51]. Illuc denique ob amoris ac benivolentiae gratiam utriusque convenit maxima nobilium multitudo, episcoporum vero numero viginti octo. Provenerat enim in deditionem praedicti regis regnum Austrasiorum, quod illi a progenitoribus competebat.
1041. 1042. Simul etiam genti Hunorum proprio moderamine regem Abbonem nomine instituerat[52]. Unanimiter enim universi marchiones ac comites tam ex Italia quam ex Germania longe lateque eiusdem regis dominium semet super excercere gratanter expetebant; et non inmerito. Erat enim affabilitate gratissimus ac liberalitate[c] perspicuus atque humilitatis gratia praeditus. Nec cuiuspiam extollentiae nutu notabatur indeptus; atque idcirco universis circumcirca existebat amabilis. Ipso itidem anno praedicta gens Ungrorum eius
1043.[53] imperio rebellis extitit; quam ille hostiliter aggressus, potenter devicit sibique tributariam subiugavit. Tamen, pro pudor! unum in eo erat nimium reprehensibile, quod incontinentia carnis luxuriae infamabatur. Illud enim vitium plus ceteris in genere humano rerum ordinem turbat. . . . .

4. *De dissensione Lugdunensis praesulatus.* Fuit igitur in supra taxatis diebus dis-
† c. 1031. sensio[d] permaxima post mortem Burcardi archipraesulis Lugdunensis[e] de praesulatu ipsius sedis, quam plures non iustis appetebant meritis; sed instinctu[f] superbae elationis primus omnium praedicti Burcardi nepos, eiusdem aequivocus, supra modum superbissimus, relicta sede propria Augustanae civitatis, procaciter Lugdunensem arripuit. Qui
1034. post multas perpetratas nequicias captus a militibus imperatoris, perpetuo est condemnatus[g] exilio[54]. Post ipsum vero quidam comes Geraldus[h] suum filium puerulum quendam arroganter ibidem sola praesumtione auctore substituit, et ipse post modicum, non ut pastor ovium, sed veluti mercennarius, in fugam versus delituit. Quae omnia dum perlata fuissent Romano pontifici, suggestum est ei a viris fidelibus, ut sua auctoritate patrem Odilonem, Cluniensis monasterii abbatem, ibidem eligeret consecrari pontificem. Sic enim totius cleri ac plebis optans acclamabat devotio. Qui protinus mittens eidem patri palleum simul et anulum, imperavit eundem praedictae civitatis fore archiepisco-
55 pum[55]. Sed vir religiosus suae humilitatis adtendens propositum, omnimodis renuit fieri. Palleum tamen et anulum suscipiens, illi qui Deo dignus existeret, reservavit futuro pontifici eiusdem sedis. Habetur enim antiquitus ipsa civitas index veri luminis maximae partis Galliae, quoniam illuc primitus praecones christianae fidei a sancto Policarpo, discipulo Iohannis apostoli, missi, devenientes universam illustraverunt[i] regionem. Contigit enim postmodum, ut superius diximus, ut Heinricus rex, recepto regno Austrasiorum, dum comperisset huius dissensionis cladem, condoluit, perquirens quid exinde agere deberet. Cui[k], dum apud Vesoncionem devenisset, suggestum est tam ab episcopis quam ab omni plebe, ut virum aeque tali ministerio dignum, Odalricum scilicet, Lingonensis aecclesiae archidiaconum, Lugduni constitueret pontificem.
1041. Qui protinus, ut suggestum fuerat, speciosissimis adhornatum indumentis ad praefatam illum destinavit sedem. Ilico nempe restituta est totius provintiae requies et pax diu optata cum gaudio.

1044. Postmodum vero gens Ungrorum[l] iam secundo praedicto regi rebellis existens, adversus eundem praeliari disposuit. Contra quam egressus, licet impar numero, confi-

a) iam 1. b) chonradi 1. c) liberitate 1. d) dissentio 1. e) lucdun. 1. f) insictu 1. g) condēnnatus 1. h) girardum 2. i) lustraverunt 2. k) Qui 2. l) ungrorum *corr.* hungrorum 1.

51) cf. Ann. Altahenses (rest. Giesebrecht) p. 69. 52) Quem non a rege Heinrico constitutum esse, satis constat. 53) Narrat Rodulfus in sequentibus de eclipsi lunae, quam in a. 1046. collocat et c. 3. de eclipsi solis; utraque a. 1044. accidit. 54) cf. Herimannum Aug. a. 1034. 55) cf. epistolam Iohannis XIX. ap. d'Acherium Spicil. II, p. 387; quae ante Burchardi tempora scripta fuerit necesse est, quum Iohannes iam a. 1033. obierit.

dens tamen in Dei auxilio, confligere cum ipsis non timuit. Non enim erant in exercitu ipsius plus quam sex milia virorum, cum in Ungrorum falangibus estimarentur ducenta milia armatorum. Erant etiam cum rege quam plures episcopi cum clericis multis, qui pietatis gratia inermes cum eo in certamen introierunt. Initoque certamine, tanta caligo ac tenebrae occupaverunt Ungrorum partem, ut vix iuxta se positum quis illorum posset[a] agnoscere; exercitus quoque regis videbatur clarissimo sole circum et infra perlustratus. Qui fortiter dimicans, innumerabili cede prostravit adversarios fugavitque, cum de suis perpauci corruissent[56]. Capta vero praeda hostium, ac regno, ut 56 primitus ceperat, ordinato, triumphanter rex devenit ad propria.

Contigit ergo tunc temporis, ut abba cuiusdam monasterii honestae possessionis eidem imperatori equum[b] valde optimum praesentaret, quatenus sibi ac loco sibi commisso illius liberalitatis amicitiam conciliaret. Fuerat denique isdem equus, ignorante[c] abbate, cuidam militi clam sublatus, sibique precio venundatus. At imperator gratanter illum suscipiens, suimet evectioni mancipavit. Quodam igitur die eidem equo insidens iter agebat; obviam fuit ei miles, cui praefatus equus furtim ablatus fuerat. Qui prudenter aggrediens imperatorem, in huiusmodi prorupit verba: *Tu*, inquiens, *o rex, qui censuram debes tenere totius iustitiae, equum mihi fraudulenter abstractum cerneris possidere.* Cui ilico rex tale protulit responsum: *Si tuus*, inquit, *est equus, ut ais, accipe illum cum sessore, et duc tecum quo melius optas, et habeas utrumque, quousque persolutionem furti suscipias.* Miles quoque existimans sibi inludi, herebat stupens. Enimvero rex compulit eum, ut manu iniecta duceret utrumque in suum dominium. Aspicientes vero qui circumstabant, ingenti ammiratione stupuerunt. *Quae grates*, inquiens rex, *referendae sunt illi viro, qui me tam subdole in hanc impulit captionem?* Qui dum ab universis horribiliter detestaretur, ait rex: *Adducite illum, ut secundum inlusionem, quam in me gessit, in eo vindicetur.* Dumque praefatus abba accersitus fuisset, ait ei: *Depone baculum regiminis pastoralis, quem credis largitione mortalis hominis debere gestari.* Quem cum a[d] se proiecisset, suscipiens illum rex[e], imposuit dexterae imaginis[f] Salvatoris: *Vade*, inquiens abbati, *et suscipe illum de manu omnipotentis Regis, nec sis ultra pro eo debitor alicuius mortalis; sed libere utere eo, ut decet culmen tanti nominis.* At ipse gaudenter illum suscipiens, plurimis de tali facto alacritatem contulit, ac dehinc omni cum libertate viguit.

5. *De extirpatione simoniaca.* Dignoscens igitur isdem Heinricus, per universam Galliam atque Germaniam symoniacae philargiriae crassari cupiditatem, coadunari fecit ex omni imperio suo tam archipraesules quam ceteros pontifices, et tale eis intulit colloquium: *Lugens vobis incipio loqui, qui vice Christi in[g] ipsius aecclesia[g] constituti estis, quam ipse sibi desponsavit ac precio sui sanguinis redemit[h]. Sicut enim ipse gratuita bonitate de sinu Dei Patris per virginem ad nos venire dignatus est redimendos, ita suis praecepit, mittens eos in orbem universum, atque dixit[i]: „Gratis accepistis, gratis date". Matth 10,8 Vos enim avaricia et cupiditate corrupti, qui benedictionem[k] conferre deberetis, in huiusmodi transgressionis dando et accipiendo secundum canonem[l] maledicti estis. Nam et pater meus, de cuius animae periculo valde pertimesco, eandem damnabilem avariciam in vita nimis exercuit. Idcirco quicumque vestrorum huiusce maculae sese norunt contaminati, oportet ut a sacro ministerio secundum dispositionem canonicam arceantur. Patet ergo manifestissime, quoniam propter hanc offensam venerunt super filios hominum diversae clades, fames videlicet atque mortalitas necnon et gladius. Omnes quippe gradus aecclesiastici a maximo pontifice usque ad hostarium opprimuntur per suae damnationis precium, ac iuxta vocem dominicam in cunctis crassatur spiritale latrocinium.* His denique ab imperatore acerrime[m] prolatis, stupefacti pontifices, quid illi responderent non habebant. Pertimescebant enim carere ob hanc culpam propriis episcopatuum sedibus;

a) poscet 1. b) equum 1. *saepius* c) i. a. *desunt* 2. d) ad *corr.* a 1. e) *add. sed delevit* et 1. f) immaginis 1. g) *Folio partim exeso, circiter* 9—12 *litterae singulis lineis deperditae sunt. Quae ope praesertim Hugonis Flaviniacensis supplevimus, typis indicantur.* h) *plures litterae supplendae sunt, nisi fortasse sententia finita lineae partem vacuam fuisse statuamus.* i) apostolis *ed. quod in cod. legi nequit* suis praecepit et dixit mittens eos *Hugo Flav.* k) *ita Hugo Flav.* dm̄ . . . . . *legere mihi visus sum (fortasse* bn*).* l) *Hugo haec ita contrahit:* in hac transgressione d. et a. maledicti e. m) accerrime 1.

56) cf. Ann. Altahenses l. l. p. 72.

et quoniam non solum in Gallicanis episcopis haec pessima pululaverat nequicia, verum etiam multo amplius totam occupaverat Italiam. Omnia quippe ministeria ecclesiastica ita eo tempore habebantur venalia, quasi in foro secularia mercimonia. Cernentes quoque episcopi gravi sese invectione irretitos, misericordiae operam implorabant. At ipse princeps misericordia motus, tale consolationis protulit verbum: *Ite*, inquiens, *et quod illicite accepistis bene disponere satagite, ac pro anima patris mei, qui hac noxa reus vobiscum tenetur, attentius intercedere mementote; quatinus ei indulgentiam huius facinoris a Deo possitis adquirere.* Tunc proposuit edictum omni imperio suo, ut nullus gradus clericorum vel ministerium aecclesiasticum precio aliquo adquireretur. At si quis dare aut accipere praesumeret, omni honore destitutus, anathemate multaretur. Spopondit insuper promissum huiusmodi, dicens: *Sicut enim Dominus*[a] *mihi coronam imperii sola miseratione sua gratis dedit, ita et ego id quod ad religionem ipsius pertinet gratis impendam. Volo, si placet, ut et vos similiter faciatis.*

Ipso quoque in tempore Romana sedes, quae universalis iure habetur in orbe terrarum, praefati morbi pestifere per viginti quinque annorum spacia miserrime laboraverat. Fuerat enim eidem sedi ordinatus quidam puer circiter annorum 12 contra ius fasque; quem scilicet sola pecunia auri et argenti plus commendavit quam etas aut vitae sanctitas; et quoniam infelicem habuit introitum, infeliciorem persensit exitum. Horrendum[b] quippe referre turpitudo illius conversationis et vitae. Hic itaque cum consensu totius Romani populi atque ex praecepto imperatoris deiectus est a sede, et in loco eius
1044. subrogatus est vir religiosissimus ac sanctitate perspicuus Gregorius natione Romanus. Cuius videlicet bona fama quicquid prior fedaverat in melius reformavit.

a) mihi d. mihi 1. *priore* mihi *deleto.* b) horrori est referre *Hugo Fl.*

CHRONICON NOVALICIENSE.

EDENTE V. CL. LUDOWICO CONRADO BETHMANN PH. D.

Novaliciense monasterium, in valle Segusina sub ipsis Montis Cenisii radicibus a. 726. sancto Petro constructum, a. 906 vel 916. a Sarracenis dirutum, circa a. 1000. restauratum sub abbatibus Bremetensibus, anno denique 1602. propriis abbatibus redditum; qui etiamnunc illud regunt, medio saeculo undecimo suum habuit chronographum. Is ex agro Vercellensi nobilibus ortus parentibus[1]*, sub Gezone abbate*[2] *regulam S. Benedicti professus fuit in monasterio ut videtur Bremetensi*[3]*. Post cum propinquo suo Bruningo Novalicium adiit tunc in ruinis iacens, ibique per triennium saltem habitavit*[4]*; sed postea inde recessit. Scripsit primo vitam S. Eldradi*[5]*; deinde chronicon Novaliciense,*

1) V, 9. 2) a. 974—1014. 3) Hoc probare videtur *sirmata cuius secutus sum* V, 25. Bruningus enim tunc Bremeti vivebat, non apud S. Andream, ut apparet e sequentibus: *iussum est ei, ut adiret locum ad hunc*, scil. S. Andream. Bremeti in Lomellina, ubi Sesia Padum influit, paulo ante a. 925. ab Adalberto I. monasterium S. Petro constructum fuerat et Novaliciensibus concessum, qui tunc Taurini apud S. Andream morabantur; intra a. 930—952. abbas eo se transtulit, et congregationis ibi constituit caput. Ab eo inde tempore abbates promiscue dicebantur et Novalicienses et Bremetenses; hoc tamen nomen mox praevaluit. Apud S. Andream vero, Novalicii, Ulcione et in reliquis praepositi erant, abbati Bremetensi subditi. 4) *mecum enim per triennium habitans II*, 20. Ad hoc tempus pertinet quod narrat, *horum ossa . . . saepissime visitans II*, 12; *in predicto sepius vidi monasterio II*, 6; *cuius sepulcrum ab incolis loci sepius mihi ostensum est II*, 4; *sepissime vidimus III*, 16; *vidimus conlatum III*, 30. 5) Hoc ipse dicit III, 31. Vitam edidit Henschen in Actis SS. Martii II, 338. nostroque vindicat, quem ob ea quae ibi in fine de expeditione crucigerorum narrantur, paulo post a. 1100. vixisse putat. Sed hoc admitti non potest, quum iam ante a. 1014. monachum fuisse ex V, 25. sciamus. Ideo Terraneus Adelaide illustr. I, 63. statuit, hanc vitam alius esse auctoris, sub abbate Wilielmo compilatam ex nostri I, 12. IV, 1—17. tum ob illa de crucigeris et *in praesentia domni venerabilis Guilielmi Bremetensis*, tum ob sermonis diversitatem et versus interspersos plurimos, quales in chronico nunquam inveniantur. Mihi attentius eam legenti illud mox occurrit, versus hosce rudes octonarum syllabarum in iis tantum reperiri, quae et in chronico legebantur, scilicet vitae n. 3. 5. in chronici IV, 1; n. 4 in IV, 2; n. 7 in I, 12; n. 8 in IV, 15; n. 9 in IV, 9. 17; n. 10 in IV, 13; reliqua vita neque versus habet, neque cum chronico convenit. Hi versus autem quasi telam faciunt, cui prosa intexta est; et quum ipsi sermone conscripti sint nonnunquam sat barbaro, quali et chronicon, prosa alium plane stilum redolet, eundem quo uti solebant qui saeculo undecimo vitas sanctorum antiquiores in formam minus rudem redigebant. In iis quae et a nostro narrata scimus, vita semper in versus istos breves recidit; in reliquis aequalis quidem sonitus reperitur s. XI et XII. usitatissimus, sed multum diversus a versibus illis longitudinis ubivis aequalis. Porro Rochex gloire de la Novalaise p. 55. 99. 103. 106. 108. 112. 120. ex Sanctorali Novaliciensi eadem dedit quae in Actis SS. n. 1—5 leguntur, vitam scilicet sine miraculis, sed multo ampliorem; ibi enim et alii versus interpositi sunt longiores syllabarum denarum, ea semper repetentes et vero imitantes, quae iam in prosa et in brevioribus versibus dicta fuerant, qui versus longiores si inde extracti componantur, vitam sancti efficiunt integram, metro aequalem iambico quinario, sermone atque indole plane a prosa et a

in Bremetensi monasterio[6], *tempore diverso; nam secundus liber ante a.* 1027. *scriptus fuit*[7], *quintus longe post hunc annum inceptus*[8], *et attentius legenti*

brevioribus versibus diversam, encomiasticam, qualia responsoria de sanctis esse solent. Initium hoc est:

> *Ex Ambelli castello Galliae*
> *inter Alpes ortus Provinciae*
> *prope flumen Dederausum*
> *pompas detestans huius saeculi*
> *sequebatur exemplum parvuli.*
> *Nullis equos ornabat phaleris,*
> *nec ridebat in luctu pauperis,*
> *sed vitabat prorsus ingluviem,*
> *imitatus Christi pauperiem* etc.

Hoc carmen certe Vita recentius est; at nec Vitam nostri esse vidimus. Credo igitur, sancti Eldradi vitam a nostro conditam fuisse ante a. 1027. versibus illis brevioribus — alium deinde sub abbate Wilielmo paulo post a. 1100 Vitam inde fecisse prosaicam, ita ut multos versus et centones retineret integros, alios sermone pedestri exprimeret in vitis sanctorum tunc usitato, miracula quaedam omitteret, alia plura adderet, maxime quae recentiori tempore facta essent, ut ipse dicit 23: *ad ea tantum scribenda nos coarctavimus, quae ex novitate temporum per se manifesta;* — ex hac tertiam postmodo factam, in forma responsorii, versibus quinariis, canendam in die festo sancti; — in sanctorali denique Vitae secundae in lectiones divisae hocce responsorium insertum ad usus monachorum, unde Rochex sua dedit. Atque responsorium si quis habere desiderat integrum, ex huius libro facile construxerit; Vita prosaica in Actis SS. legitur; Vita primitiva a nostro composita iam quidem deperdita est; sed ope prosaicae ex parte restitui potuit; quam huic chronico subiecimus, tum quia eiusdem auctoris videtur nondum edita, tum quia pars libri quarti deperdita ex ea poterit suppleri. 6) Hac de re quum multum disputatum sit, ex ipso libro accurate colligenda censuimus omnia quae aliquo modo huc facere videantur. Atque *sanctissima mater nostra Novaliciensis ecclesia* IV, 24. *amisimus* V, 1. *loca nostra* V, 5. 29. 37. *nobis tulit* V, 19. *nobis fecit* app. 17. dicere potuit monachus Bremetensis congregationis, sive is Bremeti vivebat, sive apud S. Andream, sive in alio quopiam monasterio eiusdem congregationis. Haec igitur nil probant. At quum Bremetum quater *nostra abbatia* ind. V, 19. app. 5. 16. 17. vocatur, ita difficilius locutus fuerit, qui non ibidem versaretur. Porro V, 24 *in armariolo nostro*, Bremetensi scilicet, in alio coenobio tunc tantum scribi poterat, si eius archivum Bremetensi iunctum erat; scimus tamen, et apud S. Andream et in reliquis Bremetensis congregationis prioratibus archiva peculiaria extitisse. Denique *hanc abbatiam* V, 33. *nostra loca* V, 23. et maxime *nostrum dilexit locum* V, 34. sine ullo dubio Bremeti tantum potuerunt scribi, cuius praeterea historia post Novaliciensem ita principalem locum obtinet in chronico et vere unicum, ut de reliquis nunquam fere mentio fiat. Ideo iam Henschen et Muratorius auctorem Bremetensem dixerunt. Duo tamen loci obloquuntur: *locum ad hunc . . . . hoc non ad favorem nostrorum locuti sumus* V, 25. et V, 30. *in bivio hoc secus muros civitatis*, Taurini scilicet; ob quae Terraneo Ad. I, 65 sqq. auctorem Taurini apud S. Andream scripsisse contendit, quem secutus est Napione Piemont. illustri IV, 151. ipse nil novi afferens. Verumtamen hoc non admittunt loci de Bremeto supra allati, ut ex maiori eorum parte iam exposuit Fabricius Malaspina sulla patria e sull' età del cronografo Novaliciense. Tortona 1816. qui tamen difficultatem non solvit, hos duos locos a scriba interpolatos censens, quos revera auctoris esse codex ipse docet. Sed advertendum est, vocem *huius* saepissime pro *illo* poni a nostro: *hunc coenobium* II, 3. *hoc coenobio* II, 4. *hunc monasterium* II, 4. *huius monasterii* II, 5. *in hoc monasterio* II, 7. *hoc coenobium* III, 8. quae omnia dicta sunt de Novalicio; *huius Berengarii* V, 5. *intempesta temporis huius condolens abbas Gezo loci Bremiti* V, 25. ubi *huius* iungendum est cum *temporis*. Eodem itaque sensu *in bivio hoc* V, 30. esse potest *illo quem nostis*; et *ad favorem nostrorum* V, 25. non omnino necessarium est ut monachi S. Andreae intelligantur, sed possit etiam esse, *quia Bruning propinquus noster fuit.* Semper tamen remanet *locum ad hunc* V, 25. quod scribi non poterat nisi apud S. Andream. Ideoque accedo opinioni Illustris Gazzerae, auctorem, monachum Bremetensem, hoc scripsisse vel supplevisse, quum forte apud S. Andream pro tempore versaretur, fortasse quum fratribus opus suum recitaret. Et revera haec omnia *sed quoniam — reaedificaretur* V, 25. supplementi formam habent ad marginem adiecti; et verbis V, 30. *intrinsecus haec posuimus, ut illatio haec doceret* etc. auctor ipse prodit, totum illud caput postea a se interiectum esse. Qui si apud S. Andream vixisset, profecto monasterii huius saepius fecisset mentionem. Novalicii nihil scripsit nisi forte vitam S. Eldradi, iuvenile opus; nam semper et ubivis de illo tamquam de loco remoto loquitur. Cf. etiam *mater nostra Novaliciensis ecclesia* IV, 24. — Quod Terraneo Adel. I, 69. nostrum opinatus est esse Iohannem Taurinensem illum, de quo Galvaneus Flamma apud Murat. SS. XI, 565. de facto locutus anni 344, quod noster nec narravit nec narrare potuit, *ubi secundum fratrem Iohannem Taurinensem notandum est contra Vercellas:* hoc sane nimium caret fundamento. — Rochexii denique opinionem p. 68. „le second autheur de la chronique de cette abbaye, de l'an 1040, marque que c'est Attebertus moyne de la Novalese, qui a écrit la premiere chronique de la méme abbaye, au vivant de Frodoin, et sa vie méme aprés son decez" et p. 34: „l'ancienne chronique de l'an 1040. dont l'autheur nous asseure de l'avoir tiré sur une autre chronique de la méme abbaye, qui fut écrite par commandement de S. Frodoin, par un moyne appellé Attepertus"; erroneam esse, natam solummodo ex verbis III, 19. *quis hunc condere librum . . . . Attepertus scripsit* falso intellectis, iam monuit Combettus in praefat. p. 8. 7) cf. ad. II, 14. 8) index V, 40: *De abbate Godefredo, qui longe post*

saepissime apparebit, narrationem non aequo stilo decurrere, sed nunc abrumpi, nunc interrumpi, nunc resumi, uti fieri assolet, quum quis ad scribendum vario tempore accedit[9]. *Absolutis denique quinque libris, auctor per scribam iis* 9 *subiicere fecit duo diplomata in superioribus omissa, una cum nota quadam historica quam alicubi invenerat*[10]. *Postmodum in schedas coniecit continuationem chronici ab anno fere* 1014. *usque post a.* 1050[11], *cui vario ut videtur tempore ad supplendos libros priores quaedam subiunxit*[12], *prout sibi in notitiam veniebant in schedis consignans, temporum ordine plane neglecto. Haec omnia*[13] *eodem quo schedis mandaverat ordine, inde in rotulum transscribi fecit; ipse postmodum hic illic correxit*[14], *signaque supplementis apposuit, quo quaeque* 14 *loco forent inserenda. Hinc apparere videtur, opus non fuisse absolutum, sed appendicem et etiam librum quintum habendum esse quasi pro collectaneis, e quibus chronicon integrum curis secundis reficere fortasse proposuerat, quum mors eum avocaret.*

Fontes adhibuit narrationes populares[15], *traditionem coaequalium*[16], *carmen de Walthario*[17], *Peregrinationem atque Actus eiusdem*[18], *diplomata*[19], *in-* 19

mortem suam cuidam fratri fugienti apparuit. Godefredus obiit a. 1027. 9) cf. III, 21. 27. 32 et maxime in libro V, 2. 3. 6. 8. 9. 10. 13. 14. 15. 18. 21. 25. 26. 30. 34 sqq. Libro tertio primum 20 tantummodo capita dederat; reliqua postmodum adiecit. 10) append. 1—3. 11) app. 5—10. 12) app. 11—17. 13) app. 5—17. 14) cf. app. 15. Iam hinc patet, errare Terraneum Adel. I, 65. quum hanc appendicem alius auctoris esse statuat, sub Eldrado III. in Bremetensi monasterio adiectam prioribus quinque libris apud S. Andream ante a. 1027. scriptis. Sed non est quod hoc ipsi vitio vertamus; quum enim prorsus ignoraret signa supplementis apposita, iure suo de uno scriptore dubitavit vir acutissimus, quem merito maximi faciunt Itali. — Eodem quo haec tempore, alia quoque in prioribus libris correxit auctor; et tunc etiam IV, 18. eum adiecisse crediderim ultimos duos abbates Benedictum et Adregondum, si modo haec nomina ipsius sunt, nec ab alio interpolata. 15) „Volkssagen“: de osse S. Petri I, 7; de S. Eldrado et anguibus I, 12; obitus Bertae II, 4; de thesauro Montis Romulei II, 5; Waltharii peregrinatio, pugna eum latronibus, sepulchrum II, 7. 10—12; de Ebraldo latrone, Karoli prandio, ioculatore, Papia capta, Desiderio caecato III, 7—14; de audacia Algisi et insidiis ei a Karolo factis III, 21—23; de diabolo pugnam Fontaneticam nuntiante III, 29; fuga Adeleidis reginae V, 10—12; de vulpe diabolica app. 13. Quodammodo etiam miracula huc pertinent, de quibus vide statim. 16) ipse citat I, 9. II, 2. 3. 5. 10. 13. 15. 20. III, 14. 30. 31. 32. V, 8. 23. 27. 29. 31. app. 7. 17) II, 8. 9. Hoc carmen, ex epica Germanorum poesi multum antiquiore sive ab Ekkehardo apud Sanctum Gallum, sive Floriaci a Giraldo in Latinos versus redactum saeculo decimo, post Fischerum et Molterum ediderunt Iacob. Grimm et Schmeller Lateinische Gedichte des zehnten Iahrhunderts. Gott. 1838. 8. quem diligenter legas instar omnium, de carmine ipso et vero de nostro chronico doctissime agentem. Mirum est, quam celeriter quamque late hoc carmen ineunte saeculo undecimo percrebuerit; codices enim habebantur in Germania nostra, necnon in Belgica, in Flandria apud S. Bertinum (cf. Annales nostros VIII. p. 413.), fortasse et in Gallia, in Helvetia apud Sanctum Gallum, apud Engelbergenses (cf. Pertz in Annalibus VII, 179.) et Fabarienses (in Libro Viventium monasterii Fabariensis, iam in archivum Sancti Galli translato, p. 3. enumeratur thesaurus ecclesiae sub abb. Henrico a. 1155, in quo tunc inter multos alios libros erat *Waltarius Omerus Fulgentius et Troiana historia in uno volumine*, iam deperditus); in Italia denique apud Novalicium. Rochex p. 34 narrat: „Ce Waltharius etoit Ongre de nation . . . . . connétable d'Ongrie . . . . il eut une sainte dame pour femme, premiere dame de la reine d'Ongrie . . . . . ils se resolurent d'abandonner la cour . . ils en sortirent donc secretement, la femme habillée en habit d'homme, et se vinrent rendre à l'abbé qui étoit alors à la Novalese . . . . . il leur demanda qu'elle étoit leur profession, ils répondirent avec respect, qu'ils ne sçavoient que celle de jardinier . . . . . . Cette femme toûjours tenue pour un homme, passa plus de cent années de vie dans cette abbaye en grande opinion de sainteté, là où elle finit ses jours . . . et il est de croire qu'elle fut reconnue étant morte, et que son mary raconta ce qu'ils étoyent . . . .“ ex traditione sumpta, nam Actus Waltharii non habuit. Sed Rochex is est, cui unum verbum acceptum sufficiat, ut amplam inde historiunculam componat. 18) II, 7. *tuncque illam quam olim ferunt peregrinationem habuisse, aggressus est,* quam carmine Latino expressam fuisse credo ob versus in initio eiusdem capitis citatos, qui non possunt nisi inde sumpti esse. Non diversum ab hoc opus fortasse quod citatur II, 12 *in Actibus vitae eius cognoscitur, quibus extiterit temporibus.* cf. III, 3 ex. Ceterum Waltharius heros Aquitanus et Waltharius monachus Novaliciensis utrum iam ab initio unus fuerit atque idem, an sint duo, postmodum tantum in unum coniuncti, aliis dirimendum relinquo. 19) I, 1. II, 6. III, 17. 18. 24. 26. IV, 20. V, 21. app. 1. 3.

20 *scriptiones*[20], *Agobardi epitaphium Karoli Magni*[21], *notam chronologicam*[22], *car-*
men historicum fortasse Benzonis[23], *historiam Romanam*[24], *Paulum Diaconum*[25],
Gregorii dialogos[26]. *Legit etiam vel citat saltem Terentium*[27]; *sed metri antiqui*
ne sensum quidem habuisse videtur[28]. *Sermone utitur plane barbaro, sonitu*
aequali gaudens ex more illius saeculi[29], *rarius tamen. Artem historicam*
30 *frustra apud eum quaesieris; componit enim res, prouti in mensem inciderant*[30].
Ob errores multum notatur a Muratorio, iusto acerbius. Erravit quidem
saepissime[31], *sed nunquam sciens falsa dixit; miracula*[32] *tunc quivis vera cre-*
debat; narrationes vero populares tantum abest ut cum Muratorio vituperemus[32*]
in nostro, ut in iis potius summum eius meritum videamus atque praestantis-
simum. Quae enim narrat historica, aut non magni momenti sunt aut aliunde
etiam nota; fabellae autem populares suavissimae omnino deperditae forent,
ni noster eas conservasset. Atque ut taceamus de reliquis: Waltharius locum
33 *ipsi assignavit in historia poesis nostrae heroicae*[33]; *Karoli vero visio, pugna*
cum Ebrardo, prandium, traditor viam monstrans, transcornati, pugna in
Clusis, filia regis proditrix equorum ungulis conculcata, Papia capta, Desiderii
pietas et occaecatio, Adalgisi audacia, Bertae obitus ad fores ecclesiae —
haec omnia, coniunctis quae apud Monachum Sangallensem et Iacobum Aquen-
sem leguntur, cyclum popularem extitisse demonstrant, cui ad magnum carmen
epicum nil defuit nisi quae et Witichindo, victoria. Sed ob hoc ipsum tanto
pluris faciendae mihi videntur hae reliquiae, prae ceteris vero venerandae
34 *Italis, eo quod hi poesis ipsorum romanticae hic habent incunabula*[34].

Codex chronici unicus, a. 1693. *adhuc Novalicii in capsa servatus, postea*
cum chartis monasterii Taurinum devenit in archivum regium, inter Novaliciensia
mazzo 2. *n.* 20; *quem ipsius auctoris esse, primus Pertz indicavit*[35], *deinde*
Combettus probavit pluribus. Est rotulus, consutus ex membranis latis palmam
unam, longitudine inaequalibus; quarum aliquot deperditis, supersunt 28, *quae*
coniunctae habent paulo plus undecim metris mensurae Gallicae. Prior pagina
exarata est a summa ad imam; in altera calamus substitit fere media.
Scriptus fuit codex saeculo XI medio, partim a scribis, partim ab ipso auctore.
Pingonius adhuc integrum vidit, Baldessanus iam sex prioribus capitibus caren-
tem; nec plura interciderant tempore Duchesnii; at quum Malaspina eum in
usus Muratorii describendum curaret, eadem iam deerant quae nunc. Nam incipit
demum a verbis I, 12. nomine Eldradus *in imo folii deperditi fragmento, manu*
scribae, qui calamum atque atramentum aliquotiens paululum immutavit. Cum
36 *II,* 9. *alia manus sequitur concisior, ipsius auctoris*[36]. *Hunc versus finem eius-*
dem capitis cum novo folio alter scriba excipit, calamo aliquoties mutato per-

20) II, 14. III, 19. 21) III, 27. 22) quam nescio ubi repertam, ad verbum descripsit amanuensis eius app. 2. 23) app. 5. 24) V, 29. 25) I, 10. III, 1. 26) V, 32. 44. 27) V, 9. 28) vide quomodo versus hexametros mutilaverit III, 19. et in historia Waltharii. 29) III, 7. 10. 16. V, 10. 30) III, 26. V, 11. 23. cf. notam 9. 31) I, 1. 2. 9. II, 4. 5. 14. 18. III, 1. 7. 15. 23. 26. 27. 28. 30. 31. IV, 18. 20. V, 10. 12. 22. 28. app. 15. 16. 32) I, 7, 9. 12. II, 15. 20. III, 12. V, 27. 30—37. 41—47. app. 7. 8. 32*) cf. tamen Antt. Ital. III, 963. 964. 33) Wilhelm Grimm deutsche Heldensage p. 36. Iacob Grimm Lateinische Gedichte des zehnten Iahrhunderts p. 56. Gervinus Geschichte der deutschen Nationallitteratur I, 101. 34) Incunabula dico, nam carmina de Albuino, Authari, Theudelinda, Langobarda erant, Germanae itaque originis, non Itala. Multum a vero aberravit, quum tamen vero proximus esset, Napione Piemontesi illustri IV, 151. et post eum abbas Valperga di Caluso ob res Waltharii narratas *inventore di romanzi Italiani* dicentes nostrum, qui illas, in Germania ortas, ex carmine Latino ultra Alpes condito desumpsit. Recte igitur contradicit Sauli in libro elegantissimo sulla condizione degli studj nella monarchia di Savoia. 1843. 4. p. 19 sqq.; at neque hic attendit, revera a chronographo nostro servata esse poesis Italorum epicae prima initia, at non in hisce de Walthario, sed in III, 6—14. 21—23; servata — nam noster ea non effinxit. 35) in Annalibus nostris V, 40. 36) ut apparet ex iis, quae eadem manu per totum codicem supplevit et

Adamus Bremensis.

1. Cod. Lugdunensis Vossianus.

illa uidet*ur*. que initiu*m* habet ab n*ost*ra hammaburgensi parrochia. 7 porrigit*ur* more*m* orientem infinitis aucta spaciis. usq*ue* i*n* beguariam. ungriam & greciam. Populi sclauo*rum* multi. quo*rum* p*ri*mi, ab occidente confines transalbianis waigri. Eo*rum* ciuitas aldinburg maritima. Deinde secuntur obodriti. qui nunc reregi uocantur. 7 ciuitas eo*rum* magnopolis. Item uersus nos polabingi. quo*rum* ciuitas raciesburg. Ultra illos sunt linoges. 7 warnabi. Mox habitant chizzini 7 circipani. quos a tholosantibus 7 retheris separat flumen panis. 7 ciuitas dimine. Ibi est terminus hamaburgensis parrochie. Sunt 7 alii sclauo*rum* populi. qui inter albiam et oddoram degunt. sicut heueldi qui iuxta habolam fluuium sunt. 7 doxani leubuzzi. wilini et stoderani cum multis aliis. Inter quos medii 7 potentissimi omnium sunt rethari. ciuitas eo*rum* wlgatissima rethre. sedes idolatrie. Templum ibi magnum constructum est demonibus. quo*rum* princeps est redigast. Simulacrum eius

(margin: cos. inde behemos. ab oriente rezzos. / Aldinburg ciuitas magna sclauo*rum* qui waigri dicuntur sita est iuxta mare quod balticum uel barbarum dicitur itinere dierum ab hamaburg. 7 sic. / Chizzini 7 circipani cis panim)

W. Wattenbach scr.

2. Cod. Hafniensis № 2296.

Narrauit nob*is* diu memorandus rex dano*rum*. qui omnes barbaro*rum* res gestas ac si scripte essent in memoria tenuit. aldinburg ciuitatem populosissimam de xpianis inuentam esse. Sexaginta uero presbiteri ceteris pe

(margin: Aldinburg ciuitas magna sclauo*rum* est. qui waigri dicuntur. sita iuxta mare quod balticum uel barbarum dicitur itinere dierum ab hammaburg.)

3. Cod. Vindobonensis Salisburg. 413.

Beatissimo patri et electo celitus archiepiscopo hammaburgensi. LIEMARO. Adam minimus s*an*c*t*e bremensis ecclesie canonicus integre deuotionis paruum munus. Cum in numeru gregis n*ost*ri pastor euglice a decessore u*est*ro colligeret. sedulo operam dedi. ne p*ro*selitus et aduena tanti muneris beneficio ingratus existerem. Moxque ut oculis atq*ue* auribus accepi ecclesiam u*est*ram antiqui honoris priuilegio nimis extenuatam multis egere constructo*rum* manibus. cogitabam diu quo laboris n*ost*ri monimento ex

(margin: Anno d*omi*ni. 1000. Gens ungarorum ad fidem conuertitur. per gislam sororem imperatoris. que nupta regi ungarie. ipsum regem induxit ut se 7 suos baptizari faceret. 7 in baptismo stephanus 7 appellatus. a papa s*an*ctus fieri meruit.)

G. Waitz scr.

F. Goldhann scripsit

Chronicon Novaliciense.

manus auctoris

Post paucos u*ero* dies. aduenerunt legati caroli imperatoris in italiam. causas ipso*rum* hominum et alio*rum* discutiendas. inter quos adfuerunt rapto comes et andreas ep*iscopu*s atq*ue* capellan*us* domni imperatoris. cum quibus etiam interfuerunt multi iudices et scauinis cum sculdasciis, quo*rum* nomina dicere potuissem. si ad alia gressum cerno uertere*m*. et residerunt in ciuitate ticinensi. Tunc pater frodoin misit duos ex suis. adam scilicet et dodone monachos cum rampto aduocato de selecto

m. scribae in appendice.

tuo. abiit cumensem ep*iscopu*m leutcherium dedit p*er*misit iure iurando spoponedit. et ep*iscop*o. clericis fidelibus et famulis Inter om*n*s quingenti libras p*ro* bremetensi abbatia ut pare ceptaculit. uendidit

manus scribae

pedibus cum quibus huc uenisti eu ne quibus in capa iaremeare. Amouenteresq*ue*, igitur p*ro*nuis ea multumq*ue*; ei sun plagentes. inde usq*ue* ticum ei pro tendentes sepulturam. adultimum cum maximo ho

eiusdem; finis codicis.

in priori p*re*cepto quod nob*is* de eandem abbatia m fecit. ut nullus rex nec imp*erato*r ultra sub iugatione alicui eam traderet.

L. C. Bethmann scr.

St. v. J. G. Schmidt in Hann.

gens usque ad finem folii, in medio c. 15. Posthaec folium unum intercidit; in sequenti pergit manus aut praecedentis scribae aut primi, usque ad libri secundi finem. Post hunc auctor calamum resumpsit, sed iam post paucas lineas primo scribae tradidit. Qui quum ad medium c. 18. libri tertii venisset, auctor hunc ultra quam prius proposuerat deducere statuit. Inseruit igitur post indicem capitum membranulam, in qua tredecim indiculos supplevit; dein continuo calamo, atramento uno, a medio c. 18. pergit usque ad finem libri; tunc alio calamo indicem libri quinti subiecit. Hic desinit prior pagina rotuli; altera initio deperdito iam incipit in medio indice quinti libri, manu scribae ut videtur primi, quae usque ad finem c. 12. pertingit. Ibi iterum auctor calamum sumens, continuum ducit usque ad finem c. 20; abhinc paulo post ad c. 32; tum ad finem libri, ubi calamum deposuit. Tunc sequitur manus alia, simillima primum, sed sensim habitum plane mutans, quae scripsit appendicis tria capita priora. Posthaec folium amissum; sequens incipit: Post obitum etc. manu aut praecedentis scribae aut primi, quae continua decurrit usque ad: eam traderet. Ibi desinit in media pagina; reliqua vacant. Auctor et hic quaedam correxit, singulisque capitibus signa apposuit, ubi inserenda essent quarto quintoque libro. Post eum, versus finem saeculi ut videtur, alius quispiam atramento nigro, litteris rudibus, per priores tres libros multa correxit, non res, sed verba tantum, unice ut sermonem rusticum paulo cultiorem redderet; at quum hoc parum profici videret in tanta barbarie, iam ante finem libri tertii fessus calamum deposuit. Quas correctiones, quum non sint auctoris, omnino censuimus negligendas.

Huius codicis apographa recentiora duo habentur in archivo regio, ex quibus fluxit editio Muratoriana: Malaspinae abbatis Derthonensis alterum, alterum comitis de Robilant; utrumque factum ex codice iam ita manco ut nunc est, nullius igitur utilitatis. Sed quum adhuc integer esset, Philibertus Pingonius quaedam inde excerpsit, quae iam in eodem archivo servantur inter Novaliciensia m. 2. n. 20, brevissima quidem, duorum tantum foliorum, sed ex quibus multa supplere potuimus. Usus est his excerptis Pingonius in Augusta Taurinorum, a. 1575. edita; sed cave credas, omnia quae ibi „ex chronico Novaliciensi" citantur, et in excerptis legi; nam et quae ex hisce excerptis coniectando concludit in libro suo, ita indicat. Itaque ad nostrum supplendum excerpta quidem Pingoniana utilissima sunt et fide digna, liber eiusdem nequaquam adhibendus. Paulo post Guilielmus Baldessanus codicem excerpsit iam quidem mutilum, sed multo minus quam nunc est; nam praeter sex priora libri primi capita atque initium libri quarti reliqua tunc adhuc aderant, quae inde ex parte suppleri possunt; nam neque Baldessanus ad verbum omnia excepit, sed multa contraxit. Autographum eius, quod sub finem adhuc saeculi praeteriti Taurini apud patres societatis Iesu inter miscell. YY. 20. servabatur, iam non habemus; sed Terraneus et De Lewis illud tanta cum diligentia exceperunt, ut ipso facile carere posse videamur.

Editum primo fuit chronicon a. 1636, 1641. ab Andrea Duchesne in scriptoribus historiae Francicae II, 223. III, 635. ex ipso codice Novaliciensi, tunc primis tantum sex capitulis carente. At non omnia dedit Duchesnius; duos priores libros omnino reiecit, ex reliquis non pauca omisit. Vel sic tamen

correxit; quae eiusmodi sunt, ut nonnisi ab auctore ipso possint esse profecta. Auctor in orthographia non plane sibi constat; *karolum* rarissime scribit, plerumque *carolum*, et semper fere *hii*, *mi*, *nil*, *ré*. In diplomate etiam Adeleidae comitissae a. 1039. dato, originario et plane genuino, iam *hii* legitur.

lacuna libri quarti ex eo maxime suppleri potest, et reliqua eum satis accurate codicem expressisse docent: deinde **Rochex** la gloire de la Novalese, Chamberi 1670. 4[to] *excerpta dedit multa et magna, sed ex quibus unum tantummodo locum lucrati sumus, a reliquis excerptoribus praetermissum. Post hunc Marcus Antonius* Carretto vita di San Eldrado, Torino 1693. 4[to] *chronicon integrum edere voluit una cum codice diplomatico Novaliciensi; sed hic liber, nullius pretii, quippe totus exceptus ex Rochexio et vita S. Eldradi, in p.* 114 *abrupte finitur in mediis rebus, neque quod daturus erat chronicon cum chartis unquam lucem vidit. Integram editionem primus dedit Muratorius a.* 1726. *in scriptoribus rer. Ital. II,* 2, 697. *ex apographo Malaspiniano, manco et malae notae, quod a.* 1740. *in Antiqq. med. aevi III,* 963. *ex Robilandiano supplevit. Inseruit suis locis, quae Duchesnius ex libro quarto excerpta dederat, et notulas quasdam aspersit, raras nec ab ipso magni factas, quippe qui auctorem Novaliciensem nimium despiciebat. Novam editionem Terraneus paravit; descripsit textum Muratorianum, cui excerpta Baldessani apud patres S. Iesu tunc servata inseruit primus, versus de Walthario ex coniectura restituit, adiecit varias lectiones editionis Duchesnianae, necnon et notas, in quibus quaedam insunt bonae frugis. At qui multa incepit, nil finivit, hanc quoque editionem imperfectam reliquit inter schedas suas iam in bibliotheca universitatis Taurinensis conservatas. Idem Eugenio de Lewis accidit. Hic quoque, nesciens quae Terraneus iam paraverat, editionem Muratorii ad verbum descripsit, Baldessani excerpta ex eodem quo Terraneus autographo supplevit, varias lectiones Duchesnii adiecit omnes, codicis vero autographi Novaliciensis — mirabile dictu! — aliquas tantum; versus de Walthario ex Fischeri editione hic illic refecit, commentarium denique confecit amplissimum, sed ex quo nil plane discas novi. Neque haec lucem viderunt, sed incognita plane iaciebant sub acervo vetustarum chartarum in archivo Oeconomatus Taurinensis, ubi Novaliciensia quaerens, in ista incidi. Nomen non praefigitur; sed Eug. de Lewis esse, Ill. Gazzerae est coniectura, quam scripturae eiusdem specimen postea confirmavit. — Codicem autographum primus expressit Coelestinus* Combettus chronicon Novaliciense, Taurini 1843. 8[vo] *et in Historiae Patriae Monumentis V. Editor hic illic quidem sermonem barbarum de suo emendavit, maxime sub initium, et correctoris illius de quo supra dixi interpolationes ubivis recepit; sed vel sic haec editio omnium longe praestantissima est habenda. Primus enim signa illa indicavit Combettus, e quibus naturam atque originem appendicis discimus, atque singula eiusdem capita ibi inseruit, ubi signa, et si haec deerant, ubi sensus iubere videbatur. Inseruit praeterea suis locis excerpta non solum Duchesnii, sed et quae hic primo lucem viderunt Baldessani ex apographo Terranei, et Pingonii ex autographo, ita ut haec editio non solum accuratior prioribus, sed et multo prodierit auctior.*

Ex eodem codice nos quoque chronicon hic proponimus. Quae corrector de suo ibi mutavit, eorum non habuimus rationem; reliqua religiose notavimus omnia. In appendice codicem ad litteram exprimere maluimus, quam singula praecedentibus libris inserere; nam praeter quod in multis, immo in plurimis, signa desunt, adeo ut haec aut ad libitum distribuere oportuisset, aut vel ex iis appendicem facere: ita demum apparebit, quomodo haec collecta fuerint et condita ab auctore, quae eorum origo, quae ratio, quae denique forma codicis. Eandem ob causam ordinem quoque indicum intactum reliquimus, quamvis ab ordine capitum saepius recedat. Excerpta Duchesnii ex ipsius libro dedimus,

Pingonii ex huius autographo, Baldessani ex apographis duobus Terranei atque De Lewis. In notis maxime ad chronologiam et ad errores nostri indicandos attendimus; in abbatum vero serie atque tempore quum et noster saepius fallatur, et Pingonius, Della Chiesa, Ughelli, Rochex, Carretto plurima falsa protulerint, quae uno alterum exscribente, ex testium numero fidem quandam nacta erant: nos ex diplomatibus maxime Novaliciensibus ante omnia ea ponenda censuimus, quae certa sunt. Quae in unum collecta, chronico subiecimus, ita et lectorum commodis, et disquisitionis tum perspicuitati tum brevitati melius consultum credentes, quam si singula per notas distribuissemus. Multum in eo adiuti sumus necrologiis duobus, ab Illustri Gazzera gratiose nobiscum communicatis; unde excerpta quae ad chronicon faciunt chronologiae abbatum tanquam fontes atque probationes praemisimus.

Augustae Taurinorum, mense Aprili 1845.

L. C. BETHMANN.

LIBRI PRIMI FRAGMENTA.

[1.[a] Abbo . . . Temporibus, quibus servabatur adhuc mos antiquus Romanorum, quo quisque solvebat censum Romae, pro unoquoque capite dabat nummum; et cum ex longinquis regionibus convenirent, nonnulli in fluminibus peribant, alii a latronibus interficiebantur vel depraedabantur, alii ex lassitudine ipsa itineris moriebantur. Et cum
Abbo resideret in civitate Secusina[1] in terra dicta Viennensis, in ipsa valle apud Nova- 1
lesium monasterium fundavit in honorem beati Petri pro anima suorum parentum, et 726.
pro amissione sui filii; et voluit quod census qui deinceps e Gallia Romam portabatur,
ibi portaretur[2] . . . Et testamentum fecit, quod Valchino archiepiscopo Ebredunensi, 739.
cuius nepos ipse fuerat, conscribi fecit et per Cudebertum clericum scribi[3].]

[2.[b] Et cum Theodoricus, non rex Francorum, qui filius reginae Brunechildis, quae beatum a Luxovio expulit Columbanum, sed ille rex Gothorum, qui occidit duos senatores preclaros et exconsules, Simachum et Boetium; qui quinquagesimo octavo die postquam papa Iohannes defunctus est subito mortuus est . . . et Romae impeditus intrare Constantinopolim venit, et a Zenone imperatore honorifice sussceptus, et ei statuam auream equestrem fecit, et eum regem Italiae constituit; et venit et pugnavit apud Veronam contra Odoacrem, et Ravennae eum occidit, et rex factus. Et quinto anno
regni sui Abbo construxit monasterium Novalici . . . Godonem abbatem constituit . . .[4]] 4

a) *Ex excerptis Pingonii. Numeros hic non praeposuit; quos supplevimus.* b) *Ex excerptis Pingonii.*

1) Susa. 2) *pro anima — portaretur* de suo auctor addidit; non habentur in fundatione d. 30. Ian. 726 conscripta, quam ex ipsa charta vere genuina archivi regii Taurinensis inter Novalicienses I, 1. ediderunt Rochex gloire de la Novalaise p. 42. Datta in Memorie dell' Academia di Torino XXX, 208; Historiae Patriae Mon. Chart. I, 15. 3) a. 739. Huius testamenti exemplar primitivum interiit; extat tantum copia confirmationis eiusdem per Karolum Magnum factae in chartulario Gratianopolitano, unde ediderunt Cointius ad a. 789, Mabillon R. D. p. 507. et ex hoc Muratori SS. II, 2. 744. At verba *cuius nepos ipse fuerat* ibi non leguntur; quae falsa esse contendit Terraneo Adelaide illustrata I, 22. Nata sunt ex verbis chartae *domino et in Christo patre nostro Walchino* falso sive lectis sive intellectis; quod fugit Terraneum. 4) Quaecunque noster de initiis monasterii Novaliciensis ante a. 726. hic et in sequentibus et II, 14. habet, fabulae sunt, at non inventae, sed natae ex verbis fundationis *anno quinto regnante domino nostro Theoderico rege.* Huius, Calensis, memoriam Magni Theoderici gloria facile oblitteravit, eodem plane modo quo Karolo Magno nonnunquam tributa sunt quae alii Karoli fecerant. Fovit errorem atque ampliavit gloria ex antiquiore origine quaesita; faciliorem etiam reddiderunt vastationes paganorum, quo nomine Langobardi et Sarraceni comprehendebantur atque nonnunquam confundebantur. Ita fabulae huius capitis et II, 15. natae sunt; sed non ante saeculum undecimum. Karlomannus enim, Karolus Magnus, Belegrimus abbas, Iohannes XIII, Otto I, Benedictus VIII omnes expresse dicunt in diplomatibus, monasterium ab Abbone fuisse aedificatum atque fundatum tempore Karoli principis. Sequentibus saeculis alia adinventa: Priscillam matronam Neronis propinquam cum multis aliis christianis, inter quos Elias et Miletus, a Roma in vallem Segusianam recessisse ad vitam

[7.[a] Narrat sanctimonialem quandam e Gallia Romam profectam, post multas orationes et ieiunia in templo sanctorum Petri et Pauli factas[b] impetrasse divinitus, ut unum ex dignis beati Petri apostoli[c] ossibus, ignorantibus cardinalibus, id est custodibus, cum multo timore acciperet, ac sibi sub maxilla, nescio qualiter, absconderet, deprecans obnixe[d] Dominum, ut illi daretur copia ferendi tanti patroni membrum.]

[8.[e] Inde vero digrediens, cum vallem Segusinam invenisset, ubi hodie Novaelucis[f] dicitur, nocte sibi superimminente quievit, et ob nimiam lassitudinem aliquantis diebus morata, sub quodam tuguriolo tacita residebat sola.]

5 [9.[g] Cum autem senior[5] quidam de partibus Galliarum Romam contenderet cum multa servorum turba, amisso itinere in his partibus, iussit unum ex iis in altam arborem ascendere, ut exploraret vicina loca. Qui viso fumo, eo perrexit et monialem illam in tugurio invenit. Ad quam cum dominum suum adduxisset[h], illaque veneranda reliquias exhibuisset, dicenti seniore, non satis sibi de illarum veritate constare, iussit illa duos scyphos afferri, alterum mero plenum alterum aqua, et hunc quidem contactu reliquiarum subito in vinum convertit[i] . . . . . Tradunt autem quidam, quod 6 ipse senior fuerit dominus Abbo Romanorum patricius[6], qui fuit Novalitiae fundator.]

[10.[k] Destructum deinde coenobium, primo a ducibus Langobardorum Amone,

a) *Ex exc. Baldessani, quae incipiebant* Ex libro I. cap. VII. *Terraneus voces* narrat *et* id est custodibus *et* nescio qualiter *excerptoris esse putat. DeLewis vocem* narrat *omisit, reliquas habet.* b) facta *Terr.* c) *deest Terr.* d) obnoxie *DeLewis.* e) *Ex exc. Baldessani. Numeros ibi non habebant hoc et sequentia capita; quos Terraneus de suo supplevit, DeLewis omisit.* f) Novalicium *DeLewis.* g) *Ex exc. Baldessani.* h) advocasset et add. *DeLewis.* i) *Hic Baldessanus notarat* „Reliqua legi non possunt, nisi quod videtur innuere, diu perseverasse vinum illud, et monacham ibi humatam quievisse. Tunc pergit: Tradunt etc." *Haec* Tradunt — fundator *omisit DeLewis.* k) *Ex exc. Baldessani. Pingonius hoc caput ita exhibet:* Destructus est locus Novaliciensis tribus vicibus a Saracenis prima vice a tribus ducibus Longobardorum, Amo videlicet Zaban et Rhodanus secunda vice quando Arnulphum monachum interfecerunt tercia quando monachi ipsius loci ad Taurinensem urbem ad habitandum venerunt et hoc sub abbate Bonito, qui fuit quintus a b. Benedicto, et reedificavit Petronacus quidam nomine sub Gregorio papa. Igitur septem annis p. L. Italiam et Romam vi ceperunt, et duo duces iverunt per montem Generam (?) et tercius Rodanus per Cinitium transierunt et Gallias vastarunt.

religiosam ibi agendam; ibi a S. Petro apostolo visitatos, et ab ipso primum oratorium Salvatori consecratum, quod postea gratitudo incolarum S. Petro dedicaverit. Per Vandalos in Nova Luce 300 monachos interfectos, per Attilam 500. Haec noster nondum habuit; Pingonius enim atque Baldessanus neque in excerptis ea afferunt, neque in libris suis tale quicquam narrant (Pingonius in Augusta Taurinorum, Baldessanus in historia ecclesiastica, quae manuscripta servatur in archivo regio Taurinensi, ne ibi quidem, ubi occasio illud quam maxime exigebat. Pingonius ea tantum habet, quae noster; sed quum annus fundationis 726 iis contradicere videret, ad hunc nodum solvendum ait ad a. 756: *Abbo patricius Romanus . . . Novalicium coenobium in situ iacens et iamdiu incultum novis aedificiis restituit.* Ita duos Abbones statuens veteri errori novum adiecit. Pingonium plane secutus est Augustinus Ab Ecclesia Pedemont. chronol. historia Taurini 1645. 4to, quem iterum exscripsit Ughelli IV, nil novi addentes. Fabulas illas de S. Petro et Priscilla primus in lucem protulit Ferrerius in vita S. Eusebii Vercellensis. Verc. 1609. 4. sed brevissime, haec tantum dicens p. 28: *S. Petrus, ut habemus ex cronicis Novaliciensis antiquissimi monasterii, ad Alpes usque Secusiam et Novalitiam pervenit;* quae chronica nequaquam nostra esse, sed saeculo XII. non antiquiora, iam vidimus. Deinde Britio progressi della chiesa occidentale. 1648. 4. „ex archivis Novaliciensibus" fusius narrat p. 71. Priscillae recessum, Petri iter, oratorii dedicationem; p. 73 idem S. Petro dicatum; p. 207. a Wandalis interfectos trecentos monachos; p. 237. ab Attila quingentos. Haec sunt omnia quae Britio habet. Rochex denique ex his omnibus librum conflavit La gloire de la Novalese. Chamberi 1670. 4. quem ambiges utrum ineptiorem dicas an lepidiorem. Sane hic confusionem ad summum perduxit. Rochexium ultimus exscripsit Marcantonio Carretto vita di S. Eldrado. Tor. 1693. 4. p. 47 sqq. Verum viderunt primi Henschen in Actis SS. 13. Mart. atque Mabillon Ann. Bened. II, l. 21; Muratorius assensit, Terraneo denique in Adelaide I, 8. amplissime probavit. 5) seigneur. 6) ita et II, 6. 18. et in indice II, 13. 19. Muratori hunc Abbonis patriciatum omnino fictitium dicit, natum ex pruritu origines monasterii illustriores reddendi. Terraneo Adel. I, 22. defendit, at non Romanum fuisse, sed Provinciae; id quod iam Rochex p. 63. dixerat. Datta in Memorie dell' Academia di Torino, XXX, 184. ostendit, neque in ipsa fundatione a. 726. neque in testamento a. 739. neque in sequentibus chartis Abbonem unquam dici patricium — nam illa Karoli Magni apud Ughellium IV. Hist. Patr. Mon. I, 53. et altera Ludovici Pii a. 814. falsissimae sunt, seculo XI. confectae — et quum probet, nostrum Abbonem eundem esse, qui in chartis duabus anni 780. apud Cointium VI, 183. Martene coll. I, 41. patricius vocetur, tamen ibi quoque per errorem ita vocatum putat. Quod aliis probandum relinquimus. Sed utut sit, noster hunc patriciatum non invenit, sed legit iam in epistola Belegrimi abbatis a. 970. infra edenda, et in bulla Benedicti VIII. Bremetensibus concessa a. 1014. in Hist. Patr. Ch. I, 399. quae tamen copia tantum est saeculi XI. ex. ni omnino spuria. Igitur iam saeculo X. Abbo patri-

Zaban et Rodano[7]; secundo quando quendam monachum religiosissimum nomine Arnulphum interfecerunt; tercio quando monachi ipsius loci ad Taurinensem urbem inhabitandam venerunt. Ingressi[8] igitur Longobardi Italiam, Romam ceperunt et montem Cassinum ad solum usque deleverunt. Facta est autem hec destructio sub abbate Bonicio, qui fuit quintus a beato Benedicto. Mansit autem locus ille lucis absque alicuius hominis habitudine centum et decem[a] annos.]

[11.[b] Igitur septem annis postquam Longobardi Romam vi acceperant, egressi tres duces supradicti in Galliam ad predandum, Amo quidem et Zabam per montem Geminum ascenderunt, Rodanus vero alteram viam carpens, per montem Cinisium ad Gratianopolim cum suis ascendit. Qui cum ad Novalitiense venisset coenobium, multos ex illis monachis, qui pro Domino mori non recusaverunt, quorum milites sanctiores erant, interfecit; alii vero per finestras et ostialia per devia montium et rupium fuga evaserunt. Tunc autem direptum et incensum monasterium; duo soli vero pueri sub pallio altaris latentes divinitus salvati sunt[c] . . . .]

[12. In dicto quoque monasterio fuit olim quidam abbas[d]] nomine Elderadus sa[nctitate fulgens, et sapientia] plenus, miraculis clarus. Hic multum thesaurum in ipso fabricavit vel adunavit loco, quemadmodum odie cernitur in ipsis vasis aureis vel argenteis vel libris ab ipso compositis. Eodem autem tempore venerunt quidam monachi in ipsam abbatiam ad abbatem Eldaeradum, virum per omnia sanctisimum, qui habitabant in vallem Brianconensem, ubi odie dicitur Monasterium[9]. Habentur namque in dicto vico balnea calida, muro et calce olim composita, et quatuor ecclesie ab eisdem monachis edificatae, una in honore sanctae Dei genetricis, alia namque in honore beati Petri, tercia vero in honore sancti Andreae, et quarta in honore beati Martini gloriosi confessoris. Vallis ipsa venacionibus et piscacionibus apta, sed a serpentibus oppido infesta. Hii vero monachi, ut supra dixi, cum venissent ad abbatem Elderadum, insinuaverunt illi omnem molestiam illarum serpentium dicentes: *Domine*, inquiunt, *nequimus ultra manere in eundem locum, ubi actenus habitavimus, propter multitudinem serpentium inibi manentium.* Qui ait illis: *nolite timere, sed revertimini et terram illam more solito operamini. Ego enim ocius subsequar vos.* Illis autem regredientibus, secutus est eos abbas ille venerabilis cum aliquantis fratribus. Ubi cum pervenisset ad predictum vicum, oratione facta in circuitu ipsius vici, cum ferula quam manu gestabat cepit ire, ac multitudinem serpentium congregans, adunavit eas in loco quodam modicum cavato, ibique precipiens eis in nomine Domini cunctis diebus manere, dicens: *Etiam si contigerit vobis usquam progredi, precipio vobis in nomine Domini, nemini hominum noceatis.* Quae usque in odiernum obediunt cuncte abbatem illum diem; sed cum a magno estu contigit eas calefieri, videntur aliquantulum peragrare per vicum et per domos intrare et ad ignem usque progredi, aliquando inter duos iacentes in lectum inveniri, aliquando vero in cuna cum puero os ad ore cubare absque ullo nocumento. Est autem locus ille ubi predictae manent serpentes modicus; quae manent in petrarum foraminibus, et est locus ipse situs iuxta Aguzane fluvium.

c. 827

EXPLICIT LIBER PRIMUS.

a) *ita DeLewis; Terraneus omisit* centum et b) *ex exc. Baldessani.* c) *Hic Baldessanus addiderat:* „Sequentia ad verbum legi non possunt, videtur tamen narrare mortem cuiusdam sancti monachi, quem beatum Arnulphum vocat, clarum miraculis.“ *Britio p.* 385. *haec fusius narrat, sed proprio Marte, ita ut ex eo noster nequaquam possit suppleri.* d) *Hic incipit codex ipse. Verba* In d. q. m. f. o. q. abbas *atque* nctitate f. et sapientia, *in codice abscisa, supplentur a Baldessano, qui pergit:* fulgens et sapientia, mir. clarus, qui monasterium instauravit. Huius tempore habitabant monachi in valle Briensonensi, ubi erant balnea calida *etc.*

cius credebatur. *Romanum* noster de suo adiecit, at non fraude ut Muratorius iniquius censet; sed quia nunquam de aliis patriciis audierat nisi de Romanis, hunc quoque Romanum credidit. 7) vide notam 4. Vastaverunt tunc a. 575 Langobardi monasterium Ulciense in valle Bardonisca, cf. infra II, 15. Quod quum postea Novalicio subditum esset, eo facilius error nasci potuit, et Novalicium tunc fuisse dirutum, praesertim quum memoria dirae illius caedis firmissime per saecula mentibus hominum inhaereret. 8) Haec ex Paulo Diac. IV, 17 sumpta sunt et acciderunt a. 589. secundum Sigonium, a. 580. ex Mabillonio. Pingonius Aug. Taurin. ad a. 575. ea de Novalicio dicta putans, effecit inde Bonizonem abbatem Novaliciensem quintum! Quem secuti sunt Rochex et Carretto, multa narrantes de hoc Bonizone qui nunquam extitit. 9) Le Monestier vicus prope Briançon. COMBETTI. Quae sequuntur, ex nostro transierunt in Vitam sancti Eldradi n. 7. Cf. quae in praefatione monuimus.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI II.

EXPLICIUNT CAPITULA LIBRI SECUNDI.

INCIPIT LIBER SECUNDUS.

1. Antiquis vero temporibus, quibus ipsa Nova Lux totius abbatiae suae dominationem strenuissime regebat, mos erat illorum abbatum, ob iura sanctitatis custodienda remoti vel separati manere cum aliquantis senis senioribus ad aecclesiam Domini Salvatoris. Aliorum autem caterva senum, quorum multitudo in unum habitare non quibat, in diversis cellulis in circuitu manebant ecclesiarum, de quibus tuguriolis, nisi cum nimia infirmitas obstitisset, oportunis horis ad capitulum et ad mensam pariter occurrebant. Turba vero iuvenum fratrum regularium omnis summa cum custodia infra claustra inclusi retinebantur monasterii. Erat autem vallis ipsa valde decora, hominibus copiosa, et perlustrata aecclesiis, capellis[d] Deo in orationibus, ubi tantus monachorum orabat exercitus; in qua nonnulle erant aecclesiae, in quibus divisi predicti manebant monachi seni vel duodeni, qui omnes cibo et vestimento a seniore accipiebant monasterio. Coenobitae ergo ipsi, ut diximus, hi sunt, qui[e] plures in commune habitant, ut beatus Hieronimus ad virginem Eustochium inter alia dicit. Prima apud eos erat confederacio obedire maioribus, et quicquid dixissent facere. Divisi erant per decurias aut per centurias, ita ut novem hominibus unus decimus preesset, et rursum decem prepositi super se centesimum haberent. Manebant ergo senes predicti separati in seiunctis cellulis usque ad horam plenam tertiam, sicut institutum illis erat; ibique psalmis, ymnis, orationibus unusquisque vacabat. Nemo pergebat ad alium, exceptis his quos decanos diximus, ut si cogitationibus[f] quis fluctuaret, illius consolaretur alloquiis. Post horam terciam in commune concurrebant, psalmi resonabant, scripture ex more recitabantur; et completis orationibus cunctisque residentibus, medius quem patrem vocabant, incipiebat

a) *haec in rasura; prius ibi fuit huic et praecedenti lineae interserlum:* De eo quod . . . legen . . . quam ob causam illis vetitum sit. *Post hunc indicem cum novo folio assuto calamus paululum mutatur.* b) *Hunc et sequentem indicem auctor postea scripsit in rasura, idemque in medio indice 17 lineis interserut* De duobus hominibus. c) *abhinc cum novo folio calamus paululum mutatur.* d) *litterae inter* ca *et* lis *certae non sunt.* e) auhebuntur *superscripsit corrector.* f) *post hanc vocem cum novo folio calamus paululum mutatur.*

disputare. Quo loquente tantum silentium inerat, ut nemo ad alium respicere auderet. Nemo audebat excreare; dicentis laus in fletu erant; audientium tacite volvuntur[a] per facies et ora lacrime discurrebant, et ne in singultu quidem erumpebat dolor. Cum vero de regno Christi, de futura beatitudine, de gloria inenarrabili coepisset annuntiare ventura, videres cunctos moderato suspirio et oculos ad caelum levare et intra se dicere: *Quis dabit mihi pennas sicut columbe, et volabo et requiescam?* Posthaec consilium solvebatur, et cum tempus fuisset reficiendi, unaquaeque decuria cum suo parente pergebat ad mensam. Quibus per singulas ebdomadas vicissim ministrabant. Nullus in cibo strepitus aut sonitus; nemo commedens loquebatur. Alebantur autem secundum regulam; dehinc consurgebant pariter, et hymno dicto ad presepia senes redibant, iuvenes namque sub disciplina manebant. Ibi usque ad vesperam cum suis unusquisque sensibus[b] loquebatur et dicebat: *Vidisti illum et illum, quanta sit in ipsis gratia, quantum silentium, quam moderatus incessus?* Si infirmum vidissent, consolabantur; si in Dei amore ferventem, cohortabantur ad studium. Et quia nocte extra orationem publicam in suo cubiculo unusquisque vigilabat, circumeuntes cellulas singulorum et aures appositas, quid facerent diligenter explorabant. Quem tardiorem deprehendissent, non increpabant; sed dissimulando quod nossent, eum sepius visitabant, et prius incipientes, provocabant magis orare quam cogere. Si vero quis egrotare coepisset, transferebatur ad exedram latiorem, et tanto senum ministerio confovebatur, ut nec delitias urbium nec matris quaerere opus esset affectum. Dominicis diebus orationibus tantum et lectionibus vacabant; quod quidem omni tempore completis opusculis faciebant. Cotidie de scripturis aliquid discebatur. Nullus siquidem mortalium bona quae in ipso monasterio gerebantur, ennarrare prevalet. In illo etenim hospitalitate vigebat, castitas redolebat, caritas relucebat, elemosinarum largitio, oratio assidua Deo exhibebatur, tam pro vivis quam etiam pro defunctis.

Psal. 54, 7

2. Neque[c] hoc silencio pretereundum puto, quod sanctisimi ipsius venerabilis coenobii abbates quondam suis temporibus statuentes sancxerunt. Audivi enim, Domino teste non mencior, quodam tempore cuidam seni referre, quod antiquis temporibus ab eiusdem ecclesiae abbatibus proibitum sit ibi accessum foeminarum. Ante vero ipsius sacri cenobii, tantum quantum potest hictus iaci sagitte, erat ecclesia in honore beatissime hac gloriosissime virginis Mariae fabricata, sub qua carpitur via qua pervenitur ad predictum cenobium. Iuxta igitur istius ecclesie fuit quaedam domus, in qua hospitabantur omnes feminae quae ad adorandum Deum ibi veniebant et merita illorum apostolorum, nobiles vel ignobiles queque. Eratque crux ibi Deo sacrata iuxta viam, muro et calce composita, que adhuc in odiernum permanet diem[10], in qua, ut opinor, erant preciose reliquie collocate; quam nulla feminarum ultra eandem audebat vel quippiam progredi, ut ad seniorem aliquando perveniret monasterium; quia ut fertur ideo ibi apposita fuit. Nam si contigisset, ut aliqua hob qualicumque temeritate vellet statutum terminum irritare, continuo aut cum ignominia aut cum infirmitate nimia revertebatur, aut mortem corporis ilico patiebatur. Tradunt autem nonnulli, qui eius antiquitatem vel actum legerunt, quod ibi olim reperta sit ista constitucio. Nam ipsi monachi hoc decretum ab ipso suae fundationis die usque ad destruccionem ipsius loci ultimam, quam fecerunt ipsi Sarraceni qui de Fraxenedo exierunt, inviolabiliter et inconcusse tenuerunt. De qua nonnulli exemplum sumentes, observari dicuntur, quemadmodum ipsi nuper observabant, veluti hodie faciunt aliquantuli, et ipsi valde perpauci. Erat enim ipse locus ita in circuitu suo oppido[11] premunitus, ut cum modicis obstaculis possit undique protegi, aut cum stipitibus maceriave vel peribolo. Ergo ex uno latere rupis excelsa atque saxea preminet, in cuius cacumine sunt ecclesiae a predictis patribus fabricate; ex altera vero parte montem excelsum atque nemorosum nomine Panarium, qui in sua summitate pascua dicitur retinere uberrima.

a) aud. mentes tacite voluebantur *corrector*. b) *ita codex.* c) *abhinc calamus paululum mutatur.*

10) „L'an 1665 moy-même ai vu . . . . le fondement de la croix elevé sur terre d'environ trois à quatre pieds, appellé par les habitans le Pillon de la Croix; et sont environ 14 années passées, que le prieur de cette abbaye . . . . voulut sçavoir ce qu'il y avoit dans ce fondement, où il retrouva quantité d'os dans un étuy de bois." Rochex p. 50.
11) i. e. valde, multum. TERR.

3. Nam cur hoc feminis illo tempore vetitum sit, ne ad hunc coenobium accessum
aberent, quandoque necesse est, quantulumcumque pudore abiecto quippiam ennarrare.
Igitur devotissimus vir Deo Abbo patricius antequam tantum coenobium, id est Novaliciense,
12 sua sacra ordinacione institueret, fuit in eadem civitate monasterium, scilicet Siusina[12],
in loco cui vocabulum est Urbiano. In quo fuerat prepositus quidam, contra quem dia-
bolus insidiator humani generis sua profana machinamenta seviter iaciens, concupivit
etiam, quod nefas est dicere, formam cuiusdam mulieris. De quo scelere predictus Abbo
altius cum ingemuisset, cepit casus humane fragilitatis, ut in priori libello dixi, cogitare,
dicens: *Non potest tuta fore monachorum abitacio, si circa urbes vel vicos fiat eorum*
726. *assidua conversacio.* Tunc mutavit monasterium in ipsa valle Novelucis, ubi testamentum
suum feliciter delegavit, precipiens abbati et monachis, ut nulla femina nobilis vel igno-
bilis ultra ipsum sacrum locum audeat pedibus contingere; relinquens interea in priori
cella aliquantos monachos diuturna religione probatos, sub dicione ipsius loci scilicet
Novaliciensis. In quo siquidem loco tam ab ipso quam etiam ab illius loci abbatibus
proibitum sit semper ibi accessum feminarum, usque quo profanatum est ipsum locum
ultima vice ab impia gente Sarracenorum. Ecce cunctis liquide patet, unde iste mos
primum monasteriis inoleverit. Hec autem sentencia, que huic libro inserendo con-
scripsimus, non de relacione alicuius hominis vel nostro visu addidimus, sed ad quodam
antistite Petro, qui librum quondam suis legit temporibus Veronam, in quo multa de
eodem loco invenit. Ab ipso enim audivimus talia, qualia hic a nobis apposita sunt.
Scimus ergo in veritate, nonnullas fuisse quondam vitas in illo loco conscriptas de illo-
rum abbatum seu monachorum atque de hactu[13] ipsius loci, qui diutissime olim ibi
sanctitatem exercentes, virtutibus coruscantes micuerunt; sicut legimus de Asinario et
14. Waltario ac de Arnulfo[14] et Frodoino, de Aldrado quoque atque de aliis pluribus, quo-
rum nomina a nobis omnino ignota sunt. Sed sicut superius iam diximus, per mundum
dispersi predicti libri inrecuperabile nobis est dampnum.

4. Quodam igitur tempore cum Karolus princeps Francorum, Pipini ducis filius, dum
regnum Italicum divinitus a Deo optinuisset et in Novalicio monasterio quodam tempore
residisset, — scilicet in diebus sancte quadragesime; nam ista ei erat consuetudo, quando
in Italiam veniebat, ut in supradictis diebus in antedicto manebat loco; diligebat enim
ipse valde hoc coenobium, eo quod multi nobiles ex regno Francorum in eum sepius
viderentur sumere abitum religionis — cumque quadam die ad matutinum ipse imperator
surrexisset monachorum, videlicet in feria quinta qua celebrabatur cena Domini, erat
15 uxor eius regina nomine Berta[15] multo tempore cupiens videre hunc monasterium. Quae
latenter surgens eadem nocte, nemine sciente preter unam suam fidelissimam, induit se
byrro, ut a nemine agnosceretur, concitoque gradu extemplo tendit ad monasterium.
Ubi ante fores oratorii beati Petri advenit, subito cecidit ac ilico exspiravit. Cum autem
finitum matutinum rex ad cubiculum regrederetur, invenit eam iacentem, ubi prius cor-
ruerat. Pueri vero regis qui antecedebant, adhibitis propius cereis contemplabantur eam,
mirantes quenam esset. At ubi rex eam agnovit, ita inquid ad eam: *Cum illis ergo*
pedibus, cum quibus huc venisti, heu nequibis mi cara iam remeare. Amoventesque igitur
protinus eam multumque eius funus plangentes[a], in diem usque tercium eius proten-
dentes sepulturam, ad ultimum cum maximo honore cum turba copiosa eius ducentes
obsequium ad ecclesiam beate Marie, que Ad crucem dicitur, humantes sepelierunt.
Cuius sepulchrum[b] ab incolis loci saepius mihi ostensum est. Rex autem monasterium
suis regiis decorans muneribus, abiit.

16 5. Ad dexteram namque huius monasterii partem habetur montem Romuleum[16],
excelsiorem cuntis montibus sibi adherentibus. In hunc ergo montem fertur quondam
habitasse estivis temporibus Romulus quidam rex elefantiosissimus, a quo et nomen
accepit, propter refrigerium et amoenitatem loci vel lacus. Hic ergo mons ad dexteram
ut diximus circumcingit predictum coenobium, ad cuius radicem pergit iter qua vehitur
Burgundiam. In eo quippe monte asserit popularis vulgus habere nonnulla ferarum
genera, sicut et in Cinisio monte, ursi, ibices, capreae et aliarum ad venacionem apta.

a) plagentes *cod.* b) sepuchrum *cod.*

12) Susa; coniunge: *in eadem civitate, scilicet Siusina.* 13) i. e. actu. 14) cf. I, 10. 11. 15) Fabula popularis. 16) Roccamelone, amplius 10000 pedes alta.

De quo oritur rivulus, descendens per nimiam petrarum ipsarum profunditatem, in quo dicitur fontem salitam orire mixtimque cum eo currere. Ibices autem et caprȩae ac oves domestice ȩpius solent ad eum concurrere, scilicet per crepidinem ipsius alvei, cum in planitiem dimergitur, ob amorem salis, ubi plerumque capiuntur. Dicunt autem, quod in isto monte Romuleo inormem quondam congregasset pecuniam predictus Romulus, cum in eum maneret, ubi nullus qui sponte velit pergere, aliquando ascendere valet[17]. Hic autem senex, qui mihi tanta de eodem loco retulit, insinuavit mihi, quod 17 quodam tempore ipse observasset magnam coeli serenitatem, in qua summo surgens mane cum comite quodam nomine Clemente ad eundem quantocius festinant scandere montem. Qui cum iam prope essent, cepit cacumen eius nubium densitate cooperire ac tenebrescere; deinde paulatim crescens, pervenit usque ad ipsos. Ipsi vero inter tenebras nubium positi manibusque se palpantes, vix per eandem obscuritatem evadere potuerunt. Visum itaque, ut dicebant, erat illis, ut desuper lapides mitterentur. Nam et aliis nonnullis talia contigisse ferunt. In summitate vero sua ex una parte nil aliud invenitur praeter salvincam; ex altera namque parte lacum mirae magnitudinis cum prato fertur esse[18]. Idem autem senex solitus erat narrare de quodam cupidissimo 18 marchione nomine Arduino[19]; qui cum sepius talia a rusticis audiret, videlicet de thesauro in eo congregato, accensoque animo protinus mandans clericis, ut celeriter secum propere illuc ascendere debeant. Qui acceptam crucem et aquam benedictam atque vexilla regia letaniasque canentes, ire perrexerunt; qui antequam pervenirent ad apicem montis, aeque ut primi cum ignominia sunt reversi. Ergo quia occasio narrandi se intulit, dum circumquaque narracio se extendit, amodo ad ennarrandum opus ceptum vertamus stilum.

6. Itaque[a] ab episcopis Maurigenensis ecclesie[20] sermonem exordiamur. Inclitus 20 autem Abbo patricius Romanorum[21] sic inter cetera quae instituit vel ordinavit, talia fatus verba ait: *A clericis itaque istarum civitatum vicinarum, quibus Deus me rectorem et dominum constituit, praecipio, ut nullam aliquando violenciam, scilicet ab archidiacono vel primicerio predicti paciantur monachi; et ut crisma et sacro gratis ab ipsis accipiant oleo. Consecrationes quoque altarium vel benedicciones sacerdotum seu clericorum ab episcopo ecclesiae Maurigenensis sine aliquo lucro vel premio accipiant; statimque post peractam consecracionem sine mora episcopus ad propriam redeat sedem. Si autem episcopus ibi defuerit per qualicumque absencia, supradicti monachi ubi melius elegerint accipiant episcopum, qui et ipse eadem faciat similiter.* Hucusque de decretis viri religiosisimi Abbonis. In solempnitatibus vero beati Petri apostolorum principis erat talis consuetudo, ut veniens episcopus predictus Maurigenensis cum mapula, ad omne quidem obsequium abbatis paratus, digniter ut decebat valde stola indutus candida, ante ipsius sacri coenobii stabat abbatem ad tota missarum solempnia. Nam usque in presentem diem in antedictu episcopio ab ipsis tenetur beneficium, quod olim ab ipso monasterio optinuerunt prius episcopi quam ipsi. Sic fecisse refertur Mainardus, Ioseph, Wilielmus, Benedictus episcopi. Historum ergo pithafia episcoporum in praedicto sepius vidi monasterio, ubi umati quiescunt.

7. Dicitur autem in hoc monasterio prisco habuisse tempore monachum quendam olitorem, nomine Waltharium, nobili ortum stigmate ac regali procreatum sanguine. Famosissimus enim valde ubique fuisse adletham ac fortis viribus refertur, sicut de eo quidam sapiens versicanorus scripsit[22]: 22

Waltarius fortis, quem nullus terruit hostis,
Colla superba domans, victor ad astra volans.
Vicerat hic totum duplici certamine mundum,
Insignis bellis, clarior ast meritis.
Hunc Boreas rigidus, tremuit quoque torridus Indus;

a) *In hac voce atramentum mutatur.*

17) Plerumque hoc tradunt, ubi thesauri in terra reconditi creduntur; cf. Grimm deutsche Sagen. 18) Confundit hunc cum monte Cenisio, in cuius fere cacumine lacus est amplissimus truttarum copia perceleber. 19) haud dubie Glabrio. TERR. 20) St. Jean de Maurienne. 21) cf. notam 6. Sequentia *A clericis — similiter* leguntur in fundatione Abbonis a. 726. sed multo ampliora et lingua plane alia, rustica, quam noster de suo mutavit. 22) in carmine de peregrinatione eius, ut videtur; cf. notam 25. sequentem et supra p. 75. n. 18.

Ortus et occasus solis eum metuit.
Cuius fama suis titulis redimita coruscis,
Ultra caesareas scandit abhinc aquilas.

Hic post multa prelia et bella, que viriliter in seculo gesserat, cum iam prope corpus eius senio conficeretur, recordans pondera suorum delictorum, qualiter ad rectam penitentiam pervenire mereretur. Qui[23] cum in monasterio, ubi districtior norma custodiretur monacorum, explere melius animo deliberasset, continuo baculum queritans perpulcrum, in cuius summitate plurimis configi precepit anulis, qui per singulis ipsorum anorum[24] singulis tintinnabulis appendi fecit; sumensque habitum peregrini, atque cum ipso pene totum peragrans mundum, ut exploraret cum ipso studia vite monacorum atque regulam ipsorum, ad quorumcumque pervenisset monasteria. Tuncque illam quam olim ferunt peregrinacionem habuisse[25], aggressus est. Qui cum in qualicumque ingrederetur monasterium tempore quo ipsi monachi ad laudes Deo reddendas intrabant — hoc enim ipse valde observabat, — percuciebat siquidem bis vel ter cum ipso baculo pavimentum ecclesiae, ut ad sonitum ipsorum tintinnabulorum discerneret illorum disciplinam. Erat enim in eo maxima calliditas et sollertis exploratio, ut sic monachorum disciplinam agnosceret. Qui cum, ut supra retulimus, prope totum peragrasset cosmum, venit utique ad Novaliciensem tunc in studio sanctitatis famosissimum monasterium. Ubi cum ingressus esset ecclesiam, percussit more solito ecclesiae solum. Ad quem sonitum quidam ex pueris retrorsum aspiciens, ut videret quid hoc esset, protinus magister scole in eum prosiliens, alapa percussit puerum alumpnum. Ubi ergo Waltarius talia vidit, ingemuit ilico et ait: *En ergo hic, quod multis diebus nonnulla terrarum spacia quaeritans repperire talia adhuc non valui.* Exiens igitur statim ab ecclesia, mandavit siquidem abbati, ut secum colloquium habere dignaretur. Cui cum suam insinuasset voluntatem, in proximo habitum sumens monacorum, efficitur protinus cultor orti sponte et voluntarie ipsius monasterii. Ipse vero accipiens duas longissimas funes, extenditque eas per ortum, unam scilicet per longum, alteram namque per transversum, tempore estatis omnes noxias in illas suspendebat erbas, videlicet radicibus ipsarum desuper expandebat contra solis fervorem, ut ultra non vivificarentur.

8. Hic ergo Waltarius quis vel unde nuperrime fuerit, vel a quo patre genitus sit, non est bonum silencio abscondere[26]. Fuit enim quidam rex in Aquitanie regnum nomine Alferus. Hic de coniuge propria habuit filium nomine Waltarium, quem supra nominavimus. Huius temporibus in Burgundie regnum alius rex extiterat nomine Criricus, qui similiter habuit filiam valde decoram nomine Ildegundam. Hii vero reges iuramentum inter se dederant, ut quando ipsi pueri ad legitimam etatem primitus venissent, se invicem sociarent, scilicet cum tempus nubendi illis venisset. Qui ergo pueri antequam se sociarent, subiecta sunt regna patrum suorum atque ipsi obsides dati sub dicione regis Atile Flagellum Dei, qui eos secum duxerat cum Aganone obside regis Francorum nomine Gibico.

9. Hii[a] namque pueri Attila causa obsidionis[27] a propriis accipiens patronibus cum maxima pecunia, ad sua cum suis repetit arva. Sic quidam metricanorus de ipsis ait:

Ed. Grimm v. 93.

Tunc Avares gazis onerati denique multis,
Obsidibus sumptis Haganone, Hilgunde puella
Necnon Walthario, redierunt pectore laeto.
Attila Pannonias ingressus et urbe receptus,
Exulibus pueris magnam exhibuit pietatem,
Hac veluti proprios nutrire iubebat alumpnos
Virginis et curam reginam mandat habere.
Ast adolescentes propriis conspectibus ambos
Semper inesse iubet, sed et artibus imbuit illos,
Presertimque iocis belli sub tempore habentis.

a) *in hac voce et atramentum mutatur et alia manus incipit, paulo concisior, ipsius auctoris.*

23) cf. narrationem huic similem de Ogerio in Mabillonii Annalibus II, 351. 24) i. e. anulorum. 25) Decantata igitur erat „Peregrinatio Waltharii"; cuius carminis — nam carmen procul dubio fuit — iam deperditi unicum hocce excerptum nobis servavit noster. 26) Sequentia omnia ex ipso carmine noster desumpsit, de quo cf. supra pag. 75. notam 17. 27) i. e. ut obsides essent.

Qui simul ingenio crescentes mentis et aevo,
Robore vincebant fortes animoque sophistas,
Donec iam cunctos superarent fortiter Hunos.
Militiae primos tunc Attila fecerat illos;
Sed non inmerito; quoniam si quando moveret

bella per insignes regionum illarum, isti ex pugna victoria micabant, ideoque princeps ille quidni dilexerat illos? Virgo ętiam, quae cum ipsis ducta fuerat captiva, Deo sibi prestante reginae placavit vultum, et ipsa auxit illi amorem. Ex nobilis ergo moribus et operum habundans sapientiae, ad ultimum vero fit ipsa regis et reginae thesauris custoda cunctis

Et modicum deest quin regnet et ipsa; v. 114.
Nam quicquid voluit de rebus fecit et actis.

Gybichus interea rex Francorum defungitur, et regno illo Cundharius eius successit filius, statimque foedera Pannoniarum dissolvit, atque censum illi deinceps negavit. At vero Haganus exul, agnita proprii domini morte, ilico fugam parat. Ex cuius discessum rex cum regina multum dolentes, Waltharium retinere nitentes, ne forte simili exitu illum ammittentes, rogare illum coeperunt, ut filiam alicuius regis satrapis Pannoniarum summeret sibi uxorem, et ipse ampliaret illi rure domosque. Quibus Waltharius talia respondit verba: „si nuptam," inquid, „accipiam secundum domini preceptum,

In primis vinciar curis et amore puelle, v. 151.
Aedificare domos cultumque intendere ruris.

Nil ergo, mi senior, tam dulce mihi, quam semper tibi inęssę fidelis; teque optime deprecor pater per propriam vitam atque per invictam gentem Pannoniarum,

Ut non ulterius me cogas sumere taedas.". v. 167.
Cumque haec dixisset, sermones statim deserit omnes.

Sicque rex deceptus, sperans Waltharium recedere numquam. Moxque satrapae illi certissima venerat fama de quandam gentem quondam ab Hunis devictam super se iterum hostiliter ruentem[a].

Tunc ad Waltharium convertitur actio rerum; v. 173.
Qui mox militiam percensuit ordine totam,
Et bellatorum confortat corda suorum.
Nec mora, consurgit, sequiturque exercitus omnis.
Et ecce locum conspexerat pugnae,
Et numeratam per latos aciem campos;
Iamque congressus uterque infra tęli iactum
Constiterat cuneus. Tunc utique clamor ad auras
Tollitur; horrenda confundit classica voce,
Continuoque hastae volitant hinc indeque densae.
Fraxinus et cornus ludum miscebat in unum,
Fulminis inque modum cuspis vibrata micabat.
Fulmineos promunt hęnses clipeosque revolvunt.
Inde concurrit acies, et postmodum pugnam restaurant,
Ibique pectora ęquorum partim rumpuntur pectoribus,
Sternuntur et quasdam partes virorum duro umbonę.
Waltharius tamen in medio furit agmine bello,
Obvia quaeque metens armis, hac limite pergens.
Hunc ubi conspiciunt hostes tantas dare strages,
Acsi presentem metuebant cernere mortem;
Et quemcumque locum sęu dextram sivę sinistram
Waltharius pęteret, cuncti mox terga dederunt.

Cumque ex victoria coronati lauro Waltharius cum Hunis reverteretur, mox palatini ministri arcis

Ipsius laeti occurrerunt, ęquitemque tenebant, v. 216
Donec vir inclitus ex alta descenderent sella.
Quique demum forte requirunt si bene rés vergant
Qui modicum illis narrans intraverat aulam.

a) *Abhinc auctor singulorum versuum initia maioribus litteris indicat.*

Erat enim oppido lassus, regisque cubile petebat.
Illicque in ingressu Hilgundem solam offendit residentem;
Cui post amabilem amplexionem atque dulcia oscula dixit:
„Ocius huc potum ferto, quia fessus anhelo.“
Illa mero tallum complevit mox pretiosum,
Atque Walthario ad bibendum obtulit: Qui signans accepit,
Virgineamque manum propria constrinxit; at illa
Reticens vultum intendit in eum.
Cumque Waltharius bibisset, vacuum vas reddidit illi —
Ambo enim noverant de se sponsalia facta —
Provocat et tali caram sermone puellam:
„Exilium pariter patimur iam tempore tanto.
Non ignoramus enim, quod nostri quondam parentes
Inter sę nostra de rę fecere futura.“

Quae cum diu talia et alia huiusmodi audisset virgo verba, cogitabat hoc illi per hyroniam dicere, sed paululum cum conticuisset, talia illi fatur:

v. 237. „Quid lingua simulas quod ab imo pectore dampnas?
Ore mihi fingis, toto quod corde refutas,
Tamquam si sit tibi magnus pudor ducere nuptam.“
Vir sapiens contra respondit, et intulit ista:
„Absit, quod memoras. Dextrorsum porrige sensum.
Scis enim, nil umquam me simulata mente locutum.

Adest itaque hic nullus, exceptis nobis duobus. Amodo namque esto mente sollicita, quae extrinsecus es regis reginaeque thesauris custoda.

v. 263. In primis galeam regis tunicamque trilicem
Assero loricam fabrorum insigne ferentem.
Diripe bina, dehinc mediocria scrinia tolle.
His armillarum tantum da Pannonicarum,
Donec vix releves unum ad pectoris honum,
Inde quater binum mihi fac de more coturnum.
Insuper a fabris hamos clam posce retortos.
Nostra viatica sint pisces simul atque volucres.
Ipse ego piscator sed auceps esse cohartor.
Haec intra ebdomede caute per singula comple.
Audisti quod habere vianti forte necesse est.
Postquam septenos Phoebus remeaverit orbes
Convivia laeta parabo
Regi ac reginae, satrapis, ducibus, famulisque,
Atque omni ingenio potu sepelire studebo,

ita ut nullus supersit, qui sciat vel recognoscat, cur vel ob quam causam factum sit tale convivium. Te tamen premoneo mediocriter vinum utere, ut vix sitim extinguas ad mensam. Reliqui vero cum surrexerint, tu ilico ad nota recurre opuscula. At ubi potus violentia superaverit cunctos,

v. 286. Tunc simul occiduas properemus querere partes.“
Virgo vero dicta viri valde memor praecepta complevit. Et ecce
Prefinita dies epularum venit, et ipse
Waltharius qui magnis instruxit sumptibus escas.

Luxuria denique in media residebat mensa. Rex itaque ingreditur aulam, velis undique septam; heros itaque solito more salutans quem magnanimus

v. 293. Duxerat ad solium, quem bissus compsit et ostrum.
Consedit, laterique duces hinc indeque binos
Assedere iubet; reliquos locat ipse minister
Centenos simul accubitus, et diversas dapes libans convivia redundat.
His sublatis alie referuntur edende,
Et pigmentatos crateres Bachus adornat.
Waltharius cunctos ad vinum ortatur et escam.

Postquam depulsa fames fuerat atque sublata mensa, v. 304.
Waltharius iamdictus dominum letanter adhorsus
Dixit: „In hoc rogito gratia vestra ut clarescat
In primis, atque vos reliquos laetificetis.“
Qui simul in verbo nappam dedit arte peractam,
Gestam referentem priorum ordinem sculture ipsius.
Quam rex accipiens uno austu vacuaverat.
Et confestim iubet reliquos omnes tali bibitione imitari.
Tunc citissime accurrunt pincerne atque recurrunt:
Pocula plene dabant, et inania suscipiaebant.
Ebrietas fervens tota dominatur aula.
Balbutit madido facundia fusa palato.
Seniores fortes videres plantis titubare:
Taliter in seram produxit bacchica noctem.

Nam ire volentes Waltharius munere retraxit, donec pressi somno potuque gravati per porticibus sternuntur humo tenus omnes passim. Eciamsi tota civitas igne fuisse succensa, et ipse flamivoma super ipsos crassari videretur, scilicet minitans mortem,

Nullus remansit, qui scire potuisset causam. v 323
Tandem dilectam vocat ad semet mulierem,
Precipiens causas citius deferre paratas.
Et ipse de stabulis duxit victorem aequorum,
Quem ob virtutem leonem vocitaverat ipse.
Stat sonipes, ac frena ferox spumantia mandit.
Postquam enim hunc caballum ligamentis solito circumdederat, ecce
Scrinia plena gazae, quibus utrique suspendit lateri,
Atque itinere longo modicella ponit cibaria,
Loraque virgineae mandat fluitantia dextrae.
Ipseque vestit lorica more gygantis,
Atque capiti inposuit suo rubras cum casside cristas,
Ingentesque complectitur aureis ocreis
Et levum femur ancipiti precinxerat hense,
Atque alio dextrum pro ritu Pannoniarum.
His tamen ex una tantum dat vulnera parte.
Tunc hastam dextra rapiens clipeumque sinistra,
Coeperat invisa terra trepidus decedere.
Femina duxit equum, nonnulla talenta gerentem.
Ipsa vero in manibus virgam tenet simul colurnam,
In qua piscator hamum transponit in undam.
Nam idem vir maximus gravatus erat undique telis;
Ob hoc suspectam habuit cuncto sibi tempore pugnam.
Sed cum prima lumina Phoebus rubens terris ostendit,
In silvis latitare student, et opaca requirunt.
Ergo tantum timor pectora muliebria pulsabat,
Ut cunctos susurros, auras vel ventos horreret,
Formidans collisos racemos sive volucres.
Vicis diffugiunt, speciosa novalia linquunt,
Montibus intonsis cursus ambage recurvos.
Ast urbis populus somno vinoque solutus.
Sed postquam surgunt, ductorem quique requirunt,
Ut grates faciant hac festa laude salutent.

Attila nempe utraque manu caput amplexatur, egrediturque thalamo ipse rex; Waltharium dolendo advocat, ut proprium quereret forte dolorem. Cui respondent ipsi ministri, se non potuisse invenire virum; sed tamen princeps sperat, eundem Waltharium in somno quietum recubare tentum hactenus, hac occultum locum sibi delegisse sopori. Ospirin vero regina, hoc illi nomen erat, postquam cognovit Hildegunde abesse nec vestem deferre iuxta suetum morem, tristior satrape inmensis strepens clammoribus dixit:

v. 372. „O detestandas quas hęri sumpsimus ęscas!
O vinum, quod Pannonias destruxerat omnes!
Quod domino regi iam dudum prescia dixi,
Approbat iste dies, quem nos superare nequimus.
Hen! hodie imperii nostri cęcidisse columpna
Noscitur; hen! robur procul ivit et inclita virtus,
Waltharius lux Pannoniae discesserat inde;
Hildgundem quoque mi karam deduxit alumpnam!“
Iam princeps efferus nimia succenditur ira.
Mutant priorem laetitiam merentia corda.
Sic intestinis rex fluctuatur undique curis[a],
Atque ipso quippe die fastidit omnino potus et ęscam,
Nec placidam curam membris potuit dare quietem.
At ubi nox supervenit atra,
Decidit in lectum, ubi nec lumina clausit,
Vertiturque frequenter de latus in laterę
Tamquam si iacula transfixus esset acuta.
Indeque surgens discurrit in urbem,
Atque thorum veniens, simul attigit atque reliquid.
Taliter insomnem consumpserat Attila noctem.
At profugi comites per amica silentia euntes.

Tunc rex votum fecerat, ut si quis Waltharium illi vinctum afferret,

v. 405. Mox illum aurum vestiret saepe recoctum.
v. 408. Sed nullus in tam magna regione

Fuit inventus tyrannus, dux sive comes sęu miles sive minister, qui quamvis proprias ostendere cuperet vires, Waltharium aliquando iratum presumpserit armis insequi. Nota siquidem virtus eius fuerat facta prope omnibus terrae habitatoribus. Qui Waltharius, ut dixi, fugiens noctibus ivit, atque die saltus requirens et arbusta densa. Hic vero arte accersita pariter volucres arte capit, nunc fallens visca, nunc fisso denique ligno. Similiter in flumina inmittens hamum, rapiebat sub gurgitibus predam.

v. 425. Sicque famis pestem pepulit tolerando laborem.
Namque toto tempore fugae se virginis usu
Continuit vir Waltharius, laudabilis heros.

Et ecce quadraginta dies sol per mundum circumflexerat,

v. 429. Ex quo Pannonia fuerat digressus ab urbe.
Ergo eo die, quo numerum clauserat istum,
Venit ad fluvium iam vespere mediante,
Cui nomen est Ręnum, qua cursus tendit ad urbem
Nomine Warmatiam, regali sede nitentem.
Illic pro naulo pisces dedit antea captos;
Cumque esset transpositus, graditur properanter anhęlus
Orta vero dies,
Portitor exsurgens prefatam venit in urbem,
Ubi regali coquo, reliquorum certe magistro,
Detulerat pisces, quos vir ille viator dederat.
Hos vero dum pigmentis condisset et apposuisset
Regi Cundhario, miratus fatur ab alto:
„Ergo istiusmodi pisces mihi Francia numquam ostendit.
28 Dic mihi quantotius, cuihas[28] homo detulit illos?“
At ipse respondens narrat, quod nauta dedisset.
Tunc princeps hominem iussit accersire eundem;
Et cum venisset, de ré quesitus eadem
Talia dicta dedit et causam ex ordine pandit:
„Vespere enim preterito residebam ego litore Rhęni.

a) post hanc vocem atramentum et calamum mutat auctor.

28) i. e. cuias.

Conspexi, et ecce viatorem vidi festinanter venire,
Tamquam pugne per membra paratum.
Aere etenim poenitus fuerat, rex inclite, cinctus;
Gerebat namque scutum gradiens, et hastam choruscam.
Viro certe forti similis fuit, et quamvis ingens
Asportaret honus, gressum tamen extulerat acrem.
Hunc incredibili forme puella decorata nitore
Assequebatur, ipsaque caballum per lora rexit robustum,

bina quidem scrinia non parva ferentem dorso. Quae scrinia, dum cervicem sonipes ille discutiebat ad altum, voluminaque crurum superba glomerare cupiebat, dabant sonitum quasi quis gemmis illiserit aurum. Hic miles mihi presentes pro munere dederat pisces.“ Cumque his Hagano audisset verbis — residebat quippe ad mensam —

Laetus in medium prompsit de pectore verbum: v. 465.
„Congaudete mihi, queso, quia talia novi.
Waltharius collega meus remeavit ab Hunis.“
Cundharius vero princeps atque superbus ex hac ratione
Vociferatur, et omnis ei mox aula reclamat:

„Congaudete mihi, iubeo, quia gazam, quam Gybichus rex pater meus transmisit Attile regi Hunnorum, hanc mihi cunctipotens huc in mea regna remisit.“ Qui cum dixisset talia, mensam pede perculit, et exiliens ducere aequum iubet et sellam componere ilico sculptam; atque de omni plebe elegit duodecim viros, viribus insignes et plerumque animis probatos, inter quos simul ire Haganone iubebat. Qui Hagano memor antiquae fidei et prioris sotii, nitebatur transvertere rebus. Rex tamen ę contra instat et clamat:

„Ne tardate, viri! precingite corpora ferro!“ v. 481.

Instructi itaque milites tęlis, nam iussio regis urgebat, exiebant portis, ut Waltharium caperent, sed omnimodis Hagano prohibere studebat. At infelix rex coepto itinere resipiscere non vult. Interea vir inclitus atque magnanimus Waltharius de flumine pergens venerat in silvam Vosagum ab antiquis temporibus vocitatam; nam nemus est ingens et spatiosum, atque repleta ferarum plurima, habens ibi suętum canibus resonare tubisque. In ipsa itaque sunt bini montes in secessu ipsius atque propinqui, in quorum medium quamvis angustum sit spatium, tamen specus extat amoenum.

Mox iuvenis ut vidit, „Huc“ inquit „eamus.“ v. 498.
Nam postquam fugiens Avarorum arvis discesserat,
Non aliter somni requiem gustaverat idem,
Quam super innixus clipeo vix clauserit oculos.

Tum demum bellica deponens arma, dixit virgini, in cuius gremium fuerat fusus: „Circumspice caute, Hildegund, et nebulam si tolli videris atram, tactu blando me surgere commonitato. Etiamsi magnam conspexeris ire catervam, ne subito me excutias a somno, mi kara, cavęto; sed instantem cunctam circa explora regionem.“ Haec ait, statim oculos conclauserat ipse, desiderantes frui iamdiu satis optata requie.

Ast ubi Cundharius vestigia pulvere vidit, v. 513
Cornipedem rapidum saevis calcaribus urguet, dicens:
„Accelerate viri! iam nunc capietis eumdem.
Numquam hodie effugiet: furata talenta relinquet.“

Ilico inclitus Hagano contra mox reddidit ista: „Unum tantum verbum dico tibi, regum fortissime:

Si toties tu Waltharium pugnasse videres, v. 520.
Quotiens ego nova caede furentem,
Numquam tam facile spoliandum forte putares.
Vidi Pannonicas acies, cum bella agerent[a]
Contra aquilonares sive australes regiones.
Illic Waltharius propria virtute choruscus,
Hostibus invisus, sociis mirandus obibat.
Quisquis ei congressus erat, mox Tartara vidit.

a) egerent *cod.*

12*

O rex et comites, experto credite, quantus
In clipeum surgat, qua turbine torqueat hastam."
Sed dum Cundharius malesana mente gravatus
Nequaquam flecti posset, castris propiabant.
At Hiltgund de vertice montis procul aspiciens,
Pulvere sublato venientes sensit; ipsum
Waltharium placido tactu vigilare monebat.
Eminus illa refert quandam volitare phalangam.
Ipse vero oculos tentos summi glaucomate purgans,
Paulatim rigidos ferro vestiverat artus.

Cumque paululum properassent[a], *mulier corusscantes ut vidit hastas, stupefacta nimis „Hunos hic" inquit „habemus." Que ilico in terram cadens effatur talia tristis:*

v. 545. *„Obsecro, mi senior, mea colla seccentur,*
Ut que non merui thalamo sociari,
Nullius iam ulterius paciar consocia carnis."

Cui Waltharius: „Absit quod rogitas; mentis depone pavorem. Ipse Dominus, qui me de variis sepe eduxit periculis, ille valet hic hostes, credo, confundere nostros." Haec ait, oculosque adtollens effatur ad ipsam: „Non assunt hic Avares, sed Franci nebulones, cultores regionis.". Aspicit, et gnoscens iniunxit talia ridens: „En galeam Haganonis! meus collega veternus atque socius."

v. 559. *Hoc heros introitum stationis hadibat,*
Inferius stanti predicens sic mulieri:
„Coram hac porta verbum modo iacto superbum:

Hinc nullus rediens Francus, quis suae valeat nunciare uxori, qui tante presumpserit tollere gazae." Nec dum sermonem conpleverat, et ecce humo tenus corruit, et veniam petiit, quod talia dixit. Postquam autem surrexit, contemplans cautius dixit: „Omnes horum quos video nullum timeo, Haganone remoto. Nam ille meos per prelia scit mores, iamque didicit, tenet et hic etiam sat callidus artem. Quem si forte volente Deo intercepero solum; ex aliis namque formido nulla."

v. 572. *Ast ubi Waltharius tali statione receptum*
Conspexit Hagano, satrapae mox ista superbo.
Suggerit verba: „O senior, desiste lacessere bello
Hunc hominem! Pergant primum qui cuncta requirant,
Et genus et patriam nomenque et locum relictum,
Vel si forte petat pacem prebens sine sanguine."

Qui licet invitus dicta Haganoni acquievisset, misit ilico e suis, mandans Walthario, ut redderet pecuniam quam deferebat. Ad quos Waltharius talia fertur dedisse verba: „Ego patri suo eam non tuli neque sibi. Set si voluerit eam capere, vi defendo eam fundens alterius sanguinem." Cumque hec denunciata essent Cundhario, protinus misit, qui eum oppugnarent. Vir autem ille fortis ut erat, viriliter se ab ipsis modicum defendens, ilico interfecit. Rex autem ut vidit, et ipse protinus feroci animo cum reliquis super eum venit. Waltharius vero nichil formidans, sed magis ut supra viriliter instabat prelio. Cepit autem et ex illis Waltharius victoriam, occisis cunctis preter regem et Haganonem. Qui cum eum nullatenus superare possent, simulaverunt fugam. Sperans ergo Waltharius eos inde discedere, reversus in statione acceptaque omni suppellectili sua, et ipse mox cum Ildegunda ascensis equis cepit iter agere. Cumque Waltharius egressus esset ab antro quinque vel octo stadia, tunc leti posterga ipsius recurrentes memorati viri, quasi victum eum iam extra rupe cogitabant. Contra quos ilico Waltharius quasi leo insurgens, armis protectus fortiter debellabat bellantibus sibi. Qui diu multumque invicem pugnantes ac pre nimia lassitudine et siti deficientes, iam non valebant virorum fortissimum superare. Et ecce respicientes viderunt a sagma Waltharii vasculum vini dependere[b].

a) *in hac voce cum novo folio nova manus incipit scribae.* b) *hic desinit folium. In sequenti eadem manus sed calamo alio pergit: X.* Interea *etc. tergumque eorundem foliorum ostendit nihil hic excidisse foliorum (cf. Append. 1. med.). Apparet tamen, narrationem de Waltario non ad finem perductam esse. Aut igitur revera folium excidit — sed iam tempore auctoris antequam illa Karoli charta scriberetur; — aut codex carminis quo ille usus est, in fine mancus ultra non processit.*

10. Interea in eodem monasterio pro consuętudine eisdem temporibus dicitur habuisse[29] plaustrum ligneum mire pulchritudinis operatum, in quo nichil aliquando fertur 29 portasse aliquid preter unam perticam, quae sepissime configebatur in eo, si necessitas cogeretur; sin autem, tollebatur et alio in loco recondebatur. In cuius summitate ferunt, qui videre vel audire a videntibus potuerunt, habuisse tintinnabulum appensum, valde resonantem[30]. Cortes vero vel vicos ipsius monasterii, quae erant proximiores monasterio per Italiae tellus, in quibus ministri monachorum oportunis temporibus congregabant granum aut vinum. Cum autem necessitas vehendi exigeret ad monasterium eundem sumptum, mittebatur plaustrum hoc cum predicta pertica in eo conficta cum skilla[31] ad 31 predictos vicos, in quibus scilicet vicis inveniebantur nonnulla alia plaustra congregata, plerumque centena, aliquando ętiam quinquagena, quae deferebant frumenta vel vinum ad antedictum coenobium. Hoc vero plaustrum dominicale nil ob aliud mittebatur, nisi ut agnoscerent universi magnates, quod ex illo inclito essent plaustra monasterio. In quibus erat nullus dux, marchio, comes, presul, vicecomes aut villicus, qui qualicumque violentia auderet eisdem plaustris inferre. Nam per foros Italiae annuales, ut tradunt, nullus audebat negotia exercere, donec eundem plaustrum vidissent advenire mercatores cum skilla. Contigit autem quadam die, ut ministri ipsius ecclesiae cum supradictis plaustribus oneratis solito venirent more ad monasterium. Qui venientes in ipsa valle, in quodam prato invenerunt familiam regis [a] pascentes equos regios. Qui statim ut viderunt tanta bona servis Dei ministrare, fastu superbiae inflati insurgunt ilico super eisdem hominibus, auferentes ab eis omnia quae deferebant. Qui defendere volentes sę et sua, incurrerunt in maiorem ignominiam, perdentes omnia. Qui statim mittunt legatum ad monasterium, qui ista nunciaret abbati et fratribus.

11. Abbas autem mox iussit congregari fratres, quibus insinuavit omnem rei eventum. Erat autem tunc pater congregationis eiusdem monasterii nomine Asinarius, vir c. 76. sanctitatis egregius, Francicus genere, multis fulgens virtutibus. Cui cum unus nomine Waltarius, cui superius memoriam fecimus, respondisset, ut diligeretur[32] illic predictus 32 pater sapientes fratres, ob quorum precacionem tanti sumptui dimitterent iamdicti predones invasionem: respondit protinus eidem abbas et ait: *Quem prudentiorem et sapientiorem te mittere possimus, omnino ignoramus. Te autem, frater, moneo ac iubeo, ut celerius ad eos pergas, nobisque victum vi raptum quantocius reddere festinent moneto; alioquin citissime in gravi ira incurrant Dei.* At Waltarius cum sciret conscientie sue illorum contumacia ferre non posse, respondit, se denudandum ab ipsis tunicam quam gestabat. Predictus vero pater, cum esset religiosus, ait: *Si abstraxerint a te tunicam, da illis et cucullam, dicens preceptum tibi fuisse a fratribus.* Cui Waltarius: *Ergo de pellicia ac de interula quid facturus sum?* Respondit venerandus pater et ait: *Dicito, et ex illis tibi a fratribus aeque a fratribus fuisse imperatum.* Tunc Waltarius: *Obsecro, mi domine, ne irascaris, si loqui addero. De femoralia quid erit, si similiter voluerint facere ut prius fecerunt?* Et abbas: *Iam tibi predicta suffitiat humilitas: nam de femoralibus tibi aliud non precipiam, cum magna nobis videatur fore humilitas priorum vestium expoliatio.* Exiens vero Waltarius, cum talia audisset a tanto patrono, coepit a familia queritare monasterii, an haberetur ibi caballum, cui fiducia inesset bellandi, si necessitas cogerętur. Cui cum famuli ipsius aecclesiae respondissent, bonos et fortes habere poene se essedos, repente iussit eos sibi adsistere. Quibus visis, ascendit mox cum calcaribus causa probationis supra singulorum dorsa; cumque promovisset primos et secundos, et sibi displicuissent, rennuit eos, extemplo narrans illorum vitia. Ille vero recordans secum nuper deduxisse in monasterio illo caballum valde bonum, ait illis: *Illum ergo caballum quem ego huc veniens adduxi, vivit an mortuus est?* Responderunt illi: *Vivit, domine,* inquiunt; *iam vetulus est, cęterum ad usum pistorum deputatus est, ferens quotidię annonam ad molendinum hac referens.* Quibus Waltharius: *Adducatur nobis, et videamus qualiter se habetur.* Cui cum adductus ęssęt et ascendisset super eum ac promovisset, ait: *Iste,* inquid, *adhuc bene de meo tenens nutrimentum, quod in annis iuvenilibus meis illum studui docere.* Accipiens ergo Waltharius ab abbate et cunctis fratribus benedictionem ac valedicens,

a) *spatium nomini reliquit scriba. Desiderium fuisse, ex sequentis capitis fine iam monet Terraneo.*

29) il y a eu. 30) En primitia carrocciorum. 31) i. e. Schelle, campanula. 32) i. e. dirigeret.

summens secum duos vel tres famulos, propere venit ad iamdictos predatores. Quos cum humiliter salutasset, coepit illos monere, ne iam servis Dei ulterius talem inferrent iniuriam, qualem tunc fecissent. Illi autem cum dura Walthario coepissent respondere verba, Waltharius ę contra sepissime illis duriora referebat. Hii vero indignati hac superbiae spiritu incitati, cogebant Waltharium exuere vestimenta, quibus indutus erat. At Waltharius humiliter ad omnia illos obaudiebat iuxta preceptum abbatis sui, dicens a fratribus hoc sibi fuisse imperatum. Cumque expoliassent eum, coeperunt ętiam calciamenta et caligas abstrahere. Cum autem venissent ad femoralia, diutius institit Waltarius, dicens sibi a fratribus minime fuisse imperatum, ut foemoralia exueret[33]. Illi vero respondentes, nulla sibi fore cura de precepta monachorum. Waltharius vero ę contra semper asserebat, nullo modo sibi convenisse ea relinquere. Cumque coepissent illi vehementissime vim facere, Waltharius clam abstrahens a sella retinaculum, in quo pes eius antea herebat, percussit uni eorum in capite, qui cadens in terram, velut mortuus factus est: arreptaque ipsius arma, percutiebat ad dexteram sive ad sinistram. Deinde aspiciens iuxta se vidit vitulum pascentem; quem arripiens, abstraxit ab eo humerum, de quo percutiebat hostes, persequens ac dibachans eos per campum. Volunt autem nonnulli, quod uni eorum, qui Waltario plus ceteris inportunius insistebat, cum se inclinasset, ut calciamenta Waltharii ab pedibus eius extraeret, hisdem Waltharius ilico ex pugno in collum eius percutiens, ita ut os ipsius fractum in gulam eius caderet. Ex illis namque plurimis occisis, reliqui vero in fugam versi relinquerunt omnia. Waltharius autem adepta victoria accipiens cuncta et sua et aliena, repedavit continuo ad monasterium, cum maxima preda oneratum. Abbas autem talia ut ante audierat, vidit, ilico ingemuit ac se in lamentum et precibus cum reliquis pro eo dedit fratribus, increpans eum valde acrius. Waltarius vero exin penitentiam accipiens a predicto patrono, ne de tanto scelere superbiretur in corpore, unde iacturam pateretur in anima. Tradunt autem nonnulli, quod tribus vicibus cum paganis[34] superirruentibus pugnaverit, atque victoriam ex illis capiens ignominiose ab arva expulerit[a]. Nam ferunt aliquanti, quod alio tempore, cum de prato reverteretur ipsius monasterii, quod dicitur Mollis[35], de quo eiecerat equos regis Desiderii, quos ibi invenerat pascentes ac vastantes erbam; qui cum multos ex illis debellans vicisset ac réverteretur, invenit iusta viam columnam marmoream, in qua percussit bis ex pugione, quasi leto animo ex victoria; qui maxima ex ea incidens parte, deiecit in terram. Unde usque in hodiernum ibi dicitur diem Percussio vel Ferita Waltari.

12. Obiit interea vir magnanimus atque inclitus comes et aleta[36] Waltharius senex et plenus dierum. Quem asserunt nostri multos vixise annos[b], quorum numerum collectum non repperi; sed in actibus vitae suae[37] cognoscitur, quibus extiterit temporibus. Hic sicut legitur in hoc fuisse evo prudentiae corporis ac decore vultui strenuissime adornatus, ita in predicto monasterio post militie conversionem amoris obedientiae et regularis discipline oppido fervidissimus fuisse cognoscitur. Inter alia etiam, que ipse in eodem gessit monasterio, fecit siquidem, dum vixit, in summitate cuiusdam rupis sepulcrum, in eadem petra laboriosissime excisum; qui post suae carnis obitum in eodem cum quodam nepote suo, nominę Rataldo, cognoscitur fuisse sepultus. Hic filius fuit filii Waltharii, nomine Ratherii, quem peperit ei Hildegund prenominata puella. Horum ergo virorum ossa post multos annos defunctionis suae sepissime visitans pre manibus habui. Nam huius Rathaldi capitis quedam nobilis matrona, cum illo causa orationis cum aliis convenisset ex Italiae tellus, occulte in braciale supposuit suo, atque ad quendam castrum suum deportavit. Quod cum quadam die igne supposito concremaretur, post multa adustionem illum recordans capite foras traxit atque contra igne tenuit; qui mox mirifice extintus est.

a) *Posthaec calamus paululum mutatur, sed pauxillum tantum.* b) *calamus mutatur.*

33) Haec fabula popularis, nostro auctore multo antiquior, originem forte dedit simili narratiunculae de Carlomanno apud Leonem Ostiensem I, 7. 34) i. e. Saracenis. 35) Vulgo dicitur hodie *Mollard.* MUR. Ast locus adest Pratum Molle, vulgo *Pramollo* nuncupatus, ab urbe Pinerolii non longe dissitus, quem Adelaida comitissa donavit S. Mariae de Pinarolio in charta a. 1064. De quo autem loquutus sit auctor, sub iudice relinquimus. COMB. 36) i. e. athleta. 37) quos perditos dolemus; cf. notam 26.

13. Post itaque incursionem paganorum, quae ultima contigerat vice antequam c. 906 hisdem locus reaedificaretur, ignorabatur omnino supradicta sepultura Waltharii ab incolis loci, sicut ceteras alias. Eratque tunc vidua nominę Petronilla in civitate Sigusina[38], quae ob nimiam senectutem totam ut ferunt incedebat curvam; cuius quoque 38 oculi iam pene caligaverant. Haec vero mulier habuit filium nominę Maurinum, quem pagani de predicta valle secum vim facientes deduxerunt cum ceteris concaptivis. Cum quibus, ut dicebat, amplius quam triginta in illorum manserat arva annorum; postmodum vero licentia a proprio accepta domino, ad domum remeavit propriam; in qua inveniens matrem iam senio confectam, ut supra diximus, quae cotidie ad solis residere erat solita teporem supra quandam amplissimam petram, quae proxima erat civitati. In huius ergo femine circuitu veniebant viri cum femine civitatis, scisitantes ab ea de antiquitate ipsius loci. Quae referebat illis multa, maxime de Novalicio monasterio. Dicebat enim illis multa et inaudita, quae viderat vel audierat a progenitoribus, et quantos abbates, quantasve destructiones ipsius loci facte a paganis fuerant. Haec igitur quadam die deduci illic se fecerat a quibusdam viris; quae ostendit illis sepulturam Waltharii quae ante ignorabatur, sicut ab antenatis audierat; quamquam enim nulla foeminarum olim appropinquare illo in loco audebat. Referebat etiam, quantos puteos nuperrime in illo habebantur loco. Nam vicini agebant[39] pretaxatae mulieris, ducentos prope vixisse annos. 39

14. Antiquis quoque temporibus erat monasterium subditum Novalicio in vallem Bardoniscam[40], ubi dicitur Plebemartyrum, pro eo quia ibi quondam occisi fuerunt monachi ipsius monasterii, cum diversi generis atque sexus qui ibidem quasi confugium fecerant, a paganis Langobardi, eo tempore, quo ipsi Novaliciensem monasterium simi- 575. liter depopulaverunt[41]. Inter quos interfectus fuit quidam monachus nomine Iustus, qui 41 iustus erat et nominę et opere, atque alter cui nomen fuit Flavianus. Horum namque monachorum epythafia suis capitibus subposita sunt tempore interfectionis eorum. Quorum unus sic legebatur: *Hic iacet Iustus monachus frater Leonis, sotius sancti Petri Veri*[42]. Alterum vero non reminiscimus.

15. In eodem denique monasterium[43] multae fiunt semper sanctorum visitationes, 43 que sepissime bonis monachis et simplitioribus hominibus apparent. A quibus nonnullis audivi, Domino teste, referre, quia tanta turba beatorum hominum albatorum ibi bonis apparent in silentio noctis, quanta si videres ex civitate aliqua omnes viri et femine simul pergere, sicut faciunt christicoli tempore rogationum, quando pergunt per eclesias sanctorum sufragia flagi[a] . . . .

. . . .

(17.) . . . . patricio[44], qui et ipse mox tradidit eidem loco atque abbati, 44 pro eo quia prope erat de iamdicti coenobii; et ille archiepiscopus recepit prefatam cellam puellarum vocabulo Sancti Petri in sua civitate.

18. Cum[b] autem vir clarissimus atque mente et rebus Deo ditissimus iam sepedictus patricius, cum cuncta donatione, quae ex suis opibus et ruribus sive servis et ancillis, quibus beato Petro Novaliciensi monasterio tradiderat, quem sibi, ut supra locuti sumus, heredem mente devota instituit, timens[45] ne aliquando post multa annorum cur- 45 ricula ipsud monasterium a qualicumque gente vastaretur, quod et ter eu! factum fuisse legimus: precępit ex candidissimis marmoribus et diversis lapidum generibus mire pulchritudinis et altitudinis elevari archum in Sigusina civitate, herens muros ipsius deforis[46]; sub quo olim terebatur via, qua vehebatur iuxta aqueductum ante castrum 46

a) *hic excidit folium, in quo erat finis huius capitis, 16um et initum 17mi. Sequentis folii prior linea erasa est, secunda incipit, manu aut praecedentis aut primorum foliorum scribae:* patricio *etc.* b) *in hac voce atramentum mutatur.*

38) Susa. 39) i. e. aiebant. 40) Ulcio, *Oulx*, in valle *Bardonaccia* ad radices montium Tabor et Genevrae. 41) Vehementer ambigo, an ad captatam antiquioris originis gloriam conficta non sit prior sub Langobardis vastatio; sicut confictus est primus Abbo patricius, Novaliciensis sub S. Benedicto fundator. HENSCHEN. cf. notam 6. 42) Anno 1027 inde translatus fuit Susam in ecclesiam principalem, ubi iam requiescit. Cf. Terraneo Ad. II. 124, qui inde concludit, haec ante a. 1027 scripta esse. 43) Ulcio. 44) ex indice capitum haec ita explicanda: *patricio* Abboni; *qui* archiepiscopus Lugdunensis *et ipse mox tradidit* montem Cinisium *eidem loco* Novalicio *atque a. p. e. q. p. e.* mons Cinisius *de i. m.* Novalicii. 45) i. e. timeret. 46) i. e. fuora le mure. En exemplum, quomodo media aetas antiqua monumenta explicabat, memoria brevi, iudicio nullo, imaginatione fecundissima. Exstat enim revera hic arcus proxime muros civitatis Segusinae; at non Abbonis est, sed Augusto positus, omnium quot-

Viennensis. In quo fecit ex ambabus scribere partibus, quae et quanta in ipsa civitate et in tota valle tradiderat herede suo beato Petro; ut si aliquando invidiante vel incitante diabolo monasterium ipsud destrueretur, ut monachi qui ibidem iterum aedificantes habitare vellent, in predicto lectitando invenirent archo, quae ad eundem locum pertinere videbatur arva. Propterea enim studiosissimus pater in predicto scribere voluit archo, ut quanto plures eam legerent, tanto minus honor ipsius monasterii occultaretur; videlicet ut hi qui de Italia transituri erant ad Galliam, supra se ante oculos in promtu haberent eandem scripturam; similiter vero illi qui de Gallia viam carpebant ad Italiam, ex altera archi parte haberent quae legere possent; quatenus semper scirent monachi ipsius coenobii, quid olim ibi delegisset ipse. Similiter per omnes vicos et curtes precepit fieri; quae usque in odiernum permanent diem. Ipse vero residebat in castrum Viennense, in quo aliquantas petras de eadem re iussit conscribi.

19. Erant[a] autem sub eodem monasterio eo tempore multa monasteria, scilicet in Frantia et in Burgundia sive in Italia seu in Gallia, necnon et per diversas provincias,
47 sicut et in Roma duo monasteria, atque in Ingolismo[47] alia duo. Cum vero persecutio
c. 906 paganorum facta fuisset in predicto Novalicio, tunc illi monachi qui erant de Frantia, ad propriam repedaverunt arvam manentes deinceps per cellulas, quae ante fuerant sub eius ditione constitutae. Similiter namque alii atque alii fecerunt, deferentes libros ex illo antiquissimo loco atque membranas. Tertia autem destructione facta, permansit locus ille sacer ac Deo dicatus [b] annis absque habitatione alicuius hominis. Sicque factum est, ut cum illi qui de Frantia fuerant sive de diversis locis, sicut supra diximus, qui ob metum paganorum exinde fugissent, ut amplius non repedarent Novalicio, neque illi ex Novaliciensi suos ultra agnoscere potuerint fratres, cum omnes monachi infra supradictorum annorum solitudinis illius defuncti fuerint.

20. Narrabo[c] etiam adhuc miracula, quae de tanto bene condecet fari loco. Erat preterea nostri temporis in familia predicti coenobii bubulcus quidam, ortus ex viculo quodam Viennensi urbi proximo, nomine Gislardus, qui amplius quadraginta annorum fertur in ipso servisse loco. Hic cum quadam die summo surrexisset crepusculo, ut boves eiceret in pratum quod est ante ipsum sacrum monasterium ad pascendum, continuo se ubi pervenit in quodam loco conculcans obdormivit. Qui cum post somnii quietem surrexisset, omnem comam capitis hac barbam in eodem loco, ubi obdormivit, mox cecidit ut surrexit. Erat enim valde capillatus, ut asserunt qui eum ante viderunt, hac barbam habens prolixam. Mecum enim per triennium habitans, sepissime loquelae eius et aspecti omnino ubertim fruitus sum[d]. Alio namque tempore militum turba in eodem causa orationis convenerat loco. Ubi dum omnes quietem corporis in nocte dedissent, unus ex illis, cui aequi traditi fuerant ad custodiendum, in predictum eos eiciens pratum, ut pastu herbarum reficeret, eos ilico insecutus est. Ubi cum se inclinasset et obdormisset, omnes capilli eius a capite defluxerunt. Hisdem namque vir ut surrexit, mox caput eius denudatum apparuit, lucens tamquam quis galeam ferret in capite micantem hac perlucentem. Continuo sotii illius cum vidissent quae evenerat, mirati sunt dicentes: *supra tumbam alicuius sancti obdormisti.* Ipse vero lacrimis totus profusus, cum maximo dolore et ignominia talia videbatur invitus sustinere. Et quid mirum, si in eodem tanta fiunt miracula loco, in quo multa quondam fuerunt martiria diversa genera celebrata?

EXPLICIT[e] LIBER II.

a) *abhinc calamus mutatur.* b) *spatium numero reliquit scriba.* c) *iterum calamus mutatur.* e) *abhinc iterum auctor ipse scripsit.*

quot extant tempore primus; quem delineatum dedit Scipio Maffei, et ex eo Massazza. Inscriptio autem linearum quattuor ex utraque parte plane eadem, haec est, quam a Th. Pugno canonico Segusino accuratissime descriptam insigni eiusdem doctissimi viri debeo benevolentiae: IMP. CAESARI. AVGVSTO. DIVI. F. PONTIFICI. MAXVMO. TRIBVNIC. POTESTATE. XV. IMP. XIII. || M. IVLIVS. REGIS. DONNI. F. COTTIVS. PRAEFECTVS. CEIVITATIVM. QVAE. SVBSCRIPTAE. SVNT. SEGOVIORVM. SEGVSINORVM. || BELACORVM. CATVRIGVM. MEDVLLORVM. TEBAVIORVM. ADANATIVM. SAVINCATIVM. EGDINIORVM. VEAMINIORVM || VENICAMORVM. IEMERIORVM. VESVBIANORVM. QVADIATIVM. ET. CEIVITATES. QVAE. SVB. EO. PRAEFECTO. FVERVNT.

47) Angoulême.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI TERTII.

1. *De quodam viro insignissimo atque precipuo nominę Magafredo.*
2. *De filio eius nominę Frodoino, quem puerum Novaliciensi monastico ordini tradidit erudiendum.*
3. *Quod idem iuvenis crescendo obedientiae sub abbate pollebat, atque de virtute in virtutibus semper proficiebat.*
4. *Quod*[a] *post eiusdem monasterii patris obitum memoratus Frodoinus in loco ipsius sit ordinatus.*
5. *Quod nemo hominum potest prudentiae eius sanctitatis pleniter ennarrare.*
6. *Quod suis temporibus Karolo regi Francorum Dominus per visionem insinuavit, ut ad Italiam suae dicioni properaret subiugandam.*
7. *Quod Gemino monte ubi primum pertransivit, in Novalicio mox aliquandiu cum exercitu consedit.*
8. *Ubi omnem sumptum monachorum in cibum cùm suis consumpsit.*
9. *De Desiderio rege Langobardorum, qui omnem aditum Italiae illi prohibere voluit:*
10. *De ioculatore qui ad eum venit, et ei viam se ostensurum sine iacturam repromisit.*
11. *De sancto Frodoino abbate, qui ad eum duos monachos misit, mandans illi, ut in crastinum ante profectionem escam capere dignaretur.*
12. *De miraculis eiusdem beatissimi Frodoini, et quantam in eum rex ammirationem exinde habuerit.*
13. *Ubi multa bona pro ammiratione sanctitatis ibi facere predixit.*
14. *Quod post invasionem Italiae sancto viro cortem quandam regiam nominę Gabianam tradidit.*
15. *De filio suo Ugone, quem beato viro in monastica professione nutrire rogavit.*
16. *De cruce, quam idem beatissimus vir in eodem loco fecit, et quibus pignoribus in ea locavit.*
17. ϒ *Quod quadraginta et tribus annis in abbatia sine crimine mansit.*
18. *De testamentum ipsius loci, quod fecit renovari.*
19. *De famulòs ipsius aecclesiae, qui manebant in villa Ociatis, qualiter eos ante regis legatos devicit.*

ϒ20. *De exempla ęmunitatis Karoli regis atque patricii ad abbatem Frodoinum*[b].

21. *De Atteperto monacho.*
22. *De Carolo imperatore et Algiso regis Desiderii filio.*
23. *Cur occidere eum Carolus voluit.*
24. *Qualiter ęvaserit, et ad Anzam matrem usque pervenerit.*
25. *De Amblulfo abbate.*
26. *Quod post Amblulfum Hugo in abbatiam electus sit.*
27. *De eo quod feliciter eam suis temporibus rexerit.*
28. *De transitu Caroli imperatoris.*
29. *Quod hisdem temporibus ortum sit bellum inter quattuor fratres filios Caroli.*
30. *Quod eo die quo commissum est prelium, diabolus Romanis nuntiavit.*
31. *De sancti Medardi monasterio.*
32. *De transitu Hugoni abbatis.*
33. *De Otto imperatore, qui post multos annos Carolum invisere voluit.*

EXPLICIUNT CAPITULA LIBRI TERTII.

INCIPIT LIBER TERTIUS.

1. Fuit igitur circa haec tempora apud regnum Francorum vir quidam inclitus nomine Magafredus, qui et ipse Francigena extitit, scilicet tempore Pipini ducis eiusdem

a) *Hic cum novo folio redit manus primi scribae.* b) *Hic scriba primi indicem capitum concludit in summo folio addens* EXPLICIUNT CAP. *etc. Sed paulo post auctor ipse (quem praeter manum etiam diversa orthographia* caroli *prodit) quum in medio capite* 18. *ipse calamum resumeret, hoc nostro loco folium novum inseruit, cui inscripsit* oziatis qualiter eos ante regis legatos devicit. ϒXX De exempla ęmunitatis *etc. usque ad* invisere voluit, *uti supra edidimus. Simul signum* ϒ *numero capitis XVII apposuit, indicans ita, hoc caput statim ante c.* 20. De exempla *etc. collocandum esse. Nos hic codicem accurate ante oculos lectorum ponere voluimus.*

prenominate gentis. Hic vero, ut nonnulli tradunt, lineam consanguinitatis ab ipsis regi-
bus Francorum priscis traxisse temporibus; fuit ętiam dives in opibus hac terrarum
fultus ruribus. His quoque diebus Liutprandus rex Langobardorum apud Italiam strenue
regnabat, qui tantae longitudinis fertur pedes habuisse, ut ad cubitum humanum meti-
rentur. Horum vero pedum mensura pro consuetudine inter Langobardos tenetur in
metiendis arvis usque in presentem diem, ita ut pedes eius in pertica vel fune 12, fiat
48 tabulam [48]. Erat enim pius in pupillis et viduis, misericors in iudiciis, largus in aele-
mosinis pauperum, beneficus et rector Dei ecclesiarum. Huius ergo temporibus apud
Forovicum erat sanctus Baodelinus, et in episcopio Astensis sanctus preerat Evasius epi-
scopus [49]. Ad hunc vero predictum regem Pipinus suum parvulum filium nomine Karo-
lum direxit, ut ei iuxta more ex capillis totonderet et fieret ei pater spiritualis. Quod
et fecit; nam remisit eum patri suo multis honoratus muneribus. Cumque Pipinus ex
739 hoc mundo migrasset, regnante Karolo filius eius, Sarraceni super eius arvam [a] irruentes
devastabant cuncta. Qui Karolus statim per legatos Liutprando mandans, ut cum Lan-
gobardis Galliam sibi in adiutorium veniret. Nam coniuncti Franci cum Langobardis et
743. cum excomprovincialibus, Sarraceni ab ipsa terra ignominiose eiecerunt. Non multo
ergo post tempore gloriosus rex Liutprandus defungitur, et in loco eius Desiderius rex
756. exaltatur [50]. Huic ergo fuit uxor nomine Anza. Ergo de his nobis dicta sufficiant; suc-
cincte ad historiam redeamus.

2. Habuit siquidem idem prenominatus vir inter caeteros filios unum nomine Fro-
doinum, qui magnae auctoritatis et mirae sanctitatis apud Novaliciense oppido legitur
fuisse pater. Siquidem cum esset parvulus puerulus, tradidit eum iamnominatus pater
abbati Novaliciensi coenobio, qui et ipse illis diebus maximis fulgebat in mundo virtuti-
bus. Putatur enim tunc pater eiusdem monasterii fuisse sanctae memoriae Asenarius
760. abbas. Fuerat siquidem et ipse Francicus genere, hac nominatissimus inter proceribus
Francorum. Dedit ergo pater multa terrarum predia eidem filio suo, quem tradidit mo-
nastico ordini erudiendum.

3. Nutritus vero idem puer hac eruditus in omni scientia litterarum, sive in cunctis
in quibus doceri eum oportuerat, factusque iuvenis, coepit semetipsum in nonnullis bo-
norum operum exercitiis constringi, atque sapientioribus et sanctioribus senioribus ita
oboedientiae et subiectione se humiliabat, ut nullus putaretur in monasterio secundus.
Sicque crescens de virtute in virtutibus, cotidie pollebat nonnullis bonis operibus. Quis
ergo valet lingua facta illius explicare? Ante ergo, ut opinor, tempus deficeret, lingua
tabesceret, mens estuaret, ętiamsi tocius corporis membra verterentur in linguas, nequi-
rent fari virtutes illius, in quibus se die noctuque exercitans, scilicet in vigiliis quibus
aliis preveniebat, orationibus peculiariis, maceratione corporis, abstinentia ciborum et
potuum, caritate, humilitate, oboedientia, pacientia, castitate, mansuętudine, subiectione;
et ut ante dixi, dies ante deficerent, quam facta bona operum suorum lingua explicare
valeret.

771. Mai 10. 4. Defunctus itaque est seculo almificus pater Asenarius. Cui successit protinus in
abbatia vir valde laudabilis domnus Witgarius episcopus [51]. Qui cum obisset, successit
773. post eum [b], eius sanctitatem sequens gloriosissimus pastor Frodoinus. In huius quoque
abbatis electione postulatum est a Domino, quis ex ipsis omnibus dignus esset tanti ho-
noris excipere. Quibus mox divinitus ostensum est, Frodoinum ad hoc esse dignum.
Evenerat igitur illo in loco tali consuętudine antiquis temporibus, ut non aliquis ibi in
pastorem eligeretur, defuncto patre, donec cuncti fratres communi consilio unanimesque
Dominum per biduanis et triduanis abstinentiae die noctuque supplicarent. Sicque a Deo

a) *abhinc cum novo folio calamus mutatur.* b) vir valde — post eum *alio calamo alioque atramento inter lineas adiecit auctor ipse, curis secundis, melius edoctus, quum prius Frodoinum Asenarii successorem statuisset.*

48) ancora Giovanni Villani scrive: „la misura delle terre ancora a' nostri dì si chiama piè d'Eliprando". TERRANEO. Sequentia *Erat — defungitur* exceptis tantum *et in e. A. s. p. E. e.* ad verbum noster descripsit ex Paulo Diacono VI, 57. 52. 53. Sed quum is dicat: *Karolus princeps Francorum Pipinum suum filium ad L. direxit*, noster de Karolo Magno cogitans, quum Karolum Martellum non nosset, Paulum correcturus ridicule nomina invertit, atque voces *Cumque Pip. ęx h. m. migrasset* de suo adiecit. 49) De quo tot apud nostros controversiae ut nec uno quidem libro contineri queant. TERR. 50) Omisit noster Hilprandum et Aistulfum. 51) Mauriennensis.

post hanc flagitationem digni ad laborem hunc inveniebantur; et ideo quia Dei cum voluntate fiebat, semper bono melior subsequebatur. Haec vero non vidi neque in lectione aliqua repperi, sed auditu didici.

5. Erat preterea in beato Frodoino abbate tanta vigilantia et studia sanctitatis, ut neminem in haec arva abbatum vel episcoporum aut aliquem in studio sanctitatis degentem eius meritis et virtute comparari audeam. Quippe cum nemo hominum eius prudentiae vel sanctitatem nullomodo pleniter possit ennarrari, cum in finem huius opusculi sui mirum de eo quippiam et incredibile forsitan dicturus sum.

6. Eo igitur tempore, quo fama istius viri sanctissimi per mundi partes micans refulgebat, Dominus omnipotens per visionem Karolo regi Francorum ostendere dignatus est, ut ad Italiam quantocius properaret suae dicioni subiugandam. 773. Mai. Qui protinus convocans vicinas gentes, fecit exercitum copiosum cum manu valida Francorum, ad Italiam disposuit ilico cum suis propere venire.

7. Movens interea idem rex ingentem exercitum suum, pervenitque in montem Geminum[52], sive ianuam regni Italiae dici potest, in quo olim templum ad honorem cuiusdam Caco deo[a], scilicet Iovis, ex quadris lapidibus plumbo et ferro valde connexis, mirae pulchritudinis, quondam constructum fuerat. In eo quoque monte duae consurgunt fontes, unus ex uno latere montis, alter ex alio, sicque in convallibus suis descendentes et paulatim crescentes magna efficiuntur flumina. Una vero, cui nomen est Duria[53], pergens per Italiam semper turbida, paucos ferens pisces, non obmittens suum nomen, donec demergatur in Heridanum maximum fluviorum. Alia namque[54] discurrit per Galliam provinciam, valde pisciferam et claram, usque dum veniatur in Rhodanum fluvium. Cumque de eodem monte Karolus descenderet, invenit in descensu ipsius montis turrem quandam, sub qua carpebatur via, in qua manebat latro cum suis latronibus, nomine Ebrardo; qui multa mala ibi faciens cum suis, non permittebat aliquem inlesum transire, aut depredabantur aut vapulabantur aut interficiebantur; sicque sanguis ibi innoxius nimis effundebatur. Hunc ergo latronem obpugnans Karolus devicit coepit et interfecit, turremque ipsam destruxit. Exinde vero movens exercitum, pervenit ad Novaliciense monasterium, ubi cum suis diutissime moratus est.

8. Cumque rex cum suis totam vallem Sigusinam occupasset, pervenit ipse, ut supra diximus, ad Novaliciensem famosissimum coenobium; ubi tamdiu stetit, donec omnem sumptum et escam monachorum in cibum consummeretur. Non enim ibi sine causa morabatur. Erat vero illis diebus hoc coenobium valde opulentissimum et rebus ditissimum, et de sanctissimo patre bene fuerat comptum.

9. Ante ergo adventum Karoli audiens Desiderius rex Langobardorum, quod super se venturus esset, misit ad universos potentes et magnates regni sui; sciscitat ab eis quid facturus esset. Qui respondentes dixerunt, non sibi posse cum modico exercitu occurrere, qui cum valida manu super se veniebat. *Sed iube*, aiunt, *omnes valles et aditos Italiae, per quos de Gallia ad Italiam transiri potest, muro et calce de monte ad montem claudere, et sic per propugnaculis et turribus aditum ipsum prohibere.* Qui ita fecit. Nam usque in presentem diem murium fundamenta apparent[55]; quemadmodum

a) cacodō *cod.*

52) ex sequentibus de Duria et Durancia apparet, hunc esse *Mont Genèvre;* sed errat noster; Karolum enim per Montem Cenisium descendisse constat. Porro quae de templo narrat, ad neutrum horum pertinent, sed ad Montem Iovis seu S. Bernhardi, in quo revera nunc etiam extant fundamenta templi Romani cum columna lapidea et multis inscriptionibus; extat etiam in monte S. Bernhardi minore templum Gallicum eius formae quae apud Bretones maxime reperitur magnis lapidibus in circulo compositis. Quae omnia delineavit Carolus Promis in libro splendidissimo Antichità d'Aosta, qui liber, Taurini in Bibliotheca Augustissimi Regis Caroli Alberti servatus, multum optandum est ut mox lucem videat; tam curata enim diligentia, tam exacta mensurarum examinatione, tanta denique cum elegantia confectus est, ut optimis rei architectonicae libris merito videatur annumerandus. — Ceterum narratiunculis popularibus ut plerumque aliquid veri inest, eius rei hic quoque in verbis *Caco deo scilicet Iovis*, exemplum habemus, quo felicius non potuit obtingere. Illustris enim Gazzera monet, apud Sabinos in cacumine montis Petra Daemonis vocati repertam esse lapidem hanc inscriptionem ferentem IOVI. CACVNO. F. C., de quo egit Biondi in Atti dell' Accademia Romana di archeologia. Roma 1821. 4. I, 159 sqq. Inscriptiones tamen in monte Iovis hucusque repertae semper Iovis Poenini nomen habent. 53) Dora Ripera. 54) Durance. 55) Iacobus Aquensis apud Moriondi monum. Aquen-

L.d.C.

faciunt de monte Porcariano usque ad vicum Cabrium, ubi palacium illis diebus ad hoc spectaculum factum fuerat.

10. Dum autem haec a Desiderio facta fuissent, et Franci nullum transitum alicubi repperiri potuissent, veniebat pars exercitus Francorum per dies singulos, plerumque milleni, aliquando duo milia, obpugnabant et obsidebant Langobardos, super eis propugnaculis obsistentibus. Erat enim regi Desiderio filius nomine Algisus, a iuventute sua fortis viribus. Hic baculum ferreum aequitando solitus erat ferre tempore hostili, et ab ipso fortiter inimicos percutiendo stèrni. Cum autem hic iuvenis dies et noctes observaret, et Francos quiescere cerneret, subito super ipsos irruens, percutiebat cum suis a dextris et a sinistris maxima caede eos prosternebat. Cum vero haec per dies singulos agerentur, contigit ioculatorem ex Langobardorum gente [56] ad Karolum venire, et cantiunculam a se compositam de eadem re rotando in conspectu suorum cantare. Erat enim sensum predicte cantiunculae huiusmodi:

Quod dabitur viro premium,
Qui Karolum perduxerit in Italiae regnum,
Per quae quoque itinera
Nulla erit contra se hasta levata,
Neque clypeum repercussum,
Nec aliquod recipietur ex suis dampnum?

Cumque haec dicta ad aures Karoli pervenissent, accersivit illum a se, et cuncta quae quesivit dare illi post victoriam repromisit.

11. Karolus ergo mandans suos, mox in crastinum paratissimos ęssę ad iterandum. Ubi sanctissimus pater Frodoinus hoc comperit, protinus illi duos monachos misit, mandans ut in crastinum ante profectionem escam capere dignaretur. Quibus Karolus respondit: *Ergo iam plurimi evoluti sunt dies, quibus ego cuncta vestra bona cum meis in cibum consumpsi.* At illi perseveranter instabant, ut iussa sancti viri facere dignaretur. Et ille *Faciam* inquid, *quod iubet dominus meus.* Illis vero recedentibus, precepit suis tota nocte vigilare, et explorare fores monasterii, ne de qualicumque parte ibi cibum vel potum introduceretur. Sciebat enim, quod nihil cibi vel potus sive aliquid ad ędendum in monasterio remansisset. Noverat namque per omnia virum esse sanctum.

12. Ea vero nocte idem pater beatissimus totam duxit pervigilem, rogavitque Dominum cum lacrimis, qui servis suis in montibus et in desertis locis semper ferculis suis ministrare dignatus est, ut sibi misereri dignaretur, prebens alimenta monachis, et qui in deserti regione quinque milia ex quinque panibus et duobus piscibus saciavit hominum, suis saciare dignaretur hospitibus. Cumque his orationibus et aliis huiusmodi tota nocte perorasset, repperit summo mane tanta copia vini et panis in cellario, quanta aliquando ex labore proprio habere potuit. Erant enim omnia vascula vinaria vino optimo replęta et orreum repletum ipsum [a]. Facta autem die, summens rex cibum cum suis, sciscitat qualiter vel unde illis ipsum advenisset cibum? Cui cum cuncta per ordinem relata fuissent, amirans ergo rex et clamans sanctitatem huius viri, laudans Deum et glorificans abiit.

13. Promittens ergo interea rex ante suum egressum ibi multa bona facere, propter ammirationem predicti abbatis et veneratione eiusdem loci coetuque fratrum inibi degentium, quia multi nobiles carne et nobiliores fide scilicet ex Francorum prosapia ibi Deo militabantur. Si quis vero episcopum vel abbatem suo loco desiderasset [57], de monachis ipsius loci et de discipulis beati Frodoini et de eius doctrina viri requirebantur. De quibus nonnulli mirae et perfectae sanctitatis in eodem loco exercebant.

* 14. Igitur tuba convocatus omnis regis exercitus, ipseque rex abbati et omnium fratrum orationibus se commendans, deinde valedicens, precedente iamdicto ioculatore

a) *Posthaec septem linearum et dimidiae spatium relictum in codice, sed nil deletum. Tunc eodem calamo pergitur* Facta *etc*

sia II, 136, ubi fabulas populares de hac pugna narrat, cum nostro conferendas, dicit de his ipsis munitionibus: *Illas logias vidimus, quia in multis locis adhuc sunt ibi vestigia.* — Mons Porcarianus sive Pirchirianus est *Monte Picare* supra San Ambrogio; in cacumine insigne ferens monasterium San Michele della Chiusa. Vicus Cabrius est *Chiavrie.* 56) ita fabula popularis mutavit Andream presbyterum Ravennatem, qui alias dicitur Karolo dux viae factus. 57) i. e. si alicubi episcopo vel abbate egebant.

coepit abire. Qui ioculator relinquens omnia itinera, ducebat regem cum suis per crepidinem cuiusdam montis, in quo usque in hodiernum diem Via Francorum dicitur. Cumque de predicto descendissent monte, devenerunt in planiciem vici, cui nomen erat Gavensis[58]; ibique se adunantes, struebant aciem contra Desiderium. Desiderius vero 58
sperans Karolum ante se ad bellum, Karolus autem a dorsa ipsorum de monte descenso festinabat. At ubi Desiderius talia comperit, ascenso aequo Papiam fugiit. Franci enim diffundentes se huc illucque, capiebant omnia vastantes castella scilicet et vicos. Tunc accedens iamdictus ioculator ad regem, petiit ut sibi promissum daretur, quod ante illi pollicitus fuerat. Tunc ait illi rex: *Postula quod vis.* Cui ille: *Ergo ascendam in unum ex his montium, et tubam fortiter personabo corneam, et quantum longe audiri potuerit, dabis mihi in merito et munere cum viris et feminis.* Et rex: *Fiat tibi iuxta verba tua.* Qui protinus adorans regem abiit, ascendensque in uno monticulo, fecit sicut dixerat. Descendensque ilico ibat per viculos et arvam, interrogans quos inveniebat: *Audisti*, inquid, *sonitum tubae?* Cui si dixisset: *Etiam audivi*, dabat illi mox colafum, dicens: *Tu*, inquid, *es meus servus.* Ita ergo dedit illi Karolus, quantum sonitum tubae audiri potuit; atque ita dum vixit tenuit, suique filii post eum; qui usque in presentem diem servi ipsi Transcornati vocantur. Karolus denique capiens Taurinensem civitatem atque cunctas urbes et castra universa. Cumque ad Papiam venisset, erat ibi eo tempore sanctus Theodorus episcopus[59], qui tunc ibi episcopabat; ob cuius meritis prohibitum est 59
Karolo de coelo, ut dum predictus episcopus viveret in corpore, non esset ab eo capta ipsa civitate; nam ita divinitus Karolo revelatum fuerat. Discedente itaque Karolo ab ea, coepit abire per circuitu eiusdem civitatis, capiens urbes universas, scilicet Eporediensem[60], Vercellis, Novariam, Placentiam, Mediolanum, Parmam, Tertonam, atque eas 60
quae circa mare sunt, cum suis castellis. Deinde non multo post defungitur ille beatus episcopus. Insinuatum est protinus Karolo, quod ille obisset; qui congregans statim universum exercitum, tendit Papiam, circumdat eam atque obsedit. Ibi autem Desiderius rex fugiens manebat cum Algiso filio suo et filia. Erat autem Desiderius valde humilis et bonus. Tradunt vero nonnulli, quod cum hisdem Desiderius cotidię media nocte surrexisset et veniret ad aecclesiam sancti Michaęlis vel sancti Syri sęu per caeteras alias, aperiebantur statim regiae[61] divinitus ante suo conspectu. Dum ergo Ticinensis civitas 61
diu obsideretur, contigit ut filia Desiderii compositam epistolam ultra Ticini fluvium per balistam Karolo transmisit, dicens, ut si se in coniugium accipere dignaretur, traderet illi continuo civitatem et cunctum thesaurum patris. Ad haec Karolus scripsit talia verba puellae, quae amorem ipsius magis in se incitaretur. Quae statim furando tulit claves portae civitatis, quae erant ad capud lectuli patris; atque mandans per balistam Karolo, ut eadem nocte paratus esset cum suis, cum signum sibi ostenderetur, intraret in civitate. Qui ita fecit. Nam cum Karolus ipsa nocte portae civitatis appropinquans 774.
intraret, occurrit illi predicta puella, gaudio ex promissione sublevata; quae statim inter pedes aequorum conculcata atque interfecta est; erat enim nox. Tunc in ipso fremitu aequorum per porta intrantium expergefactus Algisus regis filius, evaginato ense percutiebat omnes Francos intrantes per portam. Cui pater statim interdixit, ne faceret, quia voluntas Dei erat. Videns autem Algisus, quia non poterat tanto exercitui sustinere, fugiens abiit. Karolus vero capiens civitatem, ascendit in palatium, ubi ad eum omnis civitas venit; receptaque sacramenta fidelitatis, abiit. Post modicum denique mandans predictus rex abbati Novaliciensis, scilicet Frodoino, ut ad se veniret; quod et fecit. Nam dedit illi cortem magnam nomine Gabianam[62], ubi cum apendices suos erant mansas 62
mille, propter reverentiam abbatis, ad ipsum locum Novaliciensem. Dicunt vero nonnulli, quod Karolus rex oculos eruisset Desiderii in Ticinensi civitate, ubi eum cepit[63].

58) *Giaveno*, pari a Sancto Michaele et Aviliano distantia meridiem versus situs, non quidem in ipsa planicie Pedemontana, — multo enim altior est — sed iam plane extra montes, ut facilis inde descensus sit et apertus in Italiam. Montes enim ibi non tam abrupte descendunt, quam in valle Sigusina et in opposita Alpium parte, sed radices versus planiciem altam et paulo inclinatam formant, amplam satis ut exercitus ibi et aperto campo pugnare possit et inde bono ordine expeditus descendere. 59) cf. de vita eiusdem fortasse Ticini extante librum Robolinii Notizie appartenenti alla storia della sua patria. Pavia 1823. 8. p. 222. 60) Ivrea. 61) i. e. valvae. 62) in agro Monferratensi, prope Padum. COMB. cf. c. 26. 63) Etiam Chron. Salernit. c. 9. *Ferunt alii, ut lumine eum privassel.*

15. Post denique invasionem Italiae a Karolo facta, pergente eo in Romaniae tellus,
ubi et imperium et patriciati honorem promeruit, revertente eo, Ugonem filium suum
puerulum adduci precepit, quem beato viro Frodoino commendans, rogavit ut in sancta
64 et monastica professione illum nutriret[64]. Qui benigne eum suscipiens aluit et nutrivit,
ut filio tanti imperatoris decuit. Ob cuius amorem illo in loco multa predia terrarum
et thesaurum multum ibi largitus est. Nam sanctós Cosmam et Damianum martyres ibi
adducens donavit; sanctum quoque Walericum[65] similiter ibi largitus est, atque aliorum
sanctorum pignoribus.

16. Suo igitur tempore beatissimus Frodoinus thesaurum multum ibi faciens con-
gregavit. Cum quo ętiam thesauro fecit crucem in eodem loco, auro argentoquè nec-
66 non gemmis preciosissimis oppido operatam[66], in qua ferunt nonnulli gloriosissimis
pignoribus habere, scilicet ex lacte beatissime Mariae et de capillis suis et de circum-
cisione Domini. Caeterum quibus patrociniis in ea contineantur, facta ipsius demon-
strant; nam paralitici curati, caeci inluminati, demones fugati, infirmi sanati, incendia
sedata, furta inventa, sepissime et vidimus et audivimus per merita beatorum pignorum
in ea quiescentium et beati Frodoini abbatis [a].

67 17. Eo[67] tempore beatus Frodoinus voléns testamentum ipsius aecclesiae renovari,
quod quondam Abbo patricius de ipsa aecclesia fecerat tempore Theodorici Gothorum
regis, misit duos monachos, Agabertum scilicet et Gislarannum, ad Karolum magnum
imperatorem, ut sibi suo imperiali praecepto testamentum ipsud renovari concęderet.
Qui benigne illi annuens, cuncta quae illi pętiit impetrare valuit.

68 18. Erat denique suo tempore villa nominę Otiatis[68] de eodem coenobio, quam quidam
homo nomine Dyonisius cum quondam filio suo Hunone beato Pętro Novaliciensis ea dedit
cum servis et ancillis, pro animae suae mercędem. Hii quoque famuli post multos dies et
post mortem suorum dominorum coeperunt contra monachos et contra ministros ipsius aec-
clesiae insurgere et litigare, dicentes: *Nos neque nostri pertinentes non sumus de vestro*
69 *monasterio, pro eo quia aviones*[69] *nostri vobis pertinentes non fuerunt.* Post[b] paucos vero
dies advenerunt legati Caroli imperatoris in Italiam, causas ipsorum hominum et aliorum
discutiendas; inter quos adfuerunt Raperto comes et Andreas episcopus atque capellanus
domni imperatóris; cum quibus etiam interfuerunt multi iudices et scavinis cum sculda-
xibus, quorum nomina dicere potuissemus, si ad alia gressu concito non tenderemus;
et consederunt in civitate Ticinensi. Tunc pater Frodoinus misit duos ex suis, Adam[70]
71 scilicet et Dodone monachos, cum Raimperto advocatus de Felecto[71] ipsius monasterii.
Inter quos etiam adfuerunt homines de villa Oziatis, videlicet famulos ipsius monasterii.

a) *Hic folium desinit. In sequenti calamo continuo pergitur* Eo tempore *etc. Omisso plane exemplari emunitatis Karoli, quod index capitulorum hic collocat. Sed post finem libri quinti auctor hanc chartam supplevit, signo tamen nullo indicans, ubi inserenda sit. Quare nos quoque eam ibi dandam censuimus.* b) *in hac voce, in medio folio, incipit iterum manus ipsius auctoris, atramento alio, pergitque calamo continuo usque ad finem huius libri.*

64) Hoc falsum esse, iam Henschenius notavit in Actis SS. 13. Martii. Hugo enim post annum 800 natus (Einhard c. 18.); a. 814 adhuc tenera aetate (Nithard I, 3.), a. 825 demum in clericum tonsus fuit (Ann. Lobiens. cf. Thegan. c. 24.). Et quae infra c. 25—27. 31. de Hugone narrantur, falsa sunt et falsis nituntur. Karoli Magni donatio fictitia est; Hludowici, et ipsa spuria, Frodoino inscripta est, non Hugoni; Hugo patris funeri affuit ne tonsus quidem, nedum abbas; obiit non infirmitate apud S. Medardum, sed in proelio occisus, neque ante a. 825, quo Eldradum Hugonis successorem iam abbatem fuisse constat, sed a. 844. Credo itaque, Hugonem Novaliciensem ante a. 825 defunctum plane alium fuisse atque Hugonem Karoli Magni filium a. 844. occisum; sed sequentium saeculorum memoria brevissima in unum esse confusos, quum abbatis S. Quintini fama nomen obscurum Novaliciensis facile absorberet, et monasterio ex abbate imperatoris filio celebri Hugone maior gloria crescere videretur quam ex Hugone quopiam ignoto. Ita omnes temporum difficultates solvuntur, simulque origo fictitii illius diplomatis Carolini apparet. Neque exemplis talem confusionem carere in monasterio Novaliciensi, iam in Theodorico rege Gothorum vidimus; si exemplis eget id, quod sexcenties factum fuit in historiis, immo quod ipsi Hugoni alias iam accidit, quum Rothomagenses archiepiscopum sibi eum fingerent saeculo XI. 65) postea inde Taurinum ad S. Andream translatum, ubi iam requiescit; cf. Acta SS. April. I, 1, 14. 66) qui se voit encor à present. ROCHEX. 67) Hoc caput totum excepto nomine *Gothorum* fluxit ex confirmatione Karoli Magni data post a. 800, de qua cf. ad I, 1. 68) sive Alciatis, ad radices montis Genebrae. Totum hoc caput hausit noster ex ipso quod in eo memoratur placito Bosonis d. 8 Maii 827. quod ex copia saec. X. editum est in Hist. Patr. Mon. Chart. I, 34. 69) abavi, ayeuls. 70) Unno dicitur in placito. 71) Feletto. Hic Raimpertus advocatus de Felecto non legitur in placito.

Et facta reclamatione examinataque causa, sic diffinita est. Post nonnullos vero annos iterum ceperunt predicti homines vexari et eadem verba repetere ut prius, dicentes, contra legem omnino fuissent pignorati et servitio additi humano. Tunc etiam misit Hludowicus rex filius Caroli Boso comes cum suis iudicibus in Taurinensi civitate; inter 827 Mai 8. quos adfuit Claudius episcopus Taurinensis a parte monasterii cum duobus monachis, Agleranno scilicet et Richario prepositis, cum suo advocatus. Tunc pre manibus ostenderunt de predicta villa iudicatos[72] Dionisi atque H[illegible]nnoni pater et filius, in quibus con- 72 tinebatur, qualiter ipsos homines cum villa sub ditione sancti Petri Novaliciensis tradidissent. Erat enim tunc pater Eldradus pastor ipsius monasterii. Et convicti sunt homines iamdicti iterum in conspectu illorum omnium comitum iudicum cunctaque convocatio.

19. Vixit autem sanctissimus pater Frodoinus in abbatiam 43 annis sine crimine; quibus decursis, migravit ex orbe 6. Idus Maii, plenus dierum; ordinatus vero in pasto- 816. ralitate 4. Idus Februari. Nam in textum quoque euangeliorum, quod Attepertus ex precepto illius sanctissimi patris scripsit, in capite invenimus versus inter alios conscriptos ita:

Questio si lector movet, quis hunc condere librum,
Carmina cumque illum saltim nominę nota.
Frodoinus qui pridem pastor et inclitus euex
Nam per decies quater stabuli custos oviumque est,
His super adiectis ternis, sine crimine mansit[a].
Verum Attepertus scripsit ob nomine Christi.

20. Fuit enim hisdem Attepertus monachus et sacerdos in iam sepe dicto monasterio, scilicet in temporibus almi Frodoini. Hic famulus fuit predictae aecclesiae, tám in scientia litterarum valde imbutus, quamque in recta conscriptione scriptor velocissimus. Siquidem ipse multos et varios ac permaximos libros in eadem aecclesiam suis conscripsit temporibus. Ergo ubicumque sua manu antiquaria libros a se conscriptos inter alios invenimus, extimplo recognoscimus.

21. Quodam igitur tempore, cum cunctum Italiae regnum sub ditione Caroli pacifice subsisteret, ipseque in Ticinensi civitate, quae alio nominę Papia apellatur, resideret, Algisus Desiderii regis filius per semetipsum ausus est quasi explorando accedere, cupiens scire quae agebantur vel dicebantur, ut mos est invidorum. Erat enim ipse a iuventute, ut supra retulimus, fortis viribus animoque audax et bellicosissimus. Qui cum in predictam introisset civitatem[b], agnitus est omnino a nemine. Venerat itaque ibi navigio, non ut regis filius, sed ceu foret de mediocri vulgus modicaque militum turba constipatus. Cumque a nemine militum otius agnosceretur, tandem postremo agnitus est ab uno suo notissimo et patri suo quondam fidelissimo. Eratque tamdiu, quo patrem et regnum amiserat. Qui cum vidisset se omnino ab illo agnosci, et celari non posse, verba deprecatoria coepit illum rogare, ut per sacramentum fidelitatis, quod nuper patri suo et sibi fecerat, regi Carolo suam essentiam non insinuaret. Adquievit ille statim et ait: *Per fidem meam, non te prodam alicui, dum celare te potuero.* Ad quem Algisus: *Rogo ergo te o amice, ut hodie ad mensam regis, quando pransurus est, in sumitate unius tabularum colloces me ad sedendum, et omnia ossa quae levatura sunt a mensa, tam carne detecta quamque cum carne de conspectu seniorum vexentium*[73] *sublata, ante me quaeso* 73 *ponere studeto.* Qui ait illi: *Faciam ut cupis.* Erat enim ipse, qui cibos regios solito inlaturus erat. Cumque ad expectatum iam venissent prandium, fecit ille omnia, ut dicta fuerant. Algisus vero ita confringebat omnia ossa comedens medullas, quasi leo esuriens vorans predam. Fragmenta ergo ossium iaciens subtus tabulam, fecitque non modicam pyram[74]. Surgens namque inde Algisus, ante alios abiit. At rex cum sur- 74 rexisset a mensa, perspexit et vidit pyram predictam subtus tabulam, et ait: *Quis, inquid, o Deus, hic tanta confregit ossa?* Cumque omnes respondissent se nescire, unus adiecit et ait: *Vidi ego hic militem residere perfortem, qui cuncta cervina ursinaque ac bubina confregebat ossa, quasi quis confringeret cannabina stipula.* Vocatusque est mox

a) *Post hanc vocem, in fine lineae, eodem calamo scriptum est* REQUIRE A...T; *sequens linea vacua relicta; tunc sequitur eodem calamo* Verum Attepertus *etc.* b) *post haec scriptum fuerat* et in palat *sed ab auctore ipso statim deletum.*

72) i. e. chartam a iudice datam, placitum. 73) i. e. vescentium. 74) πυρά́ν, acervum.

ille inlator ciborum ante regem. Cui ait rex: *Quis vel unde fuit ille miles, qui hic sedit et tanta ossa edens confregit?* Respondit et ait: *Nescio mi domine.* Et rex *Per coronam,* inquid, *capitis mei, tu nosti.* Videns autem se deprehensum, timuit ilicoque conticuit. Cum autem rex animo percepisset, quod Algisus fuisset ille, valde doluit, quod ita inpunis omisisset illum abire, aitque suis: *Qua,* inquid, *parte abiit?* Ait illi unus: *Navigio ergo, domine, venit, et ita suspicor eum abire.* Dixitque regi e suis alter: *Vis,* inquid, *mi domine, ut persequar illum et interficiam?* dixitque illi rex: *Qualiter?* „*Da mihi ornamenta brachiorum tuorum, et in ipsa eum tibi decipiam.*" Dedit namque illi rex dextralia aurea, et insecutus est eum, ut interficeret.

22. Cucurrit igitur vir ille post eum per terram citissime, donec invenit. Qui cum vidisset procul, vocavit eum nomine suo. Nam cum respondisset, insinuavit illi, quod Karolus ei sua dextralia aurea munere transmisisset, culpansque illum, quod ita clam abscessisset; addiditque, ut navem ad ripam prope declinaret. Declinavit ille mox navem. Cum autem prope esset, vidissetque munusculum predictum in sumitate lanceae sibi porrigi, intellexit statim malum sibi inminere. Statimque iectam in dorso loricam arripiensque lanceam ait: *Si tu cum lancea mihi ea porrigis, et ego ea cum lancea excipio. Cęterum si dominus tuus mihi in dolo misit munera, ut me interficeres, nec ego illi inferiorem debeo apparere. Mittam ergo illi mea.* Dedit ergo illi sua, ut Carolo quasi in talionem afferret; et reversus est ilico ille; fefellerat enim sibi suspicio sua. Ergo cum Carolo optulisset dextralia Algisi, induit illam sibi statim; quae cucurrerunt illi mox usque ad humeros. Exclamans vero Carolus dixit: *Non est hutique mirandum, si iste vir maximas abeat vires.* Timebat autem semper idem rex Algisum, eo quod sibi et patri regno privaverat; et quod viribus laudabilis esset heros, propterea ad interficiendum illum miserat.

23. Pervenit itaque Algisus, cum evasisset permaximum periculum, ad matrem suam Anzam reginam, quae tunc in partibus illis advenerat ob orationis causam, scilicet in Brixiensi civitate, ubi oratorium sanctorum Faustini et Iovittae miro opere construxerat,
75 multaque rura largiens ditissimum fecit monasterium. Nam ipsa nuperrime[75], multo donato pretio, sanctam Iuliam virginem ibi a Corsica adduci fecit insula. Ergo quia iam longe narrando discesseramus, nunc succincte ad istoriam redeamus.

816. 24. Defuncto interea seculo beatus pater Frodoinus, ut supra retulimus, domnum et religiosum Amblulfum monachum in regimine ipsius surrexit aecclesiae. Venerat ipse siquidem in monasterio temporibus domni Witgarii episcopi atque abbatis. Hic ex nobi-
771. vel 772. libus ortus fuit parentibus, et ab pueritiae suae traditus Deo et beato Petro apostolo in Novalegiensi coenobio sub testimonio bonorum hominum, devotus pater devotissime eum offerre curavit. Nam in illa quoque offersione sic invenimus continere: *Dum legaliter sanctitum antiquitus teneatur et cautum, cum oblationibus Domino parentes suos tradere filios, in templo feliciter servituros, procul dubio hoc de nostris filiis faciendum nobis salubriter prebetur exemplum. Aequum etenim iudico, Creatori nostro de nobis reddere fructum. Idcirco ego Widilo hunc filium meum Amblulfum, cum oblatione in manu atque peticione altaris pallam manu mea involuta, ad nomen sancti Petri et sancti Andreae ceterorumque sanctorum, quorum reliquiae hic continentur, et tibi Warnari presenti decano, ad vicem domini Witgari episcopi seu et Richarii prepositi, trado coram testibus regulariter permansurum, ita ut ab hac die non liceat illi collum desub iugo regulae excutere, sed magis eiusdem regulae fideliter se cognoscat instituta servare et domino gratanti animo militare. Et ut haec nostra traditio inconvulsa permaneat, promitto cum iureiurando coram Deo et angelis eius, quia nunquam per me, numquam per suspectam personam, nec quolibet modo per rerum mearum facultates aliquando egrediendi de monasterio tribuam occasionem. Et ut haec petitio firma permaneat, manu mea eam subter firmavi.*

25. Cum autem hic sanctę et religiose vivere in presenti studuisset seculo, post aliquantos annos sarcinam carnis abiiciens, feliciter [a] migravit ad Deum.

a *spatium quindecim fere litterarum relictum in codice.*

75) i. e. brevi ante tempore; ut et infra c. 30. Nequaquam ad tempus auctoris spectat, ut voluit Malaspina. Et hic Anzae in Italiam reditus ad fabulas pertinet, quae de infelici rege circumferebantur. Immo ipsi Desiderio narrabant ultimo reditum concessum a Karolo et habitationem in villa Padi; cf. Iacobum Aquensem apud Moriondi II, 138.

In cuius loco protinus ad regendam Novaliciensis aecclesiam domnum et sanctum promoverunt fratres Hugonem, Karoli Magni filium. Ob istius quippe Hugonis amorem, sicut supra in sua oblatione descripsimus, multa et carissima sanctorum corpora cum c. 15. variis vasculis aureis argenteisve ibi pater eius Karolus largitus est. Ibi quoque cortes in Italia seu in regno Francorum atque Burgundionum[a] tradidit, tam pro filio quamque pro amore almi sui magistri, videlicet Frodoini, cuius certe vita et exempla imitatus est.

26. Dominavit namque abbatiam Novaliciensis suis temporibus felix ipse feliciter ac prudenter. Hic ergo tales abuit adiutores et amatores, quales fuerunt reges Italiae atque Franciae, Karolum scilicet patrem suum et Hludowicum fratrem suum atque Lotharium nepotem suum, ac alios post istos sequentes. Carolus ergo dedit in predicto coenobio, scilicet in Mauriensis episcopio, duas cortes Arva et Liana, et in Italia[b] cortem Gabianam nominę; in qua corte cum appendices suos mille mansas numerantur[76]. Hludowicus namque eidem cum patre Karolo[c] auxit vallem Bardoniscam cum castro Bardino[77]. Lotharius vero de eadem valle abbati Ioseph preceptum faciens[78], et insuper 78 adcrevit Pagnum[79], quondam ditissimum et regalem monasterium, quod olim Aystulfus rex ambidexter condiderat. Horum ergo precepta regum ex his supradictis curtibus et aliis in hodiernum usque in eodem monasterio conservantur diem.

27. Hoc siquidem tempore Karolus rex Francorum atque imperator et patricius 814. Romanorum, postquam 76 annis vitae vixerat in seculo, migravit ex hoc orbe 5. Kal. Februarii; nam regna tenens ipse dum vixit 46 annis feliciter, iam ab incarnatione Domini anni evoluti octo centies et quattuordecim. Sic enim in suo epythafio legitur[80]:

Aurea coelorum postquam de Virgine Christus
Sumpserat apta sibi mundi pro crimine membra,
Iam decimus quartus post centies octo volabat
Annus, fluctivagi meruit quo fervida secli
Aetherei Carolus[d]*, Francorum gloria gentis,*
Aequora transire et placidum conprehendere portum.
Qui deciesque quater per sex feliciter annos
Sceptra tenens regni et regno rex regna et iungens,
Febro migravit quinto arii[81] *ex orbe Kalendas.* 81
Septuaginta sex vitae qui terminat annos.
Quapropter flagito, precibus si flecteris ullis,
Quique huius relegis lector epygramata versus,
„Astriferam Caroli teneat“ dic „spiritus arcem[e]*.“*

Ad huius ergo Caroli funus affuisse dicunt filii eius, Hugo scilicet abba[82] cum reliquis 82 fratribus.

28. Circa igitur haec tempora, cum non inter se aequaliter divisissent filii Caroli[83] 841. regna patris sui, ortum ilico bellum inter eos. Nam in campo quodam, ubi fontes nonnulle oriuntur, unde et nomen accepit videlicet Fontaneto, ibi quoque conglobati quat-

a) a. B. *postea supplevit auctor.* b) s. i. M. e. d. c. A. e. L. e. i. I. *postea supplevit auctor intra lineas.* c) c. p. K. *et* cum c. Bardino *et* de e. v. a. I. p. faciens *eodem tempore auctor supplevit.* d) a. caro carolus *cod.* e) arcani *cod.*

76) cf. c. 14. Legitur apud Ughelli IV. p. 1023. Rochex p. 68. Hist. Patr. Mon. Chart. I. 53. ex charta arch. reg. Taurin. inter Novalicienses mazzo 2. n. 1. Sed haec falsa est et fictitia, saec. XI. in. confecta, cui falsarius ut genuinae speciem daret, partem dimidiam sigilli magni impressit, imperatorem sedentem exhibentis coronatum, cum sceptro globoque; simul ne fraus agnosceretur, legendam sigilli et faciem imperatoris delevit, totumque sigillum nigro colore obduxit. Internas falsitatis rationes iam Muratorius exposuit. 77) Haec charta non iam extat, sed citat eam Lotharius in confirmatione sua d. 10. Oct. 845. ubi castrum illud Diobia vocatur. Bardonnêche situm est ad radices montis Thabor. Alia charta Ludovici anno 814. pro Frodoino edita in Murat. Ant. III, 31. et Hist. Patr. Mon. Chart. I, 31. quae servatur in archivo regio Taurinensi inter Novalicienses mazzo 1. n. 9. falsa est saeculo XI. ineunte confecta, ut litterarum forma satis docet. Ceterum sub Ludovico Pio monasterium inter 14 principalia imperii censebatur, *quae dona et militiam facere debent.* Mon. Legg. I, 223. 78) 10. Oct. 845. editum ex orig. in Hist. Patr. Mon. Chart. I, 43. cf. infra n. 88. 79) Appania dicitur in charta ipsa originaria d. 14. Febr. 825. Heldrado abbati concessa, edita ibid. I. 33. Hodie Pagno, prope Saluzzo. 80) in Agobardi opp. II, 120. 81) iunge: *quinto Kalendas Febroarii.* 82) at tunc nondum abba fuit. 83) Ludovici Pii potius.

841. Iun. 25. tuor reges cum chuneis suis fortiter invicem dimicarunt; ubi occisa nonnulla milia hominum, non modicam ibi stragem dederunt. Qui licet multi ex utraque parte occubuerint, constat tamen Hludowicus cum Lothari filio, superatis fratribus, campum optinuisse cum victoria. Sicque victores effecti, regnum Italicum potiti sunt.

29. Eodem itaque die diabolus insidiator humani generis, qui haec inter eos perpetrari fecerat, Romanis hoc bellum nuntiavit. Ergo consedit ipse in excelsioribus fenestris aecclesiae beati Petri, dum canonici pleniter offitium misse agerentur, retulit illis magna voce, quod Karolus iunior et Pipinus, Lotharius et Hludowicus reges in iamdicto campo prelia agebantur. Qui notantes diem et oram, ita invenerunt ut diabolus illis insinuaverat.

30. Erat preterea in arva Francorum monasterium quoddam ditissimum, in honore sancti Medardi confessoris fundatum, quod nuper Karolus ob amorem filii sui Hugonis, quem oppido videbat incrementu sanctae religionis et sanctitatis ubertim excrescere et ad exemplum beati viri Frodoini magistri sui de die in diem proficere, auxit, ut dicunt, 85 ipsud monasterium Novalicio, ubi ipse preerat pater[85]. Cantantur denique antiphone de predicto confessore bene composite per abbatiam Novaliciensis, quae per nulla alia monasteria cantari videntur, maxime infra regnum Italiae. Nam incomparabilem thesaurum et precipuum honorem ab ipsis regibus Francorum quondam prenominatae abbatiae audivimus et vidimus conlatum.

31. Post paucos vero annos idem vir venerabilis Hugo, cum quadam die secundum morem abbatiae suae cellas causa providentiae et amonitionis circuiret, devenit in Frantie tellus, ubi multae cellae erant sub ditione Novaliciensis coenobii erecte. Quas cum ex parte requisisset, consedit mox in prefato monasterio videlicet sancti Medardi confessoris. In quo cum aliquantis commoratus esset diebus, infirmitate corporis tactus egrotare cepit; de qua aegritudine ad necem usque perductus, obiit illic Idus Iunii, per cf. ad 15. omnia felicissimus, ibique sacrum eius corpus honorifice quiescit humatus. Erat enim sapientia et sanctitate precipuus, elemosinis largus, pietate laudabilis, corpore castus, mente devotus, animo vigil, pulcritudine corporis valde decoratus, sicut prole tanti decebat imperatoris. Post multos itaque annos retulit nobis abbas ille de Sancto Medardo, quod prephatus Hugo abbas apud ipsos multis virtutibus et miraculis per eum Dominus illo in loco operatus sit, et quanta veneratione ab incolis loci haberetur. Hoc quoque defuncto, excellentissimus pater Eldradus in abbatia preficitur. Huius itaque patris vitam nostris temporibus, quantumcumque ex suis miraculis atque virtutibus colligere potuimus tam visis quam auditis lectisve, quibus per eum Dominus operare dignatus est, devotissime in eius laudibus simul scribere curavimus[86]. 86

1000. 32. Post multa itaque annorum curricula tertius Otto imperator veniens in regionem, ubi Caroli caro iure tumulata quiescebat, declinavit utique ad locum sepulture illius cum duobus episcopis et Ottone comite Laumellensi; ipse vero imperator fuit quartus. Narrabat autem idem comes hoc modo dicens: *Intravimus ergo ad Karolum. Non enim iacebat, ut mos est aliorum defunctorum corpora, sed in quandam cathedram ceu vivus residebat. Coronam auream erat coronatus, sceptrum cum mantonibus indutis tenens in manibus, a quibus iam ipse ungule perforando processerant. Erat autem supra se tugurium ex calce et marmoribus valde compositum. Quod ubi ad eum venimus, protinus in eum foramen frangendo fecimus. At ubi ad eum ingressi sumus, odorem permaximum sentivimus. Adoravimus ergo eum statim poplitibus flexis ac ienua; statimque Otto imperator albis eum vestimentis induit, ungulasque incidit, et omnia deficientia circa eum reparavit. Nil vero ex artibus suis putrescendo adhuc defecerat, sed de sumitate nasui sui parum minus erat; quam ex auro ilico fecit restitui, abstraensque ab illius hore dentem unum, reaedificato tuguriolo abiit.*

EXPLICIT LIBER[a] TERTIUS.

a) *post hanc vocem auctor atramentum atque calamum pauxillum mutat.*

85) Frodoinus scilicet. Sed haec falsa; nunquam enim S. Medardi coenobium Novaliciensi subiectum fuit. Errorem hausit noster ex spurio diplomate Karoli Magni, de quo cf. supra ad c. 26.

86) cf. praefationem nostram.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI IV.

EXPLICIUNT CAPITULA LIBRI IV.

INCIPIT LIBER QUARTUS[d].

[7.[e] . . . . . Pater sanctus Eldradus exhalat animam; qui sepultus intra coenobium, infra thecam pausat dignissimam.]

[18.[f] Ergo Valchinus archiepiscopus Ebredunensis primus noster adiutor et fundator fuit, avunculus Abbonis. Post Godo, post Abbo alius abbas, tum Ioseph, tum Ingelelmus, Gislaldus, Asinarius, Vitgarius episcopus, Frodoinus, Amplulfus, Ugo, Eldradus, Bonifacius, Richarius, Heirardus, Ioseph, Conibertus, Petrus, Garibertus, Georgius,

a) *hunc indicem postea alio atramento adscripsit auctor; dein spatio decem linearum relicto, alio iterum tempore scripsit calamo continuo* De successionibus *etc. usque ad* INCIPIT LIBER QUARTUS, *numeris non praepositis.* b) *haec expuncta sunt.* c) *ita postea correxit auctor; prius fuerat* a vacariis. d) *hic desinit prior pagina rotuli. Perditis primis rotuli foliis, una cum chronici initio intercidit etiam totus liber quartus una cum maiori parte indicis libri quinti. Pingonius adhuc vidit integrum, Duchesne fere integrum; ex quibus quaedam supplevimus, praeeunte iam Combetto.* e) *Ex Rochex qui p. 120 haec habet:* l'autheur de la chronique de cette abbaye, écrite en l'an mil quarante, parlant de ce saint Eldrad il dit: Pater *etc. ut supra dedimus. Numerum capitis ex coniectura tantum apposuimus.* f) *ex exc. Pingonii.*

Domnivertus, Belegrimus, Romaldus, Ioseph, Gezon, Gotefredus, Odilo, Eldradus,
87 Benedictus, trigesimus Adregondus[87].]

[20.[a] Et tunc Ioseph episcopus Eporediensis accessit Novalesii, et monachus factus,
c. 845. et factus abbas sub Lodovico rege, filio Lotharii, qui castrum Bardinum cum valle dedit
Iosepho[88].]

[21.[b] Herigario huic contulit coenobio et Lea uxor montem Vesenium . . . Tempore
c. 890. Heirardi abbatis erat Mainfredus comes palatii[89]. . .]

906. [22.[c] Circa haec tempora maxima pars Sarracenorum mare navium vehiculis transfretantes, ingressi sunt Fraxinetum ad habitandum; ubi plurimos annos commorantes, inexpugnabilem reddiderunt. Erat enim circumseptus nemore perdenso, maxime silvarum plurimarum . . . . . . Est autem locus ipse situs super ora maris, in Provincia prope Arelatem.]

[23.[d] Morantibus interea eisdem Sarracenis in eadem arva, discurrebant huc illucque, depraedantes et vastantes cunctas provincias quae in circuitu suo fuerant, scilicet Burgundiam, Italiam, et caeteras quae proximiores videbantur.]

[24.[e] Audiens itaque Domnivertus abbas profanissimam famam eorum, qui tunc sanctae Novaliciensi preerat aecclesiae, nimis pavidus de eorum metu factus, Taurinensi civitate fugere malo suo et nostro curavit cum suis. Erat autem aecclesia in prefata civitate in honore sancti Andreae et sancti Clementis dedicata, ubi hodie dicitur Sanctum Benedictum, scilicet ad portam Sigusinam, quae longe ante pertinens fuerat de ipsa Novaliciensi abbatia. Ibi praefatus abbas mox ut venit, cum suis consedit. Fateor in veritate, melius illi fuisset et omnibus monachis, ut valide in loco consisterent, et colla sua ferro pro Dei amore submittere non formidarent, ut per presentem mortem omne territorium abbatiae cum cuncta supellectili locum contaminatum reservatumque foret, quam sic evasisse et omnia perdidisse. Heu heu! tunc amisit sanctissima mater nostra Novaliciensis ecclesia omnem honorem suum, insuper et dominatum suarum omnium aecclesiarum . . . .]

[26.[f] Ob inundationem Sarracenorum ex Fraxeneto, qui in monte silvis permaximis circumdato inextricabilibus subterraneis cuniculis inhabitabant, devastata Provincia Arelatensi, Burgundia, Cimella, totam quoque Galliam Subalpinam sanguine et incendio submerserunt, effugerunt monachi ex Novaliciensi monasterio, et pretiosiora queque Taurinum asportaverunt in templum sancti Andreae. Et inter cetera delati sunt libri
90 sex mille[90].]

906. vel 916. 26.[g] Discedentibus denique monachis ab ipso coenobio, statim dirissima gens Sarracenorum occupavere locum. Qui ilico depraedantes universa quae invenire poterant, concremaverunt omnes aecclesias ac domos universas. Invenerunt siquidem ibi duos

a) *ex exc. Pingonii.* b) *ex exc. Pingonii.* c) *ex exc. Duchesnii III,* 635. *qui quod numerum capiti praeponit XXI, et sic in duobus quoque sequentibus, inde explicatur, quod caput* 17^{mum} *postea demum ab auctore insertum fuerat codici, ut ex indice vidimus. Punctulos retinuimus ex Duchesnio.* d) *ex Duchesnio.* e) *ex Duchesnio.* f) *ex exc. Baldessani, secundum DeLewis apographum. Terraneus eadem ita exhibet breviora:* Cum ob inundationem Sarracenorum effugerent monachi et pretiosiora quaeque Taurinum asportarent in templum sancti Andreae, inter caetera delati sunt libri sex milia videlicet sexcenti. *Pingonius ita habet:* Ob timorem Saracenorum abbas et omnes monachi dereliquerunt coenobium Novalicio et confugerunt Taurinum in ecclesia sancti Andreae et sancti Clementis cum omni supellectile per octo plaustra, et erant 6666 libri. g) *ex Duchesnio, apud quem numeri abhinc non notantur. Itaque nec in codice erant.*

87) ad hoc caput cf. catalogum abbatum Chronico subiiciendum. 88) haec charta Lotharii de Bardonisca, data 10. Oct. 845, edita Murat. Ant. V, 791. Hist. P. Mon. Chart. I, 43. ex archiv. reg. Taurinensi falsa est, s. X. in. aut IX. ex. confecta, ut totus eius habitus docet. Cave ne diversam ab ipsa credas eam, quam Rochex p. 124 datam dicit 8. Oct. 843, eandemque pagina sequenti adscribit d. 8. Oct. 834. solo errore ipsius; quod non mirum in auctore adeo confuso. Sed noster quoque in verbis *factus abbas sub Ludovico rege* errat; iam fuit sub ipso Lothario. Voce *qui* enim Lotharius intelligendus, ut docet charta. 89) cf. de his Terraneo Adel. I, 37 sqq. ubi caveas, ne omnia quae Pingonius in Augusta Taurinorum „ex notis Novalesii“ affert, inde omnia sumpta esse credas. Multa enim, genealogica maxime, ipse inseruit de suo, fide bona quidem sed nonnunquam a vero aberrans. De Mainfredo a. 896 morte mulctato cf. infra Append. 13. 90) Bucelinus in Menol. Benedict. habet 7700. Post incendium, de quo cf. V, 1, remanserunt 500, quae initia fuerunt bibliothecae S. Salvatoris Taurinensis; cuius catalogum antiquum citat Meyranesi Pedem. Sacra I, 1. 33. MALASP. Meyranesi dicit, ibi primo loco recenseri „libros Riculfi“, qui procul dubio sunt Novalicienses; promittitque in appendice integrum catalogum se daturum. Sed nunquam dedit, neque inter collectanea eius atque epistolas exstare, retulit nobis qui eas ob id perscrutatus est, illustrissimus Gazzera.

senes monachos, qui illic ob custodiam ecclesiarum domorumque relicti fuerant; quos arripientes, ad necem usque vulnerantes vapulaverunt . . . . .]

[30.[a] Veniente ergo abbate Domniverto cum monachis suis et cum cuncta suppellectile et thesaurum enormem in civitate Taurinensi, ibique monasterium aedificantes consederunt. Erat autem tunc in episcopio Taurinensi episcopus, nomine Wilielmus, sub cuius dominio erat prepositus nomine Riculfus. Hic notissimus satis et amicus valde fuerat monachorum suprataxatorum. Qui venientes in iamdictam civitatem, non habebant domos, ubi tantos libros et tantum thesaurum custodire quivissent. Commendaverunt ergo ipsi monachi ipsum thesaurum Riculfo preposito, et aliquid ex ipso thesauro inpignoraverunt, accipientes annonam, sicuti mos est advenarum qui in loco non serunt. Perturbata vero terra propter metum Saracenorum, fugientibus monachis — alii namque . . . nonnulli mortui — defungitur et ille Riculfus, periitque inpigneratum ut accommodatum. Sicque remansit pars maxima thesauri cum aecclesiasticis libris accommodati, nec postea recuperati[b]. Hoc tempore in Taurinensi civitate translatio facta est sancti 906.
Secundi martyris infra civitatem, qui fuit dux Thebeorum legionis, facta a domno Wiliemo episcopo anno incarnacionis dominicae 906. Hic composuit passionem sancti Solutoris cum tribus responsoriis; et ab apostolico Romanae sedis et cunctorum episcoporum qui in sancta synodo convenerant, tribus annis ob poenitentiae causam ab episcopatu suspensus est.]

[EXPLICIT LIBER QUARTUS.]

INCIPIUNT[c] CAPITULA LIBRI QUINTI.

a) *ex Duchesnio.* b) *Horum omnium loco Pingonius haec tantum habet:* et Riculphus prepositus libros 400 habuit ex dicta bibliotheca. c) *ex exc. Baldessani. Numeri ibi praefixi non erant.* d) *ita Baldess.,* saevitia *addit ex coniectura Terraneo,* actionibus *DeLewis; corruptela inesse videtur in voce* mecuriorum, *cuius loco DeLewis habere videtur* alecuriorum. (De nece duorum *legendum esse videtur.* PERTZ.) e) interveniente regina *DeLewis* f) religiosum *DeLewis.*

De sancto Benedicto patre nostro, qui ibi cuidam fratri per matutinum apparuit.
De Iohanne abbate, atque de Gezone prudenti et humili viro.
De Bruningo monacho.
De Uberto praeposito.
De alio sancto viro.
91 *De Widone episcopo Albensis ecclesiae*[91].
De Odone marchione, qui dedit sancto Petro Pollentiam cum aliis cortis suis.
De quodam viro circumdatus ferro, quem abbas Gezo absolvit.
De morte Widonis marchionis, quam beatus Petrus illi insinuavit.
De Leone episcopo Vercellensi.
De sanctis Silvestro atque Frontiniano martyribus, quos ipse Gezo ab Alba duxit civitate.
De sanctis Aso et Esagiola martyribus.
De sancto Valerico abbate et[a] *confessore.*
De quodam homine impiissimo nomine Gontranno.
De Gezone abbate, domnum Gotefredum subtus se ordinavit.
Quod ipse valde timens Dominum fuerit.]
De[b] *quodam monacho, qui ei una die alapam dedit.*
De alio monacho Stabilis nomine.
De abbate Gotefredo, qui longe post mortem suam cuidam fratri fugienti apparuit.
De latrone qui in vico Novaliciensis furtum faciebat.
De lupo qui ex eandem villam puerum deportavit et minime comedit[c].
De vacario eiusdem aecclesiae, qualiter eum beatus Petrus liberavit a serpente.
De luctu et planctu demonum.
De diabolo, qui in similitudinem ioculatoris cuidam fratri apparuit.
De quodam sancto, qui in similitudinem pastoris ferulam gestabat, qui ibi cuidam fratri apparuit.
De mansionario eiusdem aecclesiae.

EXPLICIUNT CAPITULA LIBRI QUINTI.

INCIPIT LIBER QUINTUS.

1. Tempore illo quo capti fuerant Sarraceni ex Frasceneto villa, duo eorum con-
92 stricti tenebantur nodis in civitate Taurini ab Arduino[92], quorum seva rabies iam pene fedaverat orbem. Erat in eadem erectum castrum, ante cuius foras monasterium habebatur dedicatum in honorem sanctorum Andreae Clementisque. Videntes igitur Sarraceni domum Dei[d] . eti referr . . . . . castro . . . . cogitare qualiter . . . . se vo . . liberarent . . . . suasione accendunt ecclesi . . . . s aedes sacrae vaporant flammis . . . haec vexatrix hominum pestis antiqua tales fecit . . homines ut quos dederis precipites in mundo . . . . . eq . . . feciss . . commercium. Consumatur ergo domus Dei, ceteri mox fugam petunt. Factum est autem dum fugerent, ilico a praesidente violenter capiuntur, crucisque post subiere martyrium. Ibi vero
93 opes multas amisimus[93], testamenta, verum etiam libros, qui moderno in tempore monstrantur semiusti.

2. De Domniverto abbate, qui illó erat, aliqua optamus nunc dicere, ut coeptus ordo non omittatur. Nil tamen boni dicere de eo quimus; sed tamen ubi presentem
906. vel 916. amiserit vitam quoque loco humatus sit, referre habemus. Hic vero persecutionem barbarorum fugiens, a monasterio Novelucis Taurinum veniens, in prelibato monasterio

a) a. et *desunt Terr.* b) *hic desinit lacuna in codice; incipit manus scribae, fortasse primi.* c) *hi quinque indices* De lupo *etc.* De vacario *etc.* De diabolo *etc.* De quodam *etc.* De mansionario *etc. deerant in exc. Baldessani.* d) *sequentia ita evanuerunt, ut iam fragmenta tantum legi possint.*

91) Errat auctor. 92) tertio, Glabrione, comite a. 943—975. COMB. 93) Hinc nequaquam sequitur auctorem vixisse Taurini apud S. Andream, ut quidam hunc ob locum statuerunt. Quum enim quae ibi perierunt, Novaliciensis essent monasterii, idque cum Bremetensi tanquam unum atque idem haberetur (cf. infra c. 20.), bene noster, Bremetensis, dicere potuit *amisimus*, ut et infra c. 5. *loca nostra* de Novalicio dicit.

sarcinam deposuit carnis. Ex eo quod de eo memoriae tradatur non habemus; tantum ob id reminiscitur cum culpa, quod res sanctae aecclesiae post cessatas persecutiones non exquirit, nec per se nec per alium quemquam. Vixit autem in regimine abbatiali 41 annum. Circa hec tempora Rodulfus rex regnavit apud Italos[a] [94]. 94

3. Non est nobis ignaviter accipiendum de Ugone callidissimo, qui iussu suo labefactat regnum Italiae. Is ortus est in finibus Viennensis, imperavitque regno Italiae. 926. Iul. Hic denique mittens auriculares et praecones, qui lustrarent civitates et castellas, ne homines inconsulto loquerentur de eo, tantus namque pavor[b] invasit cunctos, ut minime auderent loqui palam de eo, sed more scurrarum per calamos fossos ad invicem loquentes, sic insidias parabant ei. Ipse autem rex genuit filium, vocavitque eum Lotharium[c]; qui convalescens ad iuvenilem pervenit aetatem. Gaudet quippe pater de semine necis; coniugem suadet accipere. Iste namque obtemperans monitis patris, coniugem accepit. Pater vero post dotem, succensus face luxuriae, nurum viciat, antequam ad filii perveniat thalamum. Ó nefas! libido sodomita inrepit patres, ut stuprum exerceant in nurus et etiam in filias, ut in acta legitur Apollonii. Sed divina pietas inultos habire non permittit. Illum namque fulmine percutit, ab ea celitus missum. Hic post perpetracionem vicii, vorticem subivit tetri vadi; morte namque prereptus, congrue funditus 947. amisit vitam. Cuius filius succedens in regnum, tenuit Italiam. Putrida igitur radix ortus ex spinis, ledens omnia, et quae laedere non valens conculcabat pedibus, per viam nocentiae pertulit passus. Hic dum aliquando de Papia veniret Taurinum cum 950 Nov.13. uxore sua, feria 4, quae est 13. die mensis Novembris, preceptum dedit Arduino marchioni abbaciae Bremensis[95]. Qui[96] non post multum tempus mortuus est transacto vix 95 spacio unius mensis, feria 6, quae est 10. Kalendas Decembris, et Mediolanum vectus, Nov.22. ibique tumulatur in sepulchro sui genitoris.

4. Post mortem horum regum regnavit Berengarius[d] cum filio suo Adelberto. Die 950. Dec.15. dominica, quae est 15. die mensis, in civitate Papiae ad absidam sancti Michaelis[97] sic electi sunt reges, ut preessent Italiae. Qui inde exientes laureati[e] cum Willa uxore ipsius Berengarii, indicione nona.

5. Huius temporibus quidam vir extitit, clarus genere sed clarior fide, nomine Albertus marchio, pater huius Berengarii ut aiunt[98]. Hic dum videret loca nostra[99] diruta 98 a paganis, et monachos perire egestate, tribuit ecclesiam consecratam in honorem sancti c. 920. Andreae cum porta commitale, secus murum civitatis[1], ubi Deo opitulante monachi divinum exercent opus. ∴[f]

6. In eodem loco quem supra nominavimus[2], erat quidam abbas Belegrimmus no- 953. mine, humilis et bene educatus, eruditus pericia litterarum, et ut aiunt multi, auctor extitit hymni *Omnipotentis Dei, et Genitoris*, qui more congruo per universa loca habetica Bremetense oppido Dei in honorem modulatur in assumptione sanctae Mariae. Hic videns, negocium divinum nullomodo misceri posset seculari, mutat monasterium[3] quod constructum fuerat ante castrum, ad ecclesiam secus murum civitatis sitam ad portam commitalem.

7. Idem igitur domnus Belegrimmus, non satis cautus his[g] quae secularibus sunt,

a) C. h. t. R. r. r. a. i. *postea adiecit auctor. Cf. Append.* 14. b) *in hac voce cum novo folio calamus mutatur.* c) *ita auctor correxit quod prius erat* nomenque indidit lotharii. d) belegrimmus *corr.* berengarius *cod.* e) *ita auctor ipse postea superscripsit voci* compti, *quae prius scripta erat.* f) *cf. post c.* 12. g) *vox incerta in cod.*

94) a. 922—937. 95) cf. infra Append. c. 3. Hinc acerbum illud nostri de Lothario iudicium: *Putrida igitur radix* etc. 96) cf. Catal. regum et impp. Langob. ex cod. Ambrosiano Mon. Germ. SS. III. 216. 97) v. SS. III. p. 217. 98) *p. h. B. u. a.* postea demum curis secundis auctor lineae superscripsit, tum quum epistolam Belegrimi infra V, 20 chronico suo adderet, in qua legebat verba *pater Berengarii regis qui dicebatur.* Vocabulum *huius B.* nequaquam cum Napione et Malaspina intelligendum est *huius qui nunc regnat*, sed nil est nisi *huius de quo modo dixi.* Adelbertus est marchio Eporediensis huius nominis primus, qui postea fundavit etiam monasterium Bremetense, et obiit a. 925; cf. infra append. 3. Loco verborum *ut aiunt* apographum quo usus fuit Muratorius, scripserat *tyranni*; quem pennae lapsum saepe repetierunt recentiores. 99) Novalicium. 1) Taurinensis, iam dicta Chiesa della Consolata. MAL. 2) scil. in abbatia Bremetensi, quam c. 3 nominavit; non apud S. Andream, ut quidam voluerunt. Belegrinum enim ab initio Bremeti habitasse oportet, quum iam eius antecessor Romaldus *abbas Brremetensis* dicatur c. 13. et in Necrol. Novaliciensi et S. Andreae. Cf. ad V. 17. 3) SS. Andreae et Clementis.

scientia litterarum sciolus, sed ignarus omnium quae huius saeculi sunt, quamvis · foret
nobilis secundum saeculi putredinem, tamen omnia queque illi apponebantur in mensa
edebat, non interrogans quomodo aut qualiter ei collata essent. Unde servi dolo capti,
bona non tradebant largienda, sed incocta quando sibi bona reservabant[a]. Is igitur post
972. 19 annos vitam amisit labentis saeculi.

8. Itaque dum reteximus acta vel gesta regum, dignum est, ut de vassis loquamur.
Arduini scilicet infelicem prolem[b] satagimus dicere. Antiquorum igitur sermo narrat,
4 quia fuerunt duo fratres, Rogerius et Arduinus, et unus eorum cliens nomine Alineus[4].
Hii ergo prodigi et exuti omnibus rebus, ad Italiam veniunt de sterilibus montibus.
Subeunt colla nobilibus; divites in proximo existunt. Ipsi vero sibimet spondunt, si
quis eorum alcior insurgeret, ceteri adiutores et servitores essent illius numinis. O scelus!
Dei inprovisa sunt iudicia, et homines ante spondunt honores quam adquirant; sed
cupida mens aliquando quod optat, in consequenti tempore occupat. Dum ita sermoci-
5 narentur, Rogerius, avidus mortali honore, eripit Aureatem comitatum[5]. Tunc quidam
comes erat, cui potestas concessa erat illius comitatus, Rodulfus nomine. Aliter sollers
Arduinus non valens tenere comitatum illum, manibus vi* nexis militem fit Rodulfi. Ipse
denique Rodulfus, iam fessus longa senectute, Rogerium ad se vocat semotis cunctis:
Vides me; creber in malis curias[c] *regales iam lustrare non sufficio; mitto te ad eum, ut
consideres quae facienda sunt.* Ille autem non surdus auditor, mox complet dictum iu-
6 bentis domini, et celeri cursu ad Papiam venit civitatem. Rex namque illic manebat[6].
Ubi autem venit ad regem, salutat eum dulcibus verbis. Condescendente ei rege, gra-
tiam spopondit habere largissimam, si obsequium illius frequentaret innocue. Qui mo-
ratus aliquantulum cum rege, post non multos dies ad seniorem suum revertitur. Vi-
densque senior, quod prudenter egisset, vicinius ad se eum clamans, inquit: *Post mor-
tem quippe meam senior totius terrae eris, quam cognosco me pridem habuisse!* et iterum
eum ornans diversis monilibus, ad regem mittit. Qui adquirit comitatum illius, et rex
illi donat interveniente regina; et ipse comes interim mortuus, uxorem illius Rogerius
accepit, et sic arripit potestatem illius terrae. De qua genuit filios duos, vocans uni
nomen suum, alteri nomen fratris, Rogerium et Arduinum[7]. Hic enim Maginfredum
genuit[d].

9. Interea reminiscens parentum meorum infra persecutionem barbarorum interim
nominatis, qualiter circumventi sunt commendo stilo, et etiam memoriae nequeat latere
8 posteris. Quidam miles fuit meus patruelis; qui exiens ex finibus Carricianae[8], Ver-
cellis properabat ad urbem. Audierat namque adventum barbarorum, sed distulit cre-
dere, quia tunc procul aberant a finibus nostris. Dum iret igitur per nemus quoddam
in iure ipsius civitatis, subito insiliunt in eum infinitae multitudines Sarracenorum — vene-
rant iam in finibus Liguriae — qui protinus confligunt, et sautiantur ex utraque parte. Non
valentes vero pauci contra tam magnam multitudinem, dilituunt; quidam eorum vivi
detinentur. Tunc captus est patruelis meus cum uno suo vernabulo; enimvero pessum-
dantur cum tauris herum et vernulam. Dum haec agerentur, forte accidit, ut frater
illius, scilicet avus meus, ad curiam properaret episcopi. Videt vernulam fratris vinctum
cum tauro; ilico exhorruit, cur ei evenisset causam interrogat. Respondisse vero fertur,
illuc cum venisset ab exploratoribus captus est[9]; maliciose celans interceptionem sui
10 heri, ob gratiam sui liberandi. Ipse autem profecto dedit tauracem[10] trilicem, qua erat
indutus, et servum fratris liberat a vinculis. Post ereptionem suam nequam pandit,
Andr. II, 5, 16. seniorem esse captum, ut Terentius ait: *Omnes melius malunt sibi esse quam alteri.*
Frater autem valde condolens fratre capto, stipendium non habens redimendi, ad epi-

a) queque illi — reservabant *postea auctor correxit, expunctis quae prius ibi fuerant* sine . . . . ria quae . . . . atis neglige . . . . . contenta sca . . ebant . ho . . . . . . b) *ita statim correxit scriba, quod prius scripserat* Arduina infelix proles. *) m. innexis *Mur.* c) *ita scriba correxit;* edes *prius.* d) H. e. M. g. *postea suppleta, incertum utrum ab auctore, an quod magis videtur a correctore. Abhinc singula capita non iam numeris notantur, sed maiori tantum littera et nova linea distinguuntur. Attamen numeros iis praeponendos putavimus.*

4) de eo cf. Terraneo Ad. II, 139. 5) de hoc mystico comitatu cf. Terraneo Adel. I, 116 seqq. Durandi Piemonte Cispadano p. 99. 6) „Berengarius I. Haec acta videntur intra a. 906 et 910.“ Terran. Ad. I, 112. 7) tertium, Glabrionem, patrem Manfredi I; cf. Terraneo Adel. I, 226. 8) curtis in comitatu Vercellensi. COMB. 9) i. e. se captum esse. 10) i. e. thoracem.

scopum properat civitatis nomine Ingo, qui erat suus compater[a][11], ut daret illi aliquod 11
aminiculum. Sed non habens quod proficere posset, monetis consideravit[b] cunctà sua
penetralia, si inveniret quod sumeret. Sed non repperiens in illis facultatibus, vicinos
et amicos requirit, et queque habere potuit, pro redibitione dat fratris; et sic eum libe-
rat a funere mortis.

10. At nos regium captantes nomen, facili sermone eorum facta comprehendimus.
Mortuo quippe Lothario, uxor eius Adheleida a Berengario capitur, et in Papia civitate 950.
in quodam coenaculo vi opprimitur, et diversis coangustatur calamitatibus. Sed Deus
inspector omnium, nihil constituens sine remedio, qui semper est misericors humilium,
reginam otius liberat. Nam quaedam eius tyruncula, Christi premonita dextera, domi-
nam propriis manibus liberat. Hec subter limina ostiorum terram cavat manibus, quon-
dam iatum faciens, se et dominam clam liberat. Quae inde evadentes, collocant sese
in humectis locis, ut sic fugere valerent. Factum est autem, ut quidam clericus, nomine
Warinus, auceps illic tenderet passus; vidensque reginam, fixit[12] se capi ab eius amore, 12
et requirit scelus nefarium. At regina nobilissima stuprum abnegat; ille minacibus
verbis eam minitat, quia proderet eam regi. Dum angustatur undique, ammonet ut ab-
utatur pedisseque, ne fedaret reginam. Modestus namque clericus verba rennuens ficta,
renuit inania; post non multum tempus presul efficitur Modonensis, conferente sibi eadem
regina[13]. Regina, ut supra retulimus, coangustatur diversis calamitatibus, et auxilium 13
petit ab Attone, avus qui fuit Bonefacii. Qui audiens legationem, equos producit, regi-
nam aufert in Canusino castro.

11. Sed rex Berengarius audit reginam morari in Canusino castro; hostiliter movit
a Papia, veniensque ad castrum, passim obsidit. Inter haec inimicus humani generis
Attonem alloquitur: *Si meus efficieris homo, multa copia tibi subministrabuntur.* Atto vero
audiens hec, respondit, se esse facturum ut oporteret; interrogat, qualiter hoc agere po-
tuisset? Diabolus respondit: *Adveniente sabbato venerit alius ad custodienda moenia. Tu
vero non abibis, sed rogato eum, ut tribuat tibi assensum morandi, quamdiu vehicula qui-
bus sustenteris venerint.* Quod ita factum est. Veniens vero coevus eius, dum audit
talia petulantia, regressus est. Mortuus est in eadem ebdomada episcopus Regensis;
Atto vi obtinet castrum; fuerat illius episcopi. Modo ad cepta redeamus. Regina vero
dum obsideretur a Berengario et ab Arduino Glabrione[c], consilium quaerit, quomodo
evadere posset. Defecerat ei iam panem et vinum; sed Deus auxiliator eius illi donat
amminiculum. Arduinus namque loquitur ad regem, ut fari permitteret eum cum Attone;
qui annuit peticioni eius, iubet ut loquatur. Adgreditur Arduinus eum, interrogatque:
Quot modia sunt vobis tritici? Respondit: *Non sunt nobis amplius preter quinque modia
sigale et tria sextaria tritici.* „*Adquiesce*, monet, *meis consiliis, et accipe aper, et vescere
eum tritico, emittesque eum foris, et ego illum requiram regi. Ut vero viderit, vehementer
obstupescet, et sic prevalere poteris.*“ Hoc ideo fecit Ardoinus, ob id quia Atto socer
erat filii sui. Facto videlicet mane, suadela fit Arduini; exit aper a moeniis castri, Ar-
duinus illum occupat, occiditur, et exenterato eo plenus venter repperitur tritico[14]. Ex- 14
ercitus videlicet ammirans fatetur frustra se laborare; relinquunt obsidionem, Papiam
revertuntur. Mansit quippe regina in eodem castro pene tribus annis.

12. Hoc tempore Otto dux Baioariorum venit in Italia, fungens legationem Lango- 951.
bardorum, vindicat sibi regnum Italicum per interpellationem accolarum. Qui accepit
Adheleidam in coniugio, Deo prosperante perpetim eam habuit uxorem. Berengarius
autem rex fugit in castellum sancti Iulii, quod est circumseptus lacu, et ibi obsessus ab 962.
Attone[d] est et captus, et effosis eius oculis sic relictus est[15]. Denique Atto remuneratur 964
ab Ottone, quia fidelis et servitor esset uxoris suae, et tradidit omne ius terrae illius.

a) n. I. q. e. s. c. *et* sed n. h. q. p. p. *inter lineas adiecit scriba ipse.* b) *litterae* ti *et* deravit *non plane certae sunt.* c) *ita auctor postea correxit quod scriba scripserat* scabrosus. d) *non plane discernendum, utrum* attone *an* ottone *habeat codex; sequentis tamen capituli initio distincte legitur* ab attone.

11) Ingobardus sedem Vercellensem tenuit a. 961. teste Ughello. 12) i. e. finxit. 13) Warinus Mutinensem cathedram circiter a. 1002 conscendit. Atqui ante annos circiter quinquaginta Adhelais regina vexata erat a Berengario. MVR. 14) cf. Frontini stratag. III, 15. 5. TERR. Similis narratiuncula de castro Wartburg circumfertur. 15) falsum: Captus fuit in arce S. Leonis et Babenbergam in exilium missus, nec tamen oculis privatus.

Nec mora, Lividus, qui et Behemoth, iterum reciprocat letiferam sententiam. *En*, dixit Attoni, *omnia sicut promisi feci, modo imple promissionem tuam!* „*Faciam ut dixi, ut oportet. Precipit nobis apostolus omnia agi in nomine Domini, et in illius nomine volo agere.*“ *Non ita*, inquit, *promisisti.* Atto autem consignans se signo crucis, diabolus velut fumus evanuit[a].

·:· 13. Adhuc de abbatibus Bremensium, Deo auxiliante, loqui optamus. Seriem Ro- c. 945. maldi et vitam, queque repperimus dicemus. Fuit autem vir timoratus et totus plenus Deo, ut clara eius fama postmodum edocuit. Fuit quippe tam corpore quam sanctitate procerus. Nam ex eius tumba odor manat suavissimus, quem Deo adiuvante proprio anhelitu traxi, et inde totus repletus, velut quis saciatus cibis corporalibus. Dignum videlicet est, ut caro mortua reddat odorem, quae viva redolevit pene circulum Italiae.

14. Antequam caperetur predictus rex Berengarius ab Attone, dedit praeceptum hominibus morantibus in finibus Laumellinae in villa Folingi, ut caperent lupos, qui vehementer infestabant terram illam propter densitates opacum vel nemora silvarum. Hii vero parentes preceptum regis, occidunt plurimos et ad curias regias properant. Rex vero videns exercicium illorum, letatus est, quia ante magnum exicium paciebantur euntes et redeuntes ab eo.

c. 925 15. Temporibus his duo magni fuerunt fratres in Bremito oppido, divites et nimium locupletati. Hii ergo dirum servicium assueti ponere cervicibus horum hominum, in 16 lateribus et in quibuscumque honeribus. Relinquentes[16] igitur illud servicium post precepta regalia, regique soli colla submittunt. Ipsi vero tumefacti auferunt hos, et puniunt dire; quibusdam oculos evellunt, quibusdam manus et pedes incidunt, nonnullis squaloribus carcerum dampnant. Conquestio illorum ad aulas pervenit regis; qui vehementer commotus, minitavit illis, iam ultra non essent possessuri terram illam.

16. Hos denique timor invasit inmanis; et timentes minas illius, a proprio limite subtrahunt pedes. Fugientibusque illis, quidam illustris marchio nomine Albertus hos insequitur, et dedit peccunia et emit locum illum mediatim; altera vero pars Aimo sibi 17 vindicat. His[17] respectus divino moderamine sancto Petro[18] contulit; eo quod non habe- 929. ret heredes, sanctum sibi Petrum fecit heredem.

17. Monachi denique Novaliciensium, videntes locum aptum et amoenum et fructiferum omnibus quae mandi possunt, tam in leguminibus quam in piscibus, sibi illum 19 expetunt in caput[19], et ob id quod popularis esset et undique septus aquarum copiis. Qui magnum spectaculum prestat omnibus usque in presentem diem; excellentior vero est cunctis oppidis constructi in comitatu Lomellensi, et medius cunctis civitatibus, et vicinus regalibus sedibus, et pro afflictione barbarorum. Nunc autem ad persecutionem paganorum vertamus stilum.

18. Pietas videlicet divina quae non sinit nos temptare supra id quod possumus, sed facit quoque cum temptatione proventum, ut possimus sustinere. Eodem tempore, 20 quo fusci[20] morabantur in castro Frascenedello, et undique diffluentes per climata mundi tollunt et predantur omnia, quidam eorum fuit nomine Aimo, coetaneus illorum. Hic cum his exit devastare terram illam, et rapiunt aurum et equas et bubulas diversaque monilia, puellasque et parvulos. Factum est, ut sortiarentur queque captaverant, et mulier quaedam pulchra nimis sortitur in portione Aimonis. Ex ea autem altercatio fit inter utrosque; venit quidam potentior illo, subtrait illi; ipse autem tumefactus mansit

a) *Hic scriba desinit, auctor ipse calamum resumit. Qui quum interea quaedam de abbatia Bremensi dicenda invenisset supra omissa, ea statim hoc loco litteris consignavit ita* Adhuc — Italiae, *signo* ·:· *hic et post c. 5. posito indicans, ibi haec esse inserenda; numeros tamen capitum* VI. VII. VIII. *non mutavit. Tum eodem calamo pergit* Antequam caperetur *etc.*

16) i. e. homines illorum relinquunt. 17) Albertus, non confundendus cum Adalberto I marchione Eporediensi, fundatore Bremetensis monasterii, cf. infra append. 3. qui antea vixit, heredemque habuit Berengarium regem. MALASP. De Aimone comite cf. Terraneo Ad. I, 57. Confirmationem huius donationis ab Hugone rege d. 24. Iul. 929 concessam vide in Hist. Patr. Mon. Chart. I, 135. 18) Bremetensi. 19) intra 930—950, quum Romaldus cap. 13. iam *abbas Bremensis* dicatur. Belegrimus in epistola infra append. 3. iam de Adelberto I, a. 925 defuncto, dicit: *convocavit eo omnes monachos antiqui coenobii.* Sed hoc falsum; nam Hugo rex in diplomate a. 929 dicit adhuc: *congregatio sancte Novaliciensis ecclesie, que et nunc habitare videtur in civitate Thaurinensi pro incursione et timore paganorum;* et Domnivertus, post a. 929 defunctus, est adhuc apud S. Andream, c. 2. 20) Mauri, Sarraceni, prope Nizzam, in monte Mauro, hodie *Mombron* vocato.

extra illos. Volens vero Deus liberare populum, fixit illi in corde, quatenus proderet
locum illum et homines morantes in eo. Vadit quippe ad comitem Robaldum Provin-
ciae[a. 21] finibus, et adiurat eum, ut nemini prodat secretum quod cupiebat illi fari, nec 21
etiam propriae uxori. Ipse autem testatur nemini prodere. Ille ait: *Ecce trado vobis
inimicos vestros perpetratores nequiciae.* Qui gavisus est valde, et spopondit ei tribuere
omnia, si hoc opus exercuisset. Mandat idcirco omnibus Arduinoque, ut adiuvent eum
in quodam negocium. Omnes denique occurrunt hostiliter[22] ei. Litigantes vero inter se
homines, nescii quo tenderent, at ipse hortatur illos, ut sequantur illum. Dum itaque
venirent ad castrum, ortans Robaldus ait: *O fratres, pugnate pro animabus vestris, quia
in terra estis Saracenorum!* Illi vero fortes adhelete[23] dimicant et depopulantur locum 972.
illum. Haec ultio dolo Aymonis facta est, cuius genus nostris adhuc manet temporibus.<>[b]

19. In his ergo temporibus, cum vallis Segusina inermem et inhabitatam perma-
neret, Ardoinus[24] vir potens eripit illam et nobis tulit. Tantum igitur erat plenus viciis
quantum et diviciis, superbia tumidus, carnis suae voluptatibus subditus, in adquirendis
rebus alienis avariciae facibus succensus.

20. Mortuo denique Belegrimmo, per biennium Iohannes prepositus prefuit abbatiae,
largiente sibi Arduino. Qui nequaquam consecrationem meruit, sed amminiculante Deo
amoto hoc, strenuissimus et humillimus Gezo abbaciam suscepit[c. 25]. 25

21. Denique rudibus ac posteribus fratribus insinuare cupimus, quid a Lothario
regulo iam praenominato actum sit, malumus patefacere quam abdere. Tametsi in quo-
dam capitulo[26] aliqua de eo carpsimus, tamen reliquimus aliqua, quae non sunt omit- 26
tenda. Extitit quidam marchio illius temporibus, cuius memoriam sepissime fecimus,
nomine Arduinus Glabrio; qui recte coequari lupis potest, violenter auferens aliena, et
dispersor alienarum opum. Is privata lex[27] sibi expetit abbatiae Bremensis. Quod ubi 950.
illi obtulit regulus[d], dignam a Deo solvit vindictam: revolutis aliquot diebus vitam Nov. 22.
amisit mortemque invenit.

22. Post haec nutu disponente divino Otto fungebatur regnum Italiae. Tunc abbas
Gezo[28] conquestus est vir Deo plenus regi mala passa dudum abbatiae. Rex vero ad-
quiescens eius peticionibus, preceptum illud nefandum medio duci precepit, et in con-
spectu omnium Quiritum eius urere; Gezoni[28] contulit aliud, quod usque manet in arma- 28
riolo nostro.

23. Paulo post quidam palatinus comes nomine Samson, ut aiunt multi qui nostris
temporibus supersunt, illusus a propria coniuge[29], nostrum petiit dogma, et ad sacra
sancti Petri limina adtonsus, factus est monachus in loco Bremedo, ubi sarcinula posuit
carnis. Hic autem tantas opes beato Petro obtulit, ut egestas prisca repararetur. Nam
adtenuata loca nostra ad tantam inopiam devenèrant, ut carerent victualibus cibis. Con-
tulit vero aurum, argentum, equas et bubulas, et domus Dei in proprio loco reparatur.
Quin vero curiam detulit unam, qua servatur mos regius, nomine Cannobius[30]. Est 30

a) *ita auctor ipse statim correxit quod prius scripserat* burcundię. b) *cf. ad app.* 15. c) *Hic calamum sistit auctor inde a c. 13 continuum. Tum sex lineis vacuis relictis, alio tempore alioque calami habitu sequentia scripsit* Denique *etc.* d) regulus *super lineam statim auctor supplevit. Idem post* vindictam *primo scripserat* Fere, *sed statim delevit.*

21) „In una carta del archivio di S. Ponzio, Robaldo conte e Ingarda contessa confermano nel 1004 l'elezione di un Gioanni in abate di S. Ponzio. Cotesto Robaldo era dunque conte di Cimela o di Nizza" Durandi Piemonte Cispadana p. 83. 22) i. e. parati ad hostem i. e. exercitum faciendum. 23) i. e. athletae. 24) tertius, Glabrio, marchio Taurinensis. 25) De tempore cf. catalogum abbatum chronico subiunctum. Mabillon Mus. Ital. I, 1, 89. dubitat, num fuerit idem qui primus abbas S. Marciani Tortonensis, auctor tractatus de corpore et sanguine Domini editi a Murat. Anecd. III, 250. Malaspina sulla patria del cr. Nov. p. 76. in contrarium inclinat; sed res in incerto manet. Meyranesi Pedemon. Sacr. I, 1, 151. eundem nostrum coniicit esse, qui saec. XI ineunte episcopus Taurinensis factus est; sed huic opinioni infra c. 38 obloqui, iam Malaspina notavit p. 78. 26) c. 3. Hoc et sequens caput ad verbum fere noster excepit ex epistola Belegrimmi abbatis ad Iohannem XIII, infra in app. 3. 27) i. e. privilegium donationis; a. 950. 28) hoc falsum; totam enim hanc rem iam Belegrimmus narrat papae Iohanni XIII, unde noster eam hausit, de suo addens tantum nomen Gezonis, coniectura ut apparet falsa. Error inde natus est, quod Gezo etiam chartam ab Ottone nactus est, sed ab Ottone III, a. 998, quem noster hic cum Ottone I confundit. Ottonis I diploma Belegrimo concessum non iam extat. 29) Liutkarda vocata in diplomate apud Tiraboschi Nonantola II, 108. De Sansone cf. Liudprand. III, 10. IV, 12. Ducange s. v. *Lancea Constantini.* MAL. 30) Canobio, ad lacum Verbanum.

enim sita penes rupes, habilis et nimis rutilus locus, et undique septus aquarum meatibus[a], piscium fertilitas multa. Ante cuius os stagnum mire magnitudinis habetur; quadraginta namque milibus in longum extenditur et quinque in latum; fervet enim flatibus ventum aliquando, ut nemo audet ingredi; ubi quisquis obierit, visus ultra non erit. Inde Ticinus fluvius proprios trait fluctus, ingrediens et egrediens in eo. Mos vero servorum illorum miratur ab omnibus; talis adhuc perseverat. Sunt omnes nuper vocati aulici[b], quorum nomen et exercitium perseverat; nam sunt qui deferunt ligna a nemoribus, aliudque negotium non vacant; sunt qui larem faciunt minimeque aliud operantur; quod si forte scintillula prodierit et aliqua stramenta incenderit, ex propriis facultatibus repparant dampnum; sunt qui faculas terunt, aliis operibus non exercent.
983. Dec. 7. Hic secundus Otto defungitur, et tertius eligitur.

24. Duo magni comites fuerunt, qui hisdem temporibus vestigia sancti Benedicti arripiunt; quorum nomina ideo a nostris cordibus pulsa non sunt, ut cognoscatur, quantam dilectionem circa illos habemus. Rogerius vocatus est unus, alter dictus est Obertus, illustres secundum sanguinem, sed illustriores secundum stegmata[31] divina. Mox ut illud divinum sumunt negotium, dicionis sacre subeunt colla, et exercent humilitatem, quae regina est omnium virtutum, et omnis virtus egra iacet, quem humilitas non firmat; alunt denique sues, conglomerantque holera infusa residuum farinae, et ciunt eos ad ęsum. Prestantius illis operibus dicere quimus quae operati sunt; sed modeste ista exarati sumus, ut cognoscant reliqui in parvo omnia redigisse. Verum tempus deficiet, si ea quae ad nutum[32] devenere nostrum, scribere curaverimus.

25. In tempesta igitur temporis huius condolens abbas Gezo loci Bremiti, quod Novelucis monasterium dirutum et pene incognitum iam lateret, misit quendam monachum, qui mansit recuperator et auctor in quantum licuit. Sirmata cuius secutus sum, quem multi noverunt propinquum mihi[c] fuisse. Qui veniens, domus Dei plene lucis[33] invenit; sed dum incederentur, longe abibant. Moenia vero ęcclesiarum minime confringebantur, quasi forent racionabilia, ut quippiam eis indiceret, ne nocerent septis. Sed quoniam relatio horum monachorum[34] a nobis reserata est, ad monachum Bruningum, sacro ex stemate virum, portio conlaudanda descendit. Qui cum foret sapientissimus et vafer et scius tantum operis divini quantum secularisque, iussum est ei abbatis iussionem, ut adiret locum ad hunc et strueret absidam sancti Andreae, quae tunc parva habebatur. Quamquam foret extima, adiutus divino aminiculo iam redintegratur, ut foret prestantior cunctis. Hoc non ad favorem nostrorum fati sumus, sed conspiculatio[35] hominum ostendit, minime nos falli; quae quisque nobis facile poterit investigare tenorem huius sermonis, si convenientia aspexerit. Nam septa nobilibus hominibus in capite civitatis, magnum spectaculum confert omnibus. Tale opus egit Bruningus, excellentissimus vir et admodum castus sobriusque, et monasterium Novelucis sepissime considerabat, et opum instrumenta largitus, ut reaedificaretur[36].

26. Ad actum clarissimi viri Uberti prepositi Bremensis vertatur stilus. Memoria huius viri magna est apud Deum, et apud homines enucleatius tractanda est. Ut series cana narrat, vir sanctus iste sanctus et modestus fuit, in tantum ut potestas sit ei tradita demones eliminare. Quadraginta videlicet anni extiterant, quod nunquam in latus dextrum sua membra reclinavit. Post cantum pullorum in lecto nunquam dormivit, sed in absidam intrans Deo plaudebat cantica vatum. Volens autem Deus requiescere tantum virum ab opere gravi — grave dico propter sarcinam carnis, sed leve valde per amorem Spiritus sancti, quia omnia possibilia sunt credentibus — longe antequam moreretur, ei Dominus per visum affatur, quia meati paucis diebus[37] in gaudia sanctorum ab angelis susciperetur. Et adeo caro eius in tantum afflicta est, ut post mortem sic herebat cutis ossibus, ut prorsus pulpa abesse videretur; aperte demonstrans, cuius meriti fuerit.

a) *ita ipse auctor correxit, quod prius scripserat* copiis. b) *ita auctor corr.* aulicos *prius.* c) mis *cod.*

31) i. e. stemmata. 32) i. e. notum, notitiam. 33) i. e. arboribus; quae dum inciderentur, longe a moenibus cadebant, moenia non confringentes, quasi ratione praeditae sentirent, aliquid sibi imperare, ne cadendo moenibus ecclesiae nocerent. 34) Rogerii atque Oberti, cap. praec. 35) conspectus. 36) Necrologium S. Andreae Taurinensis haec de eo habet: 2 *Non. Ian. depositio domni Bruningi prepositi huius cenobii atque constructoris.* 37) i. e. elapsis p. d.

27. Hunc vero secutus est alter, minime impar, tam sedulus in oratione quam in lectione, memorator exempli apostolici: *Vir non refrenans linguam suam, vana eius religio est.* Iac. 1,26 Ut aiunt illi, illo qui aderant, iam verbis fluentibus ab altero in alterum, quod quadam nocte, dum matutinalibus officiis necessaria peteret humane exiret, margo toge illius a catellulis duobus tenetur, qui nitebantur adtrahere eum in terra tenus aut taciturnitatem corrumpere. Sed mens locata in firma petra, facilius potuit occidi quam superari. Cum sic laborarent, ventum est ad domum, in qua signum trepidandum habebatur. Fugantur demones a victrici signo, qui videbantur esse catelli, et ad punitatem[38] revertuntur suam, agendo: *Heu heu! superati a monacho, vincere dum optavimus, victi sumus.*

28. Eodem tempore fuit vir idoneus et sapiens, nomine Wido, clericus extemate[39] Oberti comitis, cuius superius memoriam fecimus. His ex prediis suis contulit sancto Petro munera, fere quod sufficere posset ad monachorum victus duodecim centum. Post haec vero concupivit videre locum Bremiti; ivit ad baptistam suam Gezonem abbatem, in quo tantum delectatus est, ut adiceret duo castra[a], Verdunum scilicet et Rodum. Consequentia quippe haec ab omnibus amplexetur.

29. Et factum est his temporibus, ut quidam marchio nominę Oddo[40], afflatus alto flamine, ex propriis stipendiis loca auxit nostra. Ipsemet igitur Oddo circumvolans sacra vestigia apostolorum, reliquit sua in terris, ut glorificaretur in coelis. Interpretare enim possumus nomen cuiuș auctorem, quia auctor fuit habitacula vatum. Qui, Petre, tradidit tibi Pollentiam, locum dignum, memor esto doni clarissimi, contradere coelica dona ipsi, qui tribuit terrea. Tibi ibi modulatur rithmica laudum; moenia cuius loci emicat clare patule, quo pareat, quantivis precii fuerit; qua latices tot repperiuntur, quot non inveniuntur loco in ullo. Praeter quos est ibi latex quidam, olim vocatus Impius, ubi inter fluctus conspicantur caeruleas silices, veluti madefactum sanguinem; quo in loco multi referunt cesa fuisse sanctorum corpora. Tradunt multi, quia fuit civitas prisco in tempore; et ut vere credatur, exemplum hystoriae Romanae in medio proferimus. Dicit enim: *De malis apud Pollentiam gestis satagimus dicere aliquantisper.* Quidam autem rex, nomine Attila Flagellum Dei, obsedit eam[40*] multis annis; ad ultimum cepit eam et misit maceries eius usque in terram.

30. Non ideo propagavimus sermones, ut digna facta domni Gezonis conemur obmittere, cuius temporibus haec adquisita sunt. Idcirco intrinsecus haec posuimus[41], ut illatio haec demonstret, quam mordaciter eius facta tenemus. Virtutis insignia ipsius tale ostentamen primas ostendit. In bivio hoc secus muros civitatis, in angulo ecclesiae sancti Andreae, occurrit ei quidam circumdatus ferro in femure et in brachiis. Quem ut beatus vidit Gezo, miserans illi propensius oransque, ut erat benigno afflatu, lacrimans et orationibus instans, manus hominis in suas palmas inflectit. Sic ab eo pepulit ferri circula; cruor exit passim, et membra viri solidantur in pristinum statum. Iam vero caro detexerat ferrum illud, et cutis supercrescens interius puttebat.

31. Item preclarum eius miraculum narratur. Forte accidit, ut aliquando adventaret ad vicum, cuius nomen est Supunicus[42], causa hospitandi; erat enim de rebus ipsius ecclesiae. Ubi non post multum Wido marchio venit fremens, ut leo; quem iure possumus coequare leoni, et inpenitens thesaurizabat sibi iram in die irae. Ubi dum veniret, audivit domnum Gezonem ibi adesse; non formidavit quin a propriis vernulis expellere fecisset. Sed vir timoratus non solum non fugit, verum etiam locum dedit irae et distulit pedes statu ab illo, et in domum aliam preparat sibi refectionem, parvoque intervallo meditat in orationem, venter eius herendo in terram. Ibi dum protelaret orationem, per visum illi patefactum est, Wido non diu mansurus in hac fragili vita. Quidam sacerdos longe manens in somnis vidit, sese tendere gressum in lucum

a) ut adiceret d. c. adiceret *cod.*

38) i. e. poenam inferni. 39) i. e. ex stemmate. Leibnitium et Muratorium in errore esse, quum hunc Widonem eundem crederent cum Widone marchione capitis 31, Malaspina notavit. Sed cf. Leibnitii Annales Imperii 960, c. 29, ubi bene distinguuntur Wido clericus, Oberti II frater, et Wido marchio, Oberti II filius. In indice noster dicit: *De Widone episcopo Albensis ecclesiae;* sed hoc falsum. 40) primus, patruus Odelrici Manfredi. Necrolog. Novaliciense: 14. *Kal. Febr. Otto marchio. Hic dedit Pollentiam.* Cf. Terraneo Ad. I, 179. 40*) Aquileiam, non Pollentiam. 41) i. e. supplendo interposuimus. 42) Stupiniggi, duabus leucis a Taurinensi civitate distans ad occasum versus. COMB.

13 qui est iuxta Padum in loco Fadoae[43]; et ibi in visione vidit duos demones furentes, a quorum estu videbantur rami et folia arborum urere, gestantes enses flamiferos in manibus. Qui dum graderentur, retrorsum aspiciunt sanctum Petrum Paulumque venire, cedentesque locum, ex via secedunt. Ubi veniunt ad locum, interrogant, quid rei esset ut sic trepidarent? Illi inquiunt: *Vos ignoratis?* Sanctus vero Petrus auferens eis pugiones, virgas eis tribuit et inquit: *Ite et Widonem punite virgis, non ensibus.* Euntes vero illi percusserunt Widonem sedentem in convivio; qui extemplo amens effectus, caruit sensibus hominum, et improbus talem luit vindictam, ut absque munimine corporis et sanguinis Domini obiret.

32. Fuit hisdem temporibus quidam monachus, nihil discrepans ab illis, quibus memoriam superius fecimus. Hic observabat limina sanctarum ecclesiarum, ut post matutinalem officium ad strata numquam rediret. In tempore igitur sanctae quadragesimae consueto more ante aram sancti Walerici orabat; forte accidit, ut somno caperetur. Hoc actum est in festivitate sancti Benedicti. Factum est dum obdormiret, vidit per visionem quendam togam albam indutum desuper contextam auro, gestantem in manum turribulum aureum plenum odorifero thimiate. Qui cum venisset ad aram, a quatuor partibus odoratus[a] est eam. Porrigens autem illud, inquiens ei: *Vade, nuntia fratribus euge nostri ex parte. Scito me esse Benedictum patrem, hodieque lustrasse cuncta coenobia; in nullo tamen sic obsecutus sum ut in isto.* Ita inquiens, et evanuit ab oculis eius. Liquet hoc a catholicis viris demonstratum; et nulli sit ambiguum, quin in suis festivitatibus et in aliis diebus sancti suas visitent aedes. Sanctus quippe Gregorius in libro dialogi scribit: *Quadam nocte venit sanctus Petrus in absidam nomine suo constructam; quendam custodem alloquitur „Ó conliberte, cur tam ocius surrexisti?“ reficiebat namque lampadas. Qui extemplo solutis omnibus membris, ad stratum devehitur.* Haec quamobrem evenerit, scire quis cupit, propensius repperire potuerit, si illum librum legerit[b].

44 33. Referam autem, quid contigit Leoni Vercellensis episcopo[44]. Quod quodam tempore, dum usurpare vellet hanc abbatiam simul cum episcopio sanctae Mariae Eporedięnsis ecclesiae, quadam nocte venit beatissima ac gloriosissima Dei genitrix, quasi consparsis crinibus et dissolutis atque lacrimosis oculis, ducens secum beatissimum patronum nostrum Petrum. Ipsa vero precedens ut domina, venit ad lectum predicti episcopi; ad quem cum venisset ait: *Dormis, episcope?* Ad quam ille pavidus respondit: *Quis es?* et illa: *Sum Maria genitrix Dei ac Salvatoris humani generis.* Cui ille: *Quid ad me venisti, preclara domina?* et illa: *Cave, ne ultra ecclesiam meam Epporediensem atque ecclesiam Bremetensem sancti Petri apostolorum principis querere audeas, si mortem pessimam non vis ocius incurrere. Ad hoc enim venimus, ne tale scelus fieret per te.* Quicum talia dixisset, recessit. Ipse vero non solum prefatas queritare cessavit ecclesias, sed etiam plena voce hanc visionem sibi apparuisse sepissime confessus est.

34. In illis diebus, dum Gezo abbas adveniret in Albam civitatem, quidam episcopus nomine Fulcardus contulit ei duo magna pignora, scilicet sanctorum Frontiniani et Silvestri. Receptis autem pignoribus, dum ad Tanagrum fluvium advenisset, aqua divisit se in duas partes, et domnus Gezo transivit per siccum in medio eius. Ideo hec inrationabilis creatura egit, ut patefaceret, quibus meritis apud Deum obtinent sancti, ut nec vector umidam faceret reliquias vestimenti. Ís Fulcardus comiter nostrum dilexit locum, quia monachus fuit[45]. <:/ [c]

35. Eodem tempore, dum sollempnitas sanctorum Philippi et Iacobi cęlebraretur, evenit in memoriam, ut ipsa die in honorem sanctorum Aci et Acciole sollempnia missarum cęlebrarentur. Ignorabatur, quando vel quo tempore sollempnitas horum sancto-

a) adoratus *corr. ab auctore ipso* odoratus. b) *Hic iterum calamum sistit auctor inde a c. 21 continuum. Post resumpsit atramento alio, et tum continuo pergit:* In illis diebus dum Gezo *etc.* Eodem tempore *etc.* Referam *etc. usque ad finem libri quinti. Sed postea signum* ╬ *hic posuit, idemque ante* Referam *repetit, indicans ita, caput illud* Referam *etc. huc reponendum esse; quod et ob signum, et ob indicem capitulorum fecimus, Combelto iam praeeunte.* c) *cf. ad app.* 16.

43) sive Faloa, *Faule* in agro Salutiensi, inter fl. Varaitam et Padum. COMB. 44) sedit a. 999 — c. 1021. 45) Inde ad Albanam sedem vocatus a. 960, post sexennium fere Bremetum rediit ibique diem clausit extremum. UGHELLI. Sed Gezo post a. demum 974 abbas factus est. Aut igitur Ughellus errat, aut noster.

rum celebrari debuisset. Itaque dum peracta memoria illorum esset, omnes lucerne more congruo extincte sunt; mansionarius vero putans se esse illusum, extincxit iterum. Dum a mensa surgeret, ecce iterum invenit omnes accensas. Ilico obstupuit. Patefactum est, ut ipsa die festivitas horum sanctorum celebrari debuisset, quod per eos Dominus tam mira fieri voluit. Unde factum est, ut per singulos annos in eodem die missa celebretur ad altare nomine illorum dedicatum. Hii vero digni Deo martyres apud prefatum locum tumbam possident.

36. Eodem quoque tempore evenit, ut quidam homo pateretur ulcus in nare per longum tempus. Quippe percussus sagitta, hastile prodit, ebidentale ipsius intrinsecus remansit. Hic autem homo ad sacra beati Walerici venit pignora in celebritate illius. Qui dum venisset ante aram illius, pre nimio dolore obdormivit. Quod dum fieret, protectus adiutorio pii confessoris ab nare exiit sagitta, et sic liberatus est a proprio dolore. Inde gaudens, quandiu advixit nomen pii abbatis ab eius ore non defuit.

37. Guntramni furitas[46] ideo narratur, ut discant potentes, quanto magis sevierint, 46
tanto magis cruciabuntur. Oderat hic infelix nostra loca, et monachos et laicos sepe turpiabat. Accidit, ut quadam die a domno Gezone vocaretur, quo veniret et pranderet ad monasterium et faveret aliquod negotium excuciendae rei. Ipse vero superbia tumidus, non respuit, sed venit more ferino. Erat quoddam cenaculum ante seras ecclesiae; ibi, dum esset satur, somno prereptus est. Dum igitur dormiret, ante lectum eius adstitit sacerdos quidam, in manibus habens bipennem; qui bis eum percussit ex eo clam, tercio vero dure a tergo capitis; et talem miser vindictam luit. Expergefactus aspexit et cit servos, ut eum vindicent ab illatore mortis. Qui venientes, illuc atque illuc aspicientes neminem viderunt; ipse vero eger aspexit viditque illum introeuntem per rimulam hostiorum in absidam. Cognovit ilico miser mala quae egerat, et quis esset qui eum interemiset. Enimvero die tercio funditus vitam amisit.

38. Ipsemet domnus Gezo, quem supra nominavimus, plenus dierum iam conva- ante
lescerat bona etate, prenimiaque senectute peciit sibi adiutorem et protectorem mona- 1014.
chum fidelem nomine Gothefredum[47], et adeo mansuetus, ut mansuetior illo invenire 47
non quiret. Tantum iste vir timidus fuit et mansuetus, ut diceres, quod nec prospera nec adversa eum conturbare quirent; pacientia vero gratia ita plenus fuit, ut nunquam irasci videretur.

39. Contigit hoc, quod narrare volumus, in sollempnitate clari apostoli Petri, quae maxima habetur in cunctis nostris monasteriis. Casu accidit, ut quidam monachus superbia diaboli tumidus non timuit, quin extenderet manum suam et virum per omnia dignum feriret. At ille non solum pacifice pertulit, verum etiam aliam faciem cessit, non immemor precepti Domini: *Qui te percusserit in unam maxillam, prebe ei et aliam.* Mox Matth. 5,39.
vero ille punitus, luit culpam in penam tumoris; extemplo vero tumefactum brachium Luc. 6, 29.
illius liberari non potuit, quoadusque ipse domnus Gotefredus non celebravit sacrificium pro eo.

40. Post haec igitur quidam adolescens erat in finibus Pollentiae, nomine Stabilis, tante simplicitatis, ut ignoraret, quae esset forma segetum et pecudum. Attamen Deum timebat studiosius, ut mors ipsius postea edocuit. Mortuus vero ut fuit, more consueto lotus est et in feretro locatus est. Erat illo igitur tempore Albericus episcopus Cumensis in eodem loco. In tempesta igitur noctis a cacumine coeli usque ad feretrum visum est descendisse columpnam ignis. Qui Albericus videns miratus est, et cum suis cleris pro obsequio illius cadaveri turribula et luminaria fert, et ipse frequenter eius pedes osculatus est, et vigiliarum cantica celebravit.

41. Ipsoque vero tempore fur erat in loco Novalicio, qui violabat et ledebat queque poterat, et sub antro quodam reponebat, et ibi ne caperetur latebat. Haec agebat die tercio ante nativitatem Christi. Is ergo exploratus est ab hominibus degentibus in illo loco, captusque est et ad monasterium deductus et in custodiam missus. Nocte igitur adveniente media nativitatis Christi, qua enixam credimus Dei genitricem, solutus

46) i. e. furia. 47) filium Roberti comitis de Volpiano, fratrem S. Willelmi Divionensis. Vita eius legitur in Galizia atti de' Santi che fiorirono ne' dominj della r. casa di Savoja. IV. MAI..

est a vinculis ignorante eo. Ipsemet mox cit custodes, et prodit se esse solutum; omnes vero ammirati relinquunt illum absque ullo discrimine.

42. In eodem loco forte lupus veniens a supercilio montis, puerum captavit in predam, et ore tulit in vallem quae vocatur Frigida, non procul distans a monasterio. Dum vero ab eo duceretur, mortuus est, sed minime comestus. Egit ergo mirabile quoddam, quod tacere nolumus. Nam mutata feritate bestia fit custos illius, qui paulo ante fuerat interemptor, et demum sepultor. Detulit enim eum versa vice ad absidam sanctae Dei genitricis ad crucem, et ibi eum sepelivit sub quercu quadam. Cornices vero quae ibi corniculabantur, videntes puerum non integre coopertus, nitebantur comedere illud. Sed ille qui conclusit os rabidum, conclusit et avidum rostrum. A cornicatione harum mox citati genitores, cognoscunt illorum fuisse filius, et rem gestam pandunt. *cap* [a]

43. De armentario illius monasterii, qui liberatus est ab vire anguis, satagimus dicere. Hic dum cerneret armenta bovum in monte Cinisio, somno captus est; anguis quidam illic latens videns apertum eius os, introivit corpus. His cum sensit dolorem propincum mortis, clamat et vociferat; habebat unde exclamare posset. Hic hic audire potes deificum opus. Dum volutaretur ante aram sancti Petri, munitus est corpore et sanguine Christi; evectus est domi; extemplo obdormivit. Morari enim non potuit serpens in corpus, ubi iam introiverat munimen divinum; dissidere non valet creatura contra creatorem suum. Aperto igitur ore prodivit serpens lubricus; alius autem coevus eius viso, illum interfecit, et patefecit cunctis mira quae potestas egit divina[47].

44. Notum est cunctis, quod monasterium Novelucis dirutum est a paganis, et usque ad terram exinanita sunt eius moenia. Moderno denique tempore condolentes monachi inibi degentes dampnum illud, accersiunt episcopum Vigintimilii, ut consecraret absidas dirutas, videlicet sancti Michaelis sanctaeque Dei genitricis Mariae, et sancti Salvatoris sanctique Heldradi. Nocte ergo precedente quidam ex domesticis accubabat in quadam domu; audit luctum mire magnitudinis demonum, quasi esset caterva hominum, dicentes: ***Heu heu! ea loca quae usque modo possedimus, vim amittimus ea, diu possessores, nunc expertes!*** Quos intellegimus esse demones absque ullo ambiguo. In die sequente edes ille sacre consecrantur. Corroboramus hoc gestum dictionibus sancti papae Gregorii. Dicit enim in libris dialogorum, quia quidam episcopus Andreas consecravit ecclesiam quandam in honorem omnium sanctorum, auditeque vero ibi sunt voces multiplices demoniorum.ɔ+c [b]

45. Quadam die, cum vervicarius ipsius loci aferret victum aliis, qui tunc Campo Merliti[48] erant, intravit in linterem cepitque remigare per fluvium Duram. Diabolus autem antiquus homicida perdidit hunc negando[49]; suffocavit enim eum in gurgitem aquae. Nec minus probri fecit in die secundo: per neglegentiam cuidam fratri abstulit memoriam, ut solummodo aquam ferret ad celebrandum missam. Insequenti nocte quidam frater ibat ad aeclesiam sanctae Dei genitricis Mariae ad radicem montis sitam; apparuit ei demon in speciem scurrae, tenens duos littuos in manibus, vestimentum cuius undique scissum marginibus offatis. Ille interrogans, quis esset? respondit: ***Sum ille dudum, qui perdidi vervicarium negando in aquam, et heri cęlebrare missam absque vino.*** Ita vero inquiens, et submersit se in aquam, ultraque visus non est. Factum est, dum rediret ille frater, obviam habuit tres virgines sacras, intuitus quorum nimis erat candidus, mediam vero horum tante pulcritudinis et proceritatis, ut etiam non quiret ille vultum ingerere in ea. Dixerunt autem utreque ad monachum: *O monache, quo vadis?* Respondit ille: *Ab ecclesia sanctae Dei genitricis regredior.* „*Recte*, ait, *facis, quia eius sacra limina lustras. En enim illa cotidie exorat pro peccatis omnium populorum.* Sic dixerunt, et ille somno solutus est[c].

a) *cf. ad append.* 11. b) *Posthaec auctor eodem calamo pergens primum scripserat haec quattuor verba:* Quadam die dum vervecarius. *Sed humiditas quaedam, cuius vestigia adhuc apparent, membranam eo loco ita humectasse videtur, ut iam ibi scribere nequiret. Statim igitur quattuor illas voces delens novem lineas vacuas reliquit, in decima eodem calamo statim pergens scripsit:* Quadam die cum vervicarius *etc. Paulo post voci* demoniorum *signum* ɔ+c *postposuit; cf. app.* 17. c) *Posthaec primo auctor pergebat* Fertur *etc.* Item contigit *etc. Sed postea, signo* ⸭ *hic et ad* Item contigit *posito, duo capita transponenda esse indicavit; id quod post Combettum fecimus, et signis et indice iubentibus.*

47) Simillimum miraculum, et quod idem cum hic relato videtur, extat in Vita S. Eldradi n. 23. Acta SS. 13. Mart. 48) Camerletto, in agro Taurinensi. COMB. 49) i. e. necando.

46. Item contigit, ut eodem loco quem supra nominavimus, erat monachus placidus et humilis, apparuitque ei quidam in similitudine pastoris, gestantem in manibus ferulam, dicendo: *Vade, nuntia fratribus, ut sepe visitent has sacras edes; quia fuerunt septem Greci, preceptor quorum ego fui, et inibi tumulantur.* Sic ait, et statim evanuit ab oculis eius.

47. Fertur, quod quadam die mansionarius illius ecclesiae, more assueto dum extincxisset certa lumina et accendisset cereum unum vespertino in tempore, in crastinum cum surrexisset, ut sonueret matutinum, illud cereum minime reperit, sed candelam aliam in ceroferarium. Cepitque mirari, et interrogans suum adseclam, si[a] hoccine egisset, respondit *Non.* Voluit quippe auferre eam hinc; sed recordatus, quod accidit cuidam custodi, ut narratur in libro miraculorum, quia dum tolleret candelam accensam positam ante altare, ex inproviso mox conversa in colubrem eius momordit digitum[b].

EXPLICIT LIBER QUINTUS.

1.[c] *Carolus gratia Dei rex Francorum et Langobardorum ac patricius Romanorum, omnibus episcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, domesticis, vicariis, centenariis, vel omnes missos nostros discurrentes, praesentibus et futuris. Hoc nobis ad stabilitatem regni nostri maxime credimus pertinere, si illa beneficia, quod antecessores nostri reges ad loca sanctorum concesserunt, per nostram auctoritatem confirmamus. Ideoque vir venerabilis Frodoinus abba clementiae regni nostri suggessit, eo quod incliti anteriores reges vel domnus et genitor noster bonae memoriae Pippinus quondam rex integram emunitatem ad monasterium Novalicis in valle Sigosina, quod est in honore beatorum apostolorum Petri et Andraeae vel ceterorum sanctorum constructum, concesissent, ut nullus iudex publicus in rebus atque facultatibus eiusdem ecclesiae, ad causas audiendum vel freda exigendum nec mansiones aut paratas faciendum neque fideiussores ad homines ingenuos aut servientes tollendum nec nullas redibutiones quae partibus fisci debebantur requirendum, inibi iudiciari*[d] *potestas ingredere quoquo tempore non deberet. Unde et ipsas emunitates nobis in praesenti ostendidit relegendas, per quas ipsum beneficium usque nunc tempore conservatum esse cognovimus; sed per firmitatis studium petiit celsitudini nostrae, ut hoc circa ipso abbate eiusque post eum succedentibus confirmare deberemus. Cuius peticionem noluimus denegare, sed ita in omnibus praestitisse et confirmasse cognoscite. Praecipientes enim ut sicut constat ab antecessoribus regibus vel domni genitoris nostri fuisse indultum, inspectas ipsas emunitates de omnibus rebus et facultatibus ipsius ecclesiae infra regna Deo propicio nostra Franciae, Italiae, in quibuslibet pagis*[e] *et territuriis sub emunitatis nomine cum omnibus rebus concessis valeant possidere et dominare, et nulla requisitione nec ullum impedimentum a iudicibus publicis tam nostro tempore quam et succedentium regum exinde habere non pertimescunt, sed ut diximus, sub integra emunitate absque introitu iudicium in Dei nomen resedeant. Et ut hec auctoritas firmior habeatur vel diuturnis temporibus conservetur, manu propria subter eam decrevimus roborare ac de anulo nostro iussimus sigillare. Signum Karoli gloriosissimi regis. Wigbaldus ad vicem recognovi. Et data decimo Kalendas Iunias anno* 11mo *et* 5to *.

2. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi 874, inditione 6, mense Iunio, 874.
feria 6, quinta hora noctis, ostensum est signum in coelo. Apparuit enim stella commatis in signum Arietis, fulgens quasi faculam, luxitque per dies 14. In ipso vero
anno[51] domnus Ludovicus serenissimus augustus obiit mense Augusto feria 6, et Karo- 875.

a) sū *codex; unde* num *coniecit Combelti.* b) *Hic, vel potius post finem praecedentis capituli, quod in codice ultimo loco positum erat, calamum deposuit auctor. Paulo post, alio atramento, calamo iterum alio, continuo, adiectum est:* EXPL. L. QVINTVS. Carolus gratia *etc. sine numeris capitum, quos adiecimus. Manus simillima auctoris, sensim vero et ita ut nequeas certo dicere ubi, adeo mutatur, ut plane alia fiat, et scribae esse appareat, non auctoris.* c) *secundum indicem libri tertii haec charta post III,* 19. *ponenda fuit; sed auctor eam ibi omisit et hoc demum loco supplevit, signo neque hoc, neque illo loco addito.* d) *hic desinit folium; in sequenti atramentum mutatur, sed manus plane eadem, quae tamen sensim habitum plane mutat, ita vero ut non queas dicere ubi. Quum igitur nil hic desit, apparet, folium quod supra II,* 9. *excidisse videtur hoc loco, iam fuisse perditum, quum haec charta hic scriberetur.* e) ipsas — pagis *in rasura scripta sunt, deletis quae ibi antea fuerant. Manus tamen atque atramentum tam parum differunt a reliquis, ut scribam ipsum haec ita substituisse credibile videatur.*

*) igitur d. 23. Maii 779. Die 13. Maii Haristallii fuit Karolus. Charta originaria non iam extat.
51) potius d. 12. Aug. 875, indictione 8.

lus rex Francorum ingressus est in Italiam cum multitudine magna, et obtinuit regnum
877. anni 2. In secundo vero anno quam ingressus est Italiam, apparuit similiter mense Marcio stella commatis, parte occidentali in signum Libre, et luxit per dies 15. sed non
Oct. 6. tam prefulgida, quam illa quae primitus apparuit. In ipso vero anno mortuus est Karolus imperator, et Karolusmannus rex Bagioariorum ingressus in Italiam cum infinita
Oct. populi multitudine, et obtinuit regnum. In proximo vero apparuit alium signum in coelo mirabile, pridie Nonos Ianuarii, cum esset coelum totum serenum, et iam aurora cre-
52 bresceret, et apparuit lux inmensa, ut nobis[52] visum est quasi duodecim momenta; et cum fuisset intervallum quasi punctum unum, auditum est tonitruum magnum in coelo, quod omnes qui audierunt et viderunt tam inmensum lumen, exterriti sunt et pavefacti.

3.[53] *Preclui apice apostolice dignitatis decenter predito, perspicuáque prosapia luculente ingenuitatis ineffabiliter precluenti, atque vasto dogmatę sophiae rutilantis ac sempiternae sollerter instituto, domno Iohanni venerabili pape insignique patrono totius ecclesiae christiane religionis ac vere fidei, necnon auctori rectae credulitatis, quem Dominus post se dignatus est sublimare in sacratissimo suggestu Petri et Pauli principum apostolorum, et cui rite commisit oves sacri gregis, Belegrimus humilis abbas cunctique fratres cenobitalem vitam ducentes in coenobio beatissimi Petri, prisco tempore structo fere alpes Sigusiae civitatis, quae est confinis Italiae, in loco qui nuncupatur Novalicium, a quodam patricio nomine Abbone, tempore scilicet Theoderici regis, et deinceps a Karulo imperatore cunctisque Romanorum principibus, videlicet consulibus patriciis et senatoribus, quin etiam ab universis ordinariis Romane ecclesiae, sacris litteris precepti et privilegii corroborato atque beatissimo Petro claviculario caelesti dicato; insuper, pro nefas! a dyra gente Sarracenorum illo superveniente funditus dissipata, sed rursum annuente gratia superni conditoris a quodam marchione Adhelbertus nomine, pater Berengarii regis qui dicebatur*[a], *feliciter restaurato in oppido quod dicitur Bremidum, iugem eternae famulationis et assiduae venerationis constantiam, continuamque in effabilium orationum seriem. O clementissime pastor atque universae Eurupae rector, doctrina vere ecclesiasticaeve sapientiae, intimamus vestrae sanctitati ac clementiae nobilitatique ingenue, quod prescriptus marchio, qui restruxit mona-*
54 *sterium in supradicto oppido, convocavit eó omnes monachos antiqui coenobii*[54], *qui a supervenientibus Sarracenis erant dispersi in diversis provinciis per alia monasteria, relinquens ibi non exiguam partem sui praedii. Sed moderno tempore, quod ille aliique sibi consimiles bonitate sancto concesserunt loco, alter insanus et inmani amentia detentus penitus abstraxit, nimirum marchio Arduinus, rapax lupus, latens sub imagine candide ovis, ingensque destructor ecclesiae Christi, ferme predictum destructum habet coenobium; nisi quod superest, misericordia Dei tuaque clementia ac summa pietas nos famulos tuos respexerit. Namque ut accepimus ab antiquis et venerabilibus eiusdem loci patribus, hoc coenobium semper fuit subbditum defensionis pape Romani. Quoniam quidem constructor et*
55 *octor*[55] *eiusdem reliquid ipsum dicioni eterni regis et gubernaculo clarissimi apostolici basilice cunctarum basilicarum excellentissimae, inexplicabiliter deprecans illum atque suppliciter postulans, quod pro dilectione summe individueque Trinitatis, si aliquod infortunium casu eveniret abbati ipsius loci cum monachis, prelibatus papa, sicut pius et acer pastor defendit custoditque afabre gregem suum a laceracione atrocium ferarum, ita conservaret illos ubique et salvaret, succurreret eisdem ac subveniret ac a persecucione pravorum hominum eos liberaret. Quapropter, sanctisimę vates, conpetenter vestrae clemenciae benignitatem requirimus, suppliciterque propriam ingenuitatem vestri idalmatis*[56] *flagitamus, ut pro summa veneracione cunctitonantis genitoris, qui condolens humanam propaginem esse dampnatam atque neci subiectam probro corruptelaque protoplasmatis, tradidit unigenitam prolem morti, quatinus 'reduceret famulum ad pristinum immortalitatis aeternéque beatitudinis statum, dignemini nobis consulere, necne faustę cunctis in necessitatibus subvenire*

a) *primo fuit* dicitur; *sed postea correxit auctor ipse, cf. ad V,* 5

52) hinc apparet, totam hanc notulam non nostri auctoris esse, sed ab eo aliunde ad verbum exceptam. 53) secundum indicem libri quinti haec epistola inserenda erat post V, 21, sed ibi auctor eam omisit, et hoc demum loco supplevit, signo tamen non apposito. Scripta fuit ante d. 21. Aprilis 972. Hoc enim die data est bulla Iohannis XIII. huic epistolae respondens, quam ex originali habes apud Malaspinam p. 92 et in Hist. Patr. Mon. Chart. I, 228. Ad nostram cf. supra V, 5. 17. 19. 23. 3. 21. 22. 54) cf. ad III, 17. 55) i. e. auctor. 56) ἴνδαλμα facies benigna.

nostris, quoniam aut per vos veniet salus nobis post cosmi conditorem, aut omnino dimittemus locum istum. Siquidem tanta est feritas praenotati marchionis, ut nemo nostrum permanere potest in eodem loco; quia omnes cortes vicosque et cuncta oppida, de quibus victus et vestitus nobis veniebat, totamque meliorem coenobii terram cum famulis eidem pertinentibus abstulit nobis, servis tuis. Et nisi fuisset quidam vir praeclarus virtute, et inlustris propagine antiquae gentis, Samson nominę, qui prope metam felicis vitae in pretitulato coenobio sumpsit habitum sacre religionis, concedens huic loco non minima portionem suae possessionis, minime haberemus unde spacium duorum mensium vivere quivissemus. Denique quod nefas est dictu, dyrus marchio gestiens totum monasterium in suam redigere servitutem et in filiorum hereditatem, dicit se habere preceptum de eodem. Quod frivolum est et mendosum. Namque scimus, quod Lotharius regulus filius Ugonis regis, deceptus blandiciis fraudibusve sevi ducis ac ingenti amentia detentus, nescientibus Italis principibus nobisque omnibus ignorantibus, pro dolor! clam firmavit illud praeceptum, pro 950.
quo nobis sanctoque loco accidit omne malum. Post quod factum divinitus ingenti plaga percussus, in ipsa ebdomada obiit mortem. Quod praeceptum Otto piissimus imperator clementissimusque rector mlltarum provintiarum, veniens ad Italiam, interventu domne Adheleide uxoris suae gloriosissimae auguste, iamdicti Lotharii olim relictae vidue, coram cunctis principibus suis, videlicet marchionibus episcopis commitibus et abbates, igne cremari fecit. Post aliud nobis rescribere iussit, quod propria manu firmavit. Insuper cominatus est scelerato duci, ne amplius intromitteret se de prediis, cortibus, vicibus, oppidis, famulisque, naeque de aliquibus rebus ipsius cenobii pertinentibus. Quid plura? Almus imperator ad propriam suae nativitatis provintiam rediens, confestim supranuncupatus marchio diris modis coepit affligere abbatem universosque coenobitas septies, abstrahens omnes res quas imperator benignus reddere monasterio fecerat, et multa insuper quae antea non abstulerat, seviens quod ausi fuimus proclamare ante sanctum imperium de malis quae nobis inferebat. Ad ultimum reddens nobis aliquam particulam, sed perexiguam, de prediis monasterii, compulit abbatem promittere promissionem indignissimam, quod deinceps non proclamaret se ante aliquam imperatoris presentiam de tali facto. Quod scelus credimus condolere Omnipotentem trinum et simplicem, clavigerumque caelestem cum omnibus sanctis. Quin etiam cupimus esse divulgatum presentiae vestrae maiestatis, quod aut per vestram benignitatem sanctus stabilis manebit locus et firmus, aut prorsus ab ipso Arduyno erit destructus et a nobis relictus; quod prohibeat rerum conditor! Idcirco assiduis precibus minime desistimus fundere vota, ut vestras mittatis sanctisimas elementorum[56] *notulas sanctisimo imperatori, quae resignent illi, qualiter res gestae fuerint inter prescriptum marchionem et nostrum patronum; quoniam adeo ad nihilum sumus redacti, ut nemo nostrum neque palam audet inde verbum dicere neque ad cortem ire, ob metum iniqui hostis. Insuper poscimus te, illum*[57] *taliter supplicare, ut si gratiam Dei cupit habere* 57
eternumque imperium superni regis si gestit participare cum angelis, reddet abbati ac monachis totam tellurem ad ipsum coenobium pertinentem cum famulis ac rebus ibidem attinentibus, ac dicet effero comiti, quod si amplius intromiserit se de prediis ipsius monasterii, in perpetuum minime ipsum habebit amicum nec dominum. Deinde supplices exoramus benivolam munificentiam vestrae ditionis, quatenus ex parte vestri et per vestros legatos talem illi transmittatis comiti anathemationem, quod si amplius contra voluntatem coenobitarum tenuerit predia ipsius loci, condempnatus et anathematus permaneat in aeterno tartari igne. Quod superest, manifestare ac promere gestimus summae maiestati vestrae, o prepotens presul universae sanctitatis et facundie, quod semper expectavimus, quó mundi plastes Dominus tribueret talem patronum apostolicae ecclesiae, qui ritu antiquorum patrum sanctam regeret ecclesiam, per quem salus ac recuperatio nostrae egestati veniret caelitus. Quod credimus fore concessum. Quandoquidem candida fama pervenit ad nostras aures, nuncians nobis famulis tuis, quod nec munere placatus neque timore perterritus usquam recesseris a veritate iuditii, quod est sanctisimum omnium rerum. — Nec te latere volumus, sancte pater, quod quidam senex, sanctimonialem habitum ab infantia gerens in ipso coenobio, dum quadam nocte solito more intraret in eclesiam causa orationis, repente insolitus sopor oppressit eum. Qui, ut ipse refert, per visionem vidit quendam virum can-

56) i. e. litterarum. 57) imperatorem.

didis vestibus indutum, in leva manu gerentem auream pugillarem, in dextera vero argenteam crucem; de qua ter percutiens caput ipsius senis a somno eum excitavit, precipiens illi, quo diceret cunctis fratribus, implorarent auxilium a Romano patrono. Agnus Dei Christus, qui pro nostris sceleribus in cruce fuit positus, vos conservet per plurima seculorum curricula, amen[a].

4. . . . .

1027. Ian. 16. 5. Post obitum domni Gotefredi abbatis, qui timore et amore Dei plenus fuisse refertur, cuius videlicet dominatum pacifice permansit[b] temporibus illis. Nam vocante eum Dominus de ac instabili luce, Odilo quidam iuvenis Cluniacensis, nepos alterius Apr. Odilonis abbatis, abbatiam nostram ab imperatore Chuonrado Rome illi confertur ad 58 regendum[58]. Qui iuvenis tunc rudis a claustralibus exiens disciplinis, conspicit se tanti honoris sublimato cepit turbam militare sibi adherere, nonnullis prediis terrarum, unde sumptus veniebat monachis, illis vassis in beneficium tradidit; contra monachos vero et maxime in maioribus inpudenter insurgens, ac contra eos sedule vexans. Quid multa? dum pueriliter cuncta agitur, ac nimium iocis praeoccupatur, curtemque domini sui imperatoris parvi pendens, cogitans ne quis posset ei extymplo obsistere: dat[59] predictam abbatiam in beneficia cuidam Alberico Chumano episcopo. Nam quidam sciolus necdum 60 presul ita scripsit[60]:

Nam cum Heinricus moritur,
Caesar et alter oritur,
Tunc Bremetenses domino
Deviduantur proprio.

Et iterum:

At Chumanorum pontifex
Chunrado multum serviens
Tantum aurum incanduit,
Promissio prevaluit.

Itemque:

Cucullata milicia
Orruit hanc maliciam;
Hi sunt columbe filii,
Et serpentes discipuli.
Nam ego regnum circui,
Et claustra multa fricui;
Sed nunquam vidi aliquos
Sic temperate callidos,
Ut Bremetenses monachos,
Ostili fraude anichos,
Spernentes iugum summere,
Quod regis datur munere. Ƶ[c]

6. Data itaque abbatia est, sicut supra retulimus; unde abbas cum monachis non modice doluerunt. Episcopus vero callide satis agens, protinus invadit abbatiam, ac famulos iurare sibi fidelitatem compulit. Et eis qui noluerunt metu suo, ab arva exierunt, relinquentes proprias domus. Prudentiores namque monachi suo conspectui aliquando noluerunt se presentare; nam omne thesaurum auferentes secum occultaverunt. Ipse igitur Taurinum veniens, egit arte callida cum marchione Maginfredo et fratre suo 61 Adalrico presule[61], datoque multo precio, ut abbatem caperet. Quod et fecit. Qui palam

a) Agnus — amen *litteris uncialibus scripta sunt. Posthaec duae lineae vacant, folii ultimae. Folium quod proxime sequebatur, perditum est, cf. ad II, 15. Quod iam sequitur, incipit manu vel eadem qua praecedentia, vel primi scribae:* Post obitum *etc. calamo usque ad finem codicis continuo. Signum quo haec inserenda sint, non additur; fuit fortasse in folio deperdito.* b) r. c. v. d. cuius p. permanserit *cod.* c) *cf. infra ad c.* 12.

58) Romae Conradus non fuit nisi mense Martio et Aprili a. 1027; unde Gotefredum, qui 18. vel 17. Kal. Febr. obiit, a. 1027. obiisse apparet. Cf. etiam vitam S. Odilonis. 59) imperator Conradus. 60) Benzonem Albensem episcopum intelligendum, monet Ill. Gazzera. Attamen in editis haec non reperiuntur.

61) Astensi. UGHELL. Muratori haec a. 1030. adscribit, at a. 1031. Terraneo Ad. II, 186. Ceterum ex hoc loco deducunt, Manfredum habuisse comitatum Taurinensem et iurisdictionem civitatis ipsius; cf. Terraneo Ad. II, 253.

omnino nequivit facere quod optabat — timebat enim cives ipsius civitatis — sed malum cetrinum ipsi dirigens, mandansque ut ad se veniret, et sic tradidit. In crastinum autem convenientes omnes cives in unum, voluerunt abbatem eripere vi; sed predictus marchio cum turba militare prevaluit, interdicens illis, ne quid offenderent. Episcopus vero secum abbatem sub custodia ducens, mancipavit illum mox in carcerem; ac non post multum fidelitatem illi faciens de abbatia, dimisit eum.

7. In tempore quo messis tunditur, idem ipse Cumanus episcopus Bremito venit, invasitque duos monachos, ut mitteret in custodiam, qui magni tunc apud Deum et seculum habebantur. In nocte sequenti, dum cogitaret hoc nefas, sanctus Petrus ante stratum eius asistens inquid: *Alberice, quo pacto vivere potes, qui tanta mala iniecisti loco meo monachisque?* Ita agens et in inguine percussit eum. Qui statim cernens suam internitionem, cum redditur lux terre, proficiscitur. Tamen optavit ibi mori et sepeliri. Sed magno timore capti, hoc ne fiat rogant; enimvero si hoc ageretur, vivi a potestatibus terrae illius detinerentur. Ipsemet vero vectus in equibus semivivus abiit; mortuus denique est, antequam ad Cumanam perveniret urbem. Dum exueretur vestibus, saraballa eius stercoribus labefacta reperta sunt. Ipsi qui viderunt, testimonium prebuerunt, et adhuc supersunt, qui se vidisse confitentur. Nam ipse sepissime testabatur, quod a quodam clerico barba et capite cano, qui sibi in eodem cenobio aparuerat, percussus sit; quem omnino intelligimus beatum fuisse[a]. Dignus quippe fuit tali morte, qui servos Dei et locum sanctum multis affecit calamitatibus.

8. Post mortem huius quidam Teutonicus episcopatum[62] suscepit, nomine Litikerius. 62
Hic contulit abbatiam domno Eldrado, reprobato Odilone. His Eldradus vir bonus fuit, plenus dierum, crescens in senectute bona. Demoravit abbatiam suam decem annos cum omni moderatione aequa pacéque condigna. Post circulum multorum annorum mortuus est, et sepultus in pace[63]. Temporibus huius abbatis actum est miraculum c.1047.
quoddam, quod tacere nolumus. In ebdomada sancte pasce, dum cantarentur vespere, quidam homo venit surdus mutusque et contractus, plenus demonibus. Qui ingrediens templum vociferabatur, nihil dicens nisi tantum vocem dans ad sydera. Post spatium unius hore concito gradu ad aram cucurrit sancti Petri, et amplexatus est eam; statimque erectus est, et vinculum linguae solutum est, et evomens cenulentum sanguinem, liberatus est per intercessionem sancti Petri a tot infirmitatibus. Hoc vero nostris oculis vidimus, et testes sumus huius rei.

9. Igitur notum facimus omnibus sanctae Dei ecclesiae fidelibus presentibus scilicet atque absentibus, de malo quod passum est monasterium Bremetense ab illo qui nuber abbas visus est, Oddo nomine. Nam hic in quodam prelio percussus, magis causa timoris quam Dei veneratione ad monasterium Bremetense pervenit, ibique se Deo et sancto Petro atque domno Gezoni abbati monachum vovit. Interim volventibus annorum curriculis, erat abbas illius loci senectute flebilis; volentibus cunctis fratribus necnon domno imperatore Heinrico se consentiente, abbatiam alteri dedit[64]. Quidam frater 64
monasterii deprecatus est abbatem, ut huic supradicto monacho Oddoni quendam obedientiam de Pollentia subtus eum daret; qui precibus eius adquievit. Illo namque tempore magna persecutio erat inter Ardoinum et Maginfredum. Quod sciens predictus monachus Oddo scilicet, abiit Ardoinum; postulatus est eum pecuniam dante atque pollicente, ut illum abbatem faceret de cella, unde prioratum habebat. Marchio autem dixit, se non posse facere, quia pater suus dederat Bremetensi monasterio. Tunc monos açephalus ait: *Si mihi dederis abbatiam et contra abbatem meum tenere feceris, cartas patris tibi reddam.* Tunc Ardoinus ita dixit ut fieret. Statim quippe Iude pedagogus[65] furatus est cartas, reddidit Arduino. Nec mora, ipse marchio duxit secum Romam, obtulit maximam pecuniam pape, et dedit ei consecrationem. Quo audito Bremetensis abbas grave pertulit; abiit ad domnum papam, retulit per ordinem, quomodo contra

a) Nam ipse — fuisse *auctor ipse statim inter lineas supplevit.*

62) Cumanum, paulo ante a. 1031. secundum Ughellum IV, 285. 63) „Nequaquam igitur confundendus est, quod fecit Terraneus, cum Eldrado III, qui a. 1060. subscripsit concilio Romano; magnis laudibus extollitur a Willelmo in vita Benedicti Clusensis et a Petro Damiano in epistola ad Adelaidem comitissam; a. 1069. ad sedem Carnotensem vocatus, ibi episcopus obiit a. 1075.“ Malaspina p. 79. 64) Gotefrido ante 1014; cf. supra V, 38. 65) i. e. Zögling.

1014. Deum et ordinem suum gesserat. Tunc domnus papa cognita veritate, dato anathemate iussit, ut nec abbas fieret et in iussionem sui patronis rediret; deditque licentiam, ut quicumque vellet adiuvare eum, ex suo deposito liberam haberet facultatem et benedictionem. Nec mora, abbas perrexit ad Maginfredum, petiit misericordiam de suo oberrato, ut per licentiam pape, si posset, eum quocumque ingenio caperet. Interim Maginfredus[a] preparat se ad capiendum Leviathan; incepit et perfecit. Insuper omnibus modis iuravit ita dicendo: *Ego Oddo monachus diebus vitae meae amplius Bremetensem abbatiam non accipiam, neque sine licentiam domni mei Gottefredi abbatis abbatiam nec prioratum habebo.* Sic callide liberatus, oblitus sacramentum et omne firmamentum, ad 1021. priorem recursit delictum. Ita se habuit, domnus imperator Heinricus donec regnum venit. Cognitis omnibus eius nequiciis, cunctis videntibus episcopis qui aderant, dete- 66 stabilem sarrabaitam[66] cepit, baculum fregit, atque superbum de sede deposuit; insuper ut nunquam de claustro exiret, firmiter precepit. Nec multum, cum fratribus permanens, inter eos discordiam ponens. Hoc abbas vidit, illum abscedere maluit quam totam congregationem in precipitium mitteret. Dedit ei unum prioratum, ut vel hoc sufficiens quiesceret. Quo accepto nec quievit, sed quiquid in aeclesia invenit, libros, calices crucesque atque thesaurum — de vino et pane non est numerus — omnia vendidit, maximam pecuniam fecit, Alrico episcopo Astensi dedit pro una abbatia. Sic res permansit. Quievit viventibus abbatibus istis Gezone, Gottefredo, Odilone, Aldrado. Ultimo c.1047. mortuo, abiit Cumensem episcopum Leuticherium; dedit, promisit, iureiurando spopondit episcopo et clericis[b], fidelibus et famulis inter omnes quingenti libras pro Bremetensi abbatia. Qua recepta, tulit, vendidit pro pecunia quam promisit, cruces, calices, coronas, texta euangeliorum, tabulas altaris, turribula, quicquid de thesauro invenit — de pane, vino carneque lingua dicere non sufficit. Insuper coegit, ut monachi iurarent sibi fidelitatem, quomodo et laici faciunt. Unus ex maioribus idcirco quia lamentatus est nunciis domni imperatoris, captus et posuit in carcerem; nec inde exeundi habuit facultatem, donec ipsemet dedit sibi unum ex famulis, et fecit pro ipso sibi ipsi iurare fidelitatem. Quicquid hic scriptum est, si quis probare voluerit, in veritate comperi et quomodo plus sit; nichil deerit quemadmodum hic legitur[c].

10. Fruebatur interea bona ipsius abbatiae, cum suis comedens ac distraens cuicumque poterat. Nam in terrarum et diversarum opum adquisitione nullomodo studebat, interdicens nostris, ne adquirerent, ex suis autem totam replebat terram. Erat enim plenus dolo et simulatione; monachos vero sibi subiectos omnino secularibus hominibus, maxime marchionibus, male diffamabat, ceu semet exaltans uti iustum; suis vero criminibus pessimis tamquam privignus apud seculares[d] criminabat. Sicque factum est, dum filios velut criminosos denudat, immitatus Cham, qui verenda patris non operuit quin potius deridendo detesit[67], ut ipse magis postmodum in deterioribus et cenulentis labe- retur factis. Cum vero Deus suam contemplatus esset infidelitatem, obcecavit illum ut 68 dignus fuerat, traderetque[68] alteri clam ipsam abbatiam. Quod et fecit, ergo cum periuriis et inlicitis sacramentis, sine voluntate et consensu fratrum, cupiens exinde infinitam pecuniam accipere. Unde credimus divino iudicio actum, quod tanti honoris deinceps caruisset, dataque est alteri[e] multo se meliori.

ap[f] 11. Interea quid impiissimi tiranni Maximiani olim sit consecutum, breviter colligere placuit. Cum dispositis insidiis genero suo Constantino mortem moliretur, deprehenso dolo apud Massiliam captus est; nec multo post strangulatus, teterrimo supplitio adfectus impiam vitam dignam mortem finivit. Circa igitur hec tempora apud Maxiliam civitatem sepulchrum eiusdem Maximiani christianorum ingens persecutor inventum est. Nam sicut nobis retulerunt qui interfuerunt, erat mirabiliter corpus eius intus et extra unctione balsami et alia nonnulla genera odoramentorum opido perfusum; corpus quo-

a) m. monachus p. *sed postea expunctum est* monachus. b) *ita correxi; codex habet:* leuticherium dedit promisit iure iurando . spospondit . et episcopo . clericis *etc.* c) *abhinc atramentum paululum mutatur; manus eadem.* d) secularibus, *corr. ut videtur ab auctore ipso* seculares. e) *post hanc vocem calamus mutatur et litterarum forma paulo fit nitidior, manus tamen eadem manet atque atramentum.* f) *hoc signo hic et post V, 42 posito auctor indicare volunt, hocce caput ibi inserendum esse.*

66) „Sarabaitae sunt monachi irregulares, qui de monacho nil habent nisi cappam" Terraneo Ad. II, 96.
67) i. e. detexit. 68) i. e. ut traderet Oddo.

que eius totus integer, tetra[a] pilo, caro candida, barba permaxima; ad caput vero eius pocula erat auro aurizo, plena balsami. Ipse vero in locello plumbeo quiescebat, in quodam labro ex marmore candidissimo, cum literis aureis desuper scriptis. Nam consilio Rainbaldi archiepiscopi Arelatensis et ceteris fidelibus actum est, ut in mari magno cum totis labris iactaretur. Nam diebus ac noctibus maris equora ibi videntur semper ardere, ubi iactatum est corpus eius.

12. Hoc tempore Leodegarius archiepiscopus Vienensis vitam et mores, ortus et [b]
actus suorum antecessorum archiepiscoporum scribendo colligere curavit[69]. 69

13. Hoc tempore Lambertus rex apud Italiam regnabat; suoque tempore fuit comes [c]
Maginfredus, quem interfecit[70], necnon et Ammulus episcopus Taurinensis, qui eius- 896.
dem civitatis turribus et muros perversitate sua destruxit. Nam inimiciam exercens cum suis civibus, qui continuo illum a civitate exturbarunt; fuitque tribus annis absque episcopalis chathedram. Qui postmodum pace peracta reversus, et manu valida contus[71] destruxit, sicut diximus. Fuerat hec siquidem civitas cum demsissimis turribus bene redimita, et arcus in circuitu per totum deambulatorios, cum propugnaculis desuper atque antemuralibus. Siquidem prefatum regem idem episcopus a filio Maginfredi comi-
tis[72], cum in silva venationi exerceretur et in gremio adolescentis somno oppresso 72
obdormiret[d], dolo interfecit. Post modicum autem aparuit illi[73] quadam die diabolus in modum vulpeculae, cum equitaretur; quam perniciter insecutus est, sicut fatur popularis vulgus, in tantum ut ulterius non sit visus.

14. His quoque diebus Wido serenissimus imperator regnum Longobardorum pau- [e]
cis obtinuit annis[74]. Circa hec tempora Rodulfus rex regnavit apud Italos[75].

15. Carne itaque imperator Otto maiore mortuo, illico successit protinus in regno [f]
secundus Otto filius equivocus eius. Migrato vero isto e seculo, tertius Otto in regno
eligitur[76], qui in coniugium quandam sumens Grecam, filiam Constantinopolitani impe- 972.
ratoris; quorum paranimphus extitit archiepiscopus Arnulfus Mediolanensis. Hic cum 1001.
Grecis quodam tempore bellum agens; in quo videlicet praelio captus cum ab ipsis 982.
teneretur, supra equore marino[g] suspectus est ab ipsis, fore regem. Quam suspitionem ipse cum suis, in quantum quibat, se regem abnegabat, sed suum fidelissimum et auricularem eius se fatebatur. Dum autem ista et alia nonnulla huiusmodi litigando prosequerentur, insinuabant, ut nisi auro argentove quantum sui corpus aeque lance pensaret redimeret, non foret dimissurum. Missa protinus relatio est[h] ad reginam, quae ibi tunc proxima aderat, et insinuatum est illi omne rei eventum. Que citissime plurimos ephébes misit iuvenes, feminili abitu indutos, cum mucronibus sub tunicis absconsis, qui videbantur ceu turba puellarum, ferentes duodecim scrinia uti plena ex auro, in quibus erant tria plena ex auro et argento, omnia vero alia plena erant lapidibus, firmiter clavibus obseratis. Cumque ad litus pervenissent maris, aperta sunt illa[i] tria scrinia in quibus erat aurum, et proferentes sermocinabantur. Tunc unus ex suis militibus ei dure collocutus est, reminiscens illi priorum bellorum victorias. Subito excutit se cum magna vi a manibus illorum de nautula, in qua tenebatur, ita ut manus illorum plene relicte essent diploide quo indutus fuerat, et misit se in aqua. In qua cum strenuissime nataretur, duo fortissimi illorum perniciter insecuti sunt illum. Unus autem illorum, qui illum insequebantur velotius[k], cum vellet regem manibus capere, rex iniecta manu suffocat illum extimplo, atque alteri aeque faciens, evasit.

a) tet̃ *cod.* b) *signum indicat, hoc caput paulo superius post app.* 5. *inserendum esse.* c) *hoc signum alibi in codice non iam reperitur; fuit procul dubio in libro quarto, iam deperdito. Duchesne etiam hoc caput praeponit iis quae ex libro quarto excerpsit; invenerat igitur ibi signum huicce respondens.* d) *hanc vocem postea auctor supplevit.* e) *hoc signum alibi non reperitur in codice; fuit igitur in libro quarto deperdito.* f) *signum hoc caput supra post V,* 18. *inserendum indicat.* g) Hic cum — marino *primum hic omissa, infra post* sermocinabantur *legebantur, loco plane incongruo. Postea auctor ipse ea ibi expunxit, et hoc loco intra lineas reposuit, supplens etiam* lensis, *quod scriba omiserat.* h) relationem, *sed postea correxit.* i) *ita correxit postea, quod primo scripserat* ista. k) insequebatur vellotius *primo, sed corr.*

69) sedit inde ab a. 1026. Hae vitae non iam extant. 70) cf. Ann. Fuld. a. 896. Liutpr. I, 10. 71) i. e. cunctos, scilicet muros. 72) Hugone, cf. Liutpr. I. ult. 73) episcopo? 74) a. 889. Febr. — 894. 75) a. 922—937; cf. supra V, 2. 76) Confundit noster Ottonem III. cum Ottone II. De hoc enim sequentia omnia intelligenda sunt, exceptis *quorum p. e. a. Arn. Mediol.* Nam hunc Otto III. Constantinopolim miserat a. 1001. sponsam petiturum. Sed priusquam reverteretur, Otto III. vita functus est. COMB.

ᐸ.6[a] 16. Circa hec tempora Heinricus imperator regnum excipiens Italicum, deiecto
1014. Arduino, cum quo sui ante dimicarunt et victi fuerunt, et quem post triduum in Sparronis castrum annum obsederat integrum, quem capere minime potuit; sed post modi-
77 cum monachus efficitur[77]. Ille vero regno privato, Heinricus mox illum arripuit, tenuitque eum viginti annos[78]. Hic multe prudentie fuit, scientia namque litterarum strenuissime imbutus. Marchiones autem atque episcopos, duces et comites, necnon abbates[b], quorum prava erant itinera, corrigendo multum emendavit; marchiones autem Italici regni sua calliditate capiens et in custodia ponens. Quorum nonnulli fugam lapsi, alios
79 vero[79] post correctionem ditatos muneribus dimisit. Hic dum vixit, multum amator nostre abbatiae extitit hac custos cum coniuge sue auguste.

ɔ+c[c] 17. Defuncto quoque Heinrico, Chuonradus per omnia litterarum inscius atque
1026. idiota regnum arripuit Longobardorum. Qui nonnullas subiugavit ecclesias, episcopia quoque necnon abbatias. Inter quarum nostra a proprio domino orbata, ut supra retulimus, sub iugo Cumani episcopi tradita est lucri causa a predicti Chuonrado. Cuius quoque filius Beniamin, qui alio nominę apellatur Heinricus imperator, bene pericia litterarum imbutus, a profano dominio quo premebatur abstrahens et in proprio statu id
1048. est regio erigens, interdixit maledictionibus in priori praecepto quod nobis de eandem
Apr. 19. abbatiam fecit[80], ut nullus rex nec imperator ultra subiugationi alicui eam traderet.

FRAGMENTA VITAE B. ELDRADI.

Laetare[d] Novalicium
patris Eldradi meritis,
qui parentum nobilium
rebus ditatus inclitis
exemplo vitae caelitis
per virtutum suffragium
suis ad caeli bravium
monstrabat iter subditis.
. . . .
ex[e] Gallicana patria,
quae dicitur Provincia,
non infimis parentibus
ortus[f], Alpinis montibus,
oppiduli Ambolia
municeps et indigena,
nobilis quidem genere
. . . .
. . . . . ecclesiam
beati Petri meritis
construxit et nonnulla
susceptioni hospitum
peregit habitacula.
Composuit pulcherrimum
ibidem viridarium,
ex quo cuncti venientes
habere possent edulium
. . . .
Non modicam substantiam
relictam a parentibus
partim dedit ecclesiis
et *reliquam* pauperibus.
Quorum recepta sinubus,
solutus aevi nexibus
et flammis iuvenilibus,
huius mundi naufragio
. . . .
nudus, *Christi* vestigia
sequens reliquit omnia[g].
Siquidem mentis oculis
infra suae sacrarium
cogitationis dignissimum
circumcirca prospiciens
sagacius*que* perquirens,
locum si quem inveniat,
ubi vestem suscipiat[h],
quo monachorum regula
arctiorque custodia
vigeret, et religio
maneret sollicitior.
Circumiensque Galliam
atque sibi domesticam
peragravit Provinciam:
translatus Aquitanias
devenit ad Hispanias.
Inde lapsus . . . .
regressus est Italiam,
ubi *a multis* didicit
precipuum coenobium
ex antiquo vocabulo
vocatum Novalicium,
quod novae lucis primordia
et sanctitatis exordia

a) *hoc signo indicatur, caput hocce post V, 34. inserendum.* b) n. et a. *sed expunctum.* c) *signum indicat, hoc caput post V, 44. inserendum esse.* d) *ex Rochex p.* 112. e) *ex Rochex p.* 99 *et Actis SS. n.* [illegible] f) *R. et A. haec ita habent.* o. et ut certum dicatur, Ambolianensis (Amboliacensis *Acta*) oppidi Alpinis montibus undique septi m. et i. fuit nob. q. g. sed nobilior animi virtute. g) nudus nudi sequens vestigia pro quolibet r. o. *Rochex.* nudus evasit *Acta.* h) s q. i. u. v. i. *ex Rochex; desunt Actis.*

77) Arduinus rex, in monasterio Fructuariensi, ubi obiit d. 19. Dec. 1015. 78) undecim potius regnum Italiae, viginti tres Germaniae. 79) cf. Arnulf. Mediol. I. 18. 80) edito ex originali in Hist. Patr. Mon. Chart. I, 567.

ibi noscantur exorta;
quod Amblulfus pervigili
. . . .
sub cuius moderamine
quingentorum . . . Domino
monachorum *tunc* agmina
militabant dignissima . . .
. . . .
Mente[a] servus cum sedula
Benedicti sub regula
Dei servivit filio
in *suo* Novalicio
Eldradus simplex, humilis
servus Deo amabilis
relictis mundi sordibus
divinis haeret cultibus.
. . . .
Amblulfo[b] vero *mortuo*
cunct*is* consen*tientibus*
Hugo Caroli filius
in sede constituitur,
nobilitatem generis
qui sublimavit meritis
et verbis et operibus
subiectos digne docuit . . . .
. . . .
Eodem[c] ergo tempore
Lotharius rex nomine
ex Caroli progenie
fines regni Italie
gubernabat eximie,
in armis valde strenuus
intentusque operibus
bonis et elemosinas
agebat frequentissimas,
qui predictum coenobium
sanctitate praecipuum
honorabat attentius
et munerabat sepius[d].
Inter cuius permaxima
est prope montes munera
ab incolis Italiae
Pagnus dictus ex nomine,
quem ob insigne regium
virtutis privilegium
largitus est coenobio
praedicto Novalitio;
religione praeclaus[e]
quo monachorum numerus
trecentorum assiduis
Christo vacabat studiis . . . .
. . . .
. . . . mortuus
Idus Martii tercio
sub Lotharii filio[f]
sepultus apud Novalicium
suum dilectum coenobium;
ubi viget miraculis,
coruscat beneficiis
et praestat sanitatibus,
presentatur virtutibus . . . .
. . . .

Dum vir clarus excubias
noctu servat angelicas,
quidam mutus advenerat
ad eius sacra limina,
petens oris colloquium
et linguae solvi vinculum.
Ast illius coenobii
familia et pueri
illum putantes fingere
sicque eos decipere,
verbis actum minacibus
et afflictum verberibus,
cum iam nihil proficiunt,
extra fores proiciunt . . . .
. . . .
Eodem namque tempore
Ubertus quidam nomine
similiter adveniens,
utroque pede claudicans,
patrem pulsat gemitibus
et exorat singultibus,
ut sibi gressum conferat
et sanitatem prebeat . . .
. . . .
Eadem circa tempora
venerat muliercula[g]
quaedam petens auxilium
ad eiusdem coenobium.
Nam lactis sibi copiam
dicebat *esse* sublatam,
peccatis exigentibus
et plurimis criminibus.
Quae cum diu oraculis
persisteret assiduis
. . . .
coepit se lac effundere
et ubera tumescere
intantum ut iam copia
effusi lactis . . .
. . . .
Fertur adhuc miraculum
inter multa precipuum,
Quod non solum hominibus,
sed etiam pecudibus
largitur beneficia
quam sepius perplurima.
Pagani *namque* patriae
saepissime Italicae
candelas habitudine
iumentorum compagine
. . . .
at illis deprecantibus
et vota persolventibus
iumenta domi pristinae
redduntur . . . . . .
. . . .
Solempnitas advenerat
beati Petri maxima,
ad quam puer ex abdita
mutus venit provincia,
qui nunquam oris proprium
habuerat colloquium.

a) *ex Rochex* p. 103. b) *ex Act.* 4. c) *ex Rochex p.* 108. *et Actis* 4. d) *hic desinunt excerpta apud Rochex; sequentia damus omnia ex Actis SS.* 4. 5. 8. 9. 10. e) praeclarus *Acta.* f) m. est autem t. I. M. r. Ludovico Lotharii f. et s. est a. N. *Acta.* g) mulier *Acta.*

Qui dum ad sancti tumulum
pernoctaret precipuum,
Heldradus vir sanctissimus
sibi venit per somnium;
qui os eius aperiens
absolvit linguae vinculum.
Eadem circa tempora
lues quaedam pestifera
vastans catervas hominum
et coetus animalium,
ita ut per ecclesias
simulque coemiterias[a]
quinque vel octo feretra
portarentur funebria.
. . . . parentes ipsorum
conversi sunt ad Dominum,
et Heldradi sanctissimum[b]
deposcebant suffragium,
ut ab ipsis mortiferis
salvarentur incommodis.
Venerunt ergo unanimes
ad Heldradi ecclesiam
offerentes argenteam
catenam illi munere
huius necis humillime.
Qui orantes respiciens
et deprecantes muniens,
ab illa lue[c] deinceps
sunt redditi incolumes . . . .
. . . .

EX NECROLOGIO NOVALICIENSI[81].

	NOSTRE CONGREGATIONIS.	NOSTRE SOCIETATIS.	UTRIUSQUE SEXUS
Kal. Ian.	Deposicio domni Wilelmi abbatis		
7. Id. Ian.	Deposicio domni Romaldi abbatis Brem.		
5. Id. Ian.	Deposicio Ebonis episcopi.		
18. Kal. Febr.	Deposicio domni Goitfredi abbatis Bremetensis *et domni Nicholai abbatis Brem.*		
14. Kal. Febr.		OTTO MARCHIO. Hic dedit Pollentiam.	
13. Kal. Febr.	Depositio domni Benedicti abbatis Bremensis.		
6. Kal. Febr.	Depositio domni Ioseph episcopi Yporegie et abbatis Novaliciensis.	Remedius episcopus.	
5. Kal. Febr.	Depositio domni B. abbatis Novaliciensis.	Domnus Carlomannus imperator.	
12. Kal. Mart.		Guillelmus episcopus.	
9. Kal. Mart.	*Deposicio domni Burgi habatis Bremetensis.*		
5. Kal. Mart.		Obertus prior S. Andree Taurinensis.	
4. Kal. Mart.	*Deposicio domni Berloni abbatis Bremetensis h. s.*		
Kal. Mart.		*Deposicio domni A. Sabaudie comitis sub a. D.* 1383.	
4. Non. Mart.		*Deposicio domni Umberti comitis.*	
3. Non. Mart.	Deposicio domni Gariverti, qui et Gezo, venerabilis patris monasterii Bremetensis.		
Non. Mart.	Deposicio domni Amedei . . . . . Bremetensis abbatis.		
8. Id. Mart.		Ioseph episcopus.	
3. Id. Mart.		Petrus prior de Caloz. Otto comes.	
3. Non. Apr.		*A. D.* 1270 *obiit Iacobus quondam abbas S. Iusti Secusiensis et prior Novaliciensis h. s.*	

a) coemeteria *Acta.* b) sanctissimi *Acta.* c) *deest Actis.*

81) excerpsimus haec ex schedis quas Illustrissimus Eques Gazzera gratiose nobiscum communicavit baronis Vernazza. Hic eas a. 1788 apud Novalicienses excerpserat ex fragmentis necrologii, foliorum octo formae quadratae ternis in quavis pagina columnis, quae continebant dies 1—28. Ian., 12. Febr. — 17. Mart., 3. Apr. — 2. Iun., 20. Sept. — 7. Oct., circa annum ut credebat Vernazza 1200 ex antiquiori a primo scriba calamo continuo excepta, dein a plurimis continuata. Quas additiones inclinata litterarum forma a prima manu distinximus.

	NOSTRE CONGREGATIONIS.	NOSTRE SOCIETATIS. UTRIUSQUE SEXUS.
7. Id. Apr.		Domnus Guiffredus miles inclitus de Mediolano.
12. Kal. Mai.	*Deposicio domni Iohannis venerabilis et pii patris abbatis monasterii Bremetensis.*	
7. Kal. Mai.		Deposicio domni Mainfredi abbatis Fructuariensis.
Kal. Mai.	Deposicio domni Belengrimi abbatis Bremetensis.	
Non. Mai.	Amizo abbas.	
6. Id. Mai.	Depositio illustrissimorum virorum et venerabilium patrum Asinarii et Frodoini abbatum.	

EX NECROLOGIO S. ANDREAE TAURINENSIS[82]. 82

Kal. Ian. Depositio domni Wilielmi abbatis.
2. Non. Ian. Depositio domni Bruningi prepositi huius cenobii atque constructoris[83].
5. Id. Ian. Depositio domni Romaldi abbatis Bremetensis.
2. Id. Ian. Depositio domni Taurini abbatis[84].
Id. Ian. Depositio domni Ottoni abbatis.
18. Kal. Febr. Obiit Vbertus abbas.
17. Kal. Febr. Depositio domni Gotefredi abbatis Bremetensis. Ardingi. Bosonis abbatis.
14. Kal. Febr. Depositio domni Oddoni marchionis.
13. Kal. Febr. Depositio domni Ottonis abbatis Bremetensis. Vmille cometisse et monache.
6. Kal. Febr. Depositio domni Ioseph abbatis et domni Regnimiri episcopi.
5. Kal. Febr. Depositio domni Karoli imperatoris.
7. Id. Febr. Depositio domni Anastasii et domni Iohannis abbatum.
4. Id. Febr. Depositio domni Adraldi abbatis.
2. Id. Febr. Depositio domni Landulfi episcopi.
14. Kal. Mart. Depositio domni Alberti abbatis[85]. 85
12. Kal. Mart. Depositio domni Wilielmi episcopi.
6. Kal. Mart. *Obiit Raenaldus abbas*[a].
4. Kal. Mart. *Deposicio domni Berlonis Bremetensis abbatis*[b].
2. Id. Mart. Depositio domni Gezonis abbatis Bremetensis.
11. Kal. Apr. Depositio domni Gislaldi abbatis Novaliciensis.
8. Kal. Apr. *Obiit domnus Willelmus abbas Fiscani*[c].
5. Kal. Apr. Depositio domni Heirradi Novaliciensis abbatis.
Non Apr. *Depositio domni Amedei Bremetensis abbatis*[d].
3. Kal. Mai. *Depositio domni Hugonis abbatis*[e].
Kal. Mai. Depositio domni Belegrini Bremetensis abbatis.
3. Non. Mai. Depositio domni Romani abbatis.
Non. Mai. Obiit Amizo abbas.
7. Id. Mai. Deposicio domni Aginulfi abbatis Pinarcolensis.
6. Id. Mai. Depositio domni Asinarii et domni Frodoini abbatum.

a) *manu s. XIII.* b) *alia manu s. XIII.* c) *manu s. XII.* d) *manu s. XIII. ut videtur.* e) *manu s. XII.*

82) Et hoc debemus insigni quo Monumentis nostris favet studio Constantii Gazzerae, Illustrissimi Viri, qui illud in vico vendente thus et piper repertum ab interitu servavit. Constat undecim foliis membranaceis formae quadratae, quorum ultimum desinit in 13. Kal. Aug., reliqua deperdita sunt. Descriptum fuit manu pulchra continua s. XII in. ex antiquiore; aliae manus postea multa adiecerunt. Quae inde excerpta hic damus, primae manus sunt; quae aliarum, accurate semper indicavimus. Integrum edidit Ill. Eques L. Provana in Hist. Patr. Mon. V, 194 ex apographo manu De Lewis facto. 83) De eo cf. Chron Nov. V, 25. 84) Necrologium S. Solutoris Taurinensis editum in Hist. Patr. Mon. V, 215. eius mortem Idibus Ian. ponit. Videtur fuisse abbas S. Solutoris. 85) Necrol. S. Solut.: 15. *Kal. Mart. Obertus abbas.*

Non. Iun.	Depositio domni Ludowici imperatoris.
8. Id. Iun.	*Deposicio domni Pape Bremetensis abbatis*[a].
Id. Iun.	Depositio domni Ugonis abbatis Novaliciensis.
15. Kal. Aug.	*Obiit HERMENCAUDUS abbas S. Michaelis*[b].

CHRONOLOGIA ABBATUM NOVALICIENSIUM.

1. Godo . . . . *a.*	726.	*Ian.* 30.	*abbas dicitur in fundatione Abbonis, de qua cf. ad I,* 1.
	739.	. . . . .	*abbas dicitur in testamento Abboniano. Citatur I,* 2. *IV,* 18.
2. Abbo			*citatur IV,* 18.
3. Ioseph			*ib.*
4. Ingellelmus			*ib.*
5. Gislaldus		*Mart.* 22.	*obiit secundum Necr. S. Andreae. Citatur IV,* 18.
6. Asinarius	765.	. . . . .	*subscripsit conventui Attiniacensi. Mon. Leg. I,* 30.
	769.	*Octobri*	*a Carlomanno privilegium accepit, ex originali genuino archivi regii Taurinensis inter Novalic. mazzo I. n.* 2. *editum Hist. Patr. Mon. Chart. I,* 20.
	770.	*Iun.* 20.	*Niumagi a Carlomanno confirmationem liberae abbatum electionis a Pippino concessae habuit, cuius tantum apographum superest s. XVII. inter Novalic. mazzo* 1. *n.* 3, *editam H. P. M. I,* 56. *Murat. Ant. II,* 19.
	. . .	*Mai* 10.	*obiit ex Necr. S. Andreae et Noval. igitur a.* 771. *Citatur II,* 11. *III,* 2. 4. *IV,* 18.
7. Witgarius . . .	771.	*Decbr.*	*Carbonaci primus Karolum totius Franciae regem salutavit, teste Aimoino. Citatur III,* 4. *IV,* 18.
8. Frodoinus		*Febr.* 10.	*ordinatus est III,* 19. *procul dubio a.* 773; *nam si a.* 772, *confirmationem regiam iam eodem a.* 772 *quaesiisset.*
	773.	*Mart.* 25.	*Carisiaci a Karolo confirmationem privilegiorum accepit, ex orig. genuino inter Novalic. m.* 1. *n.* 5. *editam H. P. M. I,* 21.
	779.	*Mai* 23.	*a Karolo privilegium habuit, quod in app.* 1. *legitur; orig. non iam extat.*
	(783.	. . . . .	*Karoli privilegium supposititium est, cf. ad III,* 26.)
	801.	. . . . .	*vel post Karolus ipsi testamentum Abbonis confirmavit, cf. ad I,* 1. *III,* 17.
	810.	*Aprili*	*Teutcarii donatio inter Noval. m.* 1. *n.* 8. *aut apographum s. XI. est, aut tunc demum confecta; legitur H. P. M. I,* 29.
	. . . .	. . . . .	*a Karolo et Ludovico donationem habuit iam perditam, cf. III,* 26.
	(814.	. . . . .	*Ludovici charta inter Noval. m.* 1. *n.* 9. *falsa est, cf. ad III,* 26.)
	. . .	*Mai* 10.	*obiit ex III,* 19 *et Necr. S. Andr. et Noval.* vixit in abbatiam 43 annis *III,* 19. *itaque obiit a.* 816. *Citatur III,* 2—19. 25. *IV,* 18.
9. Amblulfus			*Frodoini successor dicitur III,* 24. *IV,* 18. *et puer oblatus Witgario abbati, itaque a.* 771 *vel* 772. *Hoc igitur certum est. Et tamen in placito Boderadi comitis* anno Karoli regis in Italia 2. indict. 14, mense Novembri, *qui est a.* 880, *coram iudicibus comparuisse dicitur* Amblulfus abba monasterii S. Petri et Andreae situm Novalicii; *cuius placiti charta, inter Novalic. m.* 1. *n.* 7, *edita apud Murat. Ant. I,* 359. *H. P. M. I,* 62. *et excerpta apud Rochex p.* 54. *adeo genuina videtur, ut de eius fide ne levissima quidem possit esse suspicio. Duo igitur huius nominis abbates fuisse videntur, prior Frodoini successor alter a.* 880, *quem noster in catalogo IV,* 18 *eo facilius omisit, quo maiorem de iis temporibus incertitudinem fuisse ex libri IV fragmentis videmus. — Citatur III,* 24. *IV,* 18.
10. Hugo		*Iun.* 13.	*obiit ex Necr. S. Andreae et III,* 31. *De tempore nil scimus, cf. III,* 15. 25—27. 31. *IV,* 18.
11. S. Eldradus . .	825.	*Febr.* 14.	*a Lothario donatur mon. Appanea, cuius orig. genuinum inter Noval. m.* 1. *n.* 10. *editum est H. P. M. I,* 33.
	827.	*Mai* 8.	*citatur in Bosonis placito, quod est inter Noval. m.* 1. *n.* 11, *at non orig. genuinum, sed s. XI in. imitatum ex genuino, ni forte omnino falsatum.*
	. .	*Mart.* 13.	mortuus est, regnante Ludovico Lotharii filio; vixit sub monachali disciplina a. 7, praefuit autem 30. *Vita S. Eldradi n.* 5. *Sed hoc aperte falsum; nam Ludovicus solus regnare coepit a.* 855. *et iam a.* 845 *tercius Eldradi successor abbatiam tenuit. — Citatur I,* 12. *III,* 31. *IV,* 1—18.
12. Bonifacius			*citatur IV,* 18.
13. Richarius			*ib. citatur.*
14. Ioseph II. . . .	845.	*Iun.* 13.	*a Lothario privilegium adeptus est, quod ex or. genuino inter Nov. m.* 1. *n.* 12. *legitur in Mur. Ant. VI,* 315. *H. P. M. I,* 42.

a) *manu s. XIII.* b) *manu s. XII vel XIII.*

845. *Oct.* 10. *Lotharii diploma inter Noval. m.* 1. *n.* 13. *non genuinum est, sed s.* X *in. aut fabricatum aut apographum; cf. ad IV,* 20.
. . . *Ian.* 27. *obiit ex Necr. Noval. et S. Andreae. Citatur IV,* 18. 20.

15. Heirardus . . . *c.* 890. . . . . . *vixit, ex IV,* 21. *Falso igitur IV,* 18 *ante Iosephum ponitur, fortasse errore tantum Pingonii.*
. . . *Mart.* 28. *obiit ex Necr. S. Andreae. Citatur IV,* 18. 21.

16. Conibertus . . . . *citatur IV,* 18.

17. Petrus . . . . *ib.*

18. Garibertus . . . . *ib.*

19. Georgius . . . . *ib.*

20. Domnivertus . 906 *aut* 916. *tempore eversionis Sarracenae iam abbas fuit.*
929. *Febr.* 28. *ab Adalberto marchione Gonzolam accepit, H. P. M. I,* 130 *ex or.*
(929. *Iul.* 24. *Hugo rex donationem oppidi Bremetensis monasterio confirmavit, abbate non nominato H. P. M. I,* 135, *ex apogr. s. XVII inter Noval. m.* 2. *n.* 4.)
. . . . vixit in regimine abbatiae 41. annum *V,* 2. *cf. IV,* 18. 24. 30.

21. Romaldus . . . . . . *Ian.* 9. *obiit ex Necr. S. Andreae, Ian.* 7. *ex Necr. Nov. Post Belegrinum collocatur IV,* 18, *sed hoc falsum esse docet V,* 20. *Citatur IV,* 18. *V,* 13.

22. Belegrimus . . . 952. . . . . . *nondum abbas fuit, nam* post 19 annos vitam amisit *V,* 7. *et adhuc*
972. *Apr.* 21. *bullam accepit a Iohanne XIII. editam H. P. M. I,* 228.
972. *Mai* 1. *Otto monasterio diploma concessit Romae, ex orig. genuino inter Noval. m.* 2. *n.* 5 *editum H. P. M. I,* 230; *sed ibi abbas non indicatur, sed tantum* servi Dei ex monasterio beati Petri adierunt *etc. Unde Malaspina et alii statuerunt, Belegrimum obiisse intra* 21. *Apr. et* 1. *Mai huius anni; sed*
. . . *Mai* 1. *obiit ex Necr. Noval. et S. Andreae, quod Otto nequaquam eodem die Romae scire potuit. Igitur hoc diploma Ottonianum nil probat, et annus obitus Belegrimi incertus remanet. Citatur IV,* 18. *V,* 6. 7. *app.* 3.

23. Iohannes . . . . praepositus, *non abbas,* per biennium praefuit, *V,* 20. *Quod huius loco IV,* 18 *nominatur Iosephus error est, fortasse Pingonii.*

24. Gezo . . . . . . 998. *Apr.* 26. *Romae ab Ottone III confirmationem privilegiorum nactus est, ex orig. genuino inter Novalic. m.* 2. *n.* 7. *editam H. P. M. I,* 317.
. . . *Mart.* 5. deposicio domni Gariverti qui et Gezo, venerabilis patris monasterii Bremetensis *Necr. Noval., sed* 14. *Martii secundum Necr. S. Andr. Citatur IV,* 18. *V,* 20. 22. 25. 30. 31. 34. 38. *app.* 9.

25 Gotefridus . . . 1014 *Febr.* *appellatur in bulla Benedicti VIII; sed huius non extat nisi apographum s. XII. dubiae fidei, in archivo archiepiscopali Taurinensi, ex quo edita fuit H. P. M. I,* 399.
1026. . . . . . *Bremeti a Conrado diploma habuit, cuius apographum tantum extat s. XVIII. in archivo marchionum de Romagnano.*
. . . *Ian.* 15. *obiit ex Necr. Novaliciensi, Ian.* 16. *ex Necr. S. Andreae, anno* 1027, *nam*

26. Odilo . . (1027 Mart. vel Apr.) *abbatiam Romae accepit a Conrado, ex app.* 5, *qui Romae non fuit nisi mense Martio et Apr.* 1027.
1031. *Febr.* 17. *possessiones quasdam commutavit, cuius commutationis orig. genuinum inter Noval. m.* 2. *n.* 12. *editum est in H. P. M. I,* 492. *Citatur IV,* 18. *app.* 5—7.

27. Eldradus II. . . . . *abbatiam suscepisse videtur a.* 1038 *vel potius iam ante; nam* decem annos *eam tenuit Append.* 8. *et a.* 1048 *ineunte iam Oddo confirmationem ab imperatore accepit.*
(1042. *Mart.* 10. *charta* data per manus domni Ioseph abbatis Novaliciensis, *inter Noval. m.* 2. *n.* 17. *edita a Rochex livre III. c.* 8. *H. P. M. I,* 549. *spuria est, s. XII conficta.*)
1043. *Mart.* 4. *commutationem fecit, cuius charta genuina servatur inter Noval. m.* 2. *n.* 8.
1043. . . . . . *aliam commutationem fecit, cuius charta genuina est ibi m.* 2. *n.* 18. *Citatur IV,* 18. *app.* 8.

28. Oddo . . . . . 1048. *Apr.* 19. *Ulmae confirmationem accepit ab Henrico III, cuius exemplar genuinum inter Novalic. m.* 2. *n.* 19. *legitur H. P. M. I,* 567.
1050. *Ian.* 4. *donationem accepit, cuius charta genuina est inter Novalic. m.* 2. *n.* 2.
. . . *Ian.* 20. *obiit ex Necr. S. Andr., sed ex nostro Append.* 10 *abbatiam prius amisit quam vitam. Citatur app.* 9. 10.

29. Benedictus . . . . . . *Ian.* 20. *obiit ex Necr. Noval. Citatur IV,* 18.

30. Adregondus . . . . *trigesimus abbas dicitur IV,* 18. *et ultimus est omnium quorum Chronicon mentionem facit. Obiit ante* 1060, *nam hoc anno iam Eldradus III abbas subscripsit concilio Romano apud Zaccaria badia di Leno p.* 104; *qui* 1069 *episcopus Carnotensis factus, obiit* 1075.

HERIGERI ET ANSELMI

GESTA EPISCOPORUM TUNGRENSIUM, TRAIECTENSIUM ET LEODIENSIUM.

EDENTE V. CL. RUDOLFO KŒPKE PH. D.

Idem fere artem scribendae historiae quasi decurrere spatium quod regum et populorum res gestas, atque iisdem quae illis insitae et innatae sunt legibus obtemperare, et sciunt omnes et ipsa rerum natura probat. Itaque quum ex omnium rerum conversione Karolorum regnum emersisset, una cum iis post claros illos Germanicarum gentium scriptores nati sunt annales regum et imperatorum, quos seculo XI. haud contemnenda auctorum arte floruisse constat. Sed eodem tempore quo Germanorum imperium ingruente imperatorum et Romanorum pontificum discidio dilabi videretur, paulatim aliud rerum scribendarum genus incrementa capere coepit. Iam enim crebriores erant auctores in ecclesiasticis, ut ita dicam, componendis historiis, quibus et episcoporum et abbatum vitas describerent; quod librorum genus eo magis invaluit apud clericos, quo melius, communi ecclesiae vinculo coniuncti, episcopatus et monasteria suo quasi genio frui perspiciebant. Cuius rei primum exemplar quum Gesta ipsorum pontificum Romanorum ob oculos hominum posita essent, eandemque viam Paulus Diaconus in gestis episcoporum Mettensium, scriptor Fontanellensis, et Bertarius Virdunensis praeiissent, novum scriptorum agmen una cum Fulcuino Lobiensi, Gestorum episcoporum Tungrensium, Traiectensium et Leodiensium, quae iam edituri sumus, narratores Herigerus et Anselmus ducunt. Vix enim alia erat illo tempore episcopalis cathedra, quae tot tantorumque clarorum rectorum nominibus et gloria qua Leodium fulgeret, ubi sanctum sanctus episcopus exciperet. Inter quos post S. Remaclum, Amandum, Lambertum duobus illis episcopis Notgero et Wazone, quorum admiratione ad scribendum Herigerus et Anselmus incitati sunt, praestantiori omnium virtutum laude qui excelleret nemo erat. Qui hanc quoque prae ceteris magnam gloriam consecuti sunt, ut ipsi non levi litterarum gustu imbuti, in Leodiensium scholis placidissimum pararent Musis refugium. Qua in academia quum a magistris claris clariores discipuli eruditi essent atque edocti, Leodium magni auspicii nomine quasi Athe-

*nae per totam Germaniam atque Galliam ita celebrari coeptum est, ut in tali
disciplina praedicanda illius temporis scriptores sibi vix satisfacere possent*[1]. 1
*Ex hac eadem schola seculi decimi dimidio altero primus prodiit rerum
Leodiensium scriptor Herigerus Lobiensis. Nam Lobiense quoque monasterium
iam Richarii Leodiensis episcopi temporibus*[2] *laetissimum fructus quem litteris* 2
*allaturum erat auspicium fecerat, ut nomina doctorum virorum in litterarum
monumentis conservata docent et monumenta ipsa confirmant. Inter illos Fulcuinus Lobiensium abbas Scaminum habet et Theoduinum viros „in litteris edi-
scendis opinatissimos“*[3]*, Aletramnum suum decessorem, virum „eloquentem et* 3
undecunque doctissimum“[3*]*, et ante omnes quem omnium perspicacissimum fuisse
praedicat Ratherium, Veronensem postea episcopum, quem multa ingenii opera
condidisse scimus. Si eodem fere tempore Fulcuinum abbatem libellum de ab-
batum Lobiensium gestis*[4] *aliosque Lobienses et Leodienses*[5] *annales scripsisse* 5
*memineris, illisque viris qui medio seculo decimo inter discipulos, exeunte vero
inter magistros clarebant Lobienses, Herigerum nostrum adscripseris, Notgeri
tempora qui annis* 971—1008 *Leodiensium res moderabatur*[6]*, litterarum laude
sane non immerito celebrari vides. Inter quos viros haud ultimum locum tenet
Herigerus, primo scholasticus, dein abbas Lobiensis*[7]*, quem maximo cum poste-* 7

1) Adelmannus, adversarius ille Berengarii, et apud Leodienses post Wazonem scholasticus, in rythmis alphabeticis de viris illustribus sui temporis hos habet versus:

Legia magnarum quondam artium nutricula
Sub Wathone subque ipso, cuius sunt haec rythmica.

Vid. Mabillon Analecta vetera p. 382. Quum Herigeri et Anselmi librorum innumeris paene locis Leodii nomen occurrat, Leodiumque est quasi theatrum quod habebant episcopi illi, ab animo impetrare non possum, quin accuratam illius urbis descriptionem laudesque silentio praeteream quas plena manu fudit Anselmi aequalis Gozechinus, Leodiensis scholasticus. Scripsit vero paulo post mortem Liupoldi, Moguntini archiepiscopi a. 1060, quum munere se abdicasset ad Walcherum, Leodiensem itidem scholasticum, haec: Mabillon. l. l. p. 438: *Praeter omnes tamen angulus ille mihi ridet, quem mater Legia forti virtutum robore nodosa, indigenis suis tam delectabilem quam iocundum exhibet. Ipsa enim, ut nosti, ex occidua sua parte non subitis collium clivis clementer erecta geminoque publici montis reflexu, qui in dorso non multum audaci, quatuor regularis viae gestat greges, ipsius inquam gemino reflexu molliter sinuata, sicut gallina pullos suos, ita haec filios suos sub alas colligit, fovet et nutrit, et ad omne quod civile sit et moribus conducat, informat et instruit; nec quidquam patitur deesse, quod vel copiam regere vel inopiam possit temperare. Allubescit quoque et alluit ad loci munimentum et copiae supplementum non subitis allapsibus bicornis Mosa, fluminibus nostrae Belgiae non immerito praeferenda, quae non solum civibus, sed et indigenis terrae piscium copia fluit dapsilis, variis mercium commeatibus habilis, omnique prorsus commoditatum genere conducibilis, excepto . . . quod si quando in convivium deorum cum nubigenis omnibus fratribus suis cumque Aeolo rege et ventis suis intra palatium Iunonis adsciscitur, dum longis laboribus exhausta, solito uberius Aeolo propinante nives vel imbres adhibens, inebriata revertitur.* Mosae inundatione facete descripta, ita pergit: *Habent quoque suburbana nostra undique versum suave olentes hortos olerum et dulce rubentes lucos arborum, scilicet vineis nostris brachiis aliis habilioribus sibi regionibus intendens, suprema vitium putamina et paucos inspergens thyrsos, extremam imposuit manum. His et huiusmodi multis commoditatibus Legia nostra ubertim ditata, adhuc habet multo potiora, hisque longe longeque praeeminentia. Denique ipsa flos Galliae tripartitae et altera Athenae nobiliter liberalium disciplinarum floret studiis, et — quod his praestantius est — egregie pollet observantia divinae religionis adeo — quod pace ecclesiarum dixerim — ut, quantum ad litterarum studia, nihil de Platonis expetas Academia, quantum vero ad cultum religionis, nihil de Leonis desideres Roma.* Et alio loco p. 444. idem Gozechinus scripsit: *A diebus domini Notgeri, nostrae urbis episcopi, eorum pontificum qui ei contemporales in ecclesia florebant praecipui, usque ad haec quae iam in miseria defluxerunt duo lustra, misericordia et veritas obviaverunt sibi, iustitia et pax osculatae sunt. Nunc autem* etc. Vide quoque Nicolai vitae S. Lamberti c. 16. ap. Chapeaville I, 399.

2) a. 945. II, 20—22.

3) c. 19.

3*) c. 27.

4) Mon. SS. IV, 53.

5 Annales Lobienses Mon. SS. II, 209. num Lobiis scripti sint, dubitari potest, Notgeri tempore scriptos esse c. a. 982. certum est. Leodienses annales Mon. SS. IV, 9. ex parte c. a. 1000. confecti sunt conf. a. 867, 872, postero tempore Lobienses annales qui ibidem leguntur.

6) II, 25—30.

7) Multi sunt qui sive ecclesiae sive rei litterariae historiae operam navantes de Herigeri et Anselmi vita et scriptis egerunt, alii uberius, alii brevius, prout libri consilium poscere videretur; qui vero dent in quo acquiescere possis sunt paucissimi; ex his Mabillon in annalibus ordin. Benedict. IV, 60. 178. et auctores hist. litt. de France VII, 194—208; 472—476 et hoc loco et saepius nomi-

ritatis fructu litteris docendis navasse operam probant discipulorum quos erudivit clarissima nomina. Nam ad medium usque seculum undecimum Herigeri et exemplum et praecepta sunt servata, quum felicissimum quod puerorum ani- 8 *mis iniecerat semen in Olberto*[8] *clarissimo Gemblacensi abbate et in Wazone episcopo Leodiensi*[9] *exuberaret et ad laetissimas fruges perveniret.*

Sed iam videamus quae vitae Herigeri apud alios scriptores relicta sint vestigia. Unum nobis traditum est testimonium non ita multo post illius tempora scriptum, quod, quum quasi firmum quaestionis praebeat fundamentum, in textum recipere non ab re fore opinor, verbaque ipsa, ne testis illius sententiam minus accurate repetam, proponenda videntur. Sunt autem anonymi scriptoris qui Fulcuini librum ad posteriora tempora deduxit. Quod si non primum de Herigero testimonium, gravissimum saltem esse nemo non videt, nam quod paucis tantum verbis in libro de scriptoribus ecclesiasticis dedit Sigebertus, ni fallor ex illo altero mutuatus est[10].

11 Post hunc[11] Herigerus substitutus est, cuius virtutum dotes perscribere superfluum puto, cum apud exteros etiam et vita et scientia clarus extitit. In tantum enim predicto venerabili episcopo Nothgero charus et familiaris fuit, ut non solum in domesticis

nandi sunt. Reliquorum mentionem fecisse satis est: Magdeburgensium centuriarum auctores cent. X, c. 10; Possevinus in apparatu sacro I, 86, 735; V. Andreas in bibliotheca Belgica p. 149, 396; Sweertius Athenae Belgicae p. 129, 340; Miraeus bibliotheca ecclesiast. p. 151, 156; Vossius de historicis Latinis II, 41; Oudinus commentar. de scriptoribus eccles. antiquis II, 483, 610; Dupin nouvelle biblioth. des auteurs ecclesiast. VIII, 51. IX, 109; Cave scriptorum eccles. hist. litt. II, 112, 135; Pagi critica ad Baron. 1007; Spanheim historia ecclesiast. Opp. II, 1, 1495; Olearius scriptores ecclesiast. p. 60, 318; Fabricius et Mansi in biblioth. script. lat. med. et inf. aetatis I, 114, III, 189; Foppens biblioth. Belgica p. 65, 471; Bertholet histoire de Luxembourg I, 301; Ceillier histoire generale des auteurs sacres XX, 54, 397; Hamberger zuverlässige Nachrichten III, 760, 821; Villenfagne mélanges pour servir à l'histoire de Liège 1783. quem librum non vidi; de Windt bibliotheek der nederlandsche Geschiedschryvers I, 1. p. 19. 20.

8) Gesta abbat. Gembl. Dachery II, 763: *In coenobio Laubiensi a puero in disciplina monastica regulariter nutritus et in studiis scripturarum apprime eruditus, ex provectu suae indolis monstrabat qualis futurus esset. Hic ubi ex ore Herigeri Laubiensis abbatis viri suo tempore disertissimi aliquid de septem sapore artium bibit, sitim studii sui exstinguere non potuit.*

9) II, 30, 70. Olbertus Wazonis ab ipsis pueritiae annis coaevus et collega appellatur. Gesta abb. Gembl. l. l. p. 766. De aliis Notgeri tempore Leodiensium disciplina eruditis cfr. II, 29, inter quos Adelboldus, Lobiensis clericus, dein Traiectensium episcopus, vid. Mon. SS. IV, 680.

10) Etsi alios aliam sententiam amplexos esse video, tamen ieiunum Sigeberti locum in libro de scriptor. eccles. c. 137. esse fontem, ex quo Lobiensis anonymus uberiorem suam narrationem duxerit, utriusque auctoris verbis examinatis, haud facile mihi persuadebo. Chapeaville in praefatione ad Gesta epp. Leodiens. illum scriptorem cui nostrum Lobiensis continuationis textum debemus c. a. 1160. vixisse iure affirmat; cf. Dachery II. 7; primam vero Fulcuini continuationem ap. Dachery II, 743—746, quam exscripsit ille, ipsis Sigeberti temporibus, Otberto Leodiensi episcopo et Fulcardo abbate, litteris mandatam esse, minime affirmare vel coniicere ausim. Haec sunt verba Sigeberti Gembl. c. 137. in Miraei bibl. eccl.: *Herigerus abbas Lobiensis litterali scientia clarus scripsit Gesta pontificum Leodiensium; scripsit metrico stilo laudabiliter vitam S. Ursmari; scripsit ad Hugonem epistolam de quibusdam quaestionibus; scripsit sub sua et Adelboldi episcopi persona dialogum de dissonantia ecclesiae, de adventu Domini. Congessit etiam contra Ratbertum multa catholicorum patrum scripta de corpore et sanguine Domini.* Cui alterum illud Trithemii testimonium adiicere liceat ex libro de script. eccles. c. 306. in Fabricii biblioth. eccles.: *Herigerus abbas Lobiensis coenobii, ordinis S. Benedicti in divinis scripturis eruditissimus ut in secularibus litteris nobiliter doctus, carmine excellens et prosa. Cuius Berno abbas Augiensis meminit in libro quodam ad Aribonem Moguntinum archiepiscopum. Scripsit dialogum insignem sub persona sui et Adelboldi clerici et monachi tunc Romae existentis, postea episcopi Traiectensis, de dissonantia ecclesiae librum 1; vitam S. Ursmari metrice lib. 1; ad Hugonem de quaestionibus lib. 1; de divinis officiis lib. 1; Gesta episcoporum Lobiensium (leg. Leodiensium) lib. 1; de corpore et sanguine Domini lib. 1, et alia plura. Claruit sub Ottone imperatore tertio a. D.* 990. Eadem iisdem fere verbis repetivit Trithemius in chronico Hirsaugiensi ad a. 979. his additis: *Alia quoque nonnulla scripsisse dicitur quae ad manus nostras non venerunt.* Eum ne legisse quidem quae in manus eius venerint, satis docent quae ibidem de Gestis temere scripsit: *De gestis quorundam abbatum Lobiensium qui rexerunt episcopatum Leodiensem.*

11) Fulcuinum, qui obiit a. 990. ineunte, ut videtur. Non Dacherii textum exscripsi, sed ex codicis Bruxellensis collatione quam instituit v. cl. Waitz eum proposui.

vel ecclesiasticis rebus, sed in palatinis quoque negotiis, quorum tunc temporis precipuus erat executor[12], idem episcopus inter primos eum semper habuerit, nec in Lotha- 12 ringia solum sed et in Italia, ubi Othoni II.[13] adhuc puero regnum preparabat, eius ob- 13 sequiis et consiliis usus fuerit. Postquam vero abbas ordinatus est, construxit hoc oratorium ad occidentalem ecclesiae plagam in honore sancti Benedicti, quod ab eodem Nothgero episcopo dedicari fecit, et unde obsonium competens fratribus in die translationis eiusdem beati Benedicti omni in posterum tempore procuraretur, eiusdem episcopi auctoritate assignavit. Ornatum ecclesiasticum, cum adhuc monachus episcopali curiae deserviret, et cum factus esset abbas, quantum adauxit, ipse quoque annotare litteris curavit. Scripsit gesta pontificum Leodiensium, scripsit metrico stilo vitam S. Ursmari, scripsit ad Hugonem de quibusdam questionibus, et alia quedam quae composuit sed non exposuit. Scripsit sub sua et Aelboni persona Leodiensis clerici, postea Ultrajectensis episcopi, dialogum de dissonantia ecclesiae de adventu Domini. Congessit etiam contra Ratbertum multa catholicorum patrum scripta de corpore et sanguine Domini. Obiit in senectute bona, anno dominicae incarnationis 1007. pridie Kal. Nov., sepultusque est ante altare sancti Thomae apostoli in ecclesia S. Ursmari, quod quidem altare, quod in die eiusdem apostoli ordinatus esset abbas, eidem apostolo construxerat. In honore etiam eius duas antiphonas: *O Thoma Didime* et *O Thoma apostole* composuisse dicitur et hymnum de sancta Maria virgine: *Ave per quam* et quaedam alia. Fuere qui dixerint frigoreticos ad eius tumulum sanatos: nos sicut de vitae illius sanctitate non discredimus, ita et de sanctitatis remuneratione coram sancto sanctorum illum gaudere non ambigimus.

Adumbratam quidem Herigeri imaginem satis bene tamen expressam auctorem ob oculos posuisse nemo neget. Virum vides et virtute et litterarum doctrina ornatum, inter Notgeri episcopi amicos receptum, non solis ecclesiasticis rebus deditum aut in monasterii umbra delitescentem, sed in luce publica, in curia versantem; etiam antequam abbatis munus adeptus in ampliorem et honorum et rerum gerendarum locum escenderet. Paulo ante eum Romae commoratum esse iam alias viri docti coniecerunt[14]. *Num vero hoc illo ipso tem-* 14 *pore quo abbas eligeretur factum sit, vix dicere ausim; sed non minus Lobiensium annalium auctoritate probari videtur Herigerum anno ante Fulcuini obitum* 989 *Notgero in Italiam iter facturo comitem fuisse*[15]. *In abbatis munere administrando eruditus eruditum virum excipiens, die* 21. *mensis Decemb.* 990.[16] *consecratus usque ad diem* 31. *mensis Octobris a.* 1007.[17] *Ottonis III. et Hein-* 17 *rici II. imperatorum temporibus naviculae suae clavum strenua manu tenuit. Sed ipsorum Lobiensium monachorum servata est ad Notgerum et Rothardum Cameracensem episcopum epistola, qua „iam dudum pastore viduati“*[18] *Herigerum, quum illo aptiorem invenire non possent, abbatem sibi petierunt. Quum hoc ipso Monumentorum tomo chronicon Cameracensium et Atrebatensium episcoporum, in quo legitur epistola illa, ex recensione Bethmanni viri clar. prodeat, ipsam repetere supersedeo. Sed ne litterae memoria dignissimae nostro loco penitus desiderentur, non possum quin haec verba, quae praecipuum de Herigero iudicium faciunt, proponam:*

Ad quae[19] utcumque affectanda nullum hoc tempore aptiorem invenire potuimus 19 quam domnum Herigerum. Verum, Deo teste, non secundum suam, sed secundum nostram aestimationem, ante annos multos et nobiscum socialiter ut fratrem conversa-

12) Ante oculos videtur habuisse Ottonis III. litteras ap. Chapeav. I, 211. 13) Immo Ottone tertio; est error librarii. 14) Histoire litteraire de France VII, 196. 15) Ann. Lobiens. Mon. SS. IV, 18. ad 989: *Notkerus episcopus vadit Romam et H. cum eo.* Littera *H.* Herigeri, ut videtur, nominis loco posita non inniterer, nisi continuatoris Lobiensis narratio, num Herigerus Italiae fines attigerit, omnem dubitationem eximeret. 16) Ann. Lobiens. 990 l. l. *Obiit Fulcuinus, substituitur Herigerus natali Domini.* 17) Ann. Lobiens. l. l. 18) Quod interregnum anni 990 terminos non transgressum esse, fidem faciunt diserta verba scriptorum Lobiensium; aliorum sententiae Gallia Christian. III, 84. refutatae sunt in hist. litt. Franc. l. l. 19) I, 105.

tum, multisque emolumentis nobis proficuum, pluribus vero nostrorum magistri et educatoris strenue adimplentem officium. — In cuius electionem noveritis non deesse nostram unanimitatem *etc.*

Quum tale munus regendi in se susciperet Herigerus, iam superasse eum mediam aetatem ex hoc apparet, quod a. 1007. *eum „in bona senectute“ obiisse audimus, annoque* 990 *Lobienses monachi eum „ante annos multos“ cum ipsis vixisse scribunt. Unde Herigerum ante annum* 950. *natum esse*[20] *sine ulla controversia statuere posse mihi videor. In his testimoniis de tempore quo monasterio praefuerit abbas subsistendum est, neque ex aliis qua ratione munere functus sit describere licet. Sed aliud est quod addam.*

Quae hucusque attulimus summam faciunt fidem haud vulgaris societatis vinculo Notgerum episcopum cum Lobiensi abbate coniunctum fuisse, sed maiorem quandam necessitudinem inter utrumque intercessisse vel ex eo apparet, quod posteri quid unus quid alter in litteris elaborarit non discernentes, alteri alterius libros tribuerunt, et num unus an uterque communi consilio iisdem libris conscribendis operam suam navarit dubitarunt.

Cui quaestioni lucem afferri credo satis claram Notgeri episcopi litteris, quae alii cuidam Herigeri opusculo, S. Landoaldi vitae, praefixae sunt. Quum enim a. 954 *apud Gandenses antiquior vita S. Landoaldi et sociorum eius, Hungaris irrumpentibus, cum aliis rebus flammis deperiisset, hoc damnum quoad possent reparaturi monachi, quae de prioribus sanctorum illorum translationibus Saraberti, senis presbyteri, et aliorum memoria suppeditaret, collegerunt postero tempore, et a Notgero ut collecta in ordinem quasi redigeret et sua auctoritate confirmaret petierunt. Qui quomodo rogantibus satisfecerit, docent litterae illae* 13. *Kal. Iul.* 980 *datae quas in annotatione apposuimus*[21]. *Extrema sunt prae*

20) Eum Merbeci natum esse, haud procul a Ninovia, satis ambiguo illo loco quem e miraculis S. Berlendis sibi petierunt auctores hist. litt. Franc. VII, 194. probari nequit. Neque constat num ipsa vita S. Berlendis ab Herigero conscripta sit; de qua vide paulo infra.

21) Litteras quae prologi loco vitae S. Landoaldi praefixae sunt ex codice Gandensi, edidit Henschenius Act. SS. Mart. III, 35. cfr. etiam quae de eadem vita Bollandus Act. SS. Febr. I, 369. dixit et Surii Act. SS. II, 281. Notgeri vero litterae sunt hae: *Nodgerus quem, etsi indignum sanctae Mariae sanctique Lamberti mancipium praedicant tamen episcopum, Womaro venerabili in Christo patri et fratribus Gandensibus omnibusque fidelibus quocumque locorum positis, haec oculo non obliquo lecturis, perpetuitatem vitae caelestis. Postulare imo exhortari facultatulam nostrae modicitatis, patres reverendissimi, non dubitastis, ut ex mirabilibus saeculis omnibus et gentibus praedicandis nostrisque diebus, licet simus indigni, nobis quidem manifestatis, vobis insuper praerogatis, in translatione scilicet S. Landoaldi archipresbiteri et sociorum eius revelatis, quia ex nostra elati dioecesi, vestro, praeordinante Deo, cesserunt iuri; debeamus, quantum ad nos usque, fama vulgante, potuit perferri, omnium imo vestrae petitioni satisfacere. Iusta quidem petitio et digna exhortatio, quae iuxta quendam sapientem, et de praesentis honestate propositi et de futurae aetatis utilitate coniuncta est. Nisi enim gesta eorum incuria praedecessorum nostrorum deperissent, nobis hodieque sufficerent; sed quanta audivimus et cognovimus, ea et patres nostri narraverunt nobis, ea videlicet quae adhuc nostra tenet memoria, rogatis scripta mandanda, ne itidem et nos damnemur a posteritate subsecutura. Positis ad haec in ancipiti, quia praesulatum apud vos omnium artium artem constat et esse credi, suspensam mentem silentium librabat, illudque poeticum animum offendens, in silvam ne ligna feras, parum quid diffidentiae importabat. Sed quia in culpa est animus qui se non effugit umquam, diffidentiae torpor cessit, expostulatio vestra invaluit, nisi quod celeritas, quae iuxta Socratem beneficium gratius facit, plus festinare quam res expostularet nos compulit. Erat namque ante nos dictum „vires quas imperitia denegat, caritas subministrat“, et quia incepto tantum opus est, cetera res expediet. Igitur adorsi sumus, ne vestram auctoritatem defugere videremur. Praesumenti enim auctoritas datur, cum credit quem postulat praestare posse quod petitur, et scienti econtra parere aequalis est gloria cum imperante. Si quis autem forte futurus obtrectator obliquo haec oculo non timuerit limare et odio obscuro morsu praesumpserit venenare, in eius satisfactionem Iesum et sanctos angelos eius iudiciumque futurum testamur, nos parum hic aliud posuisse quam quae aut a presbytero Sareberto id sancte iurante a vobisque — ut ipse retulit — fortiter per Deum et horum merita sanctorum obtestato audivimus, aut in scripto vestro nobis delato fideliter mandata reperimus, exceptis dumtaxat iis quae in episcopatu nostro decerpta, huic schedulae pro temporis ratione videbantur con-*

ceteris tenenda verba, quibus Notgerus se praeter Gandensium narrationes nihil aliud dedisse confirmat, „exceptis dumtaxat iis quae in episcopatu[22] *nostro decerpta, huic schedulae pro temporis ratione videbantur congruenter praeponenda.“ Sed in hoc uno loco subsistere non possumus, alter addendus est Gandensis enim quidam monachus anonymus, quem translationi et elevationi S. Landoaldi a.* 982. *interfuisse oculatum testem narratio ipsa docet, eodem fere tempore quae viderat litteris commendavit*[23]. *Qui inter alia haec de Herigero scripsit:*

At vero dominus abbas — *Womarus*[24] — tantis beneficiis visis, gratias omnipotenti 24 Deo rependit; nec multo post inspirante Domino, pro cautela futurorum, et quod verius est pro maiori gloria sanctorum, priores nostros supra designatos ad venerabilem episcopum Leodiensis ecclesiae mittere curavit, supplici precatu efflagitans, quatenus de translatorum sanctorum reliquiis quaeque digna per clericos suos inquireret, et illis veritatem de iis omnibus renuntiaret in scriptis, quod Domino donante extemplo completum est. Nam requisiti in synodo plena sacerdotes et clerici undique confluentes, quanta audierant et facta viderant de sanctis nostris miracula ore consono coram episcopo suo proferebant. Iubente itaque eodem eximio pontifice, ibidem miracula quae divulgaverant sunt collecta et per dominum Heyngerum[25] didascalum ac musicae artis peritum, bre- 25 viter quidem, sed satis diserte ac luculento sermone descripta, necnon et ipsius episcopi sunt auctoritate roborata, insuper sigilli sui impressione munita atque domino abbati ac omnibus fratribus Gandensibus fideliter missa.

Ex quibus hoc luce clarius apparet, Herigerum a. 980. *scholasticum Lobiensem, musices artis peritum, S. Landoaldi vitam ex Gandensium schedis composuisse*[26], *Notgerum vero ei rerum argumenta et scribendi materiem dedisse vitae-* 26 *que ab illo vere et integre scriptae sponsorem quasi factum esse. Dein, quod summi est momenti, illo tempore luci iam data fuisse Gesta episcoporum Leodiensium, quae ante a.* 980. *scripta esse statuendum est; ergo ab Herigero monacho minime abbate composita sunt, quod si quis Anselmi verbis in epistola ad Annonem archiepiscopum*[27] *innitatur coniicere possit. Non enim profecto video, quid sibi velint illa Notgeri verba, ex episcopatu suo decerpta quaedam in textum vitae S. Landoaldi se recepisse, nisi ea ad Herigeri episcoporum historiam referenda esse cum Bollando statuas*[28]. *Quod re ipsa probatum vides,* 28 *nam nonnulla ex Gestis episcoporum Tungrensium desumta, in vita S. Landoaldi iisdem fere verbis recurrunt. Ut hoc uno utar exemplo, epistolam ad Werinfridum abbatem Stabulensem, quae Gestis praemissa est, in alteram illam ad Womarum Gandensem ex parte recepit Herigerus, sed ita recepit, ut hinc inde verba omitteret et orationem quasi in angustum deduceret*[29]. 29

gruenter praeponenda. Valete. Datum 13. *Kal. Iulii anno dominicae inc.* 980, *ind.* 8, *imperante domno Ottone post mortem patris anno* 8, *episcopatus nostri anno* 9. Eandem epistolam legit et in suum usum vertit Iohannes de Thielrode in chronico S. Bavonis Gandensi c. 14. edit. Gandav. 1835. 22) *ex episcopali nostro* legitur in fragmento eiusdem epistolae quod ex eodem codice Gandensi dederat Bollandus Act. SS. Febr. I, 369. 23) Ex codicibus Gandensi et Corsendoncano historiam translationis S. Landoaldi una cum vita in lucem edidit Henschen in Act. SS. Mart. l. l. vide c. 15. 24) Praefuit monasterio Gandensi a. 965—982. Ann. Gand. Mon. II, 188; idem ad quem dedit Notgerus litteras supralaudatas. 25) Legendum esse *Herigerum*, vel sponte apparet et chronicon Gandense docet, in quo eadem verba recurrunt, ut dicit Henschen l. l., desunt autem in altero chron. Gandensi Mon. II, 188. 26) Nihilominus Iohannes de Thielrode in chronico S. Bavonis c. 14. vitam S. Landoaldi Notgero adscripsit, ut haud pauci post eum rei litterariae scriptores recentiores. 27) in fronte libri Herigeri. 28) in praefatione ad vitam S. Hadelini Act. SS. Febr. I, l. l. 29) Gestorum quoque c. 41. in primum caput S. Landoaldi recepit auctor, sed ex libelli consilio omisit nonnulla. Ne speret aliquis fore ut tempori quo Gesta scripta sint nova quaedam lux Werinfridi Stabulensis abbatis nomine afferatur; nam novae exoriuntur tenebrae. Primam Werinfridi abbatis mentionem deprehendimus in charta quadam Brunonis archiepiscopi Coloniensis a. 953. scripta apud Martene coll. ampl. II, 46; dein in litteris Everacri Leodiensis episcopi et in tabulis Ottonum a. 961, 966, 974. ibid. II, 47—50. Sed iam hoc ipso anno 980. quo ad Werinfridum litteras dedit Notgerus, minime

Sed ne sic quidem enodata est difficultas illa quae viros doctos satis ve-
30 *xavit*[30], *utrum ab Herigero ipso Gesta scripta sint, an potius Notgerum aucto-*
rem habeant. Nam in uno codice eoque satis antiquo S. Martini Leodiensis,
de quo suo loco agemus, Notgeri non Herigeri Gestorum auctoris nomen legi-
tur. Sed unde exorta est illa dubitatio de auctore, quum Anselmus, continuator
Lobiensis et Sigebertus Herigero, minime Notgero, disertis verbis libellum no-
strum adscriberent? Verum est, libri auctor modestius latere voluit; neque
nomen neque locum quo scriberet posteris prodidit aut leviter tantum innuit, et
nisi testibus supra laudatis constaret, librum a monacho Lobiensi conscriptum esse,
vix erueres. Primam dubitationem attulit vita S. Remacli, quam ut apud Anselmum
31 *vitam Wazonis, dimidiam fere totius libelli partem complexam esse videmus*[31].
Surius enim eandem vitam ex codice nescio quo peculiarem edidit[32] *sub Notgeri*
nomine. Qua in re suo ingenio, ut solet, non indulsit, nam S. Remacli vitam
sine ulla ratione reliquarum vitarum scriptam esse, et ipsa libri indoles docet
et auctor in epistola ad Werinfridum praefationis loco praemissa fatetur. Sta-
bulensis enim abbas, S. Remacli, sui et Leodiensium patroni, vitam quam ha-
33 *bemus antiquiorem*[33], *aridam et ieiunam esse querens, ut vitam sancto viro*
digniorem componeret auctorem exhortatus erat. Qui talem occasionem nactus
vitas reliquorum quoque episcoporum litteris mandavit, et ex iis uberiorem illam
S. Remacli seorsum edidit atque, ut ipsius verbo utar, excepit. Epistola vero
illa, quae in nostris codicibus et Notgeri et Werinfridi nominibus caret, in Surii
codice talem in fronte prae se fert inscriptionem: Notgerus, quem, etsi indi-
gnum sanctae Mariae sanctique Lamberti mancipium, praedicant tamen episcopum,
Werinfrido, venerabili in Christo patri et consacerdoti, salutis aeternae subsi-
dium." *Quid igitur clarius? dicat aliquis; et litteras scripsit Notgerus et li-*
brum cui praefixae sunt litterae illae. Sed non ita clarum illud; nam ni fallor
Notgerus neque Gesta episcoporum neque vitam S. Remacli, neque denique lit-
teras scripsit. Ex ipsa libri auctoris persona scribere, quicunque litteras illas
34 *dedit, satis patet ex ipsis quibus usus est verbis*[34]. *Sed sibi non constans est;*
uno loco ex illius persona qui auctorem ad scribendum impulerit loquitur his verbis:
Simulque visus es, ne dicam precari, sed potius exhortari ut eam (*vitam*
S. Remacli) nullo modo examplari verum aliquanto lepidius mandarem polliri,
tum quod gestorum illius aliunde sumptorum subpetat copia, tum quod tem-

Werinfridum sed Ravengerum monasterio praefuisse docet Ottonis II. privilegium die 4. Iun. conscriptum; Marten. II, 50. Nihilominus vero in bulla Gregorii V. papae iterum Werinfridi abbatis et dein iterum Ravengeri nomen recurrit; ib. II, 52. Cuius expediendae difficultatis alii aliam viam inierunt: Mabillon duos Werinfridos duosque Ravengeros monasterio praefuisse statuit Annal. ord. Ben. III, 616; eumque secuti sunt Martene et Durand coll. ampl. II, p. V; Roderique vero in libro, disceptationes de abbatibus abbatiarum Malmundarii et Stabulai Wirzib. 1728. f. Gregorii bullam suppositam esse probare atque catalogi msc. Stabulensium abbatum auctoritate efficere conatus est 24 annos monasterium rexisse Werinfridum; cfr. p. 38, 120; quod cum litteris supralaudatis vix stare posse videtur. Res Stabulensium temporibus Werinfridi fuisse turbatas satis apparet ex loco quodam tabulae Everacri episcopi a. 961. quem apponere iuvat: *Qualiter abba Werinfridus ceterique fratres Stabulensis ecclesiae nostram adeuntes mansuetudinem omnimodis expetierunt, quatenus propter diversos regni huius multiplicesque persecutionis eventus aliquod civitatis nostrae saticum, in quo e diversis partibus venientes confugium facerent, contulissemus* etc. Anno vero 966 Ottonis I. privilegio Werinfrido redditum est monasterium. Vide quoque Fulcuini gesta abbat. Lobiens. c. 28. 30) Chapeavillium in praefatione ad gest. epp. Leod., Valerium Andream, Miraeum, Bollandum Act. SS. Febr. I, 369, auctores hist. litt. Franc. VII, 198, et reliquos quos supra nominavimus. 31) I, 40—56. 32) Acta SS. tom. V, 17. 33) Act. SS. Septemb. tom. I; exeunte seculo nono scripta est. 34) His loquendi formulis utitur: *Adorsus sum munus, ei muneri adquievi, hic labor qui susceptus est, gesta — collegi — porrexi, munus susceptum amicitiae praesumptione, morsus timeo invidiae* etc.

porum quorum diversitas nunc maxime scito opus est, ex cartulario vestro non desit noticia. *Quis quaeso mandavit? Num idem qui librum conscripsit? Minime. Alius mandavit, alius conscripsit. Notgerum episcopum ut liber scriberetur mandasse, Herigerum scholasticum vero scripsisse, et vitae S. Landoaldi quod ob oculos habemus exemplum fidem facit et laudatorum testium auctoritas probat. Nisi forte quis difficultatem illam ita expedire malit, ut ipsa praefationis verba tenens, Notgerum alii S. Remacli vitam scribendam reliquisse*[35], *reliquorum episcoporum vitas ipsum composuisse coniiciat.*

Sed aliud est quod obstet. Si scribendi genus, quod in Gestis deprehenditur, paulo accuratius examinaveris, ab alio epistolam ad Werinfridum, ab alio vitam S. Remacli, ab alio reliqua conscripta esse haud facile tibi persuadebis. Cui ultima capita vitae S. Remacli legenti[36] *non epistola illa in memoriam recurrat, aut quae ex reliquorum episcoporum serie desumta est vita S. Iohannis episcopi*[37]*? Non sane limatius scripsit auctor aut cultiori stilo librum suum composuit. Est potius loquendi genus horridum et durum; est translationibus audax, et quamquam liber veterum locis refertus est, haud raro ita obscurum, ut interdum nescio quae oracula te audire putes*[38]. *Idem est dicendi genus in epistola, idem in vita S. Remacli, idem in reliquis vitis. Et si unus idemque est trium illorum auctor, quis scripsit alius nisi ille quem Anselmus, continuator Lobiensis, Sigebertus uno ore proferunt Herigerus? De Notgero apud illos ne verbum quidem. At unde tandem irrepsit in hunc librum Notgeri nomen? Una tantum via, ni fallor, inveniri potest, qua enodetur difficultas; est illa, quam persecutus est Chapeavillè*[39]. *Episcopi nomine et iussu Herigerus quasi scriba epistolam illam ad Werinfridum composuit, et ad episcoporum Gesta componenda Notgerum materiam rerum ex tabulario aliisque fontibus Herigero suppeditasse epistola ipsa docet. Neque ingenio plus iusto indulsisse mihi videor, si Herigerum eandem epistolam toti operi praefixisse coniiciam, ut amicum qui sibi scribendi auctor atque adiutor fuerat ornaret, gratique animi causa suum nomen latere maluisse credam. Itaque eandem fere originem ac vita S. Landoaldi hic quoque liber duxit. Sed unum adhuc restat quod moneam. Gesta episcoporum usque ad Notgeri tempora esse deducta, litterae ad Werinfridum disertis verbis probant*[40]*; quam libri partem gravissimi momenti aut temporum invidia nobis praereptam aut obli-*

35) Tali sententiae repugnare videntur vitae S. Remacli codices duo, Trevirensis et Sangallensis, in quorum fronte Notgeri auctoris nomen legitur; et in altero Sangallensi Notgerus presbyter ad S. Lambertum appellatur. Cui inscriptioni si fides haberi posset, Notgerus vitam S. Remacli ante a. 972. scripsisset; sed quum eveheretur ad Leodiensium episcopatum apud ipsos Sangallenses erat praepositus, natione ipse Alemannus. Cfr. ann. Hildeshem. 1008. et infra II, 25. Obstant praeterea quae iam dicturi sumus de scribendi genere quod in Gestis deprehenditur, denique praefationis verba supralaudata *mandarem polliri.* 36) I, 55, 56. 37) I, 29—31. Eadem fere iam vidit Vossius de historicis Latinis II, 41. 38) Eleganter scribendi artem in docta quadam obscuritate positam esse, probat Herigerus in epistola ad Hugonem (de qua paulo infra) satis dilucide scripta, ap. Martene thesaur. anecdot. I, 117: *Minus de leporis urbanitate curavi, sciens eos qui ante nos de artibus scripsere ut tantum intelligerentur elaborasse, eloquentiam vero omnino neglexisse.* Eandem urbanitatem reliquos quoque scriptores sectatos esse, qui ex Leodiensium disciplina prodierint, ex ipsis libris Fulcuini, Ratherii, Everacli in epistola ad Notgerum, Notgeri, Adelboldi, Anselmi, Gozechini satis patet. 39) in praefatione laudata. Eandem fere viam inierunt Andreas, Miraeus et post eos Foppens; paulo aliter Bollandus, Oudinus, Lelong bibliotheque hist. de la France I, 584, Laguille histoire d'Alsace p. 47, auctores hist. litt. Franc., Ceillier l. l. rem explicari posse opinati sunt, verum Gestorum auctorem fuisse Notgerum, qui quae scripserit Herigero limanda, emendanda et edenda tradiderit. Idem fere quod de Herigero proposui, statuit Hirsch v. cl. de Sigeberto p. 85. 40) *Et ne hic labor, qui te adhortante susceptus est, inferacis operis fiat, non eius modo cuius meminimus sancti scilicet Remacli, verum caeterorum nostrae sedis pontificum tempora et gesta, quae undecumque potuere conradi, ad nostra usque tempora collegi.*

vione iam esse obrutam vehementer dolerem, nisi eam ne scriptam quidem un-
41 *quam esse mihi persuaderem. Opinati sunt alii*[41] *S. Remacli successorum vitas*
fuisse inter ea quae, ut dicit continuator Lobiensis, composuerit Herigerus sed
non exposuerit. Sed quid, quaeso, Anselmus episcoporum vitas ad Notgeri
usque tempora sibi scribendas sumpserit, si eas ab Herigero scriptas esse
compertum habuisset? quid in praefatione ab illo res episcoporum ad S. Re-
maclum usque litteris mandatas esse probe testatus fuerit? Nisi mavis, septua-
ginta annis post Herigerum librum illum penitus periisse et ex hominum me-
moria excidisse, haec una tantum est via qua expediri posse videtur difficultas.
Librum ad sua tempora deducendi consilium tam firme in Herigeri animo in-
sedit, ut res tanquam peracta ab eo proponeretur, sed quominus revera ad
finem perduceret auctor nescio qua temporum iniquitate impeditus est.

Sed iam videamus quomodo ipso scribendi munere functus sit Herigerus,
quibusque auxiliis instructus operi suo manum admoverit. Unum est quod in
eo haud libenter desiderabis; quae in rebus gerendis minister aut egerit aut
viderit, omnino non scripsit, quae ab aliis audierit paucissima. Qualem igitur
ad historiam scribendam indolem attulerit, libro suo satis probare non potuit;
alia itaque ex aliorum libris et litteris praesidia sibi paravit; inter quae san-
ctorum vitas, ut libelli argumentum postulabat, primum locum obtinere vides.
42 *Sunt vero auxilia eius haec: Eusebius in chronico*[42] *ex versione Hieronymi,*
historiae ecclesiasticae, quo nomine Eusebii librum a Rufino latine versum et
ni fallor Sulpicii Severi historiam innuit[43], *Iordanis*[44], *Geographi Ravennatis*
liber, ut videtur[45], *Gesta Francorum*[46], *Einhardi vita Karoli Magni*[47], *Bedae*
liber de temporibus[48] *et martyrologium*[49], *passio SS. Petri et Pauli apostolo-*
51 *rum*[50], *vita sanctorum Eucharii, Valerii et Materni*[51], *S. Servatii gesta antiquis-*

41) Bollandus Act. SS. Febr. l. l. Hist. litt. de France tom. VII, l. l. 42) Quem quum ipse in epistola ad Hugonem ap. Martene l. l. testem faciat, quin eum in Gestorum capp. 3 et 4. etsi liberius secutus sit, dubitari nequit. 43) I, 3, 4, 16. 44) I, 17—19. 45) I, 26. 46) I, 26, 41, 54. 47) I, 26. 48) I, 17; laudatur ab eo in epistola ad Hugonem. 49) Ex hoc enim, non ex ipso de S. Lupo hymno duos versus illos I, 21. sibi petiisse videtur. 50) I, 3, 4. Quae sit haec Petri et Pauli apostolorum passio, ambigi potest. Ex rebus ipsis quas illi libello debet Herigerus non esse eam passionem patet, quae sancti Lini nomine circumfertur, cuius duae non bene inter se congruentes recensiones exstant in bibliotheca maxima patrum I, 67 et in Act. SS. Iun. V, 424. Desiderantur enim nonnulla quae apud Herigerum leguntur. Itaque alteram apostolorum passionem auctorem secutum esse coniiciam, cuius Marcello S. Petri discipulo falso suppositae mentionem facit Sigebertus in libro de scriptor. eccles. c. 1, quamque ex codicibus Gladbacensi et Trevirensi in schedis suis habebant Bollandistae. Hunc libellum bis in lucem editum a Nausea et Florentinio non vidi. Vid. Act. SS. l. l. p. 399. 51) I, 5—14. Hoc modo de societatis vinculo statuendum esse, quo Herigerum et auctorem vitae sanctorum triumvirorum illorum coniunctos esse omnes vident, certo mihi persuasi. At re ipsa omnes ni fallor dubitationes removentur. Herigerum suam de tribus illis sanctis viris narrationem non conflasse ex fontibus nescio quibus aut ex suo ingenio petiisse, repugnat enim ipsum quoque scribendi genus, sed vitam quandam Eucharii, Valerii et Materni ante oculos habuisse disertis verbis ipse testis est, in epistolae ad Hugonem loco paulo infra afferendo; ubi haec leguntur: *Locus quidam in Elisatia pago nomen habens Elegia concordat cum eorum* (Eucharii, Valerii et Materni) *historia.* Talemque librum in lucem iam fuisse editum, antequam Herigerus Gestis episcoporum Tungrensium manum admovisset fautorque eius Notgerus in cathedram episcopalem escendisset a. 972, luce clarius apparet ex paparum bullis quas de eadem re collegit Hontheim. Anno enim ineunte 969. talis libelli fama Romam pervenisse videtur. In litteris enim Iohannis XIII. pontificis maximi d. 22. Ian. 969 ad Theodericum Trevirensem archiep. datis Honth. I. p. 305, haec exstant verba: *Sicut etiam pridem audiendo imo et legendo compertum habuimus eandem ipsam* (Trevirensem ecclesiam) *prae ceteris Galliarum ecclesiis christianae religionis exordium catholicaeque fidei prima rudimenta percepisse per sanctissimorum virorum Eucharii, Valerii et Materni et ceterorum euangelicam doctrinam, quos tempore suo praedictus beatissimus Petrus apostolus ordinavit et instruxit nec non illuc ad praedicandum direxit.* Aliud denique gravissimi momenti accedit argumentum. Egberti Trevirensis archiepiscopi temporibus, quem a. 975—993 sedisse scimus, Remigius abbas Mediolacensis, illo iubente, de tribus illis sanctis cantum composuit dulci et regulari modulatione, ut testatur Trithemius in

sima*[52], *S. Lupi Trecensis vita posterior*[53], *Baudemundi vita S. Amandi*[54], *vitae SS.

chronico Hirsaugiensi 122; hoc vero ipsis probatur codicibus eundem de iisdem conscripsisse homilias, de quibus apud Hillarium haec leguntur in libro quem contra Honthemium hac inscriptione edidit: *Vindiciae historiae Trevirensis de tribus primis Trevirorum episcopis, Euchario, Valerio et Materno, contra impactam recentius crisin.* Metis 1763. 4. p. 132: *Asservamus et nos in bibliotheca nostra grande homiliarium variorumque sermonum volumen in membrana. Fol.* 15 *et seqq. reperio homiliam huius Remigii abbatis Mediolacensis in natali sancti Eucharii primi Trev. episcopi.* Remigium vero eandem sanctorum vitam exscripsisse quae in Actis SS. Ianuar. II, 922; falso sub Golscheri nomine legitur, homiliarum fragmenta quae dedit Hillarius satis probant; ex quibus unum apponere iuvat, cod. fol. 18: *Qui* (S. Eucharius) *se lapidibus obruere tentantes aggredi non formidabat; sic enim Deo gratissimae ipsius vitae continet textus; quod die quadam dum hanc urbem simul cum sociis intraret, ut salutis monita populo praeberet, universae multitudinis coetus super eum coeperit irruere parans illum lapidum ictibus perimere. Verum autem Deo plenus cum sanctissimus sociis orationis arma praetendit et omnes ita mirabili vigore constrinxit, ut unusquisque secundum motus sui tenorem, quo se paravit ad iaciendum lapidem inflexibilis tam diu staret donec iterum precibus ad Dominum fusis praesul pius vigorem pristinum restitueret.* Verba typis insigniter expressa ad I, 8. recurrenti probabunt eandem vitam et Remigii et Herigeri ducem fuisse; hunc vero illius homilias mutuatum esse nemo sane mihi persuadebit. Edidit Hillarius ipsam quoque vitam l. l. p. 146—159 ex codice S. Ghisleni, aliumque San Mathianum in manibus habuit p. 56 qui Bollandum epilogi illius, in quo innitebatur Honthemius, prius tantum dimidium dedisse docent. Hanc perorationem in pluribus codicibus desiderari Bollandus ipse testatur, magna itaque exoritur suspicio eam postea additam esse, nihilque de tempore quo scripta sit vita inde elici potest. Sed una manet dubitatio: unde Herigerus sumserit illa quae I, 5, 6. de triumviris leguntur et in vita eorum desiderantur; amplior narratio illi vitae velut fundamento superstructa, in codice Herigeri fortasse legebatur. Inde a seculo XVII usque ad nostra tempora, ne hoc silentio transeam, quaestio de vita SS. Eucharii, Valerii et Materni viros doctos vexavit, vel ea causa quod illi S. Petri discipuli Gallis Christi fidem primi praedicasse traderentur. Herigerum in libro suo vitam illam exscripsisse iam recte statuerunt Bollandus l. l., Laguille histoire d'Alsace p. 47, Bertholet histoire de Luxembourg I, 113, 301, Hontheim historia Trevir. III, 965, de Marne in libello quem dilucide conscripsit hoc nomine: Sur l'epoque de la predication de S. Materne, in appendice libri Histoire du comté de Namur II, 482, Perier in disquisitione de praedicati primum in Belgica evangelii epocha n. 23. in Act. SS. Septemb. IV, 354 sqq. Contrariam sententiam amplexi sunt Oudinus in commentario de scriptoribus eccles. antiq. II, 1136; Schöpflin Alsatia illustrata I, 332 et nostris diebus vir cl. de Sybel in lepidissimo libro de tunica Domini fasc. II, 67. Contraque illos qui fabellas de primis illis Trevirorum et Tungrensium episcopis tueri conati sunt, Bucherium in disputatione historica de primis Tungrorum episcopis ap. Chapeavillium I. in append. p. 16, Browerum annal. Trevir. I, 143, Gelenium de magnitudine Coloniae I, 29, Fisenium histor. ecclesiae Leodiens. I, 16, Laguillium l. l., Foullonium in historia Leodiensi I, 25; Bertholetum l. l., Hillarium l. l., Hartzhemium in dissertatione critica in Ghesquieri Act. SS. Belgii I, 53, docte et acute scripserunt Launoy in dissertatione de tempore quo primum in Galliis suscepta est Christi fides in Opp. II, 1, p. 72 sqq., qui Martialis, Memmii et aliorum sanctorum vitas examinavit qui mortuos in vitam revocasse dicuntur, Calmet histoire de Lorraine I, p. III, Longueval histoire de l'eglise Gallicaine I, 50 dissert. prélim., Tillemont memoirs pour servir à l'histoire eccles. IV, 499, Hontheim, Perier, Sollier Act. SS., Marne, Schöpflin l. l., Grandidier histoire d'Alsace I, 14. Librorum messem longe maiorem de hac quaestione scriptorum, quos non vidi, praebent Hillarius p. 139—145 et Hartzheim l. l.

52) Antiquissimae vitae S. Servatii magnam partem ad verbum, ut videtur, servavit Herigerus, quae aut periisse aut adhuc in bibliothecarum umbra delitescere videtur. Iam Henschen eam amissam esse dolebat in praefatione ad vitam S. Servatii Act. SS. Mai. tom. III, sed eodem fere tempore Ruinart in editione sua Gregorii Turonensis iacturae remedium hic verbis indicavit in annotatione ad II, 5; p. 52: *Occurrit mihi inter alios codices Corbeienses, qui in nostram S. Germani bibliothecam advecti sunt, unus Merovingico charactere partim et partim Romano ab annis saltem* 900 *conscriptus, in quo tota haec Gregorii narratio et quidem paulo prolixior continetur, sub S. Servatii vitae titulo.* Et merito gesta illa S. Servatii appellari antiquissima et eo probatur, quod Gregorius Turonensis II, 5. et in libro de gloria confessorum c. 72. iis usus est, et ita quidem ut uno alterove loco cum Herigeri ad verbum consonet Gregorii textus. Quod iam vidit Henschen. l. l. et nostris diebus confirmavit Haupt v. cl. in libro Zeitschrift für deutsches Alterthum V, 75 sqq. Num antiquissima illa vita inter eas sit quarum haud pauci codices annotantur in libro Archiv T. VII et VIII (vide indicem) vix dicere ausim; in uno illo codice Parisiensi sec. XIII, 5320 (Archiv VII, 59.) eam non servari, descriptione codicis quam Bethmanno v. cl. debemus probatur; reliquae vitae aut ex Herigeri libro manarunt (vid. Archiv VIII, 481.) aut cum miraculis S. Servatii quae scripsit a. 1088 Iocundus presbyter coniunctae sunt. De miraculis illis, in quibus fabulatoris somnia proferri dicere non dubitavit Henschen, vid. eius praefat. ad vit. S. Servat. c. 3, 4. Act. SS. l. l. Similem librum auctor Germanici carminis sec. XII ex. quem ex codice Viennensi edidit v. cl. Haupt in libro laudato, videtur secutus esse.

53) I, 26; quam seculo IX. exeunte scriptam edidit Boschius Act. SS. Iul. VII, 77. Et hic haud pauca de S. Servatio leguntur.

54) I, 32—39, 42.

55 *Bavonis*[55], *Chlodulfi*[56], *S. Trudonis auctore Donato*[57], *S. Remacli antiquior*[58], *S. Remigii auctore Hincmaro*[59], *S. Lamberti auctore Stephano*[60]. *Textum prout res postulare videbatur modo servavit ad verbum, ut vitae SS. Euch. Val. Mat., Iordanis, Baudemundi, modo liberius argumentum ex illis desumtum suo stilo prosecutus est. Sed aliorum quoque librorum mentio apud Herigerum occurrit, quos non in usum suum vertit, sed laudavit tantum. Multos historiographos, qui de Hunnis referebant, praeter Iordanem habebat*[61], *Hilduini passionem S. Dionysii laudat in epistola ad Werinfridum, et ibidem se quam plurimas sanctorum vitas ab aliis conscriptas legisse et scribendi rationem secum considerasse probat. Hisce libris litteras tabulasque publicas adiecit Sigeberti et Chil-*
63 *derici regum, episcoporum litteras*[62], *conciliorum canones*[63]; *et ea quae dixerit multis scriptis in Leodiensi et Stabulensi tabulario asservatis firmari posse alio loco testatus est*[64]. *Sed neque illum fontem contempsit, qui ex populi vivido ingenio redundat, vulgarem qui in hominum ore versatur rumorem, quem in vita S. Iohannis ita descripsit:* 'auditu tantum et relatione a maioribus et aetate provectioribus accepimus[65], *quemque alio loco ab incolis referentibus se excepisse confirmat et relationis famam vel antiquitatem vocat*[66]. '*Ipsas denique res quomodo se suis temporibus habuerint testes fecit*[67].

His denique aliud accedit praesidium, quo, si accuratius examinaveris, Herigerum longe prae ceteris excelluisse non negabis; raram illis temporibus ex veterum et patrum ecclesiasticorum scriptis sibi comparavit eruditionem; multa legit et secum cogitavit. Nam non primis tantum labris veteres attigit, sed ita, ut hoc verbo utar, in succum vertit, ut scribenti veterum sententias vel sua sponte memoria suppeditaret; non sane medii aevi chronicon sed centonem quendam
68 *interdum legere tibi videris*[68]. *Eorumque excellit scriptorum notitia, quorum mentio rarius illo tempore deprehenditur. E veteribus occurrunt Cicero*[69], *Sallustius*[70], *Plinius*[71], *Terentius*[72], *Horatius*[73], *Virgilius*[74], *Tibullus*[75], *Persius*[76], *Martialis*[77]; *quibus adde Hieronymum*[78], *Augustinum*[79] *et ex christianis poetis Aratorem*[80] *et*
81 *Prudentium*[81]. *At alia quoque non deesse quae superstitiosam illam quae in monasteriis florebat doctrinam redoleant, vix est quod mireris*[82]. *Sed nihilominus a critices exercendae periculo in rebus ipsis scribendis minime auctor abhorruit. Miraculis fidem ipse non denegavit, tamen eos ex aequalibus suis sana sua mente refutat, qui suis ipsis temporibus miracula non fieri quere-*
83 *bantur*[83]. *Minime dubitat S. Servatii ex Salvatoris familia originem, quae pietate fortasse vitae eius ingesta sit, reiicere; et ingenui sane est animi illa*

55) I, 6. 56) I, 44. 57) I, 44, 45. 58) I, 1, 41—54, 56. 59) I, 1, 27, 41. 60) I, 53. 61) I, 17. 62) I, 3, 46, 48, 54. 63) I, 28. 64) I, 1: *Ex cartulario vestro* (Stabulensi) *non desit noticia.* I, 41: *Multa etenim scripta ex eisdem rebus per multa annorum curricula a nobis possessis in utrarumque ecclesiarum adhuc retinentur archivis.* 65) I, 29. 66) I, 17, 46, et I, 48: *Sicut quilibet ab incolis audire valebit referentibus.* 67) I, 30: *Testantur praedia ab eodem nostrae ecclesiae collata a maioribus nostris et a nobis adhuc possessa.* I, 48: *Extat usque in praesens locus orationis eius opere in rupe excisus.* 68) I, 1, 55. 69) Librum de oratore et orationes in Catilinam legit, Tusculanas vero ante omnia in suum usum vertit. I, 1, 20, 55. 70) I, 22, 55. 71) Historia natural. I, 7. 72) I, 1, 55. 73) Odas, sermones, epistolas, artem poeticam legit. I, 1, 55. 74) I, 30, 55. 75) I, 55. 76) I, 29. 77) I, 1. 78) epistolas contra Vigilantium et ad Ageruchiam; I, 7, 21. 79) I, 2. 80) historiam apostolorum; I, 3. 81) librum Peristephanon I, 3. Sed ne his quidem quae proposui veterum scriptorum nominibus in reconditioris Herigeri eruditionis recessus me penetrasse bene scio, nam et in epistola ad Werinfridum et in oratione S. Remacli I, 55. nonnulli relicti sunt loci, quos ex veterum scriptis ductos esse nemo non videt, unde vero desumti sint non aeque in aperto est. Quae indaganda me peritioribus libenter relinquo. Sed unum est quod moneam. Taciti Germaniae vestigium in Herigeri c. 7 deprehendisse sibi videbatur Bucher. ap. Chapeavillium I, app. p. 9 et nostris diebus Haupt v. cl. l. l., sed ex Aegidii errore nata est illa lectio, quae Tacitum redolere videbatur, in genuino Herigeri textu nihil tale occurrit. 82) cfr. quae I, 7; de origine nominum Mettis et Tulli urbium profert. 83) I, 26.

quam profert confessio, melius esse ignorantiam verecunde fateri, quam irreverenter pro pietate mentiri[84]. *Itaque de antiquissimis Tungrensium rebus in tanta rerum obscuritate nihil certi proferri posse non uno loco libero ore fatetur*[85]. *Quae critices exercendae ratio quo magis in aperto sit, alium ex epistola eius ad Hugonem afferam locum, quo Herigerum, num primi illi Treverorum episcopi Eucharius, Valerius et Maternus revera euangelium praedicaturi a S. Petro missi sint dubitantem videmus. En verba eius*[86]*:*

De nostris Treverensibus Euchario, Valerio, Materno, qui dicuntur missi fuisse ab apostolo Petro, et locus quidam in Elisatio pago nomen habens Elegia concordat cum eorum historia, sed a passione beati Petri, qui est 13. annus Neronis, qui (*scilicet Petrus*) si forte Eucharium, Valerium et Maternum Treveribus misit, ante aliquot annos passioni suae hoc fecit, computantur anni 263 usque ad 25. annum Constantini, quando obiit sanctus Sylvester, cuius iussu Arelato facta est synodus, ubi legitur interfuisse sanctus Maternus Agrippinae episcopus cum Maurino archidiacono suo, ubi et affuit sanctus Agricius Treverorum episcopus.

At non in rebus tantum gestis haesit, sed indolem earum et naturam perspicere conatus, altiorem se gerere spiritum gustuque quodam philosophico se imbutum esse in libro suo probat. Nam de mundo non aeterno, ab aeterno Deo creato, de libero hominis arbitrio cum providentia divina conciliando quaestiones enodare conatus est[87]. *Alioque loco quid intersit inter antiquitatem et recentiora tempora explicandum sibi suscepit, ita ut ex hac ipsa re historiae scribendae necessitatem derivet*[88].

Iam ad Anselmi librum transirem, nisi pauca de reliquis Herigeri opusculis addenda esse arbitrarer, ne quid tam erudito viro detraxisse videar. Vidimus iam supra Gesta episcoporum eum non post a. 979, *anno sequenti vero vitam S. Landoaldi composuisse. Quid versibus pangendis posset, in alio libro tentavit de vita S. Ursmari hexametris conscripto, quem, antequam abbatis munus susciperet, edidit. Ex omnibus quae habemus Herigeri opusculis, ni fallor, primum est compositum; nam in Gestis episcoporum versus quosdam ex illo transscripsit. Ipse enim auctor est „metricanus" ille quem de S. Servatio versus haud incongruos fecisse dicit*[89].

Sed Herigerum non modo rebus gestis narrandis operam navasse, sed magnam suam eruditionem in illustrandas alias quaestiones contulisse, catalogi librorum eius ostendunt et testes comprobant. Inter quos sane primum obtinet locum libellus ille qui inscribitur epistola Herigeri abbatis ad quendam Hugonem monachum[90]. *Quam post a.* 990. *et ante a.* 999. *conscriptam esse,*

84) I, 20. 85) I, 15: *Qui quorum vel imperatorum vel consulum claruerint temporibus — nec a nobis lectoris alicuius requirat exactio.* I, 26: *Incertum est, sicut et de multis aliarum legitur civitatum episcopis — quanta intercapedine ecclesia Tungrensis fuerit sine pontifice.* I, 43: *Incompertum est deinde quanta temporis intercapedine plebs Traiectensium fuerit sine pastore* etc. 86) Martene et Durand thes. anecdot. I, 117. 87) I, 2, 40. 88) I, 1. 89) I, 21. Vitam S. Ursmari totam publici iuris fecit cum aliis monumentis Lobiensibus a. 1628 Aegidius Waulde; librum ipsum non vidi. Carminis fragmentum in quo eosdem versus deprehendimus, qui leguntur I, 21. ex codice S. Vitoni Virdunensis edidit Mabillon Act. SS. saec. III, 2; cui haec inscripta esse verba testatur p. 557: *In Christi nomine incipit vita S. Ursmari confessoris atque pontificis venerabilis Herieri abbatis industria metro hexametro honorifice composita.* Quae verba postero tempore addita esse ex supradictis satis apparet. Alium eiusdem vitae codicem Gemblacensem in manibus habuit Henschenius, ex quo praeter quosdam versus hoc carminis argumentum dedit, in quo Herigeri ingenium non desiderabis (Act. SS. April. II, 558.): *Proponit Herigerus lapsum angelorum, creationem mundi et Adami, huius lapsum reparationemque per Christi adventum et triumphum in cruce. Deinde progreditur ad euangelium per apostolos et viros apostolicos annuntiatum orbi universo ac potissimum vicinis regionibus.* 90) Martene thes. anecd. I, 112. Quem Hugonem eundem esse voluit Mabillon ann. ord. B. IV, 317, quem a. 1033. apud Lobienses Herigeri successorem creatum esse scimus. Ann. Lob. Mon. SS. IV, 19. Hunc

91 *abbatis nomen Herigero datum et domni Gerberti mentio facta*[91], *summi pontificis
nomine suppresso, mihi persuadent. Et iam provectiori aetate Herigerum illo
tempore fuisse haec quae ibidem occurrunt verba docent:* Haec, frater dilectis-
sime, summatim breviterque, quia per memetipsum infirmitate interpellante et
oculorum acie iam caligante scribere non potui. *Proposuerat enim Hugo ille
quasdam de calculo chronologico quaestiones, quaque ratione cum euangelii
veritate Dionysii concilianda sit auctoritas*[92]. *Quibus enodandis benignam eru-
ditionis proferendae occasionem nactus Herigerus, illud quod de se in Gestis
93 episcoporum fecit iudicium satis probavit. Nam Eusebium, Hieronymum*[93], *Au-
gustinum, Fulgentium, Bedam, quos ipsis nominibus laudat, eruditionis suae
testes fecit. In calce demum epistolae quaestionum ab Hugone propositarum
quasi remunerationem septem chronologicas quaestiones illi solvendas reddit,
quae num ab illo expeditae sint valdè dubito. Tertiam quaestionem supra at-
tulimus et septimam aeque ad res Leodienses spectantem suo loco dabimus.*

*Alius liber quem dialogum Herigeri et Adelboldi Trajectensium postero
tempore episcopi fuisse scribunt, de adventu Domini celebrando, temporum in-
vidia nobis videtur esse praereptus. Quod vix mirandum, quum haud ita multo
post Herigerum nondum in eam quae optanda erat lucem prodiisset. Berno
enim Augiensis abbas qui eidem quaestioni operam dedit in pluribus libellis,
hoc de illo libro testimonium fecit in epistola ad Aribonem archiepiscopum
94 Moguntinum*[94]: Sed et abbas Heriger, vir non parvae auctoritatis, nostris tem-
poribus proprium super hac re libellum composuit, in quo, ut asserunt qui
illum legerunt, probabilibus argumentis eos convincit contra patrum instituta
agere, qui plus quam quatuor dominicos dies adventus Domini celebrare con-
tendunt. *Nec mathematicas disciplinas Herigerus a se alienas esse voluit;
regulas enim de abaco conscripsit, de quibus Albericus Trium fontium mona-
chus haec acerbe scripsit ad a.* 990[95]: Herigerus fit abbas Lobiensium septi-
mus, scientia litterarum clarus, cuius habentur regulae numerorum super aba-
cum Gerberti. In multis nempe studebant antiqui quae hodie habentur derisui.
96 *Eiusdem libri codicem sec. XII.*[96] *Ratisbonae in manibus habuit Pezius, alium
Lugduni Batavorum servari scribit Oudinus*[97].

*Quos enumeravimus libros revera ab Herigero conscriptos esse vel codices
vel testes in dubium non vocandi probant; addamque unum, de cuius auctore
aliam alii viri docti amplexi sunt sententiam. Est ille libellus, in quo, ut Lo-
biensis continuator habet,* „congessit contra Ratbertum multa catholicorum pa-
trum scripta de corpore et sanguine Domini", *quem ab Herigero conscriptum
esse cum Mabillonio persuasum habeo. Post Cellotum, qui hunc librum primus
98 edidit*[98], *in Gemblacensi codice satis antiquo eundem deprehendit Mabillon, his*

libellum illum esse cuius codicem in monasterio S. Lamberti Laetiensi servatum fuisse dicit Sanderus in bibliotheca Belg. manuscript. II, 24; recte sine dubio viderunt auctores hist. litt. Franc. VII, 207. Codex inscriptus erat: *Epistolaris responsio de cyclo paschali et eiusmodi contra Dionysium abbatem.*

91) Martene thes. I, 117.

92) Martene et Durand thesaur. anecdot. I, 117; Hugonis quoque litteras se legisse testantur quarum initium hoc est: *Domno abbati H. frater Hugo. Quod Beda et Dionysius in opusculis suis videntur diversa sentire, quod aliquando quoque plerosque confundit, vestro petimus corrigi examine.*

93) Inter alia haec ibidem leguntur (Mart. I, 112.): *Secundum chronicam Eusebii vel etiam Hieronymi, qui nisi probasset non ita transtulisset.*

94) *Liber qualiter adventus Domini celebretur.* Pez thesaur. anecd. nov. IV, 2. p. 46; vide ibid. dissertationem isagogicam p. VII.

95) ed. Leibnitii p. 32.

96) Est membr. 4. et hanc in fronte habet inscriptionem: *Incipiunt regulae Herigeri in abacum.* Primos versus exscripsit Pezius in thes. anecd. noviss. I. dissert. isagog. p. XXXVIII: *Si dividitur utique maior per minorem, dividendus accipit denominationes aut ex toto dividendo, aut ex partibus, aut ex neutro; sed denominantur per differentias divisoris.*

97) Codex Lugdunensis fol. inscribitur: *Ratio abaci secundum divum Harigerum*, est msc. Scaligeri n. 31. vid. Oudin. II, 486.

98) In historia Gotteschalci

verbis quae omnem pellere videntur dubitationem inscriptum[99]*:* Dicta domni abbatis Herigeri de corpore et sanguine Domini; *quumque paulo post Lobiensem bibliothecam perscrutaretur in vetusto librorum catalogo anno* 1049. *adscripta legit haec verba:* Erigeri abbatis exaggerationem de corpore et sanguine Domini. *Alium denique codicem eiusdem libri Herigeri nomine inscriptum vidit Oudinus*[1]. *Probis hisce insisto testimoniis, neque eorum auctoritas convelli videtur a S. Geraldo abbate, qui Herigerum de illo argumento epistolam scripsisse dicit*[2], *neque moveor Gottwicensi codice a Pezio reperto*[3], *in quo idem liber sub Gerberti nomine legitur. Nam etsi ex ipso libro certum de auctore indicium peti non potest, tamen Herigeri et eruditionis et scribendi rationis vestigia deprehendisse mihi videor. Revera enim congessit auctor patrum ecclesiasticorum locos de illo argumento, Eusebii, Ambrosii, Hieronymi, Augustini, Leonis, Hilarii, Cyrilli, Basilii, Fulgentii. Dialectica quae ipse profert argumenta*[4] *eodem sacrae scripturae loco de mensura, pondere et numero innituntur, cui quasi fundamento primum caput Gestorum superstruxit. Hunc vero fuisse Herigero in libris conscribendis usum, ut quae idonea viderentur ex uno in alterum librum transscriberet, iam supra vidimus*[5]. *Omnia denique quae in hoc opusculo congessit in hoc uno vertuntur, idque efficere volunt, ut Paschasii Radberti decreta*[6] *refellantur. Maiorem dubitationem aliud opusculum afferre possit, quod Trithemius in Herigeri librorum catalogum hac inscriptione recepit:* De divinis officiis libri 2, *a continuatore Lobiensi vero silentio praetermissum esse viri docti mirati sunt. At aut fallor aut minime hunc librum reticuit Lobiensis scriptor; eundem enim vel vidit Trithemius vel in mente habuit, de quo apud illum haec leguntur:* Ornatum ecclesiasticum cum adhuc monachus episcopali curiae deserviret et cum factus esset abbas, quantum adauxit, ipse quoque litteris annotare curavit[7].

Alii denique libri tam dubiae sunt originis, ut de iis sententiam non feram, alii plane falso Herigero adscripti sunt. In illis vitam S. Berlendis habeo, quam Mabillon et post eum alii ab Herigero compositam esse coniecerunt[8].

Paris. 1655. fol. p. 541 sqq. ex codice mus. Sirmondi, in quo liber *de eucharistia* nominatur; et post eum sub Gerberti nomine luci dedit Pez thes. anecd. nov. I, 2. p. 133 sqq.

99) Act. SS. ord. Bened. saec. VI, 2. p. 591 et p. XXI *de nomine et aetate anonymi Cellotiani.* Vid. quoque Mabillon vetera analecta p. 496; annales ordinis Bened. IV, 178.

1) in bibliotheca Siguiacensi ordinis Cisterciensis in archiepiscopatu Rhemensi; vide Oudini comment. de scr. eccl. II, 486, qui etiam S. Martini Lovaniensem codicem exstare testatur.

2) In prologo vitae S. Adelhardi Corbei. Mabillon. act. ord. Ben. saec. IV, 345 haec habet de Paschasio: *Hic autem qualis fuerit et quantus in quadam epistola testatur abbas Laubiensis Herigerus, qui eo tempore inter sapientes habebatur celeberrimus.* Erravit sine dubio Geraldus; Herigeri libellum commentationem minime epistolam fuisse et codex et catalogus Gemblacensis probant.

3) Codex est saeculi XI; vide Pezii thes. anecd. I, 2. p. LXIX. Geraldi quoque verba in auxilium vocavit Pezius, cuius sententiam tuiti sunt auctores hist. litt. Franc. VI, 587. VII, 201, Ceillier l. l. et Mansi in editione Fabricii III, 191; reliqui fere omnes Mabillonium secuti sunt.

4) c. 7.

5) Ex Gestis nonnullos locos epistolae ad Werinfridum et c. 41. in vitam S. Landoaldi recepit, alia repetiit in epistola ad Hugonem, vid. supra et I, 1, 16; ex vita S. Ursmari versus quosdam in Gesta transscripsit, vid. I, 21.

6) Quod post Possevinum et Miraeum repetierunt alii, non contra Radbertum sed contra Ratherium vel Berengarium hunc librum composuisse Herigerum, nullo munitum est argumento et refutatum ab Andrea bibl. Belg. l. l. et auctoribus hist. litt. Franc. VII, 201.

7) Oudinus II, 486. Hunc librum Herigeri sibi deprehendisse videbatur in anonymi cuiusdam saec. X. commentatione quae sub Alcuini nomine falso ferebatur; cuius sententiam satis refutarunt auctores hist. litt. Franc. VII, 207.

8) Primus eam ex Lobiensi, Merbecensi aliisque codicibus, praetermisso prologo, edidit Bollandus Act. SS. Febr. I, 377, qui ob mentionem ducis Lotharingiorum factam librum circa a. 1000. conscriptum esse statuit. Ex suo codice Mabillon in Act. SS. ord. Bened. saec. III, 16. prologum repetiit, qui inscribitur: *Domino et amico suo Gerardo H. Lobiensium monachus ultimus;* ideoque exorta est quam apposuit Mabillon coniectura, *auctore, ut videtur, Herigero.* Eadem sententia placuit quoque auctoribus hist. litt. Franc. VII, 194. Si revera Herigeri est liber, ante a. 990. ab eo conscriptus sit necesse est.

*Sed una excepta praefatione, a Lobiensi quodam monacho cuius nomen H.
littera insignitur conscripta, ne verbum quidem occurrit quod nostrum indicare
videatur; neque tempus quo libellus ille in lucem prodierit accuratius definiri
potest. Itaque eum Herigero pro certo minime tribuam. Haud aliter se habet
S. Landelini vita metrica typis nondum mandata, quam eiusdem auctoris esse
hoc praesertim Mabillonio persuasit, quod eam, auctoris nomine suppresso, S.*
9 *Ursmari vitae in eodem codice S. Vitoni annexam legerit[9]. Quae vix absol-
venda est quaestio nisi librum ipsum inspexeris. S. Hadelini denique vita
quam, quum in fronte eius iterum recurrat Herigeri praefatio ad vitam S.
Remacli, ab eodem scriptam esse nonnulli opinati sunt, non Herigeri est sed
Notgeri episcopi[10]. Quod et satis probavit Bollandus, et consenserunt reliqui[11].*

*Sed unum est, quod quum ad Herigerum potissimum spectet in calce com-
mentationis de abbate Lobiensi monere liceat. Praeter illam cuius supra men-
tionem fecimus quaestionem de S. Materno eiusque successoribus, exorta erat
alia quae post Bucherium qui in perscrutandis Tungrensium rebus antiquissimis*
12 *primus viam critices praeivit[12], viros doctos Leodienses saec. XVII. et XVIII.
valde exercuit. Bella enim litteraria gesta sunt de serie episcoporum, de tem-
pore quo cathedra Tungris Traiectum, Traiecto Leodium translata sit; ob sum-
mam vero Tungrensium et Traiectensium aemulationem maxima exarsit con-
tentio de nomine episcopatus, num Tungrensis an Traiectensis appellatus sit.
Episcoporum seriem ab Herigero ex vetustioribus catalogis populique memoria
ductam[13] et litteris mandatam primus merito perrupit Bucherius, qui Tungren-
sem episcopatum ante S. Servatium exstitisse negavit, postque illum usque ad
Chlodovei tempora oblivione fuisse obrutum nihilque certi ante S. Amandum
in rebus Tungrensibus deprehendi mira sane illis temporibus audacia statuere*
14 *conatus est[14]. Vera omnia et recta, at Leodiensibus acerbissima; quae tamen
viris doctis non adeo bilem moverunt, quam altera illa Bucherii sententia,
post S. Servatium episcopos illos nusquam Trajectenses ubique Tungrenses ap-
pellari[15]. Quod primum Godofredum Henschenium, hagiographorum antesigna-
num ad arma vocavit, qui a.* 1653. *commentationem[16] uberrima doctrina con-
scripsit, qua Traiectensibus nomen episcopale vindicaret. Eadem iterum edita*
17 *est* 1688 *Antwerpiae[17], eamque ab auctore recognitam post Henschenii mortem*

9) Act. SS. ord. Bened. saec. III, 2. p. 557. Mabillon coniecturam suam vel hoc argumento confirmavit, quod in vita S. Landelini eadem quae in vita S. Ursmari legitur origo nominis Crispianensis monasterii ab aquis crispantibus deducta recurrat, quod revera Herigeri indolem prodere videtur. At in cod. Gemblacensi vitae S. Ursmari, quem vidit Henschen desideratur vita S. Landelini; vide supra. Mabillonium secuti sunt auctores hist. litt. Franc. VII, 202 et omnes fere quos nominavimus rei litterariae scriptores. 10) Notgeri nomen reticent Malmundariensis et Leodiensis codices, sed episcopum se esse auctor ipse his confirmat verbis c. 10. Act. SS. Febr. I, 368: *Hoc comperto qui tunc temporis praesul, cui nunc Deo annuente nomine, non — proh nefas! — merito famulamur, sedis auctoritate interminavit episcopali.* Leodiensem vero fuisse episcopum, villae nomen in Leodiensi dioecesi sitae c. 10 indicat. Alio loco laudatur ab auctore S. Remacli vita: *in vitae eius libro quisquis velit poterit reperire.* Omnis vero dubitatio vel eo pellitur, quod ex Herigeri Gestis c. 40 de S. Remaclo in praefationem vitae suae S. Hadelini, dein capp. 43, 49 auctor mutuatus est. 11) Cfr. Bollandi praefationem ad vitam S. Hadelini l. l., cuius sententiam probarunt Mabill. Act. SS. ord. Bened. saec. II, 1013, hist. litt. Franc. VII, 214. 12) Disputatio historica de primis Tungrorum seu Leodiensium episcopis, apud Chapeaville t. I. in appendice. 13) Ut I, 29 in vita Iohannis episcopi, quam populi memoriae se debere fatetur Herigerus et vel hoc probavit, quod I, 36 Amandi fuisse decessorem Iohannem dixerit, cuius nomen Baudemundus, auctor duo secula illo antiquior, proferre non potuit. 14) l. l. p. 38, 47, 49. Vide Albericum de episcopis Tungrensibus, cuius verba, quae ex fonte nescio quo duxit, apposuimus ad I, 27. 15) p. 48. 16) Diatriba de episcopis Tungrensibus. Antwerpiae 1653. 17) Exegesis historica de episcopatu Tungrensi ac Traiectensi, apud Michaelem Cnobarum.

eodem anno in Acta Sanctorum Papebrochius recepit[18]. *Quum in Bucherii par-* 18
tes praeter alios Fisen[19] *et Foullon*[20], *rerum Leodiensium scriptores, ivissent, aliique*
Henschenii sententiam tuiti essent[21], *singulare denique litterarium certamen inie-*
runt liber baro de Crassier, Leodiensis tunc principis episcopi consiliarius, qui
Henschenium aggressus erat a. 1738[22], *et Petrus Dolmans, e societate Iesu*[23],
quibus accedit a. 1743 *Bertholet*[24] *et a.* 1754 *de Marne*[25]; *sententias denuo ad*
examen vocavit Iosephus Ghesquier a. 1783[26]. *Non uno igitur saeculo tantum* 26
bellum ad finem perduci potuit. Quae omnia sexcenties sane ab illis repetita
neque hoc loco neque in annotationibus aut probare aut refellere in animo est.

Quibus enim in tenebris iacerent Tungrensium res antiquissimae iam
seculo exeunte decimo bene perspexit Herigerus neque aperte indicare dubitavit,
tria esse satis obscura episcoporum intervalla, post S. Maternum, post S. Ser-
vatium et ante S. Amandum[27]; *quae libera inscitiae confessio a nobis octo sae-*
culis post viventibus numquam sane refutari potest, neque aliis praesidiis defi-
cientibus Herigeri testimonium excedere licet[28]. *Ipsas vero doctorum virorum*
adeat commentationes qui argumenta eorum ad normam vocare velit. Hoc
unum quod Henschen et Dolmans iam recte observarunt hoc loco repetere
iuvat, Leodienses episcopos vel eo tempore in tabulis publicis appellari Tun-
grenses quum per tria iam secula Leodii cathedra fixa esset[29]. 29

18) Acta SS. Mai. tom. VII, p. XVIII. 19) Sancta Legia Romanac ecclesiae filia sive historiarum ecclesiae Leodiensis partes duae, Leodii 1696. fol. 20) in Vindiciis ecclesiae Tungrensis, Leod. 1653 et in Historia Leodiensis per episcoporum et principum seriem digesta. fol. 2 Voll. 21) Laurentius Ludovici, Michael Seneschal, Iacobus Platel, in Duacensi academia professores theologiae de eadem sententiam tulerunt eamque suis nominibus subscriptam miserunt Henschenio. Vid. Exeges. historic. c. 26. 22) Brevis elucidatio quaestionis Iesuiticae (ita sine dubio appellata quia omnes paene decertantes ordinis erant Iesuitici) de praetenso episcopatu Traiectensi ad Mosam. 23) Observationes apologeticae pro episcopatu Traiectensi ad Mosam. Antwerpiae 1741. Cui libro alium opposuit Crassier: Additamentum ad brevem elucidationem; respondit Dolmans in libello: Observationes alterae pro episcopatu Traiectensi ad Mosam. 1742. 24) Dissertation sur la prétendu evêché de Maestricht, in histoire de Luxembourg VI, 313. 25) Dissertation sur le siège episcopal de Maestricht, in histoire du comté de Namur II, 534. 26) Acta Sanctorum Belgii selecta, Bruxellis 1783. 4; qui illos libros ex parte recudendos curavit t. I, 221 sqq. Cfr. quoque Essais historiques sur le departement de la Meuse inferieure p. 184. 1803. 27 I, 15, 26, 43; vide supra. 28) Paucissima erant quae tria secula post Herigerum Aegidius de episcopis quorum sola nomina ille tradidit, adderet; paene nihil habet nisi ieiuna elogia. Primus vero, ni fallor, posterioris aevi scriptoribus superstitionis viam praeivit Iohannes de Warnans, de quo paulo infra agemus, Herigeri et Anselmi continuator seculi XIV, cuius codicem legit Bucher. l. l. p. 19, qui haec de eo exscripsit: *Is in Valentino nono Tungrorum pontifice ita scribit: Scire se Herigerum octo priorum episcoporum S. Materni successorum non signasse annos, quod eorum gesta omnia Hunnorum persecutionibus interierint. Se tamen Ioannem aliter sentire, credereque Tungris tranquillam semper pacem regnasse, dum aliae Galliarum ecclesiae persecutionum procellis quaterentur: quin potius religionem adeo floruisse, ut inibi insurrexerint 72 congregationes, prout credimus, inquit, religionum et ordinum seu ecclesiarum. Unde nec verum esse quod omnia priorum episcoporum gesta perierint.* 29) Walcandus *Tungrensis episcopus* appellatur in tabula Ludovici Pii a. 831 ap. Chapeaville I, 154; Franco *S. Lamberti ecclesiae Tungrensis vel Leodiensis episcopus* in tabula Caroli Crassi a. 884. ib. I, 161; idemque in alia Zuenteboldi ib. I, 162: *S. Lamberti ecclesiae in Leodio constitutae episcopus* a. 898; *Tungrensis ecclesiae* bona a. 908 a Ludovico confirmantur, ib. I, 167; Stephanus *venerabilis Tungrorum* est *episcopus* in litteris Caroli Simplicis a. 915. ib. I, 169. *Leodicensis sedes* occurrit in privilegio Ottonis I. a. 949. ib. I, 175; *episcopus Leodiensium* Notkerus apud Ottonem II. a. 981. ib. I, 209; Notkerus *Tungrensium vel Leodiensium* episcopus a. 985 apud Ottonem III. ib. I, 215; itemque in alio privilegio, I, 211; Notkerus *Leodiensium episcopus* a. 997, ib. I, 210; Notkerus *Tungrensis seu Leodiensis* episcopus a. 1006, I, 212. apud Heinricum II; Baldericus *Leodiensis* episcopus in duabus tabulis a. 1008, I, 224. 225. Durandus *Leodiensis* episcopus a. 1024 apud Conradum II, ib. I, 263; Nithardus *Leodiensis* a. 1040 apud Heinricum III, ib. I, 279. In concilio Tullensi subscripsit Franco episcopus *Tungrensis*, in Ingelhemensi Farabertus *Tungrensis*, Stephanus *Tungrorum* episcopus vitam suam S. Lamberti misit ad Herimannum archiepiscopum Coloniensem. Chapeaville I, 351. Everaclus a. 961 S. Lamberti ecclesiae *Leodiensis* se appellat episcopum; Martene et Durand ampl. coll. II, 47. At hoc quoque alteri sententiae dandum est Traiectensium episcoporum nomen sexcenties occurrere apud illius temporis scriptores.

Iam transeamus ad alteram Gestorum partem septuaginta annis post libro Herigeri ab Anselmo subiunctam, cui testi oculato ob res gestas ad sua usque tempora deductas haud parva videtur gratia habenda. Sed est quod in utroque auctore desideres. De Herigero, quem eruditissimum fuisse multi testes probant, merito dolebamus tantum talemque virum non maius ingenii sui monumentum in rebus scribendis condidisse; vitam Anselmi, qui historiae magnum fructum afferens opus reliquit, longe paucioribus quam optes testibus munitam esse non immerito dolemus. Pauca tantum sunt quae apud alios de eo leguntur; nonnulla de vita sua etsi haud plena manu in libro ipse posteris tradidit. Primum quod habemus testimonium est aequalis Anselmo cuiusdam auctoris in vita S. Theoderici Andaginensis. Quem si audis erat vir nobilis genere sed nobilior moribus et ecclesiastica religione[30]*; et alio loco legimus Theodericum in terram sanctam profecturum Theoduinum episcopum Leodiensem forte fortuna Romae obviam habuisse*, et cum eo plures amicorum suorum inter quos Anselmum S. Lamberti canonicum pro ingenii claritudine et morum nobilitate iam a puero in amicitiam sibi familiarissimum[31]. *Leodiensium Musarum se fuisse inutilem alumnum ipse testatur*[32], *quod modestius quam verius dictum esse opus quod posteris reliquit luce clarius ostendit. Quo tempore natus sit non satis constat; extremis vero Notgeri annis aut paulo post eius obitum propriam lucem eum accepisse, vel inde coniiciam, quod nonnullos viros illius episcopi temporibus excultos se vidisse Anselmus confirmat*[33]. *Ex sacro fonte baptismatis, ut patet ex alio Gestorum*[34] *loco, ab Ida abbatissa monasterii S. Caeciliae apud Colonienses susceptus est. Dein in S. Lamberti canonicorum numerum receptus*[35], *primum in Wazonis familiaritatem et amicitiam interiorem pervenit*[36], *neque minus Theoduini successoris eius consuetudine usus est. Quem quum a.* 1053[37]*. Romam profectum comitatus esset, Romae Theodericum, Lobiensem tunc monachum sibique amicissimum, a consilio avertit quod non sine summo vitae periculo exsequendum ceperat vir religiosus, itineris Hierosolyma faciendi, secumque eum in patriam abduxit. Quem virum paucis annis post* 1055, *quum ad decani honorem ipse evectus summa in rebus administrandis vigeret auctoritate, post Adelardi abbatis mortem S. Huberti Andaginensis monasterio praeficiendum curavit*[38]. *Sequentis anni mense Martio Anno Coloniensis archiepiscopus consecratus est*[39], *ad quem eodem anno litteras illas, quibus librum de gestis episcoporum Leodiensium ei dicaret, Anselmus conscripsit. Ante a.* 1052 *auctorem librum illum non absolvisse, haereticorum mentio fidem facit qui a.* 1051 *in nativitate Domini Goslariae capitis damnati sunt*[40]. *Annorum igitur* 1052 *et* 1056 *terminis tempus quo Gesta litteris mandata sint certo circumscribi posse, nemo negabit; quod num ante iter Romanum a.* 1053 *an postea factum sit, argumentis ex libro ipso petitis ad liquidum perduci nequit. Sed ante a.* 1053 *eum scriptum esse hac ipsa re probari posse coniiciat aliquis, quum in libro ipso nulla Romani itineris mentio fiat. Quo anno mortuus*

30) c. 16. Mabillon Act. SS. ord. Bened. saec. VI, 557. 31) c. 15. l. l. 32) II, 74: *O dulcis nutricula, in cuius gremio ego inter tot verae philosophiae tyrones solus inutilis vernula coalui.* 33) II, 30. 34) Prooem. lib. II. Quibus annis Ida munere suo functa sit, frustra quaesivi. 35) Quod sibi finxerunt rei litterariae scriptores supralaudati Anselmum fuisse decanum Namurcensem, commentum est quod alter ab altero bona fide excepit. 36) II, 51, 52, 67, 68. 37) Romam nuntiatur, ut in vita S. Theoderici l. l. legimus, Hugonem Lobiensem abbatem mortuum esse, eique successisse Adelardum, quod a. 1053. factum esse testantur annal. Lobiens. Mon. SS. IV, 20. 38) Vita S. Theoderici c. 16. Historia S. Huberti Andaginensis ap. Martene et Durand. ampliss. coll. IV, 923. 39) Lamberti annales 1056. 40) II, 64. Herimanni Augiensis chron. 1051.

sit Anselmus a nemine quod sciam posteris traditum est; sed sunt quaedam argumenta quae ipso anno 1056 *eum obiisse persuadere mihi videantur; quibus num alii quoque fidem habere velint ex infra dicendis patebit.*

Testimoniis de auctoris vita propositis aperte indicasse mihi videor, Gestorum partem alteram Anselmo tribuere me non dubitare. Aliis vero dubitatione non ita libera illa quaestio visa est. Nam nescio quo fato factum est, ut huius quoque libri origo eadem fere ac prioris Gestorum partis auctor obscuritate prematur. Num illa ab Herigero an Notgero conscripta esset, erat dubitatio; utrum posterior Anselmum an Alexandrum canonicum auctorem habeat exorta est quaestio post Martenium et Durandum. Hi enim primi genuinum libri textum ex codice suo Andaginensi restituentes, neminem adhuc verum Herigerum verumque Anselmum vidisse docuerunt et Alexandrum illum ex umbra sua protraxerunt[41]. *Sed iam videndum quomodo difficultas expediri possit.* 11
Versatur enim in uno loco prooemii libri secundi, quem ita ex suo codice dederunt editores: Deinceps quae sequuntur iussu priorum loci istius anno dom. inc. 1056. ex alterius opusculi libello, quem quidam ex canonicis S. Lamberti Alexander nomine composuit, monitu Idae venerabilis abbatissae, quae regebat monasterium sanctae Ceciliae virginis in Colonia, huic operi sunt annexa[42]. *Itaque* 19
minime Anselmus, qui haec verba conscripsisse putatur; Alexander verus est libri auctor, si hoc uno codice stare velis. Quam vero sententiam non ita firmam esse ut convelli nequeat, qui nostrae editioni substructi sunt codices probant. Verum est in uno quoque ex tribus nostris codicibus, et quidem recentissimo Hagensi saec. XIII, Alexandri nomen legi, sed haud magna ei tribuenda auctoritas, et ni fallor, idem est ille codex quem Martene et Durand ipsi secuti sunt, quod suo loco probare conabor. Longe vero aliter se habent reliqui duo codices, quorum Guelferbytanus ipso saec. XI. non ita multo post Anselmum exaratus est. In neutro enim aut Anselmi aut Alexandri nomen litteris expressum legitur, sed hic quoque auctor modestius nomen suum latere voluit, laudatoque loco canonicus ille sancti Lamberti sola littera A. *indicatur. Neque aliter in epistola ad Annonem sui mentionem fecit auctor ac solis his verbis:* Domno Annoni — presbiterorum infimus A. *etc. Iam igitur summa exoritur suspicio, quum uno illo loco nitatur Alexander, ne sciolus quidam librarius, qui verum auctoris nomen ignoraret, falsum ingenio proprio indulgens in textum receperit. Hoc uno argumento remota esset difficultas, nisi alio quodam loco augeri et quasi recrudescere videretur.*

Certissima enim in libro ipso vestigia deprehenduntur duos post Herigerum de gestis episcoporum Leodiensium libros scriptos esse, quorum unum Anselmo, alterum Alexandro tribuere viris doctis placuit[43]. *Ille enim A. presbyter, quem* 43
supra audivimus confitentem alteram partem libri ex Alexandri opusculo se hausisse, in epistola ad Annonem disertis verbis haec testatur: Horum quidem pars prior ab Herigero Lobiensis coenobii abbate absque capitulis est conscripta, cui nos capitula praenotantes, nostram cum capitulis suis elucubratiun-

41) Martene et Durand ampl. coll. IV, 836: *Cum tamen Leodii bibliothecam clarissimi viri domini baronis de Crassier perlustraremus, incidit in manus nostras antiquus codex Andaginensis monasterii S. Huberti ante sexcentos annos exaratus, lucubrationes continens Harigeri et Anselmi, quem diligenter cum editione illa collatum, non modo diversum in multis deprehendimus, sed multo ampliorem. — Animadvertimus praeterea Alexandrum Leodiensem S. Lamberti canonicum, delibatis ex Harigeri opere primorum episcoporum gestis, subsequentium post S. Remaclum antistitum acta scriptis commendasse* etc. 42) l. l. p. 843. Chapeaville loco Alexandri nominis legit Anselmus. 43) Martene et Durand IV, 838. Histoire litt. Franc. VII, 472 sqq.

culam coaptare studuimus. Et cum illa superior gesta eorundem pontificum a primo usque ad vicesimum septimum, scilicet a sancto Materno usque ad sanctum Remaclum digesserit, nos quoque nostrum opus, quod precatu domnae Idae abbatissae conscripseramus, decapitantes, ne eadem replicando fastidium legenti faceremus, a beato Theodardo incepimus et ordinem episcoporum usque ad domnum Wazonem, quem quinquagesimum secundum esse constat, prosecuti sumus, nihil ponentes nisi quod aut legimus aut certa fidelium personarum relatione didicimus, aut certe ipsi praesentes vidimus et audivimus. *Itaque ipse quoque A. presbyter antiquissimas Leodiensium res conscripsit, sed in Herigeri favorem primam sui libri partem suppressit. Hisce duobus scriptoribus in praefatione Gestorum libro secundo praefixa, tertius quidam accedit, si codicem Hagensem et Martenium sequeris, Alexander. Ex qua praefatione loco supra laudato haec verba addere iuvat:* Et priorem quidem eiusdem opusculi sui partem ex praesentibus 27 episcoporum gestis *(i. e. Herigeri, quae ibidem superius volumen gestorum appellantur)* se compilasse non est confusus confiteri *(scil. auctor alterius opusculi i. e. Alexander)* ita dicendo. *Iam sequitur praefationis ad* 44 *eandem Idam abbatissam particula his verbis*[44]*:* Ex pontificum Tungrensium gestis, quae a sancto Materno usque ad sanctum Remaclum sunt porrecta, placuit quasi ex florigera prati amenitate decerptum de diversis floribus texere sertum. Cui deinceps annectere studuimus quae de posterioribus sparsim aut legimus aut certa antiquorum relatione didicimus et breviario quodam nomina singulorum cum paucis quorundam ipsorum gestis usque ad domnum Wazonem perstrinximus. *Itaque una particula illa epistolae ad Idam abbatissam ex ipsius Alexandri libro temporum iniquitati erepta videri possit, reliquum opus compilator, quicunque est ille A. in usum suum vertit. Alteram enim libri partem, qua priorum 27 episcoporum gesta secundum Herigerum litteris Alexander quoque mandaverat, se recidisse compilator his verbis testatus est:* Quae cum ita sint, nos quoque non inconvenienter eiusdem opusculi capite sublato, ut inoffenso pede servare possimus ordinem gestorum pontificalium, a successore sancti Remacli, beato videlicet Theodardo, novum ingrediamur exordium. *Ex quibus hoc elucere videtur, compilatorem intactum nobis servasse Alexandri librum, uno exordio ad S. Theodardum usque sublato, quod ni fallor confirmant quoque verba supra laudata:* quae sequuntur ex alterius opusculi libello — huic operi sunt annexa. *Sed in memoriam revocemus, quid de suis temporibus deque sua auctoritate in epistola ad Annonem A. ille testatus sit. Quae praesens audierit, quae praesens viderit posteris de Wazone tradidit. Num credendum, virum qui rebus ipsis gerendis vel testis oculatus vel minister et adiutor interfuerit easdem res scribentem de suo plane nihil dedisse, sed alius cuiusdam librum ad verbum exscripsisse? Num credendum, eum aliud pollicitum aliud revera proferentem turpiter mentitum esse? Et quid de altero illo auctore sta-* 45 *tuamus*[45]*? Non minus aperte Alexander in praefatione ad Idam docet se*

44) Idae nomen in hoc praefationis fragmento non occurrit, quin vero illa sit *Christi sponsa* ad quam scripta est epistola, nemini dubium erit, disertisque verbis in prooemii parte priore confirmatur. 45) Quomodo enodarent has tricas haud felici conatu tentarunt Martene et Durand editores, neque sane explicanda illa difficultas, si uno Hagensi codice nitantur. Primum hanc protulerunt opinionem, Alexandrum defuncto Wazone a. 1048. *calamo statim manum admovisse, ut Leodiensium pontificum gesta conscriberet, eoque paulo post vivis erepto, Anselmum Alexandri opus contractum Annoni Coloniensi archipraesuli obtulisse a.* 1056. Paulo post hanc viam inire posse sibi videbantur, in codice Hagensi et in recensione Chapeavilli propositos esse et Anselmi et Alexandri libros cum Anselmi praefatione, uter textus vero Anselmi sit, uter Alexandri non satis sciri posse. Haec non stare posse videntes auctores hist. litt. Fr. VII, 475 coniecerunt, quum Alexandri libellus prioribus istius loci displi-

Wazonis episcopi faciem vidisse eiusque consuetudine usum esse, posteris se velle imaginem eius tradere; ex illo manasse fonte quae de Wazone scripserit, satis aperte indicat. Itaque duo sunt auctores qui eodem tempore viventes Leodiensium episcoporum res ad Wazonem usque deduxerunt. Uterque in priore parte quae legerit aut certa antiquorum relatione didicerit, in posteriore quae viderit ipse scripsit, uterque Herigeri libro suum subiunxit, uterque nihilominus tempora quoque ab Herigero scripta iterum litteris mandavit, sed postea haec libri pars suppressa est; uterque denique librum suum eiusdem Idae abbatissae exhortatione composuit eidemque dicavit. Alexander opus genuinum revera ab ipso conditum ad Idam misit, impudenter sane alter suum quoque librum in quo alterum compilaverat ei sacrum esse voluit. Neque in hoc acquievit, sed eodem mendacio Annonem archiepiscopum fallere conatus est, tantaeque erat impudentiae vel si mavis dementiae, ut in praefatione secundi libri se ab alio mutuatum esse libere confiteretur, quae in epistola ad Annonem sua esse religiose confirmarat. Nam quae tandem sunt illa, quae post tam superbam tamque magnificam de suo opere praefationem metropolitano suo A. ille mittere conatus est? Primus enim Gestorum liber ab Herigero, secundus ab Alexandro compositus est, eiusdemque est Alexandri alterum dimidium praefationis libri secundi. Quorum uterque si sua sibi vindicarit, nihil nisi mendax illa ad Annonem epistola, praefationis ad librum secundum dimidia pars prior et capitum inscriptiones presbytero A. ex fictis illis divitiis propria relinquuntur, miserae quasi laciniae, quibus eum tam superbe se gessisse vix credat aliquis. Quae omnia si mecum considero tam contraria et vix inter se concilianda, ab animo impetrare non possum quin statuam alium esse Alexandrum, alium presbyterum illum A. qui litteras ad Annonem dederit: immo unus est idemque auctor. Quod si statuerimus, post ea quae supra de codicibus nostris diximus, nemo facile nobis persuadebit Alexandri nomen auctori fuisse. Unum Anselmum gesta episcoporum Leodiensium scripsisse Sigebertus[46] *Aegidius Aureae vallis a.* 1251[47], *Iohannes Stabu-* 46
lensis[48] *c.* 1450 *et alii*[49] *disertis verbis probant; de altero ne verbum quidem.* 49
Itaque abeat tandem infelicis ominis Alexander ille, qui tantam in rem litterariam confusionem invexit.

Duplici auctore iam e medio sublato, quomodo duplex liber de iisdem rebus gestis Leodiensium episcoporum ab eodem conscribi potuerit, nova exoritur quaestio. Nam duo illi post Herigerum de rebus Leodiensium episcoporum libri vel sic manent, neque removeri possunt. Quorum unum ex integro Herigeri et ipsius Anselmi libello compositum, quem ante oculos habemus, Annoni archiepiscopo misit Anselmus, Idae vero abbatissae alterum libellum in cuius parte priore ex

cuisset, eorum iussu Anselmum idem opus aggressum esse. Martenii sententiam amplexus est Ceillier l. l. Vix est quod moneam Chapeavillii recensionem, quam nihil esse nisi epitomen Marteniani textus recte perspexerunt auctores hist. litt. Fr., ab hac quaestione penitus esse removendam. 46) De scriptor. ecclesiasticis c. 163. *Anselmus clericus Legiensis, scripsit gesta pontificum Legiensium et in eo libro vitam Guazonis episcopi veraciter sibi notam plene descripsit.* 47) In epistola ad Mauricium canonicum Hagensem Chapeaville II, 1: *Imitati studium venerabilium patrum Herigeri Lobiensis abbatis et Anselmi viri religiosi, qui successive, unus post alium usque ad sua tempora partes superiores fideliter sed breviter descripserunt.* 48) Cod. Hamburg. hist. Germ. f., cuius notitiam v. cl. Waitz mecum communicavit. Haec sunt verba Ioannis Stabulensis: *Primus conscriptor Herigerus abbas Lobiensis scribens suam partem a b. Materno primo Tungrorum episcopo suscepit, et inde ordinem episcoporum usque ad* 27. *prosecutus est, ex quibus b. Remaclus fuit ultimus, et ita idem sanctus dicitur esse metha libri Herigeri abbatis. Postea Anselmus presbiter scripsit, qui suum librum a b. Theodardo post Remaclum facto episcopo incipiens, recto ordine episcopos prosequens, in vicesimo quinto episcopo qui Waso nomine nuncupatus est terminatur.* 49) Ioannes Ultramosanus, Placentius, Brusthemius, rerum Leodiensium continuatores. Vide Chapeavillii praefationem.

*Herigero gravissima tantum excerpta suo stilo prosecutus est, ut ex ipsis epi-
stolis apparet. In priore igitur parte inter se differunt libri; alteram partem
ad Wazonis mortem usque deductam in utroque fuisse eandem nemo neget.
Duplicem igitur libri sui textum Anselmus in lucem edidit; unam editionem inte-*
50 *gram et illibatam, rerum Leodiensium quasi corpus Annoni metropolitano dicavit,
succinctam alteram, ut satisfaceret adhortationibus, Idae abbatissae misit*[50].
*Quae duo haec ab eo petierat, ut de S. Ebergiso Tungrensi episcopo, cuius
cineres inde a S. Brunonis temporibus in ipso illo monasterio servabantur, non-
nulla litteris mandaret, neque minus de Wazone, clarissimo aequali, cuius*
51 *magna fama ad ipsam perlata esset*[51]. *Illarum editionum utram nos habeamus
in manibus, satis apertum esse videri possit; sed neutram nos habere apparet; est
potius ex duabus satis inconcinne libellus noster compositus. Quid enim sibi
velit particula illa praefationis ad Idam conscriptae in libro quem Annoni
auctor misit, profecto non perspicio. Neque video, cur Anselmus eandem prae-
fationem, quam in totius operis fronte edere debebat, ut verba ipsa probant,
libro secundo praefixerit. Vix sane mihi persuadeam, duplici parata editione,
auctorem ipsum duas illas editiones in unam tam inconsulto confudisse. Novam-
que movet dubitationem, quod in praefatione libri secundi auctor canonicum*
quendam *S. Lamberti A. libellum illum composuisse scripserit, quum Anselmus
neque in epistola ad Annonem neque in ipsis Gestis de se deque suis rebus suo*
52 *nomine loqui dubitaverit*[52]. *Neque hoc denique quod ibidem legitur, alteram
Gestorum partem priori esse annexam iussu priorum istius loci (i. e. Leo-
dii), cum propriis Anselmi verbis conciliari potest. Nam Annoni sua sponte
misit librum, ut bene vivendi inde exempla peteret, ut amplius ad virtutem
accenderetur, alterum Idae exhortatione monitus conscripsit. Unam tantum
quae in explicanda hac difficultate iniri possit viam video. Praefationem libri
secundi, excepta particula epistolae ad Idam, alius nescio quis compilator con-
scripsit; Anselmus vero quominus ipse Gesta omnibus numeris absolveret, par-
temque posteriorem cum priori idoneo aliquo transitu coniungeret, nescio quo
fato iniquo impeditus est. Quod ipso illius praefationis textu, ni fallor, satis
probatur, nam si paulo accuratius eam examinaveris, ex Anselmi epistola ad*
53 *Annonem iisdem haud raro verbis eam exscriptam esse invenies*[53]. *Neque hoc
intelligendum, cur hic auctor breviter repetierit, quae in fronte totius operis
et planius et fusius dixerat. Primam itaque ad Idam editionem paraverat, ut
litterae ad Annonem probant; in paranda altera morte fortasse praeventus suum
librum alii reliquit, qui, omissa parte priore, cum Herigeri libello in unum
volumen eum conscriberet. Ideoque auctor Annoni opus suum revera misisse
credi nequit. Anonymum autem, qui sua interpolatione omnia confuderit et
turbarit, munere felici conatu functum esse nemo dicet.*

In Anselmi libro non uberior illa, quae in Herigero erat, doctrina cernitur,

50) Similem sententiam iam proposuit Chapeaville centum annos ante Alexandrum malo omine inventum, his verbis in praefatione tomi I. p. 3: *Quamobrem verba in praefatione ad Anselmi librum superius allegata nil aliud volunt, quam quod Anselmus — haec gesta pontificum desumpserit ex libro quem ipse de omnium pontificum gestis usque ad sua tempora scripserat, truncatis viginti septem primorum episcoporum gestis et praefatione ad Idam, Harigerique libro, qui gesta viginti septem episcoporum primorum iam ante scripta continebat, annexuerit.* 51) Vide praefationes ad libros I, II. 52) Vide locos quos infra afferemus. Modestiae gratia in prooemio libri secundi sub alterius nomine locutum esse Anselmum coniecit Chapeaville in praef. tom I. 53) Conferas hos locos ex praefatione libri II. desumptos, *Superiori — successores; Deinceps quae — sunt annexa; quae cum ita — ordinem* cum loco epistolae ad Annonem: *Et cum illa superior — audivimus;* locum *requiescit — affirmant* cum *quae etiam praeter — sepulchrum.*

tamen haud contemnendis et rerum scribendarum et eruditionis praesidiis munitus, opus aggressus est. Ad antiquiora tempora scribenda sanctorum vitas in auxilium vocavit Theodardi[54], *Huberti*[55], *Lamberti a Godescalco et Stephano compositas*[56], *Ruotgeri vitam S. Brunonis*[57], *monachi anonymi S. Iacobi Leodiensis vitam Balderici episcopi*[58], *quibus ex amplioris argumenti libris Reginonis chronicon*[59] *et Fulcuini gesta abbatum Lobiensium addidit*[60], *et locum ex scriptore nescio quo de S. Lamberto desumtum*[61]. *Sed in comparanda rerum materia non consueto illorum temporum auctorum more in describendi servitutem se dedit, sed paucissimis exceptis locis, consilium liberius secutus, res sui libri argumento accommodare conatus est. Integra tamen alia servavit testimonia magni facienda, quae ex Leodiensi tabulario illibata in textum recepit. Wazonis sunt litterae quae nativa sua indole vel hodie lectoris animum movent, ad Iohannem praepositum*[62], *ad Robertum regem Franciae*[63], *et ad Rogerium episcopum Catalaunensem*[64]. *Quibus accedunt eiusdem Rogerii litterae et Richarii episcopi Leodiensis tabula*[65]. *Summi tamen sunt momenti quae ipse vel vidit testis oculatus, vel in curia Wazonis audiit; nam alterum paene libri dimidium quod de Wazone conscripsit hoc fundamento quasi superstructum est. A.* 1041. *solemni Wazonis inaugurationi testis interfuit*[66], *vidit episcopum* 25 *praebendas uno die conferentem*[67], *quumque domum exstruendam aggressus esset, subministrata pecunia ab illo adiutus est*[68]. *Haud pauca ex Wazonis colloquio sibi sumsisse testes sunt alii loci*[69]. *Num morienti quoque episcopo adstiterit, dicere dubito. Alios in aliis rebus secutus est; inter quos deprehendimus Popponem Stabulensem abbatem, Wazonis amicum*[70], *clericos qui diurna cum eodem coniuncti erant consuetudine*[71]; *immo adversariorum non respuit testimonium*[72], *neque minus ea quae ob omnium oculos posita omnibus nota sunt laudat*[73]. *Quibus ex rebus tantam narrandi materiem sibi comparavit, ut multa mentione dignissima se praeteriisse non uno loco testetur, ne breviarii quod pollicitus sit fines excedat*[74]. *Nec in scribenda priorum temporum historia ex vivorum memoria et rumore vulgari, quae a consilio suo non aliena putaret haurire sprevit. De S. Lamberti miraculis Thietwinum episcopum et clericos qui illa se vidisse affirmabant, testes facit*[75]; *alia ipse vidit S. Lamberti et Wolbodonis miracula*[76], *in cuius vita famulo cuidam aut amico episcopi narrandi copiam ex parte debet*[77]. *Neque desunt eruditionis testes, lumina illa ex veterum scriptis petita, quibus librum suum etsi non tam larga manu quam Herigerus frequentavit: Sal-*

54) II, 2. 55) II, 16. 56) II, 3, 5, 6, 7, 8, 20. Vide quae de diversis vitae S. Lamberti a Godescalco conscriptae recensionibus acute disseruit v. cl. Hirsch in comment. de Sigeberto p. 288. Anselmus textum ad modum Mabillonianae editionis ante oculos habuisse videtur. 57) II, 24. 58) II, 31. 59) II, 8, 19. 60) II, 19—22. 61) II, 8. Neque Mabillon neque Suyskens Act. SS. Sept. V, 541. aut alii unde id haustum sit investigarunt; neque me feliciorem fuisse confiteor. 62) II, 38. 63) II, 58. 64) II, 60. II, 62 quoque ex epistola Wazonis ad Heinricum imperatorem videtur desumtum. 65) II, 59, 21. 66) II, 51: *Nisi praesens vidissem, nullo modo crederem* etc. 67) II, 67: *Vidimus — ab eo — datas* etc. 68) II, 68: *Quod ego — sum expertus* etc. 69) II, 24: *Ut audivi Wazonem referentem* etc. II, 52: *ut ipse fatebatur* II, 68: *Miserum me — dignaretur alloquio* etc. 70) II, 48: *Ut attestari solebat abbas Poppo* etc. 71) II, 48, 57: *Per diaconum eius qui hoc idem ab ore ipsius didicerat* etc. II, 71: *Testati sunt presbiteri et cappellani qui ei — assitebant* etc. 72) II, 56: *Ipsi adhuc testari solent* etc. 73) II, 25: *Sicut inpresentiarum est.* II, 38: *Apud nos fas est cernere.* II, 46: *Testes sunt pene quotquot Leodium novere.* II, 53: *Fas est adhuc cernere vestigia.* 74) II, 53: *Pauca referens plura praetereo, quorum aliqua brevitatis studio me constat negligere.* II, 61: *Brevitati studens materiae succumbere timui, multa dicenda praeterii.* II, 68: *Quae si enumerare velimus per singula non iam breviarium, ut polliciti sumus, sed* etc. cfr. praefat. lib. II. II, 69: *Praetermissis pluribus tam dictis quam factis* etc. 75) II, 6—10, 13, 14. 76) II, 14: *Contractum prius et post erectum vidimus.* II, 35: *Tum ex me tum ex aliis sum expertus.* 77) II, 33.

78 *lustii*[78], *Virgilii*[79], *Horatii*[80] *sententias inseruit, Ciceronem, Donatum, Priscianum*[81] *nomine laudavit: ex patribus ecclesiasticis Sulpicii Severi*[82] *et Gregorii M.*[83] *libros legit et eorum verba in suum usum vertit.*

Si denique quaeris, quomodo Anselmus munere rerum scribendarum functus sit, eum sana mente omnia expediisse eaque quae in veris falsisque iudicandis cernitur perspicacitate rem absolvisse vix negabis. Nam in miraculis superstitiose celebrandis temporum suorum ingenio minus indulsit; simplicioris sunt generis quae narrat neque a rerum natura abhorrent[84]. *Neque critices exercendae periculum desiderabis; in epistolà ad Annonem Evergisilum et Ebergisum unum eundemque non fuisse evincere conatur; et cur S. Lamberti scriptores veram passionis eius causam silentio praeterierint deprehendisse sibi videtur*[85]. 86 *Ne pro certis incerta narret bene cavet*[86], *cautissimum vero se in eo praebet, quod miracula vulgo nondum probata narrare devitat*[87], *easque res quas minus exploratas habet ingenue indicare non dubitat*[88]. *Illorum vero temporum indoles in ea potissimum cernitur ratione qua Wazonis imaginem depinxit, quem unum sibi neque immerito in libello suo celebrandum sumsit, eamque ob posterorum oculos posuit. Est enim Wazo illorum episcoporum exemplar et quasi regula, quales Gregorii VII. papae temporibus haud pauci cathedram tenebant, qui sanctae vitae religione splendentes, ut ecclesia ex imperatorum potestate erepta uni summo pontifici regenda traderetur, omni animi fervore niterentur. Talem se gerentem Wazonem celebrat Anselmus, omniumque illorum antesignano Annoni librum suum dicavit. Acerbius igitur illos quoque episcopos et clericos perstrinxit, qui, monasticae disciplinae iugo abiecto, in regum curiis versantes, quae essent seculi curarent, propriisque ecclesiis spoliatis mimos aliosque canes* 89 *palatinos alerent*[89]. *Neque minus qui fuerit Anselmi animus ex iis elucet quae de contentione inter Wazonem et imperatorem scripsit*[90]. *Dicendi denique genus quo usus est neque purum est neque emendatum; nam graviora quoque vitia occurrere non negabis. Sed nemo sane in illorum temporum auctore castitatem orationis requiret vel ad normam severiorem eam vocabit. Est vero scribendi genus si cum Herigeri comparaveris dilucidius magisque perspicuum, neque tam grave tantaque offusum est docta obscuritate, quam illum sectatum esse vidimus. At vel sic haud raro tumidum est et quaesitum, audaciusque quam verius; quibus ipsis vitiis Leodiensium disciplina se eruditum esse satis probat Anselmus.*

Qui ex recentioris aevi scriptoribus nostros auctores in conscribendis libris in auxilium vocaverint, non sunt ita multi. Quos magnam partem fuisse Leodienses ex ipso quod non tam late pateat libri argumento apparet. Heri- 92 *gerum exscripserunt Notgerus in vita S. Hadelini*[91], *Gesta Trevirorum*[92], *auctor*

78) II, 61. 79) II, 24, 37, 39, 59, 61, 73. 80) II, 26, 52. 81) II, 52. 82) Vitam S. Martini II, 55, 64. 83) II, 50. 84) II, 11—14. 85) II, 8. 86) II, 20, 64: *Cum diligenter sciscitaremur, non aliam — causam cognoscere potuimus.* 87) II, 35: *Quae nos huic opusculo inserere devitavimus — quia relatu miraculorum nondum pervulgato diiudicari devitamus, sed posteris fideliter scribenda relinquimus.* 88) II, 53: *Aliqua quae a me nesciuntur necesse est reticeri.* II, 60: *Litterae unde aut a quo transmissae parum est nobis cognitum.* 89) II, 28. 34. 90) II, 57, 60. 91) Vide supra. 92) c. 16. Genuinus textus est exscriptus, non mutilatus generis codicum C. quem apud Aegidium deprehendimus. Nullus dubito quin nomina quoque octo illorum episcoporum qui I, 15. S. Materno successisse et in catalogis et gestis Trevirorum Tungrensi et Trevirensi ecclesiae praefuisse dicuntur, ob fugam vacui, ut ita dicam, posteriori tempore in libros Trevirenses transscripta sint. Nam Herigero ne in mentem quidem venisse illos episcopos duarum ecclesiarum fuisse antistites ex ipsa eius narratione luce clarius apparet; quod medio seculo decimo tertio Aegidius silentio transiri non posse putavit. Eandem fere sententiam amplexos esse video Henschenium in Exegesi n. 6. Calmetum hist. de Lorr. I, VII, Honthemium, Marneum in dissert. p. 503, Perierium in disquisit. n. 53.

anonymus vitae S. Servatii[93], *Nicolaus in vita S. Lamberti*[94]; *Anselmum Sigebertus in chronico*[95] *et in gestis abbatum Gemblacensium*[96], *Rupertus in historia S. Laurentii Leodiensis*[97], *Reinerus in vitis episcoporum Everacli*[98], *Reginardi*[99], *Wolbodonis*[1], *auctor anonymus vitae Wolbodonis*[2]; *utrumque scriptorem in usum suum verterunt Albericus Trium Fontium monachus in chronico*[3] *et Aegidius Aureaevallis*[4], *qui recisum Gestorum textum in suam rerum Leodiensium historiam recepit, suaque additamenta intrusit.*

Sed iam quo codicum fundamento nostra Herigeri et Anselmi editio constituta sit videndum, quorum duos in auxilium vocavimus a nemine huc usque adhibitos, tertium vero eundem, quem ni fallor Martene et Durand secuti sunt. Reliqui in talem nostram notitiam venerunt, ut qualis sint momenti, neque sane magni, in textu restituendo perspicere liceat. Qui ex ipsa codicum natura in hunc ordinem redigendi sunt. Signavimus siglo A. eos codices qui integrum et genuinum Herigeri textum, qui nunc primum in lucem prodit, et Anselmi servarunt, neque recisam neque posteriorum interpolationibus fucatam narrationem exhibentes. Omnes vero codices et Herigerum continent et Anselmum ipso saeculo XI. arcte inter se coniunctos; qui vero codex uno praetermisso alterius tantum librum proferat[5], *in nostram notitiam non venit; itaque codicem Anselmo antiquiorem non habemus.*

A 1. *Cod. Guelferbytanus membr. sec. XI. fol. minoris, ex quo iam alio Monumentorum loco Ruotgeri vita Brunonis et Alperti opera edita sunt*[6], *qui fol.* 49—63 *Herigeri et Anselmi libros continet. Scripti sunt duobus quaternionibus ultimo folio et antecedentis dimidio vacuo relicto. Exaratus est textus*

93) De quo vide paulo infra quae de auxiliis editionis diximus. 94) c. 16. Chapeaville I, 399. 95) Rarius quam exspectes ad a. 903, 960, 972 vide Mon. SS. VI, 275. 96) Quae de morte Wazonis et Olberti leguntur Dachery II, 767. Accurata collatione instituta hoc docuit Hirsch de Sigeberto p. 263, necnon iam Sigebertum et integrum Gestorum textum et recisum ante oculos habuisse. 97) In vitis Euracli 1. 2. 5. Notgeri c. 7. Balderici c. 1. Wolbodonis c. 2. 3. 4. 8. Wazonis c. 14. ap. Martene et Durand ampl. coll. IV, 1033. Quin utrumque textum Gestorum, vel quod magis mihi arridet, codicem minus mutilatum generis B. legerit Rupertus, dubitari non potest. Quod probant Notgeri c. 7. et Wolbodonis c. 3. quae cum II, 26, 33. genuini textus ad verbum interdum consonant, in Euracli vero c. 2. recisi textus vestigia sunt, e. g. Rupertus: *mediante die meridie eclypsis solis subito facta est.* Text. rec. *Subito eclypsis solis defectus — hora vix meridiana transacta.* Text. integ. *Repentinum — solis perculit deliquium — cum multum diei superesset.* 98) c. 1. 2. 3. 4. 6. Pez thes. anecd. nov. IV, 3. p. 155 sqq. Integrum textum habuisse Reinerus videtur. 99) c. 1. 8. Pez l. l. p. 167 sqq. 1) Act. SS. April. II, 857 sqq. 2) Vide infra. 3) Vide a. 546, 577, 595, 617, 626, 647, 651, 994, 1014, 1016. Gesta integra exscripsit. 4) cfr. Hirsch p. 424. Reliquos rerum Leodiensium continuatores Ioannem Hocsemium, Ioannem Warnantium, Ioannem Ultramosanum, Ioannem Brusthemium, Ioannem Placentium in scribendis rebus Tungrensium antiquissimis non Herigerum sed Aegidium ducem sibi sumsisse et lex quaedam describendi mihi persuadet, et Chapeaville qui eorum codices vidit in praefatione testatur. De Hocsemio cuius librum ex parte tantum edidit II, 272, idem hoc habet testimonium. *Et ea quidem quae sua tempora praecesserant ex libris, monumentis et chartis ecclesiae Leodiensis recolligens breviter scripsit.* In codice Iohannis Stabulensis de Ioanne Wernantio haec leguntur: *Iohannes vero investitutus S. Iohannis de Warnans scripsit ab Henrico Gelrensi episcopo facto post Robertum praefatum et terminavit suum scriptum in Engelbertum de Marcka. Post istum scripsit quidam monachus S. Laurentii dictus Iohannes de Stabulaus et ex ordine prosequens cathalogum episcoporum Leodiensium sicut hoc suo scripto claret.* Ioannes de Warnans res Tungrenses minime praeteriit, nam Bucher, ap. Chapeav. app. I, 19. codicem eius a. 1378. exaratum se vidisse testatur, quo auctor Herigeri, Anselmi et Aegidii narrationes se interpolasse fateatur. Easdem itaque plane res eodem tempore scripserunt Hocsemius et Ioannes de Warnans. Cfr. Villenfagne melanges etc. 1810. p. 290 sqq., qui continuatores duos Ioannes eundem esse coniecit; sed nisi codices inspexeris, nihil certi statui potest. Nec non Ioannes Stabulensis, qui a. 1449 obiit, si epitomatori eius credi licet, res a S. Materno repetivit, vid. Andreae et Foppens bibl. Belg. p. 734, 753; idemque fecerunt Brusthemius, qui res Leodienses ad a. 1505. deduxit, vid. Sanderi bibl. Belg. msc. I, 24. et Placentius in libello Boxhornii de republica Leodiensi Amstelod. 1633. p. 209: cfr. quoque Villenfagne l. l. 5) Quid statuendum sit de Gestorum codice quem Atrebati apud Vedastinos servari scribit Foppens bibl. Belg. p. 471, nescio. 6) Vide quae de eodem codice dicta sunt Mon. SS. IV. 253. 697. Archiv VI, 6. VII, 439.

binis columnis, lineae minimo intervallo stilo descriptae sunt, litterae minutissi-
mae sed eleganter pureque expressae, primum fusco atramento, dein subfusco
et paene decolori scriptae sunt. Orthographiam qualem antiquissimus hic ex
nostris codicibus exhibet, tenendam esse ratus sum. Textus neque purus est
neque emendatus, immo multis vitiis patet, quae ex librarii negligentia aut
potius inscitia fluxerunt, qui quae scriberet haud paucis locis minime intellexit.
7 *Interdum autem veram lectionem servavit*[7]*, ita ut corruptionibus reliquorum codi-*
cum ex hoc medela afferri possit.

A 2. *Cod. Parisinus suppl. Lat.* 812. *membr.* 4. *sec. XII. inc.*[8] *novem*
quaternionibus et 4 *foliis f.* 46—122 *descriptus, cuius varias lectiones dedit*
Waitz v. cl.; litteris aeque elegantibus atque perspicuis exaratus est. Saepis-
sime librarius ę *usus est loco* e, *e. g.* ęquitare, ębrietas, cęleriter, ęcclęsię,
rabię, progenię, urbę *etc. scribit,* aput, aliut, quit *etc. frequentesque sunt accen-*
tus. Neque hic textus emendatior, immo novae accedunt et graviores corruptio-
nes, in quibus ex parte librarii calamus lapsus est. Nonnulla menda ipse
librarius, alia corrector coaevus haud felici ubique manu tollere conatus est.
Quin ex eodem fonte cum A 1. *manarit codex dubitari nequit; et haud pauca*
probant menda in quibus consonant, et saniores lectiones quae in A 2. *serva-*
tae sunt.

A 3. 4. *Quorum* 3. *est codex Hagensis* A 23. *membr. sec. XII.* ex biblio-
9 theca G. I. Gerard[9], *alter* 4. *ille quem Martene et Durand in sua editione*
secuti sunt. A 3. *foliis constans* 143, *sola continet gesta episcoporum Leodien-*
sium; in multis corruptionibus necnon emendationibus, quas manus coaeva
in A 2. *adscripsit, ita cum illo consentit, ut* A 3. *ex* A 2. *descriptum credas*
necesse sit. Quod vel iis vitiis quae de suis addidit librarius firmatur, qui lit-
10 *teras in* A 2. *hinc inde minus pure scriptas falso legerit*[10]*; pauca codicis* A 2.
vitia librarius sustulit et verborum collocationem haud raro leviter mutavit.
Omnibus pene corruptionibus codicis A 3. *blandam affert medelam codex Anda-*
ginensis, ex quo unum Anselmum ediderunt Martene et Durand, Herigerum
praetereuntes[11]*. Arcte tamen inter se cohaerent hi codices. In utroque eadem*
12 *recurrit verborum collocatio, eademque verba in utroque exciderunt*[12]*. Quae*
sibi contraria vix alio modo expedias quam ut Andaginensem et Hagensem
codicem eundem esse statuas, cuius vitia de coniectura deleverunt Martene et
Durand. Sed tam feliciter delerunt ut eorum lectionem haud paucis locis in
textum recipiendam esse nemo facile negabit. Hi generis A. *codices brevitatis*
causa solis numeris signati sunt, ita ut 4. *Martenii lectionem indicet. Quum*
hi codices si non emendatum genuinum saltem textum exhibeant, non sane

7) E. g. I, 21. loco corruptae vocis *quod* recte legit cod. A 1. *Quadus;* II, 11. loco inepti *latam* recte *latera;* II, 30. pro *licet* recte *lucis;* II, 41. pro *celebratione* bene *celebri statione*, pro *dedere ledere;* II, 51. pro *maturam, inaratam.* Sed non desunt vitia: II, 2. *occidi domesticorum* pro *acciti;* II, 7. *persuasores* pro *pervasores;* II, 15. *bellare rideat* pro *bella derideat;* II, 33. *in pectoris* pro *inspectoris.* 8) Archiv VIII, 309. 9) Archiv VIII, 569. Apographi fragmentum sec. XVII. gestorum Anselmi ex Wilthemii schedis servatur Bruxellis. Archiv VII, 36. VIII, 503. 10) A 2. legit I, 17. *ex Cain generatis*, A 3. *ex ea ingeneratis;* A 2. I, 19. falso *Alantis* pro *Alani*, A 3. *Al* esse *M* putans *Mantis.* 11) Ampl. coll. IV, 843: *Quod vero spectat ad opus Harigeri etsi hic illic emendatius possemus exhibere, res tamen tanti nobis non est visa, cum primorum antistitum Tungrensium gesta fere omnia fabulis sint conspersa* etc. 12) E. g. desiderantur in A 3. et 4. II, 2. verba: *dicina — tantum;* II, 5. in utroque codice deest *coelo;* II, 9. *Dei miracula* deest *Dei;* II, 10. desunt verba *sed eius;* II, 14. desideratur *preme;* II, 23. *quatuor quadragesimus;* II, 26. *futuram;* II, 11. uterque codex legit *in rabiem verso*, A 1. 2. *converso;* II, 12. *ignotumque*, A 1. 2. *ignotum est;* II, 15. *congregavit;* II, 21. *struentes;* II, 24. *percutit;* II, 26. *iubet, coeperit;* II, 27. 12 *congregati;* II, 30. *in se;* II, 33. *inspirante, inspectoris;* II, 34. *crediderat.* Neque ultimum est argumentum Alexandri nomen in utroque codice falso scriptum; de quo vide supra.

est quod reliquos codices nos non vidisse doleamus, in quibus et recisus et interpolatus est, ut ex descriptione et annotationibus quas dedit Chapeaville[13] *satis elucet.* B. *duos signavi codices, qui textum habent recisum, nondum vero interpolatum.*

B 1. *Cod. Alnensis, quem membranaceum ab abbate monasterii Alnensis nactus est Chapeaville; hodie servatur in bibliotheca viri doctissimi Thomae Phillipps Equitis Mediomontani, Pertzio tamen a.* 1844. *praesenti, in plurima codicum pretiosissimorum copia latens, monstrari non potuit.*

B 2. *Cod. S. Martini Leodiensis ecclesiae collegiatae, membr. pervetustus, quem per omnia alteri illi similem Raymundo Leodiensi canonico debuit Chapeaville*[14]. *Ambo, ut testatur,* fusiorem et ornatiorem quibusdam in locis dictionem habent, reliqua omnia exemplaria quae videre licuit, iisdem in locis breviorem et magis historiae accommodatum sequuntur, servata interim per omnia in omnibus exemplaribus earundem rerum gestarum conformitate. *Quibus ex verbis elucet genuinum Herigeri et Anselmi textum Chapeaville omnino non attigisse. Nam in his quoque codicibus mutilatum esse Gestorum textum ex iis quas attulit variis lectionibus luce clarius apparet. Non sunt sane magni momenti, in capitibus vero II,* 15—18. *se hos solos codices secutum esse his probat verbis Chapeaville*[15]: In separando textu Anselmi ab additionibus Aegidii Aureaevallis 15 hactenus usi sumus codice Cruciferorum, qui hic est mutilatus, desunt enim illi quatuor capita 14—17. (15—18). Quae restituimus ex codicibus Alnensi et S. Martini. *In utroque vero codice extrema capitis* 15 *aliaque nonnulla desiderantur*[16]. *Quae qui sciat minime eo movebitur, quod S. Martini unus est codex ille qui Herigeri librum sub Notgeri nomine proferat.*

C. *Tertium genus unum tantum codicem habet a continuatoribus prae ceteris lectum versumque in suum usum; est codex conventus Cruciferorum Leodiensis, qui Chapeavillio teste, Aegidiano conformem habet textum absque Aegidii additamentis. Codex est chartaceus sec. XVI., inscriptus* Liber fratrum S. Crucis in Leodio, *quem Leodii vidit Bethmannus v. cl.*[17], *eiusdemque generis* 17 *videntur esse exemplaria quae ab ill. viro Th. Phillipps servantur*[18]. *Est longe alius multoque magis recisus textus quam in* B., *qui in hoc codice legitur. Desiderantur penitus capita supramemorata II,* 15—18, *verum textum recisum et fucatum esse et Aegidii textus ipsaeque probant quae hinc inde apud Chapeavillium exstant lectiones codicis* C. *Eademque menda et lacunae recurrunt magna ex parte in codicibus generis quarti, quod quin ex illo munarit nemo dubitabit*[19]

D. *generis codices sunt recisi et interpolati et a posteris scriptoribus continuati.*

D 1. *Herigeri et Anselmi textum recisum et ab Aegidio interpolatum exhibet codex Aureaevallis, quem Aegidii autographum esse coniecit Chapeaville. Hoc igitur codice, ex monasterio S. Huberti in Arduenna petito, quasi fundamento haud felici consilio in sua editione usus est.*

D 1*. *Cod. conventus capucinorum Leodiensium cum illo coniungendus est, quem verbotenus illi* D 1. *correspondere affirmat Chapeaville.*

13) In praefatione ad Gesta epp. Tungr. Trai. Leod. I. 14) De hoc codice vid. Sanderi bibl. Belg. msc. I, 24, 26. 15) I, 128. annot. 16) Vide notas criticas textui subiunctas; duae in capite II, 15 lacunae deprehenduntur. 17) Archiv VII, 439, VIII, 478. 18) n. 435, 1130. Archiv VII, 96, 97. Codices illius generis longe antiquiores exstitisse Sigebertus et Rupertus comprobant. 19) I, 38. desideratur in C. *vita*, itemque deest vox in codicibus generis D; II, 53. C. legit *conculcandum* pro *inculcandum*, eandem lectionem habet genus D; II, 55. in utroque genere pro *portentuosis nominibus* occurrit *nominibus daemoniosis*.

D 2. *Codex membranaceus, quem viro nobili debuit Theodoro de Groesbeeck, textum Herigeri et Anselmi mutilatum et ab Aegidio interpolatum exhibet una cum Ioannis Hocsemii canonici et scholastici Leodiensis continuatione, qui anno* 1334. *ineunte scribendi initium fecit et in Leodiensi episcopo Engelberto*
20 *de Marcka a.* 1348. *calamum deposuit*[20].

D 3. *Ultimo denique loco ponendus est codex Tungrensis, quem a Guilelmo Herkenroede canonicorum Tungrensium priore accepit, in quo Aegidii et Hocsemii continuationibus suam ad annum* 1389. *usque adiecit Radulfus de Rivo Tungrensis ecclesiae decanus*[21]. *Cui addi posse videtur*

22 D 4. *cod. Hamburgensis hist. Germ. fol.* 31[b]. *sec. XIV. XV. XVI.*[22] *Iohannis de Stabulao, qui eundem Aegidianum Herigeri et Anselmi textum recepisse coniiciendus est.*

His codicibus alia quaedam accedunt auxilia quae nonnullorum episcoporum vitis haud paucas afferunt emendationes. Inter quae primum locum tenet

1) *cod. Leodiensis* 260, *quem contulit Bethmannus vir cl. In hoc codice S. Servatii legitur vita, quae, extremis lineis exceptis, nihil est nisi Herigeri textus c.* 22—28. *Valde dolendum est hunc Herigeri codicem periisse, ex quo haec S. Servatii vita manavit. Codex neque mutilatus neque interpolatus generi* A. *adnumerandus est, sed alius eiusdem generis eum esse familiae sanae lectio-*
23 *nes probant iis locis quibus in* A 1. 2. 3. *perversa menda deprehenduntur*[23].

2) *Simili codicum generi adscribendus est ille, in quo sola legebatur S. Remacli vita cum epistola ad Werinfridum, quemque ducem habuit Surius in sua editione vitae S. Remacli. Textum neque recisum habet neque interpolatum, eique haud paucas debemus emendationes. Sed neque scio quem codicem Surius secutus sit, neque ipsos qui in meam notitiam venerunt vidi codices. Sunt vero quatuor quod sciam. Videtur antiquissimus Bernensis membr. sec.* X[24]; *Stabulensem membr. perantiquum vidit Chapeaville; Trevirensis membr. sec. XI. fol. inscribitur* Notkeri vita S. Remacli[25]; *Sangallensis sec. XI. membr.* 4. *itemque hanc prae se fert inscriptionem:* Notkeri Leodiensis ad S. Landpertum pres-
26 byteri vita S. Remacli[26].

3) *Eiusdem fere naturae est, ni fallor, vita Wolbodonis quae in Actis SS. edita est. Sunt Anselmi capita* 30—36. *de Wolbodone episcopo ex genuino textu desumta, qui etsi codicibus* A 1. 2. *propinquus, melioribus tamen lectionibus non caret*[27].

4) *Alius notae est codex cuius fragmenta dedit Henschen in Actis SS. ad vitam S. Servatii, Herigeri capp.* 20—25, *secundum collationem quam institue-*
28 *rat Rosweyde, collega illius*[28]. *Quae fragmenta si accuratius examinaveris, quin generis* C. *sit codex vix dubitabis; nam uno alterove loco excepto cum textu Chapeavillii consonat. Itaque auxilium plane nullum hinc petendum est.*

20) Chapeaville II, 272. 274. 21) Chapeav. III. ab init. Radulphi de Rivo duos codices, Alnensem unum, Lovaniensem alterum notavit Sanderus bibl. Belg. msc. I, 27. 22) Archiv VI, 240. 23) Pauca exempli gratia apponere iuvat: I, 22. perverse legitur in A 1. 2. 3. *salutem,* vita Serv. recte habet *saltem;* I, 23. A 1 2. 3. *genu inculcantes,* vit. Serv. *incurvantes;* I, 24. A 1. 2. 3. falso *per manus,* vit. Servat. recte *perinmanis;* I, 25. A 1. 2. 3. falso *irriguit,* vit. Serv. bene *irrugiit;* ib. A 1. 2. 3. *invenire* falso, vit. Serv. *invenires;* A 1. 2. 3. *ingeminantius* falso, vit. Serv. recte *ingeminantium.* 24) Archiv V, 483. 25) Archiv VIII, 608. 26) Archiv IV, 334. 27) II, 32. A 1. 2. 3. 4. falso *vitae,* elog. Wolbod. recte *viae;* II, 33. A 1. 2. 3. falso *prioris,* elog. Wolbod. recte *peioris;* II, 35. A 2. 3. 4. falso *licet,* elog. Wolbod. *lucis.* 28) Praefat. c. 3. *Quae* (acta Servatii) *praetermissis Aegidii Aureavallensis interpolamentis, lubet hic verbatim proponere iuxta correctionem et emendationem Rosweidi nostri manu factam ad fidem veteris exemplaris.*

Tertii denique generis sunt praesidia quae ad Herigeri textum sanandum ex fontibus eius vel descriptoribus petivimus, quibus aeque quaedam corruptionis remedia debentur. Ex quibus praecipue

1) Vitam sanctorum Eucharii, Valerii et Materni in Herigeri capitibus 8—14. *consuluimus, et hinc inde* 2) *S. Landoaldi vitam ipso Herigero auctore et Notgeri vitam S. Hadelini in auxilium vocavimus*[29].

De editionibus Herigeri et Anselmi pauca tantum dicenda sunt; primum in lucem prodierunt chronica in Ioannis Chapeaville Leodiensis canonici et vicarii libro Gesta pontificum Tungrensium, Traiectensium et Leodiensium, *Leodii* 1612. 4. *p.* 1—98, 99—318; *idem liber minime emendatus vel mutatus, uno qui in fronte est folio denuo typis expresso, nova tanquam editio Leodii* 1618. *iterum editus est*[30]. *Ex iis quae supra de codicibus diximus satis patet, et legenti vel sponte occurrit, quam infelici successu criticae exercendae conatum fecerit Chapeaville, qui interpolatum codicem ducem sibi sumserit. Omnia susque deque sunt, et in quo acquiescas nihil habes. Haec una est Herigeri editio. Anselmi genuinum textum dein in amplissimae collectionis monumentorum tomo IV. p.* 843—911. *ex codice Andaginensi ediderunt Martene et Durand. Singulam S. Remacli vitam edidit Surius in Actis SS. V,* 17. *et fragmenta eiusdem vitae habent Duchesne I,* 642. *et Bouquet III,* 544—547. *Singulae ex Herigero desumtae leguntur vitae S. Servatii, Amandi, Monulfi, Remacli in Actis SS. ad* 13. *Mai.,* 6. *Febr. et* 16. *Iul. In fragmentis denique Anselmi quae in Bouqueti collectione continuata t. XI,* 9—12. *exstant, Martenium editores secuti sunt*[31].

In constituenda denique chronologia antiquissimorum temporum Bollandistas in tanta rerum obscuritate sequi certissimum esse ratus sum; in Anselmo, post imperatorum privilegia et tabulas publicas, annales Lobienses et Leodienses in Monum. SS. vol. IV. probi duces fuerunt.

Scribebam Berolini mense Iulio 1845.

RUDOLPHUS KOEPKE.

Domno[a] *Annoni, venerabili Coloniensium archipraesuli, presbiterorum infimus A., praedicare annum Domini acceptum, et suam Christi familiae fideliter dispensare annonam. Gloria omnipotenti Deo, qui nostris ita nomen suum dignatus est glorificare temporibus, ut*

a) *deest inscriptio* 1. *codex* 2. *hos versus praemittit.*

Hic liber est scriptus clarus studioque legentis
Gestis pontificum iam quinquaginta duorum
Sedis Tungrensis, Traiecti, Leodicensis.

3. *inscribitur:* In hoc libro sunt indita gesta. L. duorum pontificum . Tungrensis . Traiectensis . Leodiensis . *et manu saeculi XV:* Cronica episcoporum huius dyocesis. Incipit prologus ad sanctum Annonem Coloniensem archiepiscopum in gestis pontificum Tungrensium Traiectensium et Leodiensium. *Sic quoque* D 1. 1*.

29) de quibus vide supra.

30) Hist. litt. Franc. VII, 198.

31) Vix est quod ea repetam quae vere iam perspexit Papebrochius a. 1688. in Paralipomenis ad conatum chronico-historicum de catalogis pontificum Romanorum in Actis SS. Mai. VII, 65, merum esse falsarii foetum locum illum quem quasi fragmentum ex litterarum naufragio servatum, Herigero in vita S. Gundulfi, et Papebrochio sciolus nescio quis obtrudere conatus est. Quum enim illo tempore inter Hadrianum Iordanum aliosque exarsisset contentio de genealogia S. Arnulfi Metensis, fragmentum illud Herigero suppositum e tenebris suis emersit, quod totum in eo versatur, ut Bodegisili ducis filium S. Arnulfum fuisse probet. Cui ut fidem faceret impudentem sibi excogitavit falsarius fabulam, quam ipsis Papebrochii verbis reddam: *Quomodo haec fuerint a Chapeavillio inserta historiae episcoporum Tungrensium, Traiectensium et Leodiensium, ac deinde revulsa non solum ab impressis exemplaribus, sed etiam ab originali membranaceo codice Leodiensis ecclesiae, qua deinde via acceperim illius membranae sic revulsae et adhuc Divione servatum ecgraphum, nihil attinet fusius explicare.* Ipsum Herigeri textum supposito illi foetui repugnare bene vidit Papebrochius, nostrique ad unum omnes codices luce clarius fraudem illam ob oculos ponunt.

*te, qualem cognovimus servum suum, sanctae Coloniae sponsum, Leodicensi aecclesiae prae-
fecerit archiepiscopum. Quarum altera, Leodicensis videlicet aecclesia, matris suae venera-
bilis Coloniae oppido gaudet tam fideliter te invigilare provectibus, et toto desiderii affectu
in amplexus tuae karitatis gestiens, sese[a] tuae paternitatis exoptat adiuvari pariter et con-
foveri amminiculis. Atque ut hoc sibi propensius tua debeat[b] benignitas, haec suorum per
me tibi dirigit gesta pontificum, ut qui per te ipsum studiose satis ad melioris vitae arcem
niteris, his profecto amplius ad[c] virtutem accendaris. Horum quidem pars[d] prior ab He-
rigero[e], Lobiensis cenobii abbate, absque capitulis est conscripta; cui nos capitula praeno-
tantes, nostram cum capitulis suis elucubraciunculam coaptare studuimus. Et cum illa
superior gesta eorundem pontificum a primo usque ad vicesimum[f] septimum, scilicet a
sancto Materno usque ad sanctum Remaclum digesserit, nos quoque nostrum opus, quod
1 precatu domnae Idae abbatissae[1] conscripseramus, decapitantes, ne eadem replicando
fastidium legenti faceremus, a beato Theodardo incepimus[f*], et ordinem episcoporum usque
ad domnum Wazonem, quem quinquagesimum secundum esse constat, prosecuti sumus; nihil
ponentes, nisi quod aut legimus, aut certa fidelium personarum relatione didicimus, aut
certe ipsi praesentes vidimus et audivimus. Enimvero matrem suam, sanctam videlicet
Coloniam, latere non decet, quot et quales humilis[g] Lethgia habuerit rectores; quorum[h] si
quos Deo placere[i] cognoverit, unde abundantius gaudeat, sedula mater habebit[k]. Matrum
enim est, filiarum proventus suos existimare. Quae etiam praeter candidatorum martirum
milia unius ex patronis nostris, beati videlicet Ebergisi[l], noverit se cineres servare, quos in
Trutmonia[m] nostri[n] episcopatus[o] villa[2] consepultos, ut haec eadem testantur gesta, a Bru-
none archiepiscopo eodemque ut aiunt duce, inde in monasterium sanctae Ceciliae tam me-
3 morabilis abbatissa quam[p] indigenae[q] praedictae Trutmoniae perhibent esse translatos[3],
ubi hodieque vacuum eius in maximo honore habetur sepulchrum. At quod vestrates eum[r]
Evergislum vocant ex aliquo huius nominis episcopo, cuius mausoleum forsitan ignoratur,
ob nominis consonantiam huic nostro Ebergiso hoc attributum esse arbitramur, licet non-
nulli hunc eundem[s] et Coloniensem et nostrum uno tempore fuisse contendant[t], eundemque
cum beato Severino, antecessore ut adiciunt[u] suo, vocum angelicarum in transitu[v] beati
Martini psallentium auditorem asserant[4]. Quod si ita esset, idem qui Coloniensibus quar-
tus, nobis vicesimus quartus extitisset. Sed hoc omnino[w] impossibile esse, liquido ex tem-
porum ratione colligitur. In transitu enim beati Martini secundus Archadii et Honorii
annus erat, qui est a dominica incarnatione quadringentesimus[x] primus. A quo ducenti
quinquaginta duo[y] usque ad Dagobertum regem computantur[z], circa cuius tempora hic
noster Ebergisus Traiectensi kathedrae praesidebat. Restat igitur ut dicant, suum Evergis-
lum aut post transitum sancti Martini per eosdem 252 annos usque ad Dagobertum
vixisse, ut sic videatur credibile, eundem vestrum et nostrum episcopum esse potuisse uno
tempore, quod fidem excedit; aut nobiscum credant eos omnimodo diversos esse, tum quia
a tempore diluvii nemo[*] 200 annis vixisse, tum quia inter beatum Servatium episcopum
5 nostrum, qui contemporalis fuit beato Severino, et inter istum Ebergisum tredecim[5] epi-
scopos nobis legamus praefuisse. In tuo igitur, domne archipraesul, pendeat iuditio[a],
utrum haec quae nostra sunt, iubeas ignibus dari necne; quamquam hanc materiam
utcumque dictatam, uti bene vivendi exemplum esse possit, salvam esse expediat.*

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI PRIMI.

1. Proemium opusculi sequentis.
2. Quod Deus omnia in numero et pondere et mensura constituit, et de mysterio crucis.

a) sanctae *Ch.* b) d. beata b. *Ch.* c) per 1. d) pras 3. e) harigero *Ch.* f) uicesimus 1. f*) coepimus *Ch.* g) *deest Ch.* h) ut si quos eorum *Ch.* i) placere *e corr.* 2. placeret 1. 3. placuisse *Ch.* k) inueniat *Ch.* l) ebregisi *Ch.* m) trumonia *Ch.* n) *ita* 1. 2. 3. B1. 2. o) episcopatu 1. 3. episcopii *Ch.* p) tam m. ab. quam *deest Ch.* q) omnes eiusdem trimoniae indigenae. *Ch.* r) cum 1. s) deest 3. t) contendunt 1. 2. 3. u) aiunt *Ch.* v) transitum 1. w) *deest Ch.* x) quadrigentesimus 1. y) ducentesimus quinquagesimus secundus 1. 2. 3. z) *ita* 1. 3. *Ch.* computantur *corr.* computatur 2. *) legatur *Ch.* *deest* 1. 2. 3. *sed videtur supplendum.* a) arbitrio *Ch.*

1) S. Caeciliae Coloniensis. 2) Cfr. I, 28; II, prooemium. 3) At non Ebregisi sed Evergisili archiep. Colon. corpus transferri iussit Bruno, ut testatur Ruotger in vita Brunonis cap. 31. 4) Gregor. Tur. de miraculis S. Martini I, 4. et de Severino vid. de confess. martyr. 45. 5) Undecim tantum si Herigerum audis.

3. Quod Dominus occidentales partes apostolorum principibus Petro et Paulo[a] dignatus est illustrare.
4.[b] Quando Petrus Romam venerit.
5. Quod Eucharium, Valerium atque Maternum Treverim[c] miserit.
6. Qualiter beatus Maternus defunctus, per baculum eius sit resuscitatus.
7. Quod hi tres viri Treberi, Coloniae, Tungri praedicaverint, et de insigni fonte Tungrensi.
8. Qualiter sanctus Eucharius populum resistentem oratione ligaverit et absolverit.
9. Quod filium viduae resuscitaverit.
10. Quod revelatum[d] sit cuidam senatori, omnes oportere baptizari[e].
11. De obitu beati Eucharii.
12. De vita et obitu beati Valerii successoris eius.
13. Quod beatus Maternus tot annis episcopus fuerit[f], quot diebus in sepulchro iacuit.
14. Qualiter eum Eucharius et Valerius de hoc mundo per visum vocaverint.
15. De octo episcopis qui beato Materno in sede Tungrensi successerunt[g].
16. Qualiter in diversis locis orthodoxi viri arrianae heresi restiterint.
17. De Hunis per totum imperium Romanum diffusis.
18. Quod ab inmundis spiritibus et ex magis mulieribus procreati[h] dicantur.
19. Qualiter ductu[i] cervae insula egressi, primo Gothos, deinde alias gentes, novissime Galliam invaserint.
20. De sancto Servatio.
21. Quod multi sancti viri contemporales illi fuerint, et de multarum urbium eversione.
22. Quod sanctus Servatius Romam adierit, si quo modo orationibus suis valeat Galliam ab Hunis liberare.
23. Qualiter ante tumulum beati Petri per visum de eversione totius Galliae et de obitu suo sit edoctus.
24. Rediens quid viderit, commisso gregi exponit.
25. Oratio eius et lamentatio clericorum et populi, et de obitu eius.
26. Quod Huni multas Galliae urbes cum Tungri subverterunt, quos item[k] Franci a Galliis expulerunt.
27. De sancto Remigio et novem Tungrensibus episcopis.
28. De sancto Domitiano, item Perpetuo et Ebregiso.
29. De sancto Iohanne.
30. Quod ei a transmarino quodam praedictum sit, eum Traiectensem episcopum futurum.
31. Quid ad hec ille responderit, quodque baculus eius terrae fixus floruit, et de episcopatu, vita et obitu eius.
32. De sancto Amando.
33. De serpente orationibus eius fugato, et quod clericus factus Turonos, hinc Bituricos, tunc Romam, itemque inde Gallias repetierit.
34. Quod episcopus ordinatus multa bona opera fecerit.
35. Quod Gandensem[l] populum converterit, Bavonem recluserit, mortuum suscitaverit.
36. Dagoberti regis filium catezizat[m], Traiectensem episcopatum post triennium dereliquit.
37. Quod contemnentes verbum Dei ex ore eius ultio divina percussit, cecus ex aqua manibus eius infusa visum recepit.
38. Insidiatores suos cecitate percussos, itemque caecam mulierem illuminat, monachum inobedientem paralisi percussum liberavit.
Enumeratio virtutum eius et dormitio.
39. Proemium in vitam beati Remacli.
40. De regno Francorum et Aquitania, unde sanctus Remaclus originem duxit.
41. Quod idem a beato Sulpitio, dehinc sub Elegio educatus, palatii primoribus innotuerit.

a) IIII *numerus inseritur errore quodam in* 1. b) V 1. 2. *qui deinceps numeros uno maiores habent.* c) Treberi 2. d) relatum 1. e) babtizari 2. f) fuit 3. g) successerint 2. h) *deest* 3. i) dictu 1. 2. 3. k) itē 3. l) Gaudensem 1. m) catecizat 3

42. Quod beato Amando in kathedra Traiectensi successerit, et qualiter ibi vixerit.
43. Qui sancti viri sub eo coaluerint.
44. Sancto Trudoni adhuc puero quid eum oporteat facere praedicit.
45. Quam alienus fuerit a cupiditate.
46. Quod Sigebertus ex consilio eius coenobium primum super Sesmaria[a] fluvium, deinde in Arduenna construxit.
47. De Malmundarii constructione.
48.[b] De Stabulaus constructione.
49.[c] Quod designato sibi successore heremiticam vitam expetierit.
50.[d] Responsio filiorum, ne hoc fieret refragantium.
51.[e] Item excusatio eiusdem sancti viri.
52.[f] Quod multi eius exemplis seculum reliquerunt.
53. Quod crescente religione creverunt res aecclesiae.
54. Exortatio sancti sacerdotis ad fratres instante die vocationis.
55. Obitus ipsius.

EXPLICIUNT CAPITULA.

GESTA PONTIFICUM TUNGRENSIUM SIVE LEODICENSIUM.

PROEMIUM OPUSCULI SEQUENTIS[h].

Omnis antiquitas, ut ait oratorum maximus, *quo propius*[i] *aberat ab ortu et divina progenie, hoc melius ea fortasse quae erant vera cernebat*[k. 6]; verum angelo Daniheli narrante novimus, quia *pertransibunt plurimi, et multiplex erit sententia*[m], in antiquis utique vigente ratione, veritatis indagatrice, et perspicatia futurorum, in modernis vero fide credulitatis[n], quam primum pollente cum plurima scientia praeteritorum. Illis diuturnitas vitae, vetustatis obducens callum[7], cognitionem praestitit omnium rerum; nobis econtra,

Dan. 12, 4.

quod callidus[o] *sanguis, quod*[p] *rerum inscientia*[q] *versat*[r. 8],

utinam non avolet ob brevem vitam et curam sollicitudinum, antiquorum memorare inventa virorum.

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi, sed[s] *inlacrimabiles,*
Ignotique urgentur[t] *longa*
Nocte, carent quia vate sacro[9].

10 Haec ut credo perpendens, abbatum reverentissime[10], et quia necesse est, quanto iuniores, tanto esse perspicatiores: obtulisti libellum de vita tam nostri quam vestri spetialis patroni, domni scilicet Remacli[11], conquestus propter incuriam tamen[u] praedecessorum vestrorum[v. 12] brevius quam ut res expostularet pro magnitudine gestorum eius esse editam[w]. Simulque visus es, ne[x] dicam precari, sed potius exhortari, ut eam nullo[y] modo examplari[z], verum aliquanto[*] lepidius[a] mandarem polliri[b]; tum quod gestorum illius aliunde sumptorum subpetat copia, tum quod temporum, quorum diversitas nunc maxime scito[c] opus est, ex cartulario vestro non desit noticia. Sed ad haec dum te cum tuis omnium arcium praesulem esse constaret, illudque Pierium animo occurreret:

13 *In silvam ne ligna feras!*[13] et
In mare quid pisces, quid aquas in flumina[d] *mittis?*
Suspensam interea librare silentia[e] *mentem*[14]

a) sesmara 2. 3. b) *deest numerus* 3. c) XLVIII. 3. d) XLVIIII. 3. e) *deest numerus* 3. f) L. 3. *et ita deinceps.* h) P. libri. 2. i) proprius 1. 2. 3. k) cernebat *Sur. Ch.* cernebant. 1. 2. 3. m) scientia *Sur.* n) *ita e corr.* 2. *qui, ut* 1. 3. *legunt*, crudelitatis *habuisse videtur.* o) callidus *corr.* calidus 2. quos calidus *Sur. Ch.* p) quos *Sur. Ch.* q) inscientia *corr.* inscitia 2. r) *Recepta lectio est* vexat; versat *occurrit in Veneta ed principe Horatii.* s) *omisit* omnes. t) Urg. ig. *Hor.* u) tam B 1. 2. C. v) *ita* B 1. 2. C. *Sur. Ch.* nostrorum 1. 2. 3. w) eruditam *Sur.* x) ut ne *Sur.* y) nullo *corr.* non 2. *Sur.* z) examplari *corr.* exemplari 2. *) aliquando *corr.* aliquanto 2. a) lipidius 1. b) polliri *corr* poliri 2. *cuius correctiones ejusmodi non omnes attuli.* c) scitu *Sur.* d) flumine 1. 2. 3. e) silentia *corr.* scientia 1.

6) Cicero Tuscul. disput. I, 12. Eadem verba recurrunt in Herigeri epistola ad Hugonem, cfr. praefat. 7) Tusculan. III, 22. 8) Horat. Ep. I, 3, 33. 9) Horat. Od. 4, 9, 25. 10) Werinfridus Stabulensis; vide praefationem. 11) Cfr. quae diximus in praefatione. 12) Stabulensis est monachus qui primus S. Remacli vitam scripsit. 13) Horat. Serm. I, 10, 34. 14) Cf. Claudian. de bell. Get. 457.

coeperant, cum ecce memoriam offendebat, quia vires quas imperitia denegat, karitas ministrat, et quia incepto tantum opus est, cetera res expediet[a]. Igitur adorsus sum, et ut verbis cuiusdam sapientis utar et ex illo quantum res poscit[b] tollam, „*exhortatione tua, quae et praesentis honestate propositi et futurae aetatis utilitate coniuncta est, nihil antiquius*[c] *existimavi.*“ Et ne auctoritatem diffugere viderer, ei muneri[d] libentius adquievi. Praesumenti enim auctoritas datur, dum[e] credit praestari posse quod petitur; et parere scire, aequalis est gloria cum imperante. Fecerant idem iamdudum aetate venerabiles Hilduinus abbas in passione sancti Dyonisii[15], Hincmarus archiepiscopus in vita sancti Remigii[16], et alii quam plurimi in non paucorum compilandis gestis sanctorum. Quibus auctoribus[e*] optinere[f] possumus optimis[g], quod in omnibus causis et solet et debet valere plurimum. Nam

Numquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, aetas, usus semper aliquid apportet novi[17].

Et ne hic labor, qui te adhortante susceptus est, inferacis operis[h] fiat: non eius modo cuius meminimus, sancti scilicet Remacli, verum caeterorum nostrae sedis pontificum tempora et gesta, quae undecumque potuere conradi, ad nostra usque tempora collegi, et cuius potissimum anhelabas desiderio, vitam inde exceptam[18], votis tuis porrexi; longe quidem mea sententia ab oratoris obtimi[i, 19] excellentia me ratus differre, qui plurima paucis absolvere, pauca plurimis protelare, vel magna extenuare, maxima e minimis efficere, lata anguste, angusta late, vulgata dicenter[20], dicentia[k] intellectualiter, nova usitate, usitata nove, et id[l] genus valeat plurima delibare, cui et a poeta praecipitur:

Aut famam sequere, aut sibi convenientia finge[21].

Nec ut scolares posito themate, quibus verbis uti potuit, qui iniuriam passus est, vel ille qui intulit, aliquid finximus frivolum, immo nec creperum[22]. Quod etsi eloquentissimum quendam dicentem „*quod et si haec*, inquit, *uterque non dixit, tamen in voto habuit et in actu ostendit*,“ sectari contenderem, nullius utique iuditium extimescerem. Verum haec alias. Misi, inquam, karitati tuae munus, quod minus[m] quidem effitientiae securitate, maxime autem susceptum amicitiae praesumptione. Magna[n] etenim in difficillimi operis cursu[o] amicitiae[p] contemplatio supplet, et placere multa saepe rerum copia suppeditat. Unde licet verear nedum imperato[q] muneri[r] par nequeam esse, deficientis culpa in adhortantis[s] cedat iniuriam: tamen cum tuam specto benivolentiam, fit omne pronum et facile, et ut ita dicam voluptuarium[t], quod in tuae iocunditatis impenditur praescriptum. Hoc autem munere impenso sollicitum te reddere cupio; quia si quid operum tuorum quandoque postulavero[u], iniurius mihi fueris, si negabis.

Quisquis magna dedit, voluit sibi magna remitti[23].

Set non arrogantur[v] magna, quippe tuis meritis et nostris votis imparia, quapropter oblatrantis morsus timeo invidiae, quia in difficili re facile solet livor praeiuditium importare.

Denique non omnes eadem mirantur amantque[24].

Ergo

Non istic obliquo oculo mea famina *quisquis*[w]
Limet, non odio obscuro morsuque venenet[25].

Set tu pater beatissime mei laboris tuaeque adhortationis assertor[x], caveas securum[y] me peractum reddat officium, cum tibi pudor amici dignius possit convenire, si displicet[z].

a) expediat 3. b) p. acervo t. *Sur. Ch.* c) antiqus 1. d) *ita e. corr.* 2. *qui* numeri *ut* 3. *habuisse videtur.* numerari 1. e) cum *Sur.* e*) auctoritatibus B 1. f) *ita corr.* 2. optineri 1. 3. B 1. C. D 1. 1*. g) oportunis C. h) *ita corr.* 2. inferaci semper 1. 3. inferaciter fiat *Sur. Ch.* i) primi *Sur.* k) *ita* 1. 2. 3. dec. — dec. *Ch.* l) ut precipit *post add.* 2. m) *ita Surius; deest in omnibus codd.* non *corr.* 2. n) magnas *Sur.* o) vires *addit Sur.* p) amiliciae 1. q) impato 1. r) numeri 3. s) adhortandis 3. t) uoluntarium 3. *Sur.* u) expostulavero *Sur.* v) arroganī 2. 3. *Sur.* w) quisq 2. 3. quisquam *Sur* x) afferior 2. 3. *corr.* assertor 2. asserior 1. y) *ita Sur.* insecurum 1. 2 3 z) Vale *addit Sur.; sequuntur apud eundem hi versus:*

Quod nec vota pati nec fingere somnia possunt,
Gaudens semper habe: gaudent prae nomine molles
Auriculae: tibi me virtus tua fecit amicum. Iterum vale.

15) Hilduini epistolam ad Ludovicum Pium S. Dionysii passioni praemissam ante oculos habet. Sur. V, 636. 16) Vita S. Remigii praefat. 7. Act. SS. Oct. I, 132. 17) Terent. Adelphi V, 4, 1. 18) i. e. e vitarum serie selectam, seorsim editam. 19) Ciceronis locum de Oratore III, 26. ex suo ingenio interpretatur. 20) i. e. decenter, decentia. 21) Horat. ars poetic. 119. 22) i. e. dubium; vox apud Festum, Varronem, Lucretium obvia. 23) Martial. epigramm. V, 60. ad Stellam. 24) Horat. Epp. II, 2, 58. 25) *commoda quisquam Limat* etc. sunt verba Horatii, Epp. I, 14, 37.

2.[a] *Quod Deus omnia in numero et pondere et mensura constituit, et de mysterio crucis.*

Deus summe bonus, cuius divina ex aeterno natura regnat et in aeternum sine aliqua mutabilitate [Sapient. 11, 21.] perdurat, omnia providens[b] prudenterque disponens, universa in numero et mensura et pondere constituens[27], ipsum quoque universitatis mundum sponte sibique tantum conscia voluntate, cum non subsisteret, pulchrum pulcherrimus creavit, ut esset; non eum ex sua proferens substantia, ne coaeternus crederetur, quippe ex propria essentia[c] solum et sibi nota ratione coaeternum, per quod omnia formarentur, ex corde eructuaverat verbum. Neque ut idem crearetur mundus molitus est aliunde, ne iam vel in materia, vel in[d] cooperatione altrinsecus esset quod eius omnipotentissimam voluntatem extra petitis amminiculis, nec satis ad id peragendum sufficientibus, adiuvaret, ac subinde tale quiddam esset quod neque factum ab ipso esset et tamen esset; non inquam, sed verbo caelos convivificante[e] spiritu volubiles per- [Psalm. 103, 2.] duxit, et ut pellem omnibus superextendit, terram vero circumlibrantibus undique elementis in medio omnium collocavit, ita ut caelesti habitatione caelo dignas naturas efficeret, de terra vero terrena com- [28] poneret[28]. Quippe omnium potentissimus, solus summe[f] bonus, solus naturaliter unus, et quod huiusmodi sit solus ut nihil aliud sit nisi bonus, qui[g] omnia de nichilo et ex non subsistentibus nempe solus subsistens creavit valde bona. Quae quoniam non sunt[h] simplicia — non enim per se prodierunt, nec esse prorsus poterant, nisi ea is, qui solus naturaliter bonus est[i], esse voluisset — ideo quia bonum eorum a summo bono prodiit, eorum quoque esse necesse est bonum sit. Omnia inquam in numero et mensura et pondere suis quaeque temporibus proditura constituit, ipsumque universitatis mundum praediffinita dispositione quadripertitis elementis constantem, quatuor quoque plagarum climate quadravit, dispositissima dispensatione, ut credi datur, iam praesignans, quod hominem, quem creaturus erat et propter quem cuncta visibilia fabricabat, ipsumque quod idem pro nostra assumpturus erat salute humanum corpus, quadrifaria esset soliditate perfecturus, insigneque inde vivificae crucis, ut esset obstaculum adversus omnium insidias inimicorum, quadrilatera porrectione sancturus. Quod in karitatis omnium [Ephes. 3, 17.] virtutum perfectissimae plenitudine videtur apostolus commendare. *In karitate* inquit *radicati et fundati,* [Augustin ep. 140.] *ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis quae sit latitudo, longitudo, sublimitas*[k] *et profundum*[29]. [ep. 147.] In latitudine[l] scilicet bona opera karitatis, in longitudine perseverantiam perfectionis, in altitudine praemia regni caelestis, in profundo inscrutabilia signans iuditia omnipotentis, huicque intellectui coaptans mysterium salutiferae crucis[30]. Quod in eo[m] auctor redemptionis nostrae voluit sponte subire, ut passis palmis in cruce, reliquoque distentus corpore, ipsa membrorum positione omnia ad se credatur traxisse. In latitudine, quo per transversum extenduntur manus, propter bonorum operum secundum karitatem exhibitionem. In longitudine quoque propter tocius corporis crucifixionem, voluntatem in exibitione karitatis longanimem, borealem suae agnitioni plagam missis cultoribus addixit pariter et australem. In altitudine, quo capud voluit eminere, propter supernorum[n] promissorum expectationem, orientalem multis accensis praedicantium luminaribus irradiari voluit partem. In profundum[o] autem, quo sub pedibus pars crucis in abscondito terrae defixa latuit, propter occultam hominum ex Dei voluntate vocationem, plagam suae voluntati mancipare dignatus est occidentalem. Nec frustra illuc miseri- [Lucas 5, 31.] cordissimum spetialius deflexit intuitum; *non enim qui sani sunt egent medico. Venitque vocare peccatores ad poenitentiam, non iustos.* Orientalibus etenim quibusdam[p] nomen Domini timentibus sol iustiIciae quodammodo videbatur exortus. cum occidentales tenebris semper obtecti ignorantiae, delegissent eatenus creaturae potius quam creatori deservire[q].

3.[r] *Quod Dominus occidentales partes apostolis Petro et Paulo dignatus est illustrare.*

Non inquam frustra occiduis partibus pendens in cruce spetialius benignissimum dignatus est obtutum intendere, quas voluit tantis doctoribus, Petro videlicet cum Paulo apostolorum principibus, ut geminis lampadibus illustrare. Qui post plura virtutum et documentorum insignia diversis linguis et natio- [1 Corinth. 15, 10.] nibus mirabiliter praebita, Paulus quidem qui plus omnibus laboravit, ab Ierusalem usque Illiricum [Cfr. Rufin. II, 22.] Christi praedicans euangelium, tandem biennio ante victoriosissimae mortis triumphum Romanae arci contra Neronem et Symonem magum Petro intulit se[s] socium. Petrus autem et ipse quibusdam aecclesiis, deinde Antiocena[t] bene fundata aecclesia, pluribus iam ante annis eandem urbem, totius orbis primatum sibi defendentem, suo salutifero illustraverat adventu. Quorum qui fuerit exitus agonis[u], satis [31] est textus eorum triumphalissimae[v] passionis[31]. Hoc tantum suffecerit nescientibus memorasse, per biennium ante consummationem eos in commune cum Symone mago conflictavisse, postque detectionem et deiectionem magi, ab Agrippa et Nerone alterum crucis confixione, alterum gladio[w], neci simul addictos fuisse; et Petrum[x] quidem in praesenti mortem[y] occubuisse; Pauli vero tropheum, occupato in aliis Nerone, a militibus quibus traditus fuerat, quosque continuo[z] converterat, in annum quidem, sed in [2 Timoth. 4, 17.] eandem diem dilatum esse, quod ipse videtur in epistola a Roma ad Timotheum scripta significare. *Et*

a) *deest* 1. 2. 3. b) provide *Ch.* c) substantia *Ch.* d) *deest* 3. e) cum vivificante 1. f) us 2. 3. *e corr.* 2. e *Ch.* g) *erasum* 2. h) *deest* 1. i) *deest* 3. k) *deest Ch.* l) Latitudo 1. 2. m) ideo *Ch.* n) superiorum *Ch.* o) *corr.* profundo 2. p) *deest Ch.* q) deservisse *Ch.* r) *Numeri desunt in* 3. s) se *int.* 3. t) Antiochena 2. u) *deest Ch.* v) gloriosissimae *Ch.* w) capitis detruncatione *Ch.* x) *Quae sequuntur verba usque* Sed ut ad quod etc. *omnia desiderantur apud Ch.* y) morte 2. 3. z) continnuo *corr.* continuo 2.

27) Haud aliter Augustinus in libro de Genesi ed. Venet. III, 1. p. 168. 28) Augustin. l. l. p. 138. 29) Augustin. ad Honoratum ed. Venet. II, 446. 30) Allegoricam crucis interpretationem quam Augustinus adamat e. g. Enarrat. in Psalm. 103. Opp. IV, 1140, Serm. 53, 166. Opp. V, 317, 798, hoc loco ex epistola ad Paulinum de videndo Deo Opp. II, 486. sibi delibavit auctor. In libello de laudibus crucis, quem Hrabanus Maurus argutius quam verius conscripsit, talia, quod putare possis, non occurrunt. 31) Cfr. praefatio.

audiant inquit *omnes gentes, quia liberatus sum de ore leonis,* Neronem significans. Quod et satis testantur diversae multorum tam Graecorum quam orientalium episcoporum epistolae ad diversos scriptae, sicut in historiis aecclesiasticis quilibet potest invenire. Sed et Arator Romanae subdiaconus aecclesiae in libro apostolorum actuum ita confirmat:

Non eadem tamen una dies annique voluto
Tempore sacravit repetitam passio lucem[32]. 32

Et nobilissimus Hyspaniarum scolasticus prodit[a] Prudentius:

Unus utrumque dies pleno tamen innovatus anno
Vidit superba morte laureatum[33].

Sed ut ad quod animum ut[b] duximus articulum inflectamus, paululum praetermissa ad memoriam revocemus.

4. *Quando Petrus Romam venerit.*

Annus erat Claudii cesaris secundus, qui erat a passione dominica undecimus, cum Petrus, apud Antiochiam pro se ordinato Euodio, venit Romam, ubi per 25 annos Christum annuntians, id est usque ad annum Neronis 13.[34] et a Domini passione 36, animadvertit[c] suam per se praedicationem ad praeoccupandam omnem occidentalem plagam, suo apostolatui spetialiter destinatam, non posse sufficere. In magna enim urbe et tocius orbis principe, quia maximus undique circumfluentium gentium erat incursus, maximus totius idolatriae vigebat cultus, et quia tam[d] Symonis magi, quam multorum philosophorum et maxime Iudeorum legem Moysi semper defendentium obviandum sibi sciebat erroribus, delectis bonis vineae Christi cultoribus[e], misit qui offitium tantae legationis explerent in omnibus et Italiae et Galliae finibus. Ex quibus Marcum secundo ingressionis suae anno, cum euangelio a se quidem dictato, ab eodem vero conscripto, ad Aquileiam et alias quamplures Italiae urbes, novissime autem ad Alexandriam et Egyptum direxit. Aliis Galliarum partibus praedicatores idoneos et testes Christi veridicos misit, quos hic, quia alias festinare contendit, singillatim nominare nostra intentio nequaquam admittit. Ad[f] Galliam itaque, quae comata dicitur, Mediomatricum urbi beatum Clementem direxerat episcopum, non eum autem qui quartus ab ipso Romanae sedis administravit pontificatum, quique postea cum aliis multis veritatis assertoribus[g] ad Galliam brachatam Parisiorum Luteciae urbi sanctum misit Dionisium.

Cfr. Euseb. chron. Hieron. de viris ill.

Cfr. Rufin. II, 16.

5. *Quod Eucharium, Valerium atque Maternum Treverim miserit.*

Sub ipso enim tempore beatus Petrus ad metropolim Trebirorum[h] scilicet civitatem ternos destinaverat Trinitatis unicae astipulatores, in unitate fidei, corde et animo pariter et virtute concordes, Eucharium videlicet, Valerium atque Maternum[35]. Et Eucharium quidem pontificatus, Valerium vero diaconatus, Maternum autem subdiaconatus donavit honore, et data eis apostolica benedictione: *Videtis*[i] inquit, *fratres et commilitones, quanta est messis dominicae sationis, quamque multis indigeat operariis. Quia igitur omnibus catholici a me dogmatis*[k] *sanctionibus sufficienter edocti ac christiana admodum religione estis roborati, ite, in nomine Domini partes occiduas aggredimini, et ut boni milites Christi praeliamini bella Domini Dei nostri. Murum validissimum infidelitatis, quo totius Galliae vallatur populus ac Germaniae, divini spiculo verbi perfodite, ariete fidei dominicae propugnate. Potestas quoque a Domino Iesu Christo nobis collata in ligandi et solvendi auctoritate vobis semper assit, comitante*[l] *et nostra oratione cum nostri apostolatus sorte.* Tali itaque dotatam benedictione hanc societatem fraternitatis absolvit abire. Qui urbe Roma egressi peregrinatione suscepta felici, circumcirca incunctanter nomen praedicabant Domini Iesu Christi; cum vix paucorum evaserant iter dierum et tanti sodalitii[m] perpessi sunt dispendium.

Vita Euch. Val. Mat. 2.

6. *Qualiter beatus Maternus defunctus per baculum eius resuscitatus fuerit.*

Nam cum in quoddam castellum nomine Elegia[36] pervenissent, ibique aliquantum[n] temporis commorantes, omnes ad credulitatem instanter incitarent, sanctus Maternus a febre valida interceptus, humanis subito exemptus est rebus. Hinc[o] diabolus auxit laeticiam, quod Christus providit ad gloriam. Reliqui dolore insperato perculsi sed de Dei pietate non dubii, cadaver decernunt non insepultum relinqui, viaque qua venerant remensa, ad beatum Petrum quantotius reverti. Cumque[p] adessent inprovisi, suspiriis ab imo cordis tractis anheli:

Vita E. V. M. 3.

a) pd 1. *deest* 2 3. b) *erasum* 2. c) adnimaduertit *e corr. ut videtur* 3. d) *deest* 1. e) *corr.* deiectos bonos — cultores 2. deiectis b. c. 3. f) At *corr.* Ad 1. 2. g) assertionibus 3. h) Trevirorum 3. i) videns 3. *corr.* videtis 2. k) dochmatis 2. l) commitante *corr.* comitante 2. m) *ita e corr.* 2. *qui ut* 3 *habuit* solidatii. soliditatii 1. n) *Verba* aliquantum — incitarent *desunt apud Ch* o) Hinc — gloriam *desunt Ch.* p) *Verborum loco* cumque — opere *leguntur apud Ch. haec* infortunium quod acciderat nunciantes.

32) Sunt ultimi versus historiae apostolicae Biblioth. max. patrum X, 141. 33) Liber Peristephanon hymn. XII, 5. 6. 34) 14. apud Eusebium. 35) Eadem fere auctor in vita sua metrica S. Ursmari his versibus inclusit, cfr. Mabillon Act. SS. saec. III, 2. p. 608:

Et Clemens Mediomatricum missus ad urbem
Edocet in solum vicinos credere Christum.
Treveribus terni mittuntur corde fideli,
Trinum personis Dominum deitate sed unum
Credere qui doceant populum lavacro renovandum,
Scilicet Eucharius, Maternus, Valeriusque.

Cfr. praefat. 36) *Locus quidam in Elisatio pago nomen habens Elegia.* Epist. Herigeri ad Hugonem, cfr. praefat. Hodie villa Ell ad rivum Ill inter Kogenheim et Ernstein, e regione oppidi Benfeld. Vide Calmet hist. de Lorr. I. p. III; Laguille hist. d'Als. p. 47. Idem occurrit locus apud Geographum Ravennatem his verbis: *Civitas quae dicitur Alaia iuxta civitatem Stratisburgo.* Alege appellatur in bulla Leonis IX. papae Grandidier I, p. CCLXI, et in litteris Friderici episcopi Argentoratensis a. 1387 haec leguntur verba, quae attulit Grandidier I, 14: *In quo quidem loco Elley multi christiani de diversis regionibus ad beatissimum patrem nostrum S. Maternum per totum anni curriculum confluunt.*

Ecce inquiunt, *Domine, quem collegam et cooperatorem dignatus es dare, extremo vitae per omnia functus humanae, comitatu vitae susceptae incepto nos quoque frustratus est opere.* At apostolus benigne eos consolatus[a], *Revertimini* inquit *quantotius, et vobiscum nostri tollite petalum pontificatus, nec*[b] *de Dei pietate et nostra auctoritate diffisi, super defuncti ponite corpus, simul imperantes ut protinus surgat, iterque coeptum comitans, opus euangelistae*[c] *faciat, mynisterium*[d] *iniunctum expleat. En inquam baculus pontificalis patrator efficacissimus signorum, tocius virtutis solamen et alleviatio*[e] *vestri laboris. Sicut fuit Dominus semper mecum in omnibus, ita votis vestris ubique assit propitius.* Hac apostolica consolatione iterum animati, tandem quadragesimo postquam inde[g] dimoverant die, sine cunctatione[h] ad corpus regressi sunt defuncti, et egesto terra tanto thesauro, ut veritatis dominicae promissa firmarentur, *qui*
Ioan. 15, 12. *credit in me, opera quae ego facio ipse faciet et maiora horum faciet*, et ut eorum mentes ad signa patranda corroborarentur, quorum[i] pedes ad euangelizandum pacem dirigebantur, cuius umbra sanaverat
37 omne genus morborum, eius baculus a morte beatum revocavit Maternum [37]. Qua visa virtute roborati, quid putas super recepto sodali animis eorum accumulatum[k] est gaudii? Quanta super profunditate inscrutabilium iuditiorum Dei superque potentia divinitatis eius inenarrabili? Quaeque apud superos[l] viderat et si omnia lingua humana promere non licebat, conferendo et itineris conviantium laborem
Vita E. V M. 5. leviabat, et ad Christi magnalia praedicanda mentes collegarum amplius animabat. Incolae autem eius loci laudes inmensas in caelum extulerunt, et multi paganorum baptismi[m] gratiam indepti unitati fidei se coniunxerunt. Et[n] mortis illius occasio multorum fuit ad vitam resurrectio. In quo loco postea christiani aecclesiam construxerunt, eique
c. 6 ex eo quod ibi acciderat nomen Resurrectionis imposuerunt. Illi vero postquam multos ad fidem Christi imbuerunt, et iam[o] ad alia loca tempus transmigrandi videntes, valedicentes fratribus per Galliam et quocumque transibant verbi divini spargentes sementem, tandem pervenerunt ad antiquissimam Trebirorum, trium civitatum metropoleos, urbem. Quarum medianam matremque, Mediomatricum scilicet civitatem, — quam Romani, qui[p] pene quicquit uspiam gentium erat suo subdiderant imperio, ob memoriam Mettii Fofecei Albanorum regis, Mettim[q] vocaverant, sicut et ob memoriam Tulli, Romanorum tercii regis[r] eidem[p] contemporalis[37*], et primo quidem sibi foederati, sed post ob rutum foedus male multati, Leuchum Aulercorum populosam civitatem Tullum nominaverant — Metensem inquam urbem quidam divini iubaris iam irradiaverat spiculus, beatus videlicet Clemens a beato Petro eidem urbi iam ante praemissus. Qui dum primo illuc adventasset et sub theatrales arenas, quia aliud non habuerat hospicium accepisset, aecclesiam sub beati Petri nomine[t], parvulam ibi dedicavit, in qua multos scenicis maxime ludis et lupanaribus deditos ad
38 Christum convertit [38].

7.[u] *Quod illi tres viri tribus civitatibus praedicaverint, et de insigni fonte.*

Quoniam igitur ut dictum est quidam veri solis eam quae Treberibus vicina est iam penetraverat radius, ea neglecta iam dicti[v] tres viri Trevirorum civitatem ingressi, ut ubique Trinitas quae ab eis praedicabatur, sub unius veri Dei cultu innotesceret vere, sub unius ipsorum trium pontificatu alias sibi duas contiguas civitates addidere, Agrippinam[w] cognomento Coloniam et Tungros. Cuius Plinius Secundus, qui temporibus Traiani augusti quadringentis et eo amplius ante eius subversionem annis claruit, in naturali historia, libro scilicet de naturis aquarum, mentionem facit in haec verba: *Tungris* [39] *civitas Galliae fontem habet insignem, pluribus bullis stillantem, ferruginei saporis, quod ipsum non nisi*
40 *in fine potus intelligitur. Purgat hic corpora, tertianas febres discutit, calculorum vitio* [40] *adest; aqua igni admota turbida est, ac postremo rubescit.* Et Octaviam eam ob honorem Octaviani[x] Augusti vel matris eius, sororis Iulii Caesaris, qui primus Galliam Romano subegit imperio et Germaniam, ferunt [41] fuisse[y] nominatam. In quibus civitatibus ut[z] boni verae vineae Christi agricolae[z] iam dicti tres viri semina verbi serentes divini, comitante[z] sibi omnium gratia virtutum, per eum quem semper secum beati Petri ferebant bacillum[z], multos ad Dei vivi cultum revocabant, abiecta idolorum cultura. Flectebatur leni Christi iugo ferocitas Gallorum, curvabatur imperio fidei cervicositas Germanorum. Et Gallicanus, teste beato Iheronimo, coturnus, *qui monstra non habuit, sed viris semper*[*] *fortibus et eloquentissimis*
42 *habundavit* [42], piscatorum discipulis et magisterio favorabiliter corda submittit. Laetabatur a patre[a] hereditas Christi, quia portio cotidie minorata[b] lugebat diaboli.

8. *Qualiter sanctus Eucharius populum resistentem orationibus ligaverit et absolverit.*

Vita E. V. M. 6. Cumque[c] sanctus Eucharius per singulos dies populum admoneret ut idola vana colere cessarent et ad Deum verum creatorem caeli ac terrae se converterent, illique nullo modo verbis eius adquievissent, quodam die cum sociis urbem ingressus est, eundem sermonem ad populum habiturus. Quapropter[c] pontifices capitolii zelo contra eos accensi,

a) consolatos 1. 2. consolans *e corr.* 3. b) nec — diffisi *desunt Ch.* c) euvangelistae 2. 3. *et sic deinceps.* d) mysterium *eadem manu corr.* mynisterium 2. *ita quoque* 1. e) alleviato 1. alleuato *corr.* alleuatio 2. g) *deest* 3. h) contatione 3. i) quorum — dirigebantur *desunt ap. Ch.* k) accu : : mulatum 2. l) supernos *corr.* superos 1. m) babtismi 2. n) Et — resurrectio *desunt* 3. o) et iam — videntes *desunt Ch.* p) qui — imperio, *dein* eidem — multati *desunt ap. Ch.* q) metum 3. *corr. ut videtur* mettim 2. r) r. t. 3. t) nomine Petri 2. 3. u) *deest numerus etiam* 1. 2. v) *deest initium apud Ch.* w) Agrippinam *corr. ut videtur* Agripinam. x) octouiani 3. y) *deest* 3. z) ut — agricolae *et* comitante — bacillum *desunt ap. Ch.* *) septem 1. a) *corr.* apte 2. b) *ita corr.* 2. imminorata 1. 3. c) Cumque — Quapropter *desunt apud Ch.; sequentia paulo aliter leguntur.*

37) Eandem fabellam postea repetiverunt Otto Frisingensis in chronico III, 15, Petrus Cluniacensis in libello contra Petrobrusianos in max. biblioth. patrum XXII, 1074. 37*) Cfr. gesta epp. Mettensium ap. Dachery II, 224. 38) Vid. Pauli Diac. gest. epp. Mettens. Mon. SS. II, 261. 39) Plinii nat. hist. 31, 8. 40) *calculorumque vitia: eadem aqua igne admota* etc. sunt verba Plinii. 41) *Octavia quae Tungris est vocata* legitur in vita S. Lupi poster. c. 33. Act. SS. Iul. VII, 77. 42) Hieronym. contra Vigilantium Opp. ed. Vallarsi II, 387.

maximam partem populi adversus eos concitaverunt, et expellentes eos extra civitatem lapidibus obruere voluerunt. Quod videns beatus Eucharius, ad arma orationis se cum suis convertit, obsecrans videlicet cum lacrimis omnipotentis Vita E. V.M c.7 Dei clementiam, ut et illis[a] contra incredulos pium praeberet auxilium et insanis infidelium turbis ad cognoscendam fidei veritatem capabilem aperiret sensum. Inter haec omnis illa sevientium turba mirum in modum ita caelitus obligata est, ut[b] alii ex eis[c] incassum iactui innitentes, brachiis extentis[d] inflexibiles starent, alii nichilominus pro colligendis lapidibus deorsum inclinati, terrae pronis cervicibus inhererent, et[e] omnes secundum uniuscuiusque[f] motum corporis immobiles et obstinati perdurarent. Dumque hoc fere per unius horae spatium ageretur, et cuncti per varios modos nexibus superni numinis astricti tenerentur, coeperunt omnes iam nimio dolore fatigati absolutionem suorum membrorum humiliter petere, seque credituros si absolverentur clamare. Tunc sanctus Eucharius iterum orationem ad Dominum fundens, omnem illam rebellantium multitudinem a vinculo doloris absolvit, et ad priorem statum reddita sanitate restauravit. Hoc viso miraculo, omnes pariter se ad pedes sanctorum provolventes, rogabant ut eis viam c.8. salutis ostendere non differrent, sed quid illis pro eorum recuperatione agendum, quidve vitandum esset citius insinuarent.

9. *Quod filium Albanae viduae resuscitaverit.*

Praedicante sancto Euchario, conpuncti sunt corde, ac[g] se numquam talia audisse vel comperisse testati sunt. c.13. Affuit etiam huic salutiferae ammonitioni divinae virtutis confirmatio, et eam mox subsecuta est stupendi miraculi attestatio. Nam fuit in eodem spectaculo quaedam vidua nomine Albana, genere praeclara, rebus opulentissima, quae a famulis illuc cum festinatione currentibus triste accepit nuncium, videlicet unicum filium suum, quem domi reliquerat infirmum, redeunte ad vitalia dolore esse mortuum[h]. Quod illa audiens, misit se statim cum lacrimis ad pedes sancti Euchari dicens: *Obsecro*[i] *te, renovator nostrae urbis et illuminator totius gentis, ut mei miserae iam bis orbatae miserearis, et viscera pietatis super me infelicissimam habere digneris. Nuper enim marito sum viduata, et heu! hodie miserabiliter unici filii morte sum destituta. Quodsi eum resuscitaveris, scias me certissime post haec praeceptis tuis libentissime obedire et cum ipso meo filio ac tota familia in Christum tuum credere*[i]. His gemitibus motus beatus Eucharius ibat cum illa, et pro tanti miraculi novitate, cum eo turba copiosa. Cum vero illuc pervenisset, assumptis secum beatis Valerio et Materno, domum introivit, populo extra fores exspectante eventum rei. Et prius quidem flectens genua, in orationem se dedit, et[k] ab oratione surgens, ad corpus exanime accessit, tenensque manum eius cum fiducia dixit: *Dico tibi, iuvenis, ut in nomine Iesu Christi qui unicum filium viduae sua virtute resuscitavit, tu quoque ad praesentem lucem redeas, et deinceps relicto demonum errore, creatorem tuum recta fide recognoscas.* Qui, redeunte anima, statim surrexit, et nondum fide imbutus, Deo gratias agere coepit. Quem assumens sanctus Eucharius, secum extra domum duxit, et coram omni populo virum et totius infirmitatis expertem matri reconsignavit. Tunc omnes qui aderant magnis vocibus coeperunt clamare dicentes: *Vere magnus et potentissimus Deus christianorum esse probatur, quia talia signa et mirabilia per famulos suos operatur.* Eadem die baptizata est[l] Albana cum filio ac tota familia, et de populo turba non modica. Domus vero eius non post multos dies a sancto Euchario est aecclesia consecrata.

10. *Quod revelatum sit cuidam senatori omnes oportere baptizari.*

Post haec quidam nobilis eiusdem urbis senator vidit somnium ad salutem cunctorum[m] civium profuturum. Quadam c.14. autem[n] nocte aspexit per somnium virum quendam coram se stantem, vultu elegantem[o], splendidissimis vestibus corruscantem, crucemque mirae[p] estimationis in manu ferentem ac sibi dicentem: *Isti viri, qui huc venerunt, servi Dei sunt excelsi, et propter vestram salutem huc destinati. Et ideo si mortem evadere et ad vitam aeternam vultis pervenire, omnia quae vobis dixerint facite, et praeceptis illorum cum omni devotione obedite.* Et haec dicens, ab oculis eius sublatus est. Facto autem mane convocatis civibus narravit per ordinem quae[q] per somnium viderat, quaeque audierat. Qua revelatione freti, coeperunt certatim ad sanctos Dei currere et sacri baptismatis[r] undam sicienter expetere[q]. Tantaque fuit per tres dies ad illos concursio, ut in flumine quod per mediam civitatem currit eos baptizarent, nec eorum aliter obpressionem ferre sufficerent, unde et accidisse creditur, ut ex eo tempore ipse rivulus ob infusionem sancti olei derivative Olevia[s] nuncupetur. Interim civitas a pollutione idolorum mundatur, error superstitiosus abicitur, destruuntur demonum arae, fabricantur per loca Christi aecclesiae, personat per urbem late tuba salutaris, omnesque invitat ac pulsat ad gratiam credulitatis, armisque fidei contra spiritualium hostium insidias[t] undique munitur, ymnusque novus in ea publice canitur, et quae antea creatorem suum non cognoscendo[u] erat adultera, ipsa se per fidem convertendo facta est Christi sacratissima sponsa. Interim per universas circumquaque regiones verbum vitae praedica- c.16 bant, et tam sermone quam virtutibus longe lateque pollebant, nam cecos illuminabant, debiles restaurabant, mortuos suscitabant, demones fugabant et omnes languores curabant.

11. *De obitu beati Eucharii.*

Cumque beatus Eucharius per 23 annos pontificatum Trebericae urbis teneret et aecclesiasticas res bene firmatas c.16 atque fundatas haberet[v], ipseque iam provectae esset aetatis: quadam nocte astitit ei angelus[w] dicens: *Euchari, fideliter in mandatis Domini laborasti, viriliter in agone praesentis vitae certasti; veni iam in requiem tibi promissam, et accipe certaminis tui incorruptibilem coronam.* His per visionem compertis, sanctus Eucharius valde gaudebat, et tempus eius dissolutionis intrepidus expectabat. Cum vero diem exitus sui sibi instare praenosceret[w], convocatis ad se discipulis ait: *Scio, fratres karissimi, me de hoc seculo citius migraturum atque debitum humanae conditionis expleturum, et ideo vos rogo, ut fidem firmam, spem inconcussam*[x]*, karitatem veram inter vos*[y] *habeatis, et nequaquam deinceps diabolicis erroribus consentiatis. Quod de me terrenum est, terrae commendate, et quod spirituale, spiritualibus quoque exsequiis procurate.* Ad c.17 beatum vero Valerium dixit: *Commendo tibi, frater karissime, sponsam Christi, aecclesiam videlicet*[z] *eius, quam in istis regionibus ipsius virtute adquisivi*[z]*, ut illam caste custodias et nullis eam errorum deceptionibus in diebus tuis pollui sinas. Mensuram euangelicae familiae*[*] *largiter eroga, commissa tibi talenta in eis fideliter multiplica, ut cum*[a] *iudex rationem ponere cum servis suis advenerit, non ut servus nequam et desidiosus pro infossis talentis puniaris, sed potius pro duplicitatis thesauris ad gaudium Domini tui feliciter introducaris.* Haec dicente sancto Euchario, subito cunctis qui aderant cernentibus lux clara velud fulgur emicuit, ac pene per unius horae spacium totam cellulam eius circumfulsit. At ille

a) *immo* sibi *ut habet vita E. V. M.* b) et 3, *superscr.* ut 1. 2. c) nexeis 1. 3. *corr.* ex eis. 2. *Ch. ita vita E. V. M* d) extensis 3. e) et — perdurarent *desunt Ch.* f) rei *addunt* 1. 2. 3. *erasum* 2. *deest in vita E V. M.* g) ac — sunt *desunt Ch.* h) subita morte defunctum *Ch.* i) Obsecro — credere *desiderantur apud Ch.* k) *deest* 1. l) *deest* 1. *ab eadem manu superscr.* 2. m) multorum 3. *ita vit. E. V. M.* n) *corr.* enim 2. o) eligantem 1. 2. *corr* elegantem 2. p) *deest* 1. *post add.* 2. q) quae - expetere *partim desunt, partim mutata apud Ch.* r) baptysmatis 2. s) *deest* 3. t) nequitias *Ch.* u) fugiendo *Ch.* v) streunue administrasset *Ch.* w—w) *paucis exceptis desunt ap. Ch.* x) incussam 1. y) *deest* 1. *superscr.* 2. z) videlicet — adquisivi *desunt Ch.* *) pabuli spiritualis *Ch.* a) dum *vit. E. V. M.*

Vita E. V. M. c. 17. valedicens fratribus repressisque reverenter oculis, reliquit hoc triste seculum, et cum ipsa luce 5.[a] Idus Decembris letus migravit ad Christum. Tunc discipuli pro eius exitu sacras exequias celebraverunt, et corpus eius in aecclesia, quae est extra moenia civitatis ad meridianam plagam sita, cum ymnis et piis lacrimis sepulturae tradiderunt.

12. *De vita et obitu beati Valerii successoris eius.*

c. 18. Post cuius venerabilem obitum beatus Valerius in ministerium sacerdotale[b] successit, illudque[c] per quindecim annos sancte vivendo et verbum vitae praedicando probatissime rexit, in quo videlicet temporis spacio[d] multos ad Dominum populos, signa magna et stupenda prodigia exercendo convertit, et[e] ad agnitionem catholicae fidei saluberrima instigatione perduxit[e]. Qui etiam studiosissime verbo praedicationis instabat, ut iam tunc pene per Galliam ac Germaniam christiani[f] paganos et numero superarent et religione. Erat namque doctrina eius singulis congrua, cunctisque audientibus dulcis et gratissima, unde et ob mellifluam[g] sermonum eius facundiam undique ad eum populi confluebant,
c. 19 et saltem aliquod[h] verbum ex ore eius audire cupiebant. Quantum vero ad proprios mores pertinuit, ut breviter narrem, fuit cogitatione mundissimus, verbo utilis et discretus, operatione nichilominus inreprehensibilis ac praecipuus[i]; ac sic per activam vitam singulis compassione extitit proximus, ut tamen prae caeteris contemplatione esset suspensus[k]. Et in hac contemplatione positus, non deserebat fraternam condescensionem vitae actualis, nec etiam in actione submissus, recedebat a sublimitate[l] contemplationis, quique salutaria monita sui magistri recto tramite sequens, euangelicum triticum dominicae familiae fideliter dispensavit, et credita sibi talenta spiritualibus augmentis multiplicavit. Cum
c. 20. vero perfectuum[m] gradibus usque ad venerabiles canos pervenisset et iam consummatio sui cursus appropinquaret, quadam nocte apparuit ei beatus Eucharius per visionem dicens[n]: *Tempus iam instat, frater Valeri, resolutionis tuae, et parata sunt tibi gaudia retributionis aeternae. Patet enim tibi ianua caelestis regni, quam post hanc horam quinto die gratulabundus ingredieris, et de concessis Domini tui beneficiis sine fine laetaberis; quapropter Maternum agonis nostri cooperatorem*[o] *tui officii successorem constitue, illumque de visitatione nostra ante diem sui exitus certissimum redde.* Et haec dicens recessit. Evigilans autem sanctus Valerius, mox visum somnium beato Materno caeterisque fratribus qui praesto erant narravit, et eis diem obitus sui laetissimo vultu instare praedixit[n]. Sequenti vero[p] die venerabilem Maternum ad sacer-
c. 21. dotalem gradum provexit, et eum de studio commissi ministerii diligenter instruxit. Cumque per praedictum spacium ob famam depositionis eius advenientes fideles verbo salutiferae ammonitionis de exercitio[q] sanctae conversationis instanter instrueret, et eos ad salutem animarum suarum dulciflua exhortatione paternisque visceribus incitaret, illucescente iam quinto die oratorium ingressus, viaticum quod ipse consecraverat accepit, et post haec extensis[r] inter discipulorum manus sacris membris 4. Kal. Februarii spiritum caelo reddidit. Cuius corpus colligentes discipuli, sacratissimo corpori sancti Eucharii coaptaverunt, et in eodem sarcofago divinis laudibus condiderunt, quod[s] superna dispositione actum esse credimus, ut quorum una semper mens[t] in Domino erat, eorum quoque corpora nec sepulchrum ab invicem separaret.

314.

13. *Quod beatus Maternus tot annis episcopus fuerit quot diebus in sepulchro iacuit.*

c. 22. Deinde beatus Maternus pontificalem suscipiens apicem[43], coepit per civitates et regiones veram fidem quae est in Christo constanter praedicare, cunctos ad viam salutis assidua ammonitione provocare, magnis virtutibus crescere, signis et miraculis longe lateque clarescere, quanto cotidianis incrementis fidelium multitudinem plus augeri conspexerat, tanto diligentius iniunctum ministerium regulariter ordinare studebat. Hic[u] etenim quamvis esset vir magnae auctoritatis et prudentiae, nichil tamen ex proprio imperio quasi[u] libera utens potestate exercuit, sed omnia humiliter atque simpliciter egit, communemque se subditis studio sanctae dilectionis exhibuit; in omnibus etiam quae probabiliter gesserat non suam sed Christi gloriam quaesivit. Quique[v] inter caetera sanctarum virtutum exercitia[v] mitissimus insistens[w], consolabatur afflictos, pavit ex his quae habebantur egenos, vestivit nudos, redemit captivos, suscepit peregrinos, errantibus viam salutis misericorditer ostendit, desperatis spem veniae consequendae clementer promisit, currentes viam mandatorum Dei semper ad anteriora[x] inpulit, in[y] eadem remorantes verbo exhortationis instigavit[y], et modo docendo, modo
c. 23. exhortando, modo sustinendo, modo in[z] periculis se obiciendo, omnibus indesinenter pio solamine occurrit. His ergo atque aliis huiusmodi bonorum operum studiis fultus, ad sanctam et laudabilem senectutem pervenit, et sicut quadraginta dies iacuit in sepulchro, ita etiam totidem annos mansit in sacerdotali ministerio.

14. *Qualiter eum Eucharius et Valerius de hoc mundo per visum vocaverint.*

Is itaque solitus erat per nocturnam quietem locum ubi corpora sanctorum requiescunt silenter frequentare et ibidem diutius in oratione solus persistere*. Unde dum quadam nocte iuxta morem eandem aecclesiam intraret, ibique prolixius divinas laudes celebraret, circa mediam noctem coepit somno gravari, et ab instantia precum offendente sepius lingua retardari. At[a] ille in subsellio quod ibi erat considens, infixis ad genua[b] cubitis, inter utrasque manus sanctum caput reclinavit et paululum somno cedens celeriter obdormivit[a], statimque apparuerunt ei per visionem sanctus Eucharius et beatus Valerius clarissimis[c] vultibus splendentes, sacerdotalibus infulis coruscantes, coronas singulas rosis et[d] liliis ac[e] caeteris odoriferis floribus[f] mirabili arte intextas in capitibus gestantes, consimile sertum demonstrantes et dicentes: *Ecce, Materne, sicut olim tibi promisimus, ita ante diem dormicionis tuae visitandi gratia ad te venimus. Nunc ergo gaude et laetare, quia die tercia ex hoc seculo migrabis et ad inenarrabilia Domini tui gaudia introibis. En cerne*[g] *praemii tui incorruptibilem coronam, quae a paradiso perpetuae amenitatis*[h] *est sumpta, et tibi a Christo per nos famulos destinata; cuius flos numquam marcescet, cuius odor numquam a suavitate deficit, cuius perseverantia finem non novit, quam post corruptibilem praesentis vitae incorruptibiliter possidebis, et in conspectu regis regum cum ea aeternaliter laurea-*
c. 24. *tus perseverabis.* His dictis mox disparuerunt. Ille autem a tenuissimo somno evigilans, valde quidem laetus de ostensa

a) 6. *vit. E. V. M.* b) sacerdotalem 3. *corr.* sacerdotale 2. c) illutque *corr.* illudque 2. d) *corr.* 1. *e* sp. temp. e—e) *desunt Ch.* f) xpi 1. 3. *corr.* xpiani 2. g) mollifluam *corr.* mellifluam 2. h) aliquot 1. i) *corr.* 1. *e* praecipius. k) intentus *Ch.* l) c. s. 3. *longe aliter Ch.* m) *corr.* profectuum 2. n n) *desunt ap. Ch.* o) cooperat:orem 2. p) die vero 2. q) exerticio 1. r) *ita vita E. V. M. deest* 1. 2. 3. s) *reliqua desunt Ch.* t) semper mens *corr.* 1. *pro* m. s ; mens *superscr.* 2. *deest* 3. u—u) *desunt Ch.* v—v) *desunt Ch.* w) insistens *corr.* existens 2. x) interiora 3. potiora *Ch.* y) *desunt Ch.* z) *erasum* 2. *) *Initium deest Ch., sequentia longe aliter.* a—a) *desunt Ch.* b) infixis ad ienua *corr.* 1 *e* ad ien. inf. c) clarissumis *corr.* clarissimis 2. d) ac 3. e) et 3. f) gemmis *Ch.* g) *ita Vita Euch. Val. Mat.* certe 1. 2. 3. h) ammenitatis *corr.* amen. 2.

43) Maternum quendam revera a. 314. Coloniensi ecclesiae praefuisse docent Optatus Milevitanus in libro de schismate Donatistarum I, 23. et Constantinus in epist. apud Euseb. X, 5. Interfuit concilio Arelatensi. Mansi II, 476. Cfr. Perieri disquisitio de praedicato primum evangelio in Belgica Act. SS. Sept. IV, 354 sqq.

sibi visione extitit, sed statim tamen adesse[a] corporis molestiam sensit, accersitoque ministro cum eius adiuvamine[b] ad cellulam rediit, et seorsum familiaribus discipulis hoc quod sibi ostensum fuerat retulit. Die autem crastina convocata ad se fratrum caterva, coepit eos studiose de fidei integritate admonere et animos eorum ad caeleste desiderium delectabilibus verbis accendere, ac per totum diem salutaria monita eis dare non cessans, usque[c] ad octavam horam subsequentis noctis sermonem exhortatorium protraxit, et quod reliquum noctis supererat, in psalmis et ymnis[d] cum fratribus transegit. Post pullorum vero cantum instante iam die venit desuper clara vox, cunctis qui in illa cellula erant audientibus, dicens: *Materne, dilecte Dei, veni.* Qui[e] mox quasi assuetam vocem audiens, conversus ad circumstantes fratres ait: *Valete, filioli[f] mei et viscera mea. Ego enim iam migrabo, et in praesenti seculo amplius vobiscum[g] non ero.* Et haec dicens[e], communionem dominici sacramenti accepit, statimque sanctam animam exalavit: *Pro cuius absolutione* hi qui praesentes aderant fideles condignas exequias compleverunt[h] et eius corpus non longe a reliquiis sanctorum Eucharii ac Valerii honorabiliter posuerunt. Vita E V M. c. 24.

15. *De octo[i] episcopis qui beato Materno in sede Tungrensi successerunt.*

Illoque humanis exempto, secundus ei cathedrae praesedit Navitus, tercius Marcellus, quartus Metropolus, quintus Severinus, sextus Florentinus, septimus Martinus[k], octavus Maximinus, nonus Valentinus. Qui quorum vel imperatorum vel consulum claruerint temporibus, quosque vita singulorum habuerit exitus, quotque singuli annis amministraverint officium pontificatus, vel ubi quorumque sit tumulus, seu quantum quisque ampliaverit aecclesiae suae reditus, quia totius Galliae ab Hunis facta non solum nostrae, sed aliarum aecclesiarum abolevit eversio, nec a nobis lectoris alicuius requirat[l] exactio. Hoc certum tenemus omnium aecclesiarum copias exuberasse, circa ea scilicet tempora quo[m] divae memoriae Romano orbi praeerat Constantinus augustus, deinde filii ipsius Constans et Constantius.

16. *Qualiter in diversis locis orthodoxi viri Arrianae heresi restiterint.*

Quo[n] etiam tempore inclinatis religioni christianae principibus orbis[44], ac per hoc cessante turbine 44 persecutionis[o], exuberantibus facultatibus aecclesiasticis, quanto affluentia augebatur divitiarum, tanto luxus[p] fomenta subministrabat libidinum[n], haec potissimum mala superante Arrianae perfidia hereseos, quae[q] pullis sui erroris totum resperserat orbem Romanorum. Cui pesti ubique serpenti resistebant potissimum a collo aecclesiae et turre veri David quae edificata est cum propugnaculis, dependentes mille clipei, omnis armatura fortium, Silvester Romanorum, Athanasius Alexandrinorum, Ambrosius Mediolanensium, Maximinus Trevirorum, Hilarius Pictavorum, Martinus Turonorum, Anianus Aurelianensium, Severinus Coloniensium, Eusebius Vercellensium et eque alii catholici ac praeclari eius temporis episcopi[45]. Ex quibus Athanasius toto orbe fugatur, sed a Maximino Trevirorum archiepiscopo intrepide suscipitur[46]. Paulinus post eum episcopus cum Rodiano[47] et Hilario eque Galliarum episcopis in Frigia exilio damnantur, ubi et Paulinus Trevirensis exulans mortem obiit. Hac[r] itaque fece sub multis deinde imperatoribus per christianum imperium usque ad tempora Valentis augusti pullulante, *videns Altissimus quod multa malitia esset hominum et cuncta cogitatio cordis humani prona esset ad malum omni tempore*, qui primum per aquarum diluvium[s] omnem purgaverat terram, ne[t] commixtione filiorum Dei, de Seth videlicet procreatorum, cum filiabus hominum ex Cain generatis[u] coinquinaretur progenies, de qua pro nostra salute carnem decreverat sumere: ipse his temporibus orbi Romano praeparaverat excidium, ne aecclesia non habens maculam aut rugam suo sanguine redempta et aqua baptismi super nivem dealbata Arriana diutius fuscaretur perfidia. Cant. cant. 4,4. 47 364 Genes. 6,5.

17. *De Hunis per totum imperium Romanorum diffusis.*

Valentis igitur imperatoris tempore qui persecutionem novissimus[v] aecclesiis catholicis non timuit intentare, et ab Eudoxio heresiarche[w] rebaptizatus est Arriano dogmate, excitata est de latibulis suis effera gens Hunorum, quae per totum diffusa est orbem Romanum[x]. Cuius ante ea[y] tempora invisae gentis exortus, ut sese fert antiquitas relationis, nos quoque absolvamus perpaucis. Fertur namque a quibusdam, quod tempore famis[z] quae facta est[*] anno decimo Claudii caesaris, cuius et Lucas in actibus apostolorum meminit[48], cum[a] et Petrus Romam ingressus nonum annum ageret, et Paulus omnes aecclesias ad elemosinam pauperibus sanctorum Ierosolimis mittendam moneret — modius enim annonae sex dragmis aureis aput Greciam vendebatur — cum inquam eo tempore, ut Lucas dicit[a], Claudius pro inopia totum orbem profligatura non solum Iudeos expelli iussisset ab Urbe, sed et omnes inbecilliores[b] cum ipsis Iudeis, ut saltem validiores sustentarentur reliquo pane, claudi fecisset in quodam abdito terrae, coaluisse usque ad supradicta tempora in gentem magnam; Ungros denique notum est huic famae Act. ap. 11, 28.

a) ad eius 1. b) adiuuamine *corr.* iuuamine 2. c) *corr.* 1. *e* ausque 1. d) hymnis 2. 3. e—e) *desunt Ch.* f) filii 2. 3. g) non e. v. 3. h) expleverunt 2. 3. i) septem 1. *sed idem in capitum indice* octo. k) *deest Ch.* l) requirit 1. 3. *corr.* requirat 2. m) quo *corr.* quibus 2. n—n) *desunt Ch., sequentia aliter expressa.* o) persecutionibus 1. p) luxis 3. q) *superscr.* 2. r) *reliqua desunt Ch.* s) *corr.* 1. *e* diluium. t) non 2. 3. u) ex ea ingeneratis 1. 3. v) novissimis 1. w) heresiarche *corr.* –cha 2. x) Romanum *corr.* 1. *e* Romanorum; totum mundum diffusa est 3. y) antea 1. z) fames 1. *) teste Beda *Ch.* a—a) *desunt Ch.* b) imbelcilliores *corr.* 1. inbec.

44) Eadem fere vide apud Sulp. Severum in hist. eccles. II, 35. 45) Confr. Sulp. Sever. II, 36. 37—45. 46) Cum his confr. septima quam auctor in epistola sua Hugoni proposuit quaestio *de probroso Arii interitu quasi tempore Constantii, filii Constantini, secundum historiam ecclesiasticam extitit, sub Alexandro episcopo suo esse non potuit. Obitus enim Alexandri obitum praecessit Constantini annis 8. Athanasius namque qui Alexandro successit, primum exilium apud Treverim iussu Constantini, non Constantii pertulit, quando cum Maximino episcopo Treverorum et Servatio Tungrorum et aliis multis Coloniensi synodo interfuit, ubi Ephrata eiusdem civitatis episcopus damnatus fuit.* Cfr. quoque Rufini hist. eccles. X, 13, 18 sqq. 47) Tolosano. 48) Haec ex parte Bedae in libro de sex aetatibus mundi debet, qui Claudii annum fuisse nonum scribit.

assentari velle, qui et iactant se a Iudeis originem ducere. De Hunis autem cum multi historiographi assint, testis verissimus prae caeteris adest Iordanis episcopus, quis eorum fuerit ortus, in historia de gestis Gothorum vel Getarum luculentissime edita in haec verba:

18. *Quod ab inmundis spiritibus et ex magis mulieribus procreati dicantur.*

Iordan. 24. Postea[a] autem non longi temporis intervallum, ut refert Horosius, Hunorum gens cum omni ferocitate atrocior exarsit in Gothos[a]. Nam hos, ut refert antiquitas, ita constitisse comperimus: Filimer[b] rex Gothorum et[c] Gadarici magni filius, qui post egressum Scantiae insulae iam quinto loco tenens[d] principatum Getharum, qui et terras Scithicas cum sua gente introisset, sicut[e] a nobis dictum est, repperit in populo suo quasdam magas mulieres, quas patrio sermone Haliorunnas is ipse cognominat, easque habens suspectas, de medio sui proturbat, longeque ab exercitu suo fugatas, in solitudine coegit errare. Quas spiritus inmundi per heremum vagantes dum vidissent et se earum complexibus in coitu miscuissent, genus hoc ferocissimum ediderunt. Quod fuit primum inter paludes, minutum, tetrum atque exile, quasi hominum genus, nec alia voce notum, nisi quia humani sermonis imaginem assignabant. Tali igitur Huni stirpe creati, Gothorum finibus advenerunt. Quorum natio seva, ut Priscus historicus refert, Meotida palude ulteriore ripa insidens, venationi[f] tantum nec alio[g] labore experta, nisi quae[h] postquam crevisset[i] in populis fraudibus et rapinis vicinarum gentium fines[k] conturbans.

19. *Qualiter ductu cervae insula egressi, primo Gothos, deinde alias gentes, novissime Galliam[l] invaserint.*

Huius ergo gentis ut assolet venatores, dum in ulteriore Meotide ripa[m] venationes inquirunt, animadvertunt, quo modo ex inproviso cerva se illis obtulit, ingressaque paludem, nunc progrediens, nunc subsistens, index se viae tribuit, quam secuti venatores paludem Meotidem, quam[n] inperviam ut pecus[o] existimabant pedibus transierunt. Mox quoque ut Scithica terra ignotis apparuit, cerva disparuit, quod credo spiritus[p] illi, unde progeniem trahunt, ad Scitharum invidiam id[q] egerunt. Illi[r] vero quia praeter Meotidem[s] alium mundum esse penitus ignorabant, admiratione ducti terrae Scithicae, et ut sunt sollertes, item illud ante hac aetate nulli notissimum per[t] divinitus sibi ostensum rati, ad suos redeunt, rei gestum edicunt, Scithiam laudant, persuasaque gente sua, via[u] quam cerva indice didicerunt, ad Scithiam properant, et quantoscumque in ingressu Scitharum habuerunt, litavere victoriae, reliquos perdomitos subegerunt. Nam mox ingentem illam paludem transierunt, ilico Alpidzuros ac Ildzuros, Itimaros, Tuncorsos et Boiscos, qui ripae istius Scithiae insidebant, quasi quidam[v] turbo gentium rapuerunt. Alanos[w] quoque pugna sibi pares, sed humanitate[x], victu[y] formaque dissimiles, frequenti certamine fatigantes subiugaverunt. Nam et quos[z] bello forsitan minime superabant, vultus sui terrore nimium pavorem ingerentes terribilitate[*] fugabant, eo quod erat eis species pavenda nigredinis, et velud quaedam, si dici fas est, deformis offa, non facies, habensque magis puncta quam lumina; quorum animi fiduciam turbidus[a] prodit aspectus, qui etiam in pignora sua primo die nata deseviunt. Nam maribus ferro secant genas, ut antequam lactis nutrimenta percipiant, vulneris cogantur subire tollerantiam[b]. Hi inberbes senescunt et sine venustate[c] effoebi sunt, quia facies ferro sulcata pilorum gratiam[d] per cicatrices absumit. Exigui forma, sed acuti, motibus expediti, et ad equitandum promptissimi, scapulis latis, et ad[e] arcus sagittasque parati, firmis cervicibus et superbia semper erecti. Hi vero sub hominum figura vivunt beluina sevitia. Novissime autem Gallicanum inpugnare aggressi sunt orbem.

20. *De sancto Servatio.*

Ea tempestate sanctus Sérvatius Tungrensi decimus praesidebat cathedrae, vir vultu angelicus, alloquio facundissimus et omni morum honestate praeclarus. Cuius quidem ortum et prosapiam, licet qui-
49 dam[f] ferant[49, g] ex domini Salvatoris cognatorum descendisse[h] familia, quia tamen locum nativitatis eius nequaquam accepimus, nec causas eius aliunde adventus uspiam audivimus, idcirco auditu[i] faciles esse possumus ad credendum, nec tantae opinioni, quae fortassis ex pietate ingeritur, arbitramur omni modo derogandum. Sed[k] cui non displicet[l] post lapidationem protomartiris Stephani ultra trecentos ferme annos inventorem sanctae crucis Iudam cognomento Quiriacum[50], eiusdem protomartiris ex Symone fratre fuisse nepotem, ipsi nichilominus placeat, ultra quadringentos fere post nativitatem vel passionem dominicam annos, beatum Servatium sanctae Dei genitricis ex matris matertera fuisse[m] abnepotem. Verum utcumque res sese habeat[n], nec illi nimium laboraverunt ad suadendum, nec nos etiam nimii
51 simus ad derogandum[k], cum iuxta Tullium *non debeat pudere nos fateri nescire quod nescimus*[51], et illis conveniat ignorantiam potius verecunde[o] fateri quam irreverenter pro pietate[p] mentiri.

21.[q] *Quod multi sancti viri contemporales illi fuerint, et de multarum urbium eversione[r].*

Gesta S. Servatii. Hic sane vir, sicut in gestis eius legitur[52] antiquioribus, ex generosa magnorum virorum stirpe est editus, nobiliter natus, nobilius conversatus, pontificale petalum gessit[53], oves dominicas ab insidia-

a—a) *desunt Ch.* b) filime 1. 3. B 1. *corr.* filimer 2. filimeth B 2. c) *erasum* 2. d) tenens *corr.* tenebat 2. e) *sic* 1. 3. f) uenationi *corr.* uenationem 2. g) alio labore *corr.* alium laborem 2. h) *erasum* 2. i) creuisset in populis *corr.* crevit in populos 2. k) *sic* B 2. D 1* fide 1. 3. fidem C. D 1. l) gallias 3. m) ult. M. ripam 1. ulteriores meotidem ripam 2. 3. *corr.* ulteriore meotide ripa 2. n) quę 1. 3. quae *corr.* quam 2. o) *ita* 1. 2. 3. pelagus *Iord.* p) nequam *addunt* B 1. 2. C. spiritus *deest* C. q) *erasum* 2. r) illo 1. s) meotidam 1. meotidem *corr.* meotim 2. t) *erasum* 2. *deest Iord.* u) sua *deest*, viam C. v) quedam 1. 2. *corr.* quidam 2. w) Alantis 1. Alan::s *corr.* Alanos 2. Mantis 3. x) humanitates *corr.* 1. humanitate. y) uictus 2. victi 3. z) quod 1. 3. *corr.* quos 2 *) terribiliter 3. a) turbitus 3. b) assuescere duritiam C. D 1. c) vetustate 1. 2. 3. d) gratia cicatrices assumit 1. 2. 3. *corr.* gratiam per c. absumit 2 e) *deest* 1. 3. *superscr.* 2. f) q. f. ex d. *e corr. coaeva* 2. g) fuerant 1. h) decendisse 1. i) audivimus 1. satis *addit vit. Serv.* k—k) *desunt Ch.* l) cui dispicet 3. m) *deest* 3. n) habet 2. 3. o) uerecundię 3. p) *sic Ch.* proprietate 1. 2. 3. q) XI. 2. r) subuersione 3.

49) *Filius Emmui filii Eliud qui fuit consobrinus b. Mariae virginis*, appellatur Servatius in vita S. Lupi Trec. posteriori, s. IX. ex. scripta, Act. SS. Iul. VII, 77. 50) De hoc deque actis eius apocryphis adeunda Papebrochii commentatio Act. SS. Mai. I, 439. 51) Tusculan. I, 25. 25) Cfr. praefatio p. 143. 53) Sardicensi concilio a. 347, Mansi III, 67, dein Ariminensi a. 359. interfuit Arianorum fortis oppugnator Servatius Tungrorum episcopus, ut testatur Sulp. Sever. II, 44. Cfr. Henschenii comment. de S. Servatio Act. SS. Mai. tom. III. t. VII.

tore lupo et rugiente leone protexit, pro eisdem, etsi gladius non incubuit persequentium, paratus perferre martirium. In diebus plane sui sacerdotii placens Deo, probatus inventus est, iustus in tempore imminentis iracundiae, quaerens pro barbarica irruptione fieri reconciliatio. [Eccles. 44, 17] Eiusmodi enim multas ea tempestate Dominus accenderat lucernas, qui et erroris mundani pellere possent tenebras, et sevientis in tanto turbine tribulationis sedarent procellas. Unde quidam metricanus non incongrue de eis deque hoc[a] tempore sic ait:

Talibus aecclesiae fautoribus undique firme
Obstant imbriferis vento quatiente procellis
Desuper, et petram nequeunt trepidare ruinam.

Et de hoc specialiter beato viro inter alia:

Servatius servando fidem servat pereuntem
Orando populum conservans forte Traiectum[54].

Et beatus Lupus Tricassinae urbis episcopus

Dum bella cuncta perderent
Orando Trecas muniit[55].

Et Iheronimus ad Geruntiam[56] scribens epistolam super mundi contemptum[57], super huiusmodi quoque cladem lacrimabile sumpsit lamentum. Cuius haec sunt verba: *Quod rari hucusque residemus, non nostri meriti, sed Domini misericordia est.* [Hieron. ep. ad Ageruch. c. 16.] *Innumerabiles et ferocissimae nationes universas Gallias occuparunt, quicquid inter Alpes et Pyreneum est, quod oceano et Reno includitur, Quadus*[b]*, Wandalus et*[c] *Sarmata, quod*[c] *Alani, Gipedes, Heruli*[d]*, Saxones, Burgundiones, Alemanni et, o lugenda res publica! hostes Pannoni vastaverunt, etenim Assur venit cum illis. Magontiacus nobilis quondam civitas capta atque subversa est, et in aecclesia multa hominum milia trucidata, Wangiones longa obsidione deleti, Remorum urbs praepotens, Ambiani, Atrabate, extremique hominum Morini, Tornacus, Nemete, Argentoratus, translatae in Germaniam, Aquitaniae, novemque populorum, Lugdunensis et Narbonensis provintiae praeter paucas urbes cuncta populata*[e] *sunt, quas et ipsas foris gladius, intus vastat fames. Non possum absque lacrimis Tolosae*[f] *facere mentionem, quae ut hucusque non rueret, sancti Exuperii episcopi merita praestiterunt. Ipsae Hispaniae iam iamque periturae contremiscunt, recordantes irruptionis Ambricae*[g] *et quicquid alii semel passi sunt, illae semper timore patiuntur. Caetera taceo, ne videar de Dei desperare clementia.* [c. 17.] *Olim a mari Pontico usque ad Alpes Julias non erant nostra quae nostra sunt, et per annos 30 fracto Danubii limite, in mediis imperii Romani regionibus pugnabatur. Aruerunt vetustate lacrimae, praeter paucos senes omnes in captivitate et obsidione generati, non desiderabant, quam non noverant, libertatem.* Et quia non perit pius pro impio, multos sanctorum tam clericorum quam monachorum et sanctimonialium sub hoc contigit occubuisse excidio. Urbes munitissimae licet longa obsidione evertebantur, aecclesiae sanctorum exurebantur, altaria iugulatorum ante ea sacerdotum sanguine profanabantur, pueri innuptaeque puellae suffocabantur, virgines Deo dicatae stuprabantur[h], monachi et clerici ludibrio et spectaculis exponebantur, et omnibus in commune diversa mortium facies adhibebatur. Et quia sic portio populi merita erat nequissimi, usque ad internetionem gladius seviebat Altissimi. Unde contigit sanctum Nicasium Remensis urbis episcopum, sicut et alios multos, cum Eutropia sancta virgine et sorore, hac Hunorum incursione marmora aecclesiae imbre preciosi sanguinis cruentasse[58]. Nec solum nostri hac sunt pena multati, sed etiam Arrianae defensores hereseos Gothi, qui soli Valenti augusto et Romanis in Gallia videbantur resistere et reniti, ab Hunis crudeliter sunt devastati, et Athanaricus eorum rex, pro eo quod multum sanguinem innoxium catholicorum non timuit effundere, pulsus a regno meruit exulare. Verum Huni fame compulsi per avaritiam Maximi a Valente Galliis praefecti, coacti sunt Romanorum partibus refragari, moxque iterum Gallias occupare, et urbes et castra cum incolis crudeli cede vastare[59].

22. *Quod sanctus Servatius Romam adierit, si quomodo oratione valeat Galliam ab*[i] *Hunis liberare.*

Quorum adventum sanctus Servatius Tungrensis aecclesiae episcopus audiens, simulque de irruptione et perditione suae civitatis timens, [Gesta S. Servatii cf. Gregor. Turon. II, 5] vigiliis multis et ieiuniis corpus affligebat, seque crebris lacrimis profundens[k], misericordiam Dei postulabat, ne[l] unquam hanc gentem incredulam, seque semper indignam Gallias intrare permitteret[60], nationemque suo cultui dicatam contaminari quodammodo[m] sineret[l]. Sed sentiens per Spiritum sanctum peccatis populi interpellantibus[n] id sibi nullomodo concedi, induxit animum adire limina apostolorum Petri et Pauli, ut saltem[o] super salvatione suae urbis per intercessionem eorum mereretur exaudiri. Et[p] quia priusquam quid inchoetur consulto, at ubi consultum fuerit, mature opus est facto[p] [61], paratis viatico commodis, et assumptis secum comitibus necessariis, data etiam benedictione civibus suis, indicta pariter vigiliarum et orationum, ieiuniorum et elemosinarum super tanto discrimine instantia, deliberavit beati etiam nomine et merito Auctoris Mettensis

a) *deest* 3. b) quod 2. 3. c) *deest* 1. *post add.* 2. *et ita* 3. d) Alanigi pedes herculi 1. 2. 3. e) papulata *corr.* populata 2. f) Dolosae *corr.* Tolosae 1. g) Cimbricae *Hieron.* h) strupabantur 1. i) a 3. k) perfundens 1. *vit. Serv.* l—l) *desunt Ch.* m) quomodo 1. 2. *corr.* quodammodo 2. quoquomodo *vit. Serv.* n) interpellentibus 3. o) *ita vita Serv.* salutem 1. 2. 3. p—p) *desunt Ch.*

54) Sunt versus ex ipsius auctoris S. Ursmari vita metrica desumti Mab. l. l. p. 609. 55) *Sicut in eius hymno canitur: Dum bella cuncta* etc. sunt verba Bedae in martyrologio ad 4. Kal. Aug. 56) Epistola 123 ad Ageruchiam, quam in quibusdam codicibus Geruntiam vocari annotant editores. Hieronymi opp. ed. Vallarsi I, 89. 57) De monogamia inscribitur. 58) Passio SS. Nichasii et Eutropiae Sur. VII 1011. aevi Herigero recentioris est. 59) Cfr. infra c. 26. ubi eadem non minus falso de Francis refert auctor. 60) Quod demum centum annos post Servatium factum esse inter omnes constat. 61) Sallust. Catilina 1.

episcopi super hoc inire colloquia, qui[a] tunc in Dei rebus habebatur praestantissimus, sed de perditione sibi commissorum et irruptione suae etiam urbis nimium sollicitus[a]. Quique habita cum beato Servatio deliberatione, adiudicavit eius ratam esse intentionem, simul exposcens pro se quoque suaque urbe fundi profusius eius ante apostolorum limina precem, ut quoniam per se Romam nequibat adire, eius sanctissimi viri intercessione voti sui compos et ipse mereretur existere. Suscepta[b] itaque tanta profectione, posthabita totius itineris difficultate, tum[c] in vastissima Alpium progressione, tum[d] in fluminum transmeatione, tunc[e] etiam ex latrocinantium infestatione, dummodo quod habebat in voto assequi possit, tandem Romam peraccessit.

23. *Qualiter ante tumulum beati Petri per visum de eversione tocius Galliae et de obitu suo sit edoctus.*

Cfr. Gregor. Tur. II, 5. Accedens ergo ad beati Petri tumulum, depraecabatur eius intercessionis auxilium, ut, quia[f] suo apostolatu insignierat Omnipotens orbem occiduum[f], arceret saltem a Tungrensi et Metensi urbe infandam gentem Hunorum. In hac desiduus persistens oratione, macerabat se multa afflictione, maxima inedia corpus consumens, ita ut in tridui biduique interdum[g] curriculo absque edulio potuque maneret, nec esset intersticium quo ab oratione vacaret. Et die quidem aliorum sanctorum patrocinia frequentatabat, noctu vero ad beati Petri tumulum remeabat; tandem quia sine intermissione non cessabat aures pulsare clementissimi Dei, tali meruit visione solari[h]. Videbat, et ecce quasi ante altare beati Petri thronus positus, et super thronum sedens Altissimus, et circumcirca sanctorum[i] animarum et angelorum chorus, duos autem conspicui vultus viros ante ipsum thronum genu incurvantes[k], et vicibus Domini magestatem, vicibus sanctae Dei genitricis interventionem implorantes, quos constat praecipuos apostolorum Petrum et Paulum fuisse, et ob conservationem Gallorum obnixius subplicasse. Et quia idem sanctus[l] vir, cui haec demonstrabantur, cum sua subplicatione beati quoque Auctoris Metensium episcopi obtulerat precem, vidit in parte septentrionali altrinsecus stantem fidelem quendam virum, albis vestibus bene stolatum, quem procul dubio constat protomartyrem[m] fuisse Stephanum, et ad eum sanctos apostolos responsa quaedam perferentes, et ab eo[n] ad maiestatem Omnipotentis subplicationes quasdam referentes. Sanctum itaque Servatium hac contemplatione attonitum aggreditur sanctus Petrus, quasi in gradibus aecclesiae positum: *Et quit*[o], inquiens, *me inquietas sanctissime vir? Ecce apud Omnipotentem aequissima deliberatum est sanctione, Hunos Galliam universam impetere, cunctaque oppida et castella Europae humi coaequare, civitatemque tuam peccatis populi exigentibus penitus eversum iri*[p]. *Quem vides in septentrionali parte nobis interloquentem*[q], *noveris*[r] *Stephanum protomartirem pro urbe Metensi subplicius*[s] *rogantem. Qui*[t] *licet primus praeciosi cruoris rore ante omnes rependerit Deo, quod communiter cum omni genere humano accepit ab eo, vix pro illo valuimus habere*[u], *ut saltem oratorium in Mediomatricum urbe, quo sanguis eius dinoscitur pullulare, flammas et excidium reliquae civitatis possit evadere; quod et Auctori coepiscopo*[v] *in responsis habes perferre*[t]. *Tu*[w] *autem, sanctissima anima in sorte sanctorum iam praeelecta, quia in diebus tui sacerdotii placens Deo facta es dilecta, vivens inter peccatores iam iamque es transferenda quia in te est inventa iustitia. Iam, inquam, ad patres tuos es*[x] *colligenda, ne oculi tui videant mala, quae*[y] *facturi sunt Huni in tota Gallia, et potissimum in civitate tua. Tungris enim sicuti nomine, ita et opere tunsa et cesa permanebit usque in finem*[z]. *Quamobrem reversionem festinato accelera, domumque tuam ordina, nitida linteamina quere*[*], *sepulturamque compone*[y]; *nec habebis in urbe scelerata et ideo peritura sepulchrum, quia placuit Altissimo oppidum reservare*[a] *Traiectum, propter corpusculum tuum in eo recondendum.* Hoc oraculo[b] venerabilis pontifex Servatius suscepto, reversionem accelerat, Galliasque quam citissime[c] repedat, transitumque per urbem Mettensium habens, beato Auctori indicat, quae in responsis acceperat.

24. *Rediens quid viderit commisso gregi exponit.*

Tandemque[d] nimium fatigatus, tum itineris difficultate, tum remeandi acceleratione, ad urbem pervenit Tungrensem, pastoris sui adventum suspense praestolantem. Et quaeque congrua sepulturae videbantur, assumptis super via Domini sacerdotibus et levitis, necnon in commune consulebat universis, ut parati essent in animarum suarum salutem; quibus tantum imminebat discrimen. Ac per triduum dissimulata recessione, tandem omnes alloquitur, aggregatos in aecclesia catholica maiore beatae semper virginis Mariae[d]: *Iam collegio vestrae*[e] *fraternitatis nequeo celare, quod per triduum dissimulans, tandem compellor dicere. Ab*[f] *hodierna die faciem meam non videbitis, nec ultra me in hac urbe vobiscum morantem*[g] *conspicietis, quia viam totius terrae sum iturus, et huc ultra non reversurus*[f]. *Super vestra salute pridem beati Petri sepulchrum adii, huius urbis reservationem supplicatione praemissa petivi, et quia hoc peccato non merebar*[h] *vestro, in responsum accepi: „Huic enim urbi aeternus instat interitus, vestra quoque perimmanis*[i] *perditio, nisi ex toto corde morum praecedat conversio.“ Quapropter et hic pro-*

a—a) *desunt Ch.* b) *sequentia longe aliter ap. Ch.* c) dum 1. 2. 3. d) dum 1. e) dum *corr.* tunc 1. f—f) *desunt Ch., sequentia aliter.* g) *ita vit. Serv.* interdiu 1. 2. 3. h) consolari *vit. Serv.* i) *ita vit. Serv.* sanctarum 1. 2. 3. k) *ita vit. Serv.* inculcantes 1. 2. 3. l) *deest* 3. m) martirem *corr.* martyrem 2. n) iterum *addit vit. Serv.* o) inquit 3. *vit. Serv.* p) *ita vita Serv.* q) loquentem *vita Serv.* r) esse *addit vita Serv.* s) suppliciter *vit. Serv.* t—t) *desunt Ch.* u) optinere *vit Serv.* v) episcopo 1. w) Tu 1. 2. *vit. Serv. corr.* Tua 2. 3. x) *Verba* transferenda — tuos es *quae in codicibus nostris desiderantur, ex vita S. Servatii recipere non dubitavi; ipsa codicum lectio* videns inter peccatores iam iamque es colligenda, *excidisse aliquid nobis persuadet, necnon probare videntur repetitae voculae* iam, es. *Verba* et in brevi transferenda *Aegidius servavit.* y—y) *desunt Ch.* z) aeternum *vit. Serv.* *) nitida — quere *desunt vit. Serv.* a) seruare 3. b) miraculo 3. c) citius 2. 3. d—d) *aut desunt aut aliter expressa ap. Ch.* e) *ita vit. Serv.* nostrae 2. 3. f—f) *desunt Ch.* g) commorantem 3. h) peccatum — merebatur *vit. Serv.* i) *ita vit. Serv.* per manus 1. 2. 3.

hibitus sum effodere mihi sepulchrum, et ad vicum hinc iussus[a] *sum transire Traiectum, ut illinc me dies assumat extrema, priusquam me vobiscum vestra contingat vel cernere vel perpeti mala. Hoc autem quantum in me est vobis promitto, quia, quodsi pro*[b] *corporum vestrorum salvatione supplicans exaudiri peccatis vestris praeponderantibus nequeo, pro animarum saltem*[c] *salute vestrarum a Deo mihi commissarum defunctus, et cum Christo regnans, felicius interveniens impetrabo.*

25. *Oratio eius et lamentatio clericorum et populi, et de obitu ipsius.*

Deinde multa exhortatione eos consolatus, oculis ad caelum surrectis[d] cum manibus: *Et*[e] *has*, inquit, *oves, quas, Domine, praecioso sanguine redemisti, hunc inquam gregem, quia tuus est, tibi hodie dedo, meque totum tibi commendo*[e]. *Deprecor te, iudex aequissime, humili et flebili prece, ne ovile tuum lupi rapaces gregi non parcentes subruant, neve*[f] *carnes ovium tuarum deglutientes consumant. Tu, Domine Iesu, qui animam tuam pro eis posuisti in morte, animas eorum a luporum voracitate*[g] *eripe et a rugiente leone, ut possim*[h] *ad te aliquos manipulos reportare.* His ergo[i] a beato Servatio[k] peroratis, mox universus astans populus, clamore magno irrugiit[l], luctus et eiulatio[m] ab utroque sexu increvit. At[n] vir Domini necessariis sepulturae secum levatis, progressus ad orientalem plagam pedester porta Tungrensi exiit, pergens viam quae ad obpidum[o] Traiectensium mittit[n]. Tunc universi cum vociferatione et lacrimis vestigia illius persequuti[p], prodeunt a civitate dolentes, subplici hac voce subiungentes: *Ne derelinquas nos, pater sancte, ne obliviscaris nostri, pastor vigilantissime, nos populus tuus et oves gregis tui, ne nos dimittas in sevientis faucibus inimici.* Monachi vero et sacratae Deo puellae, quorum illic coenobia erant perplura[q], et omnis in commune clerus de monasterio exeuntes persequebantur eius iter, pectora percucientes seque post[r] omnia humi prostrantes, haec quoque ingeminantes: *Cur, pastor bone, tam cito deseris, vel quo nunc iturus*[s] *proripis? Educ nos tecum, ut commorientes consepeliamur tibi, quibus solum est infortunium post te relinqui. Adventu*[t] *tuo eramus gaudentes, quod ex longinqua*[u] *reversus peregrinatione dignareris iam nunc nobiscum esse*[v], *cum nec*[w] *tridui saltem curriculo apud nos velis manere. Dic nobis quid faciendum, quidve*[x] *te discedente consilii sit nobis captandum*[t]. *Quid*[y] *erit de nobis quibus tanti aufertur praesentia patris? Quid miseri facturi sumus, qui sine te vivere*[z] *nequimus, sed morti pessimae tradendi sumus? Ve nobis qui ideo tua praesentia destituimur, quia vindictae caelesti obicimur, nec digni sumus commoriendo*[*] *hac poena liberari, teque nimis indignum est perditioni nostrae nobiscum implicari. O, ó*[a] *nomen quod semper prae te ferebas pastoris, malle te occumbere pro tibi commissis, quam oves tui gregis*[b] *exponeres delaniantibus lupis! En non ad dilaniandum potius sed exponimur ad penitus devorandum. Saltem*[c] *hac*[d] *fortassis occasione quod semper sitiveras invenires*[e] *martirium, essetque tua prae nostris oculis habita nostrae mortis utcumque solatium*[a]. *Propositam quaesumus*[c*] *mitte intentionem aliquam faciens progressionis dilationem, ut tridui vel bidui vel unius saltem noctis procrastinatione dignetur nostrae fructum poenitentiae acceptare, qui Ninivitis dignatus est parcere.* Quorum[f] beatus Servatius permotus insecutione, pariter et flebili talia ingeminantium[g] excruciatus vociferatione, paulatim progressus iterumque resistens, in lacrimis resolutus, ut putandum est pertulisse[h] martirium, dum exquoquebatur[i] super aurum affectu compassionabili[k], torquebatur pro commissis iam iamque deserendis affectione carnali, urgebatur ad discedendum pro perditione suorum, ut dixerat, inrecuperabili[f]. At inbecilliores et[l] claudi, pauperes et peregrini, viduae et pupilli, a turribus et propugnaculis stantes, pulveremque in caelum spargentes[m], cum fletu et singultibus clamabant dicentes: *Quis nobis daturus est victum? Quis tribuet alimentum*[n]? *Nudi sumus et famelici; quis consolabitur nostri?* Sed cum his fletibus[o] non posset revocari, data eis pontificali benedictione, osculatus eos et confortans coegit redire. Et ad Traiectensem accedens vicum, modica pulsatus febre, fragili absolutus corpore, publico elatus[p] funere, et a viris fidelibus iuxta aggerem publicum 3. Idus Maias sepultus.

26. *Quod Huni multas Galliae urbes cum Tungris*[q] *subverterunt, quos item Franci*[r] *a Galliis expulerunt.*

Post huius obitum[62] Huni subversis multis Galliae urbibus, civitatem quoque diruerunt Tungrorum, 62
pervenientesque ad urbem Mettensem[s] in vigilia pascae, eam obsidionibus circumdedere, fatigatique longa obsidione, cum de reditu iam cepissent tractare, muri civitatis ultro corruere, aditumque revertentibus patefecere. Tunc civitatem sine cunctatione ingressi, omnes sicut et apud Tungros interfecere in ore gladii, reliquam urbem tradentes igni, excepto oratorio beati Stephani, quod videbatur ipsis a quodam splendidissimo super illud stante viro defendi[63]. Post eam igitur[t] vindictam, quae facta est ab eis cede Galliarum, Wandalorum prosequente[u] crudelitate[64], incertum est, sicut et de multis aliarum legitur 64

a) *ita* 1. *vit. Serv.* missus 2. 3. b) *deest* 3. *vit. Serv.* c) *addit vit. Serv.* d) levatis *vit. Serv.* e—e) *desunt Ch.* f) nec ve 2. 3. ve *erasum* 2. g) uoratitate 1. 2. h) de eis *addit vit. Serv.* i) igitur 3. *vit. Serv.* k) flebiliter *addit. vit. Serv.* l) *sic vit. Serv. Ch.* irriguit 1. 2. 3. m) iulatio 3. n—n) *desunt Ch.* o) *ita* 1. 2. p) prosecuti *vit. Serv.* q) plura 3. r) *ita vit. Serv.* per 1. 2. 3. s) *addit vit. Serv.* t—t) *desunt Ch.* u) longuinqua *corr.* longinqua 1. v) esses 1. w) *ita vit. Serv.* x) quidque *vit. Serv.* y) ergo *vit. Serv. addit.* z) uiuiuere 2. *) tibi *addit vit. Serv.* a—a) *desunt Ch.* b) gr. t. 2. 3. *vit. Serv.* c) saltim 2. 3. d) *ita vit. Serv.* his 1, hic 2. 3. e) *ita vit. Serv.* invenire 1. 2. 3. c*) qs 1. 2. 3. f—f) *desunt Ch.* g) *ita vit Serv.* ingeminantius 1. 2. 3. h) *ita* 1. 2. 3. *vit. Serv.* i) *ita vit. Serv.* exquoquatur 1. 2. 3. k) compassihili 3. l) ut *superscr.* et 2. *unde in* 3. utque *scriptum est.* m) aspergentes 1. n) indumentum *Ch.* o) *addit vit. Serv.* p) elevatus *vit. Serv.* q) tungri 1. 2. r) *in rasura* 1. s) Mettense 1. t) *deest* 1. u) persequente *vit. Serv.*

62) Vita S. Lupi Trec. c. 36. 63) Paulo aliter Paulus diac. in Gest. epp. Mettens. Mon. II, 263. Cfr. quae de hac fabella disseruit Hirsch in commentatione de Sigeberto p. 229. 64) Immo praecedente, ut ex ipso Hieronymi epistolae fragmento c. 21. patet.

civitatum episcopis, paucis qui supererant christianis in abditis montium et cavernis petrarum habentibus
Gesta Fr 1. latibula, quanta intercapedine aecclesia Tungrensis[a] fuerit[b] sine pontifice. Nam et Franci[c], qui ab An-
65 tenore ducebant originem, et Vinetia[d, 65] vel ut[e] alii ferunt[f] in Mauritania[66] excreverant in magnam gen-
tem, et Sicambri[g] vel a quodam suae gentis duce Merovingi dicebantur, quoniam propria iam eis[h] non
poterat prae multitudine sufficere patria, palantes hac et illac, praedis et rapinis intenti erant[i], nec sta-
tionem adhuc certam invenerant; solum eius Toringia profugium erat. Quibus Valens imperator, ad
quem summa imperii pertinebat, et proprium nomen, qui Francus Attica lingua vocabatur[67], dedit, et
partem Galliarum et ad utendum et inhabitandum sine vectigalium exactione permisit. Qui et Hunos
ad Meotidas ire[i*] paludes vel in Pannoniam compulit[k], ubi post multos annos a Karolo magno impe-
ratore et filio eius Pipino penitus etiam nomine disperiere[68]. Franci vero propter avariciam sequen-
tium imperatorum vectigalia ab eis exigentium, et Romanis coacti sunt fidem non servare, et civitates
quas adhuc tenent Galliae praeoccupare[69]. Hi inquam paganis adhuc ritibus inserviebant, et ideo plures
episcopis civitates vacabant[l].

27.[m] *De sancto Remigio et*[n] *septem Tungrensibus episcopis.*

Tandem ad hoc sancto Remigio caelitus praenuntiato, et per promissionem nato, ut eam gentem ad Dei
vivi cultum converteret et Galliae populus in unitate fidei catholicae conveniret — iam[o] enim ablato miseri-
cordia stillabat[p] Altissimi et beatorum angelorum et hominum spiritus iamiamque poscebant Galliae misereri, quia
70 inquiunt: *Tempus miserendi eius, quia venit tempus*[o, 70] — eo inquam tempore undecimus praesedit aecclesiae
Tungrensi Agricolus, et deinceps 12. Ursicinus, 13. Designatus, 14. Resignatus[q], 15. Supplicius[r], 16.
Quirillus, 17. Eucherus[s], 18. Falco[71], 19. Eucharius.

28. *De sancto Domitiano itemque Perpetuo et*[t] *Ebergiso.*

Vicesimus sedit Domitianus[72], qui iam florente christiana ubique religione sub Hildeberti gloriosis-
549. simi regis tempore, Aurelianensi legitur sinodo interfuisse[73]. Qui et civitatis iam dirutae[u] fastidiens
Gesta S Servatii cf Gregor Tur. de gloria conf. c. 72. Tungrensis, sancti Servatii aput Traiectum frequentabat sepulchrum, circa illius quippe tumulum quam-
libet nivium copia defluxisset, ita ut interdum[v] duorum aut etiam trium pedum crassitudine circumiacens
terra respergeretur; tumulus tamen eius numquam ea operiebatur. Eratque mirum montes in circuitu
nivium videre, nec tamen sancti Servatii sepulchrum contingere[w]. Operabatur etiam multa in eodem
loco Christus miracula, ut plane daretur intelligi praeciosa in conspectu eius sancti viri iugiter esse me-
rita. Ob hoc et devotio fidelium fratrum et frequentantis populi studium conati sunt sepe illi pro
posse facere oratoriolum[x]. Sed quia tanto viro non erat condignum, de lignis scilicet levigatis tabu-
lisque taessalatis compactum, citius aut[y] a vento rapiebantur, aut[y] sponte ad terram subruebant[z], donec
71 sancto Domiciano humanis exempto et apud Hoium[*, 74] in aecclesia maiore sanctae theoticos[a] Mariae
sepulto, beatus Monulfus vicesimus primus procedente tempore in regimen aecclesiae Tungrensis suc-
cessit, et in sancti viri honore templum honorificatum erexit, composuit, ornavit, corpusque illius in eo
cum digna reverentia transtulit, sedemque in Traiecto pontificalem amodo[b] esse constituit, ubi et corpus
suum sepeliri mandavit in medio aecclesiae. Ubi etiam beatus Gundulfus, qui 22. successit in regimine,
habet locum sepulturae[75]. Sanctus autem Perpetuus qui 23. praefuit aput Deonantum[c, 76] quiescit. Beatus
77 quoque Ebergisus succedens 24. in Trutmonia eiusdem episcopatus[d] villa fuit tumulatus[77].

29. *De sancto Iohanne.*

His per successionem ad alia vocatis, Iohannes 25. succedit, vir totius sanctitatis, cuius vitam et
gesta, ut auditu tantum et relatione a maioribus et aetate provectioribus accepimus, nos quoque per-

a) trungrensis 2. b) *ita vit. Serv.* fuit 1. 2. 3. c) Frangi 1. d) Venetia *vit. Serv.* e) uelud 1. 2. f) *ita vit. Serv*, *deest* 1. 2. 3. g) Sicabri 1. 2. 3. h) eius 1. 2. 3. i) intenderant *vit. Serv.* i*) *ita vit. Serv.* iterum 1. 2. 3. k) *ita vit. Serv.* compellere 1. 2 3. compulere *Ch.* l) carebant *Ch.* m) XXVI. 1. 2 n) *deest* 1. o—o) *desunt Ch.* p) *sic* 1. still:bat 2. *quod* stillebat *fuisse videtur*; stillebat *corr.* stillabat 3. q) *ita vit Serv.* Renatus 1. 2. 3. r) Sulpicius *corr. vit. Serv.* s) eucherius 3. t) *deest* 1. 2. u) diruptae 1. 2. 3. v) *ita vit. Serv* interdiu 1. 2. 3. w) a nivibus contigi *Ch.* x) oratorium *vit. Serv.* y) ut 1. z) subruebantur *vit. Serv.* *) hominum 1. a) Dei genitricis *vit. Serv.* b) *ita vit. Serv.* eo modo 1. 2. 3. c) dionantum requiescit 3. d) episcopatu 1. 2. 3.

65) In hanc sententiam auctorem Livianae narrationis memorem Antenoris nomen abduxisse videtur. 66) Sic infelici conatu Maurungani nomen interpretatus est, quod apud Geograph. Ravenn. I, 11. in hisce verbis deprehendebat: *Patria Albis Maurungani antiquitus certissime dicebatur, in qua patria Albis per multos annos Francorum linea remorata est.* 67) Festinanti calamo hoc excepit ex Gest. Fr. 2; non Valentinianus imperator sed Franci hoc nomine lingua Attica appellati sunt. 68) Haec ex Einhardi vita Karoli cap. 13. hausisse videtur. 69) Cfr. c. 21. 70) Cfr. Hincmari vit. S. Remigii c. 2. 71) Praeerat Tungrensibus S. Remigii tempore, si litteris apud Sirmond. I, 205. a Remigio ad Falconem datis fidem habere licet. 72) S. Domitiani quae in Act. SS. Mai. t. II. exstant vitae post translationem eius a. 1173. scriptae sunt, neque maioris momenti altera illa S. Monulfi Act. SS. Iul. I. 73) Quintae a. 549. habitae cuius acta subscripsit Domitianus. Mansi IX, 135. Apud Albericum in chronico ad a. 511. haec leguntur: *Dicitur quod ab obitu b. Servatii usque ad synodum Aurelianensem vacavit sedes Tungrensis per annos* 80 *et amplius.* 74) Huy ad Mosam. 75) Monulfi et Gundulfi corpora, praesente Heinrico III. rege, a Nithardo Leodiensi et Gerardo Cameracensi levata sunt mense Augusto an. 1039. Cfr. Chron. Camerac. III, 51. De sepulchro eorum anno 1623. aperto deque litteris in eo repertis vide Acta elevationis Act. SS. Iul. t. I. 76) Dinant. 77) Cfr. Anselmi litteras ad Annonem.

paucis absolvamus. Nec debet existimari difficere[a, 78], licet inusitatum quod placet, mirabiliter omnia 78
valentem operari Deum, qui mirabilis in omnibus operibus suis sanctos quoque inedicibiliter suos[b] mirificat quibuslibet modis, potens[c] etiam efficere mirabiliora, temporibus accommodans tempora, inportunis et incredulis ingerens oportuna. *Linguae* enim, ut ait apostolus, *in signum sunt non fidelibus sed* 1Cor. 11,22.
infidelibus, ut quia cottidie in mundi fabrica, in elementorum concordia, in gubernatione caelestis machinae et annua seminum et frugum et animalium redintegratione operantem mira non attendunt Omnipotentem, miraculis saltem invisis excitentur[d] ad fidem. Audivimus sepe quosdam stulte submurmurantes, quia non olim[79] mira sui dignarentur patrare martires, ignorantes profecto, quia necesse fuit tunc eos miraculis innotescere, cum pro humana fragilitate potuerunt hostibus in morte succumbere, et inproperantibus ubi est Deus eorum visi sunt ad horam vilescere. At nunc cum debita pro nosse reverentia eorum honori dependitur, non usus sit virtutibus eos coruscare, sed vota[e] et preces fidelium intra sacrarium suae exauditionis admittere, acceptanterque in ara summi Dei offerenda mandare. Ille igitur qui vocat ea quae non sunt tamquam ea quae sunt, quique stulta mundi approbat, ut confundat forcia, et contemptibilia et ignobilia et ea quae non sunt, ut ea quae sunt destruat, piscatores elegit, non philosophos, pauperes et ignobiles, et fecit apostolos, et qui *stultam* iuxta apostolum *fecit sapientiam huius* 1 Cor. 3, 19.
mundi, ipsi nichilominus placuit per simplicem apostolorum rusticitatem salvos facere credentes. Ipse os muti[f] aperuit, ipse linguas infantium disertas fecit. Et cum diceret propheta: *Ecce nescio loqui quia* Ierem. 1, 6. 7.
puer ego[g] *sum: Noli*, inquit, *dicere „quia puer sum," quia ad omnia quae mittam te ibis et quae mandavero tibi loqueris.* Et ut mirabilior praedicaretur dispositio Omnipotentis etiam in gentibus discolis, sulco[h] terentem dentalia Quintium Seranum[80] 80

Trepida ante boves dictatorem[i] induit uxor,
Et tua aratra[k] domum lictor tulit.

Et non modo alienigenae[l] oculos adhuc apertos habenti resolvit in laudes ora prophetae, verum quod mirificum fuit cadenti et ad maledicendum properanti, ipsius cui insidebat linguam ad loquendum reseravit asellae[c]. Ille inquam, qui tam miris et ineffabilibus signis omnibus gentibus innotescit, ipse beatum Iohannem propter eius forte temporis incredulos praestantissime mirificavit, ut, qui soli omnia scienti propter conscium sibi opus bonum erat notissimus, mirabiliter eius temporis ostenderetur hominibus.

30. *Quod ei a transmarino quodam praedictum sit, eum Traiecti*[m] *episcopum futurum.*

Traiectensis[n] sedes episcopo vacabat, et ad alium substituendum clerus et populus confluxerat, regia sublimitas quem vellent annuerat, sacerdotum et optimatum dignitas auditorium publicum condixerat. Forte

Scinditur incertum studia in contraria vulgus[81], 81

quia mirifice[o] a Domino providetur alius[n]. Beatus Iohannes, cui tunc temporis nomen erat Agnus, tanto et praesago vocabulo meritis simplicitatis et castis respondebat operibus. Insistebat enim agri culturae, quae sola fere ars exerceri valet absque totius criminis labe. Hoc autem opus non egestatis coactus penuria vel necessitatis alicuius constrictus inedia, sed pro eius temporis consuetudine pocius invigilando sequebatur. Non autem ipse operabatur; nobilis siquidem erat, et multis magnarum possessionum[p] reditibus abundabat. Quod ne cui forte videatur ambiguum, testantur etiam praedia ab eodem nostrae aecclesiae collata, a maioribus nostris et nobis adhuc possessa, et de quibus dominicam decimationem sanctae Cosmae retinet aecclesia, pro eiusdem sancti viri sepultura. Dum igitur talibus incumberet laboribus, supervenit quidam de partibus transmarinis peregrinus, qui visione angelica fuit monitus, ut mare transiret, et civitatem bene factam, ab Antonio augusto constructam praeaccederet, et virum sanctum ex nomine designatum super magnalia Dei institueret[q]. Is itaque multas circumcirca terras lustraverat, bene factam civitatem quesierat, tandem Hoium peraccessit, civitatem ex nomine demonstrato invenit[r]. Amplius progressus ad horientem, beatum repperisse se laetatur Iohannem, iuxta condignum angelicum rationali opare in praedio suo Tietantia[s, 82] incumbentem. Et ne ullus eius animo 82
scrupulus remaneret, temptavit an ex nomine reliquum inditium conveniret. *Salve*, inquit, *vir optime Agne.* Cui cum annueret, et salutatus resalutaret, cercior iam factus vir transmarinus: *Bono*, inquit, *operi insistis, bonus et ipse a Deo cognosceris. Bonus ad te missus sum nuntius, nisi forte, quod absit, verbis meis extiteris incredulus. Opera tua et elemosinae placuerunt Altissimo, caelos quoque tua frequens penetravit oratio, cuique nota sunt omnia, complacita est quae in abditis tua manet intentio. Et quia magnifice Domino famularis, magnifice ab eo honoraberis. Mirum servitutis tuae spectaculum exhibuisti angelicis spiritibus, mirabile de te exemplum praebebitur hominibus. Oppidum Traiectense proprio viduatum est pastore, statuit Dominus eo officii te sublimari honore.* Ad[t] haec sanctus vir primo obstupuit, arrectaeque comae vox faucibus inhesit[83], perterritusque rei novitate, tandem sic voce resumpta: *Mira* 83
quoque[u], inquit, *praedicas, nec sum incredulus his omnino quae narras. Oppidum quidem Traiectense vacuum est pontifice, sed me ad id admitti multum videtur ab re. Me enim uxorio innexum vinculo*

a) difficile *Ch.* b) *deest* 3. c—c) *desunt Ch.* d) *corr.* 1. *pro* excitente. e) nota 1. 2. f) mutum 1. 2. *corr.* muti 2. g) *deest* 1. h) fulco 3. i) *ita e Persio restituendum;* dicturam 1. 2. 3. k) dum aratur 1. 2. 3. l) alienigenę *corr.* aligenigenę 2. m) traiectensi 1. 2. n—n) *deest Ch.* o) mir:ficissime 2. mirificissime 3. p) possionum 1. 2. q) instrueret *corr.* institueret 1. instrueret 3. r) mine monstrato inuenit 2. *corr.* monstrato 3. s) Tutantia *Ch.* t) at 1. u) *deest* 3.

78) i. q. deficere. 79) iam pridem i. e. nostris temporibus. 80) Persius I, 73—75. 81) Virgil. Aen. II, 39. 82) Villa est Huyo vicina, Tyhange Gallico vocabulo hodierno tempore nuncupata. CHAPEAV. 83) Virgil. Aen. III, 48. IV, 280.

1 Cor. 7, 33. *necesse est iuxta apostolum cogitare „quae sunt mundi, quomodo placeam uxori.“ Sed nemo militans Deo*
Sapient. 12, 1. *implicat se negotiis secularibus, et necesse est his eum vacare, qui quam suavis est Dominus cupit videre.*
Non enim canones antistitem statuunt, non talem statuta patrum saltem ad clerum admittunt. Liberos[a]
1 Tim. 3, 4. *habere mihi contigit, quorum prosperitati*[b] *et usibus intendere lex seculi sancit, et eos quidem subditos in*
omni castitate apostolus praecipit, sed domum ante ordinandam canon mandavit. Et haec omnia esto
suppeditent; quod necessarium tamen est, ad id mihi officium peragendum omnino deest. Opera indolis[c]
1 Tim. 3, 2. *summa ab apostolo in episcopum deflorata desunt, sanctitatis privilegia stirpitus absunt*[a]*, inreprehensibilem*
me esse non autumo[d]*, multis me viciis irretitum conscius mihi ipse condempno. Non astiti laborantibus,*
non sum compassus merentibus, cum Martha pauperibus Christi[e] *non ministravi, cum Maria verba divina*
non attendi. Ideo ab activa multum me desentire fateor vita[f]*, contemplativae vero numquam saltem deli-*
basse principia. Proferentem[g] *inquit apostolus eum qui secundum fidem est rectum sermonem. Quem*
proferet rectum, qui pene numquam didicit ullum[g]*? Litteras non didici, nunquam studui, scolis non inter-*
1 Tim. 3, 6. *fui, ferulae nequaquam manus subduxi „Non neophitum“ ait apostolus. Et quomodo ad pontificatum tam*
insperato debet ascendere, cui non contigit singulos gradus singulariter amministrasse? Quomodo tandem
poterit praeesse, qui numquam scivit subesse?

85 Tantos ille suo rumpebat[h] pectore questus[85].
At senior demum subnectit talia dicens:

Psalm. 144, 3. *„Magnus Dominus et laudabilis nimis, et magnitudinis eius non est finis.“ Qui omnia sicut vult potest, ei*
quoque id perficere inpossibile non est, et quidem ex nihilo cuncta creavit, eius potentiae quis resistit?
Quique valet de lapidibus suscitare filios Abrahae[i]*, ipse potest scientia sua os tuum replere. Tantum eius*
maiestati nichil difficile existimes, sed credulus linguam fidelem in creatoris aperias laudes. Licet[k] *enim*
propheta praeconem summae veritatis dignus generare sit habitus, tamen taciturnitate est dampnatus, quia
divini promissi apparuit dubius. Consideravit quippe corpus suum emortuum, uxorisque conditionem effe-
tam; nec retractavit maiestatem Domini omnipotentissimam. Si enim Deum universa ex non subsistentibus
fecisse satis adverteret, et stantibus aliquit componere minus dubitasset, etsi indignum se, quia suam per-
spexit praeponderare nequitiam, sed non adversus Dei debuit putare clementiam. „Ecce“, inquit Dominus
ad alium prophetam sua sibi crimina inculcantem, et ideo a visione Dei, et magnalibus eius annuntiandis
Iesaias 6, 7. *trepide suspendentem, „Ecce, inquam, calculus quo tetigi labia tua, et auferetur iniquitas tua*[k]*.“ Ne*
queso dubita, sed antiquorum diligenter historias pertracta, — fortassis enim aliquas saltem auditu per-
cepisti, — quid in eis aliud antiqua sonant miracula, nisi quia ab omnipotenti Deo mirabiliter iussa inna-
tum sibi mutavit statum natura?

31. *Quid ad haec ille responderit, quodque baculus eius terrae fixus floruit.*

Ad haec beatus Iohannes respondit: *Horum quidem nihil mihi est dubium, sed comparatione eorum,*
per quos vel a quibus ea gesta sunt insignia, ego sum inferior multum. Pariterque baculum, quem forte
tenebat, infigens[l] humo: *Sicut*, inquit, *perdifficile est hoc amplius aridum quod cernis lignum radicitus*
terrae inherere, stirpes producere, florere pariter et fructificare, ita videtur inconsentaneum verba quae
dicis in me impleri posse. Mox mirum in modum lignum continuo superficiem inmutavit, stirpitus[m] ter-
rae inhesit, corticem induit, protinus viruit, floruit, et fructificavit[m]. O mira potentia conditoris, o in-
effabilis gratia creatoris, o tempus acceptabile, dies praedicanda ubique! Felices hi qui haec meruerunt
videre, felices et nos si non[n] dissimulemus credere, felix et rex cuius haec contigerunt tempore, felices
palatini quibus contigit interesse! Felix clerus tali pontifice, felices populi tanto pastore! Renovatur[o]
antiquum miraculum, reparantur virgae Aaron praeclarum prodigium. Illa legitimi index fuit sacerdotii,
haec insperati et dubii, sed divinitus mirabiliter provisi monstratrix extitit pontificii, nisi quod illa unius
dilationem noctis accepit, haec in momento fructificans procrastinationem nullam habuit. Illa infideles
confutavit, haec caelitus destinatum ad opus adduxit[o]. Vulgatum est hoc celebre aput omnium aures,
perlatum est ad plurimos regni totius proceres. Non latuit regem, fama haec aput Traiectum congrega-
tam occupavit plebem. Confestim properatur, legatio Hoium dirigitur, beatus Iohannes cum transmarino
622. invenitur, Traiectum usque sub admiratione omnium perducuntur. Regnum Austrifranciae Dagobertus
adhuc adolescens administrabat, Lutharius magnus, pater eius, monarchiam quatuor regnorum strenue
86 solus regebat[86]. Regia igitur praecepta edicuntur, res in ancipiti posita solvitur, beatus Iohannes ad
c. 625. episcopatum assumitur, consentitur a cunctis, omnes favent, universi laetantur. Sanctus vir licet adhuc
vellet reniti, quia tamen a cunctis videbat se favorabiliter excipi, laetabatur se vinci a dispositione Dei
tam mira et ineffabili. Igitur[p] ab universis exceptus cum laudibus, electus intronizatur, adductus extol-
litur, acclamatus sanctificatur, sedi inpositus cum reverentia obauditur, nomenque ei Iohannes immuta-
tur[p]. Qui qualem quantumque se meritis sanctitatis ornaverit, armis fidei induerit, virtutibus optimis
decoraverit, et quod pius opere impleverit, quaecumque digna subiectis implenda mandarit, omnibus est
et erit perspicuum, qui tam mira praemissa ab Omnipotente in eum completa non ducent ambiguum.
Nam et ipsum in omni morum honestate perfectum, complures habuisse perfectos constat discipulos, ex
87 quibus unum[q] accepimus beatum scilicet Mononem[87], responsis sub eo aecclesiasticis instantem per-

a) Liberos — absunt *desunt Ch.* b) prosteritate 1. 2. 3. posteritate *e corr.* 2. c) indotis 1. 2. 3. d) inauctumo 1. e) spu (spiritu) 1. 2. f) *deest* 1. C. D 1. 1*. 2. g) Proferentem — ullum *desunt Ch.* h) rumpepat 1. i) Habrahae 2. 3. k) Licet — tua *desunt Ch.* l) infingins 1. m) stirpitus — fructificavit *errore quodam exciderunt in* 1. n) si 1. o) Renovatur — adduxit *desunt Ch.* p) Igitur — immutatur *desunt Ch.* q) in unum 1.

85) Virgil. Aen. IV, 553. 86) Obiit a. 628. 87) Vita S. Mononis Sur. VII, 783. Herigero recentior est.

fectum exhibuisse martyrem. Ipse vero domnus et sanctus Iohannes cursum vitae praesentis explens, in c. 646. senectute bona repausationem indeptus, hominem exivit, bravium coronae perhennis accepit, sepultus in aecclesia Cosmae Hoio sita in monte[88]. 88

32. *De sancto Amando.*

Post haec sanctus Amandus 22. subrogatur, cuius quia vita plena virtutibus habetur descripta, placuit hic inde decerpta deflorare tantummodo pauca, et ipsa ante episcopatum[a] gestorum eius altius repetere initia. Igitur Aquitania nativitatis eius extitit patria, pater Serenus, mater Amantia vocitata est, non solum Baudemundi vita S. Amandi c. 2. secundum seculi dignitatem incliti, verum etiam christiani. Dum puer adhuc esset, patriam parentesque reliquit, Ogiam[89] insulam ad occidentem maris oceani expetivit. Illic a fratribus spiritualibus cum magno recipitur gaudio, et quia sacras[b] litteras didicerat, in Dei cottidie[c] servitio maiori fervebat desiderio.

33.[d] *Quod serpentem oratione fugaverit, loca sancta adierit, patriam revisit.*

Primum signorum eius inditium[e] fuit, quia dum per eandem insulam gratia obedientiae cuiusdam iussus deam- c. 3. bularet, mirae magnitudinis serpentem obvium habuit[f]. Primo ut puerilis patiebatur aetas extimuit, deinde orationem prostratus fudit, surrexit, crucis signum opposuit, vi verborum ut ad latebras redeat edicit. Ille imperatis obaudit, quantocius redit, et in eadem insula ulterius non comparuit. Deinde pater eius ad eandem insulam devenit, ut de c. 4. monasterio debeat egredi monet, ut secularem resumat habitum suum, addit insuper quia nisi obtemperaret[g], hereditate se privet. Ille autem: *Id*, inquit, *territas ociose, quo semper voluntas est carere; Domnus pars hereditatis meae.* Post haec Turonos[h] sancti Martini petit sepulchrum; ibi eius interventionis oravit auxilium, ut id sibi gratiae c. 5. apponi expostulet Dominum, quatinus peregrinationi tocius vitae sibi concedat dependere cursum. Ab oratione surrexit, capitis comam abscidit. Clericatus est adeptus honorem, omnem in clero gratiam transcendebat per ordinem. Inde c. 6. progressus Bituricos adiit, ubi a sancto Austrigisilo eius civitatis episcopo et eius archidiacono beato Sulpicio post honeste et humane suscipitur, quorum suasu cellam ibidem construxit, quam fere per 15 annos inhabitavit. Cilicio tectus et cinere vigiliis se macerabat assidue, ieiuniis et inedia attritus, ordeacio pane contentus, a vino abstinuit, aqua tenui corpus sustentavit potius quam aluit. Deinceps desiderio inflammatur caelesti Romam adire, limina aposto- c. 7 lorum invisere, orationum eorundem suffragia expetere. Quod ubi complevit, egredientibus quadam c. 8 nocte custodibus in aecclesia submittit, inventus iniuriis afficitur, ab aecclesia eliminatur. Hac de causa in foribus sedentem contristatum et subito in mentis extasi raptum sanctus eum Petrus blande et comiter deliniit[i], ut Gallias ad praedicandum repetat admonuit. Ille hilarior redditus Gallias est reversus.

34.[k] *Quod episcopus factus multa bona opera fecerit.*

Subinde coactus a rege et sacerdotibus episcopus ad praedicandum, ut tunc moris erat, est ordinatus. c. 9. Quod officium strenue inplevit, circumquaque positis verbum Domini annuntiavit, monasteria plura exstruxit, praediis et opibus a rege et principibus acceptis iuvit, qui ea incolerent et Christo militarent locavit. Captivos vel transmarinos, si quos inveniebat, accepto a rege vel fidelibus pretio redimebat, litteris[l] sacris inbuebat, diversis ad sustentandum aecclesiis dirigebat. Alii ex his visi postea sunt abbates, multi presbiteri, aliqui insuper episcopi[l]. Iterum[m] subiit animum Romam temptare, contigitque inde revertentem Centumcellis devenisse. c. 10 Ubi cum in oratione pernoctaret[n], diabolus unum de famulis ad mare pertrahebat, ut eum demergeret. Illo iterante *Christe adiuva me*, diabolo haec inproperante: *Qui Christus?* ait beatus Amandus: *Filius Dei vivi crucifixus.* Ad hanc vocem disparente diabolo, ereptus est homo. Per idem pelagus navigantibus eis, captus est piscis, c. 11. cuius captura gaudium cumulaverat nautis. Hanc laeticiam subito orta turbavit tempestas, quae omnes in desperationem adduxit, iactari quaeque necessaria in mari compulit, ad ultimum ad Dei famulum confugere fecit. Iterato sanctus Petrus per puppim navim transiens apparuit, confidere iussit, salvandas omnium animas repromisit. Sedata est procella, tempestas fugata. Facto mane, omnes ad terram incolomes exiere.

35.[o] *Quod Gandensem[p] populum converterit.*

Aggressus est interea Ganda oppidum Scaldi fluentis inpositum, diaboli sic laqueis irretitum, ut arbores et ligna c. 12. pro Deo colerent, caeterisque circumquaque positis ad fidem Christi inclinatis, ipsi vel propter efferatos mores, vel propter infecundos[q] cespites, adhuc idolis inservirent, favente Aichario[r] episcopo Noviomense, regia superincumbente auctoritate, tantum discrimen aggredi ausus est sine cunctatione.. Quociens iniuriatus, quociens[s] flagris cesus, quociens ab inhonestis mulieribus deturbatus, quam sepe in flumen praecipitatus, ad ultimum fugatis caeteris sodalibus ipse remansit praedicationi desiduus. Monasterium sancti Petri illic aedificavit, sanctum Bavonem ex Haspanio prae- Vita S. Bavonis. donem convertit, et trans fluvium facta cellula paenitentem reclusit. In eodem pago reus quidam comiti ad dirimendas Vita S. Amandi c. 13. causas sedenti a lictoribus praesentatus, graviter caesus, stipiti est addictus, sanctus vir Amandus supervenit, pro reo intercedere voluit, aput iudicem nichil optinuit, domum confestim rediit. Reus patibulo est affixus, et statim apparuit mortuus. Iudex cum caeteris discessit, beatus autem Amandus hominem mortuum invenit, ad cubiculum ubi orare solebat deferri fecit, in oratione super corpus pernoctavit, mane fratribus convocatis aqua lotum restituit vivum, ita ut vulnerum quidem eius nullum[t] remaneret inditium. At ubi longe lateque divulgatum hoc miraculum, sponte ad eum con- c. 14. fluebant, idola sua propriis manibus destruebant, ex eis aecclesias Christi et monasteria edificabant. Sic praedicationem c. 15 suam fructificare gavisus, transito Danubio, gentibus illis praedicare est orsus. Paucos in Christo regeneravit, et quia fructum quem putavit non est lucratus, martirium quod sperabat non est indeptus, ad propria subinde est regressus.

36. *Dagoberti regis filium catezizat.*

Dagobertus interea rex filium suscepit, beatum Amandum qui eum ex sacro fonte exciperet inquiri mandavit, et c. 16. quia idem pontifex dudum pro capitalibus eum criminibus arguens, non absque iniuria de regno fuerat expulsus, humi- c. 17. liter ut sibi hoc remitteretur volebat orare, et ex generatione filii sibi conciliare. Beatus Amandus repertus advenit, noxam remisit, filium eius tamen de sacro fonte suscipere humiliter recusavit, fugiendo declinavit. Missis deinde rex

a) epam 1. 2. 3. b) l. s. 2. 3. c) totidie 3. d) XXXII. 1. 2. 3. e) initium *Vit. A.* f) habet 1. g) obteperaret 1. obtemperet 2. 3. h) turonos *corr.* turonis 2. i) deliniyit 2. 3. k) XXXIII. 1. *deest* 2. 3. l) litteris — episcopi *desunt Ch.* m) item C. n) prenotaret 1. 2. 3. o) XXXIIII. 1. 2. 3. p) Gaudensem 1. q) *e corr.* 2. infedos 1. r) Achario *corr.* Aichario 1. s) quocens 1. t) ullum 1. 2. 3.

88) Si Aegidium audis hoc erat Iohannis epitaphium: *Per stimuli florem tulit agricultor honorem.*

89) Nunc insula Oyem e regione Rupellae. Cfr. Act. SS. Febr. I, 816.

Vita S. Amandi c. 17. sanctis viris Eligio[90] et Audoenio[91] post episcopis, vix obtinuit, filium non plus quadraginta dies a nativitate habentem
c. 646. catezizavit. Circumstantibus, in alia occupatis, non respondentibus, puer clara voce *amen* respondit, sicque baptizatus
c. 18. et Sigebertus vocitatus gaudium omnibus fecit. Post haec, ut supra dictum est, beatus Iohannes episcopus
Traiectensium feliciter migravit ad Christum. Rex convocatis multis sacerdotibus sanctum Amandum evocavit, Traiectensibus praefecit. Per triennium vicos et castra circuivit, verbum vitae annuntiavit; tunc nichil se proficere cernens, sacerdotes insuper[a] et levitas insultare sibi considerans, pulverem pedum in eis excussit, et ad alia deinde loca demi-
649. gravit[92]. De caetero brevitate studemus, quia aliorum scribendis gestis pontificum nos reservamus.

37. *Quod contemnentes verbum Dei ex ore eius ultio divina percussit.*

c. 19. Canalaus[93] postea insulam super Scaldum fluvium invenit, ibi cum fratribus spiritualibus Christo militavit. Contemptores verbi Dei ingens per biennium plaga attrivit, ita ut eo loco nullus remanserit, qui virum Dei praedicantem
c. 20. contempsit. Vacceiam deinde gentem quae Wasconia dicitur adiit. Ea in montibus manebat, idola pro Deo colebat. Mimilogus[b, 94] quidam servum Christi derisit, euangelium annullabat, protinus a demonio arreptus, propriis se lacerans manibus miserabiliter expiravit.

38. *Insidiatores suos cecitate percussos[c], itemque cecam mulierem illuminat.*

c. 21. Illic etiam parum proficiens, civitatem quandam in revertendo intravit. Ibi ab episcopo civitatis honorifice susceptus, dum aqua in eius funderetur[d] manibus, caute iubente episcopo conservata, cecoque cuidam porrecta, dum oculos ex ea fovit, protinus vidit.

39.[e] *Monachum inobedientem paralisi percussum liberat. Enumeratio virtutum eius[f].*

c. 22. Franciam deinde rediit, locum ubi deinceps habitaret elegit, Hildericum regem adiit, municipium ubi monaste-
c. 23. rium construeret rogavit. Igitur inpetravit, sed Mumolus Ozidinsis[95] urbis episcopus hoc graviter tulit, apparitores continuo misit, qui ei aptiorem locum simulate ostenderet, et ad quendam montem deductum occulte interficerent. Hoc beatum virum spiritu sancto revelante non latuit, tamen ardore martirii ire perrexit. Ad montem itaque pervenitur,
c. 24. apparitores cecitate feruntur, sed paenitentes beato Amando orante iterum illuminantur. In redeundo apud quandam cecam in pago Belvacensi ospicium accepit; sciscitatus causam cecitatis, didicit, adorare eam arborem dicatam demoniis, mox ut illam incidi ab eadem fecit, protinus mulier recepto lumine vidit.
c. 25. [g]Praeposito monasterii cuiusdam ut plaustra vino fratrum subvehendo pararet mandavit; ille ad excusandas excusationes in peccatis quasi plaustra habere non posset neglexit, et ad horam inobediens extitit. Ut tamen ire coepit, mox in paralisi resolutus, quibus valuit verbis quia inoboedientiae causa haec pateretur manifestavit. Navi inpositus ad virum
c. 26. Dei[h] Elnonem deducitur, vinum et panem ab eo accipiens, in integrum sanitati restituitur, et de perversis moribus in
c. 22. c. 27. reliquum emendatur. Alia multa miranda peregit, coenobia innumera aedificavit, opibusque[i] ditavit, Deo servientibus
c. 684. cumulavit, ad ultimum Elnonem monasterium[96] inhabitavit, ubi et sanctam dormitionem accepit.

40. *Proemium in vitam beati Remacli.*

Omnipotens Dominus, qui dives est in misericordia, cuius natura bonitas, voluntas effitientia[k],
Rom. 9, 22. opus misericordia, sustinuit vasa irae, apta in interitum, in multa patiencia, tandem salvandis omnibus venit, quia a reatu primae praevaricationis liberum nullum invenit. Divitias bonitatis et longanimitatis suae omnibus praerogavit, voluntatis omnipotentiam et[l] ingratis et respectu gratiae suae indignis efficacissime exercuit, quia opus misericordiae salvatricis ut esset recuperabile misericorditer ante providit. Forti[m] arma abstulit, in quibus confidebat, vasa distribuit quae possidebat, ut sicut prius fuerant peccatis interpellantibus[n] irae, ita deinceps per gratiam divinam fierent vasa misericordiae. Quia ut non est credendum aliquem ad salutem venire nisi Deo invitante, sic nec invitum quidem salutem suam operari nisi Deo auxiliante, nullum voluntate Dei perire, sed permisso arbitrii pro[o] sua electione, ne ingenuitas potestatis attributa semel homini ad servilem cogatur necessitatem referri[m]. Initium ergo salutis nostrae Deo miserante habemus. Ut[p] itaque adquiescamus salutiferae inspirationi, nostrae est potestatis, ut adipiscamur quod moniti adquiescendo cupimus, divini est muneris; ut labamur, nostrae est potestatis et ignaviae, ut non labamur, indepto salutis munere nostrae quidem est quodammodo sollicitudinis, omnimodo vero adiutorii caelestis. Et ei spei fortissimae innitentes[p] beatos esse, re ipsa comperimus, qui dum Christum in carne tantam praelibantem salutem non viderint, credere fideliter audita non dubita-
Iohann. 14, 12. verint. Multos namque ipsorum quae ipse fecit fecisse, et maiora iuxta promissum ipsius operatos esse, non solum fatentur proximi, sed etiam ultra Sauromatas praedicant positi, et glacialem frequentantes occeanum et fortunatarum incolae insularum. Et ideo tanto delectet nos succumbere bono, tanto voluptas sit subesse Domino, qui non modo fautor et adiutor est incremento proficientium, verum remediabiliter providet ruentium casibus obviandum, dum et angelica nobis praestat suffragia non deesse, et patrocinia confert sanctorum, quos pro reatibus intercessores non dubitemus efflagitare. Quos cum passim et diversis donatos provinciis in commune conveniat honorare; singulis tamen quibusque locis misericorditer provisos attribuit, quos specialiter amplectendos et propensius exorandos voluit. E quibus nobis beatum Remaclum destinavit, cuius quia suffragiis plurimum innitimur, eius vita et gesta, ut captus est facultatis, narrare ordimur.

a) et super 1. b) Minilogus *corr.* Mimilogus 1. c) perculsos 3. d) funderentur 1. 2. e) XXXVIII. 1. 2. f) et dormitio *additur in indice* 1. g) *in* 1. 2. *hoc loco* XXXVIIII. *scriptum est, in* 3. *quaedam erasa videntur; desideratur in indice.* h) *deest* 1. i) que *deest* 2. 3. k) effitiencia 2. l) *deest* 3. m) Forti — referri *desunt Ch.* n) interpellentibus 3. o) p 1. 2. 3. p) Ut — innitentes *desunt Ch.*

90) Noviomensi. 91) Rotomagensi. 92) Cf. Martini I. papae litteras ad S. Amandum datae a. 649. Mansi X, 1183. 93) Chavelaus, Chanalaus, Chalelaus, Calolo in vitis S. Amandi vocata, insula est Scaldis fluvii Calloo, duas leucas ab Antwerpia distans. Act. SS. Febr. t. I, 820. 94) iocularis in quibusdam vitae S. Amandi codicibus vocatur. Act. SS. l. l. 95) i. e. Uceticensis in Gallia Narbonensi. 96) situm inter Tornacum et Valencenas. CHAPEAV.

41. *De regno Francorum et Aquitania unde sanctus Remaclus oriundus fuit.*

Francorum regnum a sui principio semper infatigabile, tunc prae caeteris sibi collimitaneis[a] visum est florere, cum iugo dominicae fidei colla passum inclinare, et quod prius adorat incendere, quod incenderat voluit [Hincm. vit. S. Remigii c. 64.] deinceps adorare. Maximum autem accepit incrementum et firmum sub eo sancta Dei aecclesia statum, [Cf. Gesta Franc. c. 40.] cum Clotharius[b] rex fusa successione hanc[c] quartus monarchiam singulariter trium regebat regnorum, [613.] et eum quadragesimum agebat annum, quem Eraclius augustus sanctae crucis relator quartum decimum. Hic sceptro[d] suo nullius circumpositi sceptrum[d] passus est occursare; sed quicquit pene Gallia et Germania regum et gentium continuit, suis studuit habenis coercere. Hic filium suum inclitum Dagobertum [622.] Austrasiis praefecerat, eiusque dominio Germaniae regna coniunxerat. Quorum felicissimo tempore in tantum exuberavit christianitatis titulus ubique, ut pene rara aut nulla citra finitimos inveniatur hodieque aecclesia, quae non alicuius eius temporis sancti nobis praetendat[e] patrocinia. Sed ut sileamus interim de innumeris, tunc sancti viri Eligius et Audoenus[97] palatinis inceptabant insudare curis, beatus Arnul- [97] fus cum Romarico regalibus iam tunc intererant consiliis. Sanctus autem Amandus et beatus Remaclus et sanctus Goar Aquitaniam nativitatis suae illustrabant auspiciis. Est autem Aquitania, quam quidam partem fere terciam autumant Galliarum, ab obliquis aquis Ligeris fluminis nuncupata, qui ex plurima parte eam limitat, peneque in orbem circumdat. Haec a circio habet occeanum, qui Aquitanicus sinus dicitur, ab occasu Hyspanias, a septentrione et oriente Lugdunensem[f] provintiam, ab euro et meridie Narbonensem[98]. Rivulis et fluminibus piscosa, glebis terrae pinguissima, vinetis nectarea, nemoribus [98] consita, fructibus opulenta, pascuis pecorum sufficientissima, auri et argenti et caeterorum copiis metallorum refertissima, navium et vectigalium comeatibus questuosa, sed voluptatum omnium prae ceteris provinciis luxuriae fructuosa, et viris prae reliquis efferatos mores habentibus bellicosa pariter et inquieta. Haec, municipiis et caeterarum municionum castris exceptis, habet civitates opinatissimas pergrandes pariterque populosas 14. Ex quibus duae sunt metropoleos urbes, una scilicet Burdegalensium titulis semper magnorum insignita virorum, altera est Bituricum habens hac tempestate sanctum Austrigisilum archiepiscopum et beatum Sulpicium archidiaconum in brevi post eum pontificali[99] honore donatum. [99] In quorum parrochia beatus isdem diebus Remaclus felicissime sumpsit nativitatis exordia, pater eius Al- [Vita S. Remacli c. 1.] bucius, mater est vocata Matrinia. Ambo secundum seculi dignitatem diviciis pollentes[g], utpote generis nobilitate cluentes, velut traditio magnarum possessionum eius tam Tungrensi aecclesiae quam nostro monasterio[h] facta, vel ab ipso vel a proheredibus eius vel etiam a regia sublimitate, testatur. Multa etenim scripta ex eisdem rebus per multa annorum curricula a nobis possessis, in utrarumque aecclesiarum adhuc retinentur archivis.

42. *Quod idem a beato Sulpicio dehinc sub Elegio educatus palacii primoribus innotuerit.*

Sed ut, unde[i] paulo momento evagati sumus, articulum reflectamus[k], educatus est sublimiter bonae indo- [Vita Rem. 1.] lis puer Remaclus, prout plurima facultatum copia eius suppetebat parentibus, sub beato Sulpicio[1], in cuius veneratione constat ab eodem sancto viro plurimas in nostra dyocesi postea dicatas aecclesias. Deinde eum adultum et tocius bonitatis, ut tali conpetebat aetati, iam fructum ferentem tradunt beato Eligio, viro omnibus eius temporis hominibus meritorum gratia praeferendo. Qui eum Solempniaco[l, 2] monasterio, quod ipse pio opere in [2] sua construebat hereditate, locavit, et sacris monasticae disciplinae institutionibus ad unguem[m] instruxit. In tantum autem bonus adolescens adhesit monitis sancti viri, ut non modo haut segnis fieret verbi executor[n] divini, verum gratia ita[o] exuberaret superna, ut omnibus sub eadem militantibus disciplina religiosae conversationis fieret exemplum et norma. In vigiliis namque continuis pernoctabat, orationes vero per noctem[p] continuabat, in abstinentia praecipuus, in universa morum probitate[q] praeclarus. Haec sanctus Eligius, cui commissus fuerat, cernens, simulque ad eius profectum animi alacritate commigrans, curam sibi gregis commissi illi committere non abnuit, onus et vices repartiri non dubitavit, seque servitio palatii sicut compellebatur reindulsit. Post[r] haec labentibus annorum curri- [c. 2.] culis vulgante fama in circumpositis Galliae totius provinciis, auditum est undique de vita et actibus sancti viri. Et aures procerum, qui tunc palatinis invigilabant curis, penetravit[s] gestorum eorum opinio, quod scilicet talis ac tantus pullulans palmes vitis summae responderet plantario. Non potuit ordinante Altissimo lucerna divinae accensa gratiae spiculo sub propriae considerationis contegi modio, sed ut supplementum fieret desiduis in fide proposito lichnus superponitur candelabro[r]. Igitur promulgatum est in aula regali, tantum virum non debere abesse praesentiae regis, ut illius prudentia disponerentur regni negocia, cuius tanta iam tunc audirentur meritorum insignia. Evocatus itaque honorifice ut decebat ad palatii producitur limina, magnum eo[t] modo omnibus solamen futurus, uti subinde perdocuit rerum eventus. Per idem ferme tempus beatus Iohannes Tungrensium vel Traiectensium feliciter regens pontificatum, hominem exivit[u]. Inclitus[v] rex Dagobertus, qui patri defuncto auspicabiliter successerat et monarchiam imperii solus sollerter administrabat, beatum Amandum, qui ad praedicandum, ut tunc moris [Vita S. Amandi c. 16.] erat[3], factus fuerat episcopus, arcersierat. Et quia dudum arguens eum pro capitalibus iniuriatus fuerat et

a) collimitanus 1. collimitana 2. 3. b) clo *e corr.* 2. lotharius 1. 3. c) tunc 2. 3. d) *ita vita Landoaldi c.* 1. circumpositis ceptrum 1. circumpositis sceptrum 2. 3. e) *ita vit. S. Landoaldi c.* 1. portaentat 1. f) lugdiniensem 1. 2. g) *reliqua desunt Ch.* h) ad nos *vit. R.* i) inde 2. 3. k) flectamus 3. l) sollemniaco 1. cum sollempniaco 3. m) apprime C. ad primum D 1. n) exesutor *corr.* executor 1. o) *deest* 3. p) pernox 2. 3. *Ch. vit. Rem.* q) honestate 3. r) Post — candelabro *desunt Ch.* s) *deest* 1. t) ea 1. u) exiuit *corr.* exuit 2. v) *reliqua paene omnia desunt Ch.*

97) Cf. S. Audoeni vita coaeva c. 6. Act. SS. August. IV, 806. 98) Haec in Aethici cosmographia, dein apud Orosium I, 2. leguntur. Unde sequentia hauserit auctor me ignorare libere confiteor; ipsi Herigero tribuendum esse vix ac ne vix quidem mihi persuadere possum. 99) Bituricensi. 1) Silentio hoc praetermittitur in S. Sulpicii vita coaeva Act. SS. Ian. II, 167. 2) Solignac in Aquitania et dioecesi Lemovicensi. Cf. vita Eligii I, 16. Sur. VI, 636. 3) Cfr. cap. 34.

Vita S. Amandi c. 17. c. 18. expulsus, deinde per regenerationem[a][4] filii sui Sigeberti aliquantisper reconciliatus, temptavit, sicut et fecit, eum sibi arcius devincere, et in Traiectensium cathedra sublimavit. Qui per triennium vicos et castra circuivit, verbum vitae disseminavit, nichil se proficere cernens, sacerdotes insuper et levitas sibi insultare dolens, pulverem pedum iuxta Domini praeceptum in testimonium supra illos excussit, eosque tali elogio in posterum denotavit, et ad alia deinde loca praedicando ut antea fecerat demigravit.

43. *Quod beato Amando in cathedra Traiectensi successerit, et qualiter ibi vixerit.*

Incompertum est deinde, quanta temporis intercapedine plebs[b] Traiectensium fuerit sine pastore, 632. donec Sigebertum pater regem Austrasiis praefecit, et in Mediomatricum urbe sedem habere constituit. Cui plebs[b] Traiectensium cum electione communi sacerdotum, cum frequentia et audientia magnatum[c], cum vociferatione etiam acclamatione omnium ordinum, obtulit tale precum suarum votum, neminem sibi debere nisi beatum praeesse Remaclum, hunc Deo et hominibus acceptum et nulli eius aetatis[d] sanctitate secundum[e], hunc[f] angelicis spiritibus gratum, hunc terram incolentibus reverendum, eius se multimoda expertos commoda beneficiorum, interventionum illius tam apud regem quam apud proceres sepe sensisse suffragium, prudentiae illius advertisse sollertiam, cum regalibus crebro consiliis inpenderet operam; non deesse ei scientiam scripturarum unde proferat nova et vetera, subesse ei omnem[g] cata- 1 Tim. 3, 2 logum cum dotis summa ab apostolo in episcopum deflorata[f]. Talibus votis rex favorabiliter assentiens, tantis studiis officiose concordans, decrevit eorum quia aequum expostularent annuere peticioni, simulque super hoc inire colloquia beati viri. Sed quis memoratu possit sufficere, quanta illum benignissimus rex ad assentiendum demulsit verborum dulcedine? Quis denique valeat enarrare, quantum vir beatus reluctari et reniti visus est pro posse? Et rex sacerdotum et obtimatum fretus consilio, a proposita non destitit[h] intentione. Sanctus vero sacerdos metuens sanctioni contraire divinae, licet nolens 650. septimus et vicesimus Tungrensi vel Traiectensi substituitur[i] aecclesiae, ut verbi semina deinceps in plures Vita S. Remacli c. 3. diffunderet, quae in se hactenus diu latentia occuluisset. Porro cuius meriti religionisque quam integre in eodem extiterit regimine, nostrae facultatis non est evolvere, cum[k] mox in ipso initio eius ordinationis tantam ei gratiam Dominus contulit praedicationis, ut omnes aurem quam citissime accomodarent[l] obeditionis[k], nullus esset qui non eum ex affectu diligeret, unusquisque eius inherere doctrinae pro se sedulo ageret. Nichil enim arrogantia[m] de eius moribus usurpabat, totum hunc humilitas tota possederat. Superbi hunc reverebantur[n] ut sibi superiorem, humiles amplectebantur ut fratrem. In commune bonus, omnibus certe benivolus, in terra positus caelestem se habitu ostendebat et moribus, angelicus in aspectu, mundus in incessu, nitidus, sanctus in actu, integerrimus corpore, sollertissimus mente, circumspectus in opere, optimus ingenio, magnus in consilio, catholicus fide, patientissimus spe, diffusus extitit caritate, et cuiusque meriti erat, operibus declarabat, quippe piissimus et omni suavitate facillimus. Inter divites et pauperes semper medius, ut pauperes illum quasi pauperem, divites computarent ut divitem. Non enim[o] personas potentum, sed pensiducebat elegantiam morum; tantum quemque honorans propensius, quantum agnovisset vivere sanctius. Quod astruebat ore, numquam destruens actione, praemonstrans opere quid esset docendum voce. Et quod ei gratia divina concessit, in posteros derivavit; non solum enim per se ipsum nobis hodieque proficiunt gesta, sed discipulorum illius et qui ab eo edocti[p] fideliter sunt exemplo et imitationi nobis opera[o]. Coenobiorum extitit plurimorum fundator et rector, ubi eius exemplo usque in praesentem diem Christo famulantium accrescunt agmina. Discipulorum multorum fuit pater et institutor, quorum[q] et Christo lucratus est animas, et quorum ab eis et ab eorum successoribus adhuc lucrantur animae; ipsius cottidie usuratu foeneratur talenti[r] recompensatione, eiusque asscribitur meritis, quod eorum cumulantur augmentis[q]. Ex quorum numero beatus extitit Theodardus, ab eo procul dubio disciplinis aecclesiasticis informatus, utpote ab ipso sibi successor designatus[s], et ad ultimum martirii coronam indeptus.

44.[t] *Quot sancti viri sub eo coaluerint.*

Sanctus etiam Lambertus unus ex discipulis eius extitit, qui et ipse martirem probatum suo tempore exhibuit. Sic quoque beatus Badelinus[u], qui et ipse Aquitania ortus et convena dicitur fuisse peregrinationis[v] illius, dum aliquando digna ubi secesserat Deo opera gereret, vidit in visione eundem patrem 5 sibi apparuisse, vultu venustum, crine reverendum, statura reliqua praestantissimum, quique illi locum[5] futurae conversationis[w] et perpetuae requietionis ostendit, et fontem usibus habilem hominum demonstravit. Quod cunctis adhuc liquido demonstratur, dum et[x] in eodem loco corpore tenus[y] requiescit, et spiritu praesens innumera credentibus ibidem cottidie beneficia praestare non desistit. In[z] sancti quoque viri Trudonis opere et electionis sorte perpendendum est, qua intentione sanctus sacerdos circa Vita S. Remacli c. 4. caulas et custodiam dominici gregis invigilaverit, et quod spiritu prophetico plenus futurorum interdum praescius fuerit, et divinitatis amore flagrans cupiditatum omnium incentivo refrixerit.

44.* *Sancto Trudoni adhuc puero quid eum oporteat facere praedicit.*

Pastorali sollertia parrochiam beatus Remaclus circuiebat[a] ex more, quos poterat a luporum voracitate

a) *ita restituendum ex vita S. Amandi;* peregrinationem 1. 2. 3. *corr.* per regenerationem 2. b) pleps 1. c) *ita vit. S. Rem.* magistrorum *vit. Had.* magnarum 1. 2. 3. * d) aet. acceptum s. 1. *sed expuncta est vox* acceptum. e) *deest* 1. f) hunc — deflorata *desunt Ch.* g) omne *corr.* omnem 2. h) destituit 1. 3. *corr.* destitit 2. *et vita S. Remacli.* i) sustituitur 1. susbtituitur *corr.* substituitur 2. k) cum — obeditionis *desunt Ch.* l) *ita vit. Remacli; desideratur* 1. 2. 3. m) *ita vit. Rem.* arrogantiam 1. 2. 3. n) revertebantur 1. o) Non — opera *desunt Ch.* p) educati *vit. Rem.* q) quorum — augmentis *desunt Ch.* r) *ita vit. Rem.* tali 1. 2. 3. s) *deest* 2. 3. t) LIII. 1. 2. u) Hadelinus 3. v) fuisse *repetitur in* 1. w) cumversationis 1. x) *deest* 3. y) corporenus 3. z) In —, hortabatur *desunt Ch.* *) *numerus deest* 1. 2. a) circuiebat 1. 2. *corr.* circuibat 2. circuibat 3.

4) scil. baptismatis. 5) nunc Celle dictum non procul a Dionanto CHAPEAV.

eripiebat, et summo pastori lucrari satagebat, bonis ut in melius proficerent adminiculabatur, desidiosis et torpentibus ut resipiscerent hortabatur[a]. Interea sanctus Trudo puerili adhuc aetate floridus primos emittebat Vita S. Remacli c. 4. boni saporis fructus. Hic cum superbi admodum sanguinis generositate polleret, magis tamen in divini Donati vita S. Trudonis c. 1. amoris et virtutum studiis anhelabat, et ideo sancti spiritus tactus est ardore, ut voto se aliquando obligarit, ut si quandoque Christo auspice sacros apices addisceret, aecclesiam in suae proprietatis fundo[6] aedificare deberet, seque 6 ibidem perhenniter famulaturum, cooperatores et[b] Domino conservituros[c] quos possit aggregaturum. Tali Vita S. Remacli c. 5. estuans desiderio, visione nocturna corripitur, et angelica consolatione in haec verba perdocetur: *Vota[d] quibus te, frater, obligasti a puericia cuncta tuenti scias accepta, preces quas Omnipotenti humiliter obtulisti, qui praeveniendo aspiravit adiuvans coadimplevit, quique praelibavit affectum subpeditabit potenter effectum. Ipse sapientia sua inplebit[e] cor tuum et erudiet te mandatis suis, et monita sua exarabit in antro pectoris tui. Ad aecclesiasticae quoque dignitatis gradus promoveberis[f], multos Christo et aecclesiae filios tuo exemplo generabis; et ut ex his cercior redddaris, surgens beatum Remaclum debes adire, qui nunc haut procul abest huic viciniae, illi[g] revelavit Dominus quae agere habes[h] omnia, ipse diriget gressus tuos in quae desiderat anima tua[d].* Surgit vir Dei propere, de visione angelica non dubitat, quo[i] iussus fuerat tendere c. 6 gressum accelerat. Sanctus Remaclus curae pascendarum interim ovium insudabat. Beatus Trudo adveniens comminus appropinquabat[k], cum ecce, ut Spiritus sanctus eius dudum auriculae revelaverat, ait domesticis suis: *Surgite[l] velocius, viro Dei qui ad visitandum nos venit obviam conamini quantocius, cum reverentia illum excipite, cum honore ad me introducite, ecce est in comminus, occurrite ei celerius.* Illi mandata perficiunt, ad episcopum ubi domi cum suis manebat[m], introducunt[l]. Intuitus pater eum pius surrexit, et prae gaudio flens eius in oscula ruit, illum suis se vestigiis advolvere conantem sustinuit, et a terra protinus elevavit, hasque de intimo pectoris Deo grates libavit: *Sit tibi, Iesu bone[n], per Spiritum sanctum cum aeterno Patre visitator animarum, gloria, laus et iubilatio; qui voluisti nos in hac die consolari per eius in quo habitas adventum famuli tui. Et tu, fili mi, sis benedictus a Deo altissimo, qui te dignatus est ad nos dirigere, et desiderium animi tui occulta inspiratione nobis significare.* c. 7. *Scito ergo praenoscens[n], fili mi, quia ab hac hora filius mihi vinculo caritatis eris, et ego perhenniter iura tibi patris supplebo spiritualis. Mihi enim servo suo dignatus est Dominus revelare, quicquid super dispositione animi tui te oporteat agere, et a me perdoceberis, qualiter compos voti tui existere possis. In puericia tua Spiritu sancto insinuante vovisse[o] te didici, quia si Christo adminiculante sacras umquam litteras addisceres, aecclesiam in tua hereditate edificares, ibique ipsi vita superstite militares. Haec omnia hoc ordine noveris te adimpleturum, sancto Stephano protomartiri possessiones tuas quas[p] apud urbem Mettensem habes tradere, et ab inhabitantibus divinas pleniter scripturas addiscere. Postea voti compos ad me remeabis, et aecclesiam quo volueris sicut pollicitus es edificabis.* Dans[7] itaque litterarum suarum indiculum, benedictione sua munitum ad Metensis 7 urbis misit episcopum, ab eo secundum quod sibi sanctus indicaverat[q] Spiritus[r] instruendum. Mediomatricum urbi sanctus tunc praeerat Chlodulfus[s, 8], beati[t] Arnulfi sicut carnaliter filius, ita et virtutum meritis et pontificatus infulis heres et successor dignissimus. Hic benignissime et humanitus beatum suscepit Trudonem, non modo eius qui suscipiebatur gratulatus electione, verum mittentis eum, sancti[u] scilicet Remacli, reverentissima commendatione. Causas eius adventus addidicit, inbuendum sacris litteris et divina lege mandavit[t], traditionem possessionum eius vice sancti Stephani suscepit, et per plura annorum curricula illic morantem benigne habuit, pro quibus venerat instructum et ad presbiterii usque culmen promotum sancto patri et coepiscopo Remaclo remisit. Qui percunctatus quae erga eum Dominus egerit, Donat. vit S Trud c 13. et an prosperum[v] eius iter et reversio fuerit, et approbans ut lege divina eruditus sit, inmensas Deo gratias retulit. c. 9. *Laus[w]*, inquit, *tibi sit, Domine pater caeli ac[x] terrae, quod adimplere dignatus es verbum, quod mihi exiguo super famulo* c. 13. *tuo revelasti; et quia eum praeceptis tuis decenter ordinatum[y] mihi incolomem revocasti[w].* Et concessit illi in diocesi sua verbum annuntiare divinum, missas in quas vellet aecclesias celebrare, ut in pueritia spoponderat, in sua potestate oratorium construere. Et aliquandiu illic commorans sanctissima conversatione, tandem episcopali ac paterna cf. c. 15 accepta benedictione, natale solum revisit. Quod mente diu acceperat effecit; oratorium in praedio suo fundavit, Deo servientibus cumulavit, ad ultimum a beato Remaclo consecrationem expostulavit, quam et inpetravit. Post huius vitae multimodos laborum excursus ibidem est tumulatus, et per plura beneficiorum et miraculorum commoda apta monachico ordini in hodiernum usque praebet habitacula.

45. *Quam alienus fuerit a cupiditate.*

Libet ad haec non paucis intendere, omnium, ut praediximus, in beato Remaclo cupiditatum ignes deferbuisse, omnium nostrae aetatis sacerdotum merita excessisse, omnes nostri temporis episcopos sua comparatione dampnare. Quibus si forte eadem, ut huic viro sancto, daretur optio[z], aliud procul dubio facerent ne id facerent, scilicet ne, dum alteri aecclesiae et non suae offerenda a devotis testanda mandarent, ipsi potius ultroneis id facere dissuaderent, immo sibi testari facerent, et ut pace eorum dicatur, aliis supplantarent. Quod quanto in nobis hoc amplius inculcandum[*], tanto meritum beati Remacli talia proterentis magnificis laudibus efferendum. Totum[a*] ideo beati Trudonis textum inserendum putavimus, ut etiam prophetiae donum et futurorum noticiam sancto sacerdoti Remaclo non deesse monstraremus. Qui primo eidem Christi famulo a se discedenti, cum super eius habitu domestici illius[b] insultarent, eo quod Vita S. Remacli c. 8. talem personam tam abiectis vestimentis indutum iuxta se collegisset, haec spiritu sancto revelante cognovit, et super ea re durissime increpavit, paenitentes recepit, et de caetero emendandos ammonuit. Verum haec alias. c. 9. Quis denique sufficiat enarrare, quam sanctę et religiose de reliquo beatus Remaclus conversatus sit, quantave illi sollicitudo erga sibi commissum gregem fuerit? Monebat omnes, ut a lenociniis[c] blandientis[d] mundi observarent, a secularibus curis intentionum gressus retraherent, fraternae pacis tenerent concordiam, mandatorum Dei sine offensa currerent semi-

a) *vide not. z paginae praecedentis.* b) *deest* 3. c) conservaturos 1. d) Vota — anima tua *desunt Ch.* e) inplevit 1. f) promoveheris 1. 2. 3. g) illic *corr.* illi 1. h) debes 3. i) quos 1. k) propinquabat 2. 3. l) Surgite — introducunt *desunt Ch.* m) manebant 1. 2. *corr.* manebat 2. n) bone — praenoscens *desunt Ch.* o) novisse 1. 2. 3. p) *addendum videtur, deest* 1. 2. 3. q) indicaverit 2. 3. r) *deest* 3. s) Choldulfus 1. t) beati — mandavit *desunt Ch.* u) *deest* 1. v) prosperatum 2. 3. w) Laus — revocasti *desunt Ch.* x) et 3. y) ornatum 3. *Donat. vit. Trud.* z) opinio 3. *) conculcandum C. D 1. 1*. 2. a*) Totum — providebat *desunt Ch.* b) eius 3. c) lenotiis 1. d) *vita vit. Rem.* blandimentis 1. 2. 3.

6) Sarchinii in territorio Hasbaniensi. 7) Cfr. Donati vit. S. Trudonis c. 6. 9. 8) Cfr. Vita S. Chlodulfi.

tam, mundum et eius concupiscentias non diligerent, sed velud florem foeni in brevi praetereuntes animo non repugnante calcarent, caelestia mente et opere concupiscerent. In hoc desidius[7] opere maiore coepit animi intentione flagrare, quo liberius vacare et quam suavis est Dominus, possit videre, causasque quod[a] id fieret facilius inventas sibi dari optabat attentius.

46. *Quod Sigebertus ex consilio eius cenobium primum super Sismara*[b] *dehinc in Arduenna construxit.*

Sigebertus eius temporis rex gloriosus, loca sanctorum cultibus mancipanda, in quibus non erant partibus, maxima devotione fundabat, fundata autem aut a se aut a praecedentibus regibus benignissima largitate et opibus sustentabat, et ut debitus Deo cultus non deesset, tam huius sancti patris quam 8 caeterorum sacerdotum invigilantia providebat[b*]. In loco qui vocatur Casecongidunus[8] super Sesmarum[c, 9] fluvium sito, coenobium idem rex obtimatum suorum consilio in honore apostolorum Petri et Pauli et Iohannis aedificaverat, quia congrua servorum Dei habitationi domicilia portendebat. Munere largitatis suae ditaverat, probatas Deo servientium personas aggregaverat. Quibus beatum Remaclum provisorem instituit, et ut inhabitantes iuxta traditionem 10 patrum vivere assuefaceret demandavit[10]. Extat usque in praesens locus orationis eius opere in rupe excisus, unde infirmantibus usque nunc proveniunt beneficia; ubi et ipse se aliquandiu victimam in ara summi Dei ieiuniis et vigiliis maceratam litabat, et familiarius Deo coniunctus contemplationi se sanctae suspenderat, et fluenta suae doctrinae in subiectorum cordibus diffundebat. Tandem eius loci fastidiens, licet incertum quibus de causis, tamen ut sese habet fama relationis, quia scilicet undique premeretur idem locus a circumhabitantium et potentiorum insectationibus, nec[d] haberet rex in vicino[e], unde ulla eidem loco fieri[f] posset dilatatio[g], induxit sanctus vir animum regem super hoc adeundum. *Vestram*, inquit, *celsitudinem, inclite princeps, stat sententia pertemptare, quia cum plura ubi sint vestra munificentia Dei et sanctorum cultibus dicata coenobia, sola Arduenna*[h] *in arduis montibus collocata, extra limitem seclusa raro immo nulla habere dinoscitur monasteria. Igitur iubeat vestra serenitas, illic aliqua extruere, aderit in aedificando*[i]*, Deo favente, facultas, et nostrae sedis illud supplebit vicinitas. Nec illa examplare et necessariis sufficere erit inpossibile, cum circumcirca quae adiacent, vestrae ditioni constet subesse.* — *Tuum*[k], inquit rex, *pater beatissime, tuum est nobis in hoc consulere, nostrum autem erit tuo quantocius consulto aures nostrae*[l] *serenitatis ad assensum praebere, et mature facto opus esse. Tua inquam intersit, illud disponere et ei operi insistere, nostra intererit loca quae his accommoda elegeris delegare cuiusque solatii indigueris*[m] *sumptibus suppeditare.* Convocatis itaque rex fidelibus viris, scilicet sancto Cuniberto archiepiscopo[11], Atellano[12], Teodefrido[13], Gislochardo[14] aeque episcopis, optimatibus quoque suis, Grimoaldo maiore 15 domus, Fulchoaldo, Bobone, et domesticis suis, Chlodulfo[n], Ansigisilo et Betselino[15]: *Ex voluntate*, inquit, *Dei et vestro et caeterorum nostrorum*[o] *fidelium consensu deliberamus, duo fieri monasteria infra forestem*[p] *nostram*[o]*, in saltu Arduennae sitam, in quibus aggregentur viri religiosi ordini monastico inservituri, qui pro nostra et successorum nostrorum incolomitate, et pro tocius regni nostri stabilitate et quiete, et pro curis regni invigilantium observatione*[q] *omnipotentem Deum debeant profusius obsecrare. Cuius rei monitorem et incitatorem habentes prae manibus beatum Remaclum, eundem praefecimus ei operi provisorem atque magistrum*[r].

47. *De Malmundarii constructione.*

Accepta igitur sanctus sacerdos regia auctoritate et comitum necessariorum sublevatione, Arduennae 17 vastum paludibus et confragosis[s] montibus saltum aggreditur, Fanias[16] transit, Warchinne[17] rivulum peraccedit[t]. Repperit ibi inditia, loca illa idolatriae quondam mancipata, lapides Dianae et portentuosis nominibus[u] effigiatos, fontes hominum quidem usibus aptos, sed gentilium errore pollutos, ac per hoc demonum adhuc infestatione obnoxios. Facta itaque Christi nominis adiuratione et signi sanctae crucis protensione, locum illum a demonum incursatione piavit, et statim aqua ab ipso suo meatu guttatim dilapsa disparuit. Videns ergo locum illum tum aquis piscosis, tum pascuis uberrimis habitandi commodis habilem, copiosam super fontes orationis auxit benedictionem, lapidi signum crucis insculpsit, plumbumque[v] superinfudit. Protinus refluxerunt aquae largissimae, quae dictis fidem faciunt cernentibus hodie. Et quia eundem locum a malorum spirituum mundaverat infestatione, Malmundarium[18] quasi a malo mundatum placuit vocitare. Oratorium illic aedificavit, habitacula ad usus[w] servorum Dei construxit, et quaeque ad cultum Dei pertinent aucmentavit.

48. *De Stabulaus constructione.*

Quia autem illud in Agrippinensi parrochia situm erat, studuit[x] et illud inceptare, quod tamen suae dioceseos clauderetur limite. Procedens[y] inde quasi duobus milibus[z] ad occidentem, Calla rivulum, qui[y]

a) quo 2. 3. b) Ssismara 1. b*) *vide not.* a* *paginae praecedentis.* c) Sesomiris *tab. Sigeb.* d) *reliqua desunt Ch.* e) ullu *expunctum in* 1. f) fieret 1. fieri: 2. g) possit dilatio 3. h) arduentia 1. i) *ita vit. Rem.* sanctificando 1. 2. 3. k) Tunc 3. l) uestrae 1. 2. 3. m) indigneris 1. 2. 3. n) choldulfo 1. 2. clodulpho 3. Flodulfo *tab. Sigeb.* Chlodulfo *tab. Childerici.* o) vestr. 1. 2. 3. nostr. *vit. Rem.* p) forensem 3. q) obseruantium 3. r) ministrum 2. 3. s) confrogasis 1. 2. 3. t) peraccessit 3. u) daemoniosis portentis C. D 1. 1*. 2. v) cum foraminibus *addit vit. Rem.* w) adversus 1. x) statuit 1. *alio atramento corr.* studuit. y) Procedens - prospexit *desunt Ch.* z) militibus 1.

7) i. q. desiduo. 8) Cougnon inter Boullion et Chiny oppida. 9) Le Semoy. 10) Haec ex ipso privilegio fundationis Sigeberti regis desumta sunt, quod omnibus chronologiae signis carens inter a. 644 et 648 scriptum coniiciunt. Vide I. Veldii comment. de S. Remaclo, Act. SS. Febr. I, 234. 11) Coloniensi. 12) Laudunensi. 13) Tullensi. 14) Virdunensi. 15) Ordinem quo in Sigeberti regis tabula occurrunt nomina paucis omissis servavit auctor. Vide Act. SS. l. l. 16) les hautes Fagnes, die hohe Veen. 17) Warchienne rivulus, qui in Warcham exundat. Vide descriptionem illius regionis, quam dedit Roderique pag. 93. in libro in praefatione laudato. 18) Malmedy.

parrochiarum conterminus est, transiit, et ad[a] Amblava[19] fluvium[b] in confinio montis cuiusdam substitit. 19 Illic etiam aliquantisper commoratus, multa studio conversationis idonea est operatus, sicut quilibet ab incolis audire valebit referentibus. Sed quia idem locus[c] angustiis[d] locorum erat constrictus, et ideo officinarum necessariarum minus sufficiens usibus, denuo reversus ad orientem processit, locum spatiosiorem et operi futuro[e] aptiorem prospexit[f]. Proposito labori instare coepit attentius, et ut assolet in talibus divina cooperabatur virtus, prosperoque successu voluntatem est subsecutus effectus. Et quia ob confluentiam ferarum undique illuc, vel ad potum[g], vel ad pastum, velut ad stabulum concurrentium, inditum eidem loco Stabulaus antiquitus erat vocabulum, non dignum duxit illut immutare, sed stabulum fidelium animarum illuc velut ad pascua vitae perhennis deinceps properaturarum semper dici et esse. Nam fratribus, quos ibidem sanctus vir ad praesens aggregaverat, non parvum sepe diversarum caterva ferarum illic perstrepens[h] incussit terrorem, ita ut ad beatum Remaclum ei operi insistentem cum horrore recurrerent, et quid muniminis, quidve defensionis caperent contra has diaboli insidias efflagitarent. Quos benigne consolatus, et in commune confortans: *Credite,* inquit, *in Domino filioli fideliter, eius mandata amplectimini inviolabiliter. Mentem a cogitationibus, quae sunt sine intellectu, servate innoxiam, animas vestras castificantes, servitutem Domino impendite puram. Sine intermissione orate, vespere et mane et meridie psallite, lectioni quam sepissime vacate. Frontes vestras munite crucis signaculo, eius virtutem recondite in imo cordium antro, et confestim insidiae hostis invisibilis et molimina redigentur in nichilum; istarumque ferarum, per quas nos inpugnandi sperat se invenisse aditum, horror erit incassum. Taliter[i] enim inpugnabat[k] vastam Aegyptiorum, Thebaidae et Nitriae heremum incolentes, quorum nos donet Deus vel tenuiter fieri imitatores. Sunt illi mille nocendi artes, sunt innumerae insidiarum fraudes. Sed non ignoramus versutiam eius, qui etiam per muscas suos aliquando init congressus. At nos famuli Christi quo plus incursando premimur, eo magis assurgimus cum reluctamur. Expertus satanas[l] pertimescit principia recte vivere inicientium, vigilias, orationes, ieiunia, mansuetudinem, patientiam, voluntariam paupertatem, vanae gloriae contemptum, humilitatem, misericordiam et praecipue purum erga Christum amorem; et ideo sicut leo in spelunca insidiatur ex oculto, ut nos[m] deterreat a proposito[i].* Haec et his similia eos exhortans[n], eorum animos in Dei obsequio promtiores effecit et contra cuncta temptamina animequiores reddidit. Post haec praepositis operum dispositis, quaeque essent agenda delegavit, et Tungros vel Traiectum rediens, officio pastorali invigilandum se reimplicavit. Non multum deinde tempus erat elapsum, et rex in foreste sua monasteria sua constructa audivit, inmensas omnipotenti Domino gratias retulit. Et quia aecclesiae nova materia ornatae episcopali indigebant benedictione, misit, beatum Remaclum accersivit, et tam eam, quae Coloniensi subiacebat parrochiae, cum consensu venerabilis Cuniberti eiusdem urbis metropolitae, quam eam, quae nostrae adiacet diocesi, a beato Remaclo mandavit sollempniter consecrari, ut cuius expositione[o] et maximo studio fuerant aedificatae, eius etiam diligentia pontificali donarentur benedictione. Quod vir sanctus ilico adimplevit, utpote qui regi et proceribus adeo erat carus, ut nichil praecipuum fieret absque consulto ipsius. Unde contigit, ut quia tanti honoris et dignitatis apud eos erat habitus, missarum peractis sollempniis, traderet utraque coenobia Grimoaldus maior domus eidem beato viro sua deinceps sollertia gubernanda, et quaeque monastico ordini necessaria eius suggestione et sollicitudine a regia sublimitate administranda.

49. *Quod designato successore heremiticam vitam expecierit.*

Igitur sanctus sacerdos, quod semper habuit in voto, remotioris scilicet vitae solitudinem, sic Deo annuente nactus est occasionem. Tandem licet difficillime impetravit tamen a rege, ut alius sibi succederet, Vita Rem. c. 12 et sibi diu desideratam heremum adire liceret, ubi remotus[p] a curis secularibus liberius inhiaret caelestibus. Sancti Theodardi vitam satis probabilem regi et obtimatibus ostentavit, eumque vicem suam supplere et post 661. se cathedrae suae subrogandum ex nomine designavit[20]. O quantus de eius abscessu exortus est luctus, o quam mestos reliquit quibus semina contulerat vitae, cum viderent se tali patre, tanto doctore orbatos remanere! Omnis aetas utriusque sexus dolorem cordis lacrimis testari, atque eum presequendo haec validis clamoribus profiteri[q]. *Heu miseri quid acturi sumus, qui tantum pastorem amittimus? Unde recipiemus consolationem, cum ipse esset praecipuum nostrarum erumpnarum levamen? Quis medebitur ultra, cum ipse fuerit solus nostrorum dolorum medicina? Qui[r] nobis iam denique restat locus salutis, qui tanti destituimur praesentia patris[q]?* Quorum eiulatu sanctus vir permotus, sic eos est consolatus: *Nolite[s] queso, filioli, propositum intentionis animi mei tantis persecutionibus insectari. Habetis Deum super omnia pastorem et patrem, in aeternum vestris incommodis benignum consolatorem. Providimus namque exterioribus vestris commodis[t] filium nostrum[u] in omnibus probatum Theodardum, sagacissimum invigilatorem, et pro captu erogandi conservis in tempore tritici fidelissimum dispensatorem. Et quia eius provisionem vobis sufficere non diffido, locum dilectae solitudinis adire delibero, et solus in superni spectatoris oculis mecum habitare contendo.*

50.[v] *Responsio filiorum ne hoc fieret refragantium.*

Tunc forte qui aderant prudentiores intendunt talia prosequentes: *Vide, pater beatissime, vide quid agas, adtende cui nos ignominiae prodas. Gregem, ut patrum statuta decernunt, quem semel regendum*

a) *deest* 3. b) *verba* qui — fluvium *inserta sunt eadem manu in* 1. c) licet afflueret fontibus *addit vit. Rem.* d) angustus 1. e) *corr. alio atramento* 1. f) *vide not. y paginae praecedentis.* g) portum 1. 3. *corr.* potum 2. h) strepitus *vit. Rem.* i—i) *desunt Ch.* k) ante nos *addit vit. Rem.* l) *ita vit. R.* sanitas 1. 2. 3. m) vos *vit. R.* n) exhortatur *vit. R.* o) expositioni 1. dispositione *vit. R.* p) remotis *corr.* 1. *alio atramento* remotus. q—q) *desunt Ch.* r) quid 1. 2. 3. s) Nolite — tollerare *in cap.* 51. *desunt fere omnia Ch.* t) commodis 1. 3. in commodis *corr.* commodis 2. u) vestrum 1. 2. 3. v) *numerus deest* 2.

19) Ambleve. 20) De abdicationis tempore vide Veldii supra laudatam commentationem.

susceperis, nisi infirmitate cogente, et ultroneus renuntiare non permitteris. Quamdiu enim vivit episcopus, quem ab officio suo necessitas infirmitatis, non crimen abducit, alium loco eius nisi ipso recusante et scripto peticionem probante, ordinatio nulla sinit. Etiam mente capto, si intervalla egritudinis habere est solitus, nihilominus nisi peticione data annuat, non debet succedere alius. Enimvero si nullo tempore ad sanae mentis redit officium, persona fidelis ac vitae probabilis est eligenda, qui vices eius eo vivente tantum suppleat, et defuncto ordinari digne successor valeat. Hac via promulgata patrum, si secus quis egerit, et uxorem dimissam moechari facit, et ei qui dimissam duxerit, nomen moechi procul dubio importabit. Hac ratione, pater sanctissime, vide, quantum gravetur iuditium tuum, adtende quantum fama nostra subeat dispendium. Crimen tibi non intenditur, quo convictus[a] *deponaris; infirmitatis conditio non aggravat, quo repudium ostentans ab officio suspendaris. Ideo peticionem abrenunciationis tuae etiamsi scripto probetur, abdicamus; qui vices tuas suppleat, nedum qui successor te vivo existat, omni modo inprobamus. Patrem te iusta successione admisimus, filii et non adulteri dici et esse percupimus. Advertisti iam ubi pergravetur iuditium tuum, audias quaesumus*[b]*, ubi ignominia subsequente nostra capiat fama dispendium. Quo obtentu nos deseras, causas non habes, primo quia non sumus fornicarii, ut iure debeamus a te relinqui. In catholicae matris gremio a te sumus excepti, faciles aures numquam praebuimus perverso docmati, et si esset fortassis taliter erratum, debuerat certe a te esse subventum. Deinde ut te conferas alio, non hinc nostra te perturbat persecutio, quod etsi concedatur a Domino, infirmorum non satis perfectorum est consultatio ista. Multi sanctorum patienter usi sunt pravitate malorum, et eorum sufferentia illis extitit disciplina. Denique exinde fugiendi, non equanimiter portandi sunt mali, ubi nulli supersunt qui aliquo modo lucrentur boni. Sed ve nobis, qui cum tua, quem esse*[c] *constat perfectissimum, praesentia destituimur, tantae infamiae obicimur, ut non modo te super studia nostra tedere, verum nostris pravis actionibus te dicamur fugare, ubi bonum neminem superesse tanti viri recessus approbetur clamare. Nil iam, nil amplius restat, calumpnientur maliloqui*[d]*, augurentur maledici, successores fortassis tuos non modo fugandos, sed morti obitiendos, dum et tu nostrum regimen subterfugis, et beatus Amandus qui te praecessit pulverem pedum recedens in nobis excussit. Verum Deus omnipotens ad propitiandum*[e] *facilis et*
Iona 4, 10. *clemens, prophetam super edera repente marcida*[f] *increpans contristatum, approbat se super opus creationis suae si pereat multo magis contristandum, et malle poenitentiam quam mortem peccatorum.*

51.[g] *Item excusatio eiusdem sancti viri.*

Tandem insectatione reclamantium sanctus Remaclus concussus, mentem interim moderato silentio librabat, et sic in haec verba prorupit: *Nolite, mi fratres, nolite sic incusare me, patres. Utilitatem vestram aput me deplorare, non est ut deterream, iniuriam vero hanc sic expostulare, non est ut sufferam.*
21 *Non*[h] *esse vos devoto*[21] *fornicarios, ut sic cordi insederit relinquendos, non in commune sic censeo inprobandos, ut omnes esse necesse sit infructuosos, ut et cum*[i] *considerem hic meum laborem sine fructu esse, alias velim cum fructu migrare. Non inquam perfectum me esse constat, perfectissimum a vero multum abhorret. Sed ut vestra*[k] *utar sententia, non meo iuditio, perfectorum est et ab inceptis non declinare, et in ulteriora perfectionis sese extendere, activae vitae cum Martha insistere, ad contemplativam vero cum Maria anhelanter suspirare, et si detur conditio, ab activa potius refragari, quam contemplativae speculationi non inhiantissime exaequari. Gregem mihi in vobis commissum rexi, Domino cooperante, ut potui, laborem meum fructificasse vota votis accumulavi. Non me tenet sacietas*[l] *studiorum vestrorum, nec me offendit pravitas quae nulla est actionum vestrarum. Superest ut talentum quod votis meis in vobis gaudeo accumulatum, alias conferam accumulandum, ut vestra habundantia inopiam suppleat aliorum. Fecerunt itidem ante tempora vestra sancti, quorum nos suppares esse meriti utinam contingeret! vel extremi, quorum nonnulli maioris gratia utilitatis ad alias passi sunt aecclesias se conferri, nonnulli potioris confidentia meriti commigravere ultronei. Exinde ubi se advertebant, aut parum prodesse, aut non multum necessarios, sese subtrahebant et maioribus laboribus offerebant, et ut fortissimi proeliatores Dei teneri intra claustra requietionis nolebant, sed in apertum certaminis campum sponte prosiliebant, non desertores pugnae*[m] *spiritualis effecti, nec mercenariis ab aspectu luporum subterfugientibus comparandi, sed ubi aut minus proeliantes aspiciebant, aut hostes in comminus insistentes incumbebant, illic se fortiter congressuros ingerebant. Et ego, filioli, non horum me ostentatione sustollo, non meritis illorum vanus coniectator aequipero. Si successoris praetensum nomen abhorret, cooperatoris et comprovisoris commendatio roboret. Nec praesentia mea vos putetis constitui, quem licet ad alios instruendos, nostra*[n] *non continget excedere diocesi. Aderit in proximo aditus, consulere, si quis vos excipit eventus, ubi et pro vestris*[o] *excessibus intercessorem omniumque*[p] *vestrarum necessitatum me tanto sollicitius habebitis memorem, quanto consti-*
Exod. 17, 9. *terit curis me popularibus remotiorem, ad divinitatis contemplationem suspensius anhelantem. Et Moyses in monte stabat, nec armis sed precibus pugnabat, et Israel cum Amalech confligebat, tanto inter proeliandum superior, quanto Moyses Deo in oratione propinquior, et a strepitu conflictantium hostium erat remotior. Et aput me, karissimi, fixum est, ibi divinis obtutibus praesentius herere, ubi tumultus secula-*
Matth. 3. *rium non debeam tollerare*[q]*. Ad hanc spem beatus me Iohannes babtista animavit, qui in ipsa teneritudine annorum elegit, etiam in convescendo bestiarum potius accola esse, quam inter cives leni*[r] *saltem*
Exodus 3. *sermone vitam contaminare. Et Moyses vitam hanc approbavit, qui in vastae solitudinis deserto Dei*

a) convictis 1. 2. 3. b) qs 1. 2. 3. c) *corr.* 1. d) maliuoli 3. e) propitiendum 1. f) *corr.* 1. *alio atramento.* g) *recentiori manu appositus* 1. *deest* 2. h) nos 1. i) eccum 1. 2. k) nostra 1. l) satias 2. m) pungnae 2. n) vestra 1. o) nostris 1. p) que *deest* 1. q) *hucusque omnia paene desunt ap. Ch.* r) *ita* 2. letu saltu saltem 1. levi saltem 3. *Ch.; num legendum* Ierusalem?

21) i. q. devoveo, affirmo.

colloquio maluit perfrui, quam Egyptiorum divinis enervari[a]. *Helias et Heliseus caeterique prophetae dedicaverunt,* [1 Reg 2.] *qui huius theoriae contemplatione insignes ipsos reges subiugaverunt, Habraham omnium credentium pater fide effectus,* [Genes 12. Rom. 4, 10.] *ad hos me incitavit effectus, cuius et exemplum*[b] *imitatus, natali solo egressus, omnium renuntiavi cupiditatum proventibus. Ipsius salvatoris Domini factum me ad hoc adduxit, qui diabolum* [Matth. 4.] *debellaturus solitarius heremum adeundum decrevit, cuius misericordia concedat, pietas annuat, ut et ego versutias illic antiqui hostis proculcare et de illic instruendis lucra cumulare et vestris hic commodis mea oratione valeam inservire.* Sic a beato Remaclo peroratum, sic insectantium doloribus consultum, sic querimoniis est satisfactum, deinde quo intenderat acceleratum pariter et perventum.

52.[c] *Quod multi eius exemplis seculum reliquerunt*[d].

Audientes haec vel e vicinia vel ex semotis partibus viri devoti, quorum Deus dignatus est corda [Vit. Remach c. 13.] tangere, coeperunt undique ad eum velut apes ad alvearia confluere, nonnulli se[e] Omnipotentis servituti addere, et leni iugo Christi colla subnectere, aliqui vero liberos suos liberalibus in monasticis instruendos disciplinis et illic perpetuo inservituros contradere, multi etiam de facultatibus et reditibus suis sanctorum necessitatibus communicare, inter quos domnus et pater Papolenus visendi eum gratia venit, sed eius magisterio adherere quam redire contendit. Susceptus itaque a beato Remaclo officiosissime, et conversatus illic absque offensione, et qui instruendus venerat, plures ad imitationem sui aedificabat. Sanctus vir apud se retractàns, ne forte pro hoc ipso eum Dominus direxit, non modo ne ab eo discederet rogavit, verum propter disciplinam fratribus Malmundarii positis[f] salva in omnibus auctoritate praefecit. Ipse Stabulaus reversus, ad maiora se deinde virtutum opera accinxit, suique exemplo plures ad consectatum suorum operum animavit. Quis[g] apud illum tristiciam non mutavit in gaudium? Quis iram non convertit in pacem? Quis orbitatis[h] luctum non ad eius temperavit aspectum? Quis non merore paupertatis quo premebatur[i] oblito, et divitum despexit opulentiam, et in sua laetatus est paupertate? Quis laborum onere pressus, eius non est hortamentis relevatus? Quis adolescens incentivis vitiorum succensus[k] et carnis titillatione, eius saluberrima ammonitione non statim cultor extitit pudicitiae? A diabolo vexatos curabat, nichilominus cogitationibus illicitis distractos ad petram Christum allisos ab operibus cohibebat. Sciebat quo quis laboraret incommodo, et ex vitae meritis faciens discretionem, pro morborum qualitate adhibebat[l] correptionem. Crescebat[m] ibidem divini fervoris ardor, et monasticae disciplinae inflexibilis rigor. Et qualiter quoque in reliquis officinis septorum inhibita sit facultas peccandi, testis est cella dormitoria eiusdem loci, testis est sanctus martyr Lambertus, qui pulsus ab episcopio hunc specialiter expetendum decrevit, quia ibidem sanctae religionis tramitem rigidius obser- [22] vari agnovit[22], testis et crux apud quam cum ad orationem medio noctis tempore surrexit, quia lapsu[n] calcei [Stephani vit Lamb c. 6] quietem[o] fratrum sonitu[o*] incussit, adiudicatus usque crepusculum stetit, psalmodiae et orationi vacavit, frigus reppulit, nivem restrinxit, sanctus esse omnibus innotuit. Verum haec alias.

54. *Quod crescente religione creverunt*[p] *res aecclesiae.*

Crescente religione, crescebat et census aecclesiae. Nam audiens inclitus rex Sigebertus huiusmodi erga Christi [Vit Remacl c. 14] cultum fervorem, misit, beatum Remaclum accersivit, et supra id quod prius dederat, quodque vir illustrissimus Grimoaldus adquisierat[23], unde et eatenus victitaverant, cum consensu fidelium suorum tam [23] episcoporum quam et procerum supradictorum ad honorem et cultum sanctorum apostolorum Petri et Pauli et sancti Martini, quibus ipsa loca erant dicata, concessit beato Remaclo et ad usus servorum Dei, quatinus quietius deinceps viverent, et absque inpressione vicinorum liberius soli Deo vacarent, mensurarentur in girum utriusque monasterii duodecim leugae[24], inter[q] quarum limites quicquid contineretur, ab solis utriusque coenobii colonis excoleretur. Dicitur autem leuga Gallorum tantummodo lingua haberi duo milia[r] passuum vel 16[s] stadia. Quod testamento confirmatum et anuli regii inpressione signatum sanctus vir suscepit libenter, tenuit reverenter. Procedente quoque tempore, anno scilicet quarto decimo regni sui, addidit idem rex et testamento confirmavit[25] beato Remaclo quasdam res in Aquitania[26], thelonium videlicet, quod est ad portum Vetraria super fluvios Taunaco[t] et Itta, portum quoque qui dicitur Sellis, immoque et Vogatio super fluvium Ligeris cum omnibus illic appendentibus[u], decimas etiam dedit ex fiscis circa monasteria adiacentibus. Post haec idem rex gloriose gubernans Austrasiae regnum, diem clausit extremum. Grimoaldus maior domus [Cfr. Gest. Franc 43] sub optentu munerandi a Clodoveo fratre eius Parisius evocatus, regredi non est permissus; filium [655.] namque domini sui Sigeberti, quem in fide susceperat, ut eum substitueret[v] in regno patris, clericum fecerat, filiumque suum regnare instituerat. Clodoveo[w] quoque[x] defuncto, Lotharius[y] filius eius [Gest. Franc 44 45.] in occidente, frater eius Hildricus[z] inperabat regno Austrasiae. Quem sanctus vir adiit, quod patruus contulerat, [656]

a) *corr.* 1. b) est i. 1. 3. *erasum* 2. c) *numerus* LIII. *recentiori manu appositus* 1. *deest* 2. d) reliquer 2. e) *deest* 3. f) iuxta institutionem S. Benedicti *addit vit. Rem.* g) *reliqua desunt Ch.* h) orbatus 3. i) q. pr. *desunt vit. Rem.* k) sucessus 1. l) abhibebat 1. m) interea *addit vit. Notg.* n) lalsu 1. o) quietum 1. 2. 3. o*) sonitum 1. 2. 3. p) crever 2. q) *reliqua paucis exceptis desunt Ch.* r) mille quingentos *vit. R.* s) XVII 2. 3. *corr.* XVI. 2. duodecim stadia *vit. R.* t) *ita vit. R.* Tannaco 1. 2. 3. u) *Sequuntur in Notgeri vita Remacli ipsa diplomatis verba.* v) sustitueret 1. 2. *corr.* substitueret 2. w) Chodoveo 1. x) 2. *postea add.* post VIII (et) X annos regni. y) lotharius *corr.* clotharius 2. z) hildricus *corr.* childericus 2.

22) Cfr. Stephani vit. S. Lamberti c. 5. 6. 23) Germiniacum villam in dioecesi Remensi; vid. Grimoaldi tabulam ap. Miraeum I, 281. 24) Et haec ex tabula Sigeberti regis, vid. Act. SS. Febr. I, 235. petita sunt, ex qua haec verba afferre liceat: *Concessimus — ad evitanda consortia mulierum, ut gyrum gyrando et in utrorumque partibus monasteriorum mensurarentur spatia dextrorsum saltibus, non plus duodecim milliaribus, ut absque impressione populi vel tumultuationi seculari, Deo soli vacaretur.* 25) Act. SS. l. l. 26) Loca quorum nomina sequuntur, in Aquitania sita esse in Sigeberti litteris non legimus.

confirmari rogavit. Rex libens annuit, et iuxta peticionem viri Dei a successore illius sancto Theodardo et Odone domestico eiusdem mensurae procinctum regirari mandavit. Cuius medietatem suo dominio reservavit, aliud medium
27 usibus servorum Dei testamento reconfirmavit[27]. Quod virum Dei sagaciter provideque constat fecisse, ut si successores suos minus contingeret aliquando posse, cum minori difficultate quod minus esset sine
Cfr. Gest. Franc. 45. invidia et inquietate[a] vicinorum[b] valerent liberius retinere. Et Lotharius[c] rex mortem obiit, Hildricus[d]
670. frater eius monarchiam singularis obtinuit. Post haec et ipse propter insolentiam morum interfectus
673. mortem occubuit, fraterque illorum Theodericus cum Ebruino[e] occidentalibus regnaturus successit. Quo-
c. 47. rum tyrannidem abdicantes Austrasii, Pipino[f] satis agebant principi[g].

55. *Exortacio sancti sacerdotis ad fratres instante die vocationis.*

Eo tempore et[h] beatus Remaclus iam senior, sed moribus quam annis maturior, diem sibi[h] vocationis intelligens imminere, quo reconpensaret honor in caelis quod triverat labor in terris, morem gerere decrevit subiectis. Quos accersitos[i] et de abcessu patris suaque desolatione mestos, his ultimis solatus est verbis: *Ecce patres sanctissimi, ecce fratres karissimi, praecordiorum meorum conviscerati compage, pars animae dimidia meae*[28], *viam universae terrae sum ingressurus, et ad vos deinceps non reversurus. Vestra me, vestra quos desero solitudo sollicitat, non mea abicio, qui Deo solatore confortor, contristat. Non me terret proventus conditionis omni mortali communis, cum tota etiam sapientium*[k] *vita commendatio*[l] *esse debeat mortis. Non turpis mors potest accidere*[m] *viro forti, non inmatura consulari, non misera pro-*
29 *spicienti*[29], *vestrarum me magis, vestrarum mentium, quas*[n] *asperioribus adhuc esset necesse studiis informari, teneritudo retentat; vobis*[o] *inquam timeo, ut si luporum adigerit rabies, ne nemo sit*[p] *qui abigat. Haec monasteria Dei et sanctorum dicavi, vestris quoque ancillari*[q] *usibus delegavi. Vestra ad hoc usus sum opera forti et fideli; vereor cum sepe pendere debeat animi. Quo loco nostrae sitae sunt res, in*
1 Ioan. 5, 19. *commune*[r] *videtis, et quia hic mundus in maligno positus sit, iuxta mecum omnes attenditis. Si ergo quicquam pensi est, videte ne ab integritate, quam in vos locavi, ullo unquam*[s] *errore seducamini, sed unanimi glutino pacis in Christo, iuxta quod et patrum habet traditio, et scripturarum sanctarum lectione, sed et meae invigilantiae didicistis ammonitione. Et vestris itaque manibus*[t] *sacra numquam recedat lectio, et in ea vobis iugis sit meditatio. Ut enim ager quamvis fertilis sine cultura non potest esse fructuosus, sic sine doctrina animus*[30], *doctoque homini et erudito vivere est cogitare*[31], *orationi frequenter incumbendum, pro excessibus humana fragilitate contractis exorandum, et de caetero contrahendis non modo supplicandum, verum cauta sollertia invigilandum. Ubi namque socordiae se*[u] *quis ignaviaeque tradiderit,*
32 *nequicquam*[v] *Deum inploret*[32]. *Vobisque*

Virtus sit vitium fugere, et sapientia prima
Stulticia caruisse[33];
Pudor iusticiaeque soror
Incorrupta fides nudaque veritas[34]

in vestris cordibus[w] *obtineant locum, ut vestra opera spectantes, provocentur ad exemplum. Confessionem veram delictorum Deo et praelatis offerte, temptationum*[x] *pulsationes in ipso aditu detegite, quia*

Stultorum incurata pudor malus ulcera[y] *celat*[35],

et tegendo[z] *vires ministrat*[36]. *Obedientiae bonum maioribus exhibete, eorum documentis animos inbuite, quia quisque*

37 *Tum recte vivit, si curat id*[*] *esse quod audit*[37].

Ab omnibus quae ira fieri amat temperate, quia verum est solum esse triumphum innocentiae, non peccare, ubi liceat posse. In optimis quoque et adiudicantes[a] *temperantes estote, quia*

Est modus in rebus; sunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit consistere[b] *verum*[c][38];

et

Metiri[d] *se*[e] *quemque suo modulo ac pede*[f] *verum est*[39].

Nemo iniuriosus sit alteri, quia accipere quam facere praestat iniuriam[40]. *Pacientiam, quae miseriarum portus est, amplectimini; quoniam*

Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit,
41 *Si modo culturae pacientem commodet aurem*[41].

A nullo labore a praelatis proposito deterreamini, quia omnes clari et nobilitati labores, contentu[g] *etiam*

a) inquietudine 2. 3. *vit. R.* b) *ita vit. R.* viciorum 1. 2. 3. c) lotharius *corr.* clotharius 2. *qui post add.* Regnauit annis quatuor. d) hildricus *corr.* hildericus 2. *et ita* 3. e) hebruino *corr.* hebroino 2. *et ita* 3. f) 2. *superscr.* filio Ansgisi. g) 2. *post add.* Regnavit Theodericus annis XVII. h) *deest* 3. i) *reliqua desunt Ch.* k) *corr.* 1. l) commentatio 2. 3. *vit. Rem.* m) accedere 1. n) *ita vit. R.* quam 1. 2. 3. o) nobis 1. p) *ita vit. Rem.* nemo qui 1. 2. 3. q) ancillarum 1. r) in c. *deest vit. Rem.* s) *ita vit. R.* inquam 1. 2. 3. t) et auribus itaque et manibus *vit. R.* u) *vit. R.* si 1. 2. 3. v) neqq̄m = nequiquam 2. 3. nequaquam 1. w) uestri cordibus uestris 2. uestris c. uestris 3. x) temptatio 1. y) ult. ine. p. m. 2. 3. z) celando 3. *) *deest* 3. a) *ita videtur legendum;* adiudicantis 1. 2. adiudicandis 3. adiudicatis *vit. R.* b) *corr.* 1. c) *edd. Hor.* rectum. d) *e corr.* 2. meriti 1. e) sese 1. f) pete 1. g) *ita* 1. 2. 3. contendendo *edd. Cicer.*

27) Vide ipsum diploma in Act. SS. l. l. 28) Horat. Od. I, 3, 8. 29) Cic. 4. Catil. 2. 30) Cicero Tusc. II, 5. 31) Cicero Tusc. V, 38. 32) Sunt verba Catonis apud Sallustium in Catilina c. 52. 33) Horat. Epp. I, 1, 41. 34) Horat. Od. I, 24, 6. 7. 35) Horat. Epp. I, 16, 24. 36) Virg. Aen. XI, 71. 37) Horat. Epp. I, 16, 17. 38) Horat. Serm. I, 1, 105. 106. 39) Horat. Epp. I, 7. 98. 40) Ciceron. Tusc. V, 19. 41) Horat. Epp. I, 1, 39. 40.

fiunt tollerabiles[42], *et consuetudo laborum perpessionem facit faciliorem dolorum*[43]. *Segnitiem devitate, quia tardis mentibus non facile comitatur virtus. Superbiam supra omnia calcate, ut vera donemini libertate, liber enim non est, quem superbus inflammat animus. Castitatem diligite, quia omnis sacra scriptura*

Nil ait esse prius, melius nil celibe[a] *vita*[44].

Prospera, quae sapientium animos fatigant[45], *non vos delectent, quia*

Quem res plus nimio delectavere secundae,
Mutatae quacient[46].

Pacem prae omnibus et unanimitatis concordiam moneo tenendam, ut, sicut in duobus monasteriis estis aggregati, ita gemina ferveatis dilectione Dei et proximi, et quia ab uno pastore regimini, numquam aliquo scandalo vel scismate possitis disiungi. Non vos quae ossa consumit rumpat invidia, quia

Invidus alterius macrescit rebus opimis,

et

Invidia Siculi[b] *non invenere tyranni*
Maius tormentum[47]. 47

Et de minori forte substantia non queramini,

Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus[48],

ipsaque vos cottidie natura ammonet, quam paucis, quam vilibus, quam pravis egeat rebus[49]. *Esto,*

Non opibus mentes hominum curaeque levantur[50].

Haec igitur meae sunt exhortationis monita, quae iamiamque recessurum et ultimum valefacturum[c], *me vobis communicatum oportuit, ut vestris tanto arcius inprimantur cordibus, quanto constiterit meo vos discessu gravari molestius. Quae si aliquem attulerint fructum, id mihi erit palmarium*[51], *id fieri*[d] *triumphabo, inde animus gaudebit inpendio. Vos quoque, karissimi, morituros scitote, ideo poenitentiae tempus indultum non paciamini queso transire incassum. Veniet, veniet dies certissime, cum frustra desideretis unius usuram horae*[52]. *Dum tempus est operamini bonum ad omnes, quia labuntur anni fugaces dieque truditur dies*[53]. 53

Immortalia[e] *non speranda monet annus et album*[f]
Quae rapit hora diem[54].
Mors ultima linea est[55].
Perpetuus nulli datur usus, et heres
Heredem alterius velut unda supervenit undam[56]. 55
Pulvis et umbra sumus[57],
Omnes una manet mors
Et calcanda semel via laeti[58].

In bono autem opere finientes, beati erimus, cum relictis corporibus cupiditatum omnium et emulationum expertes fuerimus[59].

56.[g] *Obitus ipsius.*

Post has dulces paternae pietatis ammonitiones et extrema caritatis verba eorum super[h] suo discessu merorem sedavit, et a contionando quievit. Deinde modica febre pulsatus, et sacrosancti corporis et sanguinis viatico confirmatus, inter karissimorum filiorum manus unde animam suo reddidit[i] creatori, c. 667.
ubi Dei plurimum insudaverat servituti; verus Israhelita egressus de Aegypto spoliavit vicinum conditori Exodus 3,22.
suo foeneratum reportans talentum. Corpus eius honorifice curatum, cum multa melodia psalmorum et hymnorum Vita S. Remacli c. 16.
in oratorio beati Martini, quod ipse condiderat, est sepultum. Ubi et aliquandiu iacuit, et secum Domino vivere miraculis attestantibus indicavit. Successit illi domnus apostolicus vir Papolenus, cuius[k] superius mentionem fecimus. Deinde Sigilinus[l] beati patris aeque iudicio approbatur. Subinde Goduinus annis et morum maturitate grandevus[60], qui etiam sancti viri corpus transtulit, et in aecclesia beati Petri loca- 60
vit, lectum illius auro argentoque decoravit. Ubi per eius merita multa Dominus usque in praesens operatur miraculorum beneficia, quorum ibidem congesta et descripta conservatur copia ad laudem et gloriam nominis sui, quod est benedictum in secula. Amen[m].

CAPITULA LIBRI SECUNDI GESTORUM PONTIFICUM TUNGRENSIS, TRAIECTENSIS SIVE LEODIENSIS AECCLESIAE[n].

1. Proemium opusculi sequentis.
2. De sancto Theodardo.

a) celibet 1. b) *e corr.* 2. c) malefacturum 1. d) serio *vit R.* e) Iam mortalia 1. 2. 3. f) almum *edd. Hor.* g) *deest numerus* 1. 2. h) *deest* 1. i) redidit 2. k) cui 1. 2. 3. l) Sigolinus *vit. R.* m) *deest* 1. *Addit* 2. *hunc versum:* Libri fit primi finis mors sacra Remacli. 3. Explicit liber primus. n) ecclesiae *deest* 1. Incipiunt capitula sequentis libri 2. 3.

42) Ciceron. Tuscul. II, 25. 43) Ibid. II, 15. 44) Horat. Epp. I, 1, 88. 45) Sallust. Catil. 11. 46) Horat. Epp. I, 10, 30. 47) Hor. Epp. I, 2, 58—60. 48) Hor. Epp. I, 12, 4. 49) Ciceron. Tuscul. V, 35. 50) Tibull. Eleg. III, 3, 21. 51) Terent. Eunuch. V, 4, 8. 52) Ciceron. Catil. I, 12. 53) Horat. Od. II, 14, 2. II, 18, 15. 54) Horat. Od. IV, 7, 7. 8. 55) Epp. I, 16, 79. 56) Epp. II, 2, 175. 57) Od. IV, 7, 16. 58) Od. I, 28, 15. 16. 59) Ciceron. Tuscul. I, 19. 60) Cui litteras dedit de monasterio Dagobertus II. rex a. 677.

3. De sancto Lamberto.
4. Quod pulsus ab episcopatu monasterium adierit.
5. Qualiter ibi probatus fuerit.
6. Qualiter denuo ad episcopatum raptus in eo[a] vixerit, et Texandriae praedicaverit.
7. Qualiter a perfidis sit interemptus.
8. Item alia de eodem opinio.
9. Quod in Bawarri et[b] pago Wirzeburgensi ad memoriam eius frequenter fiunt miracula.
10. Quid apud Lovinion ad memoriam eius contigerit.
11. De ęquo in rabiem verso et mortuo.
12. De quodam qui pedem foribus aecclesiae eius illisit et putrefactum amisit.
13. De eo qui vomitu furtum prodidit.
14. De contracto manifeste erecto.
15. Oratio ad sanctum Lambertum.
16. De sancto Huberto.
17. De sancto Floreberto.
18. De aliis septem episcopis.
19. De Francone episcopo, et quid eius tempore acciderit.
20. De Stephano et Richario episcopis.
21. Exemplar testamenti in quo testatur Richarius Stephanum condidisse responsoria de sancta trinitate.
22.[c] Item de Richario.
23. De aliis quatuor episcopis.
24. De Everhardo episcopo, et quid sub eo in Calabria contigerit.
25. De Nokero episcopo, et quantum omnia apud nos melioraverit.
26. Quam sapienter cuiusdam potentis cupiditatem ęluserit.
27. De aecclesiis sancti Dionisii et sancti Iohannis ęuangelistae.
28. Quanta illi cura erga educandos pueros fuerit.
29. Qui et quales sub eo coaluerint.
30. Quod mitis humilibus, terribilis fuerit superbis.
31. De Baldrico episcopo.
32. De Walbodone episcopo.
33. Qualiter episcopus factus fuerit.
34. Quid placaturus imperatorem Henricum fecerit.
35. De vocatione eius.
36. De Durando episcopo.
37. De Reginardo episcopo.
38. De Nithardo episcopo.
39. De domno Wazone episcopo.
40. Qualiter in scolarum magisterio se habuerit.
41. Controversia ipsius in Iohannem praepositum.
42. Quid a rusticis sit perpessus.
43. Quod capellanus imperatoris Cuonradi sit effectus.
44. Quod Iudeum sententia veteris testamenti revicit.
45. Quod defunctis praepositis Iohanne et Lamberto praepositus efficitur.
46. Praepositus factus ut se habuerit, et quod praebendam fratrum melioraverit.
47. Qualiter exteriora amministraverit.
48. Qualis interius fuerit.
49. Quod defuncto Reginardo imperator Cuonradus illum ępiscopatu[d] donare voluerit.
50.[e] Qualiter in episcopatum electus fuerit.
51.[f] Quod episcopus factus vigilanter sanctam religionem exequebatur.
52. Quam largus cuiusque generis hominibus fuerit tempore sterilitatis.
53.[g] De bello et karitate Wirdunensibus inpensa.
54. Quod belli tempestatem maxima ex parte sedavit[h].

a) *ita* 4. invixerit 1. *deest* 2. 3. b) *deest* 1. c) XXIII. 3. *et ita deinceps usque cap.* 45. d) 1. 4. episcopum 2. 3. e) LI. 3. f) LII. 3. g) LV. 3. *et ita usque* LXIII (*pro* LXI.). h) sudauit 1. 2.

EXPLICIUNT CAPITULA.

INCIPIT LIBER SECUNDUS GESTORUM PONTIFICUM TUNGRENSIS, TRAIECTENSIS SIVE LEODICENSIS AECCLESIAE.

1.[d] PROEMIUM OPUSCULI SEQUENTIS.

Superiori volumine gesta Tungrensium pontificum sunt digesta, quae fideliter servant ordinem eorum quae relatu digna erant gestorum sive[e] dictu, a 27 memoratae sedis episcopis, quorum primus beatus Maternus[f] in cathedra Tungrensi fere 20 habuit successores. Sed beatus Munulfus, qui 21. extitit, ex auctoritate canonum a Tungri sedem episcopii[g] amovit, et eandem Traiecti, ubi tunc temporis aptior locus erat, constituit; qui locus tandem episcopii sedem usque ad sanctum Hubertum servavit. Isque propter patrocinia sancti martiris Lamberti, aput Leodium vicum publicum, ubi[h] usque hodie perseverat, voluit esse caput episcopii. Deinceps quae sequuntur iussu priorum loci istius anno dominicae incarnationis 1056 ex alterius opusculi libello, quem quidam ex canonicis sancti Lamberti A.[i] nomine composuit[k] monitu Idae venerabilis abbatissae, quae regebat monasterium sanctae Ceciliae virginis in Colonia, huic operi sunt annexa; cuius[l], ut ipse[m] testatur, suscepti laboris causa talis fuit. Requiescit in eodem sanctae virginis monasterio corpus beati[n] Ebergisi, qui Tungrensi aecclesiae praefuit 24; quod a Brunone archiepiscopo, qui dux fuisse fertur, a Trutmonia Leodicensis episcopii villa, ubi sepulchrum eius adhuc cernitur, illuc translatum esse affirmant[61]. De cuius vita quia nichil ibidem habebatur, eadem venerabilis abbatissa Ida memoratum Leodicensis aecclesiae canonicum pudicum admodum familiaritate, quippe quae eum ex sacro fonte spiritualis mater susceperat, est aggressa, ut si quid in Leodicensi aecclesia de eodem sancto haberetur, conscriberet et ei mittere[o] non tardaret. Quae etiam sepe et multum de vita et moribus domni Wazonis, nostra[p] memoria episcopi, percunctabatur, et nonnunquam inter audiendum aliqua vel extrema de eodem beato viro religiosos gemitus et piae recordationis lacrimas edere solebat. Hac nimirum splendida ancillae Christi inportunitate sollicitatum se dicit, ut quod ultra vires fuisset, hoc opus nimis audacter arripere temptaverit. Et priorem quidem eiusdem opusculi sui partem ex praesentibus

a) LXV. 3. b) LXVII. 3. *et ita usque ad* LXX (*pro* LXVI). c) *ita etiam* 3. d) *deest* 2. 4. e) sine 1. f) martinus 1. 2. *corr.* ma:t·nus 2. g) epū 1. *et sic deinceps.* h) ibi 1. 2. *corr.* ubi 2. i) *ita* 1. 2. Alexandri 3. 4. Anselmus *Ch.* k) *deest* 1. 2. 3. l) cuius — studuimus *desunt Ch.* m) ipsa 1. 2. 3. n) *alio atramento in margine appositum* 1. o) emittere 4. p) vestra 1. 2. 3.

61) Vid. Anselmi litteras ad Annonem et I, 28.

27 episcoporum gestis se compilasse, non est confusus confiteri, ita dicendo: „*Ex pontificum Tungrensium gestis, quae a sancto Materno usque ad beatum Remaclum sunt porrecta, placuit quasi ex florigera prati amenitate decerptum de diversis floribus texere sertum. Cui deinceps annectere studuimus*[a], *quae de posterioribus sparsim aut legimus aut certa antiquorum relatione didicimus, et breviario quodam nomina singulorum cum paucis quorumdam ipsorum gestis usque ad domnum Wazonem perstrinximus. De cuius vita et moribus extrema quaelibet dicendo, paulo diutius immorati sumus, tum ut posteris, si quis haec dignetur legere, tanti viri non negetur noticia, tum potissime quia hoc lacrimis vestrae pietatis negare non potui; quibus*[b] *cum eiusdem venerabilis viri, numquam fatię, sed fama tantum cogniti, dulcissimam mentionem soletis amplexari. Quibus vere quod temptare ultra vires fuit, nisi cum auxilio divino voluntas optemperandi foret, a nobis extorquere potuistis. Unde contigit, ut ad pingendum pulcherrimum hominem a vobis*[c] *coactus sim pictor ignarus, qui si in aliquo tanti viri laudes exilis ingenii seu tenuis stili vitio detrivi, ex oboedientia favorabiliter Christi sponsae inpensa obsecundantis ignoretur ignorantia.* Quae cum ita sint, nos quoque non inconvenienter eiusdem opusculi capite sublato[b], ut inoffenso pede servare possimus ordinem gestorum pontificalium, a successore sancti Remacli, beato videlicet Theodardo, novum ingrediamur exordium.

2.[d] *De sancto Theodardo.*

c. 661.

Acta S. Theodardi c. 8.

Beatus igitur Theodardus sub beato Remaclo aecclesiasticis ad unguem disciplinis informatus, magistro ultro pontificatus honorem desiderio artioris vitae declinanti, in cathedra Tungrensi sive Traiectensi successit 28. Hic pro rebus aecclesiae sibi creditis dum regias aures pergit compellare, et contra pervasores praediorum aecclesiae auxilium postulare, in saltu quodam qui dicitur Biwalt haut longe ab urbe Nemetensi, quae usitato nomine Spira[e] nunc dicitur, ab ipsis suae aecclesiae praedonibus ex inproviso undique vallatur, et diffugientibus a se circumquaque comitibus, ipse innocens ibidem trucidatur.

c. 668.

Act. S. Theodardi c. 12. 13.

Nec mora quanti meriti apud se vir iste fuerit, omnipotentis Dei clementia declaravit. Nam puella quaedam dum pia temeritate fila subtegminis, unde in frusta comminutum caput martiris colligaretur, dominae subtraxisset, rediens cum pecore[f] ipsam dominam suam, eo quod pensum non redderet, vehementer offendit, adeo ut furore exagitata, pugnis et verberibus in ipsam insurgeret. Sed repente dum percutit, ipsa graviori[g] ictu, cecitate videlicet, divinitus percutitur. Perstrepit ilico lugens familia, adsunt[h] acciti[i] domesticorum plangore vicini. Exquisita diligenter tam subitae cecitatis causa, ad cadaver sacerdotis ocius cucurrit, rea illuc cum fide et precibus confluentium perducitur, in confessione criminis venia postulatur et impetratur; discitque ab eo[k] misericordiam querere, cuius funeri paulo ante noluerat pietatem ab ancilla fuisse exhibitam. Unde indigenarum sollicitudo certata[l] de virtutibus sacerdotis tam evidenti indicio, eius ossa ibidem terrae[m] mandare student[n] cum summa reverentia. Procedente[o] vero tempore, successor eius, venerabilis patronus noster Lambertus, eadem magistri ossa inde ad nos transferre sepissime temptavit. Cumque multum reclamante rusticorum manu, et[p] sui, ut aiebant, martiris ossa cum armis vindicante, hoc diu frustra esset, tandem divina misericordia famulo suo in conspectu ibidem commanentium tantam[q] concessit gratiam, ut inde transferendi tanti thesauri darent copiam sacerdoti. Quorum[r] singulos uberrimis pecuniae muneribus cumulatos relinquens[r], sacri funeris pignus aecclesiae suae sanctus advexit Lambertus. Cuius adhuc passionis diem eiusdem provintiae compatriotae singulis annis cum summa cęlebritate solent frequentare, et licet ossibus absentem, meritis et signis, quae ibidem frequenter fiunt, se gaudent habere praesentem.

3. *De sancto Lamberto*[s].

Huic successit semper memorandus venerabilis noster patronus Lambertus in ordine 29. Is, ut perpaucis multa de vita eius perstringamus, beatus[t] Lambertus ex nobilis-

Godescalci vit. Lamberti 1.

sima tunc temporis[u] Traiectensium stirpe natus, a primeva aetate nobilius in sancta

a) *vide not.* 1 *paginae praecedentis.* b) quibus – sublato *desunt Ch.* c) a vobis *desunt* 4. d) I. 4. *et sic deinceps.* e) *deest* 1. 2. 3. f) peccore *corr.* pecore 2. g) graviora *corr.* gravior 1. gravior 2. 3. graviore *Ch.* h) lugens familia adsunt 1. 2. 3. i) occidi 1. k) *deest* 1. *post add.* 2. l) certificata 4. *Ch.* m) ter. ib. 2. 3. 4. n) studet 4. o) procedenti 2. 3. p) ut 1. q) tandem 1. 2. divina — tantam *desunt* 3. famulo — tantam *desunt* 4. r) Quorum — relinquens *desunt Ch.* s) Passio sancti Lamberti episcopi et martyris. *in margine* 2. t) b. L. *superscr.* 2. u) tunc temporis *erasa* 2. *desunt* 3. 4. *leguntur* 1. *Ch.*

religione conversatus, et ob meritum excellentis vitae ad supplendas iam dicti[a] ante- [Stephan. vit. Lamb. c. 3] cessoris eiusdemque[b] pii praeceptoris vices raptus est potius quam electus. In quo videlicet episcopatus culmine, cum inreprehensibilis vitae gratia in ipso bonis hominibus eluceret imitanda, adeo pravis quorumdam moribus erat invidiosa, qui ad tantam quan- 673. doque devoluti sunt insaniam, ut regem suum Hildricum[c] nomine innocentem obtruncarent, et hunc sanctum virum a sede pontificali deicere non perhorrescerent. [Godesc. vit. Lamb. c. 2.]

4. *Quod pulsus ab episcopatu monasterium adiecit.*

Hac ille gratantissime contumelia accepta, quippe qui iam dudum ultro transitorios honores evasisse exobtabat, ubi potissimum sanctos viros monasticae conversationis studio fervere constabat, Stabulaus monasterium a sancto Remaclo[d] institutum adiit[e]. Quique strenue noverat praeesse, ut abbatis[62] imperio subesse sibi liceret expetiit et optinuit, atque ibidem per septem annos sanctam et angelicam[f] conversationem in[g] labo- [Godesc. vit. Lamb. c. 3.] ribus, in ieiuniis, in vigiliis et orationibus, in caritate, in pacientia, immo[g] in omni virtutum exegit observantia.

5. *Qualiter ibi probatus fuerit.*

Cumque nocte quadam, qua tempestas hiemalis solito asperior frigoris et nivium [Godesc. vit. Lamb. c. 3.] horrore incanduit, vir Dei ex carissimo suo illo usu fratrum vigilias in Dei laudibus pergeret anticipare, a manu pie festinantis subito calceus est elapsus, atque aliquantus perinde sonus a patre monasterii est auditus. Isque statim eum qui taliter fratrum fregisset silentium, adiudicatus[h] est cruci sub divo positae — nam haec erat ibidem huiusmodi corrigendis excessibus[i] disciplina — nesciens tamen cui hoc imperaret, inflexibili addicit sententia. Ille velocius quam si prospera iuberentur, abbatis edicta facessit, et ut erat solo indutus cilicio, pedibus nudis coram cruce mundo crucifixus carnisque desideriis, orans et psallens perseveravit. Stat instar crucis ante positae, stat plane vivens Christi hostia, offerens caelo[k] suavissimos odores oboedientiae, dum et obrigescenti prae algore corpusculo incumbentes fortiter contempnit nives, et psalmodiae[l] nichilominus persolvit munus, procul dubio sic creatori suo multo acceptius. Vere eodem spiritu hunc nostrum et ex hoc iam supplicio martirem inflammatum esse crediderim, quo craticulatus ille Laurencius interius estuans exteriores flammas calcavit victor. Quorum par fides illo igne quem dominus Iesus in terras misit, vehementer ignita ad [Stephan. vit. S. Lamb. c. 6.] dispares poenas quasi insensibilia reddidit corpora; sicque alterum contemptus ignis caelo transmisit, alterius vitam ad maiores certaminum labores frigoris inmanitas interim parcendo servavit. Qui licet propter salutem multorum a gloria caelesti paululum sit dilatus, non tamen communi sanctis martiribus praeciosa morte nec multiplici certaminis fructu tandem est fraudatus. Tegitur nive magis quam veste, ut dictum est[m], sacratissimum venerabilis viri corpus, eo usque ante crucem manens fixum et inmobile, dum fratres expletis vigiliis ut frigentia caloribus curarent corpora, nunc[n] in conclave[o] his [Godesc. vit. Lamb. c. 3.] aptatum usibus sese conferunt, consideratisque omnibus, solum abbas deprehendit abesse beatum Lambertum, cuius absentiae causas requirens, agnovit a referentibus eum esse, qui ipsius iussu crucem intempesta[p] nocte adierit, eum pene[q] nudum et discalciatum nive et frigore, intollerabili[r] etiam vestitis, iamdudum excruciari. Curritur ocius; sacerdos Dei vixdum agnosci valens extrahitur media illa nivium densitate, artusque[s] sacri acsi in mortem rigentes prae frigore copiosis ignibus admoventur, non sine multa fratrum et abbatis maxime penitentia, se reum, se sacrilegum ingeminantis[t], qui talia in sanctum virum iudicare praesumpsisset. Nec prius abstitit sedulitas fraternae pietatis, donec cum Dei auxilio multa adhibendo fomenta afflictum corpus pristina incolomitate redintegrat.

6. *Qualiter denuo ad episcopatum raptus in eo vixerit et Texandriae praedicaverit.*

Non multo post devotio filiorum Traiectensis aeclesiae amissi pastoris sed vivi [Godesc. vit. Lamb. c. 4.]

a) *ita* 1. *et Ch.* .....sti *corr.* beati Theodardi 2. b. Theod. 3. 4. b) que *deest* 1. c) *in* 2. *postea corr.* Kildericum nomine filium Clodovei filiam Dagoberti obtr. d) *vocabulum erasum* 2. e) adit 4. f) evangelicam 4. g) in laboribus— immo *desunt Ch.* h) adiudicatus est 1. adiudicatus *superscr et post corr.* adiudicauit 2. adiudicatus est 3. 4. *deest Ch.* i) *sic* 4. *et Ch. deest* 1. 2. 3. k) *deest* 3. 4. l) spalmodiae 1. m) *superscr.* 2. n) *erasum* 2. *deest* 4. o) clave 1. 3. *corr.* conclaue 2. conclave 4. *Ch.* p) inpesta *corr.* intempesta 2. q) pede 1. 2. 3. r) intollerabili *corr.* intolerabili 2. s) artus 3. 4. *Ch. corr.* 2. arius 1. t) *corr.* ingeminantis 2. *idem* 4. *Ch.* ingeminans 1. 3.

62) Goduini, si quid in rebus tam incertis statuere licet.

dampnum sero[a] reminiscitur[b]. Tandem detrectans iugum impiissimi supplantatoris[c], qui indignissime oves dominicas per septem annos vexaverat, domnum Lambertum unanimiter sibi reposcunt[d] episcopum. Quem diu multumque reclamantem, maiori violentia quam antea expulsus fuerit, de monasterio extractum ad sedem episcopii reducunt, exceptumque egregio hinc Deo servientium, hinc pauperum Christi triumpho, iterum[e] in cathedra pontificali sublimant. Tum vero quantam utriusque vitae, contemplativae scilicet et activae, perfectionem assecutus fuerit, a maioribus nostris conscripta evidenter ipsius declarat vita; quam his qui non legere, haec compendio scribimus, simul ne gloriosissimum patronum nostrum, cui multo ampliora debemus, silentio praeterisse videamur.
Godesc. vit. Lamb c. 6. Texandriam eatenus idolatriae deditam constantior quam tunc cum sub nivibus staret,
Hebr. 4, 12. fortis bellator aggreditur confodere eo verbo, quod est penetrabilius omni gladio; nec mora, annuente Dei gratia, silvestris illa humanorum cordium feritas mansuescit, et vasta solitudo quae[f] nichil aliud retro quam miricas noverat, ex Domini benedictione
Iesai 60, 13. caedrum[g], abietem, pinum[h] et buxum se suscipere laetatur; mediisque interiacens paludibus ager[f], diu sterilis et infecundus, alius centenos, alius sexagenos, alius trigenos,
Matth. 13, 8. Domino fertiliter reddit fructus.

7. *Qualiter a perfidis sit interemptus.*

Godesc. vit. Lamb. c. 7. Talibus virtutum exerciciis[i] ad gloriosum venitur martirium, quo vitae ingressum, mortis exitum victor invenit. Violatores et pervasores[k] rerum aecclesiasticarum duos fratres aliqui ex propinquis sancti Lamberti, ipso nesciente, interfecere; quod Dodo, proximus eorum, eodem tempore praepotens in domo regia, non alias quam in ipsum episcopum censuit esse vindicandum[l]. Collectisque non paucis ad hoc facinus militum copiis, in pontificem cum rara domesticorum manu tunc forte Leodii commorantem, ut lupus in oves inlisit. Et primo diluculo domum praesulis, quam videre nonnulli tota illa nocte caelesti lumine instar dominicae crucis insigniri, audacissimus praesumptor armatorum cinxit obsidione. At vir Dei intrinsecus somno, cui post vigilias defessa membra reclinaverat, inproviso tumultuantium fragore expergiscitur; statimque nichil reniti vel contramoliri querens, cum et posset, — sciebat enim quia[m] bellatores Christi exemplo magistri moriendo quam pugnando norunt vincere — totum corpus in oratione prosternens, praeciosam constantissime mortem operitur. Nec mora, adversariis ex omni parte parietes domus inrumpentibus, multi ante[n] pastorem trucidantium ferro ad caelum praemittuntur martyres[o], tandemque ipse pater venerandus, ut erat solo fixus,
c. 709. Godesc. vit. laetali vulnere est confectus; sicque cum oratione spiritum efflavit vitae. Nec est dubi-
Lamb. c. 11. tandum, quin sanctam martiris animam exceperint[p] laudes angelicae, cuius cadaveri non defuerunt[q] caelestes exequiae, quae eo[r] loci ubi primum sepulturam habuit, videlicet
c. 13. Traiecti, ab idoneis testibus sunt compertae. Dodo[s] autem, inmanissimi perpetrator sceleris, turpiter egestis[t] intestinis, ante expletum annum vita privatus, aeterna morte est damnatus; caeteri nihilominus omnes, qui neci antistitis interfuere, alii inter se dimicantes se ipsos interemere, alii a demonibus vexati miserabile spectaculum divinae ultio-
c. 14. nis in se hominibus praebuere. Post aliquot autem annos sacerdotibus multisque aliis Deum timentibus revelatum est a Domino, corpus sacratissimum in locum passionis, scilicet Leodium, transferri debere. Quod fidelissime a beato Huberto successore eius est adimpletum. Nam[u] effossum humo sacratissimum corpus, non corruptum et miris odoribus respersum repertum est; levatumque inde in feretro, in locum quo nunc colitur, cum omni honore est deportatum[u]. Ubi inter eundum per illuminationem ceci et claudi curationem, martiris sui virtutem Dominus confluentibus undique turbis dignatus est amplius declarare. Ex quo innumera ad tumulum eius, tum ante nos, tum nostra memoria ostensa sunt miracula, quae pro sui numerositate minime sunt conscripta. Quo[v] modo vivit illic ubi vivit, qui tot miraculis vivit, ubi corpus mortuum requiescit? Non ergo pigeat sanctam Coloniam, multis martirum milibus insignitam, etiam hunc filiae suae venerari patronum, ut censeat se ei debitorem apud Deum in prece[w], qui tanti fuerit apud eam quae suae[x] urbi praesidet aecclesiam.

a) vero 1. 2. 3. b) damnum vero *erasum* 2, *ubi post corr.* reminiscens; reminitur 3. c) supplantoris 1. d) *post corr.* reposcit 2. e) uerum 1. 3. *post corr.* iterum 2. f) quae — ager *desunt Ch.* g) credrum 1. h) *ita legendum ex vulgat.* spinam 1. 2. 3. 4. i) exercitus 1. ciciis *e corr.* 2. k) persuasores 1. l) iudicandum 1. 2. 3. m) quod 4. n) antea 1. 2. 3. ante 4. *Ch.* o) martires *corr.* martyres 2. p) exceperunt 1. q) defuerint 4. r) eum 1. 2. 3. s) Dolo 1. t) egistis 1. u) Nam — deportatum *desunt Ch.* v) *reliqua desunt Ch.* w) praesens esse 4. x) sui 4.

8. *Item alia de eodem opinio*[a].

Huic beatissimo viro testimonium perhibet Regino abbas Prumiensis, ita scribens inter caetera in chronicis suis, quae a primo incarnationis dominicae anno usque in nongentesimum octavum eiusdem Domini annum extendit: „*Tempore*, inquit[b], *Vigilii* Regino. *papae habita est synodus*[c] *Aquileiae contra hereticos, qui beatam Mariam solum*[d] *hominem, non Deum hominem genuisse affirmabant. In qua sinodo catholicę institutum est, ut Maria semper virgo Theodocos diceretur, quia non solum hominem, sed verum Deum et hominem genuit*[e]. *Ea tempestate*[f] *claruit Lambertus Tungrensis aecclesiae episcopus*[63]. *Qui dum* 63 *regiam domum zelo religionis accensus increpasset* — sic habet alterius adhuc scripturae relatio nobis a prioribus relicta[64] — *rex Pippinus*[g] *tunc temporis monarchiam regni tenens, sororem memorati Dodonis, legitimae coniugi pelicem induxerat, et suadente diabolo licitos amores illicitis postposuerat. Pro qua re hic solus auctoritate sacerdotali principem publice adulterii arguere non reformidabat, et nunc minitando terrores divini iudicii, nunc honestatem legalis thalami commendando, et contra turpitudinem adulterii detestando, hoc aput ferocem eius animum vir apostolicus effecerat, ut iam iamque minus in fornicaria insaniret. Quod ubi illa primum persentiscere potuit, furore simul et libidine estuans, qualis Hiezabel in Heliam, vel Herodias in Iohannem, fratrem gemebunda adit, fratri contumeliam a sacerdote sibi illatam memorat, ipsius instinctu aversum a se regis animum, mori sacius esse, quam tam honestis ignibus privari cum dedecore; faxit ut sacerdos intereat; nullus posthac regalis thalami fore discidium. Bibit ille transfusum a viperea sororis lingua alto pectore venenum, armat statim ex domesticis regiae domus ad necem episcopi milites auxiliarios, et miser dum in sacerdotis necem crudeliter grassatur, nescit quia sibi aeternam mortem, illi finem laborum et perpetuam pariat vitam.* Hanc passionis eius causam scriptorem vitae ipsius ideo tacuisse arbitror, ne, ut fit, eorum incurreret offensam[h], quorum maiores tali notati essent infamia. Cuius vitae sanctitatem et gloriosae passionis dignitatem cum et rerum experimento, et auctoritate tot testamentorum approbemus, tum[i] confidenter christianae religioni persuadere audemus, hunc vere esse angelorum concivem et martyrum coheredem, quem gloriosa Dei genitrix apud nos in maiori aecclesia, inque omnibus quae ad illam videntur apenditia, suo dignatur consortio.

9.[k] *Quod in Bawari et pago Wirzeburgensi ad memoriam eius frequenter fiunt miracula.*

In[l] diversis profecto terrarum partibus, ubi in honore et memoria venerandi martiris oratoria habentur constructa, pro eius meritis frequenter fiunt Dei[m] miracula, ut liquido constet fidelibus, nichilominus eius preces vigere, ubi cineres eius cernuntur abesse, quam nobiscum ubi praesens est corpore. Est in Bavaria lacus, qui quandam infra se insulam blando stangnantis aquae allambit circuitu. In hac in honore sancti Lamberti situm est monasterium, quod ab antecessoribus domni Piligrini Coloniensis archiepiscopi ibidem cum claustro et officinis monasterio necessariis constructum, et opulentissimis praediorum reditibus ab eisdem est ditatum; ubi quod sepissime ad memoriam sancti martiris et episcopi nostri miracula Christi fiant, frequenter audivimus. Haud longe ab urbe Wirzeburg vicus cognomento Duckelinhusen[65] aecclesiam habet in honore 65 eiusdem sancti martiris, ad quam in anniversario passionis eius undique confluere consuetudinem habent provincialium frequentia, atque huc copiosa frumenti, vini et peccorum convehere sancto martiri xenia. Dumque devote student[n] offerre carnalia, praeter invisibilia animarum amminicula sepissime laesorum quacumque parte corporum etiam sese gaudent inde[o] referre medicamenta. Testis est domnus Thietwinus[p] episcopus[66] et 66 quotquot ex illis partibus ad nos venire solent clerici sive laici.

a) *desideratur apud Ch. hoc caput.* b) quondam *post add.* 2. c) sub Iustiniano imperatore *post add.* 2. d) non solum 1. e) Et sequitur *post add.* 2. f) sub Iustiniano minore Leone et Tyberio *post add.* 2. g) pipinus *corr.* pippinus 2. h) incurrerit offensa 1. 2. 3. i) eum 4. k) *deest* 1. 2. 3. l) *longe aliter Ch.* m) *deest* 3. 4. n) stustent 1. o) inde se 4. p) Thicuvinus 4.

63) Minus accurate Reginonis verba reddidisse auctorem, qui Aquileiensem synodum a. 698, Vigilii papae temporibus habitam esse scripserit, iam monuit Suyskens in commentario de S. Lamberto Act. SS. Sept. V, 541. 64) Cfr. quae de his docuit Hirsch in commentatione de Sigeberto Gembl. p. 298. 65) Dünkelhausen. 66) Leodiensis, successor Wazonis, natione Noricus de Bavaria, ut scribit Albericus. MARTENE.

10.[a] *Quod[b] apud Lovinion[c] ad[d] memoriam eius contigerit[e].*

Nec inter haec praetereunda esse arbitror quaedam de miraculis eiusdem sancti martiris, quae me ante biennium a presbitero quodam nomine[f] Wirino[g] contigit audisse. Possessiuncula quaedam est[h] huius aecclesiae nimis contigua oppido, quod Lovanium nomine diminutivum ex suo nomine eidem villulae indicit vocabulum; cognominatur enim Loviniol. Continetur in eadem possessione aeclesia, quae ut ea lignea antiqua patrum religione diu est servata, sed[i] eius parietes nunc minores meliorare student cementi et lapidum structura. Referebat memoratus presbiter, se multa audisse et vidisse in eodem loco gesta Christi domini miracula. Quae cum maiori ex parte memoria exciderint, pauca quae in mente veniunt, strictim[k] statui[l] memorare.

11.[m] *De equo in rabiem[n] converso[o].*

Pullus equi indomitus aliquando ad parietem ipsius aecclesiae latera[p] confricabat, statimque[q] in rabiem versus, non multo post cecidit mortuus.

12. *De quodam qui pedem foribus aecclesiae eius[r] illisit et putrefactum amisit.*

Adolescens temerarius puellam quandam opprimere volens, rapido cursu post illam fugientem ferebatur. Illa pernicibus plantis insequentem[s] diu fatigans iuvenem[t], alium evadendi locum minime inveniens, in[u] memoratam aecclesiam confugit, fores diligenter exclusit. Quam ille celeriter insecutus, ut erat amore simul et furore exestuans, cum maximo impetu pedem eiusdem sacris foribus inpegit. Ignotum est[v] an fores praefregerit, sed pes pro tanta temeritate tam graviter collisus est, ut deinceps per annum integrum cottidie excrescente[w] affectus dolore, tandem putrefactus et miserabiliter a iunctura tibiae seiunctus ceciderit. Sicque miser ille evidens omnibus spectaculum dedit, sacra loca non revereri quantum sit periculi.

13. *De eo qui vomitu furtum prodidit.*

Pleps eiusdem parrochiae, sicut et vicinarum circa regionum, solent quaecumque possunt alter alteri subripere, annonam, vestem seu quamlibet aliam subpellectilem, ubi aperte nequeunt, latenter involare, pecudes sibi abigere, de caetero nec bannum sacerdotis, nec terrorem alicuius potestatis, qui eiusmodi sceleribus prohibendis ne dicam[x] rarus, immo nullus est, reformidare[y]. Factiosus quidam unus de talibus porcum vicino sublatum cum aliis similia secum actitare solitis coxerat et comederat. Postera die, quae dominica habebatur, populo ad aecclesiam concurrente, iste licet facti conscius, propius altarii cancellos inpudenter, unde omnium oculis contiguus esset, astitit. Proclamatio ad presbiterum de sublati porci dampno perfertur; statimque ab eo, si quis eius rei in facto seu conscientia reus sit, bannitur. Dissimulante illo videlicet praedone et aliis facti consciis, conclamat pleps omnis cum sacerdote, orans ut omnipotentis Dei misericordia propter praesentem sanctorum memoriam talium praedonum diu non sineret homines latere nequitiam. Vix dum haec verba compleverant, cum ecce praedo ille temerarius abiuratam cum obsceno vomitu cepit praedam reicere. Namque ferunt qui[z] videre, multa suillae carnis frusta cum parte pedis, quae pridie consumpta, iam digesta esse poterant, ore eius effluere. Turpius factum turpi prodentem nausea expellunt ab aecclesia, nec absistunt donec evidentius fatetur ubi, quando, quicum eundem porcum abegerit[*]. Pro huiusmodi miraculis Domini non parva eidem loco servatur reverentia, nichilque indecens, quod inultum sit, circa eandem aecclesiam sive atrium eius credunt posse contingere[a]. Idem presbiter ovibus caeterisque pecudibus suis idem atrium propter timorem vicinorum praedis inhiantium, ad pascua pervium fecerat, sed eorum animalium aliquod diu vivere posse, propter quod callem illicitum sepius per atrium trivissent, negabat.

14. *De contracto manifeste erecto.*

Liceat[b] adhuc ad laudem et gloriam Domini martirisque eius preciosi unum enarrare, cuius nostra memoria gesti in praesenti aecclesia, ubi venerandum eius requiescit

a) *deest* 4. b) quid 1. c) Loviniol 4. *Ch.* d) in 2. 3. 4. ad *Ch.* e) *caput longe brevius ap. Ch.* f) sine nomine 2. g) Warino 3. Waritio 4. h) eius 1. i) sed eius *desunt* 3. 4. k) structim 1. 3 *corr.* strictim 2. l) stat 1. 2. 3. statui 4. *Ch.* m) IX. 4. *et deinceps duobus minor capitis numerus.* n) rabie 2. o) uerso 3. 4. p) latam 2. 3. q) que *deest* 1. r) *deest* 3. 4. s) insequente 1. 2. 3. 4. insequentem *Ch.* t) fatigalis iuvene 4. u) *deest* 4. v) Ignotumque 3. 4. w) excrescent 1. 2. 3. x) ne dicam *desunt* 4. y) *hucusque desunt omnia ap. Ch.* z) quod 4. *) abierit 1. a) *sequentia desiderantur ap. Ch.* b) *initium deest ap. Ch., reliqua omnino differunt.*

corpus, tot esse possunt testes, quot qui hoc idem videre sunt superstites. Adolescentulus quidam a primis puericiae annis claudus[a] aecclesiam et quocumque procederemus cum scabellis perreptare[b], et continuis septem annis erga signa pulsanda, hostia seranda et reseranda, sedulus esse solebat; cottidie ex fraternarum stipe elemosinarum alebatur, nec aliunde vivere noverat. Unde contigit, cum inter fratres sermo incideret de gyrovagis quibusdam, signa in sese[c] facta mentientibus, ut si iste erectus foret, sine dubio hoc credi debere asseveraretur, quippe qui prae nimia simplicitate nedum aliquid fingeret, longe prius falli quam fallere posset. Taliter apud nos septem paulo plus minusve conversatus annis, quadam vice, sicut erat hilaris et ad exhibenda talia agilis, sed caetera omnino claudus et debilis, ad mensam fratribus occurrere festinans, criptam in qua sancti martiris est mausoleum pergit claudere. Venitur ad sinistri lateris hostium, cui dum summis innixus articulis, pessulum obdere tenderet, sensit paulatim nervos[d] laxari, tybias a coxis disiungi, adeo ut non iam articulorum amminiculo subrigi, sed si[e] se ita posse crederet, totus in directum ad hoc valeret assurgere. Miratur ac stupet simplicitas adolescentuli novam in se recte incedendi potentiam, nec unde sibi hoc contigerit[f] intelligere valens, nescio timore an pudore, rem nulli puplicat; it[g] itaque incassum scabellis aliquamdiu, multo nunc quam ante vere debilis inpotentior. At[h] tandem ex matriculariis quendam ad se secreto advocans, eidem quid donante Deo posset ostendit. Ille primum prae pavore rei inusitatae fugiens, sed subinde resumptis viribus rediens, tempus et ordinem curationis inquisivit, illo simpliciter narrante cognovit, nobis narravit, et ex illo scabellis in virtutis testimonio ante martiris tumulum derelictis, novellos baculo sustentante didicit regere gressus. Contractum prius et post erectum vidimus, aliquantis eum postea annis vixisse vidimus, scabella in testimonium virtutis retinemus. Haec ideo non dicimus, ut cottidiana Dei in nos ob sancti martiris meritum beneficia extenuare velimus, quae tot ac tanta sunt ut humanus ea vix comprehendere valeat animus, sed ut his qui nova et inusitata mirari consuevere satis faceremus, et ut nova memorando ad disquerenda cottidiana studiosorum sollicitudo excitaretur.

15. *Oratio ad sanctum Lambertum.*

Iam ad te noster vertatur[i] sermo, martir Christi inclite, servulorum preces ne adverseris[k] obsecro. Tu fonte euangelico maiorum rigans pectora, terram simul precioso irrigasti sanguine[l]. Spiritus caelum possidet, terra servat cineres, nos eosdem veneramur, qui terra et cinis sumus, ut peccata servulorum quae[m] exsuperant harenas numero et pondere[m], tuo precatu deleas. Per tuum[n] quo hanc aecclesiam fundasti, pastor, sanguinem, quique ipsam[o] ex minima ferme exequasti maioribus, oramus, quod enutristi, plus tuere precibus. Non[p] petimus augeri fundorum ex[q] reditibus; fuerit hoc[q] maiorum moribus praeditorum, scientia pollentium, rem auxisse publicam. Nos minores sufficiat talium vel longe sequi vestigia sub te patre, te tutore teque dulci praesule. Nullam tuarum ovium peccati contagio[r] sinas esse morbidam, sed et si qua mortali labe est confecta, per lamenta poenitentiae tuo ovili rursus dignam esse facito. Depelle[s] primum turgidam cum livida filia superbiam. Absit ira, absint odia, nullum locum in fraternis cordibus habeat discordia. Foris pugnae, intus rixae[t], tuo interventu omnia sint pacata. Fugiat cum sodali gula turpis ebrietas, cedant et invicem pugnantia, luxus et avaritia, cedat et libido, animarum mille ferens naufragia. Obtine, quaesumus, prece tua tibi servientibus a Deo veram cum pacientiae benignitate humilitatem. Karitas non ficta in nobis cum fraterna regnet concordia, pax interior exteriora bella derideat[u], cum sincera sobrietate adsit cibi temperantia, caro Dei adiutorio castitatis edometur legibus. Pro ambitu terrenorum appetitus veniat caelestium, pro amore praesentis seculi numquam dormitet horror iudicii, praedonis ferrum retunde[v] visibilis, multoque magis hostes preme[w] invisibiles. Isti enim necant animas[x], illi nisi exteriora tollant, nil agunt amplius. Neminem de grege tuo Vehemoht illius crudelissimi, obnixe deprecamur, sinas gutture Iob 40, 10
absorberi[y]; sed si quem tuorum dentibus arripuerit, eum pro tuis meritis circumplectentis

a) *deest* 3. 4. b) *sic* 4. *Ch.* pertemptare 1. 2. 3. c) se 4. d) *deest* 3. 4. e) *sic* 4. f) contigeret 1. 2. g) *sic* 4. ut 1. 2. 3. h) ac 4. i) *sic* 4. B 1. 2. veneratur 1. 2. 3. *capita* 15—18 *deficiente cod.* C. *ex* B 1. 2. *se restituisse affirmat Ch.* k) adversaris 1. l) s. i. 4. m) quae — pondere *desunt* B 1. 2. n) *sic* 4. te 1. 2. 3. eum B 1. 2. o) *sic* 4. ipsa 1. 2. 3. p) *sic* 4. nos 1. 2. 3. non — praesule *desunt* B 1. 2. q) *e rasura* 2. r) prurigine B 1. 2 s) repelle 4. B 1. 2. t) sopiantur *addunt* B 1. 2. u) bellare rideat 1. bella rideat B 1. 2. v) recondo B 1. 2. w) *deest* 3. 4. x) animam 4. y) obsorberi 1.

armillae gratia per maxillae foramen liberet. Ora[a] pro spiritibus eorum, quos tibi hac in eadem aecclesia Dominus aggregavit[b] retroactis temporibus. Ora postremo pro omnibus et viam universae carnis ingressis, et modernis qui eodem tendimus, et sequentis aevi posteris, ut omnes simul ab auditione mala liberemur in adventu iudicis. Ut hoc possis, aput primogenitum suum adiuvet te Theodocbe optima, namque debet tibi suisque tecum servulis. Concedat nos idem vestris meritis nos ita sibi vivere, ut placatus nobis appareat in novissimo districti die examinis; cui sit cum aeterno patre et spiritu sancto laus et gloria per infinita secula seculorum. Amen[c]. Iam dudum longius a suscepti operis intentione evagati sumus, petita venia ad propositum redeamus.

16. *De sancto Huperto.*

708. Igitur successit sancto Lamberto venerabilis pater Hupertus in ordine episcopali
tricesimus; cuius vitam qui plenius nosse volunt, ad vitam eius, quae virtutibus plena
67 aput nos habetur descripta[67], recurrant. Sed ne nos eum silentio praeterisse videamur,
tantum de eo dicamus, quantum scientibus non sit onerosum, nec omnino ignorantibus obscurum. Hic cum ossibus beati Lamberti[68] Leodium transtulit sedem episcopii, quae eatenus habebatur Traiecti. Ipse primum in humili Leodio, Deo opitulante, religionis posuit fundamentum, unam tantum aecclesiam ordinando, eandemque pro temporis oportunitate fabricis caeterisque insignibus adornando. Ius civile oppidanis tribuit, vitam et mores ipsorum disciplinae freno composuit. Libram panis, libram vini, modiumque, quae nobiscum perseverant usque hodie, sapienter constituit[d]. Tandem multis virtutibus
727. plenus, in senectute bona migrans ad Dominum, a semet dictatam in aecclesia, quae
nunc est apostolorum principis, apud nos accepit sepulturam. In qua cum post septuaginta annos corpore iam futurae resurrectionis gloria demutato inveniretur, obtentu
825. Ludowici, filii Karoli Magni, in pagum Arduennam est translatus[69], ibique ex[e] satis amplis
817. reditibus fidelium devotione oblatis proprium illi conditum est monasterium[70].

17. *De sancto Floreberto.*

Post hunc 31. episcopatum suscepit Florebertus, dictus quidem, ut vulgatum est,
71 sancti antecessoris filius[71]. Quem si carnalis idem pater ante sanctae religionis generavit habitum, nichil de dignitate derogari potest alterutri; sin vero spiritualis alter alteri patri erat filius, nichil obest, immo multum prodest, spirituales filios si bonis patribus contigerit succedere. Huius corpus cum Petro et Audoleco[f], qui occisi sunt cum beato
746. Lamberto, uno compositum est sepulchro[72].

18. *De aliis 7 episcopis.*

769. Tricesimus secundus sedit Fulgaricus[g, 73], 33us Agilfridus, ad quem Karolus Magnus
787. Desiderium Italiae regem Leodium misit in exilium[74]. Cui successit 34us Gerbaldus[75],
810. postque illum 35us suscepit episcopatum Walcaudus[h]; cuius anno quarto, qui est ab domi-
814. nica incarnatione 814, Karolus diem clausit extremum. Walcaudo[76] successit Eirardus[i]
831. 842. in sede 36us, 37us Harcarius[k].

19.[l] *De Francone episcopo*[m].

854. Tricesimus octavus possedit Franco Leodium, a Traiecto transvectam episcopalem
cathedram, quam ibidem circiter 48 annos prudenter regere studuit, inter asperrimas

a) *in sequentibus longe differunt* B 1. 2. *finis desideratur.* b) congregavit 3. 4. c) Passio Lamberti finitur praesulis alm: *in margine* 2. d) instituit B 1. 2. e) *deest* 4. f) Andoleto B 1. 2. g) Fulcarius B 1. 2. h) Walcandus 4. *in* 2. *in margine adscriptum est:* (Ist)e Walcaudus re(st)auravit a funda(men)tis monasterium in (A)rduenna in loco qui (dici)tur Andainus . quod mo(n)asterium fundaverat . . beregisus . sinchro(n)os sancti Huberti . quod etiam (u)sque ad tempus eiusdem Wal(c)audi incoluerant canonici. Sed Walcaudus monachos ibi locavit . corpusque sancti Huberti transtulit illuc a Leodio consensu Ludowici imperatoris filii Caroli Magni . locumque ipsum possessionibus amplians ossa sancti Beregisi in vicino ipsius monasterii tumulata ad idem monasterium transtulit ac loculo imposuit[76]. i) Pirardus B 1. 2. k) Hircarius B 1. 2. l) *deest* 2. m) *caput plane diversum dedit Ch.*

67) Vid. S. Huberti vitam ab auctore coaevo scriptam apud Surium VI, 45. 68) anno 13. praesulatus. Vit. S. Hubert. 69) Cfr. Sur. VI, 56. 70) Cfr. historiam monasterii S. Huberti Andaginensis ap. Martene et Durand in coll. ampl. IV, 918. 71) Hoc testatur auctor vitae S. Huberti, Floreberti aequalis. Sur. l. l. p. 52. 72) Vid. Act. SS. April. III, 377. 73) Ad Fulcarium episcopum Tungrensem dedit epistolam Zacharias papa circa a. 751. 74) Cfr. annal. Laubiens. et Leodiens. 774; sed maior fides habenda videtur ann. Sang. qui regem Corbeiae obiisse tradunt. 75) a quo conscriptas quasdam epistolas ediderunt Martene et Durand collect. VII, 16. 76) Cfr. historia monast. S. Huberti Andagin. c. 5. Anno 831 die 19. mens. Aprilis Walcaudum adhuc inter vivos fuisse confirmant Ludovici Pii litterae eodem die scriptae ap. Chapeav. I, 154.

fluctuantis seculi procellas. Huius enim tempore legimus[77] diram Nortmannorum gentem [Regino 881.] cum duce suo crudelissimo Godefrido a transmarinis partibus nostros fines irrupisse, et ex oceano quidem in Rheni partim in Mosae alveos subito tantum ęvolasse exercitum, ut relicto in fluviis navigio, incredibili pedum velocitate utrobique terras percurrerent, et vastantes omnia cede et incendio illesi quaeque vellent, iterum ad naves verterent. Adeo nescio quis terror divinae ultionis animos[a] eorum, quibus est cordi armis liberta- [Regino 882] tem tueri, invaserat, ut nullam in armis spem ponentes, servire quam rebellari[b] maluerint. Sed et si qui tale aliquit temptassent, numerosam nostratum copiam paucis eorum sepius turpiter terga dedisse compertum est. Huic tantae miseriae invictissimam retro Lutharingiam principis Lotharii crimen involvit; qui dum honestos legitimae uxoris amo- [Regino 863.] res illicitis concubinae posthabuit, ipsos, quod dictum[c] est nefas, sacerdotes in perniciosissimum erroris sui miserabiliter praecipitavit consensum[78]. Namque adulterinam [78] convocantes synodum, falsis dant locum accusatoribus, ut reginam Tietbirgam arcessant adulterii. Illa dum contra querit excusare, acsi scortum repulsa, regali indigna iudicatur thalamo, mecho dissimulante et scelus iam duplicatum occultante, quod quasi tristaretur, iuditio episcoporum dulci sese privari coniuge. Nec multo post a legalibus thalamis iniusto facto divortio, non caelat mechus, quid[d] maligno corde machinatus fuerit; cum Waldrada enim turpi volutatur adulterio. Auditur hoc Romae; nuncius[79] huc statim a [79] beato papa Nicolao mittitur, qui diligenter omnem rei veritatem investiget. Venit ergo responsalis domni apostolici. Ut auditum Romae fuerat, ita verum esse reperit: archiepiscopos Guntharium Coloniensem, Tietgaudum vero Treverensem, tanti mali fautores deprehendunt simul et auctores, qui Metensem synodum turpiter regalium nuptiarum [862] iniusto fedaverint discidio. Convocantur Romam cogente apostolica auctoritate cum [863.] Lothario rege archiepiscopus uterque. Rex de iniusto legalis matrimonii divortio[e] canonicis legibus insimulatur. Rex se esse laicum, canones ignorare confitetur; sed super hoc in omnibus se episcopali paruisse iuditio. Coniuge amissa, non negat se duxisse aliam, eo quod ita iuvenilis cąlor aetatis poposcisset[80]. Quid ultra memorem? Thiet- [80] birga legitime debere esse regina, altera Waldrada scilicet adiudicatur adultera, archi- [865.] episcopi, qui huiusmodi flagitio assensum dederant, sacerdotali dignitate privantur. Sed contempnunt infelices, rex et alter archiepiscopus Guntarius videlicet, apostolicam auctoritatem. Rex enim contempnit iusiurandum, quo fidem legitimae reginae se servaturum spoponderat, et volutabro potius delectatur adulterii; ille praesumtuoso fastu divinum audet celebrare officium. Ob quam rem illi ambo eisque consentientes anathemate dampnati sunt ab apostolico. Huius causa reatus adeo miseros fecit Galliae populos, ut, sicut supra memoravimus, Dei omnipotentis ira barbaram Nortmannorum gentem omnino sineret praevalere nostratibus. Tandem divina ultio regem ferit cum archiepi- [867. 869.] scopis[f, 81]. Nam dum ficte veniam ab apostolico querunt, atque inde humanitatem summi sacerdotis experti redeunt, intra Italiam peregrini interierunt. Ea tempestate aiunt [Folcuini gest. abb.] nostrum episcopum Franconem non ferentem diutius indigenas vastari ab externis prae- [Lobiens. 17.] donibus, tandem pro defensandis aecclesiae rebus, pro viduarum et orphanorum causis in libertatem vindicandis arma sumpsisse, in barbaros hostes sepissime fortiter dimicasse, donec a tanta pervasorum peste cum Dei adiutorio patriam liberaverit[g]. Et quia pro hac necessitate crebro humani sanguinis effusioni interfuerit, memorant, quod ipse spon-

a) animus 1. 3. *corr.* animos 2. b) rebellare 4. c) dictu 4. d) quod 4. e) dissidio 4. f) archiepiscopo 1. g) liberavit 4.

77) Auctorem in sequentibus paulo liberius Reginonem ducem secutum esse, non ex ipsis quidem verbis, at ex rebus apparet. Anno 881. Leodium civitatem, Traiectum castrum et Tungrensem urbem Godefrido duce a Nordmannis esse combustas testatur idem Regino. Cfr. quoque Folcuin. gest. abbat. Lob. c. 16. 78) inter quos Franconem fuisse aut fugit auctorem, aut consulto ab eo tectum est silentio. Conciliis Aquensibus et Metensi a. 860 et 862. interfuit Franco, ut testantur acta conciliorum et epistola 45 Nicolai I. papae; Mansi XV, 311. 547. 611. Cfr. quoque Hincmari ann. 869. ubi Franco episcopus S. Landberti vocatur. In curia Caroli Calvi postea versatus est; Hincm. et Regin. ann. 869. 876. 79) Romualdus Portuensis et Iohannes Ficodensis episcopus; dein Arsenius, Ortensis episcopus, apocrisiarius papae i. e. responsalis. 80) Haec non leguntur apud Reginonem. Ex defensione quam Romam misit Lotharius (cfr. Hincm. 864.) videntur desumpta. 81) Obiit Theutgaudus Trevirensis a. 867, Guntharius Coloniensis a. 869. mense Iul. munere episcopali se abdicavit testibus Bert. annal. Eodem anno mortuus est Lotharius.

889. taneus se officio altaris abdicaverit. Ipse amenum[a] huic nostrae aecclesiae contulit Iusti-
82 num[b], abbaciam Lobiensem[82] et praeposituram Fossensem adquisivit[83]. Quem omnipo-
tens Dominus ut pius pater flagello suo corripere voluit, et quicquit sibi in eo displi-
Iesai. 1, 25. cebat ad purum[c] excoquere. Nam ante finem vitae diutino corporis fatigatur languore,
animae, ut credimus, integratur sanitate, quam multis tribulationibus attritam caelestibus
901. Ian. 9. apothecis credimus reconditam. Domus sanctae Mariae et[d] sancti Lamberti terrae cre-
ditos eius[e] servat cineres[84]. Circa idem tempus cathedra Coloniensis per septem annos
85 pastoris expers[85], vastata a Nortmannorum rabię urbe et aecclesiis sanctorum cede et
870 incendio, propiciante demum divinitate, Willebertum suscepit archiepiscopum[86]. Cuius
tempore domus sancti Petri, quae adhuc ibidem praesto est, ab ipso et ab aliis complu-
ribus episcopis est dedicata, ubi pridie quam dedicaretur, ingentes demonum strepitus
sunt auditi conquerentium, se a noto propelli habitaculo.

20. *De Stephano episcopo et Richario.*

901. Tricesimum nonum habuimus Stephanum, qui eo quod Metensis aecclesiae fuerit
canonicus et protomartiris alumnus, de inventione ipsius quae cantantur responsoria edi-
Folcuin. c. 18. disse dicitur. Verum ut de incertis taceamus, idem vitam sancti Lamberti simpliciter
antiquitus dictatam[87] urbani sermonis expolivit facetiis[f], et responsoria quae in sollempnitate eius cantamus, composuit; scribens ad domnum Herimannum archiepiscopum, memorati Willeberti successorem. Idem ipse responsoriorum, quae de sancta Trinitate cantantur, auctor fuit[g], quod nos quidem ignorabamus, credentes, quod fama habebat, nescio quem Hubaldum ipsorum fuisse compositorem. Sed infra hoc fere decennium, dum aliquae in armario revolverentur cartulae, insperato una ex his inventa est a successore praedicti venerabilis Stephani nomine Richario ędita, cuius exemplar, ut fidem astruamus omnibus quicumque huius rei veritatem scire volunt, non ab[h] re credimus huic inserere opusculo; quod in hunc modum continetur:

21.[i] *Exemplar testamenti, in quo testatur Richarius Stephanum condidisse responsoria de sancta Trinitate.*

Omnibus[k] sanctam Trinitatem confitentibus, Patrem et Filium et Spiritum sanctum, Patrem plenum Deum in se, Filium plenum Deum a Patre genitum, Spiritum sanctum plenum Deum a Patre et Filio procedentem, non tamen tres Deos sed unum Deum, Richarius Tungrensis aecclesiae episcopus, gratia vobis et pax a Deo Patre et Filio eius domino nostro Iesu Christo et Spiritu sancto. Si aliquid utilitatis vel fructificationis in aecclesiasticis rebus nobis commissis ordinare valemus, quantotius accelerare debemus. Idcirco noverit industria fidelium, tam praesentium quamque[l] futurorum, quia venerabilis vir, praecessor videlicet noster Stephanus, in honore sanctae Trinitatis quaedam responsoria cum antiphonis nocturnalibus sive matutinalibus necnon vespertinalibus totumque ad plene officium dulcissime modulationis stabilire curavit, credens sibi suaeque aecclesiae liquido profuturum, si illi debitas laudes speciatim deferret; cui nichil addi vel minui potest, quia semper est quod est, cui proprium est quod[m] sempiternum est, cui idem est[n] vivere et intelligere[88]. Hanc quoque semitam vestigii suprascripti firmiter incedentes, curavimus quoddam oratorium in aecclesia sancti Lamberti, ubi ipse quiescit, struere, atque in eo altare statuentes[o], quamvis a cunctis fidelibus Deus et Dominus vera et sempiterna unitas in substantia ubique fideliter adoretur, quia[p] una substantia est Pater et Filius et Spiritus sanctus, tamen in honore ipsius sanctae Trinitatis dedicare maturavimus. Sequitur deinceps cuiusdam fundi ad idem altare traditio;

a) Amanium 4. b) iustinum 1. Lustinium 4. c) *ita* 4. apurum 1. *sed* a *expunctum*, apurum 2. 3. d) *deest* 1. 2. 3. e) esse 1. 2. 3. f) facetus 1. g) *reliqua desunt Ch.* h) ab 4. i) *deest* 2. 3. k) *praecisum textum dedit Ch.* l) *deest* 1. m) cui 1. 2. 3. n) *deest* 4. o) struentes 3. 4. p) quod 4.

82) a. 889. Annal. Lobiens., Folcuin. gest. abbat. Lobiens. Privilegium donationis Arnulfi regis 15. Nov. 889. Francofurti datum vid. ap. Miraeum I, 650. Ad Notgeri tempora usque Leodienses episcopi Lobiensem abbatiam administrarunt, quod quam male tulerint monachi, vide in gestis abb. Gemblac. Dachery II, 762. Cfr. quoque continuat. gest. abb. Lobiens. ib. p. 743. 83) Quae alii donarint reges, Carolus Crassus, Carolus Simplex, Zuenteboldus, vide in tabulis eorum ann. 884, 894, 898 datis apud Chapeav. I, 160 seqq. 84) Ex libro Leodiensi commemorationum haec affert Chapeaville: *Quinto Idus Ianuarii commemoratio fratrum nostrorum presbyterorum domini Franconis episcopi qui dedit nobis duos mansos in Merhein.* 85) Anno 863. Guntharius Romam ierat. 86) Ann. Coloniens. Mon. I, 97. 87) a Godescalco; vid. Act. Sanct. Septembr. t. V. Hist. litt. Franc. tom. VI, 168. 88) Cfr. Ciceron. Tuscul. V, 38.

unde, ut[a] ibidem continentur, luminaria et reliqua divinae servitutis iugiter adimpleantur sollempnia, quae hic interponere supervacuum extimavi[89]. *Actum est hoc Leodii sub die 16. Kalendas Decembris anno Domini* 932[b], *indictione 5, regnante Heinrico rege gloriosissimo anno* 15[c, 90]. (932. Nov. 16) Sed ad propositum redeamus. Idem venerabilis vir Stephanus non- (Folcuin. c. 18.) nulla sanctae aecclesiae contulit utilia[91], ex quibus est libellus ille in quo unicuique tempori congruas per totum anni circulum compegit lectiones cum responsoriis versiculis et orationibus quas collectas vocant, horis rite canonicis recitandas, scribens memoratum codicem Roperto Mettensium episcopo.

22. *Item de Richario episcopo.*

Migrante autem illo feliciter ad Dominum[92], paulo ante dictus Richarius ex abbate (920. Mai. 19) Prumiensi nobis episcopus est ordinatus[93]. Hic aecclesiam, in qua sanctus Hupertus (922.) primum requievit, ampliavit, et in honore apostolorum principis consecravit[94], deputans illic tantum praediorum, unde usque nunc 30 fratres canonici victus et vestitus habent sufficientiam.

23.[d] *De aliis episcopis quatuor*[e].

Hic[95] quadragesimus quadragesimum primum Hugonem[f] habuit successorem. (Folc. c. 21) Hu- (945.) goni[96] subrogatus est 42. Farabertus ex abbate Prumiensi[97]. (Iul. 23.) Post hunc[98] Ratherius, ge- (947.) nere nostras, a Veronensi episcopatu primum deiectus[99], in sedem Leodicensis[g] adsci- (Ian. 24.) scitur pontificii 43. (953.) Nec tamen usque in finem vitae suae eius honoris est potitus; nam (Aug. 2.) dum in mores hominum tam scriptis quam dictis inveheretur aequo mordatius, hoc non ferente potentum insolentia, a nostra sede nichilominus deicitur[1], (954.) indultisque sibi ali- (Dec. 25.) quantis episcopii ad usum vitae agellis[2], quadragesimo quarto locum dedit Baldrico[3]. Cuius Ratherii nonnulla aput[h] nos multo sale condita habentur opuscula; quo hodieque auditorum conscientias acerbe solet confricare[4].

24. *De Everacro*[i] *episcopo.*

Baldrico post paucos amministrati[k] episcopatus annos defuncto[5], Everacrus[l, 6] cis- (Folcuin. c. 27) alpinae Veronae[m] praepositus, quae vulgo Bunna dicitur, 45. nobis constitutus est episco- (959. Apr. 20) pus, annuente Brunone archiepiscopo, eodemque ut aiunt duce, cuius providentiae tunc temporis intererat[7], universa huius regni negotia dispensare, Otone imperatore primo circa alias regni partes occupato. Hic cum eleganti morum probitate, liberali adprimę honestatis scientia, cum iam pridem aput illius temporis nostrates funditus liberale studium cum memoria absolvisset[8], ille scolas per claustra stabilire curavit; quas ipse vicissim non indignum duxit frequentare, lectiones maiusculis tradere, si quid minus in lectione intelligerent, benignissime identidem inculcare, spondens, quae non tam facile paterent intellectu, se eis vel cencies enodare. Si quando autem eum contingeret, aut

a) *deest* 1. 2. 3. b) nongentesimo *superscriptum in* 1. *alio atramento.* c) XV 1. undecimo 2. 3. 4. d) *deest* 2. *differt Ch.* e) *deest* 3. 4. f) *deest* 3. 4. g) Leodiensis 4. h) apud 1. aput *corr.* apud 2. i) Everhardo 2. Everardus 3. Everaclo 4. Everaco C. k) amministranti 1. 2. 3. l) Everardus 3. Everaclus 4. m) neronę 1. 2. 3.

89) i. e. aestimavi. 90) Immo 14. annus Heinrici regis currebat. 91) Abbas erat monasterii S. Michaelis in pago Virdunensi. Chron. S. Michael. Vird. Mon. IV, 81. Quae donatione regum Ludovici Inf. et Caroli Simpl. ecclesiae compararit a. 908. 915. vide ap. Chapeav. I, 167. *Nostrae consanguinitatis affinis* vocatur in dipl. Carol. Simpl. 92) 14. Kal. Iun. ut tradit Aegidius et confirmant necrologia Lambertiani collegii; Foullon hist. Leod. I, 162. 93) De contentione inter Richarium et Hilduinum episcopos a nostro omissa vid. Flodoardi annales 920 sqq. Folcuini gesta abb. Lob. c. 19. Ioannis X. papae et Caroli regis ep. Bouq. IX, 215. 297. 94) mense Maio die S. Maximini, testatur Aegidius. 95) Obiit 10. Kal. Aug. Cfr. Aegid. et libr. mort. Foullon I, 167. 96) S. Maximini abbati, testibus Flodoardo, cont. Reginon. et Folcuino, dies supremus 9. Kal. Febr. in libro mort. Leod. Chapeav. I, 174. Foullon. I, 169; 3. Id. April. ab Aegidio traditur. 97) Interfuit concilio Ingelheimensi 948. 98) Obiit 5. Kal. Sept. Aegid. 99) Liudprandi antap. III, 42, 52. 1) in nativitate Domini Folc. c. 23; cfr. Ruotgeri vit. Brunonis c. 38. 2) de quibus vid. Folcuin. c. 28. 3) nepoti Ragineri comitis Hainoniae. *Leodicensium episcopium subripit*, legitur in annalibus Lobiens. Mon. II, 210. 4) Qui in Leodiensium notitiam pervenerint Ratherii libri vid. ap. Folcuinum c. 20. 24. et ap. Aegidium Chapeav. I, 177. Ibid. p. 179 de Ratherii codice Lobiensi. 5) 12. Kal. Mai. habet necrol. Leod. Chapeav. I, 187. 15. Kal. Novemb. Aegidius. 6) claro Saxonum sanguine oriundus, ut tradit Reinerus in vita Everacli c. 1. Pez thesaur. anecd. nov. IV, 3. p. 157. 7) Ruotgerum in vita Brun. c. 38. secutus est. 8) Praeclaram illam Leodiensium eruditionem iam in Everacro eluxisse, probant eius ad Ratherium litterae, Chapeav. I, 190. ex cod. Lobiensi, Opp. Ratherii ed. Ballerini p. 569. Cfr. vita Balderici II. ep. Leod. c. 18. Mon. SS. IV, 731.

ad palatium, aut in expeditionem longius ab hac urbe discedere, quos reliquisset scolarum magistros, litteris animare, ipsis crebro dulci carmine alludere solebat, adeo quibus praesens congaudere non poterat, uti erat imperialibus edictis obnoxius, sepe ab Italia, sepe[a] a Calabria, ut caros filios ad[b] studia incendebat. Nec ante a tam praeclaro labore destitit, donec multos ex rudibus tam spiritualibus quam saecularibus disciplinis brevi perfectos reddidit. Et quia paulo ante mentio incidit Calabriae, quiddam[c] quod ibidem contigit illo praesente, non pigeat memorare. Imperator cum exercitu longe per agros 968. Dec.22. diffuso, Calabriae fines tenebat[9], cum ecce repentinum omnes ingenti pavore solis perculit[d] deliquium[10]. Namque ut audivi referentem domnum Wazonem episcopum, cum multum diei superesset, vident, deficiente paulatim sole, cum adhuc maturus foret, diem quasi iam vesperascentem nigrescere, et ceu sub noctem greges peccorum a pascuis stabula avesque aviaria petere. Unde nostrates, qui[e] ibidem forte tunc aderant, incredibili pavore exterriti[f], nichil aliud quam diem iuditii putant imminere, et valida armatorum manus, quae multas urbes egregiis viribus excidisset, multosque rebellantium populos ferro perdomuisset, hanc alienam rutilantibus stellis noctem in tantum expavit, ut incredibili anxietate diversas quasi tutandae vitae exquireret latebras. Sic alii vasis vinariis, alii cistis, alii sub carris turpiter sese recondunt, quisque pro lucro vitae[g] computat[h], si quod pro hac inusitata nocte sibi reperire queat latibulum. Stupet super his prudens antistes, non de eglipsi solis, cuius naturaliter factae optime noverat rationem, sed de irrationabili tot virorum fortium formidine, quos minimo terrori fore suspicabatur hostibus, in quorum medio consederant, si rem naturalem ita timuisse ab illis fuissent auditi. Sicque ut in suis quisque castris parvo, ceu putabant, lęti discrimine latitabant, singulos ipse circuiens, ignaviae accusare, innatae virtutis ammonere studebat, arguens probrose satis, cur[i] qui his orti fuerint maioribus, quorum nemo ullis aliquando rerum asperitatibus succubuerit, quique ipsi durioribus sepe superandis assuefacti fuerint, ex hoc naturali solis defectu animis tam facile labefactari potuerint. *Fortissimi*, inquit, *bellatores, qui per mille periculorum facies tociens egregio vestro nomini insignes rapuistis victorias, surgite queso, nil timentes surgite, virile robur, quod turpiter dormitantes amisistis, resumite. Pudeat naturales elementorum vices horrere. Nil de vitae periculo agitur, nullus de inflicto cum hostili dextra cruor stillat vulnere; innoxiae tantum hunc aerem involvere tenebrae, quas paululum post cernetis*[k] *illucescere redintegrato lumine; ceterum in tuto sunt omnia.* Tandem his verbis expergefacta vano terrore sopita tot heroum pectora, agno- 11 scunt post paululum, lucidum orbem Phebeae lampadis[11] sensim in proprium reformari[l] statum; vident diem terris redditum, quem paulo ante nimis trepidantibus animis spectaverant ablatum; suusque illis horror postmodum iocundo fit ludibrio. Multa idem episcopus a suis sepe perpessus, cum retribuere posset, cum pacientia superavit, nullam pro iniuria sua volens reddere vindictam. Unde contigit, ut dum cives Leodicenses domum eius vi irrupissent, et rubeos Wormacensis vini rivos a monte, quo nunc aec- 12. clesia sancti Martini[12] sita est, usque in Mosam deduxissent, ille hoc aequanimiter ferens, nullam adversariis pro hac temeritate vicem rependere quesivit. Et quamvis innumeris premeretur molestiis, et multa familiaris rei angustia, quippe qui a[m] viris militaribus episcopio[n] appendiciis privatus esset villis, duas tamen nobiscum[o] condidit aecclesias, 963. quarum unam in beati Pauli[13], alteram in beati Martini honore consecravit[14], singulis triginta fratres canonicos deputavit, terciam in honore beati Laurentii coepit, sed non 971. Oct.27. perfecit. Cuius corpus post 12 episcopatus annos terrae est redditum in aecclesia beati Martini[15].

a) *deest* 4. b) ab 1. 2. c) quoddam 4. d) percutit 3. 4. e) *deest* 1. 2. 3. f) perterriti 4. g) *deest* 4. h) reputat 4. i) hi *addit* 4. k) cernitis 1. 2. 3. l) reformare 1. 2. 3. m) *deest* 1. n) episcopo 1. 2. 3. o) cum *deest* 4.

9) Boehmer regest. imperat. p. 19. 10) 968. 11. Kal. Ianuar. luna 28, hora diei 3. habent annales Sangallens. maior. Cfr. Liudprandi legatio 64. 11) Virgil. Georg. I, 459. Aen. IV, 6. 12) Publicus Mons, Publemont. Bouille histoire de Liège I, 65. 13) Cfr. vita Balderici II. ep. Leod. c. 18. Mon. SS. IV, 731. 14) ob sanitatem S. Martini ope Turonis recuperatam, ut vult Aegidius, qui libellum ab ipso Everacro de miraculo illo conscriptum chronico inseruit. Chapeav. I, 194. Quem librum suppositium esse docuit Foullon I, 188. Cfr. Leodiensium canonicorum diploma a. 963. (ita ex reliquis notis chronologicis corrigendum), Martene coll. I, 320. 15) 6. Kal. Nov. notatur dies supremus in necrolo-

25. *De Nokero*[a] *episcopo.*

Substitutus est Everacro[b] 46. Nokerus[16], genere quidem Alamannus[17], sed admodum 972
omni morum elegantia insignitus, paterna dilectione erga aecclesiae filios nostras fieri Apr.23.
studuit. Ut enim paucis plurima perstringam, omnia aput nos tam exterius quam interius melioravit et ampliavit, domum sanctae Mariae et sancti Lamberti, sicut in praesentiarum est cum ornamentis, claustro et aedificiis episcopii renovavit, urbem muris dilatavit et reparavit[18]. Multa auferens incommoda, plura huic nostrae aecclesiae contulit 18
commoda, inter quae miseros Leodicenses liberare studuit a munitissimo et factiosis hominibus semper fecundo Montis Caprarum[19] castello. Quod quam damnose vicinum fuerit ipsi Leodio, haut longe hinc distantes fidelibus oculis subiectae attestari possunt eiusdem oppidi[c] ruinae. Erat enim praeter naturalem ex situ[d] loci munitionem, aedificiis editioribus exstructum, tribus aecclesiis[20] ornatum. In quarum una 12 prespiteri ad serviendum Deo erant deputati, ad quorum usus respiciebant de adiacentibus villis nonnullae decimarum partes, et praeterea quorundam ex integro agrorum ususfructus. Quae omnia cum post ipsius oppidi excidium[21] in suas[e] suaeque[f] aecclesiae utilitates posset retorsisse[g], quippe qui et antistes eius dioceseos foret, et in palatio Ottonis tercii adhuc pueri inter primos consiliarius esset[22], simul ut a loco suo invidiam facti transferret, maluit sedem regiam[23] honorare his quae prius ad memoratum oppidum erant appen- 23
ditia. Unde et in oratorio sanctae Mariae, quod est Aquisgrani, quantus illic antea inerat numerus clericorum, tantundem adauxit ibidem[h] Deo servientium, sibi suaeque credens sufficere aecclesiae, si fideles eius tantum liberos esse liceret a molestissima inproborum hominum, qua eatenus vexabantur oppressione, cuius tota erat causa eiusdem oppidi refugium.

26. *Quam sapienter cuiusdam potentis cupiditatem eluserit*[i].

Studuit vir idem praeclarus, in providendo filiorum saluti linceos habens oculos[24], ab his cautum esse, quae aliquo modo posteris noxia esse poterant. Unde in uno quod refero[25], et insidiae humanae malitiae prudenter obviavit, et magnificenciam Creatoris devote honoravit. Erat in huius urbis editissimo loco[26] spacium, quod talis videretur 26
capax esse aedificii, unde reliqua urbs ab eiusdem arcis habitatoribus violenter posset inpugnari[k]. Huius aedificandi copiam cum quilibet in armis praepotens expetisset, quasi inde totam urbem et universas episcopii facultates contra hostiles insidias defensaturus, intellexit prudens antistes versutam hominis nequitiam, et si quod petebatur annueret, rem omnem in contrarium esse vertendam, ita plane ut qui defensionem promisisset aecclesiae, ipsi episcopo vim inferret, clerum et populum opprimeret, postremo cuncta

a) nochero 3. *semper; copiosior hoc loco textus Ch.* b) euerardo 3. c) opidi *corr.* oppidi 2. d) exitu 1. 2. 3. e) suis 1. 2. 3. f) *deest* 1. g) retrorsisse 1. h) *deest* 3. 4. i) *totum paene caput recisum apud Ch.* k) impugnari 2.

gio Stabulensi msc. sec. XI, cuius apographum in schedis suis asservat Pertzius vir cl. Idem dies occurrit in annalibus Lobiens. Mon. SS. II, 211, apud Reinerum et Aegidium; in Leodiensi necrologio legitur 5. Kal. Nov. 16) a Gerone archiepiscopo Coloniensi mense Aprili octavis paschae et 9. Kal. Mai. apud Bonnam. Annal. Lobiens. l. l. Rotgeri nomen in nummis eius qui exstant legitur, vid. Renesse-Breidbach histoire numismatique de Liège p. 2. 17) Praepositus fuerat apud S. Gallum. Ann. Hildesh. 1008. 18) Laudes Notgeri vide ap. Fulcuinum c. 29. quas posteri his versibus qui apud Aegidium leguntur, incluserunt:

Legia, lege ligans cum praelatis sibi leges,
Notgerum Christo, Notgero cetera debes.

Cfr. quoque Gozechini epist. Mabill. anal. vet. 444. Histoire litt. de France VII, 208. Qualis fuerit ecclesiae Leodiensis status paulo ante Notgeri obitum patet ex Heinrici II. privilegio anno 1006. conscripto. Chapeav. I, 212. Vide ibid. alia privilegia Notgero data et Fisen hist. Leod. I, 168 sqq. 19) Chèvremont. 20) S. Mariae, S. Iohanni apost. et SS. Cosmae et Damiano erant consecratae, ut habet Aegidius. 21) non ante annum 987. factum, quo ab exercitu Theophanu imperatricis obsidebatur castellum. Cfr. Wilmans Otto III, 46. Quo modo castellum expugnatum sit, vid. in hist. S. Laurentii Leod. vit. Notgeri c. 6. 22) Donationes quaedam Notgero ab Ottone a. 997. factae sunt *in recompensatione videlicet servitii avo patrique meo et mihi exhibiti, et devotionis quam in eo prae omnibus promptam ad exequendam voluntatem meam et iustitiam semper reperi*; sunt verba Ottonis in tabula a. 997. Chapeav. I, 210. *Fidelitatis nostrae promptissimus exequutor* in alio Ottonis III. diplomate vocatur ibid. Vide quoque Gerberti ad Notgerum epistolas 30. 39. 42. 49. 66. 67. 23) scil. Aquisgrani. 24) Horat. Serm. I, 2, 90. 25) Cfr. hist. S. Laurentii Leod. vit. Notgeri c. 7. 26) in Publico monte, medius inter SS. Petri et Martini collegia. Fisen histor. Leod. I, 150.

illuc appenditia[a] sibi pro libito diriperet, hac perniciosa fretus municione. Assumpta ergo euangelici serpentis astucia, vultu quidem quasi benignissimas eius precibus aures accommodaret, pro tempore simulavit, corde autem quomodo domestici hostis obviaret insidiis altiori consilio deliberabat, cum, interim differendo rem usque in quemlibet certum diem, hominem iam in spem potiundae voluntatis adductum suspendit. Nec multo post accersito archidiacono eidemque[b] maioris aecclesiae praeposito, nomine Rotperto, secreto dolos occulti pervasoris aperit. Suadet, monet, immo iubet, ut faxit ibidem pocius fundari aecclesiam in honore victoriosisimae crucis, cuius virtute magis quam omnibus[c] mortalium armis seque suaque omnia tuta esse posse certum teneret; atque ut eiusdem aecclesiae ante praescriptum diem maturet fundamenta locari, propensius indicit; praebet[d] insuper ad hoc maturandum larga satis inpendia, spondens profecto quae ille ad haec aut nollet aut non posset inpendere, se in nullo necessario illi defuturum auxilio. Ille autem boni praesulis artibus instructus, ante condictum diem aecclesiae in honore sanctae crucis fundamenta ibidem locare studuit, beneficium quod ex dono episcopi tenebat, illuc destinavit, voto insuper addens, quicquit de suo vel haberet vel habiturus esset. Verum ubi impio iam dicto pervasori compertum est, eo loci fundari aecclesiam, ubi arcem sibi vana spe futuram[e] sponponderat, non sine multis querelis atque conviciis recurrit ad episcopum, illum perfidiae accusat et fraudis Alemannicae, qui sententiam mutasset atque ubi ipse domum postulasset, ibi fallax promissor aecclesiam fundari mandasset. Episcopus autem contra magis ut morem gereret armipotentis[f] personae, quam deservire volens falatiae, diu manet in dissimulando eius rei conscientiam; atque ad satisfaciendum ei, cuius moribus habebat deservire, in tali temporis necessitate, ipso praesente, memoratum accersiri iussit praepositum, quid struat, qua spe, qua fidutia, cuiusve iussu hoc coeperit[g], non sine multa quasi indignatione rogitat. Ille autem cum summa humilitate, nullo temeritatis studio, pro nullius odio[h], immo hoc ob Redemptoris eiusque reverendae crucis inpensius optinenda suffragia, ad[i] hoc sese esse adductum respondet. *Terram*, inquit, *ibidem inveni vacuam per multos annos alicuius utilitatis inmunem; visum est mihi illam aecclesiae sanctae crucis, cuius et fundamenta struere coepi, maxime esse idoneam. Quod si*[k] *aliter vestrae, domnę presul, sedet sententiae, sive placet domus Dei fundamenta in praedonum commutari refugium, nil mea intererit*[l] *bonae voluntatis; si qua est ex me, merces mihi a Deo non deerit. Si quis autem ne haec aecclesia in honore Dei consummetur*[m] *obstiterit, super hoc peccati inmunis esse non poterit.* Audiens hoc episcopus, iam sedato vultu, quasi iram reprimens: *Si quid aliud*, inquit, *ibi coepisses, pro certo id frustra esset, fidesque amico promissis inconvulsa maneret. At nunc quandoquidem Salvator crucis suae vexillo hunc locum per te destinare voluit, quod coepisti inconcussum conservabimus, immo quae poterimus supplementa suppeditabimus. Iniuriam namque Creatori inferimus, si posthabito eo*[n] *spem vanae salutis in armis hominum posuerimus.* Ita profecto dolus eius[n] qui iam rapina animi pervaserat aecclesiastica, laudabiliter satis splendida, admodum non fraude, sed industria pontificis compescitur. Aedificium aecclesiae cum claustro et congruis pro loco officinis consummatur[o], eademque in honore sanctae crucis dedicata; agris et decimis donatur, unde 15 fratribus victus et vestitus solatia penderentur.

27. *De aecclesiis sancti Dionisii et sancti Iohannis.*

Alia nichilominus ipsius amminiculo condita est aecclesia a Nithardo custode maioris aecclesiae in honore beati martiris Dyonisii. In qua primum quidem 20[p] aggregati sunt canonici, procedente vero tempore additis decem in tricenarium ipsorum numerus excre-
997. vit. Ipse vero praeterea suo nomine aecclesiam in honore beati Iohannis euangelistae
27 construxit[27] et dedicavit, 30 fratres canonicos ad serviendum Deo ordinavit, fundos a sese adquisitos, unde sufficiens illis victus et vestitus esset, deputavit, corpusque suum, quod et factum cernimus, ibidem sepeliri mandavit.

a) appendentia 1. b) que *in* 1. *alio atramento additum;* eodemque 4. c) omnium 4. d) iubet 3. 4. e) *deest* 3. 4. f) armipotis 1. 2. 3. g) coeperit 1. 2. h) studio *corr.* odio 1. i) ab 1. 2. 3. k) *deest* 1. 2. 3. l) interit 1. 2. 3. m) consummaretur 4. n) eius 1. 2. 3. *post vocem* dolus *falso omissum.* o) confirmatur 4. p) duodecim congregati 3. 4.

27) Monasterium S. Ioannis in Insula noviter ante civitatem constructum in privilegio Ottonis III. die 9. April. 997. dato legitur. Chapeav. I, 210.

28.[a] *Quanta illi cura erga educandos pueros fuerit.*

Maxima illi circa educandos pueros erat sollicitudo, eosdemque cum aecclesiasticis disciplinis instruendos, adeo ut quocumque vel ad proxima vel ad longinqua loca[28] pergeret, 28 scolares adolescentes, qui uni ex capellanis sub artissima non aliter quam in scolis parerent disciplina, secum duceret, cumque his librorum copiam ceteraque arma scolaria circumferri faceret. Sicque fiebat ut quos plerumque rudes et illiteratos a claustro abduxisset, et ipsos quos prius magistros habuerant, in litterarum perfectione redeuntes superarent. Sed vereor, ne huiuscemodi se tueantur exemplo, qui e scolaribus alis in curias regum et episcoporum querunt erumpere, et disciplinae iugum detrectantes, levitati animum dare contendunt, quos ego[b] felices iudicaverim, si in nullo ab istius exempli disciplina exorbitaverint. Nam si nunc temporis inter strepitus curiarum studia bonarum arcium haut secus quam in claustri[c] quiete constiterit valere, de remissiori ad arciorem discendi viam non negamus convolari debere. Sin autem longe est res e contrario, immo quia[d] est, cesset ultra lasciva aetas falsas instabilitati suae causas praetendere, quia quod in tranquillitate claustri neglexit, verum est quod nequaquam in tumultuantis seculi turbine possit assequi; quamque[e] si nostris temporibus tam aurea possent revocari secula, ut in capellis tam imperatoris quam episcoporum nil magis appeteretur quam cum litterarum studio morum disciplina! At nunc quia[f] longe res est contra, nos quoque ad nostrum Notkerum revertamur.

29. *Qui et quales sub eo coaluerint*[g].

Cum ad honorem aecclesiae suae tam diligenter et ingenuos et eos qui essent ex fideli familia aecclesiae, quorum nonnullos sepe a praegnantibus etiam expostulasset matribus, tam diligenter alendos esse censeret, tum aliarum nichilominus filios aecclesiarum, qui sibi a studiosis committerentur coepiscopis sive parentibus, gratanter suscipiebat. Multique tantam apud eum Deo donante assecuti sunt perfectionem, ut idonei rectores fierent animarum. Ex illis enim multae aecclesiae se gavisae sunt pastores habere, quarum Salzburgensis aecclesia archiepiscopum habebat Gunterum, Cameracensis duos alterum alteri succedentem, Ruothardum[29] et Eilewinum[h, 30], Wirdunensis Heimo- 29 nem, Tullensis Hezelonem, Traiectensis Adeboldum, licet a multis praeterea non episcopis, qui similiter sub eo coaluissent, quam plurimae correctae sunt aecclesiae. Ex quibus Durandus postea noster episcopus Bavenbergensem[i] aecclesiam religionis et arcium liberalium disciplina illustravit, Otbertus cum aliquibus aliis secum hinc abductis vitam Aquensium clericorum, perneciosae contagio licentiae retro depravatam, ad sanctae religionis, in quantum potuit, normam reducere studuit[k]. Quid dicam de Hupaldo, qui dum adolescentulus a scolari disciplina hinc aufugisset, Parisius venit, canonicis sanctae Genofevae virginis adhesit, in brevi multos scolarium instruxit? Ubi cum aliquamdiu moraretur, interim videlicet cum a domno Notkero episcopo nesciretur, tandem canonica episcopalis sententiae executione compulsus est redire; digressusque inde, prosequentibus eum cum multo fletu amicis in brevi sibi conciliatis, studii[l] et moralitatis nonnulla ibidem reliquit vestigia. Contigit autem non multo post Nokerum episcopum, ut conciliaret 1006 amicicias inter Ruopertum Francorum regem et imperatorem nostrum Heinricum Parisius devenire[31], cum[m] memorati beatae Genofevae virginis canonici ad eum devotissime con- 31 currerunt, humillime petentes, ut in anno per unum mensem Hubaldo aput eos manendi copia daretur. Episcopus autem bonum testimonium de conversatione canonici sui gratanti animo accipiens, illis quidem, ut si cum eis tres menses morari vellet, ultro concessit, illum autem huc rediens gratia et donis muneratum, ad virtutem amplius accendit. Qui postea sub Baldrico Pragam Boemiae civitatem transmissus, cum nonnulla ibidem christianae religionis documenta dedisset, ad nos iterum cum maximo honore remeavit.

a) *deest* 2. *omnino differt Ch.* b) *sic* 4. $\overset{o}{g}$ 1. ergo 2. 3. c) claustris 1. 2. 3. d) quod 4. e) quamquam 4. f) quod 4. g) *haud pauca desunt Ch.* h) Herluinum 4. i) bauimbergensem 2. baumberg. 3. Bamveberg. 4. k) *deest* 1. l) studui 1. m) tum 4.

28) Anno 989. e. g. Romam iter fecit. Ann. Laubiens. Mon. IV. Cfr. vita S. Adalberti c. 22. ibid. 29) Chron. Camerac. I, 101. 30) Leodiensem antea archidiaconum. Ibid. I, 110. 31) sine dubio paulo ante colloquium ab imperatore et Rotberto rege ad Mosam institutum anno 1006; de quo vide diploma Mabillon. annal. ord. S. Benedicti IV, 185. Cfr. Thangmari vita S. Bernwardi c. 41. et hist. S. Laurentii Leod. vit. Notg. c. 10.

Multi praeterea sub tanto patre enutriti, religione et studiis liberalibus diversa illustravere
loca, cum in suo[a] quidem loco quicquit ubivis studii vel religionis esset, vigere adlaboraverit.
Idem prudenti consilio praedia aecclesiae in tres[b] aequas porciones divisit,
quarum unam suis et successorum usibus, alteram Deo servientibus per aecclesias et per
monasteria, terciam his qui miliciam exercerent concessit. Multosque consilii et bonarum
arcium studiis informatos vitae et moralitatis suae imitatores reliquit, qui quos[c] videre,
noticia discipulorum de magistri eligantia nequaquam sinit dubitare.

30. *Quod mitis fuerit humilibus, terribilis superbis.*

Erat enim pauperibus mitis, superbis, divitibus terribilis, bonis quibusque mansuetus,
iniquis et factiosis hominibus metuendus, potentibus venerabilis, mediocribus amabilis,
admirabilis sapientibus, indoctis eruditor clementissimus, senum atque debilium baculus,
iuvenum et adolescentium corrector studiosus, providus in consilio, circumspectus in
facto, clarus in eloquio, discretus in silentio. Quem summi proceres, antistes, dico,
Romanae urbis, pariterque imperator, tanto honore dignum duxerunt[d], ut alter eorum,
32 papa videlicet, in disceptationibus praesulum cisalpinorum vice sua sequestrum[32] sepe
esse iusserit, imperator vero in disponendis regni negotiis primum habuerit. Hic tanti
habitus extrinsecus, talis erat interius, qui numquam nec in se[e] nec in aliis familiarius
sibi adherentibus torpori locum esse voluerit, dum ipse cum clericis evolvendis atque
iterandis divinae scripturae paginis iocundissime intentus, laicos nichilominus adolescentes,
quibus alendis sua seorsum erat disciplina, aetati et ordini suo congruis artibus
inplicaverit. His et talibus insistens laboribus pater venerandus, 36 inreprehensibiliter
1008. Apr. 10. in episcopatu exegit annos[33], multosque nequaquam a nobilitate sua degeneres reliquit
filios. Quorum nonnullos nos vidisse meminimus, inter quos piae memoriae domnus
Wazo velut lucifer inter minores stellas enituit. Qui cum in ipsius capella primo quidem
minimus et fere abiectus librorum abbacique[f] gerulus coaluerit, succedente paulatim
valentis ingenii progressu, tandem ad regendas maioris[g] ecclesiae scolas, ipso domno
Notkero episcopo iubente, evolavit. Cuius exemplis inbutus et doctrinis instructus, adiectis
insuper propriis ex divino munere virtutibus, nostris quoque magistrum repraesentare
studuit temporibus. De quo suo in loco quantum Deus donaverit, lacius dicere habemus.

31. *De Balderico episcopo.*

1008. Quadragesimus septimus episcopatum suscepit Baldricus, generis et morum nobilitate
31 insignitus[34]. Qui cum in pluribus sepe rebus boni antecessoris inniti contenderet[h] vestigiis,
tum in aecclesiis honorandis Dei earumque rebus agendis magnificus fuisse habetur
Vita Balderici c. 3. adeo ut nullam aecclesiam vel monasterium in episcopatu praeterierit, quod non aliquo
vel agrorum vel decimarum usufructu donaverit[35]. Et licet excrescente fratrum aliorumque
propinquorum numero, in multas particulas dividendae hereditatis angustia carnaliter
timeri posset consanguineae posteritati, maluit tamen ex praediis suis magna ex
parte aecclesiam et pauperes Christi facere heredes. Unde contigit, ut Pannardum oppidum,
alodium suum, maiori aecclesiae ad usus fratrum et aecclesiam ad sustentandos
c. 4. victu 24[i] egenos condonaverit, cum praeterea comitem Arnolfum[36] cum uxore nobilissima
Liutgardę ad hoc exortando adduxerit, ut liberis orbati aecclesiam sibi pro animarum
c. 5. rum remedio heredem facerent. Eius tempore Gerhardus Cameracensis aecclesiae episcopus[37]
cum fratre suo Godefrido monasterium Florinense[38], in honore sancti Iohannis
baptistae constructum, et commoda satis pro modulo suo praediorum parte honestatum,
1015. matri Domini sanctoque Lamberto martiri contradidit[39]. Cui monasterio ne quit Deo
ibidem servientibus minus suppeteret, idem domnus Baldricus episcopus duas ex sese
c. 6. gratantissime addidit aecclesias[40]. Ipse praesente sancto Heriberto Coloniensi archiepi-

a) solo 2. 3. b) *sic* 4. ut res 1. 2. 3. c) quos qui 4. d) duxerint 1. 2. 3. e) uise 1. 2. f) abacis 4. g) maiores 2. 3. h) contendere studuerit 4. i) *sic* 1. 4. *Ch.* XXXIV. 3. 4.

32) Idem quod Papiae *equester* vel *aequester qui certaminibus medius intervenit, per quem utraque pars rectam fidem sectatur.* 33) In die mortis 4. Id. April. consonant necrolog. Leod. et Aegidius. Cfr. annal. Quedlinb. 34) Radisponae antea vicedominus, annal. Hildesh. 1008, frater Gisleberti comitis de Los, ut ipse testatur in litteris de ecclesia S. Iacobi a. 1016. conscriptis. Mart. et Durand coll. II, 377. 35) Heinrici II. imp. donationes quasdam a. 1008. factas vide Chapeav. I, 224. 225. 36) Lossensem. 37) huius nominis primus. 38) Florennes. Cfr. Chron. Camerac. et Atreb. III, 13. et litteras Arnulfi Remensis archiepiscopi a. 1012. datas ap. Fisen I, 171. 39) Auct. Gembl. ad Sigeb. Mon. VI. 40) *ecclesiam de Liers iuxta Leodium et S. Mariae in Rovera* annotavit Aegidius.

scopo, a beato antecessore Notkero constructam domum sanctae Mariae sanctique Lam- 1015.
berti dedicavit, cum dehinc tercia die aecclesia[41], quam vir gloriosus Godescalcus maio- 41
ris aecclesiae praepositus ex alodiis suis, unde 12 canonicis fratribus victus et vestitus
sufficiens foret, dotavit. Videns autem, quia pro mediocritate loci ab antecessoribus con- Oct.28
structae sufficerent 8 aecclesiae canonicae religionis, dignum duxit etiam monasterium
struere, ubi arcior vita sub beati Benedicti regula duceretur, ut eorum mens qui ibidem
inessent, eo magis studio orationis esset intenta, quanto a secularium curarum turbine
esset libera. Coepit ergo fideli devotione in honore beati Iacobi apostoli locare funda- 1016.
menta monasterii, cuius criptam, in qua nunc ipse corpore requiescit, cum perfecisset, et c.19.
in honore beati apostoli Andreae dedicasset, pauca ad opus Deo inibi famulantium prae- c.20.
dia constituit, reliquum opus semiplenum et non altius quam usque ad fenestras die c.29.
occupante extrema dimisit, et ipso die eademque hora qua praelium apud Flardenges[42] c.27.
committebatur, in quo maxima nostratum cedés facta est, vitale[a] flatum exhalavit. 1018. Iul.29.

32. *De Wolpodone*[b] *episcopo.*

Huic 48. vir Domini Walpodo successit. Qui apud Ulterius Traiectum[43] sub reli- 43
giosis admodum patribus in aecclesiasticis claustralis vitae adolevit disciplinis, quibus
postea de bono discipulo optimus magister effectus, subditorum vitam exercere studuit.
Et licet praepositus factus exteriorum curam suscepisset[c], adprime tamen regendis inte-
rioribus constanter invigilavit, et se ipsum quidem ante omnia suavissimo Christi iugo
subiciens, alios secum intra angustae illius viae[d] oras, quae ad vitam ducit, tam exem- Matth. 7, 14.
plis quam documentis cohibebat. Senioribus filium, iuvenibus fratrem, adolescentibus se
patrem exibebat, quorum lascivam[e] aetatem hinc arciori disciplina reprimebat, hinc ipse
per se sacrae scripturae lectionibus erudiebat; nullusque alicui locus evagandi, aut quo-
quam a sanctae religionis tramite exorbitandi sub eo locus erat.

33. *Qualiter episcopus factus vixerit.*

Hunc ob eximiae vitae meritum imperator Heinricus miro karitatis affectu amplecte-
batur; qui et eundem invitum ab claustrali quiete abduxit, et secum in capella aliquan-
diu commorari voluit. Huius ergo episcopatus[f] sede pastore viduata, inspirante[g] ut cre-
dimus Deo, huic beato viro nec opinanti, immo amarissime flenti, eiusdem regendi secu- 1018.
rus curam committit. In cuius nimirum gradus culmine nil de prioris[h] vitae statu
remittere, immo rigore intentiori corpus instituit edomare, ne, ut ait apostolus, aliis prae- 1 Cor. 9, 27.
dicans ipse reprobus efficeretur. Nam praeter certissimam qua sub oculis superni inspe-
ctoris[i] afflicto corpori inperitabat disciplinam, ieiuniorum et vigiliarum impiger executor
extitit. Nil illi dulcius erat, quam si cui[k] itidem[l] cordi esset explorare; quorum aliquos
si quando[m] aut in angulis aut circum altaria invenisset, hos magni pendere et donis
honorare consueverat, nullum a quo Deum timeri sciebat negligere[n], a quo autem Dei
servitus negligeretur, nullius momenti ducere. Eidem statura procero, non ex carne sed
ex ossium mole, venerabilis inerat corpulentia, cui dupla quam cuilibet exili corpore
refectio esset necessaria, ut videmus in hominibus eiusmodi. Quod[o] tamen corpus suum
tali magnitudine vastum cybario pane atque aliis cibis communioribus longe citra saturi-
tatem[p] reficiebat, et lauciora quidem et exquisita quae sibi apponerentur manibus, ac si
ea in momento esset voraturus, contrectans, nichil de his sibi indulgere volebat, sed
omnia pauperibus distribuebat, se gulosum, se edacem esse accusans, qui necdum multo-
rum vel secularium parcitatem assequi posset, licet, ut dictum est, longe minus quam
inmenso[q] corpori sufficeret victus acciperet. Enimvero cum in mensa sibi parcissimus,
pauperibus esset humanissimus, tum alias[r] nichilominus cuiuscumque modi egenis largitor
erat tam profluus, ut quaecumque sibi ipsi posset fideli furto subtrahere, nibil pene sibi

a) vitalem 4. b) wolbone 2. 3. wolbodone 4. c) suscipisset 1. d) *ita elog. Wolbod.* vitae 1. 2. 3. 4. e) lasciviam 2. 3. f) episcopatu 1. 2. 3. g) insperante 1. 2. *corr.* inspirante 3. 4. h) *ita* 4. *et elog. Wolbod.* peioris 1. 2. 3. i) in pectoris 1. 2. k) sicut 4. l) aliis *addit* 4. m) aliquando 4. n) neglegere 2. 3. o) qui 4. p) saturnitatem 1. 2. 3. q) *ita* 4. *et elog. Wolbod.* inmensum 1. 2. 3. r) aliis 4.

41) S. Bartholomaei. Hist. S. Laurent. Leod. vit. Balderici c. 2. 42) Vlaerdingen. Cfr. Alpert. de divers. temp. II, 21. Thietmar. VIII, 13. 4. Kal. Aug. notatur dies supremus in necrolog. Stabulensi msc. et apud Aegidium. 43) ecclesiae S. Martini praepositus. Hist. S. Laurentii Leod. vit. Wolbod. 1. Si Reinerum sequeris in vita Wolbodonis Act. SS. April. II, 857 sqq. clarae nobilitatis gente Flandriae ortus erat episcopus.

retinens, per manus pauperum omnia Christo reddere non cessaret. Unde plerumque pallia, tapetia, vel quaelibet episcopii ornamenta contra pauperes, qui ea nocturnis horis a domno praesule accepissent, precio quo possent a camerariis redimi opus erat. Quid de vigiliis et orationibus, quibus exequendis adeo studiosus erat, ut multas hibernas noctes insomnes continuaret, sanctorum limina circueundo et pauperum manus, qui sese per nota viarum diverticula divisissent, largiter replendo? Attestari solet quidam de his qui familiarius sibi adherebant, quod inter lavandum pedes eius frigore et glaciali viarum asperitate adustos viderit, ut ex usu eiusmodi deambulationis sanguinem ab interioribus elicitum in utroque pede constaret occaluisse.

34. *Quid placaturus imperatorem Heinricum fecerit*[a].

Iratum contra se imperatoris Heinrici animum placaturus, consilio suorum aliquantum pecuniae contraxerat, quam ut eidem[b] pro gratia eius[c] offerret, Coloniae occurrere
1020. deliberaverat[44]. Set subinde retractans animo, cur non pocius daretur largitori omnium, in cuius manu corda sunt regum, offenso çaelorum dominatore, frustra terrenum principem placari; itemque Creatore placato, quantumlibet sublimati hominis minas contemni debere, coepit ipsa qua in crastinum profecturus erat nocte quae collegerat fideliter dispergere, et inter eundum adeo expendere omnia, ut ne unam quidem ex memoratae pecuniae summa ad placandum principem sibi retineret siliquam. Itaque fama quibusdam deferentibus, ad aures imperatoris praecurrerat[d], episcopum Walpodonem ad conciliandam sibi gratiam ipsius non parvam auri argentique copiam coegisse[e]; cum ecce expectans, quando haec ad cameram suam afferretur, iterum audit deputatam sibi ut crediderat[f] pecuniam pauperibus esse distributam. Et licet in aliis sane perfectum aliqui[g] contendant hunc orthodoxum virum contra avariciam minus consuluisse, in hoc tamen facto venerabilis episcopi aequitatis contra se ipsum censuram tenuit. Et qui si carnales sequeretur affectus succensere[h] habebat, ex splendido[i] illo suo contemptu unde eum amplius amaret invenit, suamque vanam potentiam in hac parte a bono-sacerdote derisam esse oppido gavisus est. Sicque magis celebre huius nomen episcopi nichil largiendo in aula regia est effectum, quam aliorum quorumque praesulum, qui creditas sibi spoliantes aecclesias, mimos caeterosque palatinos canes ditare contendunt, ipsique scurrilibus stultiloquio et turpissimis circa reges adulationibus inservire non erubescunt. Huius veteris novique morbi antistes hic noster omnino inmuuis, male blandientis seculi lenocinia fortiter calcabat, ad caelestia toto corde suspirabat, et per duos semis annos quibus in
45 episcopatu vixit[45], praeter spontaneam qua corpus servituti subicere non cessabat afflictionem, continua stomachi infirmitate laboravit, eoque[k] magis animae vires roborans, erga subditos tam monitis quam exemplis aecclesiasticis rigorem auxit disciplinis. Multique a levitate, quam retro fuerant sectati, ad gravitatem morum conversi, inniti vestigiis sanctitatis eius sunt conati.

35. *De vocatione eius.*

1021. Apr. 2. Celebratis ut solebat in spirituali iocunditate paschae diebus, sentit se vocante Deo ad perhennis paschae gaudia invitari, cum ingravescente quidem morbo praemortua ulterius non valens sustentare membra, spiritum caelo intentum psalmodia[l] et divinae legis meditatione roborabat, vilibus stramento et superiecto nudus incumbens cilicio, fratresque, qui sibi assistebant, saluberrima exhortatione contestans, ut eam, quam sibi instare cernerent horam, praesenti exemplo reformidare discerent. Cumque idem sepius iterasset, conversus ad Iohannem archidiaconum, postea praepositum, ipsi identidem inculcabat[m], neminemque a foribus domus in qua iacebat arceri volens, omnibus admissis sui morientis praebebat spectaculum, ut tanto cuique sua caro in pulverem redigenda vilesceret, quanto abiectius hanc in episcopo emori viderent. Nec defuere interim antiqui

a) f. iratum 3. 4 b) eidem *post* Coloniae 4. c) ei 3. 4. d) percurrerat 3. 4. e) collegisse 3. 4. f) credideret 1. 2. g) aliquid 3. h) succendere 3. i) spendido 1. k) quo *deest* 3. 4. l) psalmorum 4. m) inculcare cępit 3. 4.

44) Wolbodonis tempore unam Heinrici II. imp. habemus tabulam Coloniae die 18. Febr. 1020. scriptam; Böhmer regest. p. 61. Reinerus vit. Wolbod. c. 8. hoc nataliciis Christi Coloniae factum esse scripsit, sed repugnant annales Hildesh., quibus locis imperator nativitatem Domini illis temporibus celebrarit, docentes. 45) *Sedit episcopio ter denis mensibus* legitur in vita Wolbodonis brevissima, Latinis, Gallicis et Teutonicis versibus conscripta; Latinos dedit ex codice S. Laurentii Chapeav. I, 256.

illius draconis insidiae, qui more suo explorare volens, si quid suum in egrediente[a] sancta anima inveniret, propter vestigia iacentis astitit. Quem ille visum agnovit, mox orando cum aspersione aquae benedictae repulit: *Nequaquam*, inquiens, *o sceleratissime tenebrarum accola, donante Deo tibi praeda ero; nullam partem habiturus cum sinistris, lucis*[b] *mansione fruiturum me confido cum dextris.* Orat deinde circumstantes, sine intermissione psallere pro sui exitus expectatione, ipse incipiendis psalmis antiphonas, itemque finiendis collectas inponens; et ut hoc efficatius vel pocius posset, os et linguam vicina iam morte siccatam aqua infusa madefieri iubebat. Tandem oblata Salvatoris crucifixi imagine, capud suum eiusdem petit admoveri vestigiis, et inter salutandum et inexplebili dulcedine adosculandum[c] crucifixo Domino, cuius imaginem foris amplectebatur, reddidit spiritum[46]. Ad cuius corpus in beati Laurentii martiris monasterio tumulatum[47] quicumque 1021 Apr 21. ex fide petunt, diversi generis languorum medicinam inveniunt, eiusque meritorum apud Deum efficatiam, tum ex me ipso, tum ex aliis sum expertus, quorum nota fides et auctoritas de rei gestae veritate non sinit dubitare. Quae nos huic opusculo inserere devitavimus[d], partim quia[e] ad alia festinamus, partim quia[e] de relatu miraculorum nondum pervulgato diiudicari devitamus, sed posteris fideliter scribenda relinquimus[48].

36. *De Durando episcopo.*

Quadragesimus nonus subrogatus est Durandus[49], natus quidem ex humili genere, 1021. servorum memorati Godescalci praepositi, sed admodum pollens nobilitate ingenii. De quo fertur, quod cum idem dominus suus manus sibi dare vellet, ut mos est, et sacramentum facere, cum magna reverentia de sede episcopali eidem[f] assurrexerit et hoc fieri humiliter recusaverit, asserens se pocius servum domino suo debitam servitutem exhibiturum.

37. *De Reginhardo episcopo.*

Huic defuncto[50] et apud Sanctum Laurentium tumulato[51] successit Reginhardus[52], 1025. Ian. 14. qui conlitteralis[53] archiepiscopo Heriberto, eximiae sanctitatis viro, perfectionem in ecclesiasticis assecutus fuerat disciplinis; a quo et praelatus canonicae apud Veronam, quae usitatius Bunna vocitatur, institutae, eandem streme pluribus annis rexerat. Hic bonis bonus, perversis studio erat molestus, mitem sese pauperibus, asperrimum quoque iniquis exibebat divitibus. Eius tempore non parva exulum copia ex occidentali[g] regione in hanc urbem confluxit, qui patriam et dulcia arva linquentes[54], ut ipsi ferebant, prae- 51

a) suum ingrediente 1. 2. s. egrediente 3. 4. in egrediente *Ch.* b) *ita* 1. *Ch. elog. Wolb.* licet 2. 3. 4. c) deosculandum 4. *Ch.* d) deputavimus *corr.* devitavimus 1. deputavimus 3. 4. e) quod 4. f) *sic* 4. ipsi *Ch.* eiusdem 1. 2. 3. g) orientali *Ch.*

46) 11. Kal. Mai. necrol. Stabulense, necrol. Leod. et Aegidius. 47) Auratis litteris hoc habetur exaratum epitaphium:

Ingens carnis honor, sed morum gratia maior
Praesulis officio te locat et solio.
Sensit dives, egens, ut eras ad singula praesens,
Istis unde salus, his fluit unde cibus;
Hic eadem cunctis adsunt nunc viscera nobis
Hicque salutiferum excolimus tumulum.

Haec apud Reinerum in libello de scriptoribus ecclesiasticis I, 3. Pez thes. anecd. IV, 3. et apud Aegidium. Clarissimi episcopi depositionem in plus quam triginta martyrologiis se reperisse annotatam observat Molanus in Natal. sanctor. Belgii. 48) Miracula Wolbodonis praeter Reinerum et Aegidium anonymus quidam post a. 1454 scripsit. Act. SS. April. II, 862. De sepulcro Wolbodonis a. 1656. aperto vid. eod. loco. Orationem metricam ad Wolbodonem ex codice S. Laurentii edidit Chapeav. I, 257. 49) De Durando vid. histor. S. Laurent. Leod. et Reineri vitam Wolbodonis c. 17—19. Act. SS. April. II, 861. ubi malam apud posteros famam eum non effugisse legimus. Cfr. quoque Anselm. c. 29. 50) 19. Kal. Febr. obiit ex necrolog. Stabulensi, 10. Kal. Febr. habet Aegidius ex necrologio Leodiensi, quem diem cum anno 1025, ut legitur in annalibus Leodiens., non cum a. 1024. in ann. Laub. notato coniungendum esse docet privilegium Conradi II. de bonis ecclesiae 6. Non. Oct. 1024. in civitate Legia Durando episcopo datum. Chapeav. I, 264. Epistola in Berengarium Turonensem quae ibidem sub Durandi nomine legitur, a Theotwino Wazonis successore esse conscriptam satis constat. Cfr. Mabillon vet. analect. p. 446. 51) Hos versus a Stephano, abbate S. Laurentii, sepulchro inscriptos servavit Aegidius:

Durandus iacet hic qui paulo plus tribus annis
Tungrensem rexit nobiliter cathedram.
Pauperis in nido patrimonii natus et altus
Ingenio summos evolat ad proceres.
Quos tulerat dominos hisdem famulantibus usus,
In theatro mundi fabula quanta fuit?
Septima lux urnam fundentis in orbe fluebat,
Cum faceret rebus triste vale senior.

Alium nescio quem diem mortis satis obscure innuere videtur Stephanus. 52) simonia episcopatum adeptus, si hist. S. Laur. Leod. sequeris. 53) canonicus Coloniensis. Reineri vit. Regin. c. 1. ap. Pez IV, 3. 54) Virgil. Ecl. I, 3.

dis et incendio in solitudinem redacta, parvulos suos miserabiliter circumferentes, ab
ignotis gentibus stipem mendicare cogebantur. Horum cottidie concurrentium turba cum
aliquantum gravis esset indigenis cibos manu et arte querentibus, propter coemendi
panis angustiam, qui tantae plebi minus posset sufficere, hic domnus episcopus ad con-
cives nostros paterna usus est ammonitione, ut unusquisque huiusmodi egenis studeat[a]
pro posse misericordiam impendere, qui[b] autem aliquid largiri nequeat, vel nullam eis
molestiam inferat; humanam mentem horum exemplo tangi debere, quod similis casus
quandoque ingrueret[c] vicissitudo, non aliter sibi ab eisdem forsitan panem expetitum
iri. Ut[d] eius misericordiae, quam populo suggesserat, prior exemplum praeberet, tre-
55 centos[55] ex eis stipe sua alendos suscepit, et ad similia pietatis opera pro posse explenda
alios accendit. Hic in aecclesia beati Bartholomei apostoli ad duodecim canonicos, qui
ibidem prius inerant, ex bonis a se adquisitis 8 addidit; et inter alia quae fecit insignia,
1026. pontem super Mosam magno sumptu extruxit[56], monasterium sancti Laurentii renovavit[57],
praediis auxit, et triginta monachos sub abbate, qui adhuc superest[58], vivere regulariter
1031. 1037. constituit, ipsumque monasterium Piligrinum archiepiscopum consecrare fecit[59]; ubi etiam
Dec. 5. post obitum suum[60] locum sepulturae accepit[61].

38. *De Nithardo episcopo.*

62 Huius in loco successit Nithardus[62], custos maioris aecclesiae, a clero et populo una-
nimiter electus. Is iuvenis aetate, moribus senior, quatuor semis in episcopatu degens
1041. annos, in tam brevi tempore magnum ornatum, quem aput nos fas est cernere, nostrae
Aug. 16. addidit basilicae[63], in qua defunctus postea adeptus est sepulchrum[64].

39 *De domno Wazone episcopo*[e].

Post hunc domnus Wazo secundum canonica instituta electus, licet diu multumque
65 reclamans, per vim oboedientiae sibi ab archiepiscopo[65] impositam, vix tandem ad sus-
cipiendam episcopalem virgam est attractus, quamvis multo ante non episcopus consiliis
et sapientia totum episcopatum gubernaverit. Hoc qualiter fecerit, qualiter ante episco-
patum vixerit, quam paucis absolvam.

40. *Qualiter in scolarum magisterio se habuerit.*

1008. Capellanus primum sub Nokero, postea ab eodem donatus est scolarum magisterio.
In quarum studio tam morum quam litterarum vigilantissime[f] exercuit disciplinam, eos
qui pro his moribus essent, licet minus litteratos, longe his anteponens, quibus, ut in

a) studeant 1. 2. b) ut 4. c) *ita* 4. ingruere 1. 2. 3. d) *ita* 4. *Ch.* et 1. 2. 3. e) *deest hoc caput ap. Ch.* f) vilantissime 1.

55) Mille ducentos fuisse hist. S. Laurentii Leod. auctor affirmat. 56) Cfr. Dewez histoire de Liège. Brux. 1822. I, 38. Librum quem nuper edidit Polain histoire de Liège non vidi. 57) Ann. Leodienses. 58) Stephanus. Obiit 1061; cfr. hist. S. Laurentii. 59) Anno D. 1034, ind. 2, anno episcopatus Reginardi 10, Piligrino archiepiscopo Coloniensi et Iohanne Portuensi episcopo praesentibus, monasterium consecratum esse testatur Rupertus in hist. S. Laurentii Leod. 60) Episcopum anno 1037. obiisse docet praeter annales Laubienses et Leodienses lamina plumbea, in tumulo Raginardi a. 1569. aperto inventa, in qua teste Fisen hist. Leod. I, 180. haec verba legebantur: *Ego Reginardus Leodiensis episcopus excessi de vita anno ab incarnatione Domini millesimo trigesimo octavo, indict. quinta, Nonis Decembr. et sepultus sum in basilica S. Laurentii, quam adiuvante Deo construxi.* De indictione 5. tenenda i. e. 1037. vid. infra c. 49. 61) Duplex exstat sepulchralis inscriptio, unam his versibus inclusam servavit auctor hist. S. Laurentii:

Huic domus haec index, haec eius tota supellex,
Nec minor indicio cultus episcopio.
Tollitur hic Nonis perfunctus forte Decembris,
Par et ei introitus par erat et reditus.

Anno Domini 1036. *obiit dominus Reginardus venerabilis Leodiensis episcopus.* Alteram Everlini abbatis praeter eundem auctorem habent Reinerus et Aegidius:

Flos, decus ecclesiae, praesul, speculumque sophiae
Hic, Reginarde, iaces, corpore iam cinis es.
Nos quia frumenti satias pinguedine dulci,
Pascua sint caeli centuplicata tibi!
Te rapit a tenebris mundi lux quinta Decembris,
Splendeat in requie sol tibi iustitiae. Amen.

62) Nizo aliis vel Nitho, Raginardi nepos, in cuius diplomate fundationis haec leguntur: *Nizo maioris ecclesiae thesaurarius ex prosapia mea.* Mabill. annal. IV, 442. 63) *Pro assiduo et fideli servitio quo patri nostro nobisque multum fideliter servivit* ab Henrico III. comitatum Haspinga ecclesiae Leodiensi acquisivit a. 1040. Cfr. quoque supra II, 28. Chapeav. I, 279. 64) *Anno incarnationis dominicae* 1042. *indictione* 10. 17. *Kal. Septemb. obiit Nithardus Leodicensis episcop.* Accuratius hanc inscri ptionem laminae plumbeae ex sepulchro erutae a. 1568. reddidit Foullon I, 225. quam Chapeaville l. l. Consentiunt ann. Laubienses et Leodienses; 19. Kal. Sept. legitur in necrolog. Stabulensi. Quatuor semis anni 1041, minime 1042 indicant, quod confirmatum vide ab ipso Anselmo c. 50. 65) Herimanno Coloniensi.

plerisque solet, scientia litterarum vanae gloriae peperisset stulticiam. Adventantibus quidem quibusque de diversis terrarum partibus implens quod scriptum est: *Probate spiritus si ex Deo sunt*, [1 Ioann. 4,1] plerisque quidem difficiles sui obiciebat accessus. Si quos autem vere ob studia venisse cognovisset, gratantissime suscipiebat, quamdiu morari vellent, et nonnumquam vestitus solacia inpendebat. Discedebant alii litteris, moribus et religione instructi, accedebant alii nichilominus instruendi. Cerneres quasi ex diversis alvearibus apes ad hanc florigeram arborem convolare, ut inde suis quaeque cellis referret, unde arentibus favis nectar melliflui roris posset infundere. Haut aliter ex ignotis et notis regionibus ad virum[a] bonos Christi odores spirantem undique studiosorum[b] confluebant agmina, et alter[c] quodamodo Salemon ad se videndum et desiderabiliter audiendum religiosos cuiusque generis invitabat. Et cum multi exemplo reginae Austri preciosissima [Matth 12, 42.] Iherosolimam conferentis, ne immunes apparerent huic suo[d] Salemoni spontanea offerrent xenia, ille ita manus suas studebat excutere ab omni munere, sicut e contrario solent foenoris exactores debita cum usuris extorquere, euangelicum illud corde tenens, ore proferens: *Gratis accepistis, gratis date*. [Matth 10,8.] Et illud: *Beatius est dare quam accipere*. [Act. Ap. 20, 35] Munificentiam in eo laudari non est necesse, quia[e] ita sedulus erat erga hospites et peregrinos, ut non opes expendere, sed de pleno gurgite haustas[66] fundere videretur, [66] nón sine ammiratione emulorum indignantium, se[f] nobiliores et diciores minus potentis virtute et gloria superari. Quid multis immorer? Cum scolaris officii labore sub Baldrico episcopo [Vita Balderici c. 6.] decanatus non sponte sublimatur honore[67], [1017.] in quo ita modestum se exhibere studebat, ut[g] in subiectos pius, contra superbos et potentes in virtutis culmine cum iusticiae armis staret erectus. Unde contigit, ut Iohannem praepositum[68] [1021.] antea sibi in amiciciis familiarissime[h] iunctum scripto non sit veritus arguere, eo quod contra elationis malum ob vanum praepositi nomen parum consuluerit, et tyrannicam potentiam a religione semper profanam in disponendis pro libito rebus aecclesiae sibi arrogaverit. Quod ad confutandam malorum praepositorum contumatiam aptissimum, huic opusculo non pigebit intexere. Verum si quis mihi id succenseat, ipse sibi quia malus est, testis erit. Scripsit itaque sic memorato Iohanni, noviter concessa sibi missione a scolaris studii amministratione.

41. *Controversia ad Iohannem praepositum.*

Fratri Iohanni secundum sua merita non suus[i] *Wazo. In veteris amicitiae memoriam cogor te, frater, adhuc compellare, quamvis apud nos nil dignum merearis gratiae. Hactenus te venustabat aliquantulum litterarum scientia, efferebat etiam in constituendis negotiis rationis iusticia, nunc quia*[k] *bona fortuna uteris, priora praesentibus confundere mihi videris. Quicquit boni prius habueras, adiudicamus simulationi, quia fortuna bonis superveniens solet meliores operari. Enimvero divitias per se neque bonas neque malas nuncupamus, nisi a possessoribus suis hoc translative promamus. Archidiaconatus*[l] *enim caeteraque mundi vanitas suo contagio te non infecit; sed quam versipellis prius latebas, suis operibus exposuit. Ultionem male vivendi forsitan reformidares, nisi plurimum seculari potentiae confideres. Cumque multa*[m] *punienda possim recensere, unum quod me contingit volo si queam refellere. Dicis te praepositum potenter esse constitutum, claustralia negotia domi sine consilio decani fratrumque sicut volueris dispensaturum. Cum gladio non utaris, cur potenter magis quam regulariter dicis? Si tua dignitas est a Deo, cur illam non tendis*[n] *scripto? In confusionem meam praelatum et praepositum unum esse dicis; obviare veritati, gratiae deserviens, minime revereris*[o]*. Quid est queso aliud veritatem scienter fraudare, quam Christum pati secundo*[p] *crucifigere? „Ve qui dicunt malum bonum, et veritatem commutant in mendatium.“* [Iesai. 5, 20. Rom. 1, 25.] *Ergo cum Christus veritatem se esse dicat, quisquis veritatem ledit, Christum procul dubio sauciat. Sancti patres zelo iusticiae ferventes claustralem regulam divinitus illustrati*[q] *conscripserunt, nichil superfluum addentes vel necessarium subtrahentes,*

a) virum 4. viros 1. 2. 3. b) studiorum 1. 2. 3. c) aliter 1. 3. *corr.* alter 2. alter 4. *Ch.* d) solo 1. 2. 3. e) qua 2. 3. f) *deest* 4. g) *ita legendum;* et 1. 2. 3. 4. h) familiariter 3. 4. i) suis 1. 3. *corr.* suus 2. 4. k) quod 4. l) archidiaconus 1. 3. *corr.* archidiaconatus 2. 4. *Ch.* m) in te *addit* 4. *Ch.* n) dendis *corr.* defendis 2. commendas 3. 4. defendis *Ch.* o) reverteris 1. reverens 4. p) *ita corr.* 2. 4. seculo 1. 3. q) illustrata *alia manu corr.* illustrati 1.

66) Virg. Aen. IX, 23. 67) Hoc anno 1017. factum esse patet ex ipsis Anselmi verbis c. 45. 68) quem honorem non ante annum 1021. adeptus est, ut patet ex c. 35.

neque ad dexteram neque ad sinistram declinaverunt. Praepositi et praelati tulerunt omnem controversiam; si tibi ambitionem[a] *michique lenieris invidiam. Dic, dic, queso, si regula singillatim*[b] *titulat episcopum, praelatum*[c]*, praepositum, cantorem, cellerarium*[d]*, portarium, usque ad pistores et coquos, si praelatus et praepositus unum est, quare praetermittit decanum? Non debuit ille diligentius scribi, qui magis obnoxius est deservire religioni? Irracionabiliter ergo videbitur esse regula composita, si non exequitur omnia claustralia* Sapient. 1, 5. *secundum propositum necessaria. Sed quis sanum sapiens audebit hoc asseverare, cum spiritus sanctus auctor regulae figmentum effugiat disciplinae? Noli, frater, noli male interpretari scripturam regulae sufficientem; praelati. et praepositi, velis nolis, necessariam tene distinctionem. Quia si praelati et praepositi unum esset subiectum, pocius unum quam duo scriberetur capitulum; ut sicut praesulis et episcopi duum nominum fit unum capitulum, sic praelati et praepositi fieret si esset unum. Quia ergo duae personae intelleguntur in praelati et praepositi significatione, merito duas sententias placuit regulae scriptoribus annectere*[e]*. Praesertim nomen decani quod regula non posuit*[f]*, minime te moveat, quod solum militaris disciplina*[g]*, regula sancti Benedicti a decem militibus vel* 69 *monachis, litteris sacris tacentibus, frequentant*[69]*. Quoniam quidem cum regularis diligentia* 30, 60[h] *vel his amplius canonicos simul admittat, nomen decani, quia*[i] *supra denarium res agitur, irracionabiliter ponere devitat. Erit ergo praelatus secundum*[k] *spiritualis vitae administrationem prior in claustro, et consequenter praepositus propter exteriorum procurationem ordine secundo. Spiritualia enim secularibus digne praeponuntur, quantum stolido corpori racionalis anima principatur; hanc institutionem immobiliter servant occidentalia claustra et monachorum quotquot sunt ubiubi coenobia. Quippe quia pluris existimas opes religione, veneraris praepositum subpressa decani celebri statione*[l]*, quoniamque gloriaris te praepositum esse, praesumis claustralia negotia fratribus inconsultis dispensare, non ut utiliores fratres ad haec promoveantur, sed qui*[m] *gratia tua solummodo participantur. Hinc religionis divinae, pro dolor! ruina suboritur, litteralis disciplinae studium penitus destituitur.* Iesai 37, 30. *Quis plantat vineam, et de fructu eius non commedit? Quis nichil proficiens religioni dis-* Matth. 15, 13. *ciplinaeque opera dabit? Hanc institutionem pater caelestis non plantavit, mater aecclesia* Sapient. 1, 3. *scriptis suis non animavit. Necesse est ergo spirituali cultro succidere spuria vitulamina, et regularibus monitis assensum praebere per omnia. Praecipit namque regula praepositum sub praelato agere, sibi iniuncta fratribus humiliter fideliterque cum bonae conversationis exemplo administrare, sed si*[n] *his resultaverit, ab officio removeri, aliumque loco eius aptiorem constitui. Ad haec, frater, vide, queso, subiectionem praepositi; vide fidelitatem, humilitatem, periculum quoque*[o] *ministerii. Etsi praesumis claustralia bona inconsultis fratribus dare, ubi est subiectio, fidelitas, humilitas oboedientiae? Unde illa dominandi tanta sublimitas, si perdendae dignitatis tam prona facultas? Non poterunt fratres consiliorum esse participes, qui institutionis depositionisque tuae possunt esse opifices*[p]*? Praesertim cum domno pontifici, qui singulariter domnus vocatur, aecclesiastica non liceat sine clericorum consilio diffinire; ut quid subiectus minister audebis bona fratrum secundum libitum tuum dissipare? Domnus abbas iubetur in consilium totam congregationem adducere, consilioque omnia diffinire; tu dedigneris confratres*[q] *tuos super communibus bonis consulere? Iubetur etiam inter plures monasterii bona dividere, ne solus praepositus tenens omnia possit superbire, alioquin si id licenter feceris, iam*[r] *non praees canonicis, sed servis et elemosinariis tuis. Quis erit, rogo, sufficiens quoquomodo vivere, qui dignetur in elemosinae tuae stipendia transire? Ut quid fratrum nomine fiunt traditiones possessionum, si tu solus singulariter tibi*[s] *super his vendicas dominium? Hactenus eramus pauperes Christi, matris aecclesiae canonici; reliquum est, tibi famulemur servi empticii. Desine, frater, queso, desine insolenter agere, officiique tui modum humiliter recognosce. Vide etiam quid regula praecipue dedicet*[t] *praeposito, scilicet subiectos illustrare*[u] *canonicae conversationis exemplo. Ergo si regulare mandatum est, canonicos chorum, refectorium, dormitorium frequentare, cur dum facultas est subtrahis te, quasi prohibearis ab hac societate? Cum sis sanus, validus,*

a) ambitione 1. 3. *corr.* ambitionem 2. 4. *Ch.* b) singinlatim 2. c) *alia manu in margine* 1. *appositum.* d) cellarium 4. e) annexere 4. f) potuit 1. 2. 3. g) et *post add.* 2. h) quadraginta 3. 4. i) quod 4. k) *corr.* 2. l) *ita* 1. *Ch. corr.* celebri appellatione 2. celebratione 3. 4. m) hi *superscr.* 2. quia 3. n) *deest* 1. o) *alia manu superscriptum* 1. p) *corr. alia manu* 1. q) confrates 2. r) tam 2. 3. s) *deest* 4. t) didicet 1. 3. dìdicet 2. u) *alia manu corr.* 1.

69) Vegetius de re milit. II, 8.

plerumque etiam otiosus, ne erubescas religiosus esse, quia qui Christum erubuerit et sermones suos, penaliter afficietur in die calamitatis et miseriae. A mane in vesperam non pudet te secularibus negotiis desudare[a]*, et semel per ebdomadam et mensem choro confunderis interesse? „Qui non laborat, nec manducet“, scribit apostolus; tu nichil vel parum laborans,* [2 Thess. 3,10] *omnia colliges solus? Si ociosis etiam cibus interdicitur naturalis, quid tu neglegens praepositus operibus laborantium dominaris? Ecce per apostolum derogatur tibi vitae communio; unde tibi tantae dominationis abusio? Si qui altari deserviunt, de altario debent* [1 Cor. 9,13] *vivere; consequenter qui nichil servis, nichil*[b] *debes accipere. Qui parce seminat, parce et* [2 Cor. 9,6] *metat*[c]*, et unusquisque secundum laborem propriam mercedem accipiet. Porro si gloriosis-* [1 Cor. 3,8] *simus*[d] *esses, per humilitatem hanc dominationis ambicionem cavere deberes, sicut Veritas docet apostolos: „Cum feceritis*[e] *omnia quae praecepta sunt vobis, dicite: Servi sumus* [Lucas 17,10.] *inutiles.“ Sic David parvulus in oculis Dei sublimatur in regem, Saul arroganter agens contumeliosam*[f] *incidit*[g] *mortem. Omnis enim qui se exaltat humiliabitur, et qui se humi-* [Matth. 23, 12.] *liat*[g*] *exaltabitur. Si Paulus plus omnibus laborans profitetur se minimum et abortivum,* [1 Cor. 15, 8-10] *cur tu nichil laborans e contrario singulare praeoccupas dominium? Si sententia Pauli per omnia est laudabilis, universaliter praesumptio tua fit detestabilis. Dicis te esse potentem praepositum, omnia bona claustri sine consilio praelati et canonicorum in domo tua sicut volueris dispensaturum. Quem te ipsum facis? Quid habes quod non acceperis?* [1 Cor. 4,7. 2 Cor 10,18] *Si gloriaris, in Domino glorieris. Non enim qui se*[h] *commendat ille probatur, sed qui a Deo commendatur. Gloriam tuam mater iusticia pariat, humilitatis custodia non derelinquat. Non te metiaris adulantium lingua; quid sis, non quid voceris, diligenter examina. Si Deus homo venit ministrare non ministrari, cur tanto fastu queris dominari? Cum* [Matth 20, 28] *Deus esset, semetipsum exinanivit formam servi accipiens, tu, cinis et pulvis, contendis* [Philipp. 2,7.] *vocari praepositus potens? Enimvero nequaquam poteris eius*[i] *esse discipulus, nisi prius deposito dominationis fastigio fias parvulus. Certe si nullus claustralis praepositus, nisi ex regulari canonico debet ordinari, profecto non debes esse praepositus, nisi canonicam vitam duxeris claustri. Distat ergo inter clericum et canonicum, quod canonico, non clerico debetur claustrum. Omnis enim canonicus clericus; non consequitur*[k]*, ut omnis clericus canonicus. Ex canonico enim, non clerico, regulariter constituitur praepositus, ac ideo necesse est, si praepositus es, choro, refectorio, dormitorio, nisi*[l] *per licentiam, sis assiduus. Igitur qui amas*[m] *maxime praeposituram, cur claustri fastidis militiam*[n]*? Quapropter aut cum praepositura habebis religionem, vel dignitas praepositi vertetur in villicationem*[70]*. Non* [70] *enim erit necesse constitui ex canonico praepositum, si idem ministerium aeque possit ministrari per laicum. Sis ergo consulto praepositus cum religione, saltim vel religiosos velis amare, ut sicut qui suscipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet,* [Matth 10, 41.] *sic inreligiositatem tuam saltim religiosorum amor commendet, quia nimis profanum constat utrumque, te inreligiosum esse religiososque vexare. Ad haec, frater, praepositi subiectionem, fidelitatem, humilitatem, administrationem secundum regulam, non dominationem collige; de bonis tibi commissis consilium decani fratrumque ne asperneris appetere. Per subiectionem et humilitatem querito consilium, etiam mandatum, per fidelitatem et administrationem quicquit praeter beneficium inveneris, redde totum. Ut quid beneficium accipis, si ad caetera omnia non es fidelis? Quicquid ministerio tuo iuste superlucratus fueris, in vita tua teneas; non tamen hoc fratribus palam facere, ne furti arguaris, supersedeas. Sic fructum honestatis habebis ex tua rationabilitate*[o]*, si fratribus noticiam feceris elaboratae summae. Quod si silentio presseris, successori tuo, non fratribus furtum lucraris. Ego in duabus villis mihi invito commissis 400 mansorum servitium iusta*[p] *ratione superlucratus fratribus annuntiavi, et statim servitium feci, quantoque me in gaudium*[q] *pro fidelitate intrare sperabam, tanto tribulationibus invidiaeque magis succubui. Servus euange-* [Matth. 25, 23.] *licus talentum duplicans a Domino collaudatus meruit donari, ego quadruplicans multis modis inpetitus et circumventus addictus sum paupertati. Cum magna*[r] *bona claustri teneas*

a) desidare 2. b) nil 2. 3. 4. c) metet 3. 4. d) religiosissimus 4. *Ch.* e) feceris *corr.* feceritis 2. f) *corr. alio atramento* 1. g) i. in mortem. Omnis qui 3. 4. g*) *corr. eodem atramento* 1. h) te 1. se ipsum 3. 4. i) *deest* 1. k) consequenter 4. l) non 1. 3. *corr.* nisi 2. nisi 4. *Ch.* m) quia maxime 1. 3. *corr.* qui amas m. 2. quia maxime p. amas 4. n) malitiam 1. 3. *corr.* militiam 2. 4. o) *alia manu corr.* 1. p) iuxta 1. q) gaudio 3. 4. r) multa 3. 4.

70) villici munus.

*sine questione reditibus parvis, cur fidelitatem nostram quasi furtum persequens ulcisceris?
Tuarum rerum ministros infideliter agentes dure punis, et res claustri cur non simili diligentia prosequeris? Quomodo probaris fratres sicut te ipsum diligere, si tuas atque illorum
res dispari[a] tractas affectione? Si apud idolatras olim Romanos fraus rei publicae sacrilegii subpliciis expiabatur, quo tormento legibus exquisito fraus claustri deprehensa digne
multabitur? Ergo fratres omnes in commune accingamur humilitati fidelitatique[b] regula-*
Eccles.3,20. *riter, et res claustri sicut oportet tractemus inreprehensibiliter. Quanto maiores sumus in
seculi dignitatibus, tanto nos humiliemus in omnibus. Avariciae dominationisque altitudinem
fugiamus studiose, quae religionem disciplinamque naturaliter solent propulsare. Noli praesumptionis tuae defensionem Coloniensis claustri exemplo roborare, quia, sicut experimento*
71 *didici, Deo gratias nil penitus invenitur in eo tale. Ipse domnus archiepiscopus[71] remota
dominationis suae sublimitate, claustrum sepe deambulans scolas visitat, propositis dissolutisque questionibus, quos utiliores invenit gratia donisque magnificat. Sic omnium delectationem sibi concilians studia nutrit, in pelago divitiarum clavo sese humilitatis regit. Praepositus et praelatus in choro primi stantes, officio se praevenire satagunt[c], ne quid difficultatis et neglegentiae provenerit, quisque pro[d] se curiosius agunt[e], disciplina claustri specialius appenditur praelato, nec tamen deest invitatus praepositus instante scrupulo. Stipendium cottidianum cum caeteris officialibus exhibet praepositus, si quid defuerit, sine inimiciciis exigit praelatus. Cellerarius[f] annonam, vinum, pulmenta suscipiens a praeposito,
quaeque dispensat inpune praelati seniorumque mandato. Liber est praepositus a tributis
quae dederit cellerario[g], aeque cellerarius ab his quibus paruerit praelato. Sic[h] unanimitas
praelati et praepositi in claustri aedificatione cooperatur, quia non ambitiosa karitas quae
Dei sunt, non quae sua rimatur. Lugenda nobis acrius esset, frater, claustri nostri recens
oborta[i] discordia, nisi in sanitate capitis cumalescerent[k] etiam egrotantia[l] membra. Et
ne tibi fraternae consolationis in ullo munia subtraham, precor archidiaconatus[m] tui paulisper moderare gloriolam[n]. Quia divina pietas pluribus bonis te donavit, quibus rationabiliter honoreris, in archidiaconatu[o] decretis aecclesiasticis proscripto quid effereris? Quia
diaconus es, dic unde tibi nomen archi[p]? si non potes, ulterius desine gloriari. Corepiscopos[q] propter insolentiam removit aecclesia; unde his caret usque in praesens metropolis*
72 *Colonia et tota provincia[72]. Canon vetat diaconum iniussum ante presbiterum sedere, et
tu presbiteros praesumis iudicare, atque etiam verberare? Tantam ergo habes auctoritatem
in iudicando, ut nulla scriptura, nulla possit resistere ratio? Quoniam quidem voluntas tua
necessario nobis est lex et regula, queso per Deum dirigas eam semper cum iusticia. Si[r]
is qui vaccam rapit iure excommunicatur, quid fiet illi qui iusticiam vendit vel depraedatur?
Ergo quia iusticia melior est omni pecude[s] bruto, necesse est deterior sit praedone omnis
pecoris iusticiae praedo. Quoniamque luce clarius patet pessimum esse iusticiam vexare,*
73 *de omnibus bonis episcopii constituendis, cum quatuor episcopis[73] gratiosus essem, non habui,
quamvis imputes, precium unius siliquae. Cumque in nullo, exceptis peccatis, quae nimia
sunt, possis me legaliter redarguere, quare in signum malivolentiae tuae me soles iracun-*
Iac.1,20. *dum vocare? Si ira[t] viri iusticiam Dei non operatur, vel iniusticias[u] meas dic, vel veritas
tua cassatur[v]. Sed quia veritatem meam[w] vel negotia mea, lege derelicta tuis pravis consiliis, ne confundar, nolo ledere[x], imputas mihi propter iracundiae magnitudinem nostrique[y]
obstinationem penitus hoc agere. Sed malo dici nec esse iracundus, quam tuorum consiliorum semper alumnus. Aeque potes me furem, sacrilegum, homicidam vocare, cum rerum
gestarum veritatem nullatenus possis adstruere. Ista, frater, in pristinae familiaritatis
pignus meditanda tibi liberali studio devovimus, ne quid dictum sit in gratiae detrimentum,*

a) dissipari 1. 3. *corr.* dispari 2. *ita* 4. b) humilitate, fidelitate 4. c) officio se satagunt 1. 3. praevenire *post add* 2. officiose satagunt interesse 4. d) per 4. e) agit 4. f) cellararius 3. 4. *et deinceps.* g) cellario 1. h) si 1. 3. *corr.* sic 2. 4. i) aborta 1. 3. *corr.* oborta 2. *ita* 4. k) cum a. *erasa* 2. l) egrotantium 3. 4. m) archidiaconus 1. *corr.* archidiaconatus 2. *ita* 4. n) gloriam *alia manu corr.* gloriolam 1. o) *e corr.* 2. *ita* 4. *Ch. corr.* archidiaconi 1. archidiaconii 3. p) archidiaconi 4. q) *corr.* coriepiscopos 2. r) *reliqua paene omnia desiderantur ap. Ch.* s) pecuri 1. *corr.* pecore 2. pecudi 3. t) ira : : 2. u) iniustitiam meam 3. 4. v) cessatur 1. 3. *corr.* cassatur 2. *ita* 4. w) veritas mea 1. 3. *corr.* veritatem meam 2. verba mea 4. x) dedere 2. 3. 4. y) uestrique 1 3. 4. *corr.* nostrique 2

71) Pilegrimus. 72) At in ipsius Wazonis episcopi quodam diplomate a. 1043. dato post praepositi et ante archidiaconi nomen Ioannis chorepiscopi inter testium nomina legitur. Fisen I, 199. 73) Notgero, Balderico, Wolbodoni, Durando; inter a. 1021 et 1025. ergo scripta est epistola.

quia ratio sic poscebat, obnixe supplicamus. Si non placet, animam meam in manu mea posui, paratus in claustri fidelitatem, dampna, verbera, mortem etiam pati. Haec ago, non ut superiorem vel parem praeposito, cum regulariter possim, decanum comparem, sed ut in claustralibus causis ordinandis praecipuum[a] *cum iusticia consiliarium monstrem. Quodsi probabiliter constiterit, praelatum decanum esse, quod nequit refelli, queso mihi praelato cum cellario*[b] *regulariter agere non prohiberi. Alioquin si mandatis regulae niteris contraire, consequenter*[c] *maximam*[d] *poenam incurris aecclesiae. Sacerdotium etiam praepositura et archidiaconatu convincitur pluris haberi, quia hoc non*[e] *minus a sex episcopis, illa possunt a singulis abiudicari. Necesse est ergo, robustius concuti, quicquid firmius constat ordinari. Igitur me praelatum et presbiterum quamvis indignum regulariter queso velis honorare, vel cum emulis meis nolis, quia nil infideliter egi, saltim conculcare. Scolaris oboedientiae ministerium, cum nullum studium discendi, nulla facultas cohercendi, ne improbes*[f]*, rationabiliter subterfugi, quia cum caeteris difficultatibus acolitum bis in necem meam grassatum, pro viginti furtis confessis dampnatum, sine mea conscientia*[g] *restitutum, et a scolis liberum ferre*[h] *nequivi. Et si mihi emerito vel veterano nulla portio secundum solitum remansit beneficii*[i]*, tamen ne periculo disciplinae fama nostra tabesceret, congaudeo*[k] *solutioni. Numquid fortitudo lapidum fortitudo mea ut sustineam, aut caro mea aenea ut* Iob. 6, 11. 12. *pacienter agam? Confundat, confundat Deus Achitofel consilium, et liberet David de manibus pueri Absalon. Quique Luciferum superbientem detrusit in infernum, potentiam claustri praevalescente regula deducat ad nichilum.*

42. *Quid a rusticis sit perpessus.*

Haec scribens, procul omni invidia et odio, dum unum hominem a tortitudine morum ad rectitudinis tramitem revocare studuit, omnibus praepositis formam inreprehensibilis vitae, cui inprimi debeant, exhibuit; quicquid illis devitandum, quidve actitandum sit, ut in hoc quasi speculo provideant, benignissime providit, quae sua sunt non querens sed quae Iesu Christi. Quod haut secus esse, patuit paulo post in propositurae et postmodum in episcopatus amministratione. Ille autem cui hoc scripsit Iohannes praepositus, ob hoc amplius in eum estibus invidiae exarsit, et persuasibilibus terrenae sapientiae 1 Cor. 2, 4. verbis episcopi[74] caeterorumque priorum animos nichilominus in eius odium accendit, 74 quaeque fideliter ab eo gesta potius deputans studio litigii, quam fidelitatis devotioni. Et ne quit in insontis viri insidiis intemptatum relinqueret, incolas possessionis illius, cuius curam ob augendam fratribus vini rationem susceperat, per nuntium in eius rebellionem animavit, ut praecepta illius nichili penderent instigavit. Rustici autem et prius quidem procuratori suo infensi, eo quod pro[l] cautela eius debita fratrum defraudandi nullus esset locus, tum vero accepta confidentia ab instinctu maioris praepositi, in tantam temeritatem sunt adducti, ut domum fratrum, in qua idem domnus Wazo cum suis quiescebat, inopinato nocturnis horis undique armis cingere flammisque exurere certatim instarent. Sed qui sperantes in se non deserit omnipotens Deus iusticiae et veritatis Iudith 13, 17. cultorem mirabiliter a periculo incendii liberavit. Nam amissis licet vestibus et diversa rerum suppellectile, ad hoc non minima vini copia, quam in inferiores eiusdem domus[m] partes ad opus fratrum providus contraxerat, nec unus quidem ex hominibus Deo donante, crepitantibus circumquaque flammarum globis, succubuit. At vir Dei tanta adversitate nequaquam frangitur, sed potius boni propositi tenatior[75] efficitur, victorque tot 75 ingruentium contra se temptationum tanto habundantius de caelo sperat auxilium, quanto ab omnibus hominibus sustinuisset obstaculum.

43. *Quod capellanus imperatoris Cunradi est effectus.*

Cumque pro bene et fideliter gestis apud suos intollerabilibus agitaretur insidiis, quosdam tamen religiosos cum plerisque episcopis ob constantissimam in eo boni operis intentionem, licet longe positos, adeo karitati eius devinxit, ut et magnopere studium eius approbarent, et ne inefficax foret, auxilium oportuno tempore et loco conferre non desisterent. Qui videlicet necessarii eius[n] veriti satis, ne solus non posset sufficere ad

a) precipium 1. b) *ita* 1. 3. *corr.* cellerario 2. 4. c) consequentem 1. 3. 4. *corr.* consequenter 2. d) *corr.* 1. *pro* maximamque 1. e) *deest* 4. in 3. f) *corr.* c. subesset 2. g) conscia 1. h) fere 1. 3. *corr.* ferre 2. 4. i) beneficium 3. 4. k) congaudio 1. 2. *corr.* congaudeo 2. 4. l) prae 2. 3. per 4. m) *e corr.* 2. domnus 1. n) s. et ueriti. 3.

74) Durandi, ni fallor. 75) Cfr. Horat. Od. III, 3, 1.

resistendum diu suorum invidiae, exquisito haut incongrue consilio, quatinus auctoritas imperatoria felicibus actis contra invidos esset tutela, hoc apud imperatorem Cuonradum 1031. efficiunt, ut eum sibi a Reginhardo episcopo capellanum concedi expeteret et inpetraret. Sic, sic nimirum quandoque tot adversariorum ad horam cessit invidiae, non ita ut adversitati succumberet, sed ut bonae intentioni vires interim repararet, quibuscum optime coeptis absque difficultate tandem adquireret efficatiam. Ita suffecto decanatus vicario, ex consensu fratrum et episcopi imperatoris Cuonradi servitio obstringitur, ubi per novem menses nullo adquirendi episcopatus desiderio, nulloque alio dominandi ambitu, sed potius ut[a] aecclesiam cum rebus suis in libertatem vindicaret elaborare studuit. Quid pluribus immorer? Imperatori in brevi fit gratissimus, pro sanctitatis et sapientiae excellentis merito tam archiepiscopis quam episcopis fit acceptus; qui in solvendis sacrae 76 scripturae questionibus magistrum, aliarumque causarum disceptationibus sequestrum[76] eum assumere gaudebant. Quem archiepiscopi duo moribus et genere nobilissimi Aribo[b] Maguntiensis et Piligrinus Coloniensis vicissim assurgentes, alternatim in sedibus suis alterutrum stantes, sibi assedere cogebant, desiderabiliter eum audientes subinde et interrogantes.

44. *Quod Iudeum sentencia*[c] *veteris testamenti revicit*[d].

Ea tempestate Iudeus quidam in arte medecinae praecipuus et ob hoc imperatori Cuonrado satis acceptus, in paternae legis traditione ferebatur esse perfectus. Is aliquando questionibus ex veteri lege domnum Wazonem aggrediens, eo usque contra eum litigando progressus est, ut revadiata sibi hama vini, digitum dexterae manus abscidendum se ei praebiturum sponderet, si sententia eius scripturae testimonio comprobari non posset. Quid plura? Venitur ad veteris testamenti volumen; locus unde controversia habebatur inquiritur, atque illo evidenter Wazonis parti consentiente, ipso fatente adversario, digitus victori adiudicatur. Qui cum a devicto sponsore nequaquam abnegari potuisset, usque quo eum repetere vellet, commendatum retinere gavisus est. Sicque hic bellator Christi novum christiano nomini a praecipuo doctore gentis Iudaicae gloriose retulit tropheum; habitumque est celebre in curte regia, Iudeum in sapientia famosum 1031. a Wazone esse devictum. Hunc idem imperator Cuonradus memorato Ariboni archi- Apr. 6. episcopo defuncto[77] in sede Magontiacensi substituere cogitabat, sed omnipotens Dei misericordia Leodicensem aecclesiam suo fraudare noluit alumpno; qui hunc multis sepe exercitatum periculorum temptamentis, ex bono filio optimum sibi patrem futurum reservavit.

45. *Quod defunctis praepositis Iohanne et Lamberto praepositus efficitur*[e].

Dum haec in curte regia aguntur, Iohannem praepositum hic obisse repente nuntiatur. Hic domnus Wazo etsi iam dudum curiales tumultus evasisse et claustri quieti sese inclusisse exoptaverat, tamen usque dum substitutum aliquem in praepositura audiret, cum discedendi[f] causa[g] satis in promtu esset, domum repedare[h] neglexit, ne non quietem repetere, sed potius suscipiendae praepositurae se videretur ingessisse. Nec multo post audito, quod Lambertus archidiaconus praepositus factus esset, circa autumnum claustrum revisit, cum paulo post idem Lambertus trium tantummodo mensium praepositus obiit, res suas disponendas per manus fidei Wazonis decani dereliquit. Alio- 1032 quin natale Domini, sicut mandatum acceperat ab imperatore, Poderbrunno[78] celebraturus erat, nisi huiusmodi eum defuncti fratris causa in fide suscepta retardasset. Sed longe alia vis, ut credimus, divina videlicet[i] nescientem urget dispensatio, ut qui pro fidelitate claustri tot et tanta a praepositis perpessus fuerat, tanto vigilantius commissa sibi praepositura aecclesiae utilitatibus consuleret, quanto in antecessoribus pernitiosa cum fraude neglegentiam praenotasset[k]. Concurritur undique a fidelibus filiis[l] aecclesiae ad Reginardum episcopum, ab omnibus ut Wazo praepositura donetur obnixe postulatur, neminem digniorem huius officii posse inveniri. At contra fuere nonnulli, qui primo quidem nutantis animo episcopi, ne hoc fieret, dissuadere conarentur; virum tam fortis constan-

a) *ita* 4. in 1. 2. 3. b) Pribo 1. c) scientia 3. 4. d) vicerit 4. e) *totum paene caput recidit abbreviator ap. Ch.* f) discendi *alia manu corr.* 1. discedendi. g) copia *superscr.* vel causa 1. causa *superscr.* vel copia 2. h) repetere 3. 4. i) scilicet 4. k) pernotasset 4. l) *corr. alia manu* 1.

76) Vide supra c. 30. 77) Cfr. annal. Hildeshem. 78) Cfr. annal. Hildesh. Anno 1030 et 1032. Conradus natales Christi celebravit Paderbrunni.

tiae praepositum facere, consilium non esse, qui se eidem episcopo equiparare[a] aut etiam superiorem forsitan facere, ob insuperabilem consciae[b] virtutis fidutiam haberet contendere, mitiorem quemlibet pocius eligeret, qui in nullo voluntati ipsius reniti auderet. Rapitur medius inter diversas linguarum auras fluctuans praesulis animus, quem tandem tanta consilii soliditate roborat, ut nulli alii praeter Wazonem praeposituram concedendam esse censeat. Fertur etiam ad hoc non parum valuisse, quod idem episcopus motus incurrisset imperatoris, quibus profecto mitigandis tali honore sublimando dilectum[c] eius capellanum deservierit. Cumque hoc circa episcopum elaboratum esset, non minori sudore erga Wazonem ad susceptionem praeposituræ sollicitandum opus erat. Qui vehementer insistentibus amicis spiritualibus, ut ultro invitatus ad dispensandam dominicis ovibus annonam accederet, multo vehementius est reluctatus; divitiarum sibi satis superque esse, praepositura se nequaquam indigere. Praevidens autem, se utilitatibus fratrum necessarium fore, ad hoc cernens honesta apud Deum et homines vocatione ad id officii sese invitari, post 16 decanatus annos, in quibus regiam incedendo viam, neque ad dexteram neque ad sinistram declinaverat, cum archidiaconatu diu multumque prius[d] recusato onus praeposituræ humiliter consensit subire.

46.[e] *Praepositus factus ut se habuerit, et quod praebendam fratrum melioraverit.*

Inter has nimirum graduum ascensiones ita vir Dei curabat humilitatis scalas in corde disponere, ut quanto videretur maior, tanto secum esset humilior, integrum se Ecclesiast. 3, 20 custodire nitens ab his vitiis, quibus eius nominis homines sese implicare solent, quaeque retro in humiliori loco positus notare non timuerat in prioribus, superbia videlicet et rerum aecclesiasticarum rapina. Proque superbia humilitatem, qua omnibus erat affabilis pro indignacione[f] de falsa iusticia gloriantium, cuiuscumque modo afflictis benignissimus Christi imitator compassionem exhibebat. Quo enim iste infirmato non est infirmatus? Quo scandalizato non est ustus? Sic nimirum alienae infirmitati condescensionem idem in se atque in aliis sentiebat. Iam vero quid de dispensanda familiae Domini annona dixerim? Testes sunt pene quotquot Leodium novere, quia cum ante eum unus tantum panis singulis fratribus cottidie daretur, et non amplius quam 40 carradae[g] vini in potu eorum per annum expenderentur, hic ex polenta nivei coloris quam similam[79] vocant 5 marcas appendentem insuper adiecit panem, 140 carra[h] vini per annum cellario fratrum iure perpetuo absque ulla sterilitatis excusatione danda[i] destinavit, quatinus inde et rationabiliter mensura potus augeretur et ex reliquo fratribus aecclesiarum, quibus vinum non esset, consuleretur; dicens, iuste ex maioris aecclesiae habundantia minorum necessitatibus esse suppeditandum[k]. Sic praebendam fratrum retro neglectam pane, vino, addito insuper largiori vestitus solatio, amplificavit et ex vili optimam reddidit.

47. *Qualiter exteriora amministraverit.*

Duodecim pauperibus vel peregrinis cottidie coram fratribus reficiendis sufficientia alimenta constituit, asserens hoc etiam parum esse, cum traditio sanctorum patrum dimidiam partem vel etiam aecclesiasticarum facultatum pauperibus et peregrinis censeat deberi. Praeterea hospitale quo conferuntur nonae seu[l] decimae de episcopii agris ipsius creditum erat providentiae. Quod ille tam fideliter stabilire curavit, ut 30 pauperes per annum inde commode sustentarentur, et ex aecclesia, quam domnus Baldricus episcopus 24 elemosinariis sustentandis destinaverat, 12 insuper reficiendi adicerentur, omnes peregrini supervenientes sine equis reciperentur; eos qui cum equis venissent recipere autumans episcopi interesse. Adeo sacrilegi reum ducebat, si commissa sibi officia suo labore non augmentaret. Interea acsi hosti infestissimo frequentes[m] corpori indicuntur abstinentiae, pauperibus Christi largiores augentur inpensae, recreantur cottidie utrique assidentes lateri hinc clericorum, hinc pauperum catervae. Referuntur ab eius mensa utriusque hominis cibaria ipseque hilaris conviva, parcissime refectus et fere ieiunus, esuriens semper et sitiens iusticiam, alios sufficienter expletos dimittebat. Divitias suas communi utilitati quam sibi deservire malebat, quas in omnia pietatis opera inflectere optabat. Sentiebant humanitatem eius egritudines decumbentium, labores exulum, senio confecti,

a) equipararet *corr.* equiparare 1. b) conscientiae *corr.* consciae 1. c) delictum *alia manu corr.* dilectum 1. d) *deest* 3. 4. e) *deest* 2. f) indignitate *corr. alia manu* indignacione 1. g) carradas 1. carratas 2. 3. h) *ita* 1. C et XL carradas *corr.* carratas 3. 4. vecturas *Ch.* i) dandas 4. k) *corr. alia manu* 1. l) sive 3. 4 m) fregentes 1. 2.

79) i. q. aliis *simenellus*, panis e tritico factus.

a divitiis in paupertatem devoluti indesinenter eius suffulti sunt suffragio. Sicque vir
1 Cor. 9, 22. aecclesiasticus omnibus omnia factus, oculus erat caeco et pes claudo; hunc pupilli paren-
Iob. 29, 15. tem, hunc viduae invenere maritum. Haec in amministratione exteriorum.

48. *Qualis interius fuerit.*

Interius autem regularibus subditos institutis ut karissimos fovebat filios, in[a] rebelles ut severissimus iudex disciplinae gladio animadvertebat, in utrosque[b] pietatis servans viscera, dum hos ad meliora provocaret, illos vero a pravitate compesceret. Nec timebat miles Christi, si hominem offenderet, tantum interno iudici servando aequum et rectum
Galat. 1, 10. non displiceret[c], memorans illud apostoli: *Si hominibus placerem, Christi servus non*
Psalm. 52, 6. *essem;* et illud psalmistae: *Qui hominibus placent confusi sunt, quoniam Deus sprevit eos.* Unde contigit, ut ob defensionem veritatis, pro qua ne mori quidem metuebat, nonnumquam aliquorum[d], qui in terrenae potestatis culmine viderentur sublimiores esse, offensam incurrerit, adeo ut illi multimode ob hoc frequenter tenderentur insidiae, sepiusque de vitae ipsius periculo a necessariis eius haut iniuria timeretur. Sed quia ex sententia
Proverb. 1, 17. Salemonis frustra iacitur rete ante oculos pennatorum, iste pennatum animal Dei per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam, probra, minas, pericula, postremo omnia virtuti obsistentia libero volatu evadebat temptamenta[e], primo quidem equanimiter ea tollerando, suo autem loco et tempore eadem rationabiliter confutando, uti semper spiculo rationis adversariorum confodere solebat pectora. Erat enim hoc in eo prae ceteris nostrae memoriae mortalibus tam laudabile quam mirabile, quod in quocumque negotio contra quemlibet sumeret controversiam, inexpugnabili[f] rationis opere munitus assequeretur victoriam. Hoc autem ideo fiebat, quia circumspectum ex omni parte animal Dei ante et retro in intentionem boni direxerat, in cuius sese cum veritate et ratione ita defixerat, ut nec odio nec gratia inde moveri posset, ac

Si videas contempnere ventos, saxa Rodopes,
aut ceu procellis obstet[g] Marpesia cautes.

Vitam suam Deo sibique notam ita disposuerat, ut noctes atque dies praeter horam somni atque cibi aut psallendo aut legendo aut rationalibus ex causis disputando, in Dei laudibus continuaret. Raro aut numquam[h] aliquis ad eum[i] accessit, qui non congrua aetati et naturae suae condimenta retulerit. Lacte potabat infirmos, pane cibabat validos;
8 vino et carnibus vesciens, ut attestari solebat abbas Poppo[80], solus quorumdam secretorum eius conscius, monachorum omnium sibi cognitorum vincebat abstinentiam, dum non quid sine concupiscentia, sed quantum commederet pensans, saturitatis malum cautius viperino sanguine devitaret. Vestes suas adeo moderabatur, ut nec ante alios ambiciosis, sed nec plurimum abiectis indutus tocius supersticionis typum a se constanter abiceret, satius ducens potentis imperio animi, quam asperitate cilicii corporis membra domari, quibus numquam lavacrum, raro molle praebebat stratum. Et quod sine lacrimis reminisci non possumus, sollempne quiddam in consuetudine habebat secretum; adest veritas Christi me nichil fingere. Cum his et multis aliis difficultatibus iamiam prae senio exangue[k] premeret corpus, certis diebus durissima sibi iubebat verbera affligi, coacto tortori[l] suo in verbo Domini terribiliter edicens, ut non parceret et secretum vulgare non praesumeret. Quod ille suppressum diu etiam post obitum eius tenuit, sed mihi[m] indignissimo sanctitatis eius servo tanti pignus thesauri revelare non refugit. In tanta virtutum efficientia studebat semper, etsi in hac parte nequaquam in se, alias tamen ubique auream tenere mediocritatem. Et vere praecipuum discretionis speculum, regiam viam
Numeri 21, 22. inter levum dextrumque media vitae suae lucerna praemonstrabat incedendam.

49. *Quod defuncto Reginhardo imperator Cunradus illum episcopatu donare voluerit.*

1037. Dec. 5. Hunc[n] defuncto Reginhardo episcopo maxima pars filiorum aecclesiae[81] sibi episcopum fieri praeoptabant, quorum ille sententiam ut a se longissime removeret, multum redarguendo eos qui sibi, maioris aecclesiae praeposito, eligendi praesulis primatum praeripuissent, Nithardum custodem in episcopum elegit, omnem clerum et populum in sen-

a) *erasum* 3. *deest* 4. b) utroque 1. 2. 3. c) dis :: pliceret 2. d) aliorum 3. 4. e) temptamina 3. 4. f) inexpugnabilis 4. g) obstat 4. h) neutiquam 4. i) aliquis ad eum *desunt* 4. k) et angue 1. l) correctori 4. m) *deest* 4. n) *pauca tantum ex hoc capite delibavit abbreviator ap. Ch.*

80) Stabulensis. 81) i. e. clericorum.

tentiam suam venire coegit. Adeo primatus sui auctoritatem non in se praeferendo, sed in iuniore sibi praeponendo, fortiter vendicare studuit, usus auctoritate potestatis ad retinendum humilitatis propositum, non ad arripiendum sublimitatis locum. Nec mora, cum electo et virga episcopali imperatorem Cuonradum adiit, qui tunc forte in Italia biemabat, repertoque Nonantulis oppido[82], peticionem ecclesiae nostrae idem ipse auctor et legatus fideliter profert[a]. (1038. Ian. 23.) Praesentato electo, hunc ad hoc onus suscipiendum idoneum esse, idque unanimiter a clero et populo postulari asseverat. Imperator autem: *Hunc quem mihi*, inquit, *offertis, nequaquam agnosco, sed vobis mihi haut ignoto hunc honorem libens cupio.* Ille e contrario modis omnibus, ut se posthabito episcopatus in electum retorqueretur, annitebatur, illum digniorem, illum aptiorem, utpote iuvenem agilem et promtum executionibus imperialis servitii; sibi frigido, senii gravedine confecto, iamque silicernio deinceps pocius cogitandum de tumulo. Cumque imperator nequaquam sententiam mutare vellet, eumque ad suscipiendum episcopatum vehementer urgueret[b]: *Parcat*, inquit, *maiestas vestra huius decrepiti senis, parcat obsecro famae in id aetatis perductae Dei gratia absque perfidiae nota. Si unius cuiuslibet hominis legationem suscepissem, cui posthac foret fida nostra*[c] *fides, si hanc ad commodum meum retorquerem? Quanto magis si matris aecclesiae unum populum petitione et electione sua fraudavero? Iuste enim fraudis et perfidiae accusabor, si contra communem nostratum consensum, hanc indignus dignitatem praesumpsero. At ne aliquo animus vester*[d] *super electi vita et moribus moveatur scrupulo, mihi totum imputetur, in me hoc animadvertatur.* Superatus vix tandem imperator, tam splendida eluctantis se ab episcopatu Wazonis nimietate, uti petebatur, Nithardo episcopatum concedit. Wazo autem timens exterius honoribus proficere, ne interius moribus incipiat deficere, ei cuius magister fuerat, patienter ac benigne gavisus est subesse. Sic ea quae retro sunt oblitus, et in anteriora extentus, per 14[83] praepositurae annos secundum apostolum[e] ad bravium supernae vocationis prosequebatur[f]. Philipp.3,14.

50. *Qualiter in episcopatum electus fuerit.*

Hunc talem ac tantum athletam suum Dominus diutius noluit esse occultum; sed quem infra[g] unius claustri septa dederat esse perfectum, quasi in certaminis campum strenuum iussit prodire militem, ut in tempore iracundiae suae laboranti populo fieret reconciliatio, et belli famisque tempestate periclitanti patriae solus foret remedio. Oblatum iam antea sibi praesulatum recusaverat, Nithardum, ut dictum est, sibi praetulerat; quo defuncto, item a clero et populo ad episcopatum reposcitur. (1041. Aug. 16.) Ille e contra credi non potest quantas moras suae electioni innectere, quanto annisu ne fieret studuerit insistere, electionem regi displicituram parum valere, super hoc negotio magis eius expectandum esse dicens arbitrium. Taliter retinentis et excusantis sententia non auditur, invitus unanimiter a cunctis eligitur, Radisbonam mittitur, ubi forte Heinricus tunc rex, postea imperator, Boemiam[h] cum exercitu aggressurus aderat[84]. 84 Virga episcopalis cum aecclesiae nostrae litteris praesentatur, res agenda in crastinum differtur[i]; postera die a rege cum episcopis et reliquis palatii principibus consulitur. Nec defuere adulantium linguae, qui electionem sine regio favore factam asseverarent[k] causam fore. Ex capellanis pocius episcopum constituendum, Wazonem numquam in curte regia desudasse, ut talem promereretur[l] honorem; quod vero nefas sit alium episcopari, nisi quem constiterit in curte regia evagari, ac non potius talem eligi oportere, qui informatus subiectione claustralis oboedientiae, non tam praeese quam prodesse didicerit. Qua sententia adulatorum facile inductus iuvenilis regis animus, nescio quem barbarum cervicibus nostris praeparabat inponere, cum ecce[m], inspirante ut credimus Deo, ex omni illo con-

a) *ita* 4. perfert 1. 2. 3. b) urgeret 3. 4. c) *ita* 4. vestra 1. 2. 3. d) *ita* 4. noster 1. 2. 3. e) secundum apostolum *desunt* 4. f) persequebatur 1. 3. *corr.* proseq. 2. *ita* 4. g) inira 1. h) boentiam 1. 3. *corr.* boemiam 2. i) *alia manu corr.* 1. k) assererent 4. l) promeretur 1. 2. *corr.* promereretur 3. 4. m) *deest* 4.

82) Vide praeceptum Conradi II. imp. die 23. m. Ianuarii 1038. Nonantulis conscriptum ap. Böhmer reg. impp. p. 72. Cfr. supra c. 37. 83) Mendum in numero latere videtur; quum ex capp. 44 et 45 constet post Aribonis archiepiscopi mortem 1031 Wazonem ad praeposituram evectum esse, nullomodo efficiuntur anni 14 usque ad a. 1042. Cod. 1 habet XIIII, fortasse legendum VIIII, qui numerus in annum 1033 cadit. 84) Hoc anno 1041 factum esse docent Ann. Sangall. mai. Ex Boemia redux Heinricus S. Michaelis festum (29. Sept.) Radisponae celebravit; Lambert. 1041. Cfr. Stenzel fränk. Kaiser I, 81. et supra c. 38.

85 siliariorum coetu soli Herimannus archiepiscopus[85] et Bruno Wircenburgensis episcopus
tam inutili sententiae saniori consilio ausi sunt obviare. Nec prius veritatis assertores
Deique cooperatores absistunt, donec vix tandem regiae maiestati peticionem nostram
conciliant, et procerum animos in sententiam suam traiciunt. Sed manet adhuc sapientes
architectos labor longe operosior, nam ac si de inmanissimo monte columnam conentur
excidere, haut aliter boni artifices nostri omnibus modis insistunt elaborare, ut vir iste in
virtutibus totus teres atque rotundus[86] consentiat sibi imponi onus aecclesiae. Perstat
diu immobile pietatis illud pectus in proposito humilitatis; quod profecto, ut ait beatus
Gregorius, pietatis pectus non esset, si hoc pietas non vicisset. Intellexerat enim, si episcopatum non reciperet, eiusdem potitum fore quendam aetate et moribus iuvenem, qui
forsitan dominici gregis[a] stipem[b], quae in laudem Dei se duce fructificaverat, dissiparet,
si ad pontificale culmen aspiraret. Unde contigit, ut dum sublimitatis locum mente
fugeret, iussu ac precatu pontificum sollicitatus, ea vero quam dixi necessitate potissimum coactus, tandem pastor aecclesiae fieri adquiesceret. Sic, sic intrat per ostium in
Ioh. 10, 1. 2. ovile, nec ascendit aliunde factus pastor ovium, quique inreprehensibiliter intravit, procul dubio inreprehensibiliter in[c] regimine vixit. In sedem episcopii reducitur, honorifice
ut decebat suscipitur; ubi vero ad cathedram venitur, atque in ea sollempniter locatur,
nisi praesens vidissem, nullo modo crederem, cum quanto gemitu eruperit in lacrimas,
quas haut secus ac puer septuennis sub magistri ferula edere videbatur. Mirati sunt
omnes qui aderant, quomodo ferreum ut putabant eius viri pectus in tantas posset
scindi lacrimas, et anteactam eius vitam ignorantes, inde veraciter probant pastoris sui
animum, de sublimitate huiusmodi[d] non gaudere, sed salutifero dolore torqueri.

52. *Quod episcopus factus vigilanter sanctam religionem exequebatur.*

1041. Aliquandiu protracta episcopalis consecratio expetitur ab archiepiscopo de expeditione[87] reverso[e]; pro qua re vir Dei, comitantibus diversorum ordinum clericis, sanctam
adiit Coloniam, sanctorum limina, quorum numerus nulli praeter Romam loco aeque est
concessus, piis pulsat precibus. Post triduum[f] sacro crismate in episcopum perungitur,
et ex bono filio in sponsum matri suae Leodicensi aecclesiae confirmatur. Tum vero
Iesaias 40, 9. explicare non possum, quam arduum sanctitatis montem euangelizaturus Syon arripere
studuerit, quanta servitute corpus spiritui[g] servire coegerit, immo quanto annisu totus
in Dei laudem excreverit. Abiectis secum in oculis Dei, inter humiles et subiectos se
episcopum esse nesciebat; scolas singulorum explorando studia frequentabat, questiones
proponendo rationabiliter vinci quam vincere malebat, seque in hoc quasi ocium a turbine curarum conferens, gaudebat, ut ipse fatebatur, sese invenisse refrigerium. Et
88 divinae legis archana excellentis ingenii praerogativa nosset[88] rimari, de Donati vel Prisciani regulis scolares adolescentulos non dedignabatur interrogare; quos et vicissim desiderabiliter cupiebat audire, eos qui recte sensissent, praeferre, laudare, utiliores gratia
et donis honestare, tardiores increpare, corrigere, superiorum exemplo provocare, omnes
Numeri 11, 29. postremo se meliores Deoque acceptiores fieri obtabat, dicens cum beato Moyse: *Quis
mihi det, ut omnis populus Deum prophetet?* Nec inter haec praetereundum existimo de
vigiliarum, matutinorum et completorii[89] officiis, quibus celebrandis cottidie in choro
cum caeteris fratribus nemo prius illo occurrebat, nemo devocius intererat, nemo serior
abscedebat. Reliquas diei horas in aecclesiasticis expendebat negotiis, licet in quadragesimali tempore, vel a choro, vel ab aliquo fratrum conventu nullo modo se excusare
voluerit. Quo etiam tempore secretum cubiculi penitus praeter aecclesiam ignorabat,
saxeo sedili pro lecto, mattula utens pro lectisternio, cum ad horam refectionis pane
avenario[h] fabaque modice praegustata[i] senilem sustentaret inbecillitatem, in potu sumens
cervisam, sepius aquam puram. In[k] tanto abstinentiae rigore nec facies angelica macie
Dan. 10, 11. est confecta, nec gratia roseae conspersionis[90] est immutata; adeo virum desideriorum,

a) grecis 1. b) *ita* 4. stirpem 1. 2. 3. c) in r. *desunt* 3. 4. d) eiusmodi 4. e) reversio 1. 2. 3. f) tridue 1. *corr.* triduo 2. g) spū 1. 2. 3. spiritui 4. *Ch.* h) *ita* 4. auenatio 1. 2. *et ut videtur etiam* 3. avenaceo *Ch.* i) *sic* 4. *Ch.* praegustatam 1. 2. 3. k) *sequentia Aegidio tribuit Ch.*

85) Coloniensis. 86) Horat. Serm. II, 7, 85. 87) Bohemica. Mense Novembri 1041 Heinricus III. Ulmae commoratus est. Boehmer reg. impp. p. 75. 88) Excidisse videtur *quum.* 89) Officium ecclesiasticum quo complentur i. e. terminantur diurna officia; ineunte nocte administratur. 90) Num color oris?

Danihelem videlicet nostrum, quem voluntas propria instar crucis Christi affligebat, divina pietas interna dulcedine satiabat.

53. *Quam largus fuerit tempore sterilitatis.*

Pauca referens plura praetereo, quorum aliqua brevitatis studio me constat negligere, aliqua quae a me nesciuntur necesse est et reticeri, quia nemini concessum esse arbitror, omnes[a] hominis istius nosse virtutes. Statim primo episcopatus sui anno omni peste crudelior fames incubuit[91], quae sex fere continuis annis Galliae et Germaniae populum 1042. noscitur oppressisse, cuius feda ubivis fas est adhuc cernere vestigia. Eademque tempestate prudentia nostri Ioseph undique frumenta coemere et tutis apothecis recondere curabat, non quia[b] inde terrena sectari lucra quereret, sed ut gratis ad sufficientiam suo tempore esurienti familiae Domini cybos fidelis dispensator distribueret. Praeter stipendia pauperum, pro[c] quibus cottidie libra denariorum expendebatur cum aliis adeo multis quae enumerare non sufficio, verecundioribus prae pudore a mendicitate abstinentibus, prout quisque erat, alii[d] denos, alii[d] vigenos, alii[d] trigenos, alii[d] sexagenos, alii[d] centenos annonae modios per occultos huius rei opifices destinare curabat. Sed nec ingenuorum rem privatam hac dira necessitate extenuatam excellentis viri larga praeterit munificentia, qua annitente et summopere iuvante, pro alimentis amplae domus aurum sponsale, vestes, praedia distrahere opus non fuit. Quid dicam de congregationibus clericorum, monachorum et sanctimonialium, erga quarum necessitates tanta boni pastoris vigilabat sollertia, ut quae prae anxietate famis de statuto victu deessent, de suo libentissime suppeditaret? Nichilominus pii patris industria ruricolarum laboriosam respicit inopiam; ad cuius malum temperandum toto hoc famis tempore unicuique mansionario per singulas ebdomadas binos dari constituit denarios, ne prae instante angustia boves vendere aut de caetero terram inaratam[e] relinquere cogerentur, sicque erumnosam vitam aut mendicando ducere, aut mortem omni[f] gladio seviorem cum omni domo miserabiliter incurrere.

54. *De bello et karitate Wirdunensibus impensa.*

Huic calamitati accessit alia pestis aeque intollerabilis, bellum videlicet quod Gode- 1047. fridus[92] maxime in Virdunensem et nostram exercuit aecclesiam. Quarum Virdunensis, dum praeda et incendio vastante urbem et domum sanctae Dei genetricis cum omni suo ornatu penitus eversa fuisset[93], ille in longinquo positus, graviter egregiae urbis casum 93 doluit, et licet in similis periculi metu positus[g] esset[h], hilaris tamen dator, dirutae urbi non distulit esse levamini, suppresso suo nomine mandata mittens inter haec verba: *Sancta Maria Leodicensis mittit quinquaginta libras denariorum Sanctae Mariae Virdunensi, medietatem canonicis fratribus, medietatem vero ad reparationem aecclesiae.* Hoc primum[94] omnibus bonis suis expoliati loci illius canonici tantae cladis ex divino munere suscepere[i] remedium, et ne tanto largitori essent ingrati, publicas orationes et viventi et defuncto in perpetuum devovere. Haec itaque quam diximus bellorum tempestas residuum famis consumens, et divites cum pauperibus una calamitati conficiens, communem tocius patriae ruinam minabatur; et rueret procul dubio, rueret inquam tunc temporis inclita Lotharingia, aut inrecuperabili excidio, quippe quae sine defensore esset, aut quod peius est, in regem infidelitatis periurio, nisi Dominus suum Iosue ad resistendum hostibus aecclesiae confortaret, et a bonis iusticiae partes contra factiosos defendendas esse insinuaret.

55. *Quod belli tempestatem maxima ex parte sedavit.*

Iam inmanissimi praedones res aecclesiae invaserant, omnia praeterea, quae ante memor pontificis providentia[k] in urbem contraxerat, vastaverant, quisque praedia aecclesiae quae sibi usurpasset, tenere ut propria disponebat[l]; cum ecce bellator Christi inexpugnabilis et inperterritus lorica iusticiae induitur, gladio spirituali accingitur, praevia Ephes. 6,14. cruce Christi in omnibus periculis pro[m] lancea utitur, dicens cum beato Martino: *Ego*

a) omnis *corr.* omnes 2. b) quod 4. c) *deest* 3. 4. d) aliis 4. e) maturam 3. nativam 4. inculta *Ch.* f) cum omni 1. 2. 3. g) potus 1. potitus 2. 3. positus 4. h) *deest* 4. i) suscipere 1. k) prudentia 4. l) disponeret 2. m) *ita* 4. *Ch.* per 1. 2. 3.

91) Annal. Laubiens. 1043: *Fames exorta et gelu magnum a Kal. Decemb. usque Kal. Mart.* 92) Lotharingiae superioris dux, Gozelonis filius; cfr. Herm. Contr. Stenzel I, 95. 93) Cfr. Lambert. et ann. Leodienses. Ad secundam igitur Godefridi seditionem respicit auctor. 94) Cfr. Laurentii de Leodio gest. episc. Virdun. Dachery II, 243.

95 *signo crucis non clipeo protectus aut galea, hostium cuneos penetrabo securus*[95]. Succen- 1 Maccab. 2, 21. ditur ergo egregius iste emulator pietatis et iusticiae eo nimirum zelo, quo Mathathias ob emulationem paternae legis praevaricantem Iudeum in ipsis aris obtruncare non exhorruit; et non alio modo cessantibus undique ducum et comitum armis, sola spe gratiae caelestis[a] adiutus, sibi et fidelitati aecclesiae paucos satellites sacramento confirmat. Primi enim bellorum successus et admodum prospere provenientes multos militum nostrorum in sibi[b] adversam partem rapuerant[c], frustra arbitratos fore, si se novi flagicii complices esse contingeret, per vim beneficii, immo totius episcopatus pro libito potituros. Sed cum res illis in contrarium cesserit, nos quoque propugnatoris nostri industriam prosequamur. Urbem pro tempore et loco munitam per statutos in arce vigiles et claustra portarum iugiter serata noctu dieque ab incursu hostium tutam reddidit, et domos tam clericorum quam laicorum armis refertas esse, cives nonnumquam in armis esse praecepit. Ipseque continuus assidens episcopio, nichilque de solitae religionis negligens penso, per gnaros indices hostium machinamenta explorabat, contra quae omnia seque suosque scuto prudentiae satagebat protegere. Ita nimirum more Argi, si fabulae fas est credere, centum oculis insignitus, mala exteriora cohercebat, ut bona interiora non modo non minueret, verum insuper aucmentaret, bona de die in diem desiderabiliter appetens, mala vero fidelibus Christi, quibus maxime timebat, diligentissime praecavens. In quo solo, ut fidenter dicam, animus divisus ad plura, non appa- Philipp. 4, 13. rebat minor ad singula, integer et potens omnia secundum apostolum in[d] eo qui illum confortabat. Cumque ab amicis etiam in longinquo positis moneretur per epistolas, ut relicto Leodio in Hoium se conferret castellum situ loci munitissimum: *Absit*, inquit, *ut gregem Domini fugiens deseram et locum aliquem in tanta rerum turba sine eis*[e] *tutum esse credam*[f], *ex quibus cum sanctorum apud Deum patrocinio pendet omne, si quid comodi, si quid honoris videtur nobis adesse*[g], *bello aut tranquillitate; quos si reliquero, audacior hostis*[h] *invadere temptabit, et non sine magno dedecore nostro insultabit effugio. Hic potius quoad licebit est vivendum, istic moriendum, quibus cum bonis iocundati sumus, cum eis et periculis subiacebimus.* Nimirum religionis et karitatis catena erga filios devinctus, non facile ab eorum praesentia divelli poterat.

55. *Quod castella praedonum everterit*[i].

Fregit autem laudabiliter quandoque hunc propositi rigorem pietas, miseria inopum et gemitu[k] pauperum excitata, et a quiete solita eum exsurgere et in auxilium eorum compulit properare, suadens hoc opere nichil esse beatius, nichil Deo acceptius, si efferatam praedonum rabiem ab innocentis vulgi oppressione compesceret. Quorum magna pars in paludibus sive rupibus firmissima sibi receptacula communierant; quibus freti, aliena per circuitum praedia usurpaverant, incolas possessione privatos intollerabili servituti addixerant; in hac vero belli tempestate quanto liberius, tanto latius in omnem circa regionem vastitatis mocrone deseviebant. Haec nempe oppidula multis ante seculis, sed tunc plurimum dampnosa, decernit vindex Dei humo si possit coequare, et ab 1 Reg. 15, 33. his latrociniis fatigatam diu patriam liberare. Atque eo spiritu inflammatus, quo Ama- 3 Reg. 18. lechitem Agag a Samuele, ab Helia Thesbide prophetas Baal constat esse mactatos, raro tantum contentus milite, modo hoc, modo illud castrum fortissimus heros noster cingere pergit obsidione. At interius latrunculi vallis et paludibus temere confisi, metum primo dissimulare sui periculi, contempnere, nostros probris lacescere, eos amentes vocare, qui domum ipsa natura firmatam venissent inpugnare. Econtra nostri monitis tam praeclari ducis animati, certatim instant vimineas crates texere, fasces quisque comportare, per invia machinis novum iter facere. Sicque rem natura difficilem in brevi devicit laboris improbitas cum industria, fit solum palus ranis et piscibus notissima, parat exicialem latrunculis machinam, quibus tutas hactenus praebuerat latebras. Quae ubi eo loci appulsa est, unde certis ictibus illa latronum spelunca posset feriri, dies atque noctes, sine intersticio aeque adversas habuere, dum succedentes sibi vicissim ad laborem nostri creberrimis saxorum nimbis atria, domos, omnes prorsus intestinas hostium latebras quassare non cessant. Ipse episcopus praesens vigiliarum et psalmodiae vota omnipo-

a) *deest* 3. 4. b) in *deest* 1. 2. 3. sibi *deest* 4. in *Ch.* c) rapuerunt 4. d) in eo *desunt* 3. 4. e) *ita* 4. eius 1. 2. 3. f) creditam 1. 2. credamus 4. g) abesse 2. 3. h) *ita* 4. hoste 1. 2. 3. i) evertit 1. k) *ita* 4. gemitum 1. 2. 3.

95) Sulpicii Severi vita S. Martini c. 4.

tenti Deo cum tali opere persolvebat. Quid plura? Godefrido frustra nitente ad auxilium[a] suis venire, obsessi de vita et membris paciscuntur, castellum funditus captum evertitur. Inde aliud atque aliud castellum absque retractatione[b] simili strage conficitur. Sed neque hoc silendum puto, quod inter obsidendum saepe millenis, saepe pluribus, raro paucioribus, antiquo Romanorum more cottidianos sumptus praebebat armatis, gregario militi interim concedens usum mactandarum passim[c] peccudum, absque eis quae agrario operi essent necessariae, ipsumque dampnum ipse singulis possessorum ex integro supplebat, nullum iniusticiae locum esse paciens etiam in tanta rerum difficultate. Qua ex re liquet quam tenax aequi et recti alias fuerit, quandoquidem eo tempore quo maxime captandus erat favor populi, ut fit in tali negotio, vel summa necessitudo rigidum Catonem nostrum[d] a iusticia divellere nequiverit.

56. *De divisione gratiarum huic homini collata.*

Libet in hoc homine divicias divinae bonitatis intueri, et in unius cordis latitudine divisiones gratiarum ammirari, quas adeo discreta studiorum vicissitudine nitebatur amministrare, ut cum uni intentus esset negocio, aliis identidem obnoxius nisi sciretur, nullo modo crederetur. Nam si episcopum respicio[e], videor mihi videre supparem Gregorio, si militaria agentem, non inparem contemplor esse Machabeo. Hunc in sapientia Salemonem, in disputando accipio Augustinum, in cordis humilitate, continentiae[f] et vigiliarum assiduitate pauper spiritu quemlibet sanctorum anachoritarum referebat[96]. Necessitate magis quam voluntate ita agebat ea quae sunt seculi, ut omni modo caveret displicere Creatori. Suo iudicio inutilem et dierum maliciae plenam creberrimis causabatur suspiriis caniciem, sentiens cum beato Iob, nichil aliud quam temptationem esse [Iob 7,1.] vitam hominis super terram. Unde et familiare habebat psallere cum beato David: *Quando veniam et apparebo ante faciem Dei mei?* Et illud doctoris gentium: *Cupio dis-* [Psalm 41 3.] *solvi et cum Christo esse.* [Philip 1,23.] Nec est dubitandum, si is Neronianae[g] persecutionis seu Decianae tempora nactus foret, quin ultro se persecutorum praetoriis ingereret et dampnandus astaret, iudicando[h] sublimior, iugulo[97] cervicem daret, feriendo fortior. Qui [97] dum ambiretur tot[i] auxiliis armatorum catervis, solam crucem Christi manibus praeferens, medium sese armatis hostibus inferre et si Dei voluntas foret taliter morte occumbere paratus fuit, imitari desiderans eum qui dixit: *Pastor bonus animam suam ponit* [Ioann 10, 11.] *pro ovibus suis.* Tanta propugnatoris nostri virtute exterrita, adversariorum paulatim desevit[k 98] insania, qui sicut ipsi adhuc testari solent, quociens efferatis animis in nos [98] grassarentur, statim ad urbem ut possent nostram et sanctorum oratoria conspicere, mens illis divinitus mutabatur, ut non modo malum non inferre, verum etiam pro reverentia ipsi loco pias impendere lacrimas liberet. Unde contigit, ut qui cum periculo animarum alienis invadendis inhiabant, vix salva sui suorumque[l] incolomitate, tandem contenti essent propria retinere, modo cogente, modo obsecrante venerabili patre Wazone, postremo omnibus modis ut resipiscerent instante. Sic nimirum omnipotentis Dei pietas aecclesiae suae navim eiusmodi tempestatibus vexatam, per efficacem prudentis naucleri industriam misericorditer dignatus est[99] ad tempus liberare, licet in tanta factione, non tamen ut prius metuenda, bellum contra imperatorem fuit, bonis viris[1] deferentibus. [1]

57.[m] *Ut imperatori suspectus fuerit.*

In quo, eo quod aliquanto[n] clementius[o] in res[p] aecclesiae nostrae insanitum fuerit, bonis viris deferentibus vir Dei apud imperatorem falsi criminis est accusatus, quod data fide Godefrido, contra imperatoriam maiestatem regnique salutem pactum fecerit, et quod de tanto viro nefas est opinari, eidem confidentiam dederit belligerandi. Haec quam fuerint a veritate aliena, clamant alia facta eius venerabilia; sed quia difficile est, ut mentis oculus, hinc gloria et divitiis, hinc variis dispensandae rei publicae curis, hinc mille adulantium linguis in diversa raptatus, aliquando a veritatis luce non cecutiat, persuasum est imperatori a deferentibus, ut in his quae vere fideliter gesserat domnus Wazo, non communis commodi seu imperatoriae fidelitatis gratiae, sed ex contentionis

a) *ita* 4. auxiliis 1. 2. 3. b) *corr.* 1. c) *deest* 4. d) *deest* 4. e) *alio atramento corr.* 1. f) continentia 4 g) *ita* 4. ne romanae 1. 2 3. h) *ita* 4. iudicandum 1. 2. 3. i) *deest* 3. 4. k) defecit 4. l) *deest* 3. 4. m) *deest* 2. n) aliquando 1. 2. 3. 4. o) dementius 4. p) vires 3. viros 4.

96) imitando eius imaginem exprimebat. 97) i. e. gladio. 98) i. e. saevire desinit, ut apud Lucan. Phars. V, 303. 99) scil. Deus. 1) ironice dictum.

usu, propriae inservierit arrogantiae. Accessit ad suspicionem libera sacerdotis auctoritas, quae tocius duplicitatis exsors, a veritatis tramite neque ad dexteram neque ad sinistram declinare noverat, quique pro veritate agendo cuiuscumque facilius incurrere non trepidavit offensam, quam tacita veritate potentis gratiae assentari voluerit. Unde unum refero, quod parvitati nostrae per diaconum eius qui hoc idem ab ore ipsius didicerat, contigit innotuisse. In quo arbitrati sunt quidam imperatorem[a] illi non minimum succensuisse, eo quod discutiendas episcoporum super aecclesiasticis ordinibus causas nequaquam illi, utpote laico, sed summo pontifici assignaverit.

58.[b] *Quid in causa Ravennatis episcopi senserit.*

Quidam expectabilis[c] genere Coloniensis canonicus Wigerus nomine archiepiscopatum
1044. Ravennatem ab ipso imperatore Heinrico acceperat, isque antequam episcopus ordinaretur, biennio presbiter tantum cum dalmatica et sandaliis missarum sollempnia celebraverat. Unde pro multis inconsulte ab ipso ibidem gestis et pro hac maxime quasi teme-
1046. Mai. ritate accusatus, ad palatium[2] evocatur, ab imperatore, quod eiusmodi praesumptionem admiserit, graviter insimulatur. Cumque ille[d] id semper eius aecclesiae presbiteris ex sanctorum patrum auctoritate licuisse respondisset, super his iudicium episcoporum exquiritur. Respondentibus quibusdam ad voluntatem imperatoris, quibusdam vero hesitantibus, venitur ad Wazonem episcopum; illo multum excusante, Italicum episcopum nequaquam a se cisalpino debere iudicari, imperator iterum, ut ammonitus per oboedientiam super hoc facto iudicii sententiam[e] edicat, vehementer insistit. Ita coactus, tandem quod super his sentiret aperuit: *Summo*, inquiens, *pontifici oboedientiam, vobis autem debemus fidelitatem. Vobis de secularibus, illi rationem reddere debemus de his quae ad divinum officium attinere videntur, ideoque mea sententia quicquit iste contra aecclesiasticum ordinem admiserit, id discutere pronuntio apostolici tantummodo interesse. Si quid autem in secularibus, quae a vobis*[f] *illi credita sunt, negligenter sive infideliter gessit, procul dubio ad vestra refert exigere.* Consentientibus huic sententiae caeteris episcopis, nullius iudicio eo die episcopatum perdidisset, nisi ipse ultro imperatori redderet baculum cum anulo.

59. *Qualiter a comitissa Montis castrorum temptatus fuerit.*

Diu praeterea non ab re arbitror esse referenda, in quibus dissimiliter iusticia viri Dei manifeste est probata. Nam in altero quidem quasi pro imperatore fideliter acturus, contra Deum et religionem christianam ut infideliter ageret contemptatus, in altero autem licet aliquantum lesus ab ipso imperatore, se ipsum tamen pro ipsius fidelitate libenter
1047. impendere, praesto esse est probatus. Quodam tempore Herimannus Montis, qui dicitur Castrorum locus, comes et marchio pactum cum Balduino[3] Flandrensi iure iurando firmaverat, cum uxor illius magis ex muliebris instabilitate animi, quam iustarum parcium ducta favore — varium enim est[g] et mutabile animal[g] faemina[4], uti ipsa est mille fraudium commentatrix versutissima — ut quasi maritum sic a periurio solveret, se ipsam eiusdem mariti sui prodicione[h] polluere, Deique sacerdotis conscientiam huius sceleris consensui implicare est machinata, mandans illi per nuntium, ut cum armatis veniat, locum et tempus, ubi et quando maritum capiat, ut imperatori tradat, denuntiat. Ille autem ultra quam credi potest, huius novitatem facinoris abhorrens: *Nec fama*, inquit, *nec lectione compertum habemus, uxorem aliquando aut ex veritate aut ex simulatione maritum inpune tradidisse. Quod enim tam aperte abhorret*[i] *ab humana conditione, perniciosum est quoquomodo fingere.* Ita nimirum vir Dei specię virtutis palliatam linceis prudentiae perspiciens oculis nequiciam, virus loetiferum, quod per usitatum fraudis suae vasculum hostis humani generis propinare parabat, mellito affatim sapientiae condimento, ore constanter respuit. Nimirum pugilem suum Dominus hostes mutare, et per duros certaminum labores virile pugnatoris robur spectatoribus exponere voluit, dum multiformes antiqui illius serpentis facies, tanto durius calcaneo eius insidiári permisit, quanto ipse impotentior hactenus capud dampnabile huius bellatoris ex divino auxilio pedibus subdiderat.

60. *Quod sollicitatus sit per litteras imperatori resistere.*

Alio itidem tempore cum fama esset, offensum illi esse imperatorem, perlatae[k]

a) imperatori 1. b) *deest* 2. c) spectabilis 4. d) *deest* 4. e) sententia 3. 4. f) nobis 1. 2. 3. g) *deest* 1. *e corr.* 2. h) perdicionem 1. 2. 3 proditione 4. *Ch.* i) abhorreret 4. k) praelatae 2. 3.

2) Aquisgrani, ubi pentecostes tempore a. 1046. episcopatu privatus est. Cfr. Herm. Contr. 3) quinto; vid. Herm. Contr., Ann. Laubiens. et Leodiens. 4) Virg. Aen. IV, 569.

sunt litterae ad domnum Wazonem episcopum, unde aut a quo transmissae parum est nobis cognitum, quibus inerant verba ad sollicitandum persuasibilia, ut tria milia pugnatorum in municionibus urbium et oppidorum suorum recipiat, qui belligerando illatas sibi ab imperatore molestias facile vindicarent. Ille autem uti iocunda nonnumquam seriis rebus solebat laxare diludia, inter colloquendum cum quibusdam necessariis suis huius rei mentionem habuit, sibique satis congrue[a] facultatem belligerandi suppetere iocundissime aggarriendo ingeminabat. Cumque illi quilibet ex his quibuscum secretius confabulari solebat, ex ausu familiaritatis suggessisset, canos eius ad id aetatis a primis adolescentiae annis sine querela perductos, numquam ad hoc devolvi oportere, ut iam sub ipsum vitae terminum talibus animum applicare debeat consiliis: *Nemo mihi,* inquid, *aliud quam quod suades animo esse credat Domino imperatori secundum scire et posse meum, nemo me fidelem esse quomodocumque ab eo tracter diffidat. Cuius etiamsi eo usque animi motus processissent, ut dextrum eius iussu oculum amisissem, quicquid sinistro providere possem, ad eius tamen honorem et fidelitatem reflectere non desisterem.* Quae cum ita sint, sileat cum Iudeis Christo derogantibus improba Wazoni detrahentium lingua, mirenturque cum bonis, neminem nostri temporis episcopum in sancta religione vigilantius desudasse[b], neminem ducem, marchionem aut comitem pro imperii Romani fidelitate, pro patriae salute, studiosius decertasse. Quis enim nisi ille cum Dei adiutorio coniurationem adversus imperatorem factam prudenter dissipavit? Quis castella natura et arte[c] munita stravit, Godefridum cum[d] maxima militum factiosorum parte, hinc minis perter- 1045. rendo, hinc donis, inde promissis sollicitando exarmavit[4]?

61.[e] *Quod regem Francorum ne Aquasgrani invaderet per litteras absterruerit.*

Sed ecce dum brevitati[f] studens materiae succumbere timui, multa dicenda praeterii; ex quibus est unum quod multis arbitror esse incognitum, factum illud memorabile, quod longe positus et facie forsitan ignotus[g] regis Francorum[5] animos iam pervasam animo Lotharingiam sibi usurpare deliberantis, more Pauli per litteras mitigavit, et pene ab ipso incepti impetu revocavit. Quod quando[h] vel quomodo contigerit, retro seriem[i] rerum repetentes disseramus. Rex noster Heinricus nondum imperator in Italiam profectus fuerat, Romam accessurus, a summo pontifice[6] benedictionem apostolicam cum im- 1046. perii insignibus percepturus. Rarus apud nos miles et securus agricola, nullius interim metuentes incursionis, grata terebant ocia[7], cum ecce antistiti nostro cum Maria sedenti ad pedes Domini, nec tamen Marthae sedulitatem deserenti, significantur ab occidentalis Franciae partibus eiusdem gentis maximi motus, inportune insistentium et regi suo suggerentium, ut Aquisgrani palatium, ut aiunt olim iuri suo appendicium, cum magnis armorum copiis invadat[k]; regem et principes nostros abesse, raros hic milites nil contra moliri posse, postremo nichil obstare, quin possessa principali sede, in[l] partem regni sui caetera deinceps cedat Lotharingia. Pavet audito patriae periculo sancti patris sollicitudo, cui quia per vim resistendi copia non fuit, potentiae hominis tali temporis oportunitate abuti volentis, ingenio et ratione obviandum esse opus intellexit, quod et instanter agere omnino sollicitus fuit. Mittuntur ad regem, ut dictum est, efferatum animo, supplices ab eo litterae, veteres utrorumque regnorum et[m] eorumdem rectorum commendantes amicicias; duo haec regna, si invicem, ut hactenus, fuerint pacata, cunctis terrarum nationibus timori fore, nichil praeter Deum formidantia; proinde alterutris pacem necessariam esse; concordia crescere res minimas, discordia vero dilabi maximas[8]. Ille acceptas et auditas primo negligere, despicere, regem nostrum arcessere perfidiae, iniuriarum caeterorumque criminum, quae non attinet dicere, sed velle sibi vindicare regnum et palatium ab antecessoribus hereditario iure sibi debitum[n]. Diem insuper satis procaciter mandat, quo haec facere deliberaverit. Cui e contrario noster Cycero inter alia talia rescriptitat: *Novit*[o], inquiens, *vestrae maiestatis excellentia, quam turpi pena secularis lex condemnet furti admissa, quae si in potentes cadere*

a) cgene 1. 2. 3. congrue 4. b) desudantem 3. 4. c) arie 1. ariete 2. 3. arte 4. d) *deest* 1. 2. 3. e) *deest* 2. f) brevitate 1. 2. 3. g) agnotus 1. 2. agnitus 3. ignotus 4. h) *deest* 4. i) senem 1. 2. 3. seriem 4. k) invadit 1. 2. 3. l) *ita* 4. *deest* 1. 2. 3. m) *deest* 3. 4. n) creditum *in margine alia manu corr.* debitum 1. o) *omnino differt ab epistola apud Ch.*

4) 1045 videtur, quo Godefridus primo in imperatoris obedientiam rediit. Cfr. Herm. Aug. Lambert. 5) Heinrici I. 6) Clemente II. 7) Aen. IV. 271. 8) Sallust. Iug. 10.

contigerit, licet apud homines alio nomine videantur honestari, tamen in interni arbitrii conspectu eadem, immo in magnis eo magis extant dampnabilia, quo minori ut ea admitterent necessitate fuerant adducti. Pensate igitur queso, quam sit Deo execrabile et indignum vestrae regiae liberalitati, longissime absentis comparis sedem et regnum velle furari, et ab istius modi queso intentione animum revocate, quae manifeste repugnat vestrae dignitati. Quin pocius, si quid fortiter, si quid potenter contra nos animo vestro[a] *sedet actitandum, expectetur reditus regis nostri, ut quid*[b] *expediat tunc a vobis fiat decentius. Sed esto; sedes regni antecessoribus dolo circumventis sublata, tibi est iure hereditario repetenda; numquid per interiecta tot terrarum spacia solus es aut sine multitudine iturus? Minime. Immo vero infinita milicia*[c] *miseris parcere nescia comitaberis, qui etiam te nolente et frustra prohibente mille hominum milia consumere habebunt incredibili vastitate. Unde certus esto, si manus a clade innocentum, quam mente incepisti, non continueris, tot homicidiorum reus in oculis Altissimi teneberis, quot hominum corpora vita carebunt, si hoc perfeceris.* Qua sententia viri Dei audita, tyrannica rabies confestim est sedata, et subito inmutatus mente rex, episcoporum iubet adesse coetum, epistolam mandat viri Dei coram se recitari. Recitata, hunc recte dici sacerdotem, hunc vero[c*] protestatur esse episcopum, qui extraneus extraneo sibi prae cunctis ex debito fidelibus sanum dedisset consilium[d]. Nesciens forsitan iste imitatus est Theodosium imperatorem, qui publice arguentem se et excommunicantem omnibus id temporis episcopis veridica beatum Ambrosium praetulit sententia. Cui exhibendae amplius reverentiae ex ipsa sua contumelia occasionem invenit, regia dignitate sublimior, nobilissima cordis humilitas. Ita certe facinus, ad quod multa satellitum milia rapinis inhiantium impellebant fluctuantem regis animum, Deo inspirante dissuadere potuerunt longe positi unius hominis litterae. Quae eo usque pacis amorem in ipsius reformaverunt pectore, ut nil tale ultra concipiens animo, imperatori
1048. mox ex Italia reverso, in reliquum dextram cum sacramento dederit et receperit[9].

62.[e] *Episcopus Catalaunensis eum per litteras consulit, quid de hereticis censeat agendum.*

Praeterea apostolica sublimitas praesulem nostrum crebra litterarum visitatione est dignata, quas ille reverentissime excipere solebat, humiliter si qua forte per easdem interrogaretur respondebat. Diversi etiam pro[f] diversis consulendis egregium sapientiae symmistam episcopum[g] frequentabant per epistolas; quorum nullus utilia percunctatus,
10 super inquisitis prudenti responso[h] est fraudatus. Ex quibus Catalaunensium episcopus[10] pro periculo animarum sibi creditarum sanctitatem eius consulere aliquando necessarium habuit, quod huiusmodi esse per litteras fatebatur. Aiebat enim[i] in quadam parte dio-
11 cesis suae quosdam rusticos esse, qui perversum[k] Manicheorum dochma sectantes[11], furtiva sibi frequentarent conventicula, nescio quae obscena et dictu turpia, quadam sua sollempnitate actitantes et per sacrilegam manuum[l] inpositionem dari Spiritum sanctum mentientes, quem ad astruendam errori suo fidem non alias a Deo missum quam in heresiarchę suo Mani, quasi nichil aliud sit[m] Manis nisi Spiritus sanctus, falsissime docmatizarent, incidentes in illam blasphemiam, quam iuxta Veritatis vocem et hic et
Matth. 12, 31. in futuro impossibile est remitti. Hi tales, ut dicebat, cogebant quos possent in suam concedere turbam, nuptias abhominantes, esum carnium non modo devitantes, sed et quodcumque animal occidere profanum ducentes[n], tutelam errori suo assumere praesumentes, sententiam Domini in veteri lege occidere prohibentis. Si quos vero idiotas et infacundos huius erroris sectatoribus adiungi contingeret, statim eruditissimis etiam catholicis facundiores fieri asseverabat, ita ut sincera sane sapientium eloquentia pene eorum loquacitate superari posse videretur. Addidit etiam plus de cotidiana perversione aliorum sese dolere, quam de ipsorum perditione. Quid de talibus praestet agendum, anxius praesul certum sapientiae consuluit[o] secretarium, an terrenae potestatis gladio in

a) nostro 1. b) *deest* 3. quod 4. c) malicia *corr. alio atramento* milicia 1. c*) vere *legendum esse videtur.* d) *corr. alio atramento* 1. e) LXIII 1. 2. f) per 1. 2. 3. g) episcopi 1. 2. 3. 4. h) *ita* 4. responsio 1. 2. 3. i) *superscr.* 2. k) *ita* 4. per usum 1. 2. 3. l) *ita* 4. *Ch.* munitum 1. 2. 3. m) *alia manu corr.* 1. n) dicentes 3. 4. o) *ita* 4. consulum 1. 2. 3.

9) Apud Ivodium paulo post Wazonis obitum mense Octobr. 1048. Cfr. Herm. Aug. Hist. S. Huberti Andag. c. 9. 10) Rogerius II. qui ab anno 1043 ad 1062 Catalaunensem episcopatum administravit. MARTENE. 11) De aliis hereticis itemque Manicheis vide Glab. Radulfum III, 8.

eos sit animadvertendum, nec ne, modico fermento nisi exterminentur totam massam[a] posse corrumpi. Cui antistes noster inter[11] rescribens ait. 1 Corinth 5, 6

63.[b] *Responsio eius quae sibi[c] super hoc sedeat sententia.*

De quibus scriptis eorum quidem manifestus est error, antiquitus a sanctis patribus ventilatus, et luculentissimis eorum sententiis confutatus. Nam ut omittamus insanissimas quibus de Spiritu sancto sibi mentiuntur blasphemias, accipiat dilectio vestra, quantis se inoportunitatibus[d] rerum sese ipsi implicare studeant, male intellecto Domini praecepto, quo in veteri lege dicitur: „Ne occidas." In quo nisi solam hominis occisionem[e] prohibitam esse intellexerint, simili modo usum[f] eorum, quibus se licite vesci existimant, qualia sunt frumentum, legumina et vinum, sibi videant interdictum; quae ut essent, ex creditis terrae seminibus sua vivendi specie coaluerunt, et nisi iam[g] viriditatis[h] suae vita interfecta, humanis usibus servire nequiverunt. Praetermissis secularium scriptis, huius rei testis est psalmista dicens: „Et occidit in grandine vineas eorum." Itemque apostolus: „Insipiens tu Psalm. 77, 47.
quod seminas non vivificatur, nisi prius moriatur." Ipsa quoque Veritas: „Nisi, inquit, 1 Corinth 15, 36.
granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipsum solum manet." Restat igitur ut Ioann. 12, 24
necessario fateantur vixisse, quae accidentibus ex causis constat posse mortificari. Eligant ergo quod voluerint, aut more catholicorum de solo homine scriptum esse credant: „Non occides," et nobiscum mactandarum pecudum copia licite utantur, aut si hanc sibi negari[i] contenderint, nos quoque ex ipsa erroris sui sententia, panis, leguminum et caeterorum huiusmodi eis usum inficiabimur, quoniam ea, nisi suo modo interficerentur, nullo modo humanis erroribus aptarentur. Haec licet christiana abhorreat religio, et cum Arrianae hereseos dampnet sacrilegio, tamen imitata Salvatorem suum, qui mitis et humilis corde non Math. 12, 29
venit clamare neque contendere, sed potius obprobria, sputa, alapas, postremo crucis mortem subire, iubetur interim tales quodammodo tollerare, quia, ut ait beatus Gregorius[12], nequaquam innocentiam obtinebit[k] Abel, quem Cain malicia non exercuit, nec uva nisi[l] calcibus tusa in vini saporem liquatur. Ut autem in promtu sit, quid de talibus velit fieri misericors et miserator Dominus, qui peccantes non statim iudicat, sed ad poenitentiam equanimiter expectat, audiamus quid in euangelio suo exponendo parabolam tritici et zizaniorum agri discipulos, immo in illis nos dignatus est[m] docere. „Homo, inquiens, qui semi- Math. 13 37–39
navit bonum semen in agro suo, est filius hominis; bonum semen, hi filii sunt regni, ager autem[n] mundus. Inimicus homo qui superseminavit zizania est diabolus; zizania autem hi filii sunt nequam; messis vero[o] consummatio seculi est, messores autem[p] angeli sunt. Quid autem per servos primo apparentia zizania vellicare volentes nisi praedicatorum ordo signatur? Qui dum bonos a malis seorsum esse in sancta[q] aecclesia desiderant, quasi de bona tritici segete zizania eradicare querunt? Sed sub magna discretionis censura paterfamilias ille prona eorum coercet studia. „Nolite, inquiens, ne forte colligentes zizania eradicetis Math. 13, 29 30
simul et triticum. Sinite utraque crescere usque ad messem, et in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania et alligate ea per[r] fasciculos ad comburendum; triticum autem congregate in horreum meum[s]." Quid his verbis nisi pacientiam suam Dominus ostendit, quam praedicatores suos erga errantes proximos exibere desiderat, maxime cum hi qui hodie zizania sunt possibile sit cras converti et esse triticum? Ad horum profecto servorum vos pertinere numerum, ardens in pectore vestro pro animabus diabolica fraude deceptis spiritualis zeli fervor indicat, quo ne a malis[t] boni corrumpantur, iuditii sarculo triticeam segetem zizaniis purgare queritis. Quod tamen ne a vobis immature, ne ante tempus fieri debeat, divinae potius est oboediendum sententiae, ne dum iusticiam in puniendis praevaricatoribus nos exercere putamus, ex impietate specię severitatis velata, ei praeiudicium faciamus, qui non vult mortem peccatorum, nec laetatur in perditione moriencium, sed per pacientiam et longanimitatem suam novit peccatores ad paenitentiam reducere. Cesset ergo iudicium pulveris, audita sentencia conditoris[u], nec eos queramus per secularis potentiae gladium huic vitae subtrahere, quibus vult idem creator et redemptor Deus sicut novit parcere, ut resipiscant a diaboli laqueis quibus capti[v] tenentur, ad ipsius voluntatem.

a) missam 1. b) LXIIII. *et sic deinceps* 1. *deest* 2. *Desunt haud pauca apud Ch.* c) *deest* 3. 4. d) inportunitatibus 2. e) *ita* 4. *Ch.* occasionem 1. 2. 3. f) esum 4. g) tam 2. 3. 4. h) veriditatis 1. i) negare 1. 2 3 k) obtinuit 3. 4. l) *ita* 4. in 1. 2. 3. m) *corr. alio atramento* 1. n) a. hic 3. 4. o) autem 3. 4. p) vero 3. 4. q) *deest* 3. 4. r) *deest* 2. s) dici *post add.* 2. t) animalis *corr.* a malis 1. u) condemnatoris 4 v) captiui 3. 4.

11) *alia* videtur supplendum. 12) Moral. II, 75.

Sic, sic nimirum tales ultimae illius patris familias messi a nobis convenit reservari, quidque[a] *messores suos de his facere iubeat, sicut et de nobismet ipsis cum timore et tremore oportet expectari, quia horum quoslibet, quos mundi huius ager zizania habet, messis illa forsitan triticum inveniet, et quos in via Domini adversarios nunc habemus, possibile omnipotenti Deo est in illa caelesti patria nobis facere etiam superiores*[b]. *Certe legimus Saulum magis omnibus sevientem beati protomartyris Stephani lapidatoribus interfuisse, et quem hic habuit persecutorem, utpote martir apostolum, illic se gaudet habere priorem. Interim nichilominus meminisse debemus, quod nos qui episcopi dicimur, gladium in ordinatione quod est secularis potentiae non accipimus, ideoque non ad mortificandum sed pocius ad vivificandum auctore Deo inungimur. Est tamen aliud quod sollicite de praedictis agendum est scismaticis, quod et vos nequaquam ignoratis, ut ipsi eisque communicantes catholica*
Iesai. 52,11. *communione priventur, caeterisque omnibus publice denuntietur, ut secundum propheticam ammonitionem exeant de medio eorum et inmundissimam eorum sectam ne tetigerint, quo-*
Eccles. 13,1. *niam qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.* Haec tantopere vir Dei exemplo beati Martini studebat inculcare, ut praecipitem Francigenarum rabiem cedes anhelare solitam a crudelitate quodammodo refrenaret. Audierat enim, eos solo pallore notare hereticos, quasi quos pallere constaret, hereticos esse certum esset; sicque per errorem simulque furorem eorum plerosque vere catholicorum fuisse aliquando interemptos.

64.[c] *De hereticis nequaquam interficiendis.*

Cum haec ita se habeant, cumque tam apertae rationi[d] euangelica sanctione subnixae nil aeque rationabiliter valeat contradici, videant quibus vacat, quomodo inreprehensibiliter actum sit, quod cum Goslarii quidam huiusmodi erroris sectatores essent depre-
1051. hensi[13], post multam supersticionis suae discussionem iustamque pro pertinatia erroris excommunicationem, suspendio insuper sint addicti. Cuius discussionis ordinem cum diligenter sciscitaremur[e], non aliam condempnationis eorum causam cognoscere potuimus, quam quia cuilibet episcoporum iubenti, ut pullum occiderent, inoboedientes extiterant Vere fatebor enim nec silebo, Wazonem nostrum, si haec tempora contigisset, huic sententiae assensum nequaquam praebiturum, exemplo beati Martini, qui ut intercederet pro Priscillianistis Maximi imperatoris turpiter adulantium sacerdotum consilio depravati edicto dampnatis, maluit excellentissimae virtutis suae detrimentum incurrere, quam eripiendis etiam hereticis non consulere. Haec dicimus, non quia errorem hereticorum tutare[f] velimus, sed quia hoc in divinis legibus nusquam sanccitum non[g] approbare monstremus.

65.[h] *De apostolico elegendo quid sibi videatur, imperatori respondet.*

Inter haec ad mentem redit, quod cum papa Clemens ex episcopo Bavenbergensi
1047. Oct. 9. in apostolica sede sublimatus de hac vita discessisset, imperator de subrogando in locum illius alio consilium eius querere animum induxit. Ille autem ut erat in omnibus et in talibus maxime scrutator studiosissimus, vigilanter cum aliis[i] quibus laboris huius partes expenderat, hinc gesta pontificum Romanorum, hinc eorumdem decreta, hinc autenticos canones, capitulare recensere sollicitus fuit. In quibus diligenter revolutis nichil aliud quam summum pontificem, cuiuscumque vitae fuerit, summo honore haberi, eum a nemine umquam iudicari oportere, immo nullius inferioris gradus accusationem adversus superiorem recipi debere, invenire potuit; et quoniam condictum erat, hanc electio-
11 nem apostolici pontificis in natale dominico futuram[14], audacissimus purae veritatis assertor responsalem suum illo transmisit, et ingrata imperatori inter alia confidenter deferri iussit mandamina, quae fuere huiusmodi: *Recogitet*[k], inquit, *serenitas vestra, ne forte summi pontificis sedes depositi a quibus non oportuit ipsi divinitus sit reservata, cum is quem vice eius ordinari iussistis defunctus, cessisse videatur eidem adhuc superstiti*[15]. *Quocirca quandoquidem nostram*[l] *super his flagitare placuit sententiam, desinat sublimitas vestra aliquem in eius locum qui superstes est velle substituere, quia nec divinas nec humanas leges certum est concedere hoc, astipulantibus ubique sanctorum patrum tam dictis quam*

a) quidquid 4. b) superiore 1. 2. *post corr.* superiores 3. 4. c) *deest* 2. *hoc caput desideratur ap. Ch.* d) ratione 1. 2. 3. 4. e) *ita* 4. suscitaremur 1. 2. 3. f) *alio atramento corr.* 1. g) nos 1. 2. 3. h) *deest* 2. i) *addit* cum 4. k) *differunt Wazonis ap. Ch. verba.* l) vestram 1. 2. 3.

13) A Godefrido duce; cfr. Lambert. Manichaeos fuisse testatur Herm. Augiens. 14) Cfr. Lambert. 1048. 15) Gregorio VI.

scriptis, summum pontificem a nemine nisi a solo Deo diiudicari debere. Testor Deum[a] *et, quod ego indignus sacerdos vobis iuravi*[b] *sacramentum, super hoc negotio nichil hac sententia verius, nichil praestantius a me excogitari vel inveniri posse.* Adventante autem memorato responsali antistitis nostri ad curtem regiam[16], Poppo[c] — et Bruno — Brixionensis 16 episcopus in summum pontificium iam pridem electus fuerat, qui postea a Romanis Damasus est appellatus. Incertus ille quid faceret — nam res transacta[d] erat, cuius transferendae causa mandata ad imperatorem susceperat — accessit tamen, et alia quam facete ut noverat imperatori perfert mandamina: *Postque omnia adhuc*, inquit, *unum superest quod domnus mandat episcopus, quod quia res est exacta, vobis exponere non est in causa.* Quo ille audito, ut est curiosus audire multa et sententias diversorum colligere, a legato multum excusante rem propensius insistit extorquere. Responsalis autem ex industria moras redimere et quasi inde diverticula querere et tacite quodammodo hominem potentem prius ambire nitebatur, ut sicut bene noverat, rerum[e] anticipatione, si qua subinde in corde suboriri posset frangeret iracundiam. Quid plura? Spondet rex[17] quicquid id foret se nequaquam succensurum, omnem proinde offensam 17 adversus quantumlibet aspera mandantem remissurum; postremo si quid periculum gratiae mittentis episcopi fore illi obtigerit[f], eo quod reticenda prodiderit, sese omnimodis obviaturum. Tandem securus nuntius quae iussus fuerat exequitur mandamina; quae quantum vera homini voluntatem iuxta potentiam suam metiri affectanti[g] fere tantum essent odiosa, si praelibatae pactionis praeoccupatio non obstitisset.

66.[h] *Insimulatus ab imperatore quid fecerit quidve responderit.*

Alio quodam tempore dum edictum fuisset, ut gens Fresonum, quae duce Theoderico[18] imperatori repugnabat, navali undique bello peteretur, ille, uti erat paterno 1046 affectu, timens miliciae nullum e navibus praeliandi usum assecutae, simul ne paratas sibi ab hostibus incideret insidias, praesertim cum ad condictum[i] congregandi exercitus locum per ducenta aut eo amplius miliaria triduo eundo accepisset mandatum, concurrentibus tot racionabilium causarum difficultatibus, ne quoquam discederet, neu fideles aecclesiae frustra[k] vexaret consilium habuit. Itur ergo in Fresoniam et reditur ab exercitu navalibus armis instructo, cum non multo post colloquium habetur; ad quod pontifex noster accersitus transgressionis imperatorii edicti aliorumque aut neglegenter aut infideliter gestorum graviter arcessitur[l], accusantibus iniuste ipsis, qui eiusdem sepenumero magnifice usi fuerant beneficiis. Cumque ad singula[m] quae obiciebantur racionabiliter sese purgare paratus esset, si excusandi copia daretur, succlamante hinc regiae partis adulatorum fremitu, hinc episcoporum consilia exhibentium adhortante coetu, soli in tanto turbine deprehenso, diutius reniti imperatoris voluntati, nequaquam constantia fuit. Tandemque quia potentis animi indignatio non aliter visa est posse leniri, ad pedes eius invitus adquievit incurvari, atque quasi[n] pro culpis redimendis, quae non erant, 300 argenti libras coactus est revadiare. Quod quidem omni reliquo vitae tempore eum poenituit fecisse, et licet imperator postea placatus omnia illi cum gratia donaverit, semper tamen dolendo identidem in se redarguebat, cur talis culpae suspicionem constantissime etiam usque ad sanguinem non removerit. Sed licet episcoporum consiliis obtemperans in hac parte quodammodo succubuisse videretur, tamen sacerdotali auctoritate ipso die et in eodem conventu curialium dictus[o] est hoc modo contra imperatorem usus fuisse. Namque dum in tanta tamque diutina disceptatione illi tam podagrae morbo quam senio gravato nulla ad sedendum copia fuisset, quiescente vix demum insano fragore obstrepentium: *Vel nunc tamen*, inquit, *maiestas vestra mihi decrepito et inbecilli sessum dignetur concedere. Nam etsi Wazo rugis confectus et senio indignus est honorari, tamen sacerdotem et sacro chrismate inunctum dedecet inter populares tam inhoneste fatigari.* Imperator vero[p], utpote qui eiusmodi homo esset, qui sibi super

a) dominum 4. b) *ita* 4. iurari 1. 2. 3. c) [qui] *addit Mart.* d) translata 2. 3. e) reum 2. 3. f) contigerit 4. g) affectante *corr.* affectanti 1. h) LXVIII. 1. 2. i) *ita* 4. conditum 1. 2. 3. k) tra *syllaba in margine alia manu apposita* 1. l) accersitur 3. *corr.* arcessitur 2. m) singulas 1. 2. n) *deest* 3. 4. o) dictum 1. 2. 3. p) autem 2. 3. 4.

16) Palithi nativitatem Domini a. 1047. celebravit Heinricus. 17) immo imperator. 18) Hollandiae comite. Non anni 1047 sed primam navalem expeditionem a. 1046, qua Theoderico Fladirtingam eripuit Heinricus, innuere videtur auctor, quum non eodem tempore quo de Clementis II. successore ageretur eam factam esse diserte affirmet.

episcopos potestatem nimis carnaliter, ne dicam ambiciose, quereret usurpare: *Ego vero,* inquit, *similiter sacro oleo data mihi prae caeteris imperandi potestate sum perunctus.* Quem econtra antistes veritatis zelo iusticiaeque fervore vehementer accensus, talibus breviter instruendum esse censuit: *Alia,* inquiens, *est et longe a sacerdotali differens vestra haec quam asseritis unctio, quia per eam vos ad mortificandum, nos auctore Deo ad vivificandum ornati sumus; unde quantum vita morte praestantior, tantum nostra vestra unctione sine dubio est excellentior.* Talibus fluctuantis mundi iactatus procellis, peritus nauta[a] navim suam odoris virtutum pomis refertam, ad innocentis vitae et conscientiae bonae reflectit[b] portum, et fortis in adversis humilisque in prosperis, sicut mundi lenociniis nequivit frangi, sic nec terroribus valuit concuti, dicens cum psalmista:
Psalm 117, 6. *Dominus mihi adiutor est; non timebo quid faciat mihi homo.*

67. *Quos vel[c] quales praebendarios constituerit.*

Redit igitur calcato mundi turbine ad tui ovilis, beata[d] Dei genitrix, et martyris Lamberti caulas, omnibus palatiis regum gratiores, et pastor bonus ad aeterna pascua oves dominicas agere contendebat, atque in huius interim vitae via multis difficultatum asperitatibus consita, tota animi intentione in eis
Ezech. 34,4 quod confractum fuerat alligabat, et quod infirmum consolidabat; et quod firmum et forte custodiebat, iudicans se non sibi sed illis totum esse et vivere. Vidimus 25 praebendas ab eo in uno die datas, quarum
1046. 15 deservitores canonicos in aecclesia victoriosissimae Crucis, 10 in Bartholomei apostoli
19 aecclesia ex bonis maiori ex parte a sese adquisitis constituit[19], nichil ab eis querens nisi probos mores et utilitatem divinae servitutis, simul[e] cum interminatione anathematis ędicens, ne quis praepositus vel decanus praeter haec alterius emolumentum lucri exigere auderet. Praeterea si quando aliquis in locum fratris defuncti quereret substitui, quia nobiscum res stabiliendorum stipendiorum respicit ad episcopum, offerebantur sepe ab illis qui parentes aut filios canonicos fieri querebant, aut fertilium agrorum fundi aut multa numeratae pecuniae summa. Quibus clementissimus pater ait: *Nolite. Ecclesiae cui haec offerre nitimini, fundi et pecuniarum est abunde; fratres illi pocius querimus utiles et morigeratos. Cuius qui se servicio in perpetuum[f] dederit, necesse non habemus quod est vilius, temporale scilicet lucrum[g], ab eo expetere. Quid enim? Numquid dare aliquis valeat se ipso carius? Iniurii ergo in ea[h] sententia erimus, si ab eo qui se ipsum dat, quod sibi est praestantius, importune abiectiora queramus. Liceat tamen prius experiri, si quibus studiis eorum exercitata fuerint negotia; quae si ut expedit valere constiterit, quae petimur[i] gratuito dare parati sumus. Et ne difficultatem rei interposuisse videamur, literas qui ad nos accedere desiderant afferant. Hoc tantum ab eis munus, ut sit materia examinationis, exposcimus.* Haec fidelis promissor diversae aetatis et ingeniis et ex familia aecclesiae progenitis exhibebat, nonnullis insuper additis praeter stipendia beneficiis, cum ne puerorum quidem minus intelligibilem aetatem, quos videret indolis esse et pro captu suo sciolos, ab hac largitatis suae ianua excluserit. Talibus pietatis eius[k] beneficiis ad amorem studiis multorum animi accenduntur, et nonnullos qui mobilitati animum dedissent, vidimus ad studia conversos, obque improbitatem laboris cum perfectionis gratia a tanto largitore canonicam aecclesiae stipem assecutos.

68.[l] *De inpendiis ab eo ad aedificia datis et vitae eius perfectione.*

Iam vero si cui ex clero aut etiam ex laicis aedificia opus struere[m] esset, hilaris dator largissimam gravemque aere porrigendo manum ad id laboris sese volebat admitti cooperatorem. Quod ego eius bonum multis ante et post impensum, indigno mihi et non merenti cum benignissime tum largissime exhibitum in simili opere sum expertus, a tam munifico accipiens largitore munus 8 librarum cum aliis multis ad haec necessariis, cum non multo post nil speranti, quippe qui minimum promeruissem, mediocritati meae congruum satis insuper adiecit beneficium. Parum est quod dico, maiora memorabo. Miserum me, vix fateri audeo[n], cum me indignissimum et confusione plenum dulcissimo illo suo excellentis scientiae et elegantis ingenii sale condito dignaretur alloquio, nonnumquam a[o] psalmodiae et orationis non repellebar secreto, licet

a) naucta 1. b) reflexit 4. c) et 4. d) beati 2. 3. e) *paucis exceptis reliqua desunt ap. Ch.* f) perpetuo 4. g) *deest* 4. h) mea 4. i) petuntur 4. k) suae 3. 4. l) LXIX. 1. 2. m) aed. str. animus 4. n) audio 1. 2. 3. o) *deest* 3. 4.

19) Vide Wazonis privilegium a. 1046 scriptum ap. Martene et Dur. coll. II, 412.

sepius quanto solitarię tanto devote nocte et mane soli Deo in orationibus vacare solitus esset. Praeterea certis in ebdomada feriis vel certe ieiuniorum tempore ex consuetudine sollempni nulla unquam hiemis tempestate retardatus, patrocinia pedes sanctorum nudus circuibat, cum inter eundum semper elemosina eius in manu secum deambulantis desudaret, donec occurreret cui ea etiam nescienti tamquam Christo committeretur. Refectionis vero hora quaecumque parata erant pulmenta ac si epulaturo, nullis reservatis qui vel a se vel a simul discumbentibus eo die comedi poterant vel exquisitissimis cybis, omnia pauperum alimentis insumebantur. Sicque manus elemosinarum cum ieiunii votiva castigatione karitatis igne concremata ad caelos orationum levabat aromata. Cottidianam sane conversationem suam perseverantia et temperamento iugis abstinentiae, potentia vigiliarum ac[a] caeterorum pro Christo laborum inreprehensibilem coram Deo et hominibus exhibere studebat, nullum nec sibi nec aliis familiarius[b] secreta praesentiae suae frequentantibus vacuum ab opere Dei tempus esse paciens, quo non aut psalleret, oraret aut legeret, aut de aliqua utilitate conferret, aut certe de sacrae scripturae questionibus disputaret. In quibus dissolvendis quam alacer, quam efficax, quam promtus erat et facilis! Postremo in omni confabulatione eius, si quando etiam a seriae esset rei rigore laxata, quantam dignitatem, quantamque iocunditatem inesse liquido erat perspicere[c], qui vix raro aut numquam cybo vel somno nisi quantum naturae necessitas cogeret indulserit. Sed quis omnia dicta eius vel facta memoratu digna vel eruditissimus stilo comprehenderit? Adeo meritis eius omnia minora[d] sunt, quae de tanto viro[e] elinguis[f] parvitas nostra vix sufficit explicare. Sunt[g] et alia quae dici possent de pontificis vita nostri insignia, quae si enumerare velimus per singula, non iam breviarium, ut polliciti sumus, sed proposito maiorem codicis incurrimus quantitatem, acsi qui stagnantes[h] lacus parva[i] lintrę nimium securus pergit sulcare, dum nescit, vicini[k] aequoris metuendis absorbetur estibus, et a mediis periculis post dorsum respiciens, sero reminiscitur, magna parvis temptare amminiculis, quantae fuerit temeritatis. Sed praestat interim, dum res in tranquillitate sunt, ad littoris[l] sinus clavo fragilem lembum reflectere, ne si quod vires excedat temptaverimus, non iam cursum agere, sed fluctibus miserabiliter obrui videamur.

69.[m] *De iminente corporis eius dissolutione.*

Praetermissis igitur, ut dictum est, pluribus tam dictis quam factis eiusdem venerabilis viri admodum memoratu dignis, termino cartae finem vitae eius explicare studeamus, qua morte homo hic[n] Dei terrena linquens, caelestia penetrans, feliciter exivit, et gregem Domini insolabili merore confectum suavissima sui praesentia egregius pastor desolavit. Quam[o] quidem omnipotentem Deum ab eo precibus exoratum esse, nemo qui vitam eius novit ambigat, cum hoc et frequentes in oratione testarentur lacrimae, et ipse communi nonnumquam sermone cum his, qui sibi familiarius adherebant, annos suos acsi dierum maliciae plenos sit causatus, et iam tempus esse, quo infelicem exueret hominem, sit protestatus. Sextum ab ordinatione sua in regimine episcopatus
agebat annum[20], et ut dictum est fidelis summi patris familias dispensator, sua quibus- 1048.
que reddebat, servata diligentissime in omnibus disciplina, cum superveniente apostolorum Petri et Pauli sollempnitate iocundus ipsorum interfuit vigiliis, missisque priorum Iun.29.
et postera[p] die sollempniter celebratis in singulorum aecclesiis, in illorum servitio religionis finem accipiens, per quos beata mater aecclesia religionis sumpsit exordium, ad mensam rediens inter prandendum primo tremore, deinde gravi tactus est calore. Quo caeteris sensim artubus subrepente, licet ante remota non surgeret fercula, toto corpore tanto confectus est dolore, ut praeter solitum proximae noctis abesset vigiliis. Sed iterum resumptis viribus, sicut semper ut credo ultra omnes mortalitates[q] infirmitati corporeae solebat reluctari, sequentis diei, hoc est sabbati, vigiliis et matutinis affuit; nec ex eo amplius choro et dilecto fratrum conventui interesse valens, nichilominus intra domus suae penetralia invictissimum psalmodiae et lectionis nota dulcedine reficie-

a) *ita* 4. in 1. 2. 3. b) familiaribus 4. *Ch.* c) respicere 4. d) minorata 3. 4. e) *corr.* 1. f) elinquis 1. g) sed 3. 4. h) stagnantis 1. i) prava 1. 2. 3. k) vicinis 4. l) *ita* 4. litteris 1. 2. 3. m) LXX. 1. 2. *permulta desunt ap. Ch.* n) *ita* 4. quam mortem homo hanc 1. 2. 3. o) quem 4. p) postea 2. 3. q) mortales 4.

20) Sexto Wazonis anno currente a. 1048, consecrationem eius in a. 1042 cadere nemo non videt. Cfr. supra c. 52.

bat spiritum, quem corpusculo[a] febribus fatiscenti potentissime imperitantem ad optatum diu praemuniebat exitum, nichil aliud nisi defectum sentire se in toto protestatus corpore. Ita ingravescente amplius morbo, spiritu tamen ut diximus totus robustus et 21 integer, a sabbato ad quartam perductus[b] est feriam, in qua apostolorum[21] cęlebrantur Iul. 6. octavae. Cuius diei summo mane iubet accersiri presbiterum, qui erga aecclesiastica pervigili cura solebat excubare. Cui cum sese ab invicem separandos esse praediceret, Iacob. 5, 14. eam quam infirmis beatus Iacobus apostolus iubet fieri unctionem, se libenter velle accipere adiecit, ea quae huic operi forent[c] necessaria mandat parari, abbates et presbiteros cum nonnullis ordine inferioribus clericis in capellam, quae cubiculo contigua est, iubet recipi, ut his coram de rebus aecclesiae disponeret, confessionem suam Deo illis testibus offerret, ipsisque orantibus et psallentibus sacram unctionem susciperet. Ipse cum duobus tantum huius secreti arbitris, memorato videlicet presbitero et subdiacono, item eius camerario, remota omni voluptate carnis, quippe quae ad mortem usque esset afflicta, in solam spem beatae resurrectionis lavat corpus, multis retro annis lavacro incognitum, cupitque fortissimus contemptor sui, addita[d] insuper infirmitati[e] poena, nunc circa se fieri, quod in sanitate devitare studuerat, ne noxiae serviret voluptati. Lotus vero albisque vestibus indutus, expectantibus in praedicto oratorio, a nemine sustentatus, sese infert fratribus, sedili locatur; cui insidens psalmodiae vel lectioni vacare consueverat; missam audit, sacrosancto dominici corporis viatico felicem animam praemunit, iam dudum pulsanti Domino aperire paratam. Interim res aecclesiae per fidei manus disponuntur, quarum partem unam successori suo, alteram pauperibus et Deo servientibus fidelis testator delegavit, nulli cognato vel amico egregius[f] pater caeteros omnes in Christo aequaliter diligens, dereliquit. Cumque reverenter a prioribus nostris ammoneretur, ut parentibus de his quae Deus sibi donasset largiretur, idque nusquam a sacra auctoritate vetitum esse suggessissent: *Parentes*, inquit, *meos quos superstites relinquo illi commendo, cui me quoque non fundos, non servos, non pecuniam ex hereditate habentem antecessores nostri reliquere. Quos utrum degere privatos necne, idem*[g] *Deus et Dominus noster voluerit, ipsius melius permittimus misericordiae.* Praeterea si quit severius dictante ratione in quoslibet ab ipso incolumi iudicatum fuerat, nullo mortis metu mutare, immo inconvulsum esse post obitum suum volebat et inflexibilem propositi rigiditatem fortiter usque ad mortem retinuit, conscius utique sibi, quia bona animi intentione omnia fecerat, nichil[h] de his iusto iudici, ad quem festinabat, displicere, Matth. 6, 22. ipso in euangelio suo hoc attestante: *Si oculus*, inquit, *tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit; si autem nequam fuerit, totum*[i] *corpus tuum tenebrosum erit;* oculi nomine intentionem, corporis sequentes significans actiones, quia sicut oculo incedentis reguntur vestigia, sic nimirum praeviam intentionem[k], si bona est, in bonum[l], si mala est, in malum qualiacumque agentis sequuntur opera.

70. *De confessione eius et unctione.*

22 Dispositis igitur prudenter omnibus, abbas Olbertus[22] ab ipsis puericiae annis[m] coevus et collega necnon consecretalis illi divinae legis meditator, ad agenda circa eum haec christianae religionis ministeria veste sacerdotali induitur, cupiens et ipse eunti ad Christum sese addere comitem, quem in via Dei unanimi dilectione habuit consortem. At ubi psallendo et orando eo ventum est, ubi oleum inponi infirmo praecipit ordo, totus mente et spiritu vividus[n], licet carne praemortuus, quantulo annisu valuit e lectulo sur- Proverb. 18, 17. rexit, coram altari genua fixit, et ut scriptum est, *iustus in primis accusator est sui*, se peccatorem esse, sese non taliter vixisse uti deceret episcopum et verum christianum, est confessus. Cumque et de aliis satis et diu sese coram Deo accusaret admissis, sine quibus inreprehensibilis sanctorum vita aut vix aut nullo modo transigi potest, suggeritur ab abbate memorato ausu illius suae sanctae familiaritatis, si quid aliquando in imperatorem[o] sive verbis vel etiam occultis cogitationibus deliquisset, Deo confiteri non tardaret, ut securus ab omni insidiatoris accusatione cordium scrutatori[p] Deo intrepide mereretur praesentari. Ad haec ille confidenter: *Non reprehendit me*, inquit, *conscientia*

a) *ita* 4. corpusculum 1. 2. 3. b) productus 4. c) foret 1. 2. 3. d) abdita 2. 3. e) infirmitate 1. 2. 3. f) *ita* 4. egregie 1. 2. 3. g) id est 3. h) nichi 1. i) etiam 3. 4. k) praevia intentione 4. l) *corr.* 1. m) annos 2. n) inuidus 1. 3. *corr.* uiuidus 2. o) *addit* 4. *Ch. desunt* 1. 2. 3. p) scrutari 1. 2. 3.

21) scil. Petri et Pauli. 22) Gemblacensis et S. Iacobi Leodiensis.

mea in omni vita mea, me in aliquo contra imperatorem deliquisse, quin immo semper honorem eius cupivi et cupio, isque ut in dies cum Dei adiutorio augmentaretur, quantum nostra[a] *intererat, elaboravimus. Caeterum quod nos libentissime honestati*[b] *eius deservientes, ipsius gratiae minus accepti fuimus, aliis profecto peccatis imputamus. Verum hoc maxime poenitentia dignum me egisse ipse reprehendo, quod inmunis ab omnibus in ipsum infideliter gestis, quasi reus coram omnibus ad pedes eius sim provolutus, et huiusmodo humiliatione suspicionem talis culpae, quae Deo teste nulla est, multitudini*[c] *de me ingesserim, sicque nomen episcopi nota*[d] *falsi criminis infecerim; sed heu pudet ac penitet succlamantibus cunctis, etiam religiosis viris, uti in me graviter commoto satisfacerem, solus diutius reluctari non potui, et victus fateor turpiter cessi. Unde quia invicte persistendo falso inputati criminis suspicionem non removi*[e], *plango*[f] *et vehementer doleo.* His dictis, si qua contra eos qui praesentes essent fratres deliquisset, sibi donari peciit. Contra assistentis cleri devotio a Domino Deo pontifici suo veniam petit, ipsamque quantum sua intererat ex se libentissime non sine multis lacrimis impendit; idemque sibi ab ipso fieri suppliciter implorat. Quo facto, sollempniter cum psalmis et orationibus ad id officii pertinentibus ab abbate, quem supra memoravimus, per sacram olei unctionem in viam pacis et beatae quietis dirigitur.

71.[g] *Quod abbas Olbertus ne 7 dies post eum faceret exoravit.*

Singulis deinde in sua redeuntibus, vir Dei sic manet in lecto decubans, nichil sese nisi defectum pati[h] asserens, expectatque ita ut numquam in sanitate hilarior, exoptatam diu horam qua vocantem migret ad Dominum. Testatique sunt presbiteri et capellani, qui ei excubantes pro expectatione gloriosi exitus assistebant, psalmodiam et orationes ipsis quibus incolumis solebat horis a praemortuo illius ore, palpitante lingua, sepius iterari. Nimirum quanto usu vivens et incolumis imperitanti[i] servire consueverat spiritui, caro iam moriens approbabat. Quarta feria scilicet apostolicarum octavarum dies trans- Iul. 6.
ierat, quinta deinde feria superfuerat[k], et cum iam[l] vicina exitus ut putabatur hora a Iul. 7
concurrentibus devotissime ad eum senioribus expectaretur, atque obnixe ut a lecto se[m] sineret deponi, ut morientibus solet fieri christianis, efflagitaretur: *Nolite*, inquit, *hodie frustra fatigari, sed cras discessuro mihi in Dei nomine occurrite.* Quam eius vocem quotquot affuerunt audiere. Set et abbas memoratus qui pridie eum unxerat, hoc praenunciatae[n] ab eo mortis indicium[o] pio excipit gemitu: *Si*[p] *discedis*, inquit, *Omnipotentis misericordia non sinat me septem dies super te in hoc mundo facere.* Quae verba petitionis, ut probavit rei exitus, ad aures pii auditoris ascendisse credimus; nam statim ad monasterium beati Iacobi regressus, ubi ipse praeter alium quem regebat[q] Gemblacensis coenobii gregem multorum pater extitit monachorum, subrepente totis artubus molestia, sentit optabilem sibi cum pontifice eodemque unanimo[r] fratre dissolutionem corporis imminere, fastidiens iam confragosa huius vitae dispendia, quae ulterius sibi sine tanti conviatoris solatio restarent calcanda, Christi pocius manifesta contemplatione cum illo cupiens saciari, quicum visionis eius dulcedinem nondum re sed spe cognitam inter conferendum de notis sacrae scripturae misteriis suspirare solebat. Alter[s] nobiscum corona clericorum, alter decus monachorum; alter licet inter fluctuantis seculi procellas practicae vitae actus propensius regendos susceperit[t], divina tamen contemplatione suspendi et vitaliter[u] exterioribus noverat[v] mortificari; alter vero tum professione, tum animi intentione mortuus seculo, et duplicem duorum ovilium gregem pascebat Domino, et benignissima tam aecclesiasticarum facultatum quam consiliorum largitione prudenter dispensata[w], exterioribus nequaquam deerat solatio; ambo divina et humana sapientia imbuti, ambo robustissimae in templo Dei columnae, uterque in utroque Deo servientium ordine reginae dextra divinam sponsi maiestatem astanti auro vestem texere, ipsamque iocundissima varietatum distinctione gnari circumdare, idque studiose quoad viverent decertantes actitare. Sub tantis tuta custodibus tantisque communita propugnatoribus intra honestissima[x] bonarum arcium quiescebas[y] ocia, nec clandestinas latronum insidias, nec aperte inpugnantium formidans incursus, tunc quidem felix Lethgia, sed nunc amissa hac felicitate

a) vestra 1. b) *ita* 4. honesti 1. 2. 3. c) multitudine 1. 2. 3. d) non 1. 2. 3. e) remotu 1. f) plago 2. g) LXXII. 1. *deest* 2. h) *ita* 4. patim 1. 2. *corr.* partim 2. i) imperitante 1. 2. 3. k) *ita* 4. superfuerint 1. 2. 3. l) *alia manu in margine appositum* 1. m) si 1. n) praenunciante 2. 3. o) indictum 4. p) *corr.* 1. q) gerebat 4. r) unanumo 1. nimo fratre *e corr.* 2. s) aliter 1. t) suscepit 3. 4. u) intaliter 2. v) *deest* 3. 4. w) dispensato 1. 2. 3. x) honessima 2. y) quiescebat 3. 4.

Iul. 8. multo infelicior. Sexta igitur feria illucescente, 8. scilicet Idus Iulii, beatam pastor Iul. 14. noster ut praedixerat Creatori reddit[a] animam[23]. Postque illum septimo die, sicut a Deo poposcerat, memorati abbatis anima voti compos episcopum est secuta[24], ut constaret evidenter, hoc mistico dierum numero ob aequalis vitae meritum in unam aeternae beatitudinis requiem hos tantos patres a mundi huius voragine esse conceptos. Migrant igitur, migrant ad Dominum[b] factorem suum felices iustorum animae, multiplicibus pietatis 1 Petr. 2, 5 studiis exercitatae. Vivi utique lapides ad caelestis Iherusalem aedificium colliguntur, et malicia remanentium exigente, hi qui tenero gregi multo adhuc tempore poterant prodesse, heu nimis festine subtrahuntur.

73. *Quod Lethgia tanto pastore orbatur.*

Relinquit itaque ex matre filiam filio beatam, ac postmodum eodem patre multo beaciorem[c], miseram pastor bonus cum pupillis suis Lethgiam. Quae etiam si lapides possent lacrimas fundere, inrecuperabile ablati Wazonis dampnum nequaquam sufficienter valeret plangere, quippe cui post Deum hoc noscitur debere, ut singulari[d] nominis praerogativa inter maiores circumquaque urbes sola vocaretur[e] fons sapientiae. Quae autem regio tam abstrusa in terris, quam pervolitante fama Wazonis Lethgiae nomen non penetraverit? Parum est quod trifida te celsam tanto patre novit Gallia. Te alpina gerens corpora, nequaquam ignorat Germania. Experimentum acceperunt gloriae tuae Pannonii 25 et nichilominus Hiberi. Nec latet extremo diffusos[f] orbe Brittannos[25], Aquitanos cum Arvernis[g], tanti rectoris auctoritate quam alte caput extuleris. Tibi cedunt prae pontificis virtute circumcirca urbes nobilissimae, set nec Roma olim potens indignum ducit se tua superari gloria, quae moderno tempore ex orthodoxis neminem huic tuo parem habuit superstitem. At nunc heu tanto pastore viduata, stas magni nominis umbra, et adhuc prioris famae tenore multos studii[h] amatores ad opinatum disciplinae invitas 27 gymnasium[27], sperantes se cum liberali studio victus et vestitus solatus[h*] gratuito sustentari. Ea enim spe patriae finibus se excitos autumant, credentes illis referentibus, qui talia praesentes apud nos experti forent; qui plerumque litterarum exercitio non frustra expetito, cum solus Wazo omnes recipere solitus esset, et omnia subpeditare, quod fateri[i] rubor[k] est et negare fallatia, nullus eorum ab omnibus nobis huius loci indigenis sustentatur. Adeo pietatis opera, quae unus indeficienter agebat, omnes simul exercere etsi volumus non possumus.

74.[l] *Apostropha ad Lethgiam ut*[m] *religionem teneat.*

Age ergo nunc, o dulcis Lethgia, si qua est tibi cordi aut[n] pietas in Deum aut honestatis amor ad seculum, ardentissime, queso, saltem antiquae religionis vestigia amplecti contendito, quia etsi orbata es patribus, pro ipsis tamen nati sunt tibi filii, quos omnipotens Deus, licet adhuc teneros et rudes, exemplo bonorum patrum ad sanctae religionis culmen potens est informare. Tibi enim, Domine, derelicti sunt pauperes, pupillis tu eris adiutor. Sed est quod inter haec, o dulcis nutricula, in cuius gremio ego inter tot[o] verae philosophiae tyrones solus inutilis vernula coalui, paucis es admonenda, ne dona Domini tui, si qua tibi sunt, meritis tuis arrogare incipias, sed pocius temet estimatione infirmitatis tuae omnium aecclesiarum pedibus substernas et maxime matris tuae sanctae et venerabilis Coloniae, quam Dominus post urbem Romam tum infinito diversi generis sanctorum numero, tum iocundissime distincta sanctae religionis corona dignatus est insignire. Hanc tu venerare ceu dominam, ut te non dedignetur agnoscere filiam, quatinus te pro humilitatis[p], illam pro karitatis remuneratione ethereus ille claviger, praevius ambarum dux et patronus cum utrarumque ovibus ad gaudia Domini sui intromittat, et ad videndum Deum deorum in Syon in caelestis Ierusalem sedibus componat, praestante 1 Timoth. 6, 16. ipso Deo vivo et vero, qui unus in trinitate et trinus in unitate, solus habet inmortali- 1 Timoth. 1, 17. tatem et lucem habitat inaccessibilem. Cui regi saeculorum inmortali, invisibili, soli Deo honor, laus et gloria in secula seculorum. Amen.

a) reddidit 3. 4. b) deum 2. 3. c) *ita* 4. beaciore 1. 2. 3. d) singularis 4. e) uacaretur 1. 2. 3. f) *legendum* divisos. g) avernis 2. 3. h) studui 1. h*) solatu? i) *ita* 4. fatim 1. 2. 3. k) *corr.* 1. l) *deest* 2. m) ut r. t. *desunt* 3. 4. n) *deest* 4. o) *deest* 4. p) humilitates 2. 3. humilitate 4.

23) Consonant lib. emortuales Stabulensis et Leod. ap. Chapeav. I, 310. Aegidius hunc servavit versum, quem in Wazonis sepulcro suo tempore reperto legi affirmat: *Ante ruet mundus quam surgat Wazo secundus.* 2. Id. Iul. *Olbertus* in necrolog. Stabulensi notatur.

24) Cfr. gesta abbatum Gemblacens. Dachery II, 767.

25) Virg. Ecl. I, 67.

27) Cf. Adelmanni rythmi alphabetici de viris illustr. sui temporis. Mabillon veter. anal. 382.

EX CHRONICO S. BENIGNI DIVIONENSIS.

EDENTE G. WAITZ, PROF. PUBL. KILONIENSI.

Ex amplo illo chronico monasterii S. Benigni Divionensis, quod saeculo XI. medio scriptum tum amplissimam rerum Francicarum narrationem ex fontibus notissimis haustam continet, tum quae in monasterio et circumiacente regione gesta sunt, donationes, traditiones aliaque eiusmodi laudabili sollertia tradit[1], *huic scriptorum Germanicorum collectioni nonnisi brevissimum fragmentum*[2] *inserendum duximus, quo res ab Halinardo, primum abbate Divionensi, postea archiepiscopo Lugdunensi, in curia imperatoris et paparum gestae explicantur. — Chronicon iam non ultra eius mortem productum est, et quamvis in fine codicis autographi*[3], *ad cuius fidem a.* 1837 *Divione hanc libri partem diligenter recognovi, folia aliquot deesse videantur, saeculo tamen XI. medio eum scriptum esse satis apparet, ita ut auctorem coaevum et rerum quas narrat bene gnarum agnoscas.*

Integrum chronicon a Dacherio ex apographo nimis vitioso editum est (Spicilegium I. p. 353. *ed.* 2. *II. p.* 357.*), hoc vero fragmentum etiam apud Mabillonium (Act SS. VI,* 2. *p.* 35.*) et Bouqueti continuatores (XI, p.* 12.*) legitur.* *G. WAITZ.*

(Halinardus) . . . . diligebatur quam plurimum a regibus Francorum Rotberto et Heinrico. Sed et Chonradus imperator et eius filius Henricus caesar nimio illum venerabantur affectu. Unde factum est, ut Lugdunensi[a] sedis vacante antistite, ab ipso Henrico imperatore, eo quod olim sibi cognitus et pro religiosa conversatione ac fama 1041. sanctitatis erat valde dilectus, oblatus est ei honor illius episcopatus. Ipse vero grave pondus procellosi culminis per custodiam refugit humilitatis, obtendens, se monachum ad tantum honus nequaquam fore idoneum. Erat tunc in clero Lingonensi quidam clericus, nomine Odulricus, aetate pariter ac sancta conversatione provectus, litteris adprime eruditus, qui tunc in palatio regis aderat, sed tamen principi non plene cognitus. Hunc

a) lugdunense *corr.* lugdunensi *c.*, *rec. manus scripsit* lugdunensis.

1) cf. Hist. liter. VII. p. 455.

2) Alium locum hic exhibere iuvat: *Chunigundis etiam imperatrix, uxor Henrici cesaris, pro requie animae predicti principis dedit duas libras auri, insuper et omnes gemmas ipsius calicis cum patena, studuitque facere vas elegantissimum, ut per hoc recolatur per aevum.*

3) de quo v. Archiv VII. p. 443.

domnus pater noster Halinardus suasit expetendum; quem et sapientiae ubertas et senectutis commendabat dignitas. His renunciatis regi verbis, miratus vel quod oblatum honorem sacerdotii tam vili penderet, vel quod in se denegabat pro alio tam sollicite expetebat, assensit, et episcopatus dignitatem memorato domno Odulrico concessit. Quem ipse pater usque ad sedem deduxit, et queque in obsequio illius competebant, acsi unus ex familia ipsius, procuravit. Qui rexit Lugdunensem aecclesiam per annos 5, verbo et exemplo bonorum operum instruens animos subditorum. Postmodum a quibusdam malivolis et invidis perpessus insidias, quem ferro non potuerunt, veneno peri-
1046. mere non detrectaverunt. Sicque occisus, ceteris sanctis pontificibus ibidem quiescentibus est adgregatus.

Tum demum vox totius cleri cum consensu populi, ut ad hoc culmen suscipiendum colla submittat, hortatur, utque pastoris curam in iis gereret, deprecatur. Ad imperatorem legationem mittunt; ut domnus Halinardus pontifex eis detur, exposcunt. Imperatoris praeceptum mittitur; ut domnus[a] Halinardus inthronizetur, praecipitur. Sed eius animus robore firmatus divino, nequaquam ad hec flectitur, quousque apostolici papae
4 conventus est litteris. Iohannes cognomento Gratianus[4] tunc residebat in sede apostolica. His[b] ut comperit eum[a] nolle adquiescere deprecantium votis, misit ad eum, precipiens auctoritate pontificali, ut oboediret precibus cleri et populi. Factus[b*] igitur apostolici compos et compar honoris, duxit apostolicam factis et nomine vitam. Eadem virtus mansit humilitatis, opere multiplicato caritatis. Omnia que agebat virtutum sapore condiebat; ut speculi fieri solet inspectione, ita se interius divina considerabat lectione, et ex hac mentis ornatus componebatur; deformitatis vero si quid deprehendebatur, iusticiae moderamine corrigebatur. Disertis viris quoties iungebatur et de scripturis, fieri ut assolet, aliquid proponebatur, libenter audiebat, prudenter et verecunde respondebat. Prava vero si qua proponebantur, non acriter sed ingenuo pudore confutabat, non callida argumentatione disputantem[c] contra se superando, sed per venerabilium doctorum exempla benigne docendo. Tunc dicta orthodoxorum tradebat ad medium cum euangelicis et apostolicis tonitribus, atque in hunc modum et eruditissimus declarabatur et elationis[d] [vel eruditionis] iactanciam fugere videbatur. Iurare omnino cavebat, ne forte periuraret. Unde, quid in palacio imperatoris egerit, silendum non est.

Henricus tercius imperator Burgundiae regnum gubernabat. Rodulfus enim Burgundiae rex sine liberis existens, Henricum secundum cesarem heredem regni fecit; post quem ad Chonradum pervenit imperium. Hic sororem predicti regis, nomine Gislam, habuit coniugem, de qua genuit tercium Henricum; cui ex successione paterna iure provenit regnum Burgundiae. In cuius regni termino sita est Lugdunum civitas, quam Lotharius Francorum rex dedit in dotem sorori suae Mathildae reginae, quam despondit Chonrado Burgundiae regi, patri supradicti regis Rodulfi. Igitur propter
Aug. donum episcopatus domnus Halinardus ad hoc electus, Henrici cesaris curiam adiit, et cum eo episcoporum qui erant suffraganei legati archidiaconi, atque ipsum pastorem querentes Lugdunenses clerici. Imperator, ut moris est, propter datum honorem episcopii requisivit ab eo fidei sibi debitae sacramentum. Horum verborum donnus Hugo archiepiscopus Chrisopolitanus erat sequester ac mediator. Ille, his auditis verbis, respondit: *Si regis aeterni et regulae quam iureiurando promisi praecepta postposuero, que mihi fides erit, ut imperatoris iuramentum custodire debeam? Dominus enim dicit in euangelio,*
Matth. 5,34. *Cap. 4. inst. 27 et 22. *non iurare omnino. Et regula patris Benedicti praecipit* monacho non iurare et a saeculi actibus se facere alienum.* Hec renunciata regi, miratus et amplectens animo eius constantiam, volens tamen probare perseverantiam, dixit, nequaquam se illi dare pontificatum, si non oboediret suis preceptis. At ille ait: *Melius est mihi numquam accipere sacerdotium, quam transgredi Dei mandatum.* Ad hec episcopi illarum partium, et
5 maxime Sigebaudus episcopus Spirae, ubi[5] haec gerebantur, insistebant, dicentes: *Quis est hic, qui presumpsit in palatio principis mandatis eius non oboedire, quod nostrum nemo umquam facere ausus fuit? Aut iuret fidem regi, aut abiciatur.* Verum Theodericus epi-

a) *superscr. c.* b) *i. e.* Is. b*) Factus apostolici compos et compar honoris Duxit apostolicam factis et nomine vitam *sunt versus epitaphii.* c) c. se d. *corr. eadem manu* d. c. se *c.* d) elationis *superscr.* vel eruditionis *ita ut alterum pro altero ponatur c.*

4) i. e. Gregorius VI. 5) Regem mense Augusto Spirae fuisse ostendit diploma ap. Boehmerum Reg. a. 1046.

scopus Mettensis et Bruno Leuchorum episcopus ac Richardus episcopus Virdunensium, 1046. ipsius amici existentes, suadebant principi, non debere pro hoc molestiam inferre religioso viro, cuius animum in fide et ceteris virtutibus constantem scirent. Ad haec imperator ait: *Suadete illum, si non vult sacramentum facere, vel ad hoc se proferat, ut videatur fecisse, ne mos patriae nostrae adnulletur.* Respondit ille: *Tantumdem est si simulavero acsi fecerim; absit hoc a me!* Imperator videns eum sic firmum, noluit amplius inquietare illum, solummodo verbo et promissis ipsius fidem assentiens, dedit ei quod petebatur. Ac in sua presentia fecit illum ordinari, dans ei queque fuerunt sacerdotali benedictioni necessaria. Et non solum ipsi vel ceteris episcopis, sed etiam levitis ac ministris altaris ita preparabat omnia, scilicet vestimenta, libros, linteamina ac queque necessaria, acsi esset non princeps sed famulus. Erat enim isdem religiosus rex valde aecclesiasticus et circa divinum cultum devotissimus. Ordinatus est autem venerandus pater Halinardus per manus domni Hugonis archiepiscopi Chrisopolitani, in loco qui vocatur Herbrestinc[6] lingua Teutonica, quod in nostra Bonas-mansiones signat, anno 6 ab incarnatione Domini 1046.

Eodem anno perrexit memoratus princeps Romam, ibique tunc suscepit coronam imperii, die[a] natalis Domini, per manus Clementis papae, quem ipse imperator ordinari iussit, et fecit deponi Iohannem, qui tum cathedrae presidebat, et Benedictum atque Silvestrum, qui in concilio tunc abito, examinata eorum culpa, inventi sunt non solum simoniaci sed etiam pervasores aecclesiae Christi. Huic concilio interfuit ipse domnus Lugdunensium archipresul atque memoratus Hugo archiepiscopus, aliique plures ex diversis partibus coadunati episcopi. Fuerat ei consuetudo Romam orationis gratia frequenter pergere, ut sanctorum apostolorum ac martirum, qui urbem illam protegunt, patrocinia imploraret. Erat namque eius voluntas, ut, si fieri posset, ibidem Deo animam redderet. Quapropter non est fraudatus a desiderio suo, sed ut voluit ita ei Dominus concessit. Defuncto memorato papa Clemente, Romani petierunt eum ab impe- 1047 Oct. 9. ratore. Hoc namque a Romanis imperator, data peccunia non parva exegerat, ut sine eius permissu papa non eligeretur[7]. Ille cognita voluntate principis ac populi, dissimu- 7 lavit ire ad curiam, donec tardante eo alter eligeretur; diligebant enim eum valde Romani propter facundiam oris sui et affabilitatem sermonis; ita enim proferebat vernaculum sonum loquelae uniuscuiusque gentis, quousque latina penetrat lingua, hacsi eadem patria esset progenitus. Domno igitur Leuchorum episcopo Brunone, qui apellatus est Leo papa, ordinato[8], evocatus est ab ipso Romae ad concilium domnus archiepi- 1049. scopus Halinardus, simulque omnes episcopi Galliae, ad pertractandum inibi de statu et correctione sanctae aecclesiae. In ipso anno ipse domnus papa perrexit Franciam, et Remis habuit concilium episcoporum, sicut iam diximus[9]; fuit cum eo predictus pater noster; Oct. tuncque fuit translatum corpus sancti Remigii ab ipso domno apostolico et episcopis qui ibi adfuerunt, et aecclesia ipsa sacrata. Item anno tercio predictus papa habuit concilium 1050. in urbe Roma, quo affuit praefatus praesul, indeque iterum Galliam properanti comes Apr. individuus extitit. Veniens vero ad civitatem Lingonas, ordinavit ibi im[b] presentia papae Oct. domnum Arduinum episcopum, pro illo qui fuerat eiectus. Rursum sequenti anno Romam pergens, cum ipso domno apostolico properavit Beneventum et Capuam, Montem Casi- 1051. Iul. num atque Montem Garganum ad sanctum Michaelem archangelum. Ideo namque pre- Aug. dictus papa perrexit illas in partes, ut habitatores terrae illius, si posset, aliquo modo relevaret ab oppressione, qua nimium erant gravati a Normannis. At quia domnus presul Halinardus prepotens erat in verbis, et ad suadendum quodlibet lingua sufficiebat, propter hoc, ut mediator et legatus pacis inter predictos Normannos et ipsum esset, domnus apostolicus secum duxit eum. Inde regressus, quoniam ad colloquium impera- 1052. toris, qui tum forte erat in finibus Ungariae, properabat: iussit eum[c] predictus papa Romae residere, donec ipse rediret. Erat in eius comitatu iam dictus Lingonensis episcopus Hugo. His penitens eorum quae haut[d] secus egerat, domnum expetiit papam,

a) d. n. d. *eadem manu in marg. add. c.* b) *ita c.* c) *superscr. c.* d) aut *corr. eadem manu* haut *c.*

6) cf. Mon. SS. V. p. 41. 7) cf. quae Giesebrecht Ann. Altah. p. 130. ex Petri Damiani operibus attulit. 8) Auctor Damasum II, Clementis II. successorem, praeterit. 9) in priore chronici parte d'Achery ed. 2. p. 390, ubi in hoc concilio Hugonem episcopum Lingonensem depositum esse narravit.

1052. ut de commissis modum penitentiae et absolutionem delictorum imploraret[a]. Ipse vero apostolicus, sicut erat misericors et benignus animo, ut vidit eum vere penitentem et afflictum, condolens ei statim indulsit, dicens sufficere ad penitentiam ea[b] que passus fuerat; habeuntem quoque post absolutionem delictorum muneravit amplissime, dans insuper licentiam recipiendi episcopatus.

Venientes ergo Romam, domnus archipresul Halinardus, valefacturus ipsi et ceteris sociis, discubuit cum eis ad mensam, ubi oblatus est ei piscis a quodam falso amico, veneno infectus. Ex quo omnes qui perceperunt, tam ipse quam ceteri, vel infra octo dies mortui sunt vel post longam egritudinem consumpti obierunt. Duo monachi ex
Iul. 29. hoc loco[10], qui cum eo erant, hoc cibo interfecti sunt. Obiit[c] 4. Kal. Augusti, anno ab incarnatione Domini 1052, peractis in pontificio annis 7, in regimine huius loci annis 20. Precepit se poni ad Sanctum Gregorium ad Clivum Scauri; illum enim locum domnus papa concesserat ei ad manendum. Sed nobiles Romani, qui ad visitandum eum venerant dum viveret, ad Sanctum Paulum deferri iusserunt corpus, ibique honorificę traditus est sepulturae ad levam partem aecclesiae, et arcus super tumulum eius edificatus . , . . .

a) impetraret *corr.* imploraret *c.* b) *superscr. c.* c) Obiit — XX. *in marg. post add. c.* 4. Kal. Aug. *etiam posterius insertis.*

10) S. Benigni.

GUNDECHARI

LIBER PONTIFICALIS EICHSTETENSIS.

EDENTE L. C. BETHMANN PH. D.

Gundechar sive Gunzo, patre Reginhero matre Irmingarda[1] *natus die* 10. *Aug.* 1019, *Eichstadii ab infantia doctus et enutritus*[2], *post canonicus ibi et capellanus Agnetis imperatricis, die* 20. *Aug.* 1057. *episcopus designatus, die* 27. *Decembris Polidae consecratus, cathedram Eichstetensem decimusoctavus per totidem annos tenuit usque ad transitus diem* 2. *Aug.* 1075. *sepultus in ecclesia cathedrali. Anno autem* 1309. *a Philippo episcopo translatus, ob multa quae per eum fieri videbantur miracula a populo beati nomen meruit, tantamque venerationem, ut a.* 1316. *ipse imperator Ludovicus lumina ad eius sepulchrum institueret. Vir integerrimus, omnibus carus, subditorum* „non dominus, sed pater benignissimus“[3], *ab omni cupiditate alienus*[4], *summae modestiae, alienis negotiis numquam se immiscens, sed ante omnia ecclesiastici muneris officiis et veris gregis sibi commissi commodis adeo intentus, ut praeter cetera quae fecit per sedecim annos centum viginti sex ecclesias ipse dedicaverit; pastor denique bonus,* „cuius tota semper erat intentio, omnia sua in usum suae convertere ecclesiae“[5]. *Inter haec a.* 1071. *exeunte vel ineunte* 1072[6]. *Ordinem conscribi fecit suis sumptibus et in choro S. Willibaldi reposuit, qui liber* P o n t i f i c a l i s *vocatus, nunc etiam in sacrario eiusdem ecclesiae religiose servatur. Liber maximae formae, foliorum* 204 *quaternionibus* 26 *comprehensorum, binis columnis, una manu splendidissime exaratus, calamo ab initio usque ad finem continuo, multis versibus et vero foliis minio scriptis, litteris initialibus auro atque coloribus distinctis, fol.* 7 *sqq. post titulum cum formula traditionis continet nomina episcoporum Aureatensium et ecclesias a Gundecharo consecratas; fol.* 13 *ordinem ecclesiasticum secundum Romanos et*

1) Ita ipse in Kalendario Non. Iul. et 12. Kal. Nov. Raderi opinio, Gundecharum ex gente Nassaviorum dynastarum fuisse, fundamento caret, unico Toutae nomini innixa; unde iam Boschius in Actis SS. Aug. I, 178. eam reiecit. 2) Anonymus Haserensis c. 2. 3) Verba sunt cleri Eistetensis in charta in Actis SS. l. l. p. 182. 4) Ne unam quidem per totum sessionis suae tempus a rege quaesivit donationem, tempore quo Anno atque Adalbertus innumera sibi dabant. 5) iterum verba cleri in illa charta. 6) nam f. 10. dedicatio ecclesiae Haserensis, Kal. Oct. 1071. facta, eodem calamo continuo atque atramento exarata est, quo totus liber; scriba igitur post illam demum dedicationem calamum sumsit. Dedicatio autem capellae S. Michaelis, 6. Id. Iul. 1072. facta, in f. 11'. post inserta est, codice iamiam absoluto.

secundum Gallos, examinandum ei qui rituum in ecclesia Germanica historiam aliquando componet; fol. 123. kalendarium cum necrologio variisque tabulis ad computum pertinentibus; fol. 138. indicem differentiarum musicarum; fol. 143—204 benedictiones et orationes. Cui codici ut introitum daret sancto cui destinabatur loco digniorem, Gundechar praeposuit fol. 1—6, in quibus post crucem litteris compositam et post novam dedicationem priori ampliorem, imagines pingi curavit Salvatoris inter angelos sedentis, crucifixi, sanctorum duodecim dioecesis Aureatensis tutelarium, denique 17 suorum praedecessorum suamque 18[am]*. Quibus singulis singulos versus minio superponi fecit; episcopis praeterea annos sessionis atque dies emortuales adscribi ex catalogo iam fol. 7 inserto. Libro absoluto et iam in choro S. Willibaldi posito, Gundechar ipse postea manu propria nitidissima hic illic quaedam inseruit, scilicet fol. 1'. 204. 204'. nomina episcoporum et canonicorum suo tempore defunctorum; fol. 122 excerptum ex canonibus; fol. 127. 128. quaedam in kalendario. Ab aliis suppleri fecit fol. 11'. dedicationes ecclesiarum libro iam confecto factas, fol. 121. 122. excerpta quaedam canonum.*

Ita librum Gundechar moriens ecclesiae suae reliquit, ubi per saeculum intactus remansit. Primus qui aliquid adderet, fuit Otto episcopus a. 1182—1195. Hic in fol. 11. 12. vario tempore adiecit ecclesias quas ipse dedicavit, numero 107. Gundechari imagini adscripsit diem transitus, et in sequenti pagina, a Gundecharo vacua relicta, eodem plane modo quo ille inceperat sex successores eius pingi fecit, in folio 6. assuto summo septimum et se octavum, quibus singulis et versus et annos addidit, in omnibus accuratissime Gundecharum imitatus. — Alius statim post mortem Ottonis diem eius obitualem imagini adscripsit, idemque in vacua pagina fol. 12'. 13. annales brevissimos inseruit, quos infra proponemus. — S e c u n d u s continuator intra a. 1229—1234. in fol. 6* ab Ottone assuto sub huius imagine tres eius successores pinxit diverso paululum a praecedentibus modo, uno tecto turrito comprehensos, arte pictoris maiore, cura in versibus adiectis minore. Annos omisit. — K o n r a d u s d e K a s t e l canonicus Eichstetensis, a. 1244. duernionem praefixit, cui inscribi fecit indicem codicis et acta litis de praesidio concilii Maguntini a. 1243. cui ipse interfuit*[7]*. His ipse a. 1256. manu propria subiunxit brevem notitiam de elemosynis in translatione sancti Willibaldi collectis; paulo post ampliorem de*
8 *eadem translatione atque de miraculis narrationem*[8]*; eodem fere tempore atque calamo fol. 13. continuavit quae post Ottonis mortem ibi inserta fuerant; fol. 204' Gundechari catalogum defunctorum canonicorum ad sua usque tempora deduxit; fol. 122'. inter lineas et in spatio vacuo scripsit* „Anno D. 1015 — revixit;“ *fol. 123—128. per kalendarium plurima hic illic notavit, repetens plerumque quae iam alibi scripserat; fol. 5. 6. 6*. ad imagines episcoporum annos quos Gundechar omiserat, de suo supplevit, multaque alia margini aspersit. Sed haec omnia per totum librum tam inordinate sunt coniecta tamque confusa, toties repetita, tot denique tantisque erroribus horrida, ut cautissime tantum legi debeant nec fides ipsis haberi nisi ubi aliis testimoniis confirmantur. — T e r t i u s continuator paulo post a. 1279. in fol. 6*. verso sex sequentes episcopos pingi fecit versusque superscripsit, plane ut Gundecharius.*

Hi tres in omnibus fere Gundechari vestigia presserunt. Sed novam pror-

7) Numeratur inter testes eiusdem chartae. Ipse manu propria subnotavit: *Konradus de Kastel me fecit scribi in concilio generali anno MCCXLIIII.*

8) cuius priorem partem edidit Gretser in catalogo epp. Eichstet. p. 475.

sus viam et quam sequentes omnes tenuerunt, a. 1297. *quartus ingressus est. Hic novum folium inseruit, quod medium Reimbotonis episcopi imagine ornavit praecedentibus longe maiore; ad margines non iam versum, sed vitam contexuit sat amplam calamo continuo. — Quintus, Thomas notarius Chunradi episcopi, a.* 1305 *vel post duo iterum folia inseruit, in quorum altero Chunradum, in opposito comitem Gebhardum episcopo castrum suum Hirsperg offerentem repraesentavit, margines vitis eorum destinavit. Postea in pagina sequenti Iohannem posuit, itidem cum vita breviori. Idem etiam per fol.* 5. 6. 6*. *additamentis Konradi nova adiecit, et miraculorum Gundechari a.* 1309 *factorum narrationem in quattuor foliis indici praefixit*[9]. *— Sextus continuator,* 9 *Thomam imitatus, et pictore usus eodem, Marquardi vitam et imaginem a.* 1324 *condidit in novo folio, cuius primam paginam vacuam reliquit. — In hac septimus a.* 1355. *vitam Philippi supplevit, ad imaginem sat rude pictam in qua novo genere episcopus repraesentatur non iam solus, sed populo benedicens infra prostrato. Idem auctor eodem calamo post sexti continuationem vitas Gebhardi, Friderici, Heinrici, Alberti subiecit cum imaginibus ab eodem quo Philippi pictore factis; in quavis episcopus post cuius sedem duo vasalli conspiciuntur, iuramentum recipit capituli. — Octavus a.* 1365 *Bertholdi vitam atque imaginem addidit, calamo continuo, ut et sequentes omnes fecerunt; nonus Rabuonis a.* 1383; *decimus Friderici IV. a.* 1415; *undecimus Iohannis II. paulo post a.* 1429; *duodecimus Alberti II. a.* 1445. *pictore eodem quo praecedens; tertius decimus a.* 1464 *Iohannis de Eych, perpulchre picti. Anno* 1496 *Leonhardus Angermair vitam Wilhelmi episcopi, cuius capellanus et confessor fuerat, composuit iubente episcopo Gabriele, qui et imaginem Wilhelmi ante altare prostrati fieri curavit a pictore vere praestantissimo. Ab eodem pictore Gabriel intra a.* 1501 *et* 1521. *se ipsum repraesentari fecit, in ecclesia Bambergensi a.* 1501 *Vitum Truchsess in episcopum consecrantem, praesente Friderico duce Saxoniae multisque aliis ad vivum depictis; quae pictura et arte et colorum splendore omnium pulcherrima eadem codicis ultima est. Iubente Mauricio, post annum igitur* 1539. *quintus decimus continuator Gabrielis et Christophori vitas breves subiunxit, huius imagini locum relinquens; sed defuit pictor. Sextus decimus Mauritium, Eberhardum, Martinum, Casparum, Iohannem uno calamo breviter complexus est post a.* 1612; *septimus decimus Iohannem Christophorum a.* 1637; *decimus octavus Marquardum II. post* 1685; *decimus nonus a.* 1697 *Iohannem Eucherium. Reliquis membrana vacat.*

Liber pontificalis iam statim post Gundechari obitum exceptus fuit ab anonymo Haserensi; dein a. 1471. *vel paulo post a monacho Blankstetensi, qui ex ipso, ex anonymo Haserensi et ex Adalberto Heidenheimensi compilavit* „Librum episcoporum Eystettensium“ *satis ieiunum, de suo nil fere addens nisi versus aliquot nil dicentes, nullius prorsus utilitatis*[10]; *saeculo XVI. ab auctore* 10 *chronicae Eistetensis vernaculae, quae tota inde fluxit*[11]; *post a Bruschio, Häuslero, Gretsero, Leubl, Falkenstein. Edita ex eo fuerunt nonnulla a Gretsero*[12], *sed excerpta tantum hic illic per opus dispersa; alia quaedam a* 12

9) edita in Actis SS. Aug. I, 181. Thomas ipse annotavit: *Ego Thomas notarius d. episcopi hec miracula scribi ob istius incliti presulis reverentiam procuravi.* 10) Extat in ultimis decem foliis codicis olim Blankstetensis postea capituli Eichstetensis n. 31. ch. qu. s. XV. 11) Legitur in libro a. 1801. ab archivario capituli, Jung, conscripto, quem habet V. A. Rev. David Popp. 12) in libro: *Philippi Eystettensis de eiusdem ecclesiae divis tutelaribus commentarius . . . . cum catalogo episcoporum . . . . ed. I. Gretser. Ingolstadii* 1617. 4°.

13 *Boschio*[13]*; integrum Gundechari opus nunc primum prodit ex ipso libro, quem e sacrario S. Willibaldi depromptum Vir Admodum Reverendus et ob egregiam qua me prosecutus est benevolentiam grato semper animo mihi colendus, David Popp, ecclesiae cathedralis Aureatensis praepositus atque vicarius generalis, his ipsis diebus gratiose mecum communicavit. Propono inde opus, quale Gundechar moriens illud reliquit, omissis tamen quae ad officia ecclesiastica spectant; quae non sunt Gundechari. Additamenta imaginibus apposita in notas reieci; reliqua per librum hic illic sparsa in unum collegi, Konradi maxime, reiectis tamen quae ab hoc bis terque repetita nemini desiderium movebunt. E continuationibus tres tantummodo priores hic subieci brevissimas adeoque Gundechari simillimas, ut nisi huic annexae, per se prodire non possint; reliquas ampliores cum saeculi quartidecimi scriptoribus edendas reservavimus.*

Aureati, die 2. *Ianuarii* 1845.

L. C. BETHMANN.

fol. 2.

```
                      P E R C R V C I S
                    S V L A S A S A L V S
                      L A S A T A S A L
                        S A T R T A S
                     AV T R E R T DE
                      G R E C E R NT
                      A E C I C E QI
                      R C I H I C RI
                      Œ I H I H I AC
      M                E H I M I H VS                 M
    F V I                                           V M O
    V I G V N Q V O R I M X M I Æ L E N A E C V M̄
    G G V F E R I H I M X V X D O M I N I M E C E
    I V F E R I H I M X V R V X D O M I N I M E MA
    A F E R I H I M X V R C R V X D O M I N I M L
    T V F E R I H I M X V R V X D O M I N I M E I
   ꝯP G V F E R I H I M X V X D O M I N I M E C G
    C I G V N Œ N I S S E X E S E S T C A E C V N
   VL V I              S T S E S T R              V M V̄
      M                E Q T S T Q I                M
                       D V Q T Q V S
                       A A V Q V A M
                       T M A V A M A
                       V̄ S M A M S B
                       QI E S M S E E
                       B M E S E M A
                       V P M E M P T
                       S E P M P E V
                        A R E P E R A
                      O D A R E R A D O
                    O R O D A R A D O R O
   14                H O C S I G N U M   14
```

fol. 3. Gundecar peccator, sanctae Aureatensis aecclesiae non suis meritis, sed divina ordinante clementia octavusdecimus episcopus, hunc ordinem satis utiliter colligere et

13) In Actis SS. Aug. I, 175 sqq.

14) Haec crux effigies est crucis argenteae, quam Gundechar in collo gestare solitus erat, ut infra fol. 9'. dicit; de qua cruce cf. Acta SS. Aug. I, 181. Eandem ipsa qua hic forma Gundechar et in prima pagina Burchardianorum canonum exarari fecit, quos canones una cum libro pontificali ecclesiae dedit, unde iam in bibliothecam seminarii Eichstetensis transierunt, n. 48. signati, formae maioris. Utebatur igitur hac cruce quasi signo vel ut ita dicam symbolo (Wappen). Litterae in codice alternatim rubrae atraeque hos dant versus:

Crux mihi certa salus, crux est quam semper adoro;
Crux Domini mecum, crux mihi refugium.
Per crucis hoc signum fugiat procul omne malignum;
In quo revera gaudent Quiriacus Helena,
Invenisse datum quibus est carisma beatum.

ex propriis impensis conscribere fecit, et conscriptum ad altare sancti Willibaldi Christi confessoris scilicet in eodem loco corporaliter quiescentis, et ad servitium sancti Salvatoris tradidit pro se ipso et pro omnium debitorum suorum remedio, maxime autem pro antecessorum suorum episcoporum refrigerio, pro quorum sacra reverentia et condigna memoria imagines eorum et nomina et tempus quod in ordine episcopali vivebant, diesque discessionis eorundem hic annotare curavit, ut et ipsi apud Deum assiduis precibus illum adiuvare dignentur.

Laudat in excelsis te sanctum spiritus omnis; fol. 3'.
Te Cherubin laudat, Seraphin te semper adorat;
Et prece continua *Sanctus* clamant et *Osanna*[a].

Mortificat Iesus mortem, quam contulit esus,
Et super astra vehit victor, quae victa redemit.
Discipulum matri Dominus dat sub vice nati,
Et matrem nato propriam dat huic sibi caro[b].

Constituit vitae Deus hos exemplar utrique, fol. 4.
De quibus hoc mundo sonuit vox ore rotundo.
Sparsa fides verbis in eis nec mansit inermis.
Gundekar antistes vix tali nomine dignus
Me precibus sacris rogo de viciis reparetis[c].

Willibalde tuis fer opem per dona salutis.
Esse Bonifaci fac nos bonitate capaci.
Wunnebalde tuos rege cum cunctis Svalaveldos.
Nos Waltburga Deo conterminet anglica virgo.
Vite puer fortis, penae nos subtrahe mortis.
Tu prece condigna Gunthildis adesto benigna.
Sit de Dietkero plebi spes, gratia clero. fol. 4'.
Fac solem vitae nobiscum, Sola, manere.
Ulcera peccati fofeat medicina Kadoldi.
Nobis, Anno, datos fac annos esse beatos.
Deothardi votis veniat protectio nobis.
Crimine polluto veniam prece conferat Uto.

Isti sunt viri sancti, quos elegit Dominus in caritate non ficta, et dedit illis gloriam sempiternam; quorum doctrina fulget aecclesia ut sol et luna[d]: fol. 5.

Willibalde, tuos primus regis Aureatenses. Sedit a. 36. Anno inc. Domini 781. Non. Iul. obiit.
Gerhoch inde pius pascebat ovile secundus.
Tercius est Aganus caelesti dogmate plenus.
Laudibus eximius Adalunc micat ordine quartus.
Altine quos pastor sequitur virtutis amator.
Post hos Otkerus sucedebat vice sextus.

Isti quinque episcopi, Gerhoch, Aganus, Adalunc, Altune, Otker, 100 annos vivendo compleverunt[15].

a) *hi tres versus rubro exarati manu primaria, circumdant imaginem Christi inter Cherubin et Seraphin in solio sedentis, librum tenentis, dextera benedicentis.* b) *hi quatuor versus atramento scripti manu altera (Gundechari ut videtur), circumdant imaginem Crucifixi, ad cuius caput duo angeli lugentes, ad manus Maria et Iohannes, ad pedes duo milites conspiciuntur, quorum alter acetabulum fert, alter lancea latus Domini aperit.* c) *hi quinque versus manu illa circumdant imagines sex sanctorum in fundo deaurato pictas, quarum unicuique litteris rubris superscriptus est versus hexameter. Sequens pagina itidem sex continet sanctos eodem modo pictos versibusque ornatos; quos duodecim versus supra posuimus.* d) *haec litteris maiusculis scripta manu illa altera, circumdant paginam rectam fol. 5. in qua depicti sunt sex episcopi. Cuique superscriptus est versus hexameter, litteris maiusculis rubris. Sub hoc versu, ad caput sancti legitur* Sedit annos, *et sub pedibus eius annus et dies mortis, utrumque litteris minusculis nigris, manu eadem. In priori tamen pagina haec uni Willibaldo apposuit scriptor, ex catalogo infra fol. 7. iam antea exarato; de reliquis quinque nonnisi summam annorum ibi notatam invenit, quam iisdem quibus ibi legebat verbis* Isti — compleverunt *trium inferiorum episcoporum pedibus supposuit. Saeculo XIII. medio Konradus de Kastel de suo haec supplêvit, adscribens Gerhocho:* Sedit annos XX.; *Agano:* Sedit annos XVIII.; *Adalungo:* Sedit annos XXII.; *Altino:* Sedit annos XVII.; *Otkero:* Sedit annos XXIII. *Alius denique versus finem s. XV. hisce Konradi notulis ex altero Gundechari catalogo in fol. 7. scripto apposuit dies emortuales; quos omisimus.*

15. Hinc apparet, chronologiam horum quinque episcoporum iam Gundecharo incognitam fuisse; neque

fol. 5'. Isti sunt triumphatores et amici Dei, qui contempnentes iussa principum, meruerunt praemia aeterna; modo coronantur et accipiunt palmam[a]:

Septimus aecclesiam Gotescalc procurat eandem. Sedit a. 3. 882^0 anno 2. Id. Nov. ob.
Est Erchaanboldus octavus in ordine magnus. Sedit a. 21. 902^0 anno 13. Kal. Oct. ob.
Inde potestatem capit Oudalfridus eandem. Sedit a. 31. 933^0 anno Kal. Ian. ob.
Exin Starchandus regit aecclesiam venerandus. Sedit a. 32. 965^0 anno 3. Id. Febr. ob.[b]
Musicus inde locum Regenoldus rexit eundem. Sedit a. 24. 989^0 anno 2. Non. Apr. ob.
Hinc malus ipse malis Megengoz, largus egenis. Sedit a. 24. 1014^0 anno 4. Kal. Maii ob.

a) *Haec fol. 5' et 6. superscripta et subscripta sunt litteris maiusculis, nigris, manu illa altera.* b) *Konradus de Kastel addit:* quem rex Ungarie occidit in fluvio Lech ad latus episcopi Ulrici sancti Augustensis; *idemque in Kalendario ad diem emortualem Starchandi apposuit:* quem rex Ungarorum occidit. *Sed falsum. Anonymus Haserensis nil ea de re tradit c. 11. ubi certe occasio erat id narrandi; Gundechar aperte contradicit, annum mortis ponens* 965. *Qui praeter Konradum idem tradunt, omnes ex ipso hauserunt.*

recentiores quotquot ea de re scripserunt, eam valuerunt illustrare. Nostris demum diebus diligentius et ex ipsis fontibus eam examinavit reverendus eiusdem ecclesiae Praepositus, David Popp, vir et doctrinae copia et humanitatis laude praestantissimus, ex cuius Regestis episcoporum Eistetensium benignissime mecum communicatis — liber antiquae eruditionis, qui utinam mox lucem videat! — haec breviter excerpta proponere iuvat: „Über den h. Willibald ist das Wahrscheinlichste dies, dass er 741 zwar Bischof wurde, aber Episcopus regionarius, ohne bestimmten Sprengel; diesen erhielt er erst 745 durch die Stiftung des Bistums Eichstädt, und starb nicht 786, wie die Bollandisten aus zwei Fuldaer Urkunden annehmen, sondern 781. Über seine vier nächsten Nachfolger wusste schon Gundechar nichts Genaueres; die älteste und einzige Quelle, woraus man ihre Todesjahre angibt, sind die Interpolationen Konrads von Kastel am Rande ihrer Bilder; hierauf, und hierauf allein, gründen sich die sämmtlichen Angaben aller Nachfolgenden, des Interpolators in Gundechar's Kalendarium, des Mönchs von Blankstetten, der deutschen Bischofschronik s. XVI, Bruschius, Luidl's, Häusler's, Gretser's, Falkenstein's. Konrad schrieb nach 1243; seine Angaben durch das ganze Pontificale hindurch sind voll der gröbsten Fehler, besonders in der Chronologie. Woher hat er aber gerade diese Jahre der fünf Bischöfe geschöpft? Offenbar nur aus Gundechar's *centum annos vivendo compleverunt.* Er theilte diese in funf gleiche Theile, wovon er nun dem Gerhoch einen, Agano und Adalung zusammen zwei (18 + 22 = 40), Altune und Otker zusammen wieder zwei (17 + 23 = 40) gab. So sind also seine Angaben durchaus willkürlich; aber sie sind auch nachweislich falsch. Gerhoch wäre hiernach 801 gestorben, Agano 819; dieser war aber noch 822 auf der Synode zu Ergolting, vgl. Hansiz II, 125. Nagel origg. domus Boicae p. 202. Adalung's Tod 841 ist also auch nicht richtig, wenn er wirklich 22 Jahr gesessen hat. Altune soll 858 gestorben seyn; aber schon im October 847 erscheint sein Nachfolger Otker als Bischof von Eichstädt auf dem Concil zu Mainz. Hätte dieser wirklich 23 Jahr gesessen, wie Konrad angibt, so müsste er also spätestens 870 gestorben seyn; und doch setzt Gundechar seinen Tod aufs Bestimmteste in 880. Hier ist aber noch etwas zu bemerken: in einer Urkunde von Niederaltaich vom 18. Decb. 865, Mon. Boica XI, 122. heisst der dortige Abt *Otgarius abba et vocatus episcopus.* Derselbe kommt schon in Urkunden des Klosters von 857. 860. 863 vor (Mon. B. XI, 115. 117. 119. 120.), aber immer nur als *abba;* also ist er erst 865 Bischof geworden, und zwar nur in Eichstädt, weil anderswo zu dieser Zeit kein Bischof des Namens nachzuweisen ist. Da nun aber schon 847 ein Otker Bischof in Eichstädt war, und der nicht eine Person mit dem Niederaltaicher seyn kann, weil dieser im J. 863 nur *abba* heisst: so müssen in Eichstädt zwei Bischöfe nach einander Otker geheissen haben, wovon der erste 865 starb, und welche Gundechar irrig zu einem einzigen macht. (Sed advertendum est, diplomata illa a. 857. 860. 863. in quibus Otkerus *abba* tantum audit, a Koppio Pal. I[a], 431 sqq. spuria iudicari; ita ut ille *Otgarius abba et vocatus episcopus* vel sic tamen idem esse possit, qui iam a. 847 episcopus fuit, significatione vocis *vocatus* satis usitata pro *qui vocatur*, seu *est.*) Godescalc's Todesjahr 882 nach Gundechar mag dahin gestellt bleiben. Erchanbold aber war noch am 8. Mai 906 in Holzkirchen am Hoflager K. Ludwigs, nach der unbezweifelten Urkunde Mon. B. XXVIII, 139, und 905 in Regensburg M. B. XI, 129. Ja bei Falkenstein cod. dipl. Eist. 17. giebt ihm 908 K. Ludwig grosse Privilegien, und bei Büttner Franconia II, 59. bestätigt K. Konrad ihm gar noch am 8. März 912 seine Privilegien. Doch ist die Ächtheit dieser beiden Urkunden wenigstens nicht ganz verbürgt. Jedenfalls aber sind Gundechar's beide Angaben falsch, folglich auch bei Udalfried entweder das Jahr 933, oder das *sedit a.* 31. irrig. Starchand starb nach dem Annalista Saxo 966, nach Gundechar 965; die noch neuerlich nachgesprochene Angabe, er sey 955 auf dem Lechfelde erschlagen, gründet sich nur auf Konrads von Kastel Zusatz zu seinem Bilde. Megingoz wäre nach Leopoldi chron. bei Pez I. „*Anno* 1012. *b. Colomannus . . suspensus . . . Peracto post passionem eius triennio . . . . a Megingaudo Aichst. ep. est tumulatus*“ noch 1015 am Leben gewesen; doch eine andre Chronik bei Pez I. setzt dies Begrabniss in 1014. Die Angaben Gundechar's über die folgenden Bischöfe sind alle sicher.“ Haec Popp. Sperandum, fore ut ex diplomatibus saec. IX. et X. ob testium nomina diligenter inspectis aliquid certius repperiatur de hac chronologia.

Hinc Gundcharus virtutum germine clarus. S. a. 5. 1019° a. 13. Kal. Ian. ob. fol. 6.
Post hunc Waltherius colit aecclesiam venerandus. S. a. 2. 1021° a. 13. Kal. Ian. ob.
Hinc Heribreht, flentem qui nullum sprevit egentem. S. a. 22. 1042° a. 9. Kal. Aug. ob.
Gezmannus paucis presul fuit inde diebus, S. menses 2. 1042° a. 16. Kal. Nov. ob.
Et post[a] hunc Gebehart, Romam[b] qui deinde regebat. S. in episc. 13, in papatu 2 a. 1057° a.
Gundekar aecclesiam presens modo dirigit ipsam[d]. 5. Kal. Aug. ob.[c]

Anno dominicae incarnationis 1019° Gundechar peccator in festo sancti Laurentii martyris natus est, anno autem 1057° episcopus electus est, anno autem 1058°[16] episcopus ordinatus est, aetate quippe 38 annorum. In designatione vero eiusdem episcopi Gundekari aderant 4 episcopi, in susceptione virgae pastoralis 14, in ordinatione vero 14. In 13. Kal. Sept. erat designatio, 3. Non. Oct. virgae pastoralis susceptio, 16. Kal. Nov. intronizatio, 6. Kal. Ian. episcopalis consecratio. De sessione vero Christo notum esse credo[e]. fol. 1.

Gundechar peccator sanctae Aureatensis aecclesiae 18us episcopus tradidit hunc librum ex propriis impensis conscriptum ad altare sancti Willibaldi Christi confessoris scilicet in eodem loco corporaliter quiescentis, et ad servitium sancti Salvatoris. fol. 7.

Hec sunt nomina episcoporum sanctae Aureatensis aecclesiae in honore sancti Salvatoris constructae.

Anno ab incarnatione Domini 781. sanctus Willibaldus Non. Iul. consortium conscendit angelorum, aetate quippe 77 annorum; sedit annos 36. 781.

Gerhoch obiit 4. Non. Febr.

Aganus obiit 8. Idus Nov.

Adalunc obiit 8. Kal. Aug.

Altune obiit 8. Kal. Mart.

Otker obiit 880[f] anno 2. Non. Iul. Isti quinque episcopi omni illorum directionis numero diligenter in unum collecto centum annos compleverunt.

Gotescalch obiit 882° anno, 2. Id. Nov.; sedit annos 3.

Erchanbold obiit 902° anno, 13. Kal. Oct.; sedit annos 20[g].

Oudalfrid obiit 933° anno, Kal. Ian.; sedit annos 31.

Starchand obiit 965° anno, 3. Id. Febr.; sedit annos 32.

Reginold obiit 989° anno, 2. Non. Apr.; sedit annos 24.

Megengoz obiit 1014° anno, 4. Kal. Maii; sedit annos 24.

Gundechar obiit 1019° anno, 13. Kal. Ian.; sedit annos 5.

Walthere obiit 1021° anno, 13. Kal. Ian.; sedit annos 2.

Heribertus obiit 1042° anno, 9. Kal. Aug.; sedit annos 20[h]. fol 7'

Gezeman obiit 1042° anno, 16. Kal. Nov.; sedit 2 menses.

Gebehardus obiit 1057° anno, 5. Kal. Aug.; sedit in episcopatu 13 annos, in papatu 2, et Victor vocatus est.

Post istos autem eiusdem sanctae Aureatensis aecclesiae Gundechar[i] fratrum ultimus, sed tamen tunc temporis dominae imperatricis Agnetis capellanus, in hanc eandem sedem 13. Kal. Sept. his subnotatis episcopis presentibus, Luitboldo Magontiacensi archiepiscopo, Widone Mediolanensi archiepiscopo, Guntherio Babenbergensi episcopo, Anshelmo Lucensi episcopo, Triburie est anulo investitus; et in 3. Non. Octobris, istis autem subnotatis episcopis presentibus, Luitboldo Mogontino archiepiscopo, Annone 1057.

a) pot *cod.* b) romam romam *cod.* c) *manus saec. XIV. addit:* Comes de Tollnstain et Hirsperg natus. *Quod falsum est, inde ortum, quod Gebhardus II. fuit comes de Hirsperg.* d) *Otto episcopus s. XII. ex. addit:* Sedit annos XVIII. MLXXV. IIII. Non. Aug. obiit. e) *haec litteris maiusculis scripta sunt, versibus alternatim rubris nigrisque.* f) *numerus in rasura, atramento pallidiori, manu ut videtur Gundechari ipsius. Haserensis quoque Anonymus* DCCCLXXX *habet.* g) *supra in fol. 5' imagini adscriptum est:* annos XXI. h) *supra fol. 6. ad imaginem:* annos XXII. i) *in summo margine scriba ipse postea haec scripsit:* Anno dominicae inc. 1019°. Gundechar peccator in festo S. Laurentii martiris natus est. Anno autem 1057° episcopus electus est. Anno autem 1058° episcopus ordinatus est, aetate quippe 38 annorum. *Et in imo margine:* In designatione Gundechari episcopi aderant 4 episcopi, in susceptione virgae pastoralis 14, in ordinatione vero 14. *Haec ex fol. 1. huc transsumsit scriba.*

16) die 27. Dec. 1057. Gundechar enim annum a nativitate Domini incipit.

Coloniensi archiepiscopo, Eberhardo Trevirensi archiepiscopo, Widone Mediolanensi archiepiscopo, Gebehardo Ratisponensi episcopo, Adalberone Wirceburgensi episcopo, Arnoldo Wormaciensi episcopo, Chuonrado Spirensi, Hecilone Strazburgensi, Rumaldo Constantiensi, Dietmaro Curiensi, Dieterico Wirtunensi, Ermenfrido Situnensi, Oudalrico Papiensi, exceptis abbatibus et alio multo clero, virga pastorali, sui ipsius cleri militiaeque et etiam familiae communi laude et voto, Spire est honoratus, et in 16[a]. Kal. Nov. in sedem episcopalem Dei
Dcb. 27. gratia inthronizatus. In die autem sancti Iohannis apostoli plus caeteris Deo dilecti, in loco qui dicitur Pfolede[17] ad summum gradum provectus est sacerdotis. Interfuit etiam suae consecrationi dominus eius quartus Heinricus rex et eius mater dilecta Agnes imperatrix augusta, cuncta ad eius ordinationem necessaria disponens pro capellano, quasi deberet pro filio. Interfuit etiam eidem consecrationi dominus Hiltebrandus, sanctae Romanae et apostolicae sedis cardinalis subdiaconus, tunc temporis in has partes ad regem Heinricum apostolica legatione functus[b]. Insuper etiam affuêre iam prefati episcopi confratres, fraternum et benignum in ordinando prebentes auxilium, Luitboldus Mogontinus archiepiscopus, Engilhardus Magadeburgensis archiepiscopus, Adalbertus Premensis archiepiscopus, Rumaldus Constantiensis episcopus, Chounradus Spirensis, Guntheri Babenbergensis, Hecil Hilteneshеimensis, Immeto Podelbrunnensis, Sizo Verdunensis, Brun Misenensis, Woffo Merseburgensis, Anshelm Lucensis, Ermenfridus Situnensis,
18 et unus de regione quae dicitur Bolani[18].

Hanc descriptionem Gundechar peccator sanctae Aureatensis ecclesiae 18[us] *episcopus fieri precepit, ut quisquis eam videat, has subnotatas ecclesias simul et altaria ab illo consecrata esse cognoscat.*

fol. 8. *Inprimis super principale altare sancti Salvatoris.* Anno ab incarnatione Domini 1060, anno autem constitutionis huius episcopii 317[c]. indictione 13. regnante quarto Heinrico rege, constructum et consecratum est hoc altare, simul et aecclesia consecrata est 5. Kal. Nov. a Gundecharo II. huius sanctae sedis 18° episcopo, ordinationis vero suae anno 3. in honore et nomine sancti Salvatoris et eius sacratissimae nativitatis[d] . . . .
19 His igitur omnibus in unum collectis proportionibus[e.19] fiunt 156.

Super altare sancti Willibaldi, quod est in medio choro. Anno ab incarnatione Domini 1060, anno autem constitutionis huius episcopii 317. indictione 13. regnante quarto Heinrico rege, consecratum est hoc altare in medio choro a Gundecharo huius sedis
fol. 8'. sanctae Dei gratia venerabili 18° episcopo 11. Kal. Aug. . . . . His igitur collectis portionibus fiunt 74.[20]

Super altare sancti Oudalrici confessoris Cristi et sanctae Gunthildis virginis. Anno ab incarnatione Domini 1060, anno autem constitutionis huius episcopii 317. indictione 13. regnante quarto Heinrico rege, constructum et consecratum est hoc altare Nonis Nov. a Gundecharo II. huius sanctae sedis 18° episcopo, ordinationis vero suae anno 3. in
fol. 9. honore et nomine . . . . Quibus collectis fiunt 88.

Super altare quod est in capella sanctae Mariae et sancti Iohannis euangelistae. Anno ab incarnatione Domini 1062, anno autem constitutionis huius episcopii 319. indictione 15. regnante quarto Heinrico rege, constructum et consecratum est hoc altare, simul et aecclesia consecrata est 16. Kal. Nov. a venerabili Gundecharo huius sanctissimae sedis 18° episcopo, ordinationis vero suae anno 5, in qua etiam die ipse primum sedem intravit episcopalem, adiuvante et cooperante domno Mantuano episcopo Heliseo, in
fol. 9'. honore . . . . Preter istas reliquias imposuit domnus episcopus in ipsum altare crucem suam argenteam, quam solitus erat in collo suo pendentem habere ad
21 missam[21]; in qua cruce subnotatae reliquiae sunt collocatae . . . . His portionibus in unum collectis fiunt 172.

Super altare ad sanctos apostolos Petrum et Paulum et reliquos. Anno ab incarnatione Domini 1064, anno autem constitutionis huius episcopii 321. indictione 2. regnante

a) *numerus in rasura.* b) qui postea Alexandro papae successit *scriba postea in margine addit.* c) *ita primo fuit; iam* CCCXVI *ex corr.* d) *quae sequuntur reliquiarum in singulis altaribus reconditarum enumerationes, hic et in sequentibus omisimus. Cf. Acta SS. Aug. I,* 175 *sqq.* e) *legendum vid.* portionibus.

17) Pöhlde, prope Herzberg. 18) Polonia. 19) reliquiarum scilicet. 20) cf. chartam de hac consecratione in Actis SS. Aug. I, 181 sqq. 21) cf. supra.

quarto Heinrico rege, consecratum est hoc altare Kal. Aug. a venerabili Gundecharo huius sanctae sedis 18° episcopo, ordinationis suae anno 6. in nomine . . . . His portionibus collectis fiunt 54.

Super altare ad sanctam Crucem. Anno ab incarnatione Domini 1064, anno autem constitutionis huius episcopii 321. indictione 2. regnante quarto Heinrico rege, regni vero eius anno 8. consecratum est hoc altare 18. Kal. Oct. a Gundecharo II. huius sanctae sedis 18° episcopo, ordinationis vero suae anno 6. in honore . . . . His portionibus in unum collectis fiunt 40. [fol. 10.]

Super altare sancti Bonifacii martyris in cripta. Anno ab incarnatione Domini 1064. indictione 2. regnante quarto Heinrico rege translatum est hoc altare de loco tenebroso ad lucidum, et consecratum est Non. Iun. a venerabili Gundecharo huius sanctae sedis 18° episcopo, in nomine . . . . His portionibus in unum collectis fiunt 26.

Super altare sancti Viti martyris in cripta. Anno ab incarnatione Domini 1064. indictione 2. regnante quarto Heinrico rege translatum est hoc altare de loco tenebroso ad lucidum, et consecratum est . . . . His portionibus in unum collectis fiunt 24.

Anno ab incarnatione Domini 1071. indictione 9, anno autem constitutionis Eichstatensis episcopii 328. regnante quarto Heinrico rege, consecratum est principale altare Haserensis aecclesiae, simul et aecclesia Kal. Oct. a Gundecharo II. sanctae Eichstatensis aecclesiae 18° episcopo, ordinationis vero suae anno 14, adiuvante et cooperante sanctae Augustensis sedis venerabili episcopo Embrichone, in honore . . . . His omnibus in unum collectis portionibus fiunt 49. [fol. 10'.]

Istas quas hic cernitis subnotatas aecclesias consecravit Gundechar sanctae Aureatensis aecclesiae 18[us] *episcopus:* Solzchirichun. Outinhoven. Geimpfingen. Idsteten. Wizenchirichen. Pemminveld. Ruite. Tegeningen. Gouliubesê. Hagenesberc. Denchendorf. Mageresheim. Stéten. Wizenburc. Ellingen. Stopfenheim. Wetelesheim. Moresbach. Tanne. Trúhemuotingen. Suaningun. Lanteresheim. Arenburen. Eschelebach. Suináhe. Owenhûsen. Hacburg. Eschinebach. Ezziliwangen. Mecchenhusen. Slawanishusen. Bergile. Eginhusen. Váche. Lerenburen. Mouenheim. Wemedingun. Wattenhoven. Troumveld. Altheim. Rote. Alderesheim. In episcopatu Mogontiacensi tres. Et in 5. Kal. Nov. consecravit ipsam sedem suam Eichstete, domum scilicet propriam sancti Willibaldi. Radispone. Reite. Lóchheim. Pappenheim. Puôch. Weistheim. Hachelingun. Et unam in Eistete ad sanctum Nicolaum. Gerungesberch. Sconenberc. Otenessâzze. Meningen. Liubenstat. Capellam sanctae Mariae et sancti Iohannis euangelistae in Eihstete. Biricchingen. Affolterpach. Berchoven. Routmundeshóven. Wachenhóven. Nenselingun. Bergen. Holenstein. Bônlanten. Rébedorf. Tollenstein. Langenrich. Puoch. Otingun. Domum sanctae Mariae Spirae. Domum sanctae Mariae Augustae. Abbatesberc. Steinberc. Wizzenloch. Foigelstal. Solenhóven. Blûmvelt. [fol. 11.] Muntelingun. Susenhoven. Salehach. Wimirisheim. Wizenburg. Ebenruith. Ad domum Richardi. Stírne. Oberendorf. Lantbirgehoven. Rochingun. Salderícheshusen. Heingi. Sitenbach. Bfrundorf. Domum sanctae Afrae et sancti Oudalrici Auguste. Domum sancti Viti Haserieth. Lellenvelt. Vinuistat. Ottingun. Schammach. Chebenhúle. Tuigingen. Hágenhusen. Alefeld. Owenhusen. Antenberch. Widenewanch. Tanhusun. Hégeberch. Abinberch. Capellam sanctae Mariae. Capellam sancti Michahelis in turribus constitutas. Witeneshaim. Anesvelt. Ouzzingun. Haimenesvurt. Giseleshaim. Tetenhaim. Egiwile. Urenheim. Onningun[a]. Zennehusen. Ruteschirchen.

Super sancti Michahelis altare in turre australi. Anno ab incarnatione Domini 1072. [fol. 11'.] indictione 10. constructa est haec capella a Gundekaro huius sanctae Aureatensis ecclesiae 18° episcopo, consecrata vero 6. Id. Iul. a Sigehardo sanctae Aquileiensis aecclesiae divina dispensante providentia venerabili patriarcha, astante et cooperante prenominato episcopo Gundekaro, in honore . . . .

Super altare sanctae Dei genitricis Mariae perpetuae virginis et sancti Iohannis baptistae et sancti Iohannis euangelistae et sanctae Mariae Magdalenae et sanctae Mariae

a) *hic scriba in media pagina calamum sistit hucusque continuum. Gundechar ipse postea* Zennehusen. Ruteschirchen. *adiecit. Seculo XII. exeunte Otto episcopus statim subiecit calamo continuo:* Hee sunt ecclesie quas dedicavit dominus Otto Eistetensis ecclesie venerabilis episcopus. Tercia die post consecrationem *etc. numero* 62. *Quibus postea, calamo toties fere resumpto, quoties singulas dedicaverat, alias adhuc 43 adiecit, ita totum paginae vacuum explens. In sequenti pagina fol.* 11'. *scriba primarius iterum pergit:* Super sancti Michahelis *etc. atramento atque habitu eodem, calamo paulum tantum mutato, sed mutato tamen.*

Egyptiacae in turre. Anno ab incarnatione Domini 1072. indictione 10. constructa est hec capella a Gundekaro huius sanctae Aureatensis aecclesiae 18° episcopo, consecrata vero 6. Idus Iulii a Gebehardo, Dei ordinante clementia sanctae Salzburgensis aecclesiae archiepiscopo, asstante et cooperante prenominato episcopo Gundekaro, in honore . . . .[a]

Super altare sancti Willibaldi in cripta. Anno dominicae incarnationis 1074. indictione 12. regnante quarto Heinrico rege haec cripta et hoc altare consecratum est 17. Kal. Iul. ab Embrichone Augustensi et a Gundekaro huius sanctae sedis 18° episcopo in honore . . . .

fol. 12. *Super altare sancti Kiliani martyris in cripta.* Anno dominicae incarnationis 1074. indictione 12. regnante quarto Heinrico rege hoc altare constructum et consecratum est 8. Idus Iul. a Gundekaro huius sanctae sedis 18° episcopo in honore . . . .[b]

f. 124. Kal. Ian. Oudalfridus episcopus obiit Eichstatensis[c].

11. Kal. Febr. Dedicatio aecclesiae s. Nicolai.

3. Kal. Febr. Perengerus obiit.

4. Non. Febr. Gerhoch episcopus Eihstatensis obiit.

7. Id. Febr. Gepa obiit.

3. Id. Febr. Starchandus episcopus Eihstatensis obiit[d].

1043. 16. Kal. Mart. Gisela imperatrix obiit.

8. Kal. Mart. Altuni episcopus Eihstatensis obiit.

4. Kal. Mart. Reginoldus archidiaconus obiit.

Non. Mart. Adalheid obiit.

16. Kal. Apr. Gebehardus episcopus Ratisponensis obiit.

2. Non. Apr. Reginoldus episcopus Eihstatensis obiit[e].

1054. 13. Kal. Mai. Leo nonus papa sanctae memoriae in Christo obiit.

989. 10. Kal. Mai. Elevatio corporis sancti Willibaldi confessoris et episcopi[f].

4. Kal. Mai. Megingaudus episcopus Eihstatensis obiit.

3. Non. Mai. Meginwardus peregrinus et exul propter Deum in reditu de Ierosolimis felici et optato bonis omnibus transitu migravit ad Dominum.

4. Id. Mai. Mathild obiit.

3. Id. Mai. Gebeno de Pouloch sanctae conversationis vir migravit ad Dominum.

Kal. Iul. Aaron obiit.

2. Non. Iul. Otker episcopus Eistatensis obiit.

Non. Iul. Sancti Willibaldi confessoris et episcopi. Irmingart obiit mater episcopi G.

11. Kal. Aug. Ordinatio sancti Willibaldi.

1042. 9. Kal. Aug. Heribertus episcopus Eihstatensis obiit.

8. Kal. Aug. Adalunc episcopus Eihstatensis obiit.

1057 5. Kal. Aug. Obitus Victoris papae.

15. Kal. Sept. Dedicatio basilicae sanctae Mariae.

13. Kal. Oct. Erchanbold episcopus obiit[g].

3. Kal. Oct. Volcmar iuvenis obiit[h].

2. Kal. Oct. Erchanbertus episcopus obiit[h].

1056. 3. Non. Oct. Heinricus imperator obiit. Gundechar episcopus virgam suscepit.

a) *hic scriba iterum calamum sistit, et reliquam fol.* 11'. *partem cum toto fol.* 12. *et prima fol.* 13. *columna vacuam reliquit ad supplementa inserenda. Alia manus coaevā fortasse Willibaldi statim subiecit:* Super altare s. Willibaldi *etc. Continuo calamo usque ad finem.* b) *hic desinit haec manus. Seculo post Otto episcopus haec adiecit:* Anno ab inc. D. 1187. indict. Otto Aureatensis ecclesiae episcopus 6. ordinationis suae anno capellam in meridiana parte occidentaliter infra monasterium sitam de propriis expensis construens, 3. Kal. Nov. pridie videlicet ante vigiliam omnium sanctorum, die dominico, devotissime consecravit *etc. Alia manus s. XII. posthaec fol.* 12'. *notulas quasdam apposuit:* „Anno milleno centeno cominus uno — 1162° funditus delevit“ *et fol.* 13: „1098 anno — succedens 1196° obiit“ *quibus Konradus de Kastel subiecit:* Cui eodem anno — occisus est 10. Kal. Dec.“ *Quae infra edituri sumus una cum reliquis notulis quas variae manus codici inseruerunt. In fol.* 13. *quod est secundi quaternionis septimum, primaria manus rubris litteris pergit:* Ordo processionis ad aecclesiam sive ad missam secundum Romanos. Denunciata statione diebus festis *etc. continuo calamo usque ad finem fol.* 122'. *Tunc eadem inde a fol.* 123. *subiicit kalendarium, fol.* 130. *computum, fol.* 138. *catalogum antiphonarum, fol.* 143. *benedictiones et orationes.* c) DCCCCXXXIIIº anno *addit manus s. XIV. quae ex catalogo Gundechari in fol.* 7. *sua hausit.* d) DCCCCLXVº anno *addit eadem.* e) DCCCCLXXXVIIIIº anno *eadem.* f) prima de terra a. DCCCCLXXXVIIII *addit Konradus de Kastel.* g) DCCCCII anno *manus illa s. XIV.* h) *haec Gundechar ipse exaravit.*

4. Id. Oct. Dedicatio capellae sancti Michaelis Eihstetensis.
2. Id. Oct. Dedicatio aecclesiae sanctae Waltpurgae virginis. Eodem die dedicatio capellae superioris ad sanctum Laurentium.
16. Kal. Nov. Dedicatio capellae sancti Iohannis euangelistae in qua domnus episcopus 1062.
Gundechar secundus sepulturam suam preordinavit. Gezmannus episcopus obiit. 1042.
Gundechar episcopus sedem episcopalem primum intravit. 1062.
13. Kal. Nov. Dedicatio aecclesiae sancti Quirini martiris.
12. Kal. Nov. Reginheri obiit, pater Gundechari episcopi.
6. Kal. Nov. Hatto laicus obiit.
5. Kal. Nov. Dedicatio Aureatensis aecclesiae. 1060.
Non. Nov. Dedicatio altaris sanctae Gunthildis. 1060.
8. Id. Nov. Aganus episcopus Eihstatensis obiit.
4. Id. Nov. Dedicatio basilicae sancti Martini.
2. Id. Nov. Gotescalc episcopus Eihstatensis obiit[a].
16. Kal. Dec. Abraham presbiter obiit[b].
11. Kal. Dec. Touta soror episcopi Gundechari obiit[b].
9. Kal. Dec. Dedicatio aecclesiae iuxta ripam fluminis in Eihstete.
2. Kal. Dec. Dedicatio capellae domini episcopi.
13. Kal. Ian. Gundekarus et Waltherus episcopi Eihstatenses obierunt.
6. Kal. Ian. Ordinatio Gundekari episcopi. 1057

Haec[c] *sunt nomina episcoporum semper in Christo sanctae ac felicis memoriae post* fol. 1'.
nostram ordinationem[22] *defunctorum.* Stephanus papa. Nicolaus papa. Luitpoldus Mogontinus. Arnolt Wormaciensis. Chouno Spirensis. Hezil Starzburgensis[c*]. Heinricus Augustensis. Purchart Halberstatensis. Sizo Verdunensis. Guntheri Babenbergensis. Severus Pragensis. Peldinc Iuvavensis. Gebehart Ratisponensis. Egilbertus Pataviensis. Engilhart Magdaburgensis. Woffo Merspurgensis. Winitheri Merseburgensis. Ruotpertus Monasteriensis. Tancwart Brandenburgensis. Brun Misenensis. Appulin Friteslariensis. Hatto Tredendinus. Dietbolt Veronensis. Gotebolt Aquileiensis. Pernhart Paduensis. Wolfram Bellunensis. Waltolf Paduensis. Megingoz de Pola. Roitcher Tarvisiensis. Adalbero Regiensis. Adalman Prixiensis. Arnolt Retiensis. Penno Cumanus. Pernhart Fercellensis. Ambrosius Pergamensis. Penzo Adrianus. Eberhart Treverensis. Reginheri Misenensis. Huc Vesuntinus episcopus. Oudalricus Papiensis. Einhart Spirensis. Rabenger Aquileiensis. Perenger Osneburgensis. Roumalt Constantiensis. Adalbero Wormaciensis. Uto Tullensis. Wolfram Tarvisiensis. Tietmar Curiensis. Adalbero Veronensis. Petrus Asculensis. Wido Mediolanensis. Heinricus Ravennensis. Kadelhohc Parmensis. Adalbertus Premensis. Berngerus Basileensis. Bonifacius Albanensis. Petrus Damianus cardinalis tituli ad S. Rufinam. Adalbero Metensis. Oudalger Tergestensis. Perthold Abrutensis. Hademar Polensis. Ratolfus Sleswigensis. Liudegerus Vicentiensis. Alexander papa. Huswart Veronensis. Oudalricus Prixiensis . . . . 66[d].

Haec[e] *sunt nomina fratrum canonicorum, qui ex congregatione Eistatensi nostrae* f. 204.
recordationis tempore effecti sunt episcopi. Leobardus Radburgensis. Gebehardus Ravennensis. Goteboldus Aquileiensis. Gebehardus qui et Victor papa. Burchardus Paduensis. Erchanbertus Firmensis. Richolfus Tergestensis. Helyseus Mantuanus. Woffo Merseburgensis. Perengerus Osenbruggensis. Gundechar Eistetensis. Purchardus Basiliensis. Heribertus Tergestensis. Pero Vincentiensis.

Haec[f] *sunt nomina fratrum canonicorum nostrae recordationis tempore ex Eistetensi* f. 204'.
congregatione defunctorum. Adalo camerarius. Penno prepositus. Tiemo prepositus. Reginolt magister scolarum. Purcman cellerarius. Egilolf archipresbyter. Eceman Firmensis episcopus. Wichart presbyter. Roitger presbyter. Oudalhart cellararius. Gundolt parro-

a) DCCCLXXXII anno *manus illa s. XIV.* b) *haec Gundechar ipse exaravit.* c) *haec omnia Gundechar ipse paginae* 1'. *a scriba vacuae relictae calamo continuo inscripsit, post annum* 1073, *ut Alexandri papae nomen ostendit. Nomina maiusculis litteris exaravit, titulos minusculis supra posuit.* c*) *ita c.* d) *ante hunc numerum tres fere voces erasae, fortasse* Hi faciunt insimul *vel tale aliquid.* e) *haec iterum Gundechar manu propria, eodem fere quo praecedentia calamo, paginae penultimae inscripsit.* f) *et haec Gundechar manu propria in ultima codicis pagina.*

22) itaque intra a. 1057—1075.

chianus. Gunderam magister scolarum. Wicpoto presbyter. Rouzo custos aecclesiae. Heripreth diaconus. Hecil subdiaconus. Babo presbyter iunior. Woffo decanus. Wichart camerarius. Reginolt camerarius. Tiemo prepositus. Witelo presbyter. Sizo subdiaconus. Abel subdiaconus. Woffo subdiaconus. Eberolf. Eceman presbyter de S. Waldburga. Gotescalch presbyter. Chouno presbyter. Adalbertus presbyter. Chounradus imperator. Gisila imperatrix. Poulo inclusus. Richiza conversa. Hiccla conversa. Acela conversa. Leobardus episcopus. Gebehardus archiepiscopus. Woffo episcopus. Perengerus episcopus. Purchardus episcopus. Dietericus prepositus. Reginolt decanus. Wolfdrigi presbyter. Iesunc archidiaconus. Macelin prepositus. Meginbolt presbyter. Egilolf presbyter. Engilman presbyter. Wiso cellararius. Meginwart diaconus. Luitfridus subdiaconus. Iesunc decanus. Gunzo presbyter. Hartwic subdiaconus. Abraham archipresbyter. Marcwart diaconus. Meginwart presbyter. Babo prepositus. Goteboldus patriarcha. Luithere presbyter. Eppo subdiaconus. Marcwart subdiaconus. Mereboto archidiaconus. Reginolt medicus presbyter. Gundolt diaconus. Heribertus subdiaconus. Purcman presbyter. Lanzo presbyter. Giselbertus cellararius. Wiceman diaconus[a].

OTTONIS ET ALIORUM CONTINUATIONES.

fol. 6'. Hi sunt viri misericordie, quorum iusticie oblivionem non acceperunt; cum semine eorum permanent bona hereditas sancta nepotes eorum[b].

†1099.	Nobilis Uolricus post hos virtutis amicus.	S. a. 23. 1099° 15. Kal. Dec. ob.
†1112.	In viciis tardus fuerat vivens Eberhardus.	S. a. 13. 1112° 8. Id. Ian. ob.*
†1125.	Ulrico cura fuerat disponere iura.	S. a. 13. 1125° 3. Non. Sept. ob.*1
†1149.	Quando vivebat Gebehart, in iure vigebat.	S. a. 24. 1149° 16. Kal. Apr. ob.
†1153.	Non virtutis egens Burchardus erat bene degens.	S. a. 4. 1153° Burchardus episcopatum resignavit.
†1171.	Counrado tota lex iuris erat bene nota.	S. a. 18. 1171° Id. Ian. ob.
fol. 6'.	Post hos dux gentis Egelolf fuit Aureatensis.	S. a. 11. 1182° Egelolfus electus propter amissionem loquele episcopatum non ordinatus sponte in Kal. Oct. resignavit.
†1195.	Otto sue vite deducit tempora rite.	*2

---

†1223. Hertwicus[c] vitam duxit virtute politam.*3

*) *Konradus addit:* Idem Eberhardus et sua progenies dederunt bona Suinvurt cum eius attinenciis. *Necrologium S. Emmerammi in Mon. Boicis XIV,* 366 *mortem eius notat ad 7. Id. Ian.*

*1) *Konradus:* qui dedit fratribus annum gracie in prebenda post mortem, et possessiones in Mekenloh et Hebingen.

*2) *Alia manus s. XIII. addit:* Sedit annos 13. *Konradus addit:* qui dedit Ylbingen et alias possessiones, unde annuatim 6 libre dantur, et in Non. . . . ad unamquamque prebendam custos ministrat. *Obiit anno* 1195°, *non* 1196 *ut quidam volunt; quo die, nescitur.*

*3) *Konradus addit:* 1195. post hos Hertwicus, germanus comitis de Sulzpah, maior prepositus ibidem succedens, qui gloriose regnavit 30 annis minus 2. 1223 mortuus est sub imperatore Friderico et Heinrico filio suo. Qui procuravit . . . . 3 panes . . . . cuilibet prebendario singulis Idibus custos ministrat. *Thomas, notarius Chunradi episcopi circa a.* 1324 *addit in rasura:* Sedit annos 28. 1223. 6. Non. Mai. obiit. *Die 8. Nov. nondum fuit episcopus.*

a) *hic calamum sistit Gundechar in media pagina. Medio s. XIII. Konradus de Kastel statim subiunxit:* Temporibus etiam Hertwici episcopi et post tempora sua hi canonici obierunt: Otto decanus dictus Hillinc *etc. calamo aliquoties mutato, usque ad sua tempora, ubi desinit in* Heinrich de Wizzenburc ad Aquampendentem, sepultus est ad domum predicatorum. *Hic finit liber Pontificalis.* b) *haec Otto episcopus saec. XII ex. litteris maiusculis ipse scripsit in margine folii 6'. et alterius folii quod assuit. In ipso folio 6'. sex Gundechari successores, in summo folio assuto septimum et se octavum depingi fecit eodem plane modo, quo Gundechar inceperat. Versus cuique superpositus litteris rubris; annos Otto ipse adscripsit, calamo continuo.* c) *Sub Heinrico I. hi tres episcopi una pictura comprehensi sunt in inferiori pagina folii assuti, quibus manus s. XIII. hos versus superposuit in rasura, atramento scriptos, non minio, ut Gundachar atque Otto fecerant, nec littera initiali aurea decoratos, ut versus illorum. Annos etiam hic scriba omisit.*

Hinc fuit electus Fridericus in ordine rectus. *
Heinricus paucis bona fecit multa sub annis. *1 †1229.

Vix[a] fuit Heinrico similis virtutis amico. *2
Heinricus siquidem patri successit eidem. *3 †1237.
Est hunc non modicus in iure sequens Fridericus. *4 †1246.
Heinricus morum flos, labe carens viciorum. *5 †1259.
Est Engelhardus rectis celer, ad mala tardus. *6 †1261.
Cunctis Hiltbrandus gratus fuit et venerandus[b]. *7 †1279.

---

fol. 12'. manus s. XII. ex. haec scripsit calamo continuo

(1099.) Anno milleno centeno cominus uno
Ierusalem Franci capiunt virtute potenti.

1105° anno incarnationis Domini Heinricus rex, filius imperatoris Heinrici, contra patrem suum in regnum surrexit.
1106. Heinricus quartus imperator obiit.
1107. Heinricus post mortem patris regnavit 19 annis.
1108. Heinricus rex magnam expeditionem in Italyam fecit et Pascalem papam Rome cepit.
1116. terre motus factus est per universam terram.
1125. Heinricus imperator obiit. Lotharius in regnum eligitur.
1131. Lotharius rex profectus est in Ytaliam.
1132. eclypsis solis facta est 4. Non. Aug. hora 9.
1136. Lotharius imperator obiit.
1138. Cuonradus rex eligitur.
1146. Cuonradus et Ludewicus reges Ierusalem pergunt.
1150. Cuonradus rex Ierosolimam reversus est.
1152. Cuonradus rex obiit, et Fridericus ei successit.
1156. Fridericus rex imperator ordinatur.
1158. Fridericus imperator Medyolanum subegit,
1162. funditus delevit.

eadem in fol. 13. pergit:

1098° anno incarnationis Domini Uodaricus[c] Eistetensis episcopus obiit. Cui succedens Eberhardus episcopus 1112° obiit. Cui succedens Uodalricus tempore Heinrici regis, qui post patrem regnavit, 1125° obiit. Cui succedens Gebehardus eo anno quo Heinricus imperator mortuus est, 1148° obiit[23]. Cui 23 succedens Burkardus episcopus tempore Cunradi regis, 1153° obiit. Cui succedens Cuonradus episcopus

*) *Konradus addit:* Fridericus de Huwenstat electus, qui successit episcopo Hertwico, 1226 obiit. Cui succedens eo anno Heinricus episcopus dictus de Zuppelingen, 1229° obiit anno. *Thomas addit:* Sedit a. 2. *Annus vero* 1226 *falsus est; successor enim Heinricus iam* 2. *Iul.* 1225. *episcopus fuit.*

*1) *manus s. XIII:* Idem episcopus redemit ecclesiam Rome a debitis contractis pro 1500 marcis. Item edificari fecit turrim in Morneshem. Item absolvit possessiones in Ehingen cum omnibus suis attinentiis pro 200 libris Werdensium et 200 marcis a comite de Ottingen. Et non vixit in episcopatu nisi 3 annis et 2 mensibus. *Thomas addit in rasura:* Sedit a. 3 et 2 menses. 1229° anno 4. Id. Ian. obiit, *idemque in margine pinxit arma episcopi, scil. duos enses erectos albos in scuto rubro.*

*2) *Thomas:* H. episcopus dictus de Tischingen sedit a. 5 minus 3 mensibus. 1234° 2. Kal. Iul. ob.

*3) *Thomas:* H. episcopus dictus de Rabenspurch sedit annos 3. 1237° obiit 3. Kal. Iul.

*4) *Thomas.* F. episcopus dictus de Parsperch s. a. 9. qui fuit iuris peritus. 1246° 4. Kal. Iul. obiit, *idemque in margine adpinxit arma, scil. scutum trifarie divisum rubrum, album, nigrum.*

*5) *Thomas:* H. episcopus dictus de Wirtenberch s. a. 12 minus 4 mensibus. 1259° 3. Id. Mai. ob. *et in margine adiecit arma, scil. tria cornua cervina nigra in scuto flavo.*

*6) *Alia manus s. XIII. addit:* Sedit 2 annis minus 1 mense, et obiit in concilio Moguntino; *quibus Thomas addit:* 1261. Iste episcopus posuit fundamentum in choro S. Willibaldi. *Obiit d.* 4. *Maii.*

*7) *Manus illa s. XIII. addit:* Sedit 18 a. minus 4 mensibus, et obiit in crastino annunciacionis; *quibus Thomas iterum adscripsit:* 1279. Domnus Hiltbrandus natus fuit de Mern, libere condicionis, et perfecit chorum S. Willibaldi, et instituit ibi duos sacerdotes, *idemque arma subiecit, scil. anatem albam cum cauda nigra in scuto rubro.*

a) *hi sex episcopi sub Hiltbrando picti sunt uno tempore, versusque superpositi continuo calamo atque atramento eodem.*
b) *hic desinit folium assutum. Sequuntur in libro pontificali* 28 *fere folia variis temporibus inserta, ampliores vitas continentia, quas inter fontes saeculi XIV. et XV. dandas reservamus.*
c) *ita codex.*

23) potius a. 1149. die 17. Mart. POPP.

24 tempore Friderici regis, 1171° obiit. Cui succedens Egelolfus electus, 1183 [24] propter amisionem loquelae et manus dextere debilitatem episcopium inutilis sponte resignavit. Cui eodem anno Otto episcopus succedens, 1196° obiit [25].

Konradus de Kastel statim pergit:

Cui eodem anno Hertwicus comes de Sulzpah [26] et maior prepositus succedens tempore Philippi regis, 1224° obiit [27], tempore Friderici regis et inperatoris, qui inperator anno Domini 1250 obiit; natus vero eius rex Cunradus 1254 obiit. Episcopo vero Hertwico mortuo, cui eodem anno Fridericus
1234. episcopus succedens [28]. Cui successit eodem anno episcopus Heinricus de Zeuppelingen. Illo vero mortuo, cui successit Heinricus episcopus dictus de Tisschingen. Eo vero mortuo cui successit Heinricus episcopus dictus de Rabenspurc. Hi vero quattuor episcopi post mortem Hertwici episcopi prenotati vixerunt episcopi temporibus Friderici inperatoris et Heinrici eius nati 13 annis. Quibus vero episcopis
1237. successit Fridericus episcopus dictus de Parsperc, tempore etiam Friderici inperatoris et Cunradi regis eius nati, qui supernotati sunt. 1246° idem Fridericus episcopus obiit. Cui successit Heinricus episcopus dictus de Wirtenberc, quem domnus papa Innocencius et Phillippus eius legatus in Alemannia tempore cismatis ecclesie Eistetensi propter discordiam que creverat inter fratres, prefecit. In cuius temporibus, ut supra dictum est, Fridericus inperator et Cunradus eius natus mortui sunt. Eo episcopo etiam vivente comes Willehelmus de Hollandia, post destitucionem Friderici quondam inperatoris prenotati per domnum Innocencium papam quartum, et post mortem Heinrici lancravii Thuringe, qui post latam sentenciam apud Lugedunum contra prenominatum Fridericum in regem Romanorum electus erat, illo mortuo Romana ecclesia eundem Willehelmum eidem Heinrico substituit in rengno, 1248° anno, vivente tamen Cunrado filio Friderici, qui etiam tunc vixit, qui pro rege se iessit. Qui Willehelmus rex
29 contra Frisones magnum habens exercitum, anno Domini 1255° occisus est, 10. Kal. Dec. [29]

idem Konradus fol. 122'. et per Kalendarium haec inseruit:

f. 122'. A. D. 1015. tempore Gundekari I. episcopi Eistetensis, divisio eiusdem sedis in terminis est facta, que extenditur donec ad proximam ripam que nuncupatur Pagancia [30], et non ultra. Hec ordinacio et divisio est facta aput Franchenvurt, presente inperatore Heinrico et multis principibus, in curia sollemni, ad instanciam Eberhardi episcopi Babenbergensis primi, et inperatore procurante, in supsidium eorum nove plantacioni Babenberc, quo termini ex alia parte fluminis spectare dinoscantur.

Anno ab inc. D. 754. sanctus Bonifacius martirium recepit. Anno ab i. D. 781. sanctus Williwaldus mortuus est. Anno ab i. D. 989. de terra in medio cripte elevatus est, ubi requieverat 208 annis, et ibidem sarcoffogatus erat, ubi requievit 267 annis usque ad hec tempora. Alexandro papa regnante, anno ab i. D. 1256, 4. Idus Iunii, sanctus Williwaldus de cripta translatus est. Eodem etiam anno 3. Id. Oct. beatus Williwaldus in monasterio sarcoffogatus est. Eodem vero anno Dominus Deus magnam gratiam ostendit ibidem omni populo in honorem et laudem beati Willibaldi, singnis multis et magnis faciendo. Acta sunt hec post mortem sancti Williwaldi annis 400 peractis 75° anno. Anno vero 76° plura fecit singna. Quidam curvus effectus est sanus de Augusto. Eodem anno puer aput Rushoven submersus, per eius intercessionem ad Dominum Deum revixit.

f. 123 16. Kal. Febr. comes Gebehardus obiit, qui dedit Winposscungen.

sqq. Non. April. anno 1170. sanctus Tomas episcopus Canturiensis occisus est a rege Francie [31].

7. Id. Apr. Bruno prepositus maior obiit, qui construxit hospitale ad Scotos [32].

6. Kal. Iul. Leo papa septimus obiit, qui sanctum Williwaldum canonizavit tunc episcopo Megen-
33 gozo procurante [33].

2. Kal. Iul. Sivridus decanus obiit, qui procuravit tapeta in monasterio.

11. Kal. Sept. Leo papa octavus obiit [34].

2. Non. Oct. dedicatio ecclesie Kastellensis.

10. Kal. Dec. rex Willehelmus dictus de Hollandia occisus est [35].

36 Id. Dec. Fridericus imperator obiit 1251° anno [36].

aliae manus coaevae per Kalendarium haec habent:

1279. 7. Kal. Apr. Hiltbrandus de Mern episcopus Eystetensis obiit 1279. qui procuravit erigi chorum novum beati Willibaldi, et constituit ibidem duos sacerdotes.

1297. 6. Kal. Sept. Reinboto episcopus Eystetensis obiit, dictus de Meilnhart, qui comparavit duo castra Werdenvels et Abenberch cum eorum attinentiis. Item instituit haberi plenum officium diebus sabbati de beata Virgine.

1305. 4. Non. Mart. obiit Gebhardus comes. 16. Kal. Iun. obiit domnus Conradus episcopus Eystadensis, dictus de Peffenhausen.

1324. 6. Id. Febr. obiit domnus Marquardus de Hagel episcopus Eystetensis.

1349. 19. Kal. Febr. obiit domnus Hainricus dictus Malso, qui legavit 400 libras Hallensium pro constructione novi chori.

24) falsum; resignavit a. 1182. Kal. Oct. POPP. 25) falsum; obiit a. 1195. POPP. 26) hoc plus quam dubium. POPP. 27) a. 1223. potius. POPP. uti et Konradus ipse supra scripserat. 28) supple: *anno* 1225 *obiit*, quod Konradus scribere voluit (cf. supra eius interpolationes), sed oblitus est. 29) falsum; d. 28. Ian. 1256. 30) Pegnitz, Norimbergae. 31) potius Angliae. 32) Eichstadii. 33) Hic uno calamo duos errores scripsit Konradus. Megingoz sedit a. 989—1014; Leo VII. vero iam a. 939. obiit, neque 6. Kal. Iulii, sed die 18. Iulii. 34) Et hoc falsum; Leo VIII. obiit d. 17. Martii 965. 35) falsum; die 28. Ian. 1256. 36) et hoc falsum, a. 1250.

1397. 8. Kal. Febr. tonitrua et choruscationes apparebant in conversione sancti Pauli, et postea in eadem ebdomada pluries apparebant. Et eodem anno circa autumpnum incepit regnare magna pestilencia in Eystett.

1406. 16. Kal. Iul. eclipsis solis in crastino sancti Viti.

1464. prima Ianuarii obiit dominus Iohannes de Aych episcopus Eystetensis.

1474. 8. Id. Ian. natus est pater mei Mauricii episcopi, Bernhardus de Hutten.

(1539.) 9. Kal. Mart. obiit pater meus, Bernardus de Hutten, anno 39.

(1544.) 11. Kal. Mart. obiit mater mei Mauricii episcopi a. 1544, Gertrudis de Weyers.

ANONYMUS HASERENSIS
DE EPISCOPIS EICHSTETENSIBUS
EDENTE L. C. BETHMANN PH. D.

Auctor sequentis opusculi, patria Haserensis[1]*, Woffoni Merseburgensi episcopo* 1 *cognatus*[2]*, vixit sub Gundecharo II. episcopo Eistetensi, a quo singulari habitus benignitate, immo secretis saepe consiliis est adhibitus*[3]*. Cui quum ultimum aegrotanti iugiter assedisset et a.* 1075. *defuncti interfuisset funeri*[4]*, ad familiarem suum G. Wirceburgensem scripsit opus, incertum quot libris comprehensum, e quibus unus* „libellus Agnetis imperatricis“ *inscribebatur*[5]*; alius, novissimis* 5 *Gundechari temporibus destinatus*[6]*, quasi pro introductione*[7] *praecedentium quoque episcoporum complectebatur historias, haustas ex libris S. Walpurgis*[8]*, ex Wolfhardi vita S. Walpurgis*[9]*, ex gestis S. Solae*[10]*, ex Gundechari libro pontificali*[11]*, e maiorum relationibus*[12] *et ex iis quae auctor ipse vidit et audivit*[13]*. Atque haec portiuncula, superadiecta tantum ab auctore, una est quae ex toto opere iam supersit; reliqua interciderunt, utrum casu temporumve iniuria, an ob acerba de Hildebrando iudicia*[14]*, nescimus. Unus etenim modo extat codex,* 14 *olim Rebdorfensis, chartaceus formae quadratae, s. XV exeunte una manu continua ita exaratus, ut scriba, Erasmus Pintzberger, vitae sancti Wunibaldi atque Adalberti narrationi de monasterio Heidenheimensi statim Haserensis opus subiiceret, quasi pars esset Adalbertini, spatio nullo neque titulo distinctum, nova tantummodo linea incipiens; at non totum — procul dubio in codice quem excepit, totum non iam fuit — sed eam tantum partem, quam hic primi proponimus integram. Gretserus enim, qui hunc ipsum codicem habuit, ex eo*

1) c. 8. *patriam nostram Haserensem abbatiam.* Monasterium S. Salvatoris in Haserieth, iam Herrieden dioec. Eistetensis, antiquitate aeque ac divitiis praecellens, ab Arnulfo rege Erchanboldo Eistatensi episcopo donatum fuit et per hunc monachis eiectis in abbatiam canonicorum S. Viti conversum. Noster utrum Haserensis fuerit canonicus an Eistatensis, non liquet; hoc tamen veri similius. 2) c. 31. 3) c. 1. 4) c. 1. 5) c. 36. Hunc Agnetis libellum huiusce de quo loquimur operis fuisse partem, non opus per se editum, apparet ex verbis c. 36. *ut praemisimus in libello Agnetis imperatricis.* Qui c. 16. dicitur *de superiore libro*, secundus liber fuisse videtur, non idem qui Agnetis; noster, quem auctor c. 2. *breviarium* vocat, tertius. 6) hoc auctor disertis verbis dicit c. 1 ex. 2 ex. Cf. c. 24. *ad propositum redire debeo.* 7) c. 2 ex. 8) iam deperditis, c. 3. 9) c. 3. 5. 7. 9. 10) c. 7. 11) c. 2. et passim. 12) c. 4. *veridica patrum relatione*; c. 13. *ut maiores nostros saepe audivi dicere.* cf. c. 18. 31. 13) ipsius verba sunt c. 2. 14) cf. c. 37. 38.

Adalberti librum integrum, nostrum excerptum tantum dedit in Catalogo episcoporum Eistetensium, Ingolstadii 1617. 4. *Nos eundem codicem viri summe reverendi Davidis Popp, Praepositi Eistetensis, insigni benevolentia nacti, accurate eum expressimus, ita tamen, ut quae in orthographia scribae esse appareret, veluti* e *ubi pro* ae, c *pro* t *ubivis positum, tacite mutaremus; correctiones quas alia manus coaeva per totum codicem fecit ex ipso ut apparet libro vetustiori, in textum reciperemus; et de nostro quoque, quae praeterea emendanda viderentur, emendaremus — nam scriba digitis tantum, non ingenio usus est quum scriberet; sed haec ubivis indicavimus. Numeros etiam capitibus nos adscripsimus; in codice non extant.*

Haserensi monachus Blankstetensis usus est, de quo supra p. 241. *egimus; sed eius excerpta, ad verbum pleraque ex nostro descripta, eiusmodi sunt, ut hunc ipsum codicem Rebdorfensem habuisse videatur, non alium. Ita in omnibus, mendosis etiam, cum nostro conveniunt, ut nihil prorsus utilitatis scriptori inde redundet.*

L. C. BETHMANN.

1. Flectendus hinc stilus est et ad alia quaedam, ut supra diximus, scribenda diri- 1075. gendus. Deberes quidem, frater karissime G., communis domini nostri Gundekari episcopi exequiis una mecum interfuisse, et singularem quam erga nos habuit benignitatem singularibus deplorasse querimoniis, ut memoria illius tanto apud te immortalior esset, quanto obitus ejus qualitas notior, nec posset facile animo[a] elabi, quod propriis oculis contigisset intueri. Solent enim, ut nosti, visa auditis notiora esse cordique tenacius adhaerere. Sed quia in servicio alterius domini nostri, scilicet Wirzeburgensis episcopi constitutus, huic beatissimo interesse non potuisti obsequio, ego autem qui aegrotanti iugiter assidebam, pauca tibi de novissimis[b] eius edisseram; eà videlicet intentione, ut quotiescumque hec inspexeris, animae eius aeternam in Christo requiem depreceris. Et quia non solum novissimis eius non interfuisti, verum etiam in vita ipsius rarissime cum eo conversatus es, quia vero is ego sum, quem dum adviveret, secretorum suorum magna ex parte fecerat conscium: nec ingratum nec inutile tum tibi tum etiam aliis arbitror, si de vita ejus prius aliqua premisero, tumque demum de obitu illius quae prolatu digna sunt adiecero.

2. Igitur qualiter ad pontificalem pervenerit[c] dignitatem, ipse breviter composuit, 15 et eisdem paene quibus infra notatum est verbis in nonnullis libris[15] scriptum dereliquit. Neque enim aliud initium huic breviario volui dare, quam quod ipsum constat dictasse, in quo omnium antecessorum suorum sessiones et obitus dulcisona brevitate comprehendit, et post hoc de se suisque rebus non magis compendiose quam humillime ex Gund. subiecit hoc modo: *Hec sunt nomina episcoporum sanctae Aureatensis ecclesiae in honore sancti Salvatoris constructae. Anno ab i. D.* 781. *sanctus Willibaldus confessor Christi pretiosus Non. Iulii consortium conscendit angelorum. Episcopus autem factus cum esset* 16 41 *annorum*[16] *sedit in episcopatu* 36 *annos. Gerhoch obiit* 4. *Non. Febr. Aganus* 8. *Id. Nov. Adalunc* 8. *Kal. Aug. Altune* 8. *Kal.*[d] *Mart. Otkerus* 2. *Non. Iulii anno ab i. D.* 880. *Isti quinque*[e] *episcopi* 100 *annos conpleverunt. Gotescalch*[f] *s. a.* 3, *obiit* 2. *Id. Nov. Erchanbold s. a.* 20, *obiit* 13. *Kal. Oct. Udalfrit s. a.* 31[g], *obiit Kal.*[h] *Ian. Starkandus s. a.* 32, *obiit* 3. *Id. Febr. Reginolt s. a.* 24, *obiit* 2. *Non. April. Megingoz s. a.* 24, *obiit* 4. *Kal. Maii. Gundechar s. a.* 5, *obiit* 13. *Kal. Ian. Walthere s. a.* 2, *obiit* 13. *Kal. Ian. Heribertus s. a.* 20[i], *obiit* 9. *Kal. Aug. Geceman s. menses* 2, *obiit* 16. *Kal. Nov. Gebehardus s. a.* 15, *obiit* 5. *Kal. Aug. Post istos autem eiusdem sanctae Aureatensis*

a) abimo *cod.* b) deuotissime *cod. cf. statim post:* quia non solum novissimis, *et:* tumque demum de obitu illius. c) perveniret *cod.* d) 8. Kal. Aug. Altune *desunt cod. supplevi ex Gund.* e) *ita codex;* quatuor *corrector.* f) Goteschalh *cod.* g) XXXII. *cod.* h) XIII. Kal. *cod.* i) XXII. *cod.*

15) ex his unus tantum superest liber pontificalis. 16) verba *e. a. f. c. e.* 41 *a.* apud Gundecharum non obvia, noster computavit ex illius *cons. consc. ang. aetate* 77 *a. sedit a.* 36.

ecclesiae Gundechar secundus[a] *fratrum ultimus, ibidem ab infantia doctus et enutritus*[17], *sed tamen tunc temporis domnae imperatricis*[a*] *Agnetis capellanus, in hanc eandem sedem* 13. *Kal. Sept. duobus archiepiscopis presentibus Triburie est anulo investitus, et in* 3. *Non. Oct. quattuor archiepiscopis et decem episcopis presentibus pastorali virga Spire est honoratus, et in* 16. *Kal. Nov. in sedem episcopalem inthronizatus; in die autem sancti Iohannis euangeliste in loco Pholede dicto, ipso domino suo Heinrico rege eiusque matre Agnete et Hiltebrando Romanae ecclesiae archicardinali subdiacono, preterea tribus archiepiscopis et undecim episcopis presentibus, ad summum sacerdotii gradum promotus est.* Hec descriptio prima facta est a Gundekaro episcopo eisdem pene verbis, excepto quod ipse nomina et loca eorum notavit, quod a nobis compendii gratia pretermissum est. Sed libet paulo latius de his disserere, et sic usque ad tempora ipsius pervenire, tumque demum de vita et obitu eius quod vidimus et audivimus edicere.

3. Anno ab i. D. 741[b], ut in gestis pontificum Romanorum reperimus[18], Gregorio tertio[c] Romanae sedis episcopo disponente, constitutae sunt una eademque die duo episcopales sedes, Wirzburk et Eistet, quarum hec quidem sancto Willibaldo, altera vero consanguineo et conpatriote eius beato commendata est Burchardo. Sancto autem Bonifacio per martyrium feliciter consummato, electus Dei confessor Willibaldus vitam eius finemque stylo ut erat vir sapiens perpulchre descripsit[19]. Vitam autem ipsius et 19
fratris eius, sancti scilicet Wunebaldi, soror eorum sanctissima Walpurgis simpliciter quidem sed pleniter et veracissime composuit. Vitam vero ipsius beatissimae virginis plenam miraculis Wolfhardus presbyter, iubente Erchanboldo episcopo, stilo[d] ut erat monachus edidit. Verumtamen sanctus Wunebaldus senex et plenus dierum ac meritorum ad Dominum migravit[e]. Transactis autem a sanctissimo transitu eius 15 annis et dimidio et 13 ebdomadibus, cum frater eius episcopus, ecclesia in qua a[f] sancto Bonifacio Moguntinae sedis archiepiscopo positus erat ampliata, ipsum elevare et dignius collocare[g] vellet: inventum est corpus eius sanctissimum ita integrum, ut nec capillo minutum nec colore sit mutatum. Tunc admisso ad huiusmodi spectaculum omni clero sed et populo idoneo, episcopus ipse et sancta soror eius fratrem suum simpliciter adoraverunt et nimio amore osculati sunt, et id ipsum etiam alios idoneos facere permiserunt. Dedicata est ecclesia; collocatum est corpus ejus veneratione condigna.

4. Adhuc quod mirabilius est dicam. 186° depositionis sancti Willibaldi anno[20], cum crisostomus noster Reginoldus episcopus, monasterio magnificentius exstructo et pulcherrimo ut nosti carmine facto, corpus ejus de medio choro, ubi usque modo sepulchrum eius cernitur, in criptam ubi iam nunc requiescit transferre cogitaret: facto triduano ieiunio archipresbyteri, quibus iussum fuerat, summo ut decuit timore et reverentia pretiosum corporis eius thesaurum effoderunt, stante procul expansis ad coelum manibus episcopo neque quousque omnia peragerentur accedere auso. Sed veridica patrum relatione percepi, omnes qui sacratissimas eius reliquias inspexere, annum integrum in hac vita non implevisse; quid autem ipsi episcopo acciderit, non est dicendum per singula.

5. Porro sanctissimae matris nostrae Walpurgis corpus cum post multa annorum 893.
curricula sub Erchanboldo episcopo elevaretur, tanta humiditate sacrosancti eius cineres referti erant, ut quasi guttatim roris stillae ab eis exprimi valerent, cum tamen nec

a) sed' *cod.* a*) imperatoris *cod.* b) *ita correxi.* M°CCXVII *cod. aperte corruptum ex* DCCXLII; *corrector in margine posuit* DCCXXXXII; *sed anno* 742 *Gregorius non iam amplius inter vivos erat, et S. Willibaldus revera a.* 741. *medio mense Octobri episcopus est consecratus.* c) quarto' *cod. emendavit corrector.* d) simplici *vel tale quid excidisse videtur.* e) *deest haec vox cod.* f) *deest cod.* g) collocari *cod.*

17) verba *ib. ab i. d. et e.* nostro tantum debemus qui ea procul dubio a Gund. ipso audierat; apud hunc non leguntur. 18) non in gestis pontificum Romanorum, sed in vita S. Bonifacii archiepiscopi. 19) Mon. SS. II. p. 333 seqq. Sanctae Walpurgis opus perditum est vel saltem nondum editum; Wolfardi librum edidit Stevartius Ingolstadii 1616. 4°. ex codice Walburgensi, in quo septem priora capita omissa erant eorumque loco opusculum positum, ex ipsis saeculo demum XV. interpolatum quod Stevartius p. 1—28 dedit. Genuina suppleri possunt ex codice olim Blankstetensi post Eichstetensi n. 31. de quo cf. supra p. 241, quo et Stevartius usus est in margine. 20) i. e. 966. Sed Philippus episcopus in vita S. Willibaldi circa a. 1310 scripta de hac translatione dicit c. 38. *Translatus est retro altare b. Viti, quod fuit in eadem cripta, anno Domini* 989.

21 pulviculus contrectantium manibus ullo modo adhesisset[21]. Unde hodieque ex sarchophago venerabiles eius cineres continente vivae instar aquae, ut oleum de tumba sancti Nicolai, iugiter manat, multosque languidos mira efficacia sanat. Quid in his potissimum miraris, frater amabilis? Ecce utriusque fratris corpus integerrimum manet, nullusque vel minimum ex eis membrum minuere unquam ausus est; sororis autem reliquiae per totam pene ecclesiam sunt distributae. Quod tamen nec illi sine humani favoris dispendio, nec huic cessit sine magno eiusdem[a] impendio. Namque ubi nec nomina fratrum sciuntur, sororis et nomen et merita scientissime recoluntur.

781. 6. Post transactum suae angelicae vitae cursum sancto Willibaldo Geroch filiolus in baptismo successit, vir clarus natalibus, multarum possessionum, quas patri karissimo et patrono sanctissimo contradidit. Hic calicem illum aureum, quem nosti cuius magnitudinis sit, ex optimo auro fieri iussit, et veterem illam euangeliorum capsam ex electro et auro purissimo gemmisque pretiosis parari fecit. Altare quoque aureum liberaliter inchoavit, quod postea successorum devotio prout hodie est perpolivit.

ex Gund. 7. Gerhocho Aganus, Agano Adalhunc, Adalungo Altunus successit; sub quo corpus ex Erm. sancti Solae, ut in gestis eius legitur, elevatum et honorificentius collocatum est. Secuex Wolfh. tus est Otkerus episcopus, cui sancta Walpurgis per visionem interminando mandavit, sepulchrum eius[22] non satis digne tractari, et si emendare dissimularet, non impunitum haberi. Qui protinus missis venerabilibus personis praecepit, ut sacrosanctas virginis reliquias diligenter ad Aureatensem toparchiam deferrent; quod factum est.

8. Otkero Gotschalc, huic vero venerabilis Erchanboldus successit. Hic inter innumera pietatis et virtutis opera patriam nostram Haserensem abbaciam tunc Fuldensi Elenwangensi et . . ensi[b] abbaciis iure et divitiis aequalem sancto Willibaldo acquisivit, sed tamen non totam. Arnulfus quippe tunc temporis princeps eandem abbaciam, precibus et servitio praedicti antistitis devictus, ablatis prius regalibus circa Renum curti-
23 bus, in quibus et Thusburg[23] cum omnibus suis pertinentiis, ad Eistatensem episcopatum regali donatione tradidit et cyrographo aureis litteris inscripto stabilivit. His ita peractis, prudens episcopus eiectis monachis canonicos ibi fecit eorumque prebendam paucis ex redditibus instituit, ceteris tamen sibi retentis, quos[c] militiae distribuit. Tunc primum Aureatensis episcopatus milites habere coepit, cum antea aut nullum aut perpaucos habuisset. Nam hodieque ex tanta Aureatensis militiae multitudine tribus tantum seu quatuor exceptis ceteri omnes beneficiati sunt ex huius abbatiae bonis.

9. Idem episcopus, ut erat vir gnarus venandi[d] in talibus, petenti sanctimoniali Liubila partem ex reliquiis sanctae Walpurgae virginis ad monasterium Moenheim donavit, ea scilicet sub conditione ut et ipsa omne patrimonium suum illuc[24] contraderet.
ex Wolfh. Quod ut perfecit, nocte proxima, cum se sopori dedisset, astititit ei per visionem quidam veneranda canicie clericus, qui eam celeriter ad ecclesiam ire praecepit, *Vade*, inquiens, *ne moreris, quoniam sanctus Willibaldus ecclesiam cum multo agmine intravit, qualiter sanctam sororem suam reconditam habeas, videre desiderans.* Quae statim, licet podagrica esset, exiliens ecclesiam sanissima ingressa est, Deoque simul et virgini grates debitas pro adepta sanitate persolvit.

10. Huius episcopi tempore et iussione Wolfhardus presbyter, de quo supra diximus, Haserensium monachorum unus, passionalem librum revera utilem, utpote singulorum in anno dierum festa pleniter continentem, edidit, sed et vitam sanctae Walpurgae eodem episcopo praecipiente quattuor libris explicuit. Post hec cum graviter contra eundem episcopum deliquisset et in carcerem missus veniam per neminem impetrare

a) eidem *cod.* b) 8 ensi *cod. fortasse legendum* Burensi. *P.* c) ceteris cum s. r. cum m. *cod. quod corrector mutavit in:* ceteris tamen s. r. m. d. d) *ita corrector;* venerandi *cod.*

21) Hic noster ad verbum fere exscripsit Wolfhardum I, 7: *Anno ab i. D.* 893. *ind.* 3. . . . . *apertum est mausoleum b. W.* . . . . . . *invenerunt cineres . . . quasi limpha tenui madefactos, ut quasi guttatim ab eis roris stillae extorqueri valerent. Qui licet tanta essent humiditate refecti, nec pulviculus tamen manibus contrectancium quoquo pacto valuit adherere.* 22) in Heidenheim. Ceterum totum hocce caput ab aliis mutuatus est noster: *Gerhocho — successit* ex Gundecharo; *Sub quo — coll. est* ex Ermenoldi Vita Solae; *Secutus — factum est* ex Wolfhardo I, 5. 23) Duisburg. Charta illa Arnulfi non iam extat; sed confirmatio Ludovici regis de 7. Id. Febr. 900. 24) Eichstadium, ad S. Willibaldum. Sequentia usque ad finem capitis ex Wolfhardo I, 10. sunt excepta.

potuisset, *Egomet*, inquit, *intercessor mihi fiam*. Factisque in carcere historicis de sancta Walpurga carminibus, tandem egredi permissus ut ante episcopum venit, novum illud sanctae virginis responsorium alta voce percantavit, sicque non solum veniam, verum etiam honorem et remunerationem promeruit.

11. Hic ergo sacerdos magnus eiusque successor Starchandus quales quantique episcopi fuerint in vita, quam periti et studiosi in divina scriptura, optimorum quos fieri iusserunt librorum usque hodie testatur multitudo copiosa. Unde et memoria eorum non derelinquetur in saecula. Qui Starchandus erat sancti Odalrici Augustensis episcopi contemporalis et sodalis karissimus. Quem cum defunctum idem sacer episcopus officiosissime sepelisset, iamque in revertendo ad veterem fagum in monte australi hodieque stantem venisset, conversus ad urbem inclinatoque capite *Vale*, inquit, *sancte Willibalde! karissimum mihi mortalium iam hic sepelivi; non est mihi voluntas amplius ad te veniendi*. Solebat quippe antea multotiens venire tum orationis causa ad Sanctum Willibaldum, tum etiam familiaritatis ad amicum. Cuius venerandi senioris nostri epytaphium, quod ipse dum adviveret sibimetipsi fecit, in libris suis inventum hic inserui, in quibus videre est sanctam eius simplicitatem doctamque rusticitatem. Huius psalteriis non sunt inventa similia, tot intimis orationibus et multiplicibus vigiliis decorata. Singulae enim feriae singulas habent vigilias, non modo lectionibus sed etiam antiphonis et responsoriis autenticis eleganter variatas. 965.

12. Post hos venerabiles patres Reginoldus episcopus factus est, carnali quidem nobilis prosapia, sed nobilior scientia; litteris non solum Latinis et Grecis, sed etiam Hebreis imbutus, et quod unicum et singulare in eo fuit, optimus huius temporis musicus. Hic inprimis historiam sancti Nicolai fecit, et per hoc episcopalem dignitatem promeruit. Accepto autem episcopatu, summo studio summaque devotione historica de sancto Willibaldo carmina conposuit, totamque scientiae suae vim in his decorandis atque mirabiliter variandis excitavit. Hinc est enim, quod quibusdam responsoriis longissimis in fine notulas apposuit, eisdemque notulis versiculos instar sequentiarum subiunxit. Quod quidem in tertio, sexto et nono fecit, et tertio paucos versiculos, sexto plures, nono dedit plurimos. Sed vide ordinem! Tercio minimum iter, id est initium peregrinationis attribuit, scilicet ubi de patria exivit; sexto maius, quo Ioniam venit; nono maximum, quo Ierosolimitani itineris qualitatem in versiculis noni responsorii conatus est exprimere. Nam quemadmodum sanctissimus viator noster de Italia in Greciam, de Grecia in Iudeam, iterumque de Iudea in Greciam, de Grecia in Italiam, et inde huc ad nos usque salvus pervenit: ita sollertissimus noster musicus primo Latinos, dein Grecos, mox Hebreos, iterumque Grecos, ad ultimum Latinos fecit versiculos. Fecit etiam perpulcram de sancto Wunebaldo historiam, et de sancto Blasio novissimam.

13. Cum autem monasterium[25] amplificare cogitaret, consiliumque prenominati sancti Odalrici episcopi super hac re per legatum inquireret, vir sanctus huiusmodi responsum remisit, nec opus nec bonum sibi hoc videri; satis magnam esse ecclesiam quantitate, maximam vero sanctitate; neque enim se unquam in ullam venisse, in qua melius posset orare. Hoc responso paululum revocatus ab incepto, post tamen satisfecit suo desiderio. Occidentalem namque templi partem, prius ceteris tribus aequalem, eius partis ampliavit adiectione, quae nunc versus occasum est hodierna sacri fontis statione. Ex eo tempore paulatim cessabant signa et prodigia, quae ibi prius fiebant plurima. Ut enim maiores nostros saepe audivi dicere, appropinquante quotannis festivitate sancti Willibaldi tanta multitudo caecorum, claudorum, mancorum, demoniacorum et multifarie debilium confluxit, ut porticus illa magna ad Sanctum Martinum nequaquam eos capere posset, tantusque stridor ab eis in vigilia sancti fieret, ut vesperam illam iocundissimam nonnihil impedirent; verumtamen antequam missa in die sancto finita fuisset, ferme omnes sanati Deo sanctoque Willibaldo debitas gratias referrent. Et hinc eundem episcopum antiphonam illam *Surdos coecos mutos mancos* fecisse et priori praemisisse *Miraculis signorumque variis virtutibus praepotentem effecerat*.

14. Diligebat autem idem episcopus praepotentem quandam dominam Pia vocatam, quae omnes illius temporis feminas artificiorum subtilitate incomparabiliter dicitur superasse. Haec multis et miris ornatibus ecclesiam nostram decoravit, non solum per

25) templum cathedrale, das Münster.

semetipsam operando seu tradendo, verum etiam alias multas multa artificiorum genera docendo. Ad ultimum perfecte conversa ad Dominum, in proximo construxit monaste-
26 rium sanctimonialium Bergen vocatum[26], quod regalibus, ut erat ditissima, redditibus locupletatum et omni ornamentorum genere multifariam decoratum, Romanae ecclesiae specialiter tradidit. Quam traditionem Iohannes tunc apostolicus privilegio suo, quod hodieque nobiscum est, confirmavit, et omnes eidem monasterio aliquam iniustitiam facientes terribiliter anathematizavit.

989. 15. Defuncto itaque Reginoldo episcopo successit Megingaudus, antecessore suo tam moribus quam scientia dissimillimus. Ille quippe adprime, hic vero mediocriter erat litteratus; ille mitis et benignus, hic severus et iracundus; in illo perfugium miseris, in isto communis erat pernicies malis. De isto episcopo tam multa tamque mira narrantur, ut melius esset omnino reticere de eo quam parum aliquid dicere; nisi scirem, quod hoc aut invidiae deputaretur aut inscitiae. Dicam ergo vel pauca, nec predictorum arguar; reticebo autem multa, ne a proposito longius impediar.

16. Hujus episcopi mentionem etiam in superiori libello feci, cum de Vastolfo Haserensi narravi, quem in confirmatione Ezzolfum iussit nominari. Ipse libentissime manducavit, ideoque nomen a ieiunio ductum sibi displicuit. Solebat autem saepissime antecessorum suorum more[a] celebrare. Qui cum venisset illuc, fratresque eum more solito suscipere vellent, cantato brevi psalmo innuit eis, ne amplius quid cantarent; sedensque ad mensam, aut aprum magnum aut tale aliquid fratribus misit dicens, *Fer hoc illis Dei servis, qui me nuper tam devote et optime susceperunt.*

17. Erat autem in omni divino servitio amator brevitatis, semperque malebat missam brevem quam mensam. Quodam itaque tempore cum ibidem in die sancto pasce missam publicam cantaret, tandemque ad sequentiam cantandam ventum esset, eamque praecentor solito more sollempniter elevaret: iratus episcopus vocat archidiaconum, iussitque eum quantocius legere ewangelium: *Illi*, inquit, *insaniunt et nimium diu cantando fame et siti me occidunt. Stulte! Antequam fierent sequentiae, plures Deo placitae cantatae sunt missae.* Quadragesimae tempus annuo sibi spatio longius videbatur, ideoque dato interdum pretio ieiunium redimere consuevit. Per singulas enim quadragesimales dominicas, cum prima cantaretur, husonem magnum in medio choro iussit extendere cum huiusmodi legatione: *Dic dominis meis,* — semper enim fratres Eistetenses[b] appellare consuevit, — *ut hanc caritatem habeant de me, quatenus in hac ebdomada tempestivius mihi liceat comedere.* Hoc pretio conducti quamquam solito maturius cantarent, tamen cum prima cantabatur, ille meridiem, — cum tertia, ille nonam esse dicebat, statimque ad mensam accedebat.

18. Consecrationem crismatis et ecclesiarum valde simpliciter, ut antiqui soliti erant, agebat; ordinationes vero clericorum sic interdum celebrare consuevit, ut presbyterum suum duntaxat missam cantare faceret, et hora consecrationis stolam solam indueret, sedensque coram altari ordines daret, sed et stipantes se in odium sancti Willibaldi, quod tanti essent, ire iuberet. Crede mihi, hisce oculis vidi nonnullos venerabiles presbiteros, qui veraciter professi sunt, se ab illo in Wirzburgensi nemore consecratos. Et fortasse consecratio eius Deo acceptior tunc erat in silva, quam quorumdam nunc in ecclesia.
Matth. 23, 24. Ille enim per duplicitatem nichil egit, isti vero liquant culicem, camelum autem deglutiunt.

19. Solebat quoque nonnunquam facile maledicere, verum absque ulla fellis amaritudine. Denique cum Romam iturus centum maledictionum licentiam[c] a fratribus accepisset, hasque omnes quantocius erogasset, remisso ut aiunt nuncio laxiorem licentiam
27 petiit; quam tamen postea ultra modum et numerum excessit. Cum autem familiam[27] sancti Willibaldi inprimis durius tractasset, tandemque clamor eorum ad aures clementissimi patroni pervenisset, quadam nocte bono quodam presbytero Woffo dicto sacrosanctam eius cryptam orationis eius causa intrante, sanctus Dei praesul manifeste apparens sibi dixit ad eum: *Vade et dic episcopo, nisi velit familiam meam clementius tractare, quantocius debet locum meliori dare.* Qui cum diceret, nequaquam audere tam mirabili illi episcopo haec nunciare: *Profer*, inquit, *manum!* et facto in eo quodam signo,

a) *deesse aliquid apparet, uti* missam ibi, *vel simile quid.* b) dominos *excidisse videtur.* c) licencia *cod.*

26) inter Eichstädt et Neuburg, ord. S. Bened. 27) i. e. homines.

Hoc, ait, *ostende sibi in testimonium.* Quo audito et viso, episcopus ultra quam credi potest perterritus, utcunque tamen mitior est factus. Verumtamen quia naturam difficile est corrigere, antiquam in corripiendis quibuslibet personis austeritatem obtinuit et non facile cuiusquam delictum reticuit.

20. Cum transiret aliquando de regalibus quidam servientibus, inter suos nonnihil gloriosus, prandiumque rogaret, interrogatur ab episcopo, quare tam longinquo itinere, — erat enim longius nescio quo iturus, — viaticum proprium non portaret? Qui cum se quicquam ferre negaret, et excusationes frivolas, ut solent, opponeret: impudenter peccatum malo homine percepit obsonium. Quippe inter prandendum, cum didicisset episcopus, quod cibaria non pauca secum ferret, abstractum de mensa loris aggredi iussit, et oblito domesticatus consortio, mendacium oris dorso infligi praecepit, *Non oportere*, inquiens, *regales servientes mentiri*, *praesertim cum ipse bona sua veracibus paratus sit largiri.* Qui cum vertisset se et irato animo vellet abire, accepta marderina crusena[28] talari dimissus est in pace, difficulter quidem correctus, honeste vero donatus et pleniter reconciliatus.

21. Alio quoque tempore, cum iunior quidam clericus legatione Macelini Wirzeburgensis episcopi functus ad eum veniret, videns eum a longe accipitrem in manu ferentem, vocat unum ex camerariis suis et ait: *Sic et sic facito cum adveniente clerico.* At ille venienti occurrens, et descendentis equum devote suscipiens, addidit: *Date mihi ad servandum et*[29] *accipitrem*, *donec vestram peragitis legationem.* Clericus vero nihil mali suspicatus, statim tradidit alitem. At ille apprehensum per liguras[a] accipitrem, ter et quater in faciem clerici percussit, *Furcifer*, inquiens, *quomodo ausus es ad episcopum venire huiusmodi alitem ferens?* Confusus et dolens clericus ingreditur ad episcopum, non iam legationis causa sed querelarum, minitans, hanc se contumeliam domino suo lacrimabiliter conquesturum. Cui episcopus *Immo ego*, inquit, *nisi patienter feratis, mandabo domino vestro*, *quam inurbane ad me venistis*, *et non solum gratiam eius*, *sed et bona vestra et ipsum ordinem perdam vobis. Vos equidem stulte egistis; stulte egit et meus; condonate alterutrum, quod invicem peccastis; et cavete de cetero, ne umquam ad me vel ad aliquem episcopum tam irregulariter veniatis.* Deinde donatus et ipse non vili munere, abdicata iniuria recessit in pace.

22. Habebant autem hii duo episcopi[30] magnam inter se familiaritatem propter assiduam munerum missionem. Noster husones et serica vellera subtilesque pannos, quibus habundabat, mittere[b], ille econtra vinum optimum, cuius sibi magna copia, seniori autem non parva erat penuria, retribuere. Ille nostrum interius, noster illum exterius procurabat, et sic munifica manus amicitiam mutuam confirmabat. Quodam autem autumpno missis noster muneribus solitis cum speratam vini remunerationem pendulus expectaret, sodes eius sollempniter iocari volens, decem quidem carradas delicati vini misit, verum urbane[c] illum prius elusit. Praemissus quippe nuncius eius saccos, quibus vellera ferebantur, musto impletos coram episcopo indignanter proiecit et nulla salutatione premissa, *Ecce*, inquit, *dominus meus remisit vobis munuscula vestra sibi indigna, vobis necessaria.* Ad hec episcopus *Furcifer*, inquit, *tuus dominus non erat talibus donis dignus, ideoque iuste remisit, quae suae conditioni incongrua esse recognovit. Fatuus rex quid faceret ignoravit, cum tali talem episcopatum dedit.* Tunc legatus stricto cultro saccos temere discidit, et effuso musto episcopum in iram maximam provocavit. Exclamavit enim voce magna et dixit: *Filius meretricis*, *dominus tuus itane aperte ausus est mihi illudere? Per sanctum Willibaldum oculos tuos non auferes a me.* Interea, ut erat preordinatum, intrant ordinatim plaustra ducentia vinum. Tum vero legatus reverenter accedens, *Dominus meus*, inquit, *mandat vobis*, *domine*, *servitium suum et omne bonum.* Quem terribiliter intuitus episcopus dixit: *Eho*, *trifurcifer! Quis autem ille dominus tuus est? totne dominos habes.* „*Episcopus*, inquit, *est Wirzeburgensis*, *et has decem carradas vini misit vobis.*“ Tunc ille alacer et laetabundus *Serione tu*, ait, *haec dicis*, *an iterum ludis? Credo*, *ut est ridendi splene cachinno*, *aquam misit pro vino.* Econtra legato opti-

a) i. q. ligaturas. b) in itinere *cod.* c) urbana cod.

28) cf. Brunonem de bello Saxonico cap. 92. 29) i. e. etiam. 30) Macelinus et Megingaudus.

mum vinum esse affirmante, epicurus episcopus iam plane laetissimus *Benedictus,* inquit, *domino Deo sodes meus dilectissimus, benedicta munera eius! Revera decus est Wirzeburgensium presulum. Sapiens imperator nusquam melius collocare poterat hunc optimum episcopatum.* Tam cito vituperatio illa versa est in laudem, tam cito ex tam vili tam in-
31 signis factus est episcopus. Hunc legatum nequaquam credas utcumque[31] donatum. Sic homo erat; cum nuper maxime fervebat, paulo post tam placidus ut ovis fiebat. Denique cum aliquando durius in aliquem saeviret inpransus, post mensam flebiliter se ipsum accusabat, dicens, se propter ventris sui impatientiam innocuam sancti Willibaldi lacerasse familiam. Nec mirum, si haec vel subditis vel aequalibus fecit, qui nec ipsi imperatori provocatus pepercit.

23. Beatae in Christo memoriae Heinricus imperator, Babenbergensis episcopatus institutor, cum sollempnes tam sibi quam aliis ludos exhibere vellet, mandavit huic episcopo nostro, suo vero propinquo, in parte consanguineo, ut plenum sibi in via Ratisponensi daret servitium, archiepiscopo cuilibet nonnihil formidandum. Cui cum regius legatus singulatim quae danda essent magnifice enumeraret, tandemque ad immensam vini mensuram ventum esset, *Pessime!* inquit, *dominus tuus aperte insanit. Unde deberem sibi tantum servitium dare, qui nec memetipsum satis queo pascere? Ego quidem socius eius eram genere; sed ipse fecit rebus quasi pauperem parrochianum, et nunc regale poscit a me servitium? Unde sibi tot carradas vini? Ego quidem de vino nihil habeo nisi unam parvulam carradam, quam dedit mihi sodes meus diabolus Augustensis episcopus tantum ad sacrificium* — dicebat autem Brunonem, ipsius imperatoris germanum fratrem —; *per sanctum,* inquit, *Willibaldum, ne una quidem gutta huius vini*[a] *intrabit in os domini tui.* Tandem cum defervisset ira eius, pretiosos imperatori aliquot pannos misit, et legato dixit: *Hoc voluit dominus tuus, hoc habeat; hoc est Eistetensium episcoporum potius quam plenum regibus dare servitium.*

24. Quando ad curiam venit, si via lutosa erat, usque ad ipsam regalis cubiculi ianuam equitare solebat. Quod cum alii episcopi inconveniens esse dicerent, hiis verbis compescuit eos, dicens: *O stulti, egone deberem propter inanes facetias vestras quasi vile mancipium luto aspergi? Quid mihi equus caballus, si ad curiam venirem viator lutosus?* Transeunte caesare, cum alii episcopi debita reverentia surgerent illeque resideret, caeteris hoc notantibus simpliciter se absolvebat, *Ego,* inquiens, *senior sum cognatus, et seniorem honorare tam gentiles quam sacrae iubent litterae.* Multa scienter pretereo, quia et de aliis dicere et ad propositum redire debeo, ideoque de novissimis eius breviter commemorare volo.

25. Christianissimus imperator Heinricus cum Babenbergensem[b] episcopatum regaliter ditatum consummare non posset, nisi a circumiacentibus diocesibus parrochiae terminos redimeret, solus agonista noster, tam moribus quam genere fretus, viriliter sibi restitit, et ad vitae usque finem iniquo concambio nullatenus acquiescere voluit. Illo
1014. vero feliciter defuncto, Eistetensem episcopatum, ab initio usque tunc a nobilibus et summis viris habitum, ingeniosus imperator tunc demum servili personae addixit; et Gunzoni cuidam, Babenbergensis ecclesiae custodi, hoc ipsum[32] ut strueret, dedit. Sub hoc episcopo cum caesar propositi sui properus predictum concambium maturare vellet, et novus ille episcopus capellanorum ac militum suorum tunc praecipuorum consilio fretus constanter restitisset, iracundo admodum animo caesar fertur dixisse: *Gunzo, quid hoc audio de te? An ignoras, quia propterea episcopum te loci illius feci, ut, quia voluntatem meam cum priore, utpote socio meo, perficere non poteram, tecum, qui eiusmodi es, sine dilatione perficiam? Cave, ne unquam tale quid audiam ex te, si vel episcopatum vel gratiam meam velis retinere.* Quibus auditis, episcopus quidem obmutuit; clerus vero et militia in contradictione perstiterunt, adeo ut abhominabile concambium potenter potius quam voluntarie sit factum. Hinc est, quod unus de senioribus Babenbergensium fratrum in extremis positus hoc quasi legitimum sempiternum futuris mandasse fertur generationibus, ut Eystetense concambium nunquam destrui paterentur, Wirzeburgensis vero mutationem non multum abnuerent, sed[c] ipsa episcopalis sedes in illa diocesi sua non fuisset. Propter[33] hoc inlaudabile concambium idem episcopus fecit et aliud eccle-

a) uilli *cod.* b) Babbergensem *cod. saepissime.* c) *legendum videtur.* si ipsa e. s. in i. d. sita non f. *P.*

31) i. e. parce, taliter qualiter. 32) i. e. concambium. 33) i. e. praeter.

siae nostrae non mediocre dampnum. Nam quia venationibus ultra modum deditus erat, regalem curiam in Retia sitam, Nordelingen[32] dictam, Ratisponensi episcopo pro venatione quadam Stederach vocata prope Ungariam sita delegavit; de qua venatione omnes post eum episcopi ne unius quidem oboli pretium habuerunt.

26. Hic uno dumtaxat lustro peracto, Walthero eiusdem[a] conditionis episcopo locum 1019.
dedit, qui et ipse post duos annos eadem die qua antecessor suus defunctus, Ravenna 1021.
urbe sepulturam accepit.

27. His tam cito sublatis, denuo nobilitati[b] cessit cura pastoralis. Heribertus namque, nobilis genere, nobilior moribus, vir eleganter literatus, sancti illius Heriberti Coloniensis archiepiscopi cognatus et aequivocus, divina favente gratia factus est episcopus. Hic Herbipoli[c] nutritus, edoctus, egregia dictandi[33] dulcedine in tantum enituit, ut tunc 33
temporis hac in arte nulli secundus fuerit. Hic Spiritu sancto afflatus, sex ymnos pulcherrimos composuit, unum de sancta cruce: *Salve crux sancta;* alterum de sancto Willibaldo: *Mare, fons, hostium;* tertium de sancta Walpurga: *Ave flos virginum;* quartum de sancti Stephani[d] inventione: *Deus deorum domine;* quintum de sancto Laurentio: *Conscendat usque sydera;* sextum de omnibus sanctis: *Omnes superni ordines.* De sancta Maria vero fecit quinque intimas orationes, quarum omnium commune initium est: *Ave Maria gratia plena.* Fecit etiam duas has initiatas[e] modulationes: *Advertite omnes populi*, et: *Peccatores, peccatrices quandam.* Hic 70 canonicos Eihstetensis congregationis invenit, sed eiectis una die 20 fratribus, ad 50 redegit. Quos tamen omnes, parrochiis datis, satis devotos habuit.

28. Sub hoc episcopo Gunderammus Eihstetensium scolarum magister fuerat; qui quoniam domi, non iuxta Renum seu in[f] Gallia doctus erat, tam nullius ab episcopo habitus est, ut ipsum eicere et alium substituere cogitaret. Verum ille ut granum synapis tempore tranquillitatis latuit, tempore vero contritionis quid intus saperet efficaciter ostendit. Adveniente enim[g] aliquando famoso illo Wirzeburgensium magistro Pernolfo, cum episcopus tam eum utpote compatriotam honorare, quam nostrum ut invisum vellet confundere, quadam die ad scolas venit, et accepto aritmetico libro hospitem magistrum legere et nostrum, ut inferiorem, iussit attendere. Ad hec noster intrepida voce respondit: *Me potius oportet hic legere, et illum auditoris officium habere, nec nisi rationabiliter emendanti cedere.* His dictis recepit librum, et inreprehensibiliter perlegit folium unum. Quo audito adventicius philosophus dixit ad episcopum: *Domine, per fidem quam Deo et vobis debeo, iste locus hoc superstite meliore[h] non indiget et[i] doctiore magistro; et si ego conclaustralis eius essem, vellet nollet cottidie lectionem eius audirem.* Qua sententia non magis illum quam se sapientem esse monstravit. Nisi enim sapiens et bonus esset, alium aeque sapientem neque tam plane dinoscere, neque tam benigne laudare posset. Hac ergo laudatione sic episcopo scolasticum reconciliavit, ut ad vitae usque terminum non modo alium non subordinaret, verum etiam istum magisteriali honore perquam dignum duceret.

29. Sub hoc episcopo primitus apud nos coepit veterum aedificiorum deiectio et novorum aedificatio. Antecessores eius imis et mediocribus aedificiis contenti erant, magnamque in hiis habundantiam habere volebant. Iste vero episcopus et omnes successores eius aut novas ecclesias aut nova palatia aut etiam castella aedificabant, et hec iugiter operando, populum sibi serviturum ultima paupertate attenuabant. Nam universum paene tempus stercorationis, arationis totiusque agriculturae dum solis lapidibus componendis iugiter impenditur, et tamen debitum servitium summa severitate exigitur, prior habundantia ad inopiam, et summa laetitia quae sub prioribus episcopis erat, ad maximam redacta est tristiciam. Quod de nobis[k] dico, satis notum tibi scio, quia Wirzeburgensibus, inter quos habitas, quodammodo naturale est destruere et aedificare, quadrata rotundis mutare[34]. Hoc opus, hoc studium cum his episcopis venit, quibus erat 31
et est hereditarium. De his alias.

30. Igitur noster ille, dirutis antiquis et inveteratis veterum episcoporum aedificiis, nova subvexit, eaque in australi monasterii latere, ubi prius claustrum nostrum erat,

a) eius *cod.* b) nobilitate *cod.* c) herwipolis *cod.* d) sancto Stephano *cod.* e) *vox incerta in cod.* f) *deest cod.* g) nam *cod.* h) meliorem *cod.* i) *deest cod.* k) *utrum ita, an* vobis, *incertum.*

32) Nördlingen civitas. 33) i. e. dichten. 34) Horat. ep. I, 1, 100.

apposuit. Hodiernam sancti Blasii capellam pro antiqua illa sanctae Gerdrudis substituit, quam postea Victor papa mirificis et quodammodo vivis picturis adornavit. Claustrum vero nostrum a monasterio, ut nosti, pene alienavit; quod tamen non sine causa fecit. Volebat quippe ipsum templum ex parte transferre, ita ut pars monasterii, quae nunc orientalis est, occidentalis fieret, sicque monasterium in editiori urbis loco consisteret. Cuius novae fabricae parietes decem pedum mensura vidimus altiores. Quod quidem monasterium si perfectum esset, tunc utique claustrum in meridiano eius latere, prout deberet, consisteret. Quod quia sancto Willibaldo non placuit, et opera et im-
35 pensa periit. Monasterium in monte veteris urbis[35], ut est hodie, primus aedificavit, et monachicam vitam, quae nunc proh dolor! defecit, laudabiliter ibi instituit. Capellam sancti Bartholomei in eodem monte hac de causa fecit. Cum quidam hypocrita, in vestimentis ovium conspectus, intrinsecus autem lupus rapacissimus, brachium sanctae Walpurgae et calicem illum aureum, de quo supra diximus, furtim surripuisset et in monte iam dicto in quodam lapide concavo abscondisset, nullo modo inde auferre neque ipse quoquam potuit abire. Quod maximum sacrilegium quia in die sancti Bartholomei Dei gratia est revelatum, devotissimus episcopus eidem apostolo capellam ibi fieri iussit, et postea in festo eius sollemniter dedicavit. Capellam sancti Martini prius parvam per cognatum nostrum domnum Woffonem, tunc camerarium, postea Merseburgensem episcopum, ampliari et ut hodie est meliorari fecit. Idem camerarius veterem illam et sanctissimam sanctae Mariae capellam, in qua supra diximus sanctissimum Willibaldum a sancto Bonifacio in presbyterii gradum promotum, deiecit, et hodiernam[a] fecit, maiorem quidem quantitate sed longe imparem sanctitate. Item monasterium sanctae Walpurgae per dominum Leodegarium innovavit, et monachas, cum prius essent canonicae, ibidem instituit.

31. Hic est sanctae memoriae Leodegarius ille, qui cum esset genere et moribus
36 divitiisque praepotens comes[36], terrenum honorem pro Christi amore dereliquit, et deposito gladio attonsaque barba canonicus sancti Willibaldi factus est, qui et ipse[37], cum esset regis filius, regnum mundi et omnem ornatum seculi pro Christo contempsit, et terreni imperii abdicatione coelestis regni consortium felici commercio taxavit. Quem imitatus et iste Dei famulus, hereditarias quas habuit possessiones sanctae Walpurgae scilicet ea conditione contradidit, ut et congregationis numerus augeretur et monachica sanctimonialium vita ibidem institueretur. Quod et factum est.

In hoc autem Dei electo specialiter hoc notandum, immo venerandum est, quod, cum esset tempore conversionis satis provectae aetatis, in accipiendis tamen ordinibus tantae discretionis extitit, ut nonnisi unum una vice accipere et in eo aliquamdiu obedienter vellet ministrare. Eo promotionis tenore ad presbyterii dignitatem pervenit, et quadraginta prope annis in eodem ordine Deo devotissime serviens, quinquennio ante obitum instar veteris Tobiae oculis captus est. Sed et beati Iob exemplo caro eius partim computruit. Quas temptationes ita patienter itaque hilariter pertulit, ut sua sponte nullus, exceptis secretissimorum arbitris, omnino senserit. De hoc venerabili sacerdote gloriosissimus imperator Heinricus, pater istius aeque gloriosi, ad dominum nostrum Gebehardum episcopum ita solitus est iocari, ut irrideret Eystetenses, comitis missam se audisse aut audituros esse simpliciter dicentes, et cetera. Cum autem tempus remune-
38 rationis suae appropinquaret, ipseque ad Sanctum Magnum[38] inter Alpes sepulturam suam preordinatam haberet, et in ipso itinere apud monasterium suum Gemphingen, quod ipse instituit, defunctus esset, corpus eius, ab ipsis inhiantium faucibus ereptum et Eichstat honorifice deportatum, in medio sanctae Walpurgae quod ipse construxit monasterio, in ipso depositionis eiusdem sacratissimae virginis die officiosissime sepultum est. Cuius anima exeunte, ut presbyterum sibi assidentem audivi veraciter dicere, flamma instar candelae de ore eius exivit, tantusque horror cunctos qui aderant invasit, ut omnibus se subtrahentibus vix ipse perduraverit. Cuius vitam, conversionem et obitum breviter eloquitur hoc epitaphium:

a) *ita codex*; hodie eam *corrector*.

35) ubi postea castellum S. Willibaldi aedificatum fuit, de monasterio capella tantum S. Petri remanente, quae et ipsa iam plane evanuit. 36) de Lechsmund; cf. de eo Acta SS. 21. Februarii. 37) S. Willibaldus scilicet, Richardi regis filius. 38) Füssen.

En, Leodegari, reddis terrae sua matri;
Coelis inde datam reddideras animam.
Presbyter ex comite pro Christi factus amore,
Tunc tua Walpurgae tradideras, modo te.
Ultima praesentis vitae, sed prima perennis
Nona Kalendarum lux tibi Martis erat.
Oramus pro te, tu pro nobis, pater alme,
Ut tecum pacem possideamus. Amen.

32. His compendiosius quam rei dignitas postularet explicitis, ad episcopum[38] redeo, 38 et multis compendii causa praetermissis, de novissimis eius pauca subiciam. Ex quo cathedram episcopalem susceperat, modis omnibus solum hoc agebat totusque in hoc erat, ut episcopatum suum Babenbergensi concambio nimis depravatum melioraret, et memorabile aliquid sancto Willibaldo acquireret. Huius rei gratia multas expeditiones admodum difficiles peregit, et dum efficeret quod voluit, nec sibimet ipsi nec suis pepercit. Ad ultimum victus imperator devotissima servitute eius, Nuenburgensem abbatiam[a.39] Eystetensi episcopatui attribuere destinavit, ea scilicet lege, ut corpore sancti Willibaldi illuc translato, episcopalis sedes in eodem constitueretur loco. Quod quia sanctissimo patrono nostro, hunc locum specialiter amanti, non placuit, ad effectum nequaquam pervenire potuit. Sed et Nuenburgenses sanctimoniales propitiatrici suae sanctae Mariae constantissimis precibus usque adeo incubuere, donec effectum petitionis obtinuere. Nam dum episcopus eandem abbatiam iam sese in manibus habere putaret, et huius rei gratia ad curiam laetissimus veniret, repente regis animus immutatur, et tam diutinae presulis expectationi penitus renunciatur. Quo ille audito graviter animo consternatus, in tantum aegre tulit, ut et lacrimas non contineret, et palam sanctum Willibaldum rogaret, ne unquam vivus Eistat rediret. Quod et, proh dolor! factum est; nam in redeundo aegritudinem incidit, et antequam Eistat perveniret, inter vias defun- 1042. ctus, a Frisingensi episcopo Egilberto illo mirabili, quem in vita plurimum coluit, accu- Iul. 24. ratissime sepultus est. In tantum vero fratres de obitu tam benignissimi patris doluisse feruntur, ut ad tumulum eius per vices usque ad tricesimum diem pernoctanter vigilarent, et nimio amore persuasi, pro sancto eum ferme haberent. Cuius sepulcro tale appositum est epitaphium ab egregio illo versificatore Willerammo abbate, consanguineo scilicet suo, compositum:

Ecce Dei servus praesul iaceo hic Heribertus, et reliqua.

33. Huic episcopo frater suus Gocemannus in episcopatu successit, sed nonnisi duobus mensibus superstes fuit. Verumtamen licet brevi tempore prefuerit, nonnihil memorabile in diebus suis fecit. Adiuncto namque Brunone Wirzeburgensi episcopo, supradictum sanctae Walpurgae monasterium in festo sancti Burchardi, ut et ipsum hic cele- 1042. brem faceret, dedicavit; et deinde post tres dies defunctus, a prefato Wirzeburgensi Oct. 17 episcopo iuxta fratrem suum honorifice sepultus est.

34. Secutus est Gebehardus episcopus, qui utinam aut nunquam presul fieret, aut factus tam cito subtractus non esset! Tolerabilius enim esset, tale bonum omnino nescisse quam cognitum tam cito amisisse. Hic patre Hartwigo, matre vero Beliza natus, Suevia oriundus extitit[40], et etiam regalem, ut ipse Heinricus imperator fatebatur, pro- 40 sapiam ex parte attigit. Quam tamen arrogantiam, ut erat facetissimus, suaviter ille declinabat, dicens, se quidem claris sat ortum parentibus, sed nequaquam ad hanc dignitatem pertinentibus. Hic vero hac occasione, immo ut verius dicam, divina hac ordinatione factus est episcopus. Postquam episcopatus noster ad petitionem memorati Brunonis episcopi duobus insimul Wirzeburgensibus datus est fratribus, Gebehardus Ratisponensis episcopus, regis patruus, postulare coepit, ut suae cognationis gratia Chunoni archipreposito suo daretur. Cuius petitioni benignus augustus in tantum acquievit, ut idem prepositus de episcopatu tam certus esse vellet, ut etiam quorundam clericorum servitium quasi iam debitum non recusaret. Comperto autem imperator quod presbyteri filius esset, cum penitus sibi episcopatum dare noluisset, patruus eius in

a) *hanc vocem codex omittit; supplevi ex excerptore Blankstetensi; cf. statim sequentia.*

38) Heribertum. 39) Neuburg. 40) comes de Calw ad fluvium Nagold.

tantum coepit indignari, ut diceret, non propter praedictam excusationem, sed magis propter sui despectionem hoc sibi denegari. Quam patrui suspicionem cum caesar excludere vellet, *Ut sciatis*, inquit, *me nihil erga vos nisi quod bonum est moliri, offerte mihi quemcunque idoneum ex vestratibus, hoc tantum excepto, et voluntatem vestram libenter adimplebo.* Ad haec ille cum debitas egisset gratias, *Habeo*, inquit, *hic mecum iuniorem quendam cognatum meum, cui si praefatum episcopatum dederitis, devotissimum me semper in omnibus habebitis.* Tum ille *Facite*, inquit, *illum ad nos venire.* Quem adductum caesar intuitus, *Valde*, inquit, *minor est et ad hanc dignitatem vix idoneus satis.* Deinde consultis super hac re assidentibus episcopis, et diversis diversa respondentibus, sanctus Bardo Moguntinus archiepiscopus, subtus cucullam suam ut solebat collectus et tacitus, cum et ipse ad respondendum rogaretur, postquam saepius eum intuitus est, demisso vultu tandem ad imperatorem ait: *Domine, bene potestis hanc sibi dare potestatem, quia aliquando dabitis sibi maiorem.* Quod rex admodum miratus, *Quid*, inquit, *pater, dixisti de futura datione maioris potestatis?* At ille subridens, *Et tam*, inquit, *in dicendo*[a]; *verumtamen ut dixi, bene potestis hunc sibi episcopatum largiri.* Quo rex audito securus
1042. iam tanti viri testimonio, anulum sibi mox dedit cum baculo. Quod cum pater eius Hartwigus audisset, magno ut decuit gaudio repletus, sciscitatur statim, quis esset huius episcopii[b] patronus. Cui cum sanctus Willibaldus nominaretur, *Pape!* inquit, *sompnium meum me fefellit.* Olim quippe sompniabat, quod iste filius suus sancti Petri pastor esse deberet. Sed nondum venit hora eius.

35. Post hec sublimatus pontificali infula dominus noster Gebehardus, licet iunior esset aetate, nihil tamen puerile gessit in opere, sed ita de virtute in virtutem certatim ascendit, ut inter omnes regni principes paucis inferior, multis vero esset superior. Denique inter caeteras virtutes specialem hanc habuit, quod in exercendis tam divinis quam humanis iudiciis talis scientiae tantaeque velocitatis extitit, ut iam neminem mortalium hac in re superiorem habuerit. Paucis itaque annis interpositis, adoptatus a caesare est in administrationem publici regiminis. In quo actu tam multiplici laude resplenduit, ut, quod rarissimum est, invidiam virtute superaverit. Unde factum est, ut exulante ad Ungariam Chunone duce, ipse ducatum Baioaricum ad tempus susciperet regendum. Quibus diebus inter alia gloriose gesta Schirenses, latrociniis ut hodieque sunt deditissimos, in tantum devastavit combussit ac contrivit, ut huius afflictionis tam perpes memoria quam querimonia penes eosdem sit. Eo tempore cum secundus a rege esset, rexque eum solo regni solio praecederet, caesar ipse aliique multi veraciter credidere, prophetiam illam sancti Bardonis de maiore potestate iamiam impletam esse. Sed neque adhuc venit hora, qua implenda erat haec sententia.

1049. 36. Illis diebus sanctus papa Leo Romanam rexit ecclesiam, qui iam secundus imperatoria electione apostolicae sedi prefuit. Siquidem primus Suidegerus Babenbergensis
41 episcopus extitit; qui venerabilis pater, ut praemisimus in libello Agnetis imperatricis[41], propter hanc necessitatem ad apostolicae sedis assumptus est gubernationem. Cum antiqua Romanorum avaritia inter alia etiam apostolicam sedem venalem faceret, et modo hunc, modo illum, nunc alium super alium constituerent: gloriosus imperator indignitatem rei non ferens, cum magno exercitu Romam venit, et habita generali
1046. Dcb.24. synodo, duos simoniacos uno die abiecit, et tertium catholicum apostolicae sedi imposuit, praedictum scilicet Suidegerum Babenbergensem episcopum, Clementem in papatu vocatum. Qui eisdem Babenbergensibus hoc privilegium dedit, ut in summis festivitatibus tum ministri altaris, tum etiam caeteri seniores mitras habeant in capitibus.

1047. Oct. 9. 37. Hoc papa feliciter defuncto et Babenbergae in choro sancti Petri singulari fra-
1049. Fbr.12. trum devotione sepulto, successit beatus hic de quo diximus Leo. Qui tam immensae clementiae fuit, ut capitalium criminum reis nonnisi tres sextas ferias pro poenitentia iniungeret, et cetera misericorditer indulgeret. Quod cum familiares eius notarent, et simpliciores quosque ad audendum perpetrandumque facinus impunitate incitari dicerent, clementissimus papa suaviter respondit, et tam vera quam simplici sententia murmurantes compescuit. Ait enim: *Non displiceat vobis, fratres, si ego peccator peccatoribus*

a) *ita codex, sed locus est corruptus.* b) episcopi *cod.*

41) prima pars fuit huius operis, iam deperdita.

condescendo; immo displiceat potius, quod peccantes gravius equidem quam ille, qui peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore eius, punio. Nusquam enim repperietis in toto euangelio, quod dominus noster Iesus aliquem ieiuniis vel verberibus afflixerit. Sed poenitenti: „Vade, ait, in pace, et amplius noli peccare.“ Hic contra Nortmannos pro pace ecclesiastica bellum suscepit, et maximum suae partis detrimentum incurrit. Unde insolabiliter contristatus, cottidie missam cantavit pro interfectorum animabus. Quod cum diu fecisset, tandem angelus Domini per visionem sibi astitit, et cur cottidianas pro defunctis missas ageret interrogavit. Cui cum ille respondisset, quod iure hoc pro interfectis suis faceret, angelus ad hoc, *Noli*, inquit, *pro defunctis cantare, potius „Sancti tui Domine“, quia pretiosa est in conspectu Domini mors sanctorum in illo prelio peremptorum.* Quam missam postea cantavit pro illis ad vitae suae usque terminum. Appropinquante autem tempore vocationis eius, vidit in visione iuvenem quendam papalibus vestibus indutum accedere ad se, tres calices in manibus portare. Cuius sompnii interpretationem mox expergefactus sic exposuit suis familiaribus: iuniorem quendam post se papam futurum et nonnisi tres annos victurum. Aliud quoque vidit sompnium de Hilteprando, tunc temporis Romanae ecclesiae archisubdiacono; scilicet cappam suam ardere et flammas ex se usquequaque spargere. Quod prophetice solvens ait: *Si unquam, quod absit, ad sedem apostolicam ascenderis, totum mundum perturbabis.* Quae prophecia quam vera fuerit, plus aequo iam proh dolor! et bono in nostris calamitatibus apparuit.

38. Leone ergo papa non simpliciter defuncto, sed vere in numero sanctorum computato, 1054. Apr. 19. primates Romanorum Mogontiam veniunt, papam sibi ab imperatore deposcunt, et post longam deliberationem nullum nisi nostrum episcopum Gebehardum accipere Nov. voluerunt. Qui totis viribus renisus, quanto plus oblatam dignitatem recusavit, tanto Romanorum desiderium ad optinendum eum provocavit. Denique postquam legatos suos clam, ut putatur, Romam misit, qui eum ex industria flagitiis plurimis infamarent et abhominabilem Romanis quoquo modo facerent — sed frustra —, postquam etiam per doctiores quosque, in quibus et noster magister, sibi faventia quaeque canonum collegit capitula — sed et hoc frustra; *non est enim*, ut scriptura dicit, *sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum* —: tandem Ratisponae collectis universis regni 1055. Mart. primatibus, omni tergiversatione deposita, cunctam controversiam brevi quidem sed notabili consummavit sententia. *En*, inquit ad caesarem, *sancto Petro totum me, hoc est corpore et anima, contrado; et licet tantae sanctitatis sede me indignissimum sciam, vestris tamen iussionibus obtempero, ea scilicet pactione, ut et vos sancto Petro reddatis, quae sui iuris sunt.* Hac sponsione a benignissimo imperatore suscepta, Romam hilariter venit, singulari devotione susceptus est, in consecratione Victor appellatus est, tribus annis Apr 13. apostolicam sedem gloriosissime rexit, tantaeque inter ceteras virtutes liberalitatis extitit, ut Romani non solum viventi verum etiam mortuo singularia laudum preconia attribuerent et memoria eius celebris habeatur. Interim non immemor pacti sui, tum consentiente tum etiam invito imperatore, multos sancto Petro episcopatus, multa etiam castella iniuste ablata iuste recepit, Romanamque ecclesiam multis honoribus ampliavit, ditavit, sublimavit; et si diutius vivere licuisset, fortasse tale aliquod verbum incepisset, quod ambae aliquorum aures tinnirent.

39. Post haec ab eodem imperatore plurimis et accuratissimis legationibus evocatus, 1056. Gosilariam venit; et inaudita quidem susceptionis gloria honoratus esset, nisi Deus, quam nulla hec sibi forent, ardenter ostenderet. In ipso susceptionis articulo, dum regius apparatus cum exquisitissimis ornatibus obviam venienti procederet, tantus tamque subitaneus imber ingruit, ut totus ille tantae ambitionis ornatus usquequaque dissipatus sit. Verumtamen ubi fugiendo potius quam procedendo in monasterium ventum est, magnifice susceptus est, ut papam quidem decuit, non tamen ut imperator voluit. Alias vero quam incomparabili apparatu tractatus sit, sicut supra modum fuit ipsa in re, ita longum est referre. Hoc tantum veritate ipsa non invidente licet dicere, nihil tam magnificum fuisse, quo devotionis suae multitudinem pro desiderio suo posset ostendere.

40. Paucis itaque interpositis diebus, autumnali venatione, gratissimo utique sibi occupatus studio in nemore Hart nuncupato, ultimam valitudinem incidit, et medicis desperantibus, ingravescente infirmitate 3. Non. Octobris rebus terrenis exemptus, ad Oct. 5 interminabilia coelestis regni gaudia, ut vere credimus, est translatus. Et quidni cre-

damus? cum inter innumera virtutis et pietatis opera adprime catholicus fuerit, et in extremis suis ipsum apostolicum sibi utique benignissimum, totque venerabiles episcopos aliosque sacerdotes praesentes habuerit; quibus et confessionem fecit et a quibus indulgentiam accepit, quosque devotissimos pro se intercessores habuit. Quem vero ex aqua dumtaxat et Spiritu sancto renatum et in fide catholica defunctum non salvarent tot tantaeque orationes et elemosinae, quae diem sepulturae eius praecessisse feruntur? Deportatus itaque a Saxonia usque ad Renum, Spirae in monasterio sanctae Mariae iuxta
Oct. 28. patrem suum et matrem sepultus est 23° obitus sui die, 5. Kalend. Novembr. quo et natus est die, disponente hoc et egregio papa et Agnete imperatrice, dudum augusta, nunc vidua, ut, quo die exivit de utero carnalis matris, eodem reconderetur in gremium terrae communis, scilicet mortalium omnium matris.

41. His ita transactis, dispositisque laudabiliter regni negotiis, Romam heu! nun-
1057. Iul. 28. quam reversurus rediit, et apud Aritium Tusciae civitatem 5. Kalend. August. immatura morte vitam finivit presentem, et ad gloriam provectus est indeficientem. Huius venerabile corpus cum nostrates ad Eystetensem toparchiam perducere vellent, in via per dolum a Ravennatibus inhumanissime spoliati sunt, et sepulto tam glorioso papa foras muros Ravennatis urbis in basilica sanctae Mariae, ad similitudinem Romanae Pantheon formata[a], piissimo desolati domino, summa onerati tristitia repatriare contendunt. Qui-
Aug. 20. bus ex meridiana parte descendentibus, eadem hora septentrionalem aperte Gundechar iam designatus episcopus descendit; et illis pro amisso lugentibus domino, iste pro adepto laetatus est episcopio. De cuius electione, investitura, intronizatione consecra-
Dec. 27. tioneque secundum descriptionem ab ipso factam supra iam diximus. Qui mox ut ordinatus est, cum domum sancti Willibaldi ab orientali parte dirutam invenisset, quod antecessor suus quorundam pravo consilio persuasus parvo ante obitum tempore iussit fieri, causa tamen meliorandi, nihil impensius maturandum credidit, quam ut dirutam
1058. reedificaret et reedificatam basilicam dedicaret. Inter haec primum pascha suum mirabili ambitione celebravit, vocato ad se cognato et coepiscopo suo Egilberto Pataviensi et aliis multis tam comprovincialibus quam militibus suis et cetera[b] . . . .

a) formate *cod. et excerptor.* b) *hic desinit codex versus finem paginae, in sequenti chartam Ottonis regis subiciens. Neque quae excerptor post haec de Gundecharo habet paucissima, ex nostro sumta esse possunt.*

MAG. ADAMI

GESTA HAMMENBURGENSIS ECCLESIAE PONTIFICUM

EDENTE V. CL. IO. M. LAPPENBERG I. U. D.
REIPUBLICAE HAMBURGENSIS TABULARIO.

Paucissimi sane sunt inter medii aevi historicos, qui rerum traditarum gravitate, perspicuitate, iudicii ingenuitate, fontium scriptorum cognitione, sermonum ore traditorum accurata perceptione ita emineant, ut Adamus, magister scolarum Bremensis. Accedit quod archiepiscopatus Hammenburgensis et regnorum huic dioecesi subiectorum, quorum ille historiam tradit, septentrionalium annales omnino fere desiderantur. Adamo soli id debemus, ut notitiae, quae de populorum septentrionalium rebus gestis passim apud auctores varios reperiuntur aut ex eorum poematis hauriuntur, annis certis tribui et historiae usui inservire possint. Quid quod multa alia de rebus Germanicis et Slavicis scitu dignissima, necnon de Britannia et Hibernia haud contemnenda meminit. Vix igitur sunt chronica huius temporis, quorum textus aeque ac indagatio fontium, quibus superstructa sunt, opera diligentissima tam digna videantur, quam Mag. Adami gesta pontificum ecclesiae Hammenburgensis.

*Ita inscribi libros, quos iamnunc curis nostris edituri sumus, tradidit nobis
Helmoldus*[1]*. Ex ipso opere eiusque praefatione illud tantum discimus, scripto-* 1
rem fuisse canonicum ecclesiae Bremensis nomenque eius incipere a litera initiali A. Eum ex Germania superiori, i. e. ex Saxonia superiori, oriundum fuisse, iam ex vestigiis dialecti eius coniecit auctor scholii 145. *l. IV. c.* 35. *Archiepiscopus Adalbertus, ortus domo comitum de Wettin, e regione natali sua viros plurimos ecclesiae literisque utiles Bremam accersivit. Plurima quae Adamus noster de Magdeburgo profert, per se haud plane necessaria, coniecturam fulcire videntur, Adamum in scholis monasteriorum in hac civitate sive prope illam literis imbutum fuisse. Anno* 24. *archiepiscopatus Adalberti, qui
incepit a* 16. *die m. Aprilis anni* 1068, *Bremam venit*[2]*, ubi inter canonicos* 2
huius sedis cathedralis receptus est. In charta archiepiscopi iam dicti, data anno

1) Chron. Slavic. l. I. c. 14: *Testis est magister Adam, qui gesta Hammenburgensis ecclesiae pontificum disertissimo sermone conscripsit.* 2) V. infra l. III. c. 4. 53.

1069. *Iun.* 11. *eum munere magistri scolarum insignitum inter testes post deca-*
3 *nos et ante presbyteros collocatum invenimus*[3]. *Paullo post regem Danorum*
Svend Estrithson adiit, in Selandia, ut videtur, morantem, qui benignissime eum
excepit et circa terrarum aquilonarium situm et historiam plurima docuit[4]. *Post*
mortem Adalberti pontificis opus suum de gestis pontificum Hammenburgensium
exorsus est, quod, ut ex epilogo v. 52 *sqq. effici posse videtur, circa annum* 1075
absolvit. Etenim illud ante annum emortualem regis Svend, scilicet 1076, *factum*
esse docent quae leguntur verbis l. II. cap. 24: *„Rex Daniae, qui hodieque*
superest“ et cap. 26: *„qui nunc in Dania regnat Svein.“ Quam diu in officio*
scolastici Bremae permanserit, non constat: cum de scolasticis Bremensibus
huius temporis nil inveniamus usque ad Vicelinum, postea Wagriae apostolum,
qui hoc munere circa annum 1125 *functus est. Nec liquet usque ad quem annum*
vixerit; quamvis obitus Magistri Adami in diptycho Bremensi ad 12. *d. m.*
Octobris adscriptus sit[5]. *Traditur Adamus conventui in Ramesloh silvam quan-*
6 *dam donasse ibique sepultus esse*[6]. *Iterata huius conventus commemoratio certe*
praedilectionem quandam Adami prodere videtur[7].

In fontes historiae Adami inquirenti[8] *mox apparet, perquam diligentissime*
eum quum ecclesiae suae chartis et documentis usum fuisse, tum antiquiores
rerum tradendarum auctores omni cum cura consuluisse, multosque scriptores
etiam Romanos et recentiores, inveniendi quicquam spe atque studio motum, per-
scrutatum esse[9]. *Citat chartas in scriniis vel chirographa in archivis ecclesiae*
13 *suae*[10], *privilegia Romanorum*[11] *sive Romanae sedis*[12], *papae*[13], *necnon praecepta*
imperatorum et regum[14]. *Praeter ipsa documenta laudat Adamus librum dona-*
tionum sive traditionum ecclesiae Bremensis, in quo praeter diplomatum copiam
alia quaedam de eius historia iuribusque exstitisse videntur[15]. *Librum quoque*
fraternitatis Bremensis memorat in scholio 42. *Versus etiam quosdam affert ex*
antiquioribus ecclesiae libris[16]. *Opera historica, quae Adamus noster tum excerpsit,*
tum citavit, sunt haec: Einhardi vita Karoli Magni[17], *eiusdemque historia vel*
scripta[18]; *liber quem vocat Einhardi Gesta Saxonum*[19]; *Einhardi annales, Fuldenses*
vulgo dicti[20], *qui ex Historia quam vocat Francorum*[21] *usque ad annum* 911
22 *perducta ei innotuisse videntur; Annales Caesarum*[22]; *Gregorius Turonensis*[23],
fortasse in epitome Fredegarii; Gesta Francorum[24]; *Gesta Anglorum; Com-*
putus a Corbeia delatus qui a nostratibus Fasti Corbeienses inscribitur[25]; *Gesta*
S. Bonifacii[26]; *Vita S. Willibrordi*[27]; *Anskarii liber vitae et actuum S. Willehadi*[28];
Altfridi vita S. Liudgeri[29]; *Gesta, vita s. actus S. Anskarii*[30]; *Gesta, vita s.*
liber vitae S. Rimberti[31]; *Bovo, abbas Corveiensis, de actis sui temporis*[32]; *Rha-*
bani scriptum quoddam, quod Capitulum vocat[33]. *Memorat etiam acta concilio-*
31 *rum quorundam in Germania, videlicet Triburii, Altheimii, Moguntiae habitorum*[34].

3) Hamburg. Urkundenbuch ed. Lappenberg, Tom. I. Nr. CI. 4) V. l. III. c. 53; conf. l. I. c. 50. 54. l. II. c. 24—26. 28. 32. 36. 41. 42. 73. l. III. c. 22. l. IV. c. 21. 25. 37. 38. 5) Vaterländ. Archiv. 1835. p. 304. 6) Von Seelen apud Pratje Bremen und Verden T. VI. p. 477. 7) lib. I. c. 25. 32. 53. l. II. Schol. 24. c. 43. Schol. 34. c. 62. l. III. c. 32. l. IV. c. 28. 8) Fusius haec omnia tractavimus in Archiv für ältere Deutsche Geschichtskunde. Tom. VI. pag. 766—892. 9) *Compertum est nobis ex multa lectione veterum.* L. I. c. 3. 10) l. II. c. 5. Schol. 49. 11) Praefat. l. I. c. 23. Adde Schol. 5. 12) l. II. c. 3. 13) l. I. c. 18. 29. 51. 52. Schol. 34. Vide etiam l. I. c. 47. 14) l. I. c. 18. 51. l. II. c. 1. 3. 21. Schol. 49; conf. etiam notata ad l. III. c. 25. Schol. 6. 15) l. I. c. 15. 20. 21. 26. 16) l. I. c. 53. 56. 17) l. I. c. 1. 9 sq. l. II. c. 16. l. IV. c. 10. 12. 13. 18) l. I. c. 3—8. 19) l. I. c. 34. Conf. Archiv l. l. pag. 772 sq. 20) l. I. c. 12. 16 17. 30. 39. 40. 21) l. I. c. 17. 23. 30. 39. 42. 49. 54. 22) l. I. c. 40. 23) l. I. c. 3. Conf. ibid. c. 9. 24) l. I. c. 39. 25) l. I. c. 37. 47. 53. 56. 26) l. I. c. 11. 27) l. IV. c. 2. l. I. c. 17. 28) l. I. c. 14. 29) V. ibid. not. et Schol. 4. 30) l. I. c. 15—26. l. IV. c. 1. 26. 31) l. I. c. 37—47. 32) l. I. c. 41. 33) l. I. c. 24. 34) l. I. c. 51. 55. l. III. c. 28.

Canones passim allegantur[35]. *Epistolis quoque nonnullis usus est, ut Anskarii,* 35 *Alexandri papae II, Adalberti archiepiscopi*[36].

Auctores classici Romani nonnulli scolastico nostro Bremensi probe noti fuerunt saepissimeque ex eorum scriptis centones in eius sermone reperiuntur. Graece autem doctum fuisse Adamum non constat, quamvis saepe usurparit vocabula Graeca in linguam Latinam recepta, e. g.: proselita *pro* advena *Prooemio;* acephalus *III,* 14. *schol.* 16*;* cenodoxia *III,* 2*;* gigas *IV,* 40. giganteus *II,* 22*;* gnatho *et* pantomimus *III,* 38*;* trigonus *l. I. c.* 1*;* orthodoxus *I,* 29. *IV,* 41*;* parasitus *III,* 38*;* toparchia *III,* 25*;* ypocrita *III,* 35*;* celeuma *IV,* 39*;* zelare *II,* 53*;* abyssi baratrum *IV,* 38*;* abyssus, chaos *et* euripus *ibid. c.* 39*;* gaza *ibid. c.* 40*;* macrobii *ibid. c.* 19. *Poetarum opera, quorum versus citantur, sunt Virgilii Aeneis*[37] *et Georgica*[38], *Horatii Lyrica, Sermones et Epistolae*[39], *Lucani Pharsalia*[40], *Iuvenalis Satirae*[41], *itemque Persii*[42]. *Noti ei fuisse videntur Ciceronis libri de finibus*[43] *et Somnium Scipionis*[44]. *Nullius tamen opera saepius manibus versavit quam Sallustii, ex quo noster, hac in re similis Widukindo et Lamberto Hersfeldensi, et totas sententias depromsit et saepenumero locutiones breviores in textum suum recepit*[45]. *Laudantur Macrobii libri in* 45 *Somnium Scipionis*[46], *Orosii Chronica*[47], *Solini polyhistor*[48], *Marciani Capellae libri de Geometria in eiusdem opere de nuptiis Philologiae*[49]. *Citantur quoque Bedae Venerabilis libri de temporum ratione et de rerum natura*[50], *et sancti patres Ambrosius*[51], *Hieronymus*[52], *Gregorius*[53]*; Historia ecclesiastica tripartita, quae Cassiodoro ascribi solet, laudatur*[54]*; Pauli Diaconi quoque historia, ut videtur, Adamum non latuit*[55]. *Minime vero Adami fontibus annumeranda sunt* 55 *Sigeberti Gemblacensis Chronicon et liber de pontificum Romanorum vitis Liutprando vulgo adscriptus, quippe quae opera post Adami scholastici tempora composita sunt*[56]. *Refertus est praeterea Adami sermo locis e scriptura sancta depromtis. Ad carmina historica seu Teutonica seu populorum septentrionalium non attendebat*[57].

Praeter chartas et scripta, quae evolvit, Adamus consuluit quos testes fide dignos de rebus gestis et de terris et moribus populorum dioecesi Hammenburgensi subiectorum invenire potuit. Quorum nemo erat gravior quam rex Danorum iam supra laudatus Svend Estrithson. Praeterea provocat ad Adalbertum archiepiscopum[58], *ad episcopum quendam Danorum*[59], *ad nobilem quendam de terra Nordalbingorum*[60], *ad comites episcopi Adalwardi iunioris, aliosque*[61]. *Plurima haud dubie cognovit ex Guilielmo, episcopo Selandiae, regis Kanuti Magni quondam cancellario, et ex Adalwardo seniore, decano Bremensi, episcopo quondam Gothorum in Sueonia. Patrum relationem saepius laudat*[62]. *Nonnunquam* 62

35) l. I. c. 26. l. III. c. 32. 56. 36) l. I. c. 35. l. III. c. 16. 70. Schol. 70. (l. IV. c. 43.) 37) Praef. l. II. c. 1. 15. 18. 58. 60. 67. 78. l. III. c. 3. 16. 31. 62. 64. 68. l. IV. c. 38. 39. 38) l. I. c. 65. l. IV. c. 20. et Schol. 129. 39) Prolog. l. II. c. 21. l. III. c. 9. 61. Schol. 118. 149. Epilog. v. 8. 40) l. I. c. 2. 30. l. II. c. 25. 76. l. III. c. 13. 16. 37. l. IV. c. 21. 32. 40. 42. Schol. 127. 41) l. I. c. 44. l. III. c. 37. 64. 42) l. III. c. 61. 43) l. III. c. 27. 44) Praefat. 45) l. I. c. 3. 59. l. II. c. 5. 55. l. III. c. 1. 25. 26. 30. 33 bis. 34. 35 bis. 36 bis. 38. 46. 55 bis. 56. 57 ter. 61. 62. 70. (l. IV. c. 46.) Schol. 127. 46) l. IV. c. 40. 47) l. I. c. 3. l. IV. c. 21. conf. c. 34. 48) l. II. c. 19. l. IV. c. 7. 19. 21. 25. 26. (34.) 35. Schol. 132. 49) l. IV. c. 12. 19. 34. 38. 50) l. IV. c. 35. 40. Bedae Historia eccl. Anglorum exscribitur in scholio 20. 51) l. I. c. 41. 52) l. I. c. 63. 53) l. IV. c. 42. 54) l. II. c. 48. 55) l. I. c. 3. l. IV. c. 39. Schol. 123. 139. 56) Schol. 11. 21. 22. 33. conf. Var. lect. ad l. I. c. 52. 57) Quae dicit Adamus l. IV. c. 16. de cantilena quam rex Svend ipsi recitavit, plane aliud sibi volunt, ut et voce recitare Adamus saepe de auctoribus suis utitur. Vid. l. I. c. 54. l. II. c. 19. 24. 28. l. IV. c. 17. 19. 25. 38. Schol. 119. 58) l. III. c. 2. 15. 46. 55. l. IV. c. 39. 59) l. I. c. 59. 60) l. III. c. 21. 61) l. IV. c. 29. 62) l. II. c. 10. 31. 44. 46.

63 *se ipsum quoque testem affert, qui ea quae narrat aut viderit*[63] *aut ab aliis*
64 *ipse acceperit*[64].

Adami orationem vix laudibus efferendam duxerim. Sermo eius Latinus maxima difficultate laborat. Iisdem vocabulis et formis dicendi saepissime utitur non semel in capite eodem vel statim subsequente. Huius rei exempla pauca afferamus: adsciscere ad suam familiaritatem *l. III. c.* 35. 37; fremens oceanus *l. IV. c.* 30. 34; acceptus *omnibus seu populo l. I. c.* 17. *l. II. c.* 45. 57. 73. 74; *principibus l. II. c.* 65. *Deo et hominibus l. II. c.* 34. Angustiae *multiformes l. III. c.* 61; *emergentes l. III. c.* 4; *angustiarum laquei l. III. c.* 48; constringere *tanta (magna)* virtute *l. II. c.* 5. 53; *potestate l. III. c.* 33; *potentia l. IV. c.* 22; compertum *est nobis l. I. c.* 3. *l. III. c.* 26. 57. 68 *(l. IV. c.* 38.*)*; *habeo l. IV. c.* 30 *f.*; decens honor *l. I. c.* 20. 64. *l. II. c.* 59. *l. III. c.* 70 (*l. IV. c.* 44.); forte et iustum *imperium l. III. c.* 21; *fortissimus et iustissimus imperator ibid.*; *iudex iustus, fortis l. II. c.* 42; funditus *excidere l. III. c.* 50 *bis*; *exstinguere l. II. c.* 2; *diruere l. III. c.* 3; *interficere l. III. c.* 48; *amovere l. II. c.* 46; *abiicere l. II. c.* 77; pristina libertas *l. I. c.* 13. *l. II. c.* 9. *l. III. c.* 5. 33; ingens *gloria l. II. c.* 67; *honor l. III. c.* 14. *l. IV. c.* 35; *amor ibid. c.* 21; *veneratio l. III. c.* 68 *(l. IV. c.* 38.*)*; *luctus l. II. c.* 78; *exercitus l. III, c.* 21; *factum l. IV. c.* 26; *multitudo l. III. c.* 36; *auri pondus l. II. c.* 27; *lucrum l. II. c.* 9; *ingentes divitiae l. III. c.* 27. 35; *gratiae l. I. c.* 18; *ingentia signa l. III. c.* 61; *munera l. II. c.* 56; pestifer *morbus l. II. c.* 67. *Schol.* 51; *invectio l. III. c.* 39; *consuetudo l. IV. c.* 8; *mulierum vinculum Schol.* 77. Insignia *virtutum l. IV. c.* 9; *morum ibid. c.* 30; *in moribus ibid. c.* 35; *operis l. II. c.* 68. Vela *torquere l. IV. c.* 32; *pandere l. II. c.* 50. *l. IV. c.* 36; *tendere l. II. c.* 19. *l. IV. c.* 39. Victor et victus *occubuit l. I. c.* 40; *decessit l. II. c.* 21; prosperis succedentibus *l. II. c.* 8. *l. III. c.* 11. 58; legatio gentium prosperis semper est aucta incrementis *l. III. c.* 17 *f. l. IV. c.* 41. *Ulla vix voce saepius utitur quam verbo deridendi et substantivo derisio seu ludibrium, id quod ex moribus temporis eius explicandum videtur. Ita* derideri *l. I. c.* 46. *l. III. c.* 42. 50; *derisioni habere l. III. c.* 47. 55; *in derisionem habere l. III. c.* 50; *in derisione habere l. III. c.* 48; *derisui habere l. III. c.* 42; *deridere l. IV. c.* 34; ludibrio *habere l. I. c.* 41. 55. *l. II. c.* 29. 45; *ad ludibrium ducere l. III. c.* 50; *exponere l. II. c.* 59; *servare l. II. c.* 41; *post multa ludibria l. II. c.* 60.

Saepissime inveniuntur apud Adamum errores velut pertinxerit *l. I. c.* 9. *pro* pertigerit, *numerus singularis pro plurali, ut in prooemio:* ecce occurrit mihi plurima. *Genus masculinum pro neutro: de flumine l. I. c.* 2. *l. IV. c.* 1. *activum pro deponenti* execrare *l. II. c.* 25; debacchare *l. I. c.* 41. *Modus indicativus pro coniunctivo saepissime; coniunctivus pro indicativo. Neque casuum neque praepositionum vim intellexit, veluti:* largitas peregrinorum, *pro: in peregrinos l. III. c.* 65; prudentia et fortitudine praedicandus *l. III. c.* 18. *pro: propter prudentiam etc. Male interpretatus est vocabula nonnulla, veluti:* occasus *fluminis pro: ostio l. I. c.* 2; vocabulum *pro: nomine l. I. c.* 3; conversus *pro: divertens l. III. c.* 10. *l. IV. c.* 3; discedere *pro: decedere l. III. c.* 33; luere periculum *l. III. c.* 22; corripere de rapina *l. II. c.* 66; considerari *l. I. c.* 1. *Verba et dicendi formulae, quae vix apud alios auctores inveniuntur, veluti:* adgloriare *l. III. c.* 38; plenarius *l. I. c.* 11; articulum convertere *l. IV. c.* 20; compaginare *historiam l. III. c.* 70; pugnare conatibus animi et sumptum *l. III.*

63) l. III. c. 63. 69. 64) l. II. c. 32. 44. 58. 60. 67. l. III. c. 57. 60.

c. 9; exaggerare *parricidium l. II. c.* 26; inaccessus paludibus *l. IV. c.* 18. *Schol.* 3; indeficuus *l. II. c.* 78; inexpugnabile *consilium l. III. c.* 30; litteralia studia *l. II. c.* 64; malepotens *l. II. c.* 67. *l. III. c.* 65; pavorabile *l. III. c.* 61; occasio locorum se praebet *l. II. c.* 15. *l. IV. c.* 10; putari alicui *ibid. c.* 40; subterrare *l. II. c.* 66; succedere in sceptrum *l. II. c.* 54; *triumphare aliquem proelio l. I. c.* 58; vocalitas *l. III. c.* 26; manens *l. II. c.* 8. *Germanismi apud eum non desunt, velut:* in animo gerere *l. III. c.* 17. *„im Sinne führen“*; colligere ad se *ibid. „an sich knüpfen“*; fieri extra *„herausgeschafft werden“ l. III. c.* 29; iuxta esse *„bei einander sein“ l. IV. c.* 28; malle *„gerne mögen, wollen“ l. I. c.* 17. *l. II. c.* 26. *l. III. c.* 8. 23. 60. 70. *(l. IV. c.* 46.*)*; subsistere ante impetum, *„vor dem Angriff Stand halten, still stehen“ l. I. c.* 44; levare *castellum „eine Burg errichten“ l. III. c.* 36; *opis molem l. III. c.* 4.

Libri Adami Bremensis haud diu ignoti remanserunt. Quam plurimum eis usi sunt Annalista Saxo, Anonymus Roskildensis, Helmoldus, auctor vitae Meinverci episcopi Paderbornensis, Snorro Sturleson, auctores fragmenti de Haroldo Blaatand et Svend Tveskiaeg, Sagae de Olavo Tryggvason, Annalium regiorum Islandorum, fragmenti veteris Islandici historico-geographici; Albertus abbas Stadensis, Historia archiepiscoporum Bremensium, Historia gentis Danorum usque ad annum 1288, *quae Erico regi tribuitur, Annales Esromienses, Hermannus Cornerus, Albertus Cranzius*[65].

Quamvis magna operum Adami nostri iam apud historicos seculi duodecimi fragmenta excerpta reperiantur, nullus tamen exstat codex Gestorum eius seculo tertio decimo antiquior.

1) *Nullus codicum Adami gravior illo, qui quondam Salisburgi, nunc asservatur in bibliotheca palatina Vindobonensi sub Nr.* 413. *inscriptus* 83 *foliis pergamenis numero distinctis. Inscribitur:* Mappa terre Saxonie et Chronica Saxonum. Item diverse forme literarum. *Pertzius noster, cui collationem huius codicis diligentissimam debemus, descriptionem eiusdem dedit valde accuratam*[66]. *Nil habet tamen praeter quaedam de Arnoldo et Thietmari comitis filio l. III. c.* 8, *versum Virgilii l. III. c.* 64, *et passim pauca verba veluti l. III. c.* 32. 38, *quae in codicibus ceteris non reperiantur, seu in textu seu in scholiis; plurima tamen ei desunt, quae ipse Adamus aut auctor aliquis fere coaevus addidit*[67]. *Scholia huic codici desunt, quamvis eorum materia et ipsa verba saepius in textu reperiantur. Quamvis argumento hoc probari non potest codicem Vindobonensem e manuscripto emanasse antiquiori, quam manuscripta fuerunt, e quibus iam Annalista Saxo et Helmoldus scholia illa descripserunt, et quamvis codex ille vitiis et defectibus quibusdam haud careat, illa tamen suspicio fulcitur bonitate textus. Accedit quod omnium codicum praestantiorum ille solus sit integer. Quare eum recensioni nostrae supponendum esse haud dubitavimus. Hunc vero codicem Adami inter eos quos superstites habemus ad autographum proxime accedere, facile probari potest ex melioribus, quas ille solus habet, lectionibus, v. c. l. II. c.* 3. Harit vel Haredum; *c.* 5. *ubi Bruno recte dicitur* confrater *Ottonis; c.* 29. nimisque infelix; *c.* 48. epulis; *c.* 52. Guduin . . ducis; *c.* 55. firmius coalesceret; *l. III. c.* 37. pro denario; *c.* 42. otium terebat; *l. III. c.* 42. Belo; *c.* 51. in Gallia; *c.* 63. gemitibus; *l. III. c.* 55. *nomen* Dedonis. *Illud tamen non ipsum auctoris autographum reputandum esse, patet ex plurimis lacunis et mendis, quae nonnisi vitio scriptoris*

65) Plura de historicis, qui Adamum nostrum secuti sunt, vide Archiv l. l. pag. 827—836. 66) Archiv T. III. p. 650—667. Conf. ibid. T. VI. p. 836 sq. 67) Archiv T. VI. p. 877 sq.

debentur, veluti l. I. c. 8. ter; *c.* 6. cum aut — rebus; *c.* 28. commendari; *c.* 29. invidiam — regnum *et* nuncios; *c.* 31. crudelem — reddidit; *c.* 49. visum — forte; *c.* 52. *annus et dies Adalgarii erroneus; c.* 53. dux; *lib. II. c.* 21. regibus Francorum *et* obediens; *c.* 43. Bennonis; *c.* 47 *seq.* Chunt; *c.* 52. Guduin — ducis; *c.* 55 nec cessavit — imperio; *l. III. c.* 15. Et primo — Anund. *Tota sententia, quae l. III. c.* 37. *in codice* 1 *desideratur, in autographo deesse non potuit, ut ex sequentibus:* Ita pugnans contra naturam patriae, *facile intelligitur. Lib. III. c.* 70. quo describitur *pro* de quo scribitur *etc. Confer quoque l. I. c.* 4—8 *et* 15, *ubi plura ex Translatione sancti Alexandri in ceteris codicibus accuratius descripta leguntur quam in codice Vindobonensi.*

1b) *Codex Vaticanus Nro.* 2010, *scriptus* 86 *foliis pergamenis anno* 1451, *codicis Vindobonensis apographum videtur*[68].

2) *Codex Gudianus Nr.* 83, *nunc in bibliotheca Guelferbytana, anno* 1706 *ex bibliotheca Marquardi Gudii*[69] *in bibliothecam Helmstadiensem delatus,* 49 *foliis papyraceis in fol. a Dano quodam, ut videtur, scriptus, tum Gesta pontificum Hammenburgensium, tum maiorem partem libri de Situ Daniae amplectitur. Desunt sex folia, ut manus recentior quaedam annotavit. Capitula habuit* 252 *divisione in libros carentia, ut ex indice libro praefixo videri potest; quorum* 207 *tantum adsunt. Codex saeculo XV. oriundus, paginas habet in duas columnas dispartitas* 37—43 *linearum, inscriptiones, literas initiales numerosque capitulorum rubro tinctos. Ad Vindobonensem codicem hic quam proxime accedit; attamen non pauca in textu habet, quae illi desunt, praeter scholia plurima. Illa reperiuntur l. I. c.* 2. 3. 15. 17. 20. 33. *l. II. c.* 10. 22. 23. 26. 27. 30. 34. 38. 52. 59. 74. *(bis)* 75. *(bis)* 76. 78. *l. III. c.* 33. 36. 41. 44. 45. 68. 70. *necnon tota capitula nonnulla in fine adduntur. Item nonnulla in l. IV. c.* 16. 20. 24. *et ut videtur c.* 26. 35. 38, *totumque caput* 40.

2a) *Codex chartaceus bibliothecae regiae Havniensis, in collectione regia vetustiore Nr.* 1175[70]: *Adami Bremensis historiae ecclesiasticae apographum saeculo XVI sive XVII scriptum, variis locis a manu fere coaeva emendatum.*

3) *Ex egregio quodam Adami nostri codice membranaceo a Dano quodam scripto, reperto a Mag. Iwaro Bartolino in libris monasterii Soroe in Selandia Andreas Vedel (Velleius) Gesta pontificum Hammaburgensium in quatuor libros dispartita anno* 1579. *typis expressit. Qui codex librum etiam de Situ Daniae amplectebatur, de quo vide infra sub Nris.* 8 *et* 8b. *Delatus est postea in bibliothecam universitatis Havniensis*[71], *ubi in incendio anni* 1728 *cum aliis eiusdem cimeliis interiit. Asservabatur ibidem in capsa Ambrosii, parte prima, ordine primo, inscriptus:* Gesta pontificum Bremensium est nomen istius libri. *Scholia plurima in hoc codice reperiebantur, quae in codice Guelferbytano, attamen abbreviata. V. Schol.* 48. 53. 55. 56. 91. *Alia plane desunt, veluti* 43. 45. 61. 62. 68. 77 *etc.*

4) *Codex bibliothecae regiae Havniensis membranaceus, in collectione vetustiore Nr.* 2296, *elegantissime scriptus saeculo XIII. Quaternionis noni folia quaedam desunt, quare capita tantum* 229 *amplectitur*[72]. *Saeculo XVI. Hamburgi invenimus eum apud Ioachimum Mollerum, Consulem* († 1558), *eiusque filium Ever-*

68) Pertz in Archiv T. V. pag. 153—155. 69) Catalogus librorum venumdandorum Marquardi Gudii, Kilon. 1706. pag. 546 sub Nr. 19. 70) Archiv T. VI. p. 854. T. VII. p. 155 et 451. 71) A. H. Lackmann de codice biblioth. Academiae Havniensis membranaceo, in quo Adami Bremensis opera inscripta fuere, dissertatio critica literaria, Kiliae 1746. 4°. 72) Archiv. T. VI. p. 843 sq. T. VII. p. 449 sq.

hardum, proconsulem († 1588), quorum nomina folio primo inscripta sunt. Idem videtur esse manuscriptum quod Sperlingius MS. Hamburgense Scheliorum vocat[73]. *Anno* 1746 *Michael Richey, professor gymnasii Hamburgensis* († 1761), *illud tenuit, nomenque suum illi folio inscripsit, cuius ex libris in manus F. C. Sevelii, regi Danorum a consiliis, pervenit, apud quem Langebekius eo usus est*[74]. *Post Sevelii mortem anno* 1781 *bibliotheca regia Havniensis hunc codicem acquisivit*[75]. 75

In hoc codice et proxime sequenti textum ab eo quem codices modo dicti praebent plane discrepantem invenimus. Verborum constructio non tantum saepissime immutata est, sed ea quae Adamus ex scriptoribus antiquioribus depromta affert, cum ipsius verbis confunduntur, totusque textus secundis nec tamen doctis curis editus videtur. Recensio haec Alberto Stadensi iam prae oculis fuit, ut ex eius excerptis elucet, qui et ipsa scholia 21, 22 *et* 33. *transscripsit, quae ex chronico Sigeberti Gemblacensis hausta manus secunda codici nostro adiecit. Hanc autem recensionem Adamo non deberi, vel maxime inde patet, quod nec in ea nec in dedicatione nec in epilogo omnimodo ad eventus recentiores seu recensionem novam alludatur.*

5) *Simillimus huic codici fuit ille, quem Erpoldus Lindenbruch in bibliotheca Henrici Ranzovii, Holsatiae producis, Breitenbergi invenit et anno* 1595 *edidit. In* 251 *capita fuit dispertitus. Qui, nisi idem fuit atque antecedens, deperditus est.*

6) *Optimae notae fuit codex saeculi XI. s. XII. ineuntis, cuius fragmenta, quondam in bibliotheca Isaaci Vossii Nr.* 206, *nunc in bibliotheca universitatis Lugdunensis, inscripta M. L. Lat. Voss. Q.* 123. *asservantur. Leguntur in his foliis, quorum octo tantum exstant* 1) *L. II. c.* 8 *usque ad capitis* 13. *verba:* ingreditur Britanniam; 2) *Descriptio insularum aquilonis. Plura ibidem reperiuntur scholia, quae codici Vindobonensi desunt*[76]. *Plurima in hoc codice sunt aut* 76 *abscissa aut illegibilia; quae tamen saepius coniectura suppleri possunt, ideoque literis cursivis distincta a nobis addita sunt.*

7) *Exemplar Descriptionis insularum aquilonarium, saeculo XVI. descriptum, exstat in bibliotheca Hamburgensi Fol. Nr.* 22. *p.* 1—18. *Textus nonnunquam Vindobonensi codici tantum similis; ceterum naevis quam plurimis scatet. Collationem huius manuscripti cum editione patris sui instituit Fridericus Lindenbruch, quam Staphorst in historia sua ecclesiastica Hamburg. T. I. p.* 363—370. *prelo subiecit. Quum tamen collatio ista valde negligenter facta sit, manuscriptum nonnunquam numero* 7a, *illam vero numero* 7b. *distinximus*[77].

7c) *Manuscripti praedicti exemplar videtur esse illud, quod octo foliis chartaceis scriptum saec. XV., exstat in veteri collectione regali Havniensi Nr.* 718.[78], *quondam in bibliotheca Gottorpiana.* 78

8) *Numero hoc separato insignivimus codicis Sorensis sub Nr.* 3. *descripti partem ultimam sive Descriptionem Aquilonis, quam Velleus typis non expressit. Collationem huius libri cum editione Lindenbrogii instituerat Arnas Magnaeus, bibliothecarius Havniensis, quam Lackmannus in dissertatione supra laudata pag.* 33—36 *typis excussit. Proxime accedit hic codex ad Guelferbytanum.*

8b) *Collectio nova regia Havniensis Nro.* 139. 12 *folia chartacea ex*

73) apud E. I. de Westphalen Mon. ineditor. T. II. p. 666. 74) Scriptor. rerum Danic. T. I. p. 52. 75) Werlauf histor. Efterretninger om det store kongel. Biblioth. i Kiobenhavn p. 229. 76) Archiv T. VI. p. 847 sq. 77) Archiv T. VII. p. 850 sq. 78) Archiv T. VI. p. 854. T. VII. p. 455.

eodem codice descripta habet: Scholia antiqua ad libellum vel descriptionem insularum aquilonarium. Ibique additur: „Sequentia scholia mutuata sunt ex Adamo Bremensi MS. in membrana in folio in bibliotheca publica academiae 79 *Hafniensis caps. Ambros. par. I. ord.* 1. *num.* 3[79]."

9) *Nova collectio regia* 4to *Nr.* 522. *Descriptio regionum septentrional. Daniae, Sueciae et Norwegiae atque insularum adiacentium, hausta ex codicillo vetustissimo Msto. Anno* 1685 *in Esgr. Angl. Schleswic.* 20 *fol. Suhmius, cuius hic codex quondam fuit et qui eo translationis Danicae suae huius libri in opere suo: Historie af Danmark T. IV. fundamento usus est, ipsi adscripsit verba: „Apographum hoc est codic. membran. Academ. Hafn." Non sine vitiis est hic codex, cuius margini scholia addita sunt plura. Lackmann in libello supra laudato pag.* 36—39 *varias lectiones huius codicis transscripsit.*

9b) *Codex chartaceus regiae bibliothecae Hannover. Nr.* 80: 20 *fol.* 4to *eiusdem codicis, cuius antedictus, apographum vitiis scatens.*

10) *Antiquae collectionis regiae Havniensis codex chartaceus Nr.* 719. 16 *pag. in fol. manu saeculi XVI. exaratus. Ad codicem Guelferbytanum hic* 80 *proxime accedit*[80].

Supra iam indicavimus plura in ceteris codicibus reperiri, quae in codice Vindobonensi desunt, tam in textu, quam scholia. Nec in utrisque ceteri codices consentiunt, pleraque tamen antiquissima esse ex eo demonstrari potest, quod apud Annalistam Saxonem, Helmoldum et Albertum Stadensem excerpta legantur, id quod singulis locis adnotare non omisimus. Omnia haec loca in codice Vindobonensi desiderata, quorum nonnulla, velut l. III. c. 15. *scriptoris tantum negligentia omissa sunt, ea sunt, quae ab Adamo ipso secundis curis, seu certe ab homine fere coaevo, rerum ecclesiae Hammaburgensis expertissimo inserta videantur. Quare haec loca omnia in textum, uncis tamen inclusa, recipere haud dubitavimus.*

Scholia multa ab ipso Adamo codici operis sui in margine addita esse, vix dubium est. Nemo nisi ipse Adamus in schol. 65. *loqui potuit:* sicut prius *(sc. l. II. c.* 52.*)* diximus; *schol.* 119. haec et supra *(sc. l. III. c.* 15.*)* diximus et ipse Adalwardus episcopus recitavit coram nobis. *Idem etiam ostendere nobis videntur verba scholii* 73: ut arbitror; *schol.* 77*:* audivimus Adalbertum; *schol.* 78 *et* 81*:* noster pontifex; *schol.* 131*:* nostro archiepiscopo *(sc. Adalberto); schol.* 137*:* apud nos defuncto; *schol.* 122*:* nostrae sedis confessores; *schol.* 136 *et* 141*:* Archiepiscopus *sc. Adalbertus. Adde quod in scholiis* 5, 6, 7, 34, 38, 48, 49 *et* 61 *privilegiorum et documentorum ecclesiae Hamburgensis expressa fit mentio. Antiquissima esse etiam scholia* 135 *et* 138 *ex ipsis patet verbis. Scholia nonnulla scilicet* 23, 27, 89, 120, 137, 140 *ipsis verbis aut paululum mutatis in codicis Vindobonensis ipso textu leguntur; duo priora etiam in textu codicum Guelferbytani et Sorensis, tria ultima etiam in textu codicis Lugdunensis.— Schol.* 69. *in codicis Sorensis textu l. III. c.* 17, *scholion* 61. *in codicis Guelferbytani textu l. III. c.* 7. *leguntur.*

Quamvis certissimum videatur non omnia scholia Adamo, neque uni omnino auctori deberi, cum in nullo codicum omnia eademque reperiantur, paucissima tamen sunt, de quibus pro certo constet, ab Adamo ea scripta non esse. Haec sunt scholia 21, 22 *et* 33, *quae a Sigeberti Gemblacensis chronico depromta* 81 *esse apparet, nec non scholion* 144 *de ipsius Adami nostri dialecto*[81].

79) Archiv T. VII. p. 454. 80) Archiv T. VII. p. 453. 81) Fusius de his egi Archiv T. VI. p. 870—879.

Pauca dicenda sunt de divisione librorum Adami, cum nullus codicum praestantiorum cum altero hac parte plane conveniat. Codices 1, 2 *et* 4. *in quatuor divisi reperiuntur libros, nempe Gesta archiepiscoporum Hammaburgensium tres amplectuntur libros, quibus Descriptio insularum aquilonis sub titulo libri quarti adiungitur. In omnibus his codicibus liber primus inscriptione caret; initium vero libri III et IV. versiculo distinguitur in omnibus quos vidimus codicibus; in codice* 1. *libro II. aeque versiculus talis praefigitur. Qui codex hos libros singulos in singula capita dispertit, l. I. in cap.* 65, *l. II. in cap.* 78, *l. III. in cap.* 70; *quae summam efficiunt* 213 *capitum; et librum IV. sive de Descriptione insularum in capita* 42. *Illorum igitur numerus est* 213 *capitum, omnino autem capita numerantur* 255. *Numerus capitis* 15. *in libro II bis repetitur; l. III. cap.* 6 *et* 9. *desunt. Superflua et inepta videtur distinctio cap.* 10. *l. I. Desunt omnino huic codici octo capita, quae in aliis codicibus leguntur, sc. quae infra dicta sunt l. IV. c.* 38. 41—46. *et Descript. c.* 249.

In codice 2. *totum opus in capita* 252 *numeris continuis distinctum est, quorum initium et plerumque etiam contenta in indice operi praemisso recensentur. Liber I habet capita* 49; *liber II horum numerum continuat usque ad* 117, *liber III vero usque ad* 207. *Minime ergo partitio singulorum capitum cum codice primo convenit. Libro secundo inscriptio prorsus deest, libri quarti hic ut in codice* 4. *inscriptio reperitur eo loco, ubi codex Adami antiquissimus libro tertio finem imposuerat, inter scholia ad calcem capitis* 200.

In codice 4. *numeri capitulorum omnino desunt. Singulorum capitum ab antea dictis multo tamen diversorum initia literis rubris indicantur.*

At codex 5, *in aliis codici* 4. *quam simillimus, quo Lindenbruchius usus est, et ex quo librum de Descriptione insularum primus edidit, totum opus in* 251 *capita distinxit, ita ut libro I. capita* 50, *libro II. capita* 67, *libro III. capita* 41, *libro IV. vero capita* 49 *tribuantur, numeris tamen continuis scilicet* 207 *capitum, quos Descriptio insularum usque ad cap.* 251. *continuat. Quamvis capitum summa in hoc codice cum codice* 2. *fere conveniat, eorum initia nonnunquam differunt, quod negligentiae scriptorum tribuendum videtur. Codicis Guelferbytani caput* 43. *hic in duo capita est distinctum, caput* 51. *vero in hoc codice* 5. *bis est adscriptum, caput* 228. *vero amplectitur codicis* 2. *capita* 228 *et* 229.

Codex tertius, cui, sicut Velleus typis eum mandavit, liber de descriptione insularum defuit, Gesta archiepiscoporum Hammaburgensium omnium codicum solus in quatuor distribuit libros. Librorum I et II. partitio cum codicibus 1, 2 *et* 4. *convenit; ea vero capita, quibus in his liber tertius continetur, in illo in libros III et IV. sunt dispertita. De distinctione autem capitulorum tantopere inter se differunt codices, ut ea quae codex* 1. *habet distincta in* 213 *capitibus, praeter octo quae huic omnino desunt, et quae in codicibus* 2 *et* 5. *in* 207 *capitibus continentur, apud Velleum in capitula* 205, *scil. l. I. c.* 52, *l. II. c.* 63, *l. III. c.* 44 *et l. IV. c.* 46, *distributa reperiantur, multo maiore etiam discrepantia in singulorum capitum initiis.*

Constat, opinor, ex iis quae diximus, distinctionem utriusque operis in libros quatuor ipsi Adamo Bremensi deberi, quamquam dubium est, quaenam capitum distinctio ab eo profecta sit. Eam igitur, quam exhibet codex Vindobonensis cum ipsius textu in editione nostra recepimus; subiunximus ei in margine exteriori, uncis inclusam, distinctionem, quam habet editio princeps, scilicet Velleana, et quam omnes post eam editiones et versiones secutae sunt. In margine quoque adscripsimus capitum numeros continuos, qui leguntur in codice Guel-

ferbytano, illosque, quos primus dedit Lindenbruchius, ubi cum istis non consonant, uncis inclusimus.

82 *Primam operis maioris Adami nostri editionem*[82] *paravit M.* Andreas Severinus Velleus *(Vedel), Friderici II. Danorum regis historicus atque sacerdos Ripensis. Titulus, quem libro e codice Sorensi transscripto dedit, hic est: „Historia ecclesiastica, continens religionis propagatae gesta, quae a temporibus Caroli Magni usque ad imp. Henricum IIII. acciderunt in ecclesia, non tam Bremensi, quam vicina Septentrionali ferme universa! scripta ante annos quingentos, a M. Adamo quodam, loci istius canonico. Nunc recens mendis vindicata, et e tenebris in lucem vocata, studio et opera Andreae Severini Vellei. Hafniae. MDLXXIX.“ Et in fine: „Imprimebat Andreas Gutteruitz, ... impensis Balthazari Kavs, bibliopolae Hafniensis.“ Sunt schedae sine paginarum numero Rr et d in 4*[to]. *Descriptio aquilonis huic editioni deest, quam Velleus ob praematuram uxoris mortem dolore, ut ferunt, correptus omisit. Codex quem secutus est, ille fuit quem supra tertio loco enumeravimus.*

Paucissima huius editionis exempla in Germaniam pervenere, quare iam anno 1595 Erpoldus Lindenbruch, *Canonicus Hamburgensis, novam historiae Adami Bremensis editionem paravit, in qua codices Henrici Ranzovii, producis Cimbrici, et Ottonis a During, decani Bremensis, secutus est. Qui codices non solum lectionum varietate et diversa capitum distinctione ab exemplari Velleano discrepabant, sed et libellum de insulis aquilonis continebant, quem Lindenbruchius tunc primum edidit. Prodiit hic liber Lugduni Batavorum ex officina Plantiniana apud Franciscum Raphelengium in* 4[to].

Hanc editionem repetivit ipse E. Lindenbruch in libro, quem anno 1609 *edidit sub titulo: Scriptores rerum Germanicarum septentrionalium, forma maxima. Miror eum hic scholia antiqua omisisse. Et alia insunt huic libro vitia, ex editoris negligentia orta. Quartam editionem Adami nostri curavit* Ioachim Iohannes Maderus, *rector scholae Schoeningensis. Helmestadii* 1670. 4[to]. *Editionem Lindenbruchianam anni* 1609 *secutus est, additis tamen scholiis editionis prioris. Plurimae vero sententiae et versus in libro suo desunt, qui praeterea plurimis aliis scatet vitiis typographicis.*

Cl. I. A. Fabricius *novam repetiit editionem Scriptorum rerum Germanicarum septentrionalium ab E. Lindenbruchio collectorum. Hamburgi* 1706. *fol. Sed in textu Adami Bremensis non ipsam editionem Lindenbruchii, sed pessimam Maderi est secutus.*

Libellum de insulis aquilonis separatim edidit Iohan. Messenius *Holmiae* 1615. 4[to], *qui iterum prelo est subditus in* Stephani Iohannis Stephanii *Sylloge scriptorum de regno Daniae. Lugduni Batav. Elzevir.* 1629. 12[mo].

Adami historiam ecclesiasticam in linguam Germanicam transferre conabatur Erpoldus Lindenbruch. *Quae tamen versio typis excusa non est, sicut Gallica versio, quam ante hos quadraginta seu quinquaginta annos quidam* de Chastelus, *ex urbe Salmurio oriundus, perfecit. Maiorem partem librorum III et IV. Gestorum, quae pontificis Adalberti historiam respicit, in sermonem Germanicum vertit* F. B. de Buchholz *ad calcem translationis Historiae Lamberti Scafnaburgensis. Translationem utriusque operis Adami, quam melius omisisset, suscepit quidam* C. Miesegaes *et vel ipse Bremae anno* 1825 *typis dedit. Libellum de descriptione insularum aquilonis in linguam Suecicam versum edi-*

82) De editionibus et translationibus vide plura in Archiv l. l. p. 855 sq.

dit Ioh. Frid. Peringskiold. *Stockholm* 1718; *eundemque in linguam Danicam transtulit notisque instruxit* P. F. Suhm *in opere suo: Historie af Danmark T. IV. p.* 490 *sq.*

Plurima ad interpretationem Adami Bremensis praesertim saeculo antecedente, saepissime quoque in eius vituperationem, scripta leguntur, quae scriptorum ipsorum tantum ignorantiam circa fontes Adami Bremensis et historiam sui temporis probant[83]. *Optime vero de Adamo nostro meriti sunt:* v. Seelen *in* 83 *Diatribe de Adamo Bremensi;* I. Ph. Murray *in dissertationibus duabus de Descriptione terrarum septentrionalium, impressis in Novis Commentariis societatis reg. scientiar. Gottingen. T. I.;* A. Ch. Wedekind *in libro: Noten zu einigen Geschichtschreibern des Mittelalters;* Iac. Asmussen *in dissertatione de fontibus Adami Bremensis. Kiliae* 1834; Lud. Giesebrecht *tum in dissertationibus suis: „Ueber die Nordlandskunde des Adam von Bremen" (in histor. u. literar. Abhandlungen der K. Deutschen Gesellschaft zu Königsberg.* 1834. *T. III.) et „Zur Beurtheilung Adams von Bremen" (in Baltische Studien T. VI. p.* 183 *seq.), tum in opere suo: „Wendische Geschichten aus den Jahren* 780—1182"; Geyer *in historia Sueciae, et* Dahlmannus *noster in historia Daniae, quae Norvegiam et Islandiam simul amplectitur.*

Nova operum Adami editio vel maximis propter hoc obstructa est difficultatibus, quod plures eorum recensiones exstant, quarum quamlibet quantumvis a ceteris discrepantem ab ipso Adamo profectam esse vix est quod negemus, quamquam codicum, quos possidemus, nullum ab eo conscriptum esse apparet. Codicem Vindobonensem, qui saeculo XIII exaratus est, Adamo ipsi non deberi iam supra demonstravimus. Codicem Lugdunensem Adami ipsius fuisse haud verisimile est, cum, si res, quae in illis quae vulgo dicuntur scholiis, quibus hic codex prae omnibus aliis codicibus abundasse videtur, traduntur, ei cognitae fuissent, plurima eorum textui ipsi inserere auctor ipse haud omisisset. Minime tamen marginalia codicis Lugdunensis ab Adamo profecta esse pro certo denegari potest, si, ut supra iam monuimus, Nr. 21, 22, 33 *et* 144 *excipias. Neque quicquam in omnibus ceteris scholiis reperitur, quod serioris aevi auctorem indigitet. In omnibus omnino apparet auctor, qui in capitulo Bremensi vixit, optime cognita habuit legationis evangelicae in septentrionali Europa fata, haud dubie per Adalbertum iuniorem episcopum, et qui eadem fere litterarum suppellectili, praesertim linguae Latinae et auctorum Romanorum notitia gaudebat, qua Adamus noster. Sunt nonnulla scholia in codice Lugdunensi, veluti Nr.* 16, 19, 20, *quae in ceteris codicibus frustra quaeruntur. Quae codex Guelferbytanus exhibet scholia, ea omnia in codice* 4. *iisdem fere verbis aut aeque ac scholia margini adscripta aut textui inserta sunt. Codex Sorensis autem nonnulla eorum brevius contraxit, et pauca habet, videlicet Nr.* 24 *et* 34, *quae codex* 4. *tantum repetit. Causa vero nulla est, cur omnia scholia, annotatis illis quibus depromta sunt codicibus, textui codicis Vindobonensis non subiungamus.*

Hoc vero fundamento editionem nostram quasi superstruere minime dubitavimus. Cum illò codex Lugdunensis, quantum ex fragmentis eius conii-cere licet, accuratissime convenit. Hic vel ipsos locos, qui in codice Vindobonensi in ipso textu, apud ceteros vero inter scholia leguntur, et ipse in textu

83) De erroribus chronologicis Adamo imputandis confer quae passim adnotavimus, veluti ad l. I. c. 12. 20 sq. 26. 34. 40. 42. l. II. c. 8. 9. 21. 33. l. III. c. 33. 43. Errores geographicos strinximus ad l. I. c. 3. 31. et alibi. Quorum plurimi deprehenduntur in libro IV. Plerumque orti sunt ex fide nimia tributa geographis aliisque auctoribus Romanis, quos vel ipse nonnunquam male interpretatus est.

habet. Omnium vero codicum Lugdunensem optime descriptum esse, vel probat ipsa lectio l. II. c. 14. *Evraccus pro Curacco. Plura scriptoris vitia tamen ex codicibus* 2 *et* 3, *inter se plurimum consentientibus, necnon ex Annalista Saxone emendanda sunt. Quantum hic cum codice Vindobonensi convenit, liquet apud illum ad a.* 983 *ex verbis: „Heueldi" et „Wilini." Eadem verba: „vel Heruli" et „vel Walani" manu secunda superaddita sunt, ut similiter manu secunda in codicibus Vindobonensi et Lugdunensi Adami l. II. c.* 18. *At codex* 4. *similiter saepissime attendendus nobis erat, cum, nisi ubi textum pro arbitrio suo scriptor immutavit, ille cum codicibus Vindobonensi et Lugdunensi haud raro magis convenit, quam cum Guelferbytano et Sorensi.*

Cavendum tamen est, ne nimium pretium codicibus his (2 *et* 3.) *attribuatur, cum iis plurima vitia scripturae et parvae omissiones cum codice* 4. *communia sint; v. c. l. I. c.* 6. 37. 55. 62. *l. II. c.* 5. 9. 40. 46. 48. 67. *l. III. c.* 9. 32. *l. IV. c.* 3. *Vel ipsi errores graviores in his codicibus reperiuntur, veluti l. II. c.* 5. *de archiepiscopo Brunone, c.* 9. *ubi Leo promtus dicitur, c.* 40 *ubi Mystiwoi appellatur Mistrowoi.*

Similiter mutationes quaedam parvae textus, tum grammaticae tum styli, codicibus 2, 3 *et* 4. *communes sunt, v. c. l. II. c.* 78. *„si fata concessissent" pro „si fata concesserint". L. III. c.* 64. *„cognovit" pro „cognoscens"; c.* 68. *„sustentari" pro „sustineri"; c.* 70. *„esset" pro „est". Lectiones codicum* 2, 3, 4. *quamvis consonantium in textum nostrum recipere, si a cod.* 1. *differant, non placuit, cum in hoc casu lectiones pessimae quoque, veluti l. III. c.* 36. *„et regionem" et c.* 38. *„otium impendebat", in textum recipiendae fuissent.*

Si has tum emendationes, tum omissiones erroneas et errores codicibus 2, 3 *et* 4. *communes respicimus, dubitare non licet, illos ab uno codice derivandos esse, qui codicis autographi copiam a scriptore, qui eius vitia leviora tamen correxit, parum accurate literis exaratam continebat.*

Codex 2. *vero additiones plurimas maiores in textu habet, quas supra in eius descriptione enumeravimus. Notandum videtur, eas nihil fere de archiepiscopis antiquioribus tradere, sed plurima de Adalberto, in quibus auctorem fere coaevum facile cognoscas, nonnulla quoque de rebus septentrionalibus, veluti l. II. c.* 22. 34. 38. *l. IV. c.* 28, *quae ab illis qui hic laudantur Adalwardi stipatoribus fortasse communicata erant. Iidem quoque his in locis, praesertim l. IV. c.* 38 *et* 40, *auctores citantur, quos Adamo cognitos fuisse iam vidimus. Attendendum quoque, Adamum l. III. c.* 24. *ea polliceri quae tradit in fine capitis* 70, *quamvis in codice Vindobonensi desunt. Omnes hae additiones etiam in codicibus* 3 *et* 4. *reperiuntur. Nonnullae inter eas in ipsius auctoris exemplari iam suo loco comparuisse constat, ut supra iam de l. III. c.* 36. *adnotavi. Pleraeque vero prius margini adscriptae fuerant et ab alio scriptore textui inserta sunt, veluti in cod.* 2. *cum scholio* 2. *factum est, quod in aliorum codicum semper margine apparet.*

Inserendis his marginalibus textus ipse numquam immutatus est, ideoque lector diligens facile, quam violenter et incongrue hoc factum sit, animadvertet, veluti l. II. c. 74. *l. III. c.* 33. *Ita etiam videbit l. III. c.* 68, *codicis* 3. *l. IV. c.* 39. *statim finem capitis* 37. *secutum esse, a quo per caput* 38. *hic intrusum separatum est. Sunt vel harum notarum marginalium nonnullae, quae in diversis codicibus diversis locis textus insertae sunt, velut ea quae de Ascomannis proferuntur l. II. c.* 74.

Omnium additamentorum nulla fere sunt, quae tam evidenter Adami ipsius

manum prodant, quam ea quae in fine libri III. (in cod. 3. l. IV. cap. 38. 41—46.) reperiuntur. Adamus in prima librorum de gestis archiepiscoporum Hammemburgensium recensione hos scriptoris excusatione et lectoris admonitione, quae in codice 3. l. IV. c. 40. reperiuntur, finierat.

Capita l. IV. 41—46. solummodo agunt de legatione ecclesiae Hammemburgensis sive de ecclesiis praeter Saxonicas ei subiectis in terris, quarum situm et incolas libellus de descriptione insularum aquilonis illustrat. Quare haec capita, ut nobis videtur, rectius huic libello praeposuisset, quae libro antecedenti addidit et vel per ipsam particulam „autem" cum capite 40. coniunxit. Hoc ita per Adamum institutum esse, vix credimus. Ab alio, quam ab ipso auctore tum haec, tum repetitio magnae partis l. III. c. 23. in capite 70. (cod. 3. l. IV. c. 42.) facilius fieri potuerunt. Si vero ad dicendi genus et Sallustii imitationem attenderis, capita ultima libri tertii vix alii quam ipsi Adamo adscribere poteris.

Recte igitur egisse nobis videmur, ea, quae desunt codici Vindobonensi, sed quae ceteri codices textui omnes intercalaverunt, et ipsi eidem iungentes, uncis tamen additis, ut facilius ista a textu antiquissimo distinguantur, et quam inepte nonnunquam facta sit insertio facile animadvertatur. Ubi intercalationes in codicibus diversis diversis locis factae sunt, codicem Guelferbytanum secuti sumus.

Pluribus vero hic agendum videtur de codice Havniensi (4.), tum quia in illo reperimus textum, qui ex Lindenbrogii editione fere solus notus est, tum quia quaestio est proposita, utrum textus codicis 4 Adami ipsius secundis curis debeatur et ipse iuxta textum codicis 1. prelo subiiciendus sit?

Nemini dubium est, textum codicis 2 et 3, qui cum codicibus 1 et 6. magis convenit, antiquiorem esse illo codicis 4. Illi codices omnia iam habent, quae in codice 4. lectori traduntur, si excipias l. II. c. 41. diem emortualem Oddari praepositi, l. II. c. 42. fundationem monasterii Rosanveld, l. II. c. 76. de Gisla regina Bremam accedente, et scholia 58, 59 et 66, quae accuratiorem monasterii Bremensis cognitionem certe probant. Coniicio haec ex codice Adami praestantissimo, qualis fuit Lugdunensis, desumta, a ceteris, utpote scitu parum digna, esse omissa, qualiter alia scholia in codice Lugdunensi tantum recepta sunt.

In codice 4. vero non tantum desunt, quae desiderantur codicibus 2 et 3, sed totae etiam sententiae veluti l. I. c. 51. l. II. c. 11. l. III. c. 21, 45 et 63. Praesertim vero haec recensio a ceteris discrepat eo, quod narrationem abbreviat, et pro certo affirmat, ubi in codicibus antiquioribus ad traditionem se referebat, veluti l. II. c. 1. 5. 11. 34 (bis), vel ipsos fontes ab Adamo citatos tacet, veluti l. I. c. 51. acta concilii, l. III. c. 21. nobilem hominem de Nordalbingia, l. II. c. 36. Adamum ipsum.

Nonnulla in codice 4. ita abbreviata sunt, ut omittantur quae auctor disertis verbis exprimere voluit, veluti l. II. c. 36. ubi mortem regis Henrici diu optatam *fuisse dixerat, codex 4. autem solummodo refert: „Mortuo post haec Herico." Adde quod sententiae et locutiones auctoribus classicis desumtae in codice 4. a scriptore ut videtur ignaro immutatae sunt. Ita l. III. c. 5 et 38, ubi auctor Sallustium imitatus erat. Quid, quod vel ipsa verba, quae ex fontibus suis Adamus depromserat, in isto codice non amplius vel aliter legantur. v. c. l. I. c. 41. verba Bovonis, c. 46. verbum, quod ipse praedicat, nobile Rimberti. L. I. c. 41. quae laudantur ex gestis S. Rimberti ita immutata sunt et adulterata, ut non ipsi auctori nostro, sed scriptoris cuiusdam ineptissimo corrigendi prurituі tribuere tantum possis.*

Si quid deesset ad probandum, quod codex 4. ab Adamo ipso profectus non

sit, facillime intelligi id potest, si attendatur, quam inepte scholia marginalia textui sint inserta. Veluti l. I. c. 51, *ubi reperiuntur quae de Arnulfi regis morte in scholio* 10. *itidem dicta sunt. Schol.* 44. *textui l. II. c.* 60. *male insertum, et schol.* 52, *quod ad temporis rationem multum servit, omissum est. Scholion* 54 *in l. II. c.* 67. *non post „comprehensa" addendum, sed paulo post inter verba: „diceretur verbum" et „Nam et claustrum" inserendum erat. Scholion* 82. *de destructione civitatis Sleswic in l. III. c.* 50. *minime ante ea, quae de destructione urbis Hammemburg ibidem dicta sunt, interponendum erat. Insignis quoque videtur ineptia, qua l. II. c.* 42. *codici* 4. *inserta sunt, quae codices meliores margini annotaverunt, ubi de oppressione Sclavorum per Bernhardum ducem fit sermo. Res gestae annorum* 976—982 *hic ad annum* 1000 *vel ad ipsum annum* 1010 *referuntur, et maxima inde apud historicos recentiores confusio orta est.*

Error alius, Adamo minime imputandus, reperitur in codice 4. *in scholio* 61, *quod ex ipsius narrationis textu depromsit. Craccaben, quod constat esse cognomen regis Nordmannorum Olavi, Thrucconis filii, pro nomine adversarii eius habetur et confunditur cum Danorum rege Suend Tveskiaeg, qui illum in pugna vicerat. Si et ipse codicis Guelferbytani textus similem errorem habet, hoc eo fit, quod haec quoque recensio Adamo adscribenda non est.*

Notandum etiam est, nullum afferri posse argumentum, quo probetur textum illum codicis 4. *curis secundis politum vel saeculo duodecimo cognitum fuisse. Neque Annalista Saxo, neque Helmoldus eo usi sunt, quamvis scholia plurima ad Adamum operibus suis ipsis fere verbis vix mutatis inseruerunt. Obiiciat mihi forsan aliquis, res gestas in codice* 4. *l. II. c.* 42. *ab Helmoldo non solum eodem falso ordine chronologico tradi, sed etiam ab eo narrari filium ducis Winulorum a Saxonibus „canem" esse appellatum. Sed scriptor codicis* 4. *aeque atque Helmoldus hanc lectionem in antiquis Adami codicibus invenire potuit. Nec plane incredibile nobis videtur, scriptori codicis* 4. *Helmoldi historiam cognitam fuisse, quum de vocabulo „canis" fusius omnino hic agat.*

INCIPIUNT CAPITULA[a].

1. Descriptio Saxoniae. *Hystoriam.*
2. De fluviis Saxoniae. *Nobilissimi.*
3. Qui mortales primi incoluerunt Saxoniam. *Querentibus.*
4. Item de genere Saxonum. *Saxonum.*
5. De legibus et moribus Saxonum. *Generis.*
6. Quomodo gens Saxonum fidem suscepit. *Qualiter.*
7. Martirium sancti Bonefacii in Fresia. *Primus.*
8. Bonefacio Willehadus succedit. *Post passionem.*
9. Divisio Saxonie in episcopatus. *In nomine.*
10. Obiit sanctus Willehadus. *Sedit igitur.*
11. Willehado Willericus succedit. *Proximum.*
12. Ansgarius Danis ac Sueonibus predicare incipit. *Ludwicus.*
13. Ansgarius in Hamburg primus archiepiscopus ordinatur. *Tunc imperator.*
14. Ansgarius nunc Danis nunc Transalbianis predicat. Sueonibus episcopum mittit. *Ansgarius.*
15. Willericus, Bremensis episcopus, moritur. *Interea.*
16. Willerico Leudericus ordine tercius succedit, et de Ansgario episcopo. *Leudericus.*
17. Dani Fresones tributo subiciunt, Hamburg exurunt, Coloniam obsident. *Interea.*
18. Ludwicus imperator obit, et regnum dividitur. *Anno.*
19. Ansgarius cenobium exstruit, Danis ac Sueonibus predicatores mittit, Brema pellitur. Episcopus Breme moritur. *At ille.*
20. Ansgarius Bremensem episcopatum suscepit. *Tunc Ludwicus.*
21. Ansgarius Horicum, regem Danorum, baptizat. *Sanctus itaque.*
22. Ansgarius Sueonibus predicare vadit. *Quibus.*
23. Hamburg et Brema unus episcopatus fiunt. *Interea.*
24. Ansgarius regem Danorum christianos persequentem predicatione placat. *Post hec.*

a) *Hic ordo capitulorum non reperitur nisi post prologum in cod. Guelferbytano.*

25. Ansgarius corpus sancti Willehadi transfert. *Ipse.*
26. Mencio bonorum operum Ansgarii. *Interea.*
27. Ansgarius obit. Rimbertus succedit. *Supervixit.*
28. Consecracio Rimberti. *Sanctus Rimbertus.*
29. Rimbertus paganis predicat. *Preterea.*
30. Legati cesaris et Danorum ad Egdoram pacem iurant. *Qui reges.*
31. Ludwicus cesar obiit. Dani Saxoniam vastant, Coloniam et Treveros incendunt, Aquisgrani palacium stabulum equis faciunt. Ludwicus de eis triumphat. *Anno.*
32. Bremensis episcopus captivos redimit. *Quid autem.*
33. Merita Rimberti episcopi. *Nec incongruum.*
34. Item merita Rimberti. *Frustra.*
35. Miraculum eius in Sleswich. *Erat igitur.*
36. Item de bonis operibus eius. *Et quia.*
37. Unde supra et de obitu eius. *Senodochium.*
38. Ansgarius Rimberto succedit. *Adalgarius.*
39. Consecracio Ansgarii. *Ferulam.*
40. Arnulfus rex Danos sternit. *De hystoria.*
41. Contencio Coloniensis episcopi ac Bremensis. *Audivi.*
42. Formosi pape et Arnulfi imperatoris obitus. Erupcio Ungrorum. Persecucio ecclesiarum. Obitus Adalgarii. *Anno secundo.*
43. Adalgario Hogerus succedit, qui et in brevi post moritur. *Hogerus.*
44. Hogero Reginwardus succedit, qui et ipse paulo post obiit. *Reginwardus.*
45. Reginwardo Unni succedit. Gurm, rex Danorum, christianos persequitur. *Unni.*
46. Henricus imperator Ungros, Boemos, Sorabos et Sclavos gravi bello percussit, Danos cum exercitu invadit. *At vero.*
47. Unni Danis predicat, de Dacia ad Sueones pergit. *Tunc beatus.*
48. Unni Sueones ad fidem revocat. *In eo portu.*
49. Unni in Sueonia moritur. *Perfecto.*
50. Adaldagus Unni succedit. Otto cesar Daniam vastat, Danos ad fidem cogit. *Adaldagus.*
51. Otto cesar Sclavorum populos suo imperio tributo et fidei christiane subicit. *Ferunt eciam.*
52. De Adaldago episcopo. *Nempe.*
53. Otto cesar Saxoniam Hermanno cuidam committit. *Post hec.*
54. De moribus et operibus Hermanni. *Vir iste.*
55. Otto cesar Leonem papam constituit. *Igitur tali.*
56. Otto quinquennium in Italia facit. *Eo tempore.*
57. Adaldagus ab Italia rediens Benedictum papam secum ducit. *Reversus.*
58. Et reliquias sanctorum plurimas. *Archiepiscopus.*
59. Zenodochii, quod est Bremis, curam habuit. *Cumque.*
60. Otto cesar Magedeburgh Sclavis metropolem facit. *Ipso tempore.*
61. De suffraganeis Magedeburgensis archiepiscopi. *Magedeburgensi.*
62. De orientali limite Saxonie. *Invenimus.*
63. De natura et populis Sclavanie. *Hec ille.*
64. *Sclavania.*
65. *Inter quos medii.*
66. *Ultra Leuticios.*
67. Ottoni magno morienti Otto medianus succedit, cui mortuo Otto tercius succedit. *Anno pontificis.*
68. Danorum rex fidem Christi benigne suscepit. *Haroldus.*
69. Adaldagus in Dania plures episcopos ordinat. *Adaldagus.*
70. Christianitas in Dania turbatur, et Adaldagus decedit. *Novissimis.*
71. Adaldago Libencius succedit. Rex Danorum christianos persequitur. *Libencius.*
72. Sueones optinent Daniam. *Tunc potentissimus.*
73. Sueones et Dani Saxones quosdam bello vincunt. *Ferunt.*
74. Vindicta Saxonum in Sueones et Danos. *Quam plagam.*
75. Pirate crebros excursus faciunt. *Ex illo.*
76. Sueno exul Norvegia et Anglia pellitur. *Post.*
77. De Popone et duobus miraculis que fecit.
78. *Alii dicunt.*
79. Ericus rex baptizatur. *Ericus igitur.*
80. Obitus Erici, cui Sueno succedit in regem. *Post mortem.*
81. Nordmanni struuntur a Danis. *Audiens.*
82. Gotebaldus quidam Sueonibus predicat et Nordmannis. *Quo interfecto.*
83. Sclavi christianos persecuntur. *Interea.*
84. Ma(r)tyria christianorum. *Aput Hamburg.*
85. Libencius in Daniam episcopos ordinat et post breve moritur. *Hec facta.*
86. Libencio Unvanus succedit. *Unvanus.*
87. Unvanus Nordmannis et Sueonibus doctores mittit. *Ad cuius.*
88. De muneribus Unvani. *Unvanus.*
89. Dani Angliam navigant. *Sueno rex.*
90. Chnut triennio Angliam oppugnat. *Triennium.*
91. Chnut regnum et uxorem Adelradi accepit. *Chnut.*
92. Chnut episcopos in Daniam ducit ab Anglia. *Victor.*
93. Cesar Conradus cum rege Danorum pacem facit. *Anno pontificis.*
94. Knut et Olaf reges continue bellant. *Inter.*
95. Unvanus Hamburg renovat. *Eo tempore.*
96. Martirium Olavi regis. *Olaf.*
97. Martirium Wolfredi. *Per idem.*
98. Unvano Libencius succedit. *Libencius.*
99. Knut tria regna possedit. *Tempore illo.*
100. Trans Albiam pax fuit. *Archiepiscopus.*
101. Libencius obit. *Interea.*
102. Hermannus succedit et post breve moritur. *Hermannus.*
103. Ezelinus[a] succedit. *Ezelinus* [a].
104. *Hec dum Breme.*
105. *Trans Albiam suo.*
106. Archiepiscopus episcopos in Daniam mittit. *Archiepiscopus.*
107. Imperator obit et de regibus septentrionis. *Anno pontificis.*
108. Item de regibus aquilonis. *Post cuius.*
109. De Suein iuniore. *Illo tempore.*
110. *Alebrandus archiepiscopus*[b].

a) *Leg.* Bezelinus. b) *Leg.* archipresul.

111. Magnus Norvegiam et Daniam possedit. *Interea.*
112. Pyrate cadunt. *Ipso tempore.*
113. Suein in Daniam redit.
114. Archiepiscopi et Magni colloquium. *Victor.*
115. Imma obit. *Et hec.*
116. Domus sancti Petri ardet. *Anno archiepiscopi.*
117. Obitus Alebrandi archiepiscopi. *Archiepiscopus.*
118. Adalbertus succedit. *Adalbertus.*
119. *De cuius viri.*
120. *Erat nimirum.*
121. *Anno ordinationis.*
122. *Et quoniam magnus.*
123. *Expediciones vero.*
124. *Henricus rex.*
125. *Post hec imperatorem.*
126. *Metropolitanus autem.*
127. *Alia etiam plurima.*
128. *Et rex*[a] *quidem.*
129. Magnus de Dania pellitur. *Magnus eó.*
130. Arusie ecclesia incenditur. Sleswigh depredatur. *Haroldus quidam.*
131. Angli Danos reges pellunt. *Simul eo.*
132. De heretico episcopo. *Cum hec ibi.*
133. Gude regina exenia mittit archiepiscopo. *Legatos.*
134. Amazones veneno Sueones occidunt. *Interea Sueones.*
135. De crudelitate Haroldi. *In Nordvegia.*
136. Reconciliacio archiepiscopi et regis Danorum. *Hiis apud.*
137. De potencia Godescalci. *Trans Albiam.*
138. Cenobia fiunt in Sclavania. *Igitur omnes.*
139. Archiepiscopus episcopos ordinat Sclavis. *Gratabulatur.*
140. Bella Sclavorum. *Per idem.*
141. De avaricia Saxonum. *Audivi eciam.*
142. Islani, Gronlani, Orchadum legati, archiepiscopum expetunt. *Hec dum.*
143. Unus episcopatus in Dania distribuitur in quatuor. *In diebus.*
144. *Tocius itaque.*
145. *Nam et dux.*
146. Cesar Henricus Goslariam fundat. *Eo tempore*[b].
147. Concilium generale apud Magonciam. *Tunc habita.*
148. Aput papam et cesarem Adalbertus magnus est. *De qua.*
149. *Quid loquar.*
150. *Metropolitanus.*
151. *Interea condicionibus.*
152. *Coloniensis enim.*
153. *Noster vero.*
154. *Tunc igitur.*
155. *Quibus accesserunt.*
156. *Ad gloriam*[c].
157. *Ex quibus.*
158. *Dux avaricie.*
159. *Anno pontificis.*
160. *Tunc comes.*
161. *Archiepiscopus eo.*
162. *Potuit ecclesia.*
163. *At ille.*
164. *Audientes autem.*
165. *Magnus igitur.*
166. Godescalcus princeps cum aliis martirizatur. *Hec nobis.*
167. Martirium Iohannis episcopi. *Iohannes.*
168. Excidium Hamborg et Sleswich. *Et illi.*
169. Angli bellant. *Eodem.*
170. Sueones bellant. *In Suedia*[d].
171. De Suein rege Danorum. *Illo tempore.*
172. *Interea noster.*
173. *Quod autem.*
174. *Germanus.*
175. *Dicunt.*
176. *Tercia.*
177. *Preterea.*
178. *Querebatur.*
179. *Postremum.*
180. *Quibus.*
181. *Tunc.*
182. *Huius.*
183. *Cernens*[e].
184. *Multo.*
185. Colloquium cesaris cum rege Danorum. *Accessit hoc.*
186. *Itaque.*
187. *Signa.*
188. *Hanc.*
189. *In diebus.*
190. *Quatuordecim.*
191. *Interea.*
192. *O fallax.*
193. *Obiit autem.*
194. *Preter libros.*
195. *Igitur corpus.*
196. *Ferunt enim.*
197. *Cuius rei.*
198. *Nam et alia.*
199. *O quociens.*
200. *Ignosce queso.*
201. *In legacione.*
202. *Archiepiscopus.*
203. *Quorum speciosa.*
204. Alexander scribit episcopo.
205. *Adalbertus sancte.*
206. De episcopis quos domnus Adalbertus diversis regionibus constituit. *Ipsi vero.*
207. *Eodemque studio.*

Descripcio insularum aquilonis.

208. De Iutland et episcopatibus in ea. *Provincia Danorum.*
209. Iutland olim duos episcopatus habuit. *Postea vero.*
210. De tribus Danie episcopis et de Eligland insula. *Archiepiscopus vero.*
211. De Fiune insula. *Fiunis.*
212. De Seland insula. *Seland.*
213. De auro Danorum. *Aurum.*
214. De Skania. *A Seland.*
215. De episcopatu Scanie. *In eadem.*
216. De Eginone postea Scanie episcopo. *Fertur.*
217. De natura baltici maris. *Nunc autem.*
218. De longitudine eius. *Quod autem.*
219. De latitudine eius. *Latitudinem.*
220. De gentibus circa mare balticum. *Hunc, inquit.*
221. Gentes ad austrum huius freti. *Itaque primi.*

a) *Leg.* res. b) *Leg.* Ea tempestate. c) *Leg.* Adglorians. d) *Leg.* In Sueonia. e) *Leg.* Cerneres. *Conf. var. lect.*

222. Gentes aquilonales eius. *At vero.*
223. Nomina insularum multarum. *Multe sunt.*
224. De Estland insula. *Preterea.*
225. De Fembre insula. *Ille autem.*
226. De Rivi[a] et Rani insula. *Altera est.*
227. De Semland insula et martirio Adalberti episcopi. *Tercia est.*
228. De Amazonibus, Cynocephalis, Alanis, Macrobiis et aliis monstris. *Sunt et alie.*
229. Item de baltico freto et abbate Hiltino. *Hec habui.*

Hactenus de insulis Danorum. Nunc de insulis Sueonum sive Normannorum.

230. De Sueonia et moribus gentium. *Transeuntibus.*
231. De multitudine Sueonum. *Populi.*
232. De episcopis Sueonum. *Ex ipsis.*
233. Descripcio Sueonie et monstra quedam. *Igitur ut.*
234. De supersticionibus Sueonum. *Nobilissimum.*
235. De sacerdotibus, festis et donis Sueonum. *Omnibus itaque.*
236. Miraculum quoddam. *In eadem.*
237. De Adalwardo episcopo. *Quibus miraculorum.*
238. De Adalwardo et Eginone episcopis et rege Stenkel.

De Norvegia.

239. De Norvegia et moribus gentis. *Nordmannia.*
240. De bene christianis et magis in Norvegia. *In multis.*
241. De Trondem metropoli et Olavo martire. *Metropolis.*
242. De primis in Norvegia episcopis. *In Nordmannia.*
243. De Orchadibus insulis. *Post Nordmanniam.*
244. De insule Tyle et populis in ea. *Insula Tyle.*
245. De Gronland insula. *Sunt autem.*
246. De Halagland insula. *Tercia est.*
247. De Winland. *Preterea.*
248. De quibusdam navigantibus. *Item retulit.*
249. Item de eisdem. *At iam.*
250. *Sunt et alia.*
251. *Hec sunt que.*
252. *Ecce illa ferocissima.*

EXPLICIUNT CAPITULA.

M. ADAMI GESTA HAMMABURGENSIS ECCLESIAE PONTIFICUM.[b]

Beatissimo patri et electo celitus archiepiscopo Hammaburgensi[c] Liemaro A., minimus[d] sanctae Bremensis ecclesiae canonicus, integrae devotionis parvum munus.

Cum in numerum gregis vestri[e], pastor euangelice, nuper[f] a decessore[g] vestro colligerer[84], sedulo operam dedi, ne proselitus et advena tanti muneris beneficio ingratus existerem. Mox igitur[h] ut oculis atque auribus accepi[85] ecclesiam vestram[i] antiqui honoris privilegio nimis extenuatam[k], multis egere constructorum manibus, cogitabam diu, quo laboris nostri[l] monimento exhaustam viribus matrem potuerim iuvare. Et ecce occurrunt[m] michi plurima, interdum legenti vel audienti facta ab antecessoribus vestris[n], quae tum sui magnitudine, tum ecclesiae huius necessitate videantur digna relatu. Sed quoniam rerum memoria latet, et pontificum loci hystoria non est tradita litteris, fortasse dixerit aliquis, aut[o] nichil eos dignum memoria fecisse in diebus suis, aut si fecerant[p] quippiam, scriptorum qui hoc posteris traderent diligentia caruisse. Hac ego necessitate persuasus, appuli me ad scribendum de Bremensium sive Hammaburgensium serie praesulum, non alienum credens meae devotionis officio seu negotio vestrae[q] legationis, si, cum sim filius ecclesiae, sanctissimorum patrum, per quos ecclesia exaltata et christianitas in gentibus dilatata est, gesta revolvo[q]. Ad quod nimirum valde arduum et viribus meis[r] impar onus[s], eo maiorem flagito veniam, quoniam[s*] fere nullius[t] qui me praecesserit[u] vestigia sequens, ignotum iter, quasi palpans[v] in tenebris, carpere[86] non timui, eligens in vinea Domini pondus diei ferre[w] et aestus, quam extra vineam ociosus stare.* Ev. Matth. c. 20, 3. 12. *Tuo igitur, sanctissime praesul, examini audacter incepta committo: te[x] iudicem simulque defensorem imploro, sciens tibi pro sapientia tua nichil dignum posse deferri: qui decurso mundanae prudentiae stadio[y], ad*

a) *Lege* Runi. b) *Inscriptio deest in* 1. Incipit prologus (prologumen 2a.) canonici cuiusdam bremensis in gesta pontificum bremensium 2. 2a. Incipit Hammaburgensis hystoria 4. c) Hamburgensi 2. 2a. 3. *semper.* d) Ai mimus *corr.* Aimundus 2a. e) nostri 1. f) nuper *deest* 1. nunc 2a. g) predecessore 4. h) ergo 2a. *saepius.* i) nostram 3. k) attenuatam M. l) vestri 5 m) occurrit 1. 2. 4. occurrit *corr.* occurrunt 2a. n) nostris 2a. 3. o) ut 1. p) fecerint 2a. 3. q) nostrae 3. date 2a. *e corr.* q*) revolvero *Lind.* 2da *edit.* r) meis *deest* 1. s) opus 2a. s*) quo 2. 3. 4. t) nullus 1. u) praecessit 4. v) palpans *deest* 1. w) d. pondus aliquod ferre d. 2a. potius aliquod p. d. ferre 3. x) ut 1. y) studio 3.

84) sc. anno 1068. 85) *Oculis accipere* Virg. Aen. l. IV. v. 531. 86) *Iter carpere* Horat. Serm. l. I. 5. v. 95.

studium divinae philosophiae maiore gloria nunc ascendisti[a], *terrena despiciens, et sola meditans celestia*[b]. *Cumque doctrina et veritate, hoc est verbo et exemplo pastorali, facile*[c] *multos excellas, praecipua est in virtutibus tuis humilitas, quae omnibus te communem faciens, michi quoque fiduciam dedit, qua balbuciens audeam cum philosopho loqui, et Saul*
1 Reg 10, 12. 19, 24 *inter prophetas videri. Scio tamen aliquos, ut in novissimis*[d] *rebus fieri consuetum est, adversarios michi non defuturos, qui dicant haec ficta et falsa veluti somnia Scipionis a Tullio*
Aen. VI, 894 sq. *meditata; dicant etiam si volunt per eburneam portam Maronis egressa. Nobis propositum est non omnibus placere, sed tibi, pater, et ecclesiae tuae; difficillimum est enim invidis placere. Et quoniam*[e] *sic emulorum cogit improbitas, fateor tibi*[f], *quibus ex pratis defloravi hoc sertum; ne dicar*[g] *specie veri captasse mendacium: itaque de hiis quae scribo, aliqua per scedulas*[h] *dispersa collegi, multa vero mutuavi de hystoriis*[i] *et privilegiis Romanorum, pleraque omnia*[k] *seniorum, quibus res nota est, traditione didici, testem habens veritatem, nichil de meo corde prophetari*[l], *nichil temere definiri; sed omnia quae positurus sum certis roborabo*[m] *testimoniis, ut si michi non creditur, saltem auctoritati fides*[n]
Aen II, 535 *tribuatur. In quo opere talibusque ausis sciant omnes, quod nec laudari cupio ut historicus, nec improbari metuo ut falsidicus*[o]; *sed quod bene ego non potui, melius scribendi ceteris materiam reliqui. Ab introitu igitur*[p] *sancti Willehadi*[q], *cum Saxonia tota et armis subacta Francorum et divino cultui mancipata est, ordiens, in tuo salutari ingressu pono metam libelluli, simul omnipotentis Dei misericordiae supplicans, ut, qui te populo suo diu erranti et afflicto pastorem constituit, annuat etiam tua opera tuisque diebus ea quae inter nos prava sunt*[r] *corrigi et correcta perpetuo conservari. Ad hec*[s] *quae in gentium conversione a decessoribus*[t] *tuis strennue dudum incepta sunt, a te, qui hereditariam predicandi legationem possides in totam septentrionis latitudinem*[87], *mature perfici concedat Iesus Christus dominus noster, cuius regni non est finis per omnia secula seculorum. Amen*[u].

[1.] 1. Historiam Hammaburgensis ecclesiae scripturi[v], quoniam Hammaburg[w] nobi-
Cap. 1. lissima quondam[x] Saxonum civitas erat, non[y] indecens aut vacuum fore[z] putamus, si prius de gente Saxonum et natura eiusdem provintiae ponemus ea, quae doctissimus vir
Schol. 1. Einhardus[*] aliique non obscuri auctores[a] reliquerunt in scriptis suis[b]. *Saxonia*, inquiunt, *pars non modica est Germaniae, et eius quae a Francis incolitur duplum in lato putatur habere, cum ei longitudine possit esse consimilis*[88]. Positio eius recte metientibus trigona videtur; ita ut primus angulus in austrum porrigatur usque ad Renum[c] flumen, secundus vero inchoans[d] a maritimis Hadelohe[e] regionis, longo secus Albiam limite protenditur in orientem usque ad Salam fluvium. Ibi est angulus tercius. Itaque ab angulo in[f] angulum habes[g] iter octo dierum, praeter eam partem Saxoniae, quae trans Albiam supra incolitur a Sorabis[89], infra autem a Nordalbingis. Saxonia viris, armis et frugibus inclita[90]. Excepto quod raris intumescit collibus, tota fere[h] declivis in planitiem consideratur[91]. Sola caret vini[i] dulcedine; alia omnia fert usui necessaria. Ager ubique fertilis, compascuus[92] et silvestris; qua Thuringeam[k] accedit aut Salam vel Renum fluvios[l], ibi prorsus opimus. Ceterum iuxta[m] Fresiam[n] palustris, et aridus propter[o] Albiam, degenerat aliquantum[p]. Iocunda[q] ubique nec minus[r] oportuna provinciam rigat[s] amnium[t] copia[u]

Schol. 1. Einhardus ex capellanis Karoli imperatoris, vitam eius descripsit et bella Saxonum[v]. (2a. 4.)

a) nunc asc. gloria 4. b) celestia meditans 4. c) facere 2. d) *ita* 1. novis *reliqui.* e) qui 2a. f) etiam *corr.* tamen 2a. g) dicat 1. h) cedulas 2a. i) de h. mutuaui 4. mutuatus 3. k) pleraque quasi omnia 2a. l) propalari 5. m) roborata 3. narrabo 1. n) fides *deest* 5. o) falsiloquus 3. p) igitur *deest* 4. q) Villehadi 3. r) sunt-prava 4. s) haec 3. t) praedecessoribus 4. u) Amen *deest* 1. 2. Explicit prologus *add.* 2. v) scriptori 1. w) Hamburgh 2. Hamburg 3. x) quondam *deest* 3. y) añ 1. z) forte 2. *) Eginhardus 3. a) actores 2. b) in s. s. reliquerunt 4. c) Rhenum 2. 3. 4. *semper.* d) incoans 3. e) Hadeloe 4. f) ad 3. g) habet 3. habens 5. h) vero 2. 3. 4. i) uiri (*manu sec.* uini) 1. k) Thuringiam 4. Thiringiam 3. l) fluuius 1. m) Iuxta ceterum 1. n) Frisiam 3. *semper.* o) prope 5. p) aliquantulum 3. q) Iucunda 3. 5. r) mirum 2. 4. mirum quum 3. 5. s) riget 3. 5. t) animum 2. u) copiam 1. v) *In 2a hoc scholion ita legitur.* Eynhardus unus ex c. Caroli magni vitam e. et bella contra Saxones d.

87) Hanc legationem cum pallio Liemaro concesserat papa Alexander II. 1073. Febr. 2. 88) *Saxonia — consimilis* sunt verba Einhardi in vita Karoli cap. 15. 89) Sorabos in Saxonia collocari, manifestus Adami error est. V. Einhardi Ann. a. 782. 90) *viris, armis — inclita* sapit Sallustium in bello Iugurth. c. 53: *armis virisque opulentum.* Conf. ibidem c. 58. 85. 91) i. e. adspicitur, esse videtur. 92 Respexisse videtur pascua Saxonum communia.

2. Nobilissimi Saxoniae fluvii sunt Albis, Sala, Wisara[a], qui nunc Wissula[93] vel[b] Wirraha[c] nuncupatur. Is in Thuringiae[d] saltu fontem habet, quemadmodum et Sala: deinde mediam cursu pertransiens Saxoniam, in vicinia[e] Fresonum sortitur occasum[94]. Verum maximus Albis, qui nunc Albia nomen habet, etiam[f] Romanorum[95] testimonio predicatur, cuius ortum ferunt trans Bohemiam[g], mox Sclavos[h] dirimit a Saxonibus. Iuxta Magdeburg[i] in se recipit Salam fluvium, nec longe ab[i*] Hammaburg ipse Albia mergitur[k] in occeanum[l]. [Quartus ex magnis Saxoniae fluminibus est Emisa, qui[m] Westphalos[n] a reliquis illius provinciae dirimit populis. Isque oritur in saltu Patherburnensi[o. 96]; currit autem per medios Fresonum terminos in occeanum Britannicum[p].] [2] Cap. 2.

3. Quaerentibus autem qui mortales ab initio Saxoniam coluerint[q. 97], vel a quibus haec gens primo finibus egressa sit, compertum est nobis ex multa lectione veterum, istam gentem, sicut omnes fere populos, qui in orbe sunt, occulto Dei iudicio non semel de regno ad populum alterum fuisse translatos, et ex nomine victorum provincias quoque vocabula[98] sortitas. Quippe, si Romanis credendum est scriptoribus, primi circa Albiam et in reliqua Germania Swevi[r] habitarunt[s], quorum confines[t] erant illi[t*], qui dicuntur Driade[u], Bardi[99], Sicambri, Huni, Wandali, Sarmatae, Longobardi[v], Heruli, Dacae, Marcomanni[w], Gothi[x], Nordmanni[y] et Sclavi. Qui propter inopiam soli natalis contentionesque domesticas, aut sicut dicitur, minuendae multitudinis causa[z] a loco suo egressi, totam simul Europam inundaverunt et Affricam. De antiquitate vero Saxonum meminit Orosius et Gregorius Turonensis[*] ita: *Saxones*[a], inquit[b], *gens ferocissima, virtute et agilitate terribilis, in occeani litore habitat, inviis inaccessa paludibus, quae periculosam tunc Romanis finibus eruptionem*[c] *meditans, a Valentiniano imperatore oppressa est*[1]. *Deinde cum occuparent Gallias Saxones, a Syagrio, duce Romanorum, victi sunt*[d], *insulae eorum captae*[2]. Igitur Saxones primo circa Renum sedes habebant, [et vocati sunt Angli,][e] quorum pars inde veniens in Brittanniam[f], Romanos ab illa insula depulit. Altera pars Thuringiam oppugnans, tenuit illam[g] regionem. Quod breviter conscribens Einhardus[h], tali modo suam ingreditur historiam[3]: 3 Cap. 3

4. *Saxonum gens*, inquit, *sicut tradit antiquitas, ab Anglis Britanniae*[i] *incolis egressa, per occeanum navigans, Germaniae littoribus studio et necessitate quaerendarum sedium appulsa est in loco qui vocatur Hadoloha*[k], *eo tempore quo Theodericus*[l], *rex Francorum, contra Hirminfridum, ducem Thuringorum, generum suum, dimicans, terram eorum crudeliter ferro vastavit*[m] *et igne. Et cum iam*[n] *duobus praeliis ancipiti pugna incertaque victoria miserabili*[o] *caede suorum decertassent, Theodericus spe vincendi frustratus, misit legatos ad Saxones, quorum dux erat Hadugato*[p]. *Ut*[q] *audivit causam adventus eorum, pollicitisque pro victoria cohabitandi sedibus*[r], *conduxit eos*[s] *in adiutorium. Quibus secum quasi iam pro*[s*] *libertate et patria fortiter dimicantibus, superavit adversarios, vastatisque indigenis et ad internicionem pene*[t] *deletis, terram eorum iuxta pollicitationem suam victoribus delegavit. Qui eam sorte dividentes, cum multi ex eis in bello cecidissent, et pro raritate eorum tota ab eis occupari non potuit, partem illius, eam maxime quae respicit* [4] Cap. 4

a) Wisuris 3. Wisura 4. b) qui n. Wisura vel 3. qui et 4. c) Wirracha 2. 2[a]. d) Turingie 4. e) vicino 2. 4 f) et 3. g) Boemiam 1. (*ubi eadem manu* Bohemiam) 3. h) scauos 1. Slavos 4. *saepius.* i) Magdeburgh 2. Magdaburg 4. i*) ab *deest* 1. k) mergit 1. l) oceanum 3. 4. *semper.* m) que 2. 2[a]. n) Vestphalos 2. Westvalos 5. o) Padarb. 4. Pedarb. 3. p) Quartus — Britannicum *desunt* 1. q) coluerunt 5. r) Suevi 2. 3. 5. s) habitauerunt 3. t) fines 1. t*) illi *deest* 2. 3. 4. u) Driades 3. 4. v) Laugobardi 5. w) martomarng 1. x) Goti 2. y) Normanni 3. z) causa *deest* 1. *) G. Turonis et O. 1. Turonensis *deest* 5. a) Saxonum 5. b) inquiunt 2. 3. 4. c) *ita et Orosius*; irruptionem 2. 4. d) et *add.* 2. 3. 4. e) *uncis inclusa desunt* 1. f) Britanniam 3. 4. g) eam 5. h) Einardus 2. *saepius.* i) Brintanniae 1. k) Haduloha 2. 3. Hatheloe 4. l) Thiedricus 3. 4. Thidericus 5. m) vastasset 2. 2[a]. n) iam *deest* 1. *male.* o) mirabili 5. p) Hadugatus 4. Hadugoto *Transl* q) ut *deest Transl.* Et ut 3. r) promissisque p. v. habitandi *Transl.* que *deest* 3. s) eos *deest* 3. s*) pro *deest* 1. *male.* t) fere 1. *male.*

93) Nomen Visulae quod Einhardus in Vita Karoli c. 15. tribuit Vistulae, noster pro nomine Visurgis habuit. V. infra l. II. c. 78. 94) *occasus* hic noster pro ostio. 95) V. c. Lucan. Pharsal. II, 51. 96) der Teutoburger Wald. 97) Respexit noster verba Sallustii in belli Iugurth. c. 13: *Sed qui mortales initio Africam habuerint* etc. 98) *vocabula* i. e. nomina. 99) Druidas fortasse Adamus pro gente habuit, quos Lucanus (Phars. l. I. v. 448—450. cum Bardis nominat. Hos vero cum Bardorum populo circa Bardewik degente confundere videtur. 1) Sunt fere verba Orosii l. VII. cap. 32. 2) Ex Gregorii Turon. hist. Francor. l. II. c. 19. coll. cap. 27. ista noster composuit. 3) V. Translationem S. Alexandri supra T. II. p. 674—676. Conf. hic notas criticas.

orientem, colonis tradebant singulis[a], *pro sua sorte sub tributo*[b] *exercendam; caetera vero loca ipsi possederunt.*

5. *A meridie quidem Francos habentes et partem Thuringorum, quos praecedens hostilis turbo non tetigit*[c], *alveoque fluminis Unstrote dirimuntur; a septentrione vero Nordmannos, gentes ferocissimas; ab ortu solis Obodritos*[d]*; et*[e] *ab occasu Frisos, a quibus sine intermissione vel federe vel concertacione necessaria finium suorum spacia*[f] *tuebantur. Erant enim inquieti nimis et finitimorum sedibus infesti*[g], *domi vero pacati et civium utilitatibus placida benignitate consulentes.*

[5.] Cap. 5. 6. *Generis quoque ac nobilitatis suae providissimam curam habentes, nec facile ullis aliarum gentium vel sibi inferiorum conubiis infecti, propriam et sinceram, tantumque sui*[h] *similem gentem facere conati sunt. Unde habitus quoque ac magnitudo corporum comarumque color, sicut*[i] *in tanto numero hominum, idem*[k] *pene omnibus. Quatuor igitur differentiis gens illa consistit, nobilium scilicet et liberorum, libertorum*[l] *atque servorum. Et id legibus firmatum, ut nulla*[m] *pars in copulandis coniugiis propriae sortis terminos transferat; sed nobilis nobilem ducat uxorem et liber liberam, libertus coniungatur*[n] *libertae et servus ancillae. Si vero quispiam horum sibi non congruentem*[o] *et genere praestantiorem*[p] *duxerit uxorem, cum vitae suae dampno componat. Legibus etiam ad vindictam malefactorum optimis abutebantur*[q]. *Et multa utilia*[r] *atque secundum legem naturae honesta, in morum probitate studuerunt habere; quae eis ad veram beatitudinem promerendam proficere*[s] *potuissent, si ignorantiam creatoris sui non haberent et a veritate culturae illius non essent alieni.*

[6.] 7. *Coluerunt*[t] *enim eos qui natura non erant dii, inter quos praecipue Mercurium venerabantur, cui certis diebus humanis quoque hostiis litare consueverant. Deos suos neque*[u] *templis includere, neque ulla humani oris*[v] *specie assimilare, ex magnitudine et dignitate coelestium arbitrati sunt. Lucos ac*[w] *nemora consecrantes, deorumque nominibus appellantes, secretum illud sola reverentia contemplabantur*[x]. *Auspicia et sortes quam maxime observabant. Sortium consuetudo simplex erat. Virgam*[y] *frugiferae*[z] *arbori decisam, in surculos amputabant, eosque notis quibusdam discretos super candidam vestem temere*[*] *ac fortuito*[a] *spargebant; mox si publica consultatio fuit, sacerdos populi, si privata, ipse pater familias precatus Deos, celumque suspiciens ter*[b] *singulos tulit, sublatos*[c] *secundum impressam ante notam interpretatus est. Si prohibuerunt, nulla de eadem re ipsa die consultatio; si permissum est, eventuum adhuc fides exigebatur.*

8. *Avium voces et volatus interrogare proprium erat illius gentis. Equorum quoque presagia ac motus*[d] *experiri, hinnitusque ac fremitus observare. Nec ulli auspicio maior fides, non solum apud plebem, sed etiam apud proceres habebatur. Erat et alia observatio auspiciorum, qua gravium bellorum eventus explorare solebant. Eius quippe gentis cum qua bellandum fuit, captivum quoquo modo interceptum, cum electo*[e] *popularium suorum, patriis quemque armis committere et victoriam huius vel illius pro iudicio habere. Quomodo autem certis diebus, cum aut*[f] *inchoatur luna aut*[g] *impletur, agendis rebus*[h] *auspicatissimum*[i] *initium crediderint, aliaque innumerabilia*[k] *vanarum supersticionum genera, quibus implicati*[l] *sunt, observaverint, praetereo. Haec vero ideo commemoravi, quo prudens lector agnoscat, a quantis errorum tenebris per Dei gratiam et misericordiam sint liberati, quando eos ad cognitionem sui nominis lumine verae fidei perducere dignatus est. Erant enim, sicut omnes*[m] *fere Germaniam incolentes, et natura feroces et cultui demonum dediti, veraeque religioni contrarii, neque divina neque humana iura vel*[n] *polluere vel transgredi inhonestum*[o] *arbitrabantur. Nam et frondosis arboribus fontibusque*[p] *venerationem exhibebant. Truncum quoque ligni non parvae magnitudinis in altum erectum sub divo*[q] *colebant, patria eum lingua Irminsul*[r] *appellantes, quod Latine dicitur universalis columpna, quasi*

a) singuli *Transl.* b) redactis *addit* 2. 2a. c) detegit 2. d) Ohodittos 1. e) et *deest* 3. f) spacia *deest* 4. g) infensi 3. h) sibi 2. 3. 4. i) tanquam *Transl.* k) est *addunt* 2. 3. l) libertinorum 1. *male;* libertorumque 3. 5. m) ne ulla 3. n) coniugatur 1. o) congruente 1. p) horum — praestantiorem *desunt* 3. q) utebantur 5. *Transl.* r) alia 3. s) sufficere 3. t) Noluerunt 1. *pictoris errore.* u) in *addit* 3. v) horis 2. w) et 1. 5. *male.* x) contemplantur 1. *male.* y) virga 1. z) fructiferae 2. 3. *) timere 1. a) fortuitu 4. b) Idem 1. *male, ubi initium cap.* 8. *et male.* c) sublatisque *Transl.* d) monitus *Transl.* e) cum electo *deest* 1. *male.* f) aut *deest* 3. g) vel 3. 4. h) cum aut — rebus *desunt* 1. i) auspiciatissimum 2. 4. k) innumera *Transl.* l) impliciti 4. m) qui erant sicut *Transl. quod nos mutavimus.* n) vel *deest* 5. o) honestum 2. 2a. p) que *deest* 1. q) dio 3. r) irme insul 2. Irmindsul 3.

sustinens omnia. Haec tulimus excerpta ex scriptis Einhardi[a] de adventu, moribus et superstitione Saxonum, quam adhuc Sclavi et Sueones ritu paganico servare videntur.

9. Qualiter autem gens dura Saxonum[4] pervenerit ad cognitionem divini nomi- [7.] Cap. 6 nis, aut quibus praedicatoribus ad christianae religionis normam[5] pertigerit[b], explicare locus[c] quaerit, si prius de bello Karoli, quod cum Saxonibus longo tempore profligatum est, mentionem facimus et belli causas simul connectimus. Thuringi vel Saxones, itemque caeterae quae circa[d] Renum sunt nationes, ex antiquo Francis tributariae leguntur[6]. Quibus deinde a regno eorum deficientibus Pippinus, genitor Karoli, bellum intulit, quod tamen filius[e] peregit maiore[f] felicitate; de quo idem scriptor Heinhardus[g] brevi epilogo meminit dicens[7]: *Susceptum est igitur bellum adversum Saxones, quod magna utrimque animositate, tamen maiore Saxonum quam Francorum dampno, per continuos triginta tres*[h] *annos gerebatur: poterat siquidem citius finiri, si Saxonum hoc perfidia pateretur.*

10. *Omnibus igitur qui resistere solebant profligatis et in suam potestatem redactis, ea conditio a rege proposita, et ab illis suscepta est, ut abiecto demonum cultu, relictisque patriis cerimoniis, christianae fidei sacramenta susciperent, et Francis adunati, unus cum eis populus efficerentur*[i]. Tractumque per tot annos bellum, ita constat esse finitum. Nunc autem spiritales[k] animarum triumphos ad scribendum succincti, praedicatoribus, de his[k*] qui ferocissimos Germaniae populos ad divinam religionem perduxerint[l], tale sumamus exordium.

11. Primus omnium qui australes Germaniae partes, ydolorum cultui deditas, ad [8.] Cap. 7 cognitionem divinae ac christianae religionis adduxit, Winifridus erat natione Anglus, verus Christi philosophus, cui postea cognomentum ex virtute erat Bonefacius[m]. Et quamvis alii scriptorum vel Gallum in Alemannia[n] vel Hemmerannum[o] in Baioaria[p] sive Kylianum in Francia[q] seu certe Willebrordum[r] in Fresia priores verbum Dei asserant praedicasse, hic tamen omnes alios, uti Paulus apostolus, studio ac praedica- 1 Corinth. 15, 10 tionis[s] labore antevenit. Ipse enim, ut in gestis suis legitur, apostolicae sedis auctoritate fultus, legationem ad gentes suscepit, Teutonumque[t] populos, apud quos nunc et summa imperii Romani[8] et divini cultus reverentia viget ac floret, ecclesiis[u], doctrina virtutibusque illustravit. Quorum[v] etiam provincias in episcopatus distribuens, seorsum[w] Francos cis[x] Rhenum, Hessones[y] ac Thuringos, qui Saxonum confines sunt[9], primitivo quodam laboris sui fructu Christo et ecclesiae copulavit. Tandemque a Fresonibus, quos iam ante ad fidem converterat, illustri martyrio coronatus est. Gesta eius plenaria[10] manu a discipulis edita sunt, qui[z] eum ferunt agonizasse cum aliis quinquaginta et amplius commilitonibus suis, anno ordinationis suae 37. Ipse est annus dominicae incar- Schol. 2. nationis 755, Pippini iunioris[*] 14. 755.

12. Post passionem sancti Bonifacii Willehadus, et ipse Angligena, fervens amore [9.] Cap. 8. martyrii, properavit in Fresiam, ubi consistens ad sepulcrum beati martyris, paganos facti penitentes suscepit, et credentium multa milia baptizavit. Deinde cunctam in circuitu provinciam cum discipulis perlustrans, ydola confregisse populosque ad culturam veri Dei euangelizasse[a], tunc et gentilium zelo fustibus percussus et gladio legitur ad iugulandum proscriptus[b. 12]. Licet gratia Dei maioribus eum predestinaret titulis, suae tamen voluntati[c] et studio nichilominus[d] erat ad martyrium[e]. Post haec missus in Saxo-

Schol. 2. Sedente tunc Paulo papa 1. (5.)

a) Einhardi *deest* 3. b) pertinxerit 1. c) lucus 1. d) iuxta 3. 4. e) eius *addit* 4. f) maiori 2. 3. 4. g) Einhardus 2. 4. Eginhardus 3. h) XXX. 5. i) efficeretur 3. k) spirituales 3. k*) de hiis p. 2. 3. 4. l) perduxerunt 5. m) Bonifacius 3. 4. n) Allemannia 2. o) Hemmeranum 3. Hemmeramnum 2. Heimerammum *seu* Heimeraminum 4. p) Beguaria 2. 3. Bawaria 4. q) Franconia 3. 4. r) Willebrodum 3. *saepius.* s) et labore praedicationis 2. 3. 4. t) Theutonumque 2. 3. 4. u) ecclesias 3. 5. v) Quarum 3. w) seorsim 3. x) eis 1. y) Hassones 3. Saxones 1. z) quae 3. *) regnantis *add.* 2. 4. a) dicitur *add.* 2. 3. 4. b) *Auctor fortasse scribere voluit:* persecutus. c) sua voluntate 4. d) nichilomagis 3. e) piger *add.* 2. 4. impiger *F.*

4) *Saxonum pectora dura.* Poeta Saxo a. 772. v. 14. *Duritiam propter dicti cognomine Saxi.* Alcwin. de pontific. eccles. Eborac. v. 47. 5) *religionis norma* ex Vita S. Willehadi c. 3. 6) V. Gregorium Turonens. l. l. l. IV. c. 14. Ann. Fuld. a. 737. 7) Ex Einhardi Vita Karoli c. 7. 8) Conf. Vitam S. Willehadi c. 5. 9) Einhardi Annal. a. 782. 10) *plenarius* i. e. plenus. 11) V. additamentum anonymi ad vitam S. Bonifacii. Mon. SS. t. II. p. 353. 12) *Willehadus — proscriptus.* Ex vita Willehadi c. 1—4.

niam a Karolo rege, primus omnium doctorum maritimas et boreales Saxoniae partes ac Transalbianos populos ad christianam fidem provocavit. Septem annos[13] praedicasse dicitur eandem[a] regionem[b], usque ad annum rebellionis Saxonum duodecimum, cum Widichind[c] persecutionem movens in christianos, Francorum terminos usque ad Renum vastabat[14]. In qua persecutione discipuli sancti Willehadi quidam Bremae, multi[d] per Fresiam, ceteri trans Albiam passi leguntur. Unde confessor Dei, maius adhuc lucrum expectans de conversione plurimorum, dicitur[e] secundum euangelicum praeceptum de civitate in civitatem fugisse[f, 15], dispersisque sociis[g] ad praedicandum, ipse Romam venisse cum Liudgero[h]. Ubi sanctissimi papae Adriani consolatione relevati, Liudgerus in montem Cassinum recessit[i] ad confessionem sancti Benedicti, Willehadus in Galliam repedavit ad sepulchrum sancti Willebrordi[16]. Itaque biennium[k] uterque reclusi, contemplativae vitae operam dabant, adprime[l] orantes pro persecutoribus et gente Saxonum,
Ev. Matth. 13, 25. Iac. 5, 16. ne iactum in eis semen verbi Dei inimicus homo zizaniis oppleret[m], impletumque in eis[n] est quod scriptura dicit: *Multum valet deprecatio iusti assidua.* Haec de vita eius ad sensum excerpta protulimus. Transacto igitur biennio, quod est anno Karoli octavode-
785. cimo, Widichind[o], incentor rebellionis[17], ad fidem Karoli venit, baptizatusque[p] est ipse cum aliis Saxonum magnatibus, et tunc demum Saxonia subacta[18] in provintiam redacta est. Quae simul in octo episcopatus divisa, Mogontino[q] et Coloniensi archiepiscopis est subiecta. Cuius exemplar divisionis, quod ex praecepto regis in Bremensi ecclesia servatur, cognosci potest his[r] verbis[19]:

[10.] Cap. 9. 13. *In nomine domini Dei*[s] *et salvatoris nostri Iesu Christi, Karolus, divina ordinante providentia rex. Si domino Deo exercituum succurrente in bellis victoria potiti*[t], *in illo et non in nobis gloriamur, et in hoc seculo pacem et prosperitatem, et in futuro perpetuae mercedis retributionem nos promereri confidimus. Quapropter noverint omnes Christi fideles, quod*[u] *Saxones, quos*[v] *progenitoribus nostris ob suae pertinatiam perfidiae semper indomabiles*[w], *ipsique Deo et nobis tamdiu rebelles, quousque illius, non*[x] *nostra, virtute ipsos et bellis vicimus*[y] *et ad baptismi gratiam Deo annuente*[z] *perduximus, pristinae libertati donatos* [illegible] *omni nobis debito censu solutos, pro amore illius, qui nobis victoriam contulit, ipsi tributarios et sublegales*[*] *devote addiximus*[a]*; videlicet, ut qui nostrae potestatis iugum hactenus ferre detrectaverunt, victi iam (Deo gratias) et armis et fide, domino ac*[b] *salvatori nostro Iesu Christo et sacerdotibus eius omnium suorum iumentorum et fructuum tociusque culturae decimas ac nutriturae, divites ac pauperes legaliter constricti persolvant. Proinde omnem terram eorum antiquo Romanorum more in provintiam*[c] *redigentes, et inter episcopos certo limite disterminantes, septentrionalem illius partem, quae et*[d] *piscium ubertate ditissima et pecoribus alendis habetur aptissima, pio Christo et apostolorum suorum principi Petro pro gratiarum actione devote optulimus: sibique in*[e] *Wigmodia in loco Bremon vocato, super flumen*[f] *Wirraham*[g] *ecclesiam et episcopalem statuimus cathedram. Huic*[h] *parrochiae decem pagos subiecimus, quos etiam*[i] *abiectis eorum antiquis vocabulis et divisionibus, in duas redegimus provintias, his nominibus appellantes*[k], *Wigmodiam et Lorgoe. Insuper ad praefatae constructionem ecclesiae in supradictis pagis septuaginta mansos cum suis colonis offerentes, tocius huius parrochiae incolas decimas suas ecclesiae*[l] *suoque provisori fideliter persolvere hoc nostrae maiestatis praecepto iubemus, donamus et confirmamus. Adhuc etiam*[m] *summi pontificis*[n] *et universalis papae Adriani praecepto, necnon et*

a) eam 3. 4. in ea 2. 2a. b) regione 2. 2a. c) Widuchind 5. Widuchrad 2. 4. Viducrad 3. d) quidam 5. e) legitur 3. 4. f) confugisse 3. g) locis 1. h) Ludgero 2. Luidgero 5. i) recessit *deest* 4. k) biennio 4. l) apprime 3. 5. ad primum 1. m) impleret 1. n) in eis *deest* 5. o) Widechindus 2. Vithechind 3. Wituchind 4. Widekind 5. p) que *deest* 4. q) Moguntino 5. r) hiis 2. hiis c. p. 4. s) Dei *deest* 5. t) sumus *add.* 2. 3. 4. u) que F. v) quos a 3. 4. w) domabiles 1. x) in. *In cod.* 1. *paulo recentior manus mutavit:* quousque in illius et non in. y) vincimus 1. z) annuante 4. *) subiugabo 2. 4. a) adduximus *Cod. Udalrici Babenberg.* b) et 5. c) provincias *Ud.* d) est 5. e) ut 1. f) fluvium *Ud.* g) Wirraam 2. Virraam 3. *saepius.* h) huiusque *Ud.* i) et *Ud.* k) nuncupatas *Ud.* l) suas sibi *Ud.* m) Ad hoc in *Ud.* n) pontificis *deest* 3.

13) rectius tres annos, videl. ab a. 779 usque 782 secundum vitam Willehadi c. 5; confer tamen ibid. c. 8. l. 17. 14) *Francorum — vastabat.* Enhardi Fuld. a. 778. 15) Ev. Matth. 10, 23. Ex vita Willehadi c. 6. 16) De Liudgero tacet Vita S. Willehadi cap. 7. At confer Altfridi vitam S. Liudgeri c. 18. 17) *perfidiae incentor* (ex Chron. Moissiac. a. 785). Vita S. Willehadi c. 8. 18) *ad fidem Saxonia subacta.* Enhard. Fuld. a. 785. 19) De diplomate sequente conf. omnino Hamburg. Urkundenbuch Nr. 2.

Mogonciacensis[a] *episcopi Lullonis, omniumque qui affuere pontificum consilio*[b], *eandem Bremensem ecclesiam cum omnibus suis appendiciis Willehado, probabilis vitae viro, coram Deo et sanctis eius commisimus. Quem etiam*[c] *primum eiusdem ecclesiae tertio Idus Iulii*[d] *consecrari fecimus episcopum, ut populis divini*[e] *semina verbi secundum datam sibi sapientiam fideliter dispensando, et novellam hanc ecclesiam canonico ordine et monasteriali competentia utiliter instruendo*[f], *interim plantet et riget, quousque precibus sanctorum suorum exoratus, incrementum det omnipotens*[g] *Deus. Innotuit etiam isdem*[h] *venerabilis vir serenitati nostrae, eam quam diximus parrochiam propter barbarorum infestantium pericula seu varios eventus, qui in ea solent contingere, ad sustentacula sive stipendia Dei servorum inibi Deo militantium minime sufficere posse. Quamobrem quia Deus*[i] *omnipotens in gente Fresonum, sicut et Saxonum, ostium fidei aperuerat*[k], *partem praenominatae regionis, videlicet Fresiae, quae huic contigua parrochiae esse dinoscitur, eidem Bremensi* Schol. 3. *ecclesiae suoque provisori Willehado episcopo eiusque successoribus perpetualiter delegavimus* Schol. 4. *retinendam. Et quia casus praeteritorum cautos nos faciunt in futurum, ne quis, quod non optamus*[l], *aliquam sibi in eadem diocesi usurpet potestatem, certo eam limite fecimus terminari*[20], *eique hos terminos, mare occeanum, Albiam fluvium, Liam*[21], *Steinbach, Hasalam, Wimarcham*[m], *Sneidbach, Ostam*[22], *Mulimbach*[n], *Motam*[23], *paludem quae dicitur Sigefridismor*[o], *Quistinam*[24], *Chissenmor*[p], *Ascbroch*[q], *Wissebroch*[r], *Biwernam*[s, 25], *Uternam*[26], *iterumque Ostam, ab Osta*[t] *vero usque quo perveniatur ad paludem quae dicitur Chaltenbach*[u, 27], *deinde paludem ipsam usque in Wemmam*[v] *fluvium*[28], *a Wemma vero Bicinam*[w, 29], *Faristinam*[x, 30] *usque in Wirraham fluvium, de hinc ab orientali parte eiusdem fluminis viam publicam, quae dicitur Hessewech*[y, 31], *Sturmegoe et Lorgoe disterminantem,*

Schol. 3. Fresia regio est maritima, inviis inaccessa[z] paludibus, habetque pagos 17, quorum tertia pars respicit Bremensem episcopatum[*], hiis distincti[a] vocabulis: Ostraga, Rustri[b], Wanga[c], Triesmeri[d], Herloga, Nordi[e] atque Morseti[32]. Et hii 7 pagi tenent ecclesias circiter 50. Hanc Fresiae partem a Saxonia dirimit palus, quae Waplinga[f, 33] dicitur, et Wirrahae[g] fluvii ostia. A reliqua Fresia palus Emisgoe[h] terminat, et mare oceanum[i]. (3. 4. 6. 8b. 9. 10.)

Schol. 4.[k] De illis 17 *pag*is quinque pertin*ent ad* Monasterien*sem episcopa*tum, quos sanctus *Lutgerus*, illius loc*i pri*mus episcopus, a K*arolo* imperatore in donati*one* percepit. Sunt his distin*c*ti voca*b*ulis: Hugm*erchi*, Hunusga, Fi*vilga*, Emisga, *Federit*ga et *insula* Bant[l, 34]. (6.)

a) Maguntiacensis 3. Mogunciensis 2. b) consultu *Ud.* c) et *Ud.* d) Wormatiae consistentes *add. Ud.* e) divina *Ud.* f) instituendo *Ud.* utiliter *deest Ud.* g) indet omnipotens crementum 1. h) idem 5. *Ud. deest* 3. i) Dôminus 5. k) aperuit 2. 3. 4 l) optam 3. m) Vimarcham 3. n) Mulinbach 2. 3. Mulnibach 4. o) Sigefridesmor 5. p) Chisemmor 3. Chisenmord 2. Chesenmor 5. q) Aschbroch 5. Aschroch 2. 3. r) Wisebroch 2. 3. 4. s) Bicinam 3. t) ab Hosta vero 4. ab Osta vero Bicinam 3. u) Caldenbach 4. v) Vemnam 2. 3. Wempnam 4 Wepnam *Alb. Stad.* Werpnam (*die Wörpe*) *legit Cl. Wedekind.* w) Bricinam 3. x) Farstinam 3. 4. Farciuam 2. Frastinam *Alb. Stad.* y) Hesseweg 4. z) inacc. inv. 4. innumeris inacc. 9. *) Brem. r. ep. 4. a) his distincta 5. 9. b) Rustrii 3 Rustrui 10. Rustivi 9. Riustringe 4. Rustringe 5. c) Manga 3. Vanga 10. Vonga 9. d) *In cod.* 6. *haec ita leguntur:* (*Ru*)stri. Triesme . . . . Wanga. Dresmeri 8b. Diesmeri 3. 4. *corr.* Diermeri 9. Dietmeri 9a e) Norde 6. f) *In cod.* 6. . . . plinga. a S. dir. p. q. Valpinga 3. 9. Walpinga 4. 8b. g) Virrohe 3. h) Eimsgoe 3. Orongoe 6. 9a. Ermgoe 9. i) occeanum 4. oceanus 5. k) *In cod.* 6. *hoc schol. reperitur in libro de situ Daniae ad cap.* 39; *in cod.* 9a *ibidem ad cap.* 11; *in cod.* 9b *in cap.* 14. l) *Hoc scholion non reperimus nisi in cod* 6. *Ibi legitur ad calcem scholii praecedentis. Haustum videtur a scholiasta ex Vita S. Ludgeri ab Altfrido scripta* (*V. supra T. II. p.* 410.), *ex qua nos etiam illius lacunas supplevimus.*

20) De hoc limite conf. Delium Ueber die Grenzen und Eintheilung des Erzbisthum Bremen. Wedekind in libro: Hermann Herzog von Sachsen p. 93—116, et Noten II, 416 sq. A. von Wersebe Beschreibung der Gaue zwischen Elbe, Saale und Unstrut, Weser und Werra p. 236 seq. 229 seq. necnon Hamburger Urkundenbuch T. I. et mappam archiepiscopatus Hamburgensis, quam huic libro inserui. 21) die Lühe. 22) die Oste. 23) die Mede sive Mehe. 24) die Twiste. 25) die Bever. 26) die Otter. 27) das Colbecks Moor. 28) die Wümme. 29) die Wieste. 30) der Forst prope Daverden. 31) via publica, quae a villa Westen iuxta fluvium Alleram per Hamelheide ad villam Gadesbünden usque ducebat. 32) Provinciae Ostringien, Rustringien, Wanga, cuius nomen superest in eius parte, insula Wangeroe, in ducatu Oldenburg sitae sunt; Harlingerland, Norden in Ostfrisia. Morseti ibidem quaerendi, qui cum eorum vicinis Sturis iam innotuerunt Plinio Histor. Natural. l. IV. c. 29. Conf. de iisdem Annal. Corbeien. a. 1092. it. Hildesheim. eod. a. Chronicon Traiectense a. 1163. Miracula S. Liudgeri supra T. II. p. 425. Vide quoque sis mappam archiepiscopatus Hammaburgensis in Hamburger Urkundenbuch T. I. 33) die Wapel, influens in brachium sinistrum Wiserae, quod hodie dicitur die Jahde. 34) Haec hausta videntur ex Altfridi vita S. Liudgeri c. 19. De pagis Hugmerchi, Hunsingo, Emisgo et insula Bant conf. ibidem. Federitga vero inter Emden et Marienhave quaerendum esse primus docuit L. v. Ledebur die fünf Münsterschen Gauen.

Scebbasam[a.35], *Alapam*[36], *Chaldhowa*[b.37], *iterumque Wirraham, ex occidentali autem parte viam publicam, quae dicitur Folcwech*[c], *Derue*[38] *et Lorgoe dividentem, usque in Huntam flumen*[d], *dein*[e] *ipsum flumen, et Amrinum*[f] *lucum silvestrem, quem incolae loci Windloch*[g] *nominant*[39], *Finolam*[h.40], *Waldesmor*[i], *Bercbol*[k.41], *Endiriad*[l] *paludem, Emisgoe et Ostergoe*[m] *disterminantem*[n], *Brustlacho*[o], *Biberlacho*[p], *iterumque mare, firmos et intransibiles*[q] *circumscribi iussimus*[r]. *Et ut huius donationis ac circumscriptionis auctoritas nostris futurisque temporibus Domino protegente valeat inconvulsa manere, manu propria subscripsimus et anuli nostri inpressione*[s] *signari iussimus.*



788. *Signum domni*[t] *Karoli imperatoris*[u] *ac regis invictissimi. Hildibaldus*[v] *archiepiscopus Coloniensis et sacri palatii capellanus recognovi. Data pridie Idus*[w] *Iulii, anno dominicae incarnationis septingentesimo octogesimo octavo*[x], *indictione duodecima, anno autem regni*[x*] *domni Karoli vicesimo primo. Actum in*[y] *palatio Nemetensi*[z] *feliciter, Amen.*

[11.] Cap. 10. 14. Sedit igitur domnus et pater noster Willehadus[*] post ordinationem suam annos duos, menses 3, dies 26, praedicavitque tam Fresos[a] quam Saxones post martyrium sancti Bonifacii omnes annos triginta quinque[42]. Obiit autem senex et[b] plenus dierum in Fresia, in villa Pleccazze[c.43], quae sita est in Rustris. Corpus eius Bremam deportatum, in basilica sancti Petri, quam ipse aedificavit, sepultum est[44]. Transitus eius[d] celebratur festivis gaudiis sexto Idus Novembris, ordinatio tertio Idus Iulii. Extat vitae actuumque eius insignis liber, quem successor eius quartus fideli stilo exaravit Anscarius[e]. Ad cuius lectionem, quia nos ad alia properamus, cupientem scire transmittimus.

[12.] Cap. 11. 15. Proximum sancto Willehado ex discipulis eius Willericum in Bremensi ecclesia praefuisse legimus, [quem alii Willeharium nuncupant[f].] Seditque annos quinquaginta usque ad annum Ludvici[g] senioris penultimum[45]. Cum vero scriptum sit in libro donationum sive traditionum Bremensis ecclesiae[h] a 37. Karoli usque ad 25. annum[i] Ludvici praesedisse Willericum, 12[k] anni minus reperiuntur ab eo quem praediximus numero. Et credi potest tanto tempore Bremensem episcopatum cessasse, quemadmodum et alios propter novellam[l] gentis Saxonum conversionem, qui nondum se episcopali ditione regi patiebantur[m]: maxime cum, nullis fere annis a bello vacantibus, tandem Saxones ita profligati legantur, ut ex hiis qui incolunt utrasque ripas Albis fluminis[n] 10 milia hominum cum mulieribus et[o] parvulis in Franciam translati sint[p.46]. Et hic est annus diuturni Saxonum belli tricesimus tertius, quem Francorum historici ponunt
804. memorabilem; scilicet Karoli imperatoris tricesimum septimum. Quo tempore cum Sclavorum[q] quoque gentes Francorum imperio subicerentur, fertur[r] Karolus Hammaburg
Schol. 5. civitatem Nordalbingorum, extructa[s] ibidem ecclesia, Heridago cuidam sancto viro, quem loci episcopum designavit, ad regendum commendasse[t]. Cui etiam propter infestacio-

Schol. 5. Scriptum est in gestis sancti Ansgarii, et privilegiis Romanorum pontificum. (2. 4.)

a) Secbasam 2. Sethbasam 3. Sechbasam 4. b) Caldhowa 4. c) Folcweg 4. Folwech 1. 2. 3. d) fluvium 3. e) Deinde 2. 3. 5. f) Amrivum 5. g) Wildloch 2. 3. 4. h) Fiuolam 1. 2. i) Valdesmor 3. Waldesmoer 5. k) Bercpol 2. 3. 4. l) Eddinriad 2. 3. Eddenriad 4. m) Ostrigoe 3. Ostergee 2. n) determinantem 1. o) Brustlaho 3. Brusdago *Alb. Stad.* p) Biberlach 2. 3. 4. q) intransgressibiles 2. 3. 4. r) iussiomus 1. s) impressione 3. 5. t) domini 5. *saepius.* u) imperatoris ac *add.* 1. v) Hildebaldus 5. Hildeboldus 2. w) II Idus 5. x) septingesimo octuagesimo VIII. 1. DCCLXXXVIII. 3. 5. *Legendum vero videtur* anno 787, *quo Willehadum ordinatum esse constat. V. Chron. Moissiac. h. a. et cap. sequens.* x) regni *deest* 3. y) in *deest* 1. 2. 5. z) Metensi 2. *) Willehadus *deest* 1. a) apud Fresos quam apud Saxones 2. 3. Fresis quam Saxonibus 4. b) et *deest* 3. senexii 2. c) Pleccazce 4. d) eius *addunt* 2. 3. 4. e) Ansgarius 2. 3. 4. *semper.* f) Villehado — Villericum — Villeharium 3. *Uncis inclusa desunt* 1. g) Ludowici 3. Luthewici 4. h) ab anno 3. i) annum *deest* 1. 3. k) XIV. *emendat Velleus.* l) novelle 1. m) quae — patiebatur 5. n) fluvii 1. *male.* o) mulieribus et *desunt* 4. p) sunt 3. q) Slavorum 3. *saepius.* r) fertur *deest* 1. 4. s) exstructa 5. t) commisit 4. commisisse *Helmoldus l. I. c.* 3. commendavit *coniicit Maderus.*

35) der Sächelchenbach prope Erichshagen. 36) die Wölpe. 37) die (kalte) Aue, quae Wiseram influit iuxta Drakenburg. 38) pagus Enterigau in dioecesi Mindensi. 39) Wildeloh in advocatia Oldenburg, silva in pago Ammiri. 40) die Vehne. 41) Barpel iuxta fluvium Vehne. 42) Ex tempore obitus Bonifacii, sc. ex anno 755. Iun. 5, usque ad mortem Willehadi, quae contigit anno 789. Nov. 8, anni sunt 34 et menses quinque. 43) Ex vita S. Willehadi c. 10. 44) Ex vita S. Willehadi c. 9. 10. 45) sc. ab a. 789 usque 838. 46) Ex Translatione S. Alexandri supra T. I. p. 676. Enhard. Fuldens. anno 804. aut ex ipsa Eginhardi Vita Karoli c. 7. Saxones Nordalbingi in Francia orientali in chartis Ottonis III. imp. a. 996. Septb. 15. et Heinrici II. imp. a. 1018. Mai. episcopis Wirceburgensibus datis memorantur.

nem barbaricam, ubi interdum posset consistere, cellam Rodnach in Gallia[a] donavit[47], disponens eandem Hammaburgensem ecclesiam, cunctis Sclavorum Danorumque gentibus metropolem[b] statuere[48]. In qua re ad perfectum ducenda, et mors Heridagi presbyteri et occupatio regni Karolum imperatorem, ne desiderata compleret, impedivit. Legimus in libro donationum Bremensis ecclesiae Willericum Bremensem episcopum Transalbianos[c] etiam ante Ansgarium praedicasse et ecclesiam in Milindorp[d] frequenter visitasse, usque ad tempus quo Hammaburg metropolis facta est.

16. Et quoniam mentionem Danorum semel fecimus, dignum memoria videtur, [13.] quod victoriosissimus imperator Karolus, qui omnia regna Europae subiecerat, novissimum cum Danis bellum suscepisse narratur. Nam Dani et ceteri qui trans Daniam sunt populi ab istoricis[e] Francorum omnes Nordmanni vocantur. Quorum rex Gotafridus[f] iam antea Fresis, itemque Nordalbingis, Obodritis[g] et aliis Sclavorum populis tributo[h] subactis, ipsi Karolo bellum minatus est[49]. Haec dissensio voluntatem imperatoris vel maxime de Hammaburg retardavit. Tandem extincto celitus Gotafrido, Hemming[i] successit[50] patruelis eius, qui mox pacem cum imperatore faciens[51], Egdoram fluvium accepit regni[k] terminum. Nec multo post clarissimus imperator Karolus obiens[l] Lud- 814.
vicum filium[m] heredem imperii reliquit. Cuius transitus ad superos contigit anno Willerici vicesimo quinto, die quinta ante Kalendas Februarii.

17. Ludewicus[n] voluntatem patris oblitus[o] provinciam transalbianam Bremensi [14.] Cap. 12.
et Ferdensi episcopis commendavit[52]. A quo tempore incipiunt gesta[p] sancti Anscarii. Et quoniam borealium gentium hystoria nostram, id est Bremensem ecclesiam in parte respicit, disposui, nec inutiliter, ut arbitror, passim occurrentia tangere Danorum acta. Per idem tempus Hemmingo Danorum rege mortuo, Sigafrid[q] et Anulo[r], nepotes Godafridi[s], cum inter se de primatu regni convenire non possent, praelio sceptrum[t] divisernnt, in qua congressione 11 milibus hominum interemptis, reges ambo ciderunt. Pars Anulonis cruenta victoria potiti[u], Reginfridum[v] et Haraldum[w] in regnum posuerunt[x.y.53]. Moxque Reginfridus ab[z] Haraldo pulsus classe piraticam[*] exercuit; Haraldus[a] cum imperatore foedus iniit. Hystoria Francorum haec plenius exequitur. In diebus illis scribitur quod Ebo[b] Remensis, cum de salute gentium religionis studio ferveret, legationem ad gentes[54] cum Halitgario[c.55] suscepit a Pascali[d] papa[56], quam postea noster Anscarius[e] divina opitulante gratia feliciter peregit. Anno Willerici 33. Ludewicus imperator [15.] 822.
Novam in Saxonia Corbeiam[f] exorsus, religiosissimos Franciae monachos ad illud congregavit coenobium. Inter quos praecipuus legitur sanctissimus pater noster[g] ac philosophus Christi Anscarius, vitae ac[h] scientiae merito clarus, et omni populo Saxonum acceptus[i.57]. Eodemque[k] tempore rex Danorum Haraldus a filiis Gotafridi regno spoliatus, ad Ludewicum supplex venit[l]. Qui et mox christianae fidei cathecismo[m] imbutus[n], apud[o] Mogontiam[p] cum uxore et[q] fratre ac[r] magna Danorum multitudine baptizatus est[s.58]. Hunc[t] imperator a sacro fonte suscipiens[59], cum decrevisset in regnum suum restituere, dedit ei trans Albiam beneficium[60]. Fratri[u] eius Horuch[v], ut[w] piratis obsisteret, partem

a) cellam quandam in G. Rodnach 5. in Gallia *desunt* 3. 4. b) metropolim 3. 4. c) Transalbianis 2. 3. 4. d) Milindrop 2. Milinthorp 4. e) historicis 2. 3. 4. f) Gotafrida 3. Gotafrith 2. Gotafrid 4. g) Obotritis 3. 4. h) tributa 1. i) Heming 3. k) sui *add.* 4. l) abiens 2. m) suum *addit* 4. n) Ludvicus 2. Ludouicus 3. Lothewicus 5. *saepius.* o) ob obitus 2. p) gesta incipiunt 2. 3. 4. q) Sigrafrit 1. r) Amilo 3. *saepius.* s) Gotafridi 2. 3. 4. t) sceptrum *deest* 4. u) potita 4. v) Regnifridum 2. *saepius.* w) Haroldum 4. *semper.* x) posuerunt *deest* 1. y) Dani semet ipsos sternunt 2. *in margine.* z) a 2. 4. *) classem piraticam 3. piraticam classem 4. a) vero *addit* 4. b) Ebbo 2. 3. *saepius.* c) Halirgario 2. 3. 4. d) Paschali 2. 3. 4. e) Ascarius 1. f) nonam i. S. Torbecam 2. 2[a]. g) noster *deest* 2. h) atque 2. 3. 5. i) Incipit de Ansgario 2. *in margine.* k) Eodem quoque 3. l) imperatorem *addit* 4. m) cathechismo 3. catechismo 5. n) inbutus 2. o) aput 2. p) Maguaciam 3. Moguntiam 5. q) et *deest* 2. 3. 4. r) et 3. 5. s) Iste Haroldus primus Danorum regum baptizatur 2. *in margine.* t) Quem 4. u) et fratri 5. v) Horico 4. Heruc 3. Heric 2. *Legendum videtur* Rorico; *v. infra not.* 61. w) ut cum 2. ut tum 3. 4.

47) Renaix sive Rousse in Flandria orientali. Vid. diploma ab Hludovico imp. datum ecclesiae Hamburgensi a. 834. Maii 15. 48) Vid. ibid. et vitam S. Anskarii c. 12. 49) Enhard. Fuld. a. 808—810. 50) Cf. eundem a. 810. 51) Ibid. a. 811. 52) Ex vita S. Anskarii c. 12. Conf. Ludowici imp. diploma a. 834. 53) Conf. Enhard. Fuld. a. 812, ubi tamen Sigifrid Godafridi, Anulo sive Ring vero Herioldi nepos fuisse refertur. 54) V. Vitam S. Anskarii c. 13. supra T. II. p. 699. ibique notam 30. 55) episcopus Cameracensis. 56) Literas Pascalis I. papae super hac legatione v. in Hamburg. Urkundenbuch Nro. 6. Conf. etiam Annal. Xantens. a. 823, Einhardi Ann. h. a. 57) Vita S. Anskar. c. 6. 58) Enhard. Fuld. a. 826. 59) Vita S. Anskar. c. 7. p. 694. l. 15: *ipse de sacro fonte suscepit.* 60) Ibid. c. 8. Einhardi Ann. a. 826. Thegan. c. 33.

[16.] Fresiae concessit[61]. [Quae adhuc Dani reposcunt[a] quasi legitima iuris sui.] Cum autem nemo doctorum facile posset inveniri, qui cum illis ad Danos vellet pergere[b], propter crudelitatem barbaricam[c], qua gens illa ab omnibus fugitur, sanctus Anscarius divino, ut credimus, spiritu accensus, et qui ad martyrium aliqua occasione mallet[d] pertingere, cum socio se[e] optulit ultroneum Autberto[f], non solum inter barbaros, verum etiam in carcerem et in mortem[g] pro Christo ire paratus[62]. Itaque biennium[h] in regno Danorum commorati, multos ex gentibus ad fidem converterunt[63] christianam. Inde reversi, cum denuo ab imperatore postulati essent[i], ultimos Sueonum[k] populos euangelii gratia temptare, intrepidus atleta[l] Christi Ansgarius, assumptis secum fratribus Gislemaro et Witmaro[m] doctoribus, gaudens pervenit in Daniam. Ubi relinquens Gislemarum cum[n] Haraldo, ipse in Sueoniam[o] transfretavit[64] cum Witmaro. Ibi vero[p] benigne a rege Beorn[q] suscepti, verbum Dei publice praedicare permissi sunt. Multos itaque per annum integrum lucrati sunt domino Iesu Christo[r]. In quibus Herigarium, Bircae[s] opidi praefectum, quem[t] tradunt etiam miraculis et virtutibus insignem. Hac legationis suae prosperitate gavisi, Corbeiam novi apostoli cum triumpho duarum gentium regressi sunt[65]. Et o mira omnipotentis Dei providentia de vocatione gentium, quam disponit artifex, ut vult, et quando vult, et per quem vult. Ecce quod longo prius tempore Willebrordum item[t*] alios et Ebonem[u. 66] voluisse[v] legimus nec potuisse, nunc Ansgarium nostrum
Rom. 9, 16.18. et voluisse et perfecisse miramur, dicentes cum apostolo: *Non est volentis*[w] *neque currentis, sed est Dei miserentis. Ergo cui vult*, inquit, *miseretur, et quem vult indurat.*

[17.] Cap. 13. 18. Tunc imperator cum magnatibus sancto Ansgario de salute gentium congratulatus, ingentes Christo gratias persolverunt. Habito igitur generali sacerdotum consilio, pius cesar votum parentis implere cupiens, Hammaburg civitatem Transalbianorum metropolem[x] statuit omnibus barbaris nationibus Danorum, Sueonum[y], itemque Sclavorum et aliis in circuitu[z] coniacentibus populis, eiusque[*] cathedrae primum archiepiscopum ordinari fecit Ansgarium. Hoc factum est anno Domini 832[a], qui est Ludvici imperatoris 18[b], Willerici Bremensis episcopi 43. Consecratus est autem a Drogone[c] Metensi episcopo, caesaris fratre germano, astantibus atque faventibus Odgario[d] Mogontiensi, Ebone Remensi, Heddi[e] Treverensi et aliis: consentientibus etiam Willerico Bremensi, et Helingaudo Ferdensi episcopis, quibus antea diocesis[f] illa commendata est[67]: roborante id papa Gregorio quarto apostolica auctoritate et pallei[g] datione[h. 68].

Habentur in ecclesia Bremensi praecepta imperatoris[69] et privilegia papae[70] sancto Ansgario data, in quibus hoc quoque una continetur, quandam illi[i] cellam in Gallia
834. Turholz[k] vocatam ad supplementum legationis[l] a caesare concessam anno Domini 834[m]. acta indictione 12, qui est Ludvici[n] 21[o].

[18.] Cap. 14. 19. Ansgarius[p] autem nunc Danos, nunc Transalbianos visitans, innumerabilem utriusque gentis multitudinem traxit ad fidem. Si quando etiam[q] persecutione barbarorum impeditus est ab studio praedicandi, apud Turholz se cum discipulis[r] retinuit. In adiutorium[s] praedicationis datus est ei Ebo Remensis[t], de quo[u] antea diximus. Hic seu fatigatione itineris, sive[v] corporis debilitate impeditus, sive potius occupatione seculi delectatus, vicarium pro se dedit Ansgario nepotem Gaudbertum[w]. Quem ipsi ambo consecrantes episcopum, vocaverunt[x] Symonem, eumque divinae gratiae commendatum in Sueoniam miserunt[71]. Haec in vita sancti Ansgarii copiose descripta nobis abbre-

a) Quae — sui *desunt* 1. Quam a. D. q. legitimam s. i. reposcunt 4. b) ire vellet 4. c) barbarorum 1. d) optabat 4. e) ad *addit* 5. f) Autberdo 2. Audberto 4. g) et in mortem *desunt* 2. 2a. h) biennio 4. i) postularentur 4. k) Suenum 1. *saepius.* l) athleta* 3. 4. atletha 2. m) Witimaro 2. Vithmaro 3. Withmaro 4. n) cum *deest* 2. 3. 5. o) Suetiam 3. p) vero *deest* 4. q) Biorn 3. 4. r) Christo *deest* 1. s) Bute opidi 2. 2a. t) Herigarius Birce opidi praefectus credidit, quem 2. 3. 4. t*) itemque 2. 3. 4. u) W. et Ebonem aliosque 5. v) noluisse 3. w) volantis 1. x) metropolim 3. 4. y) Suenum 1. z) coniacentibus in circuitu 2. 3. 4. *) eique 2. 3. 4. a) DCCCXXXIII. 4. b) qui e. L. i. XVIII. *desunt M. F.* c) Dragone 5. d) Otgario 4. e) Hetti 4. f) dioecesis 3. 5. g) pallii 3. 5. h) donatione 3. i) ei 2. 3. 4. k) Turoltz 3. Turholt 4. *semper.* l) suae *addit* 4. m) octingentesimo quarto 2. DCCCXXXIII. 4. n) lothewici 4. *saepius* o) XX. 3. p) Beatus autem A. 4. q) vero 2. 3. 4. r) se c. d. suis 4. cum d. suis se 5. s) etiam *addit* 4. t) archiepiscopus *addit* 4. u) quo et 4. v) seu 2. 3. 4. w) Gautberdum 2. x) vocarunt 3. eum *addunt* 2. 3. 4.

61) Cf. Ruodolfi Fuld. Ann. a. 850. Archiv VI, 783 sq. 62) Vita S. Ansk. c. 7. 63) Ibid. c. 8. 64) Ibid. c. 9. 10. 65) Ibid. c. 11. 66) De Ebone v. ibid. c. 13. et infra cap. 31. 67) Ibid. c. 12. 68) Ibid. c. 13. 69) dat. 15. Maii a. 834. 70) De hac bulla v. Cl. Dahlmannum l. l. et Hamburg. Urkundenbuch pag. 785—802. 71) Vita S. Anskarii c. 13. 14.

viandi[a] locum praebuerunt. Verum quod distinctio temporum ibi obscura est, pleraque ab aliis scriptis congruentia tempori mutuavimus[b]. Nunc ad cetera unde incepimus regrediamur[c].

20. Interea Willericus, Bremensis episcopus, diocesim suam sollicite[d] circum- [19.]
eundo[e], gentiles baptizando, et fideles in Christo confortando, strennui[f] praedicatoris Cap. 15.
officium peregit. Ecclesias ubique in locis congruis per episcopium erexit[g], tres vero Bremae, quarum primam, scilicet domum sancti Petri, de lignea lapideam fecit; et corpus sancti Willehadi exinde translatum in australi, quod fecit, oratorio recondidit. Quod etiam scriptor vitae eius noluit praeterire[72]. Narrant quoque[h] posteri hoc factum pro timore piratarum, qui propter virtutem miraculorum confessoris nostri corpus auferre maluerunt. Eodem tempore fertur beatus Ansgarius corpora sanctorum, quae dono Ebonis archiepiscopi susceperat, trans Albiam deportasse, et corpus quidem sancti Materniani[i] apud Heligonstât[k, 73] reposuit, Sixti[l] vero et Sinnicii[m], cum aliis[n] martyrum patrociniis, collocavit in urbe Hammaburg, [beati vero Remigii cimilia cum decenti[o] honore[74] servavit Bremae][p]. Willericus igitur clerum maximum collegit, de populo vero magnam ecclesiae Bremensi hereditatem acquisivit. In diebus illis[q] Karolus elemosinam optulit Salvatori ad Bremensem ecclesiam centum mansos. Scriptum est in libro donationum tercio, capitulo 1, ubi etiam crebro versu hoc repetitur: *Sacrosanctae basilicae, quae constructa est in honore sancti Petri apostoli, in loco seu villa publica nuncupato[r] Brema, ubi Willericus episcopus, servus servorum Dei, praeesse videtur.* Qui obiit senex et plenus dierum anno Domini 837[s], qui est annus Ludvici 26.[t] et penultimus[75]. Sepultus[u] est 837.
in domo sancti Petri, in[v] parte altaris aquilonali[w] 4. Nonas Maii.

21. Leudericus[x], ordine tercius, sedit annos octo. Eius annos cum pro certo [20.]
scire nequimus[y], ex eodem libro traditionum didiscimus[z], et Willerici diaconem[*] fuisse, Cap. 16.
et sedisse usque ad annum[a] Ludvici iunioris sextum[76], capitulo 58. scriptum. Hunc etiam tradunt superbum fuisse: quod exinde conici potest, quia se aliquando custodem, aliquando pastorem Bremensis ecclesie gloriabatur[b].

22. In diebus illis sanctus pater noster[c] Ansgarius legationem sibi creditam viriliter[d] executus, apud Hammaburg novellae plantationi insudavit, doctrina oris et opere manuum
exercens[e] ecclesiam. Saepe etiam monasterium Galliae, quod dono caesaris possedit, Tur- Schol. 6.
holz visitans, fratribus ibidem Deo militantibus salutaris regulae tramitem verbo exemploque monstravit. In quorum nobili contubernio iam tunc[f] a puero sanctus effulsit Rimbertus[g], quem sanctus pater Ansgarius adoptans in filium, prophetico spiritu, quo plenus erat, longe ante praedixit, illum suae virtutis aemulum et in cathedra pontificali succedere, gratiaque meritorum in caelesti regno consortem fore[77]. In qua re providentia omnipotentis Dei, quae olim Heliae substituit Helyseum, in Rimberto non fefellit Ansgarium.

23. Interea Nortmanni[h] piraticis excursionibus usquequaque degrassati, Frisones[i] [21.]
tributo subiciunt[78]. Eodemque[k] tempore per Rhenum vecti Coloniam obsederunt[79], per Cap. 17.

Schol. 6. Turholz[l] monasterium est Flandriae nobilissimum, insigne monachis[m], pro quo recuperando vetus querela est ecclesiae nostrae pontificibus. Adelbertus[n] autem archiepiscopus ad eum finem perduxit negotium, ut dato concambio[o] quaestio removeretur; quod caesar et dux Flandriae collaudabant[p]. (2. 2a. 3. 4. 5.)

a) adbreviandi 1. ad breviandum 3. b) mutavimus 1. 3. c) revertamur 2. 2a. d) solliciter 1. e) circueundo 4. f) strenui 3. strenuum 5. g) per ep. congruis er. in locis 2. 3. 4. h) que 2. 3. 4. i) quidem Matrimani 3. k) Helingastad 2. Helingstad 3. Heiliganstad 4. l) Xisti 2. 3. 4. m) Siguini 2. Signini 3. n) aliorum 2. 3. 4. o) ingenti 4. p) beati — Bremae *desunt* 1. q) suis 2. 3. 4. r) nuncupata 2. 3. 4. s) DCCCXXXIX. 3. t) XXV. 2. 3. 4. u) sepultusque 2. 3. 4. v) a 2. 3. 4. w) aquilonari 3. x) Ludvicus 2. y) non possumus 2. 3. 4. z) discimus 2. 3. 4. *) diaconum 2. 3. 4. a) annum *deest* 5. b) Bremensis gregis gloriatur 2. 3. 4. c) pater noster *desunt* 5. d) vtiliter 3. fideliter 4. e) exercens *frequenti errore scriptum pro:* exserens *sive* exerens. f) tum 3. 5. g) Rembertus 5. *saepius.* h) Nordmanni 2. 3. 4. *saepius.* i) Fresones 2. 4. k) Eodem quoque 3. l) Turol 2a. Thurholz 4. Turholtz 5. Tulitur *F.* m) nob. est mon. ins. 4. n) Adalbertus 2a. 4. o) quoniambio 2. p) Adelbertus — collaudabant *desunt* 3.

72) Anskarius in vita S. Willehadi c. 11. 73) Heiligensteten, villa Holsatiae. 74) *cum decenti honore.* Ita et l. II. c. 59. 64. l. III. c. 70. l. IV. c. 44. 75) qui annus vero est 839. Secundum annales Corbeienses Willericus obiit anno 838. 76) *sextum* sc. ex morte patris Ludovici Pii, h. e. 845. Annalista Saxo et Chronogr. Sax. ad a. 849 annum sextum ex anno pacis Verdunensis computant. 77) V. vitam S. Rimberti c. 5. 6. 78) De tributo per Nordmannos a Frisis exacto v. Prud. Trec. a. 837. coll. 836. 847. Ruodolf. Fuld. a. 845. 79) Annus hic non constat. Nam ea quae annales Coloniens.

Albiam vero Hammaburg incenderunt. Inclyta civitas tota aut praeda aut incendio disperiit. Ibi ecclesia, ibi claustrum, ibi biblioteca summo[a] collecta studio, consumpta est. Sanctus[b] Ansgarius, ut scribitur, cum reliquiis sanctorum martyrum vix[c] nudus evasit[80]. Excidium Hammaburg hystoria Francorum non tacet[81], et privilegia Romanorum[82]. Hoc, ut aiunt, factum est, anno Ludvici senioris novissimo[83].

Tunc quoque Gaudbertus episcopus zelo gentilium a Sueonia depulsus[d], et Nithardus, capellanus eius, martyrio coronatus est cum aliis[84]. Et exinde[e] Sueonia septennio caruit sacerdotali praesentia. Quo tempore Anundus[f] regno pulsus, in christianos persecutionem habuit[g]. Herigarius[h], Bircae praefectus, christianitatem ibi solus sustentavit. Qui etiam tantam gratiam fidei meruit, ut potentia miraculorum et exhortatione doctrinae multa paganorum milia salvaret[i]. Scriptum est[k] in actibus beati Ansgarii[85].

[22.] Cap. 18. 840. 24. Anno Leuderici Bremensis episcopi 3° Ludvicus imperator obiit. Regnum[l] in contentione remansit, multa inter fratres discordia, bellum maximum, in quo, ut historici testantur[m], omnes vires Francorum consumptae sunt[86]. Discordiae incentor[n] Ebo, qui et supra filios in patrem armaverat, et nunc fratres intestina seditione concitaverat, proinde conspirationis[o] accusatus, a papa Gregorio depositus est[p]. Sed aliis hoc criminantibus, aliis recte[q] factum astruentibus[87], veritatem nos in medio relinquemus[88]; praesertim cum a sancto patre nostro Ansgario ea dilectione, qua[r] ab initio secum habuit, usque in finem habitus fuerit. Lege in vita eius[s, 89], et in capitulo Rhabani[t], de fama Ebonis ambigua[90]. Tandem mediante papa Sergio, pax inter fratres convenit, regnumque divisum est in tres partes, ita ut Lotharius maior natu cum Italia Romam, Lotharingiam cum Burgundia possideret, Ludvicus[u] Rhenum cum Germania regeret, Karolus Galliam, Pippinus Aquitaniam[v]. Hac inter fratres sortita[w] divisione, Turholz monasterium in partem concessit[x] Karoli, et sic[y] alienatum est a iure sancti Ansgarii[z, 91].

[23.] Cap. 19. 25. At ille in paupertate sua Deum glorificans, verbum Dei, cuius legatione functus est, tam suis, quam alienis infatigabiliter seminavit. Unde contigit, ut praedium, quod Ramsolan[*, 92] dicitur, a quadam venerabili matrona susceperit, nomine Ikia[a]. Hic[b] locus in episcopatu Ferdensi positus, ab Hammaburg disparatur tribus rastis[c]. Ibi sanctus Dei cenobium constituens, reliquias sanctorum confessorum Sixti[d] et Sinnicii locavit, et alia patrocinia, quae ab Hammaburg portavit fugiens. Ibi[e] gregem profugum collegit et depulsos[f] a gentilibus[g] socios retinuit in eo portu. Ab eo[h] loco Hammaburgensem ecclesiam visitans, Nordalbingos in fide reformavit[i], quos ante[k] persecutio turbavit. Tum[l] quoque ne legatio gentium sua quapiam tarditate frigesceret, praedicatores misit in Daniam; Hartgarium[m] vero heremitam direxit in Sueoniam[93]. Fertur etiam Bremam venisse, verum[n] ab episcopo[o] loci, qui doctrinae ac virtutibus eius invidit, depulsum esse. . Post haec Leudericus, Bremensis episcopus, obiit, et sepultus est in ecclesia

a) summa 4. b) autem *addit* 4. c) vix *deest* 2. 3. 4. d) repulsus 2. e) inde 3. f) Anud 1. Amundus 5. g) movit persecutionem 4. h) vero *addit* 4. i) salvarit 2. 3. k) itaque 4. l) que *addit* 4. m) historia testatur 2. 3. 4. n) inventor 3. o) concitaverat: conspirationis crimine 4. p) deponitur 4. q) hoc 4. r) quam 2. 3. 4. s) ipsius 4. t) Raban 2. Rhaban 3. Rabani 4. u) lothewicus 4. v) acciperet *addit* 4. w) regni *addit* 2. 3. 4. x) cessit 2. 4. y) sicque 4. z) Turholtz monasterium in Flandria situatum abalienatur ab ecclesia Hammaburgensi. *Nota hic apud Velleum marginalis, apud Lindenbrogium scholii loco legitur; deest* 2. 4. *) Ramsola 3. Ramsolam *M. F.* a) Ibia *coniecit Vell.* b) qui 4. c) nisi t. d. r. 5. d) Xisti 5. e) ubi et 4. f) depulsosque 4. g) a gentibus 5. h) ergo *addit* 4. i) confirmavit 3. k) antea 2. 3. 4. l) tunc 4. m) Hargarium 2. Heregarium 3. n) atque 2. 3. 4. o) ipsius *addit* 4.

brevissimi a. 836. tradunt de Nordmannis Coloniae occisis, intelligendâ sunt de legatis Nordmannorum, ut patet ex Prudent. Trecens. Ann. h. a. Fortasse tamen illa expeditio Nordmannorum contra Coloniam fuit in huius caedis vindictam haud multo post suscepta. 80) Vita S. Anskar. c. 16. 81) Aetate posteriora videntur esse quae refert Ruodolfus Fuldens. a. 845. coll. Prudent. Trec. h. a., ubi vero cavendum, ne quae de urbe Sclavorum per Saxones capta refert, de Hamburgo male intelligas. 82) Privilegia Ramesloensia mox laudanda. 83) sc. die 20. Iun. 839—840. 84) Ex Vita S. Anskar. c. 17. 85) Ibid. c. 19. 86) Sunt fere verba Reginonis ad a. 841. 87) *astruere* h. e. asseverare. 88) *Alii . . . alii . . . Nos eam rem in medio relinquemus* Sallust. Catil. cap. 15. 89) Vita S. Anskar. cap. 21. 90) Rhabani fortasse epistola ad Heribaldum cap. 34. Vide Archiv T. VI. p. 796. 91) Videtur noster hic divisionem regnorum a fratribus tribus, quibus Pipinum, patruelem eorum, falso adnumerat, factam anno 842. med. Iun. indigitare. Sergius I. vero nonnisi anno 844. in sedem papalem sublimatus est. 92) Omnia quae de monasterio Ramesloh hic narrantur, desunt apud Rimbertum. Vide etiam diplomata Hludowici imp. a. 842. Iun. 8. Nicolai papae a. 864. Iun. 1. et quae adnotavimus in Hamburg. Urkundenbuch T. I, Nr. 10 et 16. 93) Vita sancti Anskarii c. 19.

sancti[a] Petri ab australi parte altaris. Decessit autem nono[b] Kal. Septembris[94], et[c] ecclesia diu viduata permansit.

26. Tunc Ludvicus Pius[95], caesar inclytus, Hammaburgensis ecclesiae desolatio- [24.] Cap. 20. nem miseratus, venerabili Ansgario contulit Bremensem episcopatum. At ille quamvis canonum decreta non ignoraret, quibus cautum est, ut episcopus, qui a sua civitate persecutionem passus expellitur, in alia vacante recipiatur[96], tamen ne pro invidia ceteri scandalizarentur, caesari super hac re diu restitit; postremo sicut[d] absque fratrum querela fieri posset, tum[e] solummodo consensit[f]. In vita nostri antistitis[97] haec plenissime describuntur; obscure vero notatur tempus, quod liber donationum significat apertius: anno scilicet Ludvici secundi nono domnum Ansgarium ab Aldrico[g] clerico et[h] comite Reginbaldo[98], legatis caesaris, ductum in episcopatum. Scripta sunt in[i] libro III°, capitulo 20. Sed et in vita eius haec: *Multum*, inquit, *temporis fluxit, ex quo beatus Ansgarius Bremensem episcopatum suscepit, antequam hoc a papa Nikolao*[k] *firmaretur*[l, 99].

27. Sanctus itaque Ansgarius receptis[m] Bremis, annos 18 sedit. Nam antea in [25.] Hammaburgensi cathedra praefuit annis 16[m*], qui fiunt simul 34. Hoc regalis munifi- Cap. 21. centiae dono confessor Dei valde[n] gavisus, in Daniam festinavit. Ubi regem Danorum[o] Horicum inveniens, christianum reddidit. Is[p] statim ecclesiam in portu maritimo erexit apud[q] Sliaswig[r], data pariter licentia, ut quisquis[s] vellet in regno suo, christianus fieret. Infinita gentilium credidit multitudo. De quibus hic in libris hoc[t] memoriale relictum est, plures, ut aqua baptismi[u] loti sunt, ab omni corporis infirmitate liberatos[1].

28. Quibus rebus ex voto completis, dum adhuc sanctus Dei pro gente Sueo- [26.] Cap. 22. num aestuare coepisset, cum Gaudberto episcopo consilium habuit, quis eorum laudabile pro Christo periculum subiret. At ille periculum sponte declinans, Ansgarium potius, ut iret, rogavit[v, 2]. Extimplo[w] atleta[x] intrepidus Horici[y] regis missum rogavit atque sigillum[3], et a litore Danorum transfretans in Sueoniam pervenit, ubi tunc rex Oleph[z] apud Bircam generale populi sui habuit placitum. Quem, praeveniente misericordia Dei, ita placatum invenit, ut ex[*] eius imperio et populi consensu et iactu sortis et ydoli responso ecclesia ibidem fabricata et baptismi licentia omnibus concessa sit. His etiam ex sententia finitis, ewangelista noster ecclesiam Sueonum Erimberto commendavit presbytero et rediit. Quae in vita sancti Ansgarii latissima gestorum narratione[a] descripta[4], nos brevitate nitentes amputavimus. Et nisi fallit[b] opinio, prophetia[c] Ezechielis de Gog et Magog convenientissime hic impleta videtur. *Et mittam*[d], inquit Dominus, *ignem in Magog, et in his qui habitant in insulis confidenter.* Ezech. 39, 6. Aliqui haec et talia de Gothis, qui Romam ceperant, dicta[e] arbitrantur[6]. Nos vero considerantes Gothorum populos in Sueonia regnantes, omnemque hanc regionem passim in insulas dispertitam esse[7], prophetiam opinamur eis posse commodari[f], cum praesertim multa praedicta sint a prophetis, quae nondum videntur impleta[g].

29. Interea quaestio magna surrexit in regno Francorum de Bremensi episcopatu, [27.] ad invidiam[h] Ansgarii conflata. Ea contentio diu per regnum[i] gravi et ancipiti dissen- Cap. 23. sione[k] profligata[l], multis partium studiis collidebatur[m]. Tandem orthodoxus caesar Schol. 7.

Schol. 7. Concilium adunationis[n] factum est Wormatiae praesente cum episcopis caesare[o], sicut privilegium testatur. (2. 4.)

a) beati 4. b) VIII. 3. c) et *deest* 2. 3. d) si 2. 3. 4. e) tunc 4. f) concederet 4. g) Abdarico 3. h) et *deest F.* i) scriptum est in 2. 3. scriptum 4. k) Nicholao 4. l) confirmaretur 3. m) receptus 5. m*) antea annos XVI. *cui superscriptum est:* XV. 1. n) valde *deest* 1. o) regem Ericum 3. *in margine cod* 2: Ericus Danorum regem *(sic:)* baptizatur. p) etiam 3. q) aput 2. *saepius.* r) Slasuich 3. Sleswich 2 Sliasuvig 5. s) quisque 5. t) quibus hoc in libris 2. 3. 4. u) baptisma 1. v) sanctum p. u. i. r. Ansgarium 4. w) extemplo 3. 5. x) Dei *addit* 2. 2a. y) Herici 3. Erici 2. z) Olaph 3. *) ex *deest* 3. a) narratio 3. 4 b) ni fallat 4. c) prophetiae 3. d) Emittam 2. 3 4. e) dictum 3. f) commendari 1 accommodari 3. g) necdum v. completa 2. 3. 4. h) beati *addit* 4. i) invidiam — regnum *desunt* 1. k) dissessione 3. l) confligata 2. m) collidebantur 1. n) unionis 4. o) caes. c. ep. 4. 5.

94) Obiisse videtur anno 845. 95) quem nos vocamus Germanicum. Ita et infra c. 40. 96) Vid. Ansgarium in vita S. Willehadi cap. 6. et Gregorium I. papam in epist. l. II. ep. 25 (= C. 7. quaest. I. canon. 42.). 97) Cap. 22. 98) Comes Ragambaldus fortasse ille, qui in charta Hludowici imperatoris anno 837. monasterio Anianensi data missus audit. Quam vide apud Bouquet l. l. T. VI. p. 616. 99) Vita S. Anskarii cap. 23. fin. 1) Vita S. Anskarii c. 24. 2) Ibid. c. 25. 3) Ita interpretatur Adamus quod l. l. c. 26. signum vocatur. 4) Vita S. Anskarii c. 26—28. 6) Isidor. Chron. Gothorum ed. H. Grotii pag. 708. Conf. Nennii historiam Britonum cap. 12. 7) Vita S. Anskarii cap. 25. pag. 711. l. 12.

Ludvicus, compositis hinc inde contradicentium voluntatibus, praecipue Guntharii, Coloniensis archiepiscopi, cuius suffraganea prius erat Brema, super his Romam nuncios[a] direxit ad sanctissimum papam Nikolaum. Ille[b] quod necessitas ecclesiastica persuasit, et quod patrum conciliis rationabiliter[c] fieri posse comprobatum est, facile consensit. Ergo Bremensem ac[d] Hammaburgensem episcopatum auctoritate apostolica copulari, et deinceps[e] sanxit pro uno haberi. Cuius rei privilegia diligenter adhuc[f] conservantur in Bremensi[g] ecclesia. In[h] quibus etiam additum est, quod idem papa Nykolaus tam ipsum Ansgarium, quam successores eius legatos et vicarios apostolicae sedis constituit in omnibus gentibus Sueonum[i], Danorum atque Sclavorum[8]; quod et antea Gregorius papa concessit. Igitur Bremensis atque[k] Hammaburgensis[l] parrochiae coadunatio facta est ultimo tempore sancti Ansgarii. Vita eius annum non ponit, praeceptum autem regis ponit annum regni vicesimum primum; privilegium papae notat annum Domini
858. 858, qui est ab ordinatione archiepiscopi vicesimus nonus[m].

[28.] 30. Post haec scribitur in vita beati[n] antistitis[o], qualiter in Daniam veniens iunio-
Cap.24. rem Horicum[p] in regno repperit. Cui tempori congruit hystoria Francorum, quae sic de Danis meminit: Nortmannos per Ligerim Thurones[q] succendisse[9], per Sequanam Parisios obsedisse[10], Karolum timore compulsum terram eis dedisse ad habitandum[r.11]. Deinde Lotharingia[s], inquit, vastata, et subacta Fresia,

in sua victrici conversos viscera dextra[12].

Contendentibus namque ad invicem Gudurm[t], principe Nortmannorum, cum patruo[u], scilicet rege Danorum Horico, tanta caede utrique[v] mactati sunt, ut wulgus omne caderet, de styrpe autem[w] regia nemo omnium remaneret, praeter puerum unum, nomine Horicum[x.13]. Iste[y] mox ut regnum Danorum suscepit, ingenito furore super christicolas efferatus, sacerdotes Dei expulit et ecclesias claudi praecepit[14].

31. Ad quem sanctus Dei confessor Ansgarius venire non trepidans, comitante[z] gratia divina, crudelem tyrannum sic placatum reddidit[*], ut christianitatem ipse susciperet, suisque omnibus, ut christiani fierent, per edictum mandaret[a], insuper et[b] in
[29.] alio portu regni sui apud Ripam extrueret[c] ecclesiam[15], in Dania secundam. Et his ecclesiastico ordine compositis, beatus pastor[d] noster ecclesiam illam Rimberto commendavit presbytero[16], et reversus est ad Hammaburg, ubi[e] de venditione christianorum Nordalbingos correxit[17]. Inde[f] Fresos adiens, castigavit eos pro labore dominici diei; pertinatius vero agentes igne coelesti multavit[g.18]; et alia, quae antiquis miraculis non imparia leguntur in vita eius.

32. Et quoniam totum eius studium[h] erat pro salute animarum, si quando a praedicatione gentilium foris liber erat, domi congregationum suarum curam egit. Quarum primam, quae ab Hammaburg olim barbarica incursione depulsa est, ipse, ut praediximus, ad Ramsolas transtulit. Secundam in Bremis habuit sanctorum virorum, qui habitu quidem usi canonico, regula vivebant monastica usque ad nostri fere temporis aetatem. Terciam sanctarum virginum congregationem in Birxinon[i.19] adunavit. Ubi devota Christi matrona Liutgart[k] totum patrimonium suum offerens coelesti
[30.] sponso, magnum chorum castitatis suo ducatu nutrivit. Ad curam autem pauperum et susceptionem peregrinorum multis locis hospitalia praeparavit. Unum autem vel[l]

a) nuncios *deest* 1. 2. 3. *In originali lacuna videtur fuisse, cui auctor nomen Salomonis, Constantiae episcopi, inserere voluit.* b) vero *addit* 4. c) rationabiliter *deest* 4. d) et 3. e) deinceps *deest* 5. f) adhuc *deest* 3. g) Bremeuse 1. h) In *deest* 3. i) Danorum, Sueonum 3. 4. k) et 3. l) hammenburgensis 4. m) XXVIII. 4. n) sancti 3. o) antistis 4. p) Ericum 3. 5. *semper.* q) Turones 3. Turonos 2. 4. r) ad inhabitandum d. 4. s) Lothoringia 4. habitandum Lotharingiam. Deinde 3. t) Gudurin 2. 3. 5. Guthorm *M.* u) suo *addit* 4. v) utrinque 2. 3. w) *vocabulum bis scripsit* 4. x) Hericum 3. Ericum 2. *ubi in margine legitur:* Dani secunda vice semetipsos sternunt. y) Qui 4. z) secum *addit* 5. *) crudelem — reddidit *desunt* 1. a) mandarit 3. *Additur hic in margine cod.* 2: Ericus Dani eorum regem *(sic!)* tercius baptizatur. b) et insuper 3. et *deest.* 2. 5. c) exstrueret 2. exstruxerit 3. d) pater 3. e) Inde Hammaburg reversus, de 4. f) Unde 4. g) mulctavit 2. 3. h) studium eius 2. 3. 4. i) Birzinon 2 Luxxinon 2a. Luximon 3. Brixinon 4. Briximon 5. k) Liutgaard 3. Hudgard 2. Liutgard 4. Lutgard 5. l) quod 3.

8) V. bullam Nicolai papae de a. 858. et Vitam Anskarii c. 23. Utrobique in antiquioribus saltem codicibus verba, quae Adamus dicit addita, desunt. 9) Ruodolf. Fuld. a. 853. 10) Prudent. Trecens. a. 857. At conf. Archiv T. VI. 775. 11) Ann. Fuld. a. 850. 12) Lucan. Pharsal. I. 3. 13) Ruodolf. Fuld. a. 854. 14) Vita S. Anskar. c. 31. 15) Ibid. c. 32. 16) Ibid. c. 33. 17) Ibid. c. 38. 18) Ibid. c. 37. 19) Bassum in comitatu Hoya; dictum Birsinun in charta Ottonis regis I. d. 937. Iun. 30.

praecipuum habuit Bremae, ubi[a] per se ipsum cotidie veniens, infirmis non erubuit ministrare. Quorum plurimos dicitur verbo vel tactu sanasse[c].

33. Ipse retranstulit[d] corpus sancti Willehadi in matricem ecclesiam beati Petri Cap.25.
apostoli, [ab illo australi oratorio, quo deportatum est a Willerico[e]]. Et tunc facta sunt illa miracula, quae per merita sancti Willehadi populo ostensa sunt ab anno Domini 861, qui est[f] ab ordinatione archiepiscopi[g] 30. Ipse enim qui transtulit, et 861.
vitam et miracula eius singulis libris comprehendit.

34. Sique temporum seriem diligenter computemus, ipsum est tempus quo in Saxoniam translatio sancti Alexandri contigit[18]. In qua illud memorabile videtur, confessorem nostrum cum advena martyre certasse, quis eorum videretur esse maior et in gratia sanitatum populis acceptior. Einhardus[h] in gestis Saxonum haec dulci calamo prosequitur.

35. Interea beatus Ansgarius captivos redimendo, tribulatos refovendo, eru- [31.] Cap 26.
diendo domesticos, barbaris[i] euangelizando, foris apostolus, intus monachus, nunquam legitur ociosus. Nec solum erga suos, verum et[k] alios[l], quomodo viverent, sollicitus. Episcopos etiam tam voce quam litteris, ut vigilarent supra[m] dominicum gregem, hos arguit, illos obsecravit. At vero regibus Romanorum pro sua legatione, regibus Danorum pro christiana fide crebro mandavit. Extant epistolae eius plures huiusmodi. Unam vero, quam scribit omnibus episcopis de sua legatione, quam ab Ebone orsam asserit, ita[n] claudit: *Deprecor*, inquiens[o], *ut apud Deum intercedatis, quatinus*[p] *haec legatio crescere et fructificare mereatur in Domino. Iam enim Deo propitio et apud Danos et apud Sueones fundata est ecclesia Christi, et sacerdotes absque prohibitione proprio funguntur officio. Omnipotens Deus faciat vos omnes huius operis pia benivolentia*[q] *participes, et in coelesti gloria Christi coheredes*[19].

36. Supervixit autem[s] post illam plenariam Hammaburg et Bremae copulationem Cap.27.
annos septem. Sedit[t] omnes annos 34. Cuius depositio summa veneratione colitur 3. Non. Februarii. Obiit[u] anno Domini 865. indictione 13, qui est Ludvici secundi 26, 865.
sepultusque est in basilica sancti Petri ante altare sanctae Dei genitricis Mariae. Eadem[v] die, qua ipse commendatus est, Rimbertus, diaconus[w] eius, a clero simul et populo electus est. Qui etiam vitam sanctissimi[x] patris veridico sermone describens, more beati Iohannis quasi de alio scribens, innuit se fidissimum[y] eius discipulorum[19*] testimonium perhibere sanctitati, quam cognoverat in viro Dei. Hunc librum ille ad fratres coenobii direxit Novae Corbeiae[20], beatificans illos, quod talem miserint, et nobis congratulans, quod talem suscipere meruimus pastorem.

37. Sanctus Rimbertus sedit annos 23[z]. Annos eius et[*] obitum decessoris [32.] Cap.28.
sui repperimus[a] in quodam compoto[b] a Corbeia delato[21]. Ceterum vita eius a fratribus eiusdem coenobii ad nostros[c] data, quis fuerit et qualiter vixerit, breviter et dilucide comprehendit. *Mox*, inquit, *ut electus est, a Theoderico*[d], *Mindensi episcopo, et Adalgario, abbate Corbeiensi*[e], *iussu caesaris Mogontiam*[f] *ductus est. Ubi a clarissimo pontifice Liutberto*[g] *consecratus, Corbeiam venit, vestemque suscepit cum professione monastica. Cui Adalgarius abba*[h] *germanum et aequivocum suum concessit Adalgarium*[22]. Qui postea et socius praedicationis, et meruit heres[i] esse dignitatis. Pontificale palleum[k] suscepit a papa Nicolao[l], ferulam pastoralem a caesare Ludvico, sicut in privilegiis[23]

a) quo 4. c) plurimos v. v. t. sanavit 4. d) transtulit *M. F.* e) *Uncis inclusa desunt* 1. f) annus *add.* 2. 3. 4. g) episcopi 3. h) Einardus 2. Eginhardus 3. i) barbaros 2 3. 5. k) verum etiam 3. verum etiam erga 2. 2a. verum erga 4. l) alienos 2. 3. 4. m) super 5. n) et ita 1. o) inquit 2. 3. 4. p) quatenus 2. 3. 5. q) benevolentia 3. 5. s) sanctus Ansgarius *addit* 4. t) autem *addit* 4. u) ergo *addit* 4. v) vero *addit* 4. w) thaconus 2. x) sancti 4. y) fidelissimum 2. 3. 4. z) XX annos 1. *) eius *deest* 2. 3. 4. a) reperimus 2. 3. 4. b) computo 2. 3. 4. c) nostras 1. d) Theoderico 4. e) Corbiensi a. 4. f) Moguntiam 3. g) Liuberto 3. Lutberto 4. Hyberto 2. h) abbas 2. 3. 4. i) heres meruit 2. 3. 4. k) Pallium pontificale 2. 3. l) Nicholao 4. *saepius.*

18) Conf. Vitam S. Willehadi in app. §. 12 et 13. Translat. S. Alexandri supra T. II. p. 674, ubi tamen illam translationem contigisse anno 851. ex annalibus Xantensibus h. a. est demonstratum. 19) V. Hamburg. Urkundenbuch Nr. 17. 19*) Ex Vita Rimberti c. 9. 20) potius Veteris Corbeiae. Conf. Vitam S. Ansk. c. 1. 6. 21) V. Annales Corbeienses. 22) Vita S. Rimberti c. 11 et 12. 23) Privilegium Nicolai I. papae v. Hamburg. Urkundenbuch Nr. 19.

dinosci[a] potest. Quae autem secuntur[b], ex libro vitae[c] eius decerpsimus[d] capitulo[e] 16.

[33.] Cap.29. 38. *Praeterea legationis suae officium, quod ad praedicandum gentibus verbum Dei primitus a decessore suo susceptum est, et postmodum sibi iure successionis quasi hereditarium provenit, impigre executus est. Ipse quidem per se, quotiens[f] occupationes aliae sinerent[g], eidem legationi insistens, semper autem[h] constitutos habens presbyteros, per quos et verbum Dei gentiles audirent et solatium captivi christiani haberent, ad ecclesias inter ipsos paganos longe constitutas[i], quodque gravissimum erat, marinis discriminibus adeundas. Quae discrimina ipse frequentius sustinens, cum apostolo saepe naufragium pertulit, saepe etiam[k] alia pericula sustinuit, spe futurae beatitudinis omnia praesentis vitae[l] aspera leniens, illudque apostolicum continua meditatione revolvens:* Roman 8, 18. *non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis.*

Cap 30. 39. Qui reges Danorum suo tempore fuerint, non invenitur in gestis eius. In hystoria Francorum Sigafrid cum fratre Halpdani[m] regnasse leguntur[n]. Qui etiam munera Ludvico caesari miserunt, gladium videlicet capulo tenus aureum et alia[o], pacem rogantes, et missis utrinque ad Egdoram fluvium mediatoribus, pacem firmam ritu gentis per arma iuraverunt[24]. Erant et alii reges Danorum vel Nortmannorum, qui piraticis excursionibus eo tempore Galliam vexabant. Quorum praecipui erant Horich[p. 25], Orwig[q. 26], Gotafrid[r. 27], Rudolf[s. 28] et Inguar tyranni. Crudelissimus omnium fuit Inguar, filius Lodparchi[t], qui christianos ubique per supplicia necavit[29]. Scriptum est in gestis Francorum[t*].

[34.] Cap.31. 876. 40. Anno domni Rimberti 12. Ludvicus pius, caesar magnus, obiit[30]. Ipse Boemanos[u], Sorabos, Susos[31] et ceteros Sclavorum populos ita perdomuit, ut tributarios efficeret[32]. Norfmannos autem foederibus ac bellis compressos eo modo retinuit, ut cum Franciam totam vastaverint, regnum[v] eius vel[w] minime nocuerint. Post mortem vero imperatoris

Effera barbaries laxis[x] *regnabat habenis.*

Et quoniam Dani cum Nortmannis Hammaburgensi ecclesiae pastorali cura subiecti sunt, praeterire nequeo, quanta mala per eos Dominus illo tempore fieri permiserit, et quam late pagani super christianos extenderint potentiam suam. Quae omnia lamentabiliter scripta sunt in hystoria Francorum et in[y] aliis libris. Tunc Saxonia vastata est a Danis vel Nortmannis. Brun[z] dux occisus cum aliis 12 comitibus, Thiadricus[*] et Marcwardus[a] episcopi obtruncati. Tunc Fresia depopulata[b. 33], Traiectum civitas excisa[34]. Sanctus Rabbodus[c], urbis episcopus, cedens persecutioni, Davantriae[d] sedem constituit, ibique consistens anathematis gladio[e] paganos ultus est[35]. Tunc piratae Coloniam[34] et Treveros[36] succen-
Schol. 8. dunt[f]. Aquisgrani palatium stabulum equis suis fecerunt[34]. Mogontia vero propter

Schol. 8. Aquisgrani palatium usque ad tempus Ottonis per annos 80 vastatum[g] permansit[37], quod destruxerat Ordwigh[h] princeps. (2. 3. 4.)

a) dignosci 3. 5. b) sequuntur 3. 5. c) vita 4. d) discerpsimus 3. excerpta sunt 4. e) capitulum 1. f) quoties 5. g) sineret 1. 3. h) autem *male deest* 1. i) constitutos 5. k) et 1. 3. l) *deest* 4. m) Haldain 2. Haldan 3. 4. n) legitur 4. o) multa *addit* 4. p) Herich 2. Horig 5. q) Ordwig 2. 4. Orduig 3. Ordivig 5. r) Gothafrid 2. Godafrid 5. s) Rodulf 2. 4. Rodulff 3. t) Lodbrogi *emendat M.* t*) tyranni. Scriptum ... Francorum. Crudelissimus ... necavit 2. 3. 4. u) Boemenos 2. Boemannos 4. v) regno 3. 5. nunquam regnum 2. w) vel *deest* 3. x) ruptio *Crantzii Metrop. L. II. c.* 3. y) in *deest* 3. z) Bruno 2. *ubi in margine legitur:* Dani Saxoniam vastant. *) Tiadricus 4. Tiadericus 5. Theodericus 2. a) Marwardus 2. Marquardus 3. 4. b) est *add.* 2. 3. 4. c) Rabodus 2. Rahtbodus 3. d) Davandriae 2. e) in *add.* 2. f) incendunt 2. 3. 4. g) vastum 2. h) Ordwig 4.

24) Ann. Fuld. a. 873. 25) Horich Nordmannus hoc tempore in annalibus non apparet, sed Rorich, Herioldi filius, etiam dictus Nordmannus. V. supra, Tom. II. in Indice. 26) Orwig seu Ordwig nobis ignotus. Fortasse sub hoc nomine latet Eriveus Brito, qui Rorico se iunxerat, v. Hincmar. Remens. a. 863. 866. 27) Gotafrid ille occisus a. 885, v. Reginon. h. a. 28) De Rudolfo, filio Herioldi, v. Hincmar. Remens. a. 864. 872. 873. Annal. Fuldens. a. 873. Annal. Xantens. a. 873, ubi Ruodoldus audit. 29) De Inguaro s. Ingwar tyranno v. Aethelwerdi Chron. a. 867. 870. Vitam S. Edmundi. Florent. Wigorn. a. 870. 30) Ann. Fuld. a. 876. Conf. supra cap. 26. not. 31) Vulgo Siusli dicuntur. 32) V. Annal. Fuldens. a. 869. 874. 33) *Saxonia — depopulata.* Conf. Ann. Fuld. a. 880. 34) De Traiecto (Mastricht, non Utrecht, ut Adamus putavit), Colonia et Aquensi palatio v. Ann. Fuld. a. 881. 35) Radbodus nonnisi anno 899 episcopus Traiectensis factus est. V. Chronic. Reginon. h. a. Obiit Daventriae anno 919. 36) De Treveris v. ibid. a. 882. P. IV et V. 37) At de capella in Aquis palatio agunt chartae Caroli Crassi a. 887 et Arnulfi regis a. 888. In ipso palatio datae sunt chartae Zwentiboldi regis anno 896 et Henrici regis anno 930.

metum barbarorum instaurari coepit[38]. Quid multa? urbes cum civibus, episcopi cum toto grege simul obruti sunt; ecclesiae illustres cum fidelibus incensae sunt. Ludvicus noster[a] cum paganis dimicans victor extitit, et mox[b] obiit[39]. Luthewicus Franciae[c] victor et victus occubuit[40]. Haec tragoedico planctu scripta in annalibus cesarum[41] nos propter mentionem Danorum perstrinximus.

41. Quid autem dicimus interim fecisse[d] nostrum archiepiscopum? Require in Cap 32. gestis eius capitulo 20. *Ad redemptionem*, inquit, *captivorum cunctis pene*[e] *quae habebat expensis, cum multorum adhuc apud paganos detentorum miserias cernere cogeretur*[f], *etiam altaris vasa impendere non dubitavit*[42]. Dicens cum beato Ambrosio: *Melius est animas Domino, quam aurum servare.* Preciosa ergo sunt illa vasa, quae animas de morte redimunt[g].

Nec incongruum videtur, quoniam de persecutione diximus, quae tunc late in [35.] Cap.33. ecclesias efferbuit[h], grande miraculum per merita sancti Rimberti Fresonibus ostensum tangere; quod scriptor gestorum eius nescio cur praeterierit. Sed Bovo[i], Corbeiae abba[k], de sui temporis actis scribens[l], non reticuit dicens: *Cum modernis temporibus gravis barbarorum irruptio in omni pene regno Francorum immaniter debaccharetur*[m], *contigit etiam eos divino iudicio ad quendam Frisiae*[n] *pagum devolvi, qui in remotis ac mari magno vicinis locis situs, Nordwidi*[o] *appellatur*[p]. *Hunc igitur*[q] *subvertere aggressi sunt. Erat*[r] *illic eo tempore venerabilis episcopus Rimbertus; cuius adhortacionibus et doctrinis confortati et instructi christiani, congressi sunt cum*[s] *hostibus, et prostraverunt ex eis* 10377, *pluribus insuper dum fuga*[t] *praesidium quaerunt, in transitu fluviorum necatis*[43]. Haec ille scripta reliquit[u.44]. Cuius rei miraculo[v] usque hodie merita sancti Rimberti penes Fresones[w] egregia, et nomen eius singulari quodam gentis colitur desiderio, adeo ut collis in quo sanctus oravit, dum pugna fieret, perpetua cespitis viriditate notetur. Nordmanni plagam, quam in Frisia receperunt, in totum imperium ulturi, cum regibus Sigafrido[x] et Gotafrido per Rhenum et Mosam et Scaldam fluvios Galliam invadentes, miserabili caede christianos obtruncarunt, ipsumque regem Karolum bello petentes, ludibrio nostros habuerunt[45]. In Angliam[y] quoque miserunt unum ex sociis Halpdani[z], qui dum ab Anglis occideretur, Dani[*] constituerunt in locum eius[a] Gudredum[b]. Is[c] autem Nordimbriam[d] expugnavit[46]. Atque *ex illo tempore Frisia et Anglia in ditione Danorum esse feruntur.* Scriptum est in gestis Anglorum.

42. Frustra in sanctis signa et miracula quaeruntur, quae habere possunt et [36.] Cap.34. mali, *quia secundum auctoritatem sanctorum patrum maius miraculum est, animam, quae in aeternum victura est, a peccato convertere, quam corpus, quod denuo moriturum est, suscitare a morte*[e]. Ut autem sciamus, nec sancto Rimberto hanc gratiam defuisse, fertur antiquorum more sanctorum quaedam fecisse miracula, frequenter scilicet, dum iret in Sueoniam, tempestatem maris oratione sedasse, et cecum illuminasse per confirmationem, quam episcopali more faciebat in eo. Sed et filium regis dicitur a daemonio liberasse[f]. Ubi multis astantibus episcopis, spiritus immundus saepe clamabat ex ore vexati, Rimbertum solum inter eos digne commissum egisse officium, ipsum ergo[g] sibi esse cruciatui. Require in vitae eius libro, capitulo 20. Hunc filium regis Ludvici Karolum[h] esse arbitramur, qui novissimis archiepiscopi temporibus a regno depositus,

a) imperator 4. b) paulo post 4. c) rex *addit* 4. d) fuisse 2. 4. e) pene *deest* 1. f) multos a. a. p. detentos miserabiliter cerneret 4. g) redimant 1. h) late eff. ecclesiis 4. i) Bonno 3. Bono 5. k) Corbiensis abbas 2. 3. Corbeiensis a 4. l) scribens *deest* 1. m) debaccharet 1. n) Fresie 4. *et ita deinceps.* o) est; *add.* 2. 3. 4. Nordwide 4. Norduich 3. p) appellant 3. hunc appellant 2. 4. q) Quem 4. r) enim *addit* 4. s) cum *deest* 3. t) fuge 2. 4. u) reliquid 1. v) miracula 1. w) Frisones 4. x) Sigfrido 2. y) Anglia 1. z) Haldani 2. 4. Haldan 3. *) clam 3. a) ipsius 4. b) Gundredum 2. 3. 4. c) Ipse 5. d) Nordumbriam 3. Northumbriam 4. e) a morte suscitare. 2. 3. 4. f) regis a d. liberavit 4. g) que 4. h) Crassum *addunt M. F.*

38) De Moguntia restaurata v. ibid. P. III. a. 882. 39) Ibid. a. 881. 882, Ian. 20. quo die Ludovicus III. obiit. 40) Ludovicus III., rex Franciae, obiit a. 882. Aug. 5. Conf. Reginon. a. 883: *quem nimio planctu lamentati sunt.* 41) Annal. Fuld. P. IV. a. 884. de Pannonia vastata agentes inserunt hexametrum: *Hic patriae planctus, simul et miserabile funus.* 42) Ex Vita S. Rimberti c. 17. 43) Conf. Ann. Fuld. P. IV. a. 884. 44) sc. Rimbertus, cuius epistola ad Liutbertum, archiepiscopum Moguntinum, super hoc proelio Frisionum cum Nordmannis laudatur in Annal. Fuld. l. l. 45) V. Ann. Vedast. a. 884. 885. Ann. Fuld. P. IV. a. 885. 886. 46) Regnavit ab anno 883 usque ad mortem suam 894. V. Simeon. Dunelm. h. a. Lappenberg, Geschichte von England T. I. p. 328.

Arnolfum[a], germani sui filium, accepit successorem. Hystoria Francorum haec veraciter acta commemorat in Franconford[b], anno caesaris Ludvici 34[47].

Cap.35. Numer. 12, 3. 1 Cor. 9, 22. 43. Erat igitur sanctus Rimbertus cum Moyse[c] vir mitissimus, cum apostolo qui omnium infirmitatibus compateretur[48]. Praecipuam vero curam habuit[d] in elemosinis pauperum et in redemptione captivorum[49]. Unde quadam vice, cum venisset ad partes Danorum, ubi ecclesiam novellae christianitati constructam habebat in loco qui dicitur Sliaswig[e], vidit multitudinem christianorum catena trahi captivam. Quid multa? Duplex ibi miraculum operatus est. Nam et catenam oratione dirupit, et captivos equo suo redemit. Capitulo[f] gestorum eius nota[g] 18.

[37.] Cap.36. 44. Et quia vastacio Nortmannorum vel Danorum excedit omnem credulitatem[h], eo plus mirum videri possit, quod sancti confessores Dei Ansgarius et Rimbertus per tanta pericula maris et terrae illas gentes intrepidi adibant vel[i] praedicabant, ante quarum impetum nec armati reges aut potentes Francorum populi subsistere poterant. Psalm. 11, 2. Nunc autem „quoniam defecit sanctus, quoniam[k] diminutae sunt veritates a filiis hominum", vix possibile credimus

Nos genus ignavum[l], *quod tecto gaudet et umbra*[50],

ut in tam aspero persecutionis tempore, in tam feroci, quae[m] vix hominem[n] vivit[o], natione, in tam remotissima, inquam, ab[p] nostro mundo regione, quisquam vel apostolus auderet Ev. Matth. 28, 19. 20. accedere, nescientes illud cotidie et nobis dici, quod Salvator ait apostolis[q]: *Ite in orbem universum, et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.*

45. Sunt alia[r] multa quae de nostro sancto[s] copiose in libro suo exarata sunt. In quibus illud memoriale est, quod presbyteri animam defuncti, quia sic[t] in visu apparens supplicavit, 40 dies in pane et aqua ieiunans, a tormento[u] absolvit[51]. Decessor eius 4 coenobia fundavit[52], his ille quintum addidit in solitudine Buggin[v.53]. Ceterum omnium districtam[w] sollicitudinem habens, Hammaburgensis cathedrae praecipuam curam egit, tam fratribus quam pauperibus oportuna ministrans solatia.

[38.] Cap.37. 46. Xenodochium[x] Bremae, quod a sancto Ansgario ad sustentationem pauperum institutum est, ipse nobiliter auxit, et non solum in episcopatu, sed ubicunque esset, pauperibus alimoniam cum omni diligentia ministravit, nobile verbum exhortacionis relinquens posteris, *Non est*, inquiens, *tardandum, ut pauperibus cunctis succurramus*[y], *quia quis*[z] *sit Christus, vel quando ad nos veniat, ignoramus*[54]. Elemosinam[*] verbi incessanter omnibus ministravit; ad quod opus dicta sancti Gregorii curavit excerpere[a], quae et manu sua descripsit. Epistolae eius diversae ad plures, praecipua quaedam ad virgines, in[*] qua virginitatem corporis extollens, ostendit multas in[b] mente fieri meretrices[55]. Tandem[c] morbo confectus et senio, quos per se non potuit, per Adalgarium adiutorem[d] in Domino confortavit, quem etiam manibus regis commendavit[56]. Obiit[f] 888. anno Domini[g] 888, indictione 6. Cuius depositio est 3° Idus Iunii[h.57]. Sepultus est[i] extra basilicam sancti Petri ab oriente, ut ipse rogavit[58].

[39.] Cap.38. 47. Adalgarius archiepiscopus sedit annos 20. Annos eius ex compoto[k] quo[l] supra tulimus[m.59], vitam ex libro sancti Rimberti didiscimus[n]. Capitulo 12, cum sanctus Rimbertus vestem et professionem susciperet monasticam, mox additur: *Ad quod ei solatium deputari placuit insignem conversatione virum gradu diaconem*[o], *nomine Adalgarium. Hic vir*, inquiunt, *venerabilis in conversationis eius imitatione simul et successionis*[p] *dignitate, adhuc hodie superest, cum multis aliis attestans, quod sanctus pontifex Rimbertus,*

a) Arnolphum 3. Arnulfum 2. 4. b) Francorford 1. Franconfort 2. Francoford 3. Franconfurd 5. c) Mose 3. d) habens 2. 3. 4. e) Sleswich 2. Schleswig 3. f) capitulum 2. 3. g) nota *deest* 4. h) *Ita correxi pro:* crudelitatem. i) et 2. 3. 4. k) autem quomodo d. s. quomodo 5. l) ignavium 4. m) qua 3. n) vix hominum 5. vix ullus hominum 3. o) *Legendum videtur:* vidit. p) a 3. q) discipulis 2. 3. 4. r) et alia 4. s) de sancto viro 4. t) qui sic 3. qui sibi 5. u) tormentis 2. 3. 4. v) Buggind 3. Bukkin 4. w) distinctam 3. x) Senodochium 2. 2a. y) subveniamus pauperibus 4. z) in quo *emendat M.* *) Eleemosynam 3. 5. a) excerpi 3. b) in *deest* 4. c) ergo *addit* 2. (2a) *ubi in margine legitur:* Emulator Moisi tam mansuetudine quam virtutum operacione. d) coadiutorem 4. suum *addunt* 2. 4. f) autem *addit* 4. g) Domini *deest M. F.* h) depositio III. I. I. celebratur 4. i) ergo *add.* 4. k) computo 2. 3. 4. l) de quo 2. *deest* 4. m) supra retulimus 2. 3. supra dicto 4. n) discimus 2. 3 4. o) diaconum 3. 5. p) eius *addit* 3.

47) Ann. Fuld. P. V. a. 887. 48) Ex Vita S. Rimberti c. 19. 49) Indidem c. 17. 50) Iuvenal. Sat. VII. v. 105, qui pro *tecto* scripsit: *lecto*. 51) Vita S. Rimberti c. 8. 52) V. supra c. 29. 53) Bücken in comitatu Hoya. 54) Vita S. Rimberti c. 14. 55) Ibid. c. 15. Conf. supra c. 35. not. 19. 56) Ibid. c. 21. 57) Ann. Corbeienses h. a. 58) Vita S. Rimberti c. 24. 59) Ann. Corbeienses a. 888. 909.

nichil ex occasione curae pastoralis de monachica[a] *perfectione perdiderit*, et reliqua. Item capitulo 21[60], *Cum iam*, inquit, *senio gravaretur sanctus Rimbertus, etiam continuus pedum dolor ei*[b] *accessit. Unde*[c] *apud gloriosissimos reges Ludvicum et filios eius hoc optinuit, ut insignis vir Adalgarius, monachus videlicet Corbeiae, in adiutorium illi confirmaretur, quatinus ipse infirmitate detentus, in Adalgario haberet solatium circandi*[d] *episcopatum, placita adeundi; et quando exigeretur, vel*[e] *in expeditionem vel ad palatium cum comitatu suo proficisci. Impetravit etiam, ut ipse illi in electione successor confirmaretur et inter consiliarios regis locaretur, assentientibus fratribus et abbate monasterii eius, ac sancta synodo haec omnia roborante.*

48. Ferulam pastoralem suscepit ab Arnulfo rege, palleum[f] a papa Stephano[61]. Cap. 39. Consecratus est autem a Sundroldo[g], Mogontino archiepiscopo[62], seditque difficili tempore barbaricae vastationis. Nec tamen legationis suae ad gentes, ut in privilegiis videtur, studium omiserat[h], verum, sicut decessores sui, presbyteros ad hoc opus et ipse constitutos habere curavit.

49. De hystoria Danorum nichil amplius aut scriptum vidi, aut ab alio visum [40.] Cap. 40. comperi; ea forte causa[i] reor, quod Nortmanni vel Dani tunc ab Arnulfo rege gravibus praeliis usque ad internicionem[k] deleti sunt. Bellum celitus administratum. Siquidem Schol. 9. centum milibus paganorum prostratis, vix unus de christianis cecidisse repertus est[l, 63]. Et ita restincta est[m] persecutio Nortmannorum, Domino vindicante[n] sanguinem servorum suorum, qui iam per annos 60 vel 70[o] effusus est[p]. Narrat haec hystoria Francorum.

50. Audivi autem ex ore veracissimi regis Danorum Suein[q], cum nobis stipulantibus Cap. 41. numeraret atavos suos, *Post cladem*, inquit, *Nortmannicam Heiligonem*[r] *regnasse comperi, virum populis amabilem propter iusticiam et sanctitatem suam. Successit illi*[s] *Olaph, qui veniens a Sueonia, regnum optinuit Danicum vi et armis, habuitque filios multos, ex quibus Chnob*[t, 64] *et Gurd*[u] *regnum optinuerunt*[v] *post obitum patris*[w].

51. Anno Adalgarii 7. Hermannus[x], archiepiscopus Coloniensis, magnis Adal- [41.] 895. gerum[y] nostrum fatigabat iniuriis, Coloniae Bremam subiugare conatus. Collecta igitur synodo apud[z] Triburiam[*], Haddone Mogontino praesidente, cassata sunt apostolicae sedis privilegia et gloriosorum principum annullata[a] sunt praecepta, consentientibus, ut aiunt[b], iniquis decretis Formoso papa[65] et rege Arnulfo[66]. Deinde facta subscriptione Adalgarius archiepiscopus in cauda concilii positus est[67]. Fabula grandis de Adelino[c] et Widgero, qui disceptantes ad spectacula[d] synodum traxerunt tragoedię[e] lugubris. Widgerum nostrae partis victum et postero die mortuum, et amplius sub Adalgero[f] et Hogero omni tempore dicunt Bremam[g] Coloniae suffraganeam mansisse[h]. Haec quoniam in eodem concilio scripta repperimus, verane sint an ficta, in medio relinquemus[i].

52. Anno deinde secundo Formosus papa obiit, quarto vero[k] Arnulfus rex[l] decessit[m, 68]. [42.] Sequitur irruptio[n] Ungrorum[o, 69], persecutio ecclesiarum. Archiepiscopus[p] noster, valde Cap. 42. Schol. 10.

Schol. 9. Gotafrid et Sigafrid reges ibi sunt occisi. (2. 2a. in textu 3. 4.)
Schol. 10. Ambo enim et[q] rex et papa miserabilem vitae finem invenerunt, quia[r] papa Formosus a

a) monastica 2. 3. b) ei p. d. 4. c) Inde 5. d) circueundi 3. 4. e) vel *deest* 4. f) pallium 2. 3. g) M. a. Liudroldo 2. Lindroldo 3. 4. *F.* Hundroldo *M.* h) omisit 2. 3. 4. i) ab alio caus 1. ab a. v. c. eo f. casu *M. F.* k) internitionem 4. internecionem 3. 5. *In margine cod.* 2: Dani sternuntur. l) sit 3. m) est *deest* 3. n) iudicante 1. o) LX *in cod.* 1. *cui superscriptum est:* vel LXX. LXX. 2. 3. 4. p) *Hic insertum est schol.* 9 *in codd.* 2. 2a. q) Sven 3. Sveni 5. r) Helligonem 3. s) cui successit 4. cui succedit 5. t) Ehnob 3. 4. Henob 2. u) Giurd 3. Gyrd 2. v) tenuerunt 2. 3. 4. w) post patris sui obitum tenuerunt 4. x) Herimannus 4. y) Adalgarium 2. 3. 4. z) aput 2. *) Triburcam 3. 5. a) adnullata 2. 5. b) ut aiunt *desunt* 4. c) Adolino 2. 3. 4 d) specula *F.* e) Tragoedia 2. 3. 4. f) Adalgerio 2. Adalgario 3. 4. g) dicunt *deest* 1. h) tempore Brema Coloniae facta est suffraganea 4. i) Haec — relinquemus *desunt* 4. k) post *addit* 4. l) imperator 2. 3. 5. m) imperator, vivens a vermibus consumptus, veneno extinctus est 4. n) eruptio 2. 3. 4. o) Ungarorum 5. p) vero *addit* 4. q) et *deest* 4. r) quia *deest* 2.

60) Sequentia ex l. l. cap. 21. in verbis sunt paululum mutata. 61) Bullam de 891. Mai. 31. v. Hamburg. Urkundenbuch Nr. 24. 62) Sunderoldus archiepiscopus, occisus a Nordmannis anno 891. Iun. 27. 63) Ann. Fuld. a. 891. 64) Nomen, ut videtur, quod apud Anglosaxones Cneova, apud nostrates Knop dicitur. 65) *Cassata* etc. sunt verba bullae Sergii III. papae a. 905. vid. Hamburg. Urkundenbuch Nr. 27. 66) Ibidem Nr. 25. 67) V. supra Legum T. I. p. 561, ubi Adalgarii nomen inter episcopos reperimus. 68) Annal. Corbeienses a. 899. 69) V. Annal. Corbeienses a. 906.

senex, minus poterat vel inimicis resistere vel agenda disponere. Quare fertur illum[a] a monasterio Corbiensi Hogerum suscepisse[b] adiutorem, cuius ope fultus ac ministerio, ipse emeritae senectutis ocio potiretur. Ita omnipotens Deus, qui aliquando iustos, ut
Schol. 11. meliores fiant, temptari permittit, fecit etiam[c] nostro archiepiscopo cum temptatione proventum[d], ut posset sustinere. Nam Sergius papa, qui fere per totidem annos septimus erat[e] a Formoso[70], calumpnias Adalgarii miseratus, privilegia Bremensis[f] ecclesiae renovavit, et omnia, quae a Gregorio et Nicolao, decessoribus suis, Ansgario et Rimberto concessa sunt, roboravit[71]. Ad hoc[g] quia senectutis pondere gravatus pontifex Adalgarius pastorale officium obire[h] non poterat, circueundo, praedicando et consecrando episcopos, dati sunt ei adiutores a papa circumvicini quinque episcopi, Simundus [Halverstadensis][i], Wigbertus [Ferdensis], Biso [Podarbrunnensis][k], Bernarii[l] duo, [Mindensis[m] et Osnabrugensis][n], quorum ope senex fulciretur. Ad manum sunt privilegia Sergii papae utrisque[o] data[72], quibus haec ita continentur. Mirum tamen neque satis cognitum est nobis, an aliqui episcopi in gentes ordinati sint[p] ab Adalgario, ut privilegium insinuat, an haec ordinatio episcoporum inacta remanserit[q] usque ad dies Adaldagi[r], ut melius confidimus, praesertim quod vastacio barbarica vixdum presbyteros
Genesis 15, 16. inter se morari consenserit[s]. Nondum enim completae sunt iniquitates Amorraeorum, nec adhuc venit tempus miserendi eorum. Post haec migravit archiepiscopus anno
909. Maii 9. Domini 909. 7.[t] Idus Maii[73], et sepultus est in basilica sancti Mykaelis[u], quam ipse pro dilectione magistri super tumbam eius erexit.

[43.] Cap. 43. 53. Hogerus archiepiscopus sedit annos 7. Et huius annos repperimus in libro superiori[74], et quod per contentionem ordinatus est a Coloniensi archiepiscopo[v, 75]. Pallium suscepit a papa Sergio[w], ferulam a Ludvico rege. Unde fuerit, aut qualiter vixerit, Deo cognitum est. Invenimus tamen scriptum in antiquioribus ecclesiae libris uno versu [quis fuerit][x], ita[y]:

Sanctus et electus fuit Hoger septimus heros.

Sanctitati eius testimonium asserit veterum tradicio, quae narrat eum severissimum in ecclesiastica disciplina, pro consuetudine monasteria suae diocesis crebro circuisse. Unde etiam cum apud Hammaburg consisteret, exploraturus quid fratres agerent, nocte intempesta Ramsolan[z] ad vigilias properavit matutinas. Fidelis, inquam, dispensator et prudens[*], qui et ipse vigilans pernoctavit, suamque[a] familiam dormire prohibens, venienti sponso
Esaiae 8,18. laetus occurrit, dicens: *Ecce ego et pueri[b], quos dedit mihi Dominus.*

[44.] 54. Anno domni Hogeri secundo Ludvicus puer depositus[c], et Conradus, Francorum

successore suo etiam[d] mortuus degradatus et de sepulchro eiectus est[e]. Rex vero Arnulfus et[f] vivens a vermibus consumptus et[g] tandem veneno extinctus est magna Dei vindicta[76]. (2. 3. 4.)[77]

Schol. 11. Stephanus papa, qui sedit annos 6, Hermannum, Coloniensem archiepiscopum, et Adalgarium, Hammaburgensem archiepiscopum, de Bremensi contendentes ecclesia, Wormaciam ad synodum venire praecepit, et Remensi archiepiscopo Fulconi vice sua commissa[h], causam eorum examinari[i] mandavit[78]. (4.)

a) fertur illum *desunt* 4 ferunt illum 2. 3. b) suscepit 4. c) et 3. d) eventum 3. e) erat *deest* 2. 3. 4. f) Hammaburgensis *M.* g) haec 3. h) implere 2. 3. i) Halberstadensis 5. k) Podarburnensis 3. Padherburnensis 2. Padarb. 4. l) Bernardi 3. m) M. scilicet 4. n) Osnarbr. 1. Hosnibrukensis 2. Osnaburgensis 4. *Tituli episcoporum, quos uncis inclusimus, in cod. 1. textui superpositi, postea in illum irrepserunt.* o) utriusque 2. 3. 5. p) sunt 1. 5. q) remansit 1. r) Adalgarii 3. s) concesserit 3. t) DCCCCVII pridie 1. DCCCXCIX septimo 3. u) Michaelis 2. 3. Michahelis 4. *saepius.* v) archiepiscopo *deest* 2. 3. 5. w) Serio 1. x) quis fuerit *add.* 2. 3. 4. y) ita *deest* 3. z) Ramsolam 2. 3. 4. *) et prudens *desunt* 3. a) que *deest* 5. b) mei *addit* 3. c) d. est 4. d) et 5. e) degradatus est et d. s. eiectus 4. f) et *deest* 4. g) et *deest* 4. h) com. v. s. 4. i) *Ann. Sax. a.* 885. *hic addit:* nec tamen finiri.

70) Sergius III. (904—911.) nonus fuit papa post Formosum, octavo post eum anno electus. 71) V. Sergii bullam a. 905. Febr. in Hamburg. Urkundenbuch Nr. 26. 72) *utrisque* i. e. Adalgario et episcopis vicinis, seu illi et Hogero. 73) Adalgarii diem emortualem fuisse d. 9. Maii testantur Necrologia Hamburg. Luneburg. Merseburg. Mollenbec. Annum vero 909 habent Annal. Corbeienses. 74) sc. computo a Corbeia delato, v. supra cap. 37. 75) sc. ab archiepiscopo Hermanno supradicto. Haec desunt in exemplari nostro Annalium Corbeiensium. 76) Notandum hic vocem „degradatum" convenire cum Sigeberto Gemblac. a. 900. aut eius fonte nobis ignoto (v. Hirsch de Sigeberto Gemblac. p. 76.); de sepulcro Formosum eiectum esse referunt Ann. Fuld. a. 896; de Arnulfo vivente a vermibus consumpto conf. Liudprandum l. I. c. 32. Sigibert. a. 902. Verbo „extinctus" hic quoque utitur Liudprandus l. I. c. 30. 77) V. Archiv VI. 822. 78) Haec de Stephano V, qui sedit 885—891, referenda sunt ad annum 891 inter mensem Maium et Augustum, ideoque ad initium capitis 51. a scholiasta referenda fuissent.

dux[a], in regem levatus est[b]. In isto Ludvico vetus Karoli finitur prosapia[79]. Hactenus etiam[c] Francorum tendit hystoria. Quae[d] deinceps dicturi sumus, in aliis et[e] aliis repperimus non mendacibus libris. Aliqua vero recitavit nobis clarissimus rex Danorum ita rogantibus[f]: „*Post Olaph*[g], inquit, *Sueonum principem, qui regnavit in Dania cum filiis suis, ponitur in locum eius Sigerich. Cumque parvo tempore regnasset, eum Hardegon*[h], *filius Suein*[i], *veniens a Nortmannia, privavit regno*[k]." Tanti[80] autem reges, immo tyranni Danorum, utrum simul aliqui regnaverint, an alter post alterum brevi tempore vixerit, incertum est. Nobis hoc scire sufficiat, omnes adhuc paganos fuisse, ac in tanta regnorum mutatione vel excursione barbarorum christianitatem in Dania, quae a sancto Ansgario plantata est, aliquantulam[l] remansisse, non totam defecisse. In diebus illis inmanissima persecucio Saxoniam[m] oppressit, cum hinc Dani et Sclavi, inde Behemi[n] et Ungri[o. 81] laniarent ecclesias. [45.] Tunc parrochia Hammaburgensis a Sclavis, et Bremensis Ungrorum impetu demolita est. Interea confessor Dei Hogerus obiit, et sepultus est in ecclesia sancti Mykaelis cum decessore suo, anno Domini 915[p. 82]. Depositio[q] 13. Kalend. Ianuarii habetur. Huius[r] corpus episcopi, cum post annos centum et viginti[s], diruta senio capellula, quaereretur[83], praeter cruces pallii[t] et cervical episcopi, nichil potuit inveniri. 915. Et credimus resurrectionem eius[u] inpletam esse, quod ab aliis traditur[v] in David et in Iohanne euangelista contigisse veraciter[w].

55. Reginwardus vix annum unum sedit. De cuius vita praeter nomen aliud nichil ad manum venit. [46.] Cap.44. Cum autem successorem eius concilio apud[x] Altheim[y] interfuisse didicerim[z], quod habitum est anno Conradi regis quinto, quo Hogerus etiam noster[*] decessit[84], medium his Reginwardum, non vixisse plenum annum[a] deprehendi, nec privilegium eius uspiam reperire valui. In diebus illis grande miraculum fertur[b] a posteris Bremae contigisse. Ungros scilicet incensis ecclesiis[c] sacerdotes ante altaria trucidasse, clerum vulgo mixtum aut impune occisos aut ductos in captivitatem[d]. Tunc etiam cruces a paganis truncatae, ludibrio habitae[e]; cuius signa furoris usque ad nostram aetatem duraverunt. Sed Deus zelotes, cuius passio ibi derisa est, incredulos abire non passus est inultos. Exodi 34,14. Nam subita et mirabilis orta tempestas, a semicremis ecclesiarum tectis scindulas[f] elevavit, quas in faciem atque ora paganorum rotans, dum fugae praesidium quaerunt, aut in fluvium praecipitari compulit, aut in manus civium concludi. Nec mora, prostratum gregem boni pastoris occubitus cito[g] secutus est. Qui depositus in[h] Kal. Octobris[85] una cum praedecessoribus suis in basilica sancti Mykaelis commendatus est.

56. Unni archiepiscopus sedit annos 18. Annos eius obitumque ut supra cognovi[86]. [47.] Cap.45. Memoriae traditum est a fratribus[i]: cum Reginwardus[k] transisset, Leidradum, Bremensis chori praepositum, a clero et populo electum. Qui hoc Unni pro capellano utens, ad curiam venit. Rex autem Conradus, divino, ut creditur, spiritu afflatus, contempta Leidradi[l] specie, parvulo Unni, quem retro stare conspexerat, virgam pastoralem[m] optulit. Cui etiam papa Iohannes decimus, ut privilegium indicat, palleum dedit[87]. Erat autem vir, sicut in electione ac transitu eius videri potest, sanctissimus, pro qua sanctitate Conrado et Heinrico[n] regibus familiaris et reverendus permansit[o]. Unde et ita versu depingitur:

Principibus notus Unni fuit, ordine nonus.

a) dux *deest* 1. b) *deest* 4. c) etiam *deest* 3. d) vero *addit* 3. e) atque 4. f) rogitantibus 5. g) Alaph 1. h) Haardechnut *notat Vell.* i) Sven 3. Sveui 5. k) eum regno 4. l) aliquantulum *M. F.* m) Saxonum 1. n) Boemi 2. 4. Bohemi 3. 5. o) Vngari 3. 5. *semper.* p) nongentesimo sexto 2. q) eius *addunt* 2. 4. r) Cuius 4. s) centum et X 5. t) pallei 4. u) r. e. 4. eius *deest* 5. v) esse, sicut 4. w) contigit 4. x) aput 2. *saepius.* y) Althei 4. Altei 2. Altheti 3. z) didiscerim 4. *) archiepiscopus 4. a) plene annum unum 4. b) narratur 3. 4. c) ecclesie 1. d) occisum a. in c. ductum 4. e) sunt *addunt* 2. 4. f) schindulas 4. g) cito *deest* 2. 3. h) in *deest* 2. 2a. III. 3. 5. i) traditum a f. habetur 4. k) Reinwardus 4. l) Leudradi 3. m) pastoralem *deest* 3. n) Henrico 2. 3. *semper.* o) fuit 3.

79) *prosapia* i. e. progenies. Ita et infra l. III. c. 52: 80) *Tanti* i. e. tot. 81) De Hungariorum devastatione a. 915 v. Ann. Corbeiens. 82) Hogeri mortem ad annum 917 referunt Ann. Corbeiens., Necrol. Fuldense. 83) Conf. infra l. II. c. 66. 84) 916 Sept. 20. concilium apud Altheim in pago Rhaetiae celebratum est. V. Mon. Legum T. II. p. 555. Videtur tamen Adamum nostrum exemplar actorum huius concilii spurium, cui nomina episcoporum Saxonum, qui ibi non aderant, adscripta sunt, prae oculis habuisse. Conf. etiam quae de Reginwardo disseruimus in Hamburg. Urkundenbuch T. I. Append. II. 85) V. etiam Calend. Merseburg. Kal. Oct. 86) V. c. 37. 53. Annal. Corbeiens., a. 917. 936. 87) Hamburg. Urkundenbuch Nr. 29.

57. In diebus suis Ungri non solum nostram Saxoniam aliasque cis Rhenum provincias, verum etiam trans Rhenum[a] Lotharingiam et Franciam demoliti sunt[88]. Dani quoque Sclavos auxilio habentes, primo Transalbianos Saxones, deinde cis Albim vastantes[b], magno Saxoniam terrore quassabant[c]. Apud Danos eo tempore Hardecnudth Wrm[d. 89] regnavit, crudelissimus, inquam, vermis et christianorum populis non mediocriter infestus. Ille christianitatem, quae in Dania fuit, prorsus delere molitus, sacerdotes Dei a finibus suis depulit, plurimos quoque ille[e] per tormenta necavit.

[48.] Cap 46 58. At vero Heinricus rex, iam tunc a puero timens Deum et in eius misericordia[f] totam suam habens fiduciam, Ungros quidem multis gravibusque praeliis triumphavit; itemque[g] Behemos[h] et Sorabos ab aliis regibus domitos, et ceteros Sclavorum populos uno grandi praelio ita percussit, ut residui, qui fere[i] pauci remanserant, et regi tributum et Deo christianitatem ultro promitterent.

59. Deinde cum exercitu ingressus Daniam, Wrm[k] regem primo impetu adeo[l] perterruit, ut imperata se facere[90] mandaret et pacem supplex deposceret[91]. Sic Heinricus victor apud Sliaswich[m], quae nunc Heidiba[n] dicitur, regni terminos ponens, ibi et marchionem statuit[o. 92] et Saxonum coloniam habitare praecepit. Haec omnia referente[p] quodam episcopo Danorum, prudenti viro, nos veraciter ut accepimus, sic fideliter ecclesiae nostrae[q] tradimus.

[49.] Cap. 47. 60. Tunc beatissimus archiepiscopus noster[r] Unni videns ostium fidei gentibus apertum esse[93], gratias Deo egit de salute paganorum, praecipue vero quoniam legatio Hammaburgensis ecclesiae, pro temporis importunitate diu neglecta, praeveniente misericordia Dei et virtute regis Heinrici[s] locum et tempus operandi accepit. Igitur nichil asperum et grave[t] arbitrans subiri[u] posse pro Christo, latitudinem suae diocesis per se ipsum elegit circuire. Secutus est[u*] eum grex universus, ut aiunt[v], Bremensis ecclesiae, pastoris boni absentia mesti, secumque et in carcerem et in mortem ire parati.

61. Postquam vero confessor Dei pervenit ad Danos, ubi tunc crudelissimum Worm[w] diximus regnasse[x], illum quidem pro ingenita flectere nequivit saevitia; filium autem[y] regis Haroldum[z. 94], sua dicitur[*] praedictione lucratus. Quem ita fidelem Christo perfecit, ut christianitatem, quam pater eius semper odio habuit, ipse haberi publice permitteret[a], quamvis nondum baptismi sacramentum percepit[b].

[50.] Ordinatis itaque[c] in regno Danorum per singulas ecclesias sacerdotibus, sanctus Dei multitudinem credentium commendasse fertur Haroldo[d]. Cuius etiam fultus adiutorio et legato, omnes Danorum insulas penetravit, euangelizans verbum Dei gentilibus et fideles, quos invenit illic[e] captivatos[f], in Christo confortans.

62. Deinde vestigia secutus magni praedicatoris Ansgarii, mare Balticum remigans, non sine labore pervenit[g] ad Bircam. Quo iam post obitum sancti Ansgarii annis 70 nemo doctorum[h] ausus est pertingere, praeter solum, ut legimus, Rimbertum. Ita persecutio nostros retinuit[i]. Birca est oppidum Gothorum, in medio Suevoniae[k] positum[95], non longe ab eo templo, quod celeberrimum Sueones habent in cultu deorum, Ubsola[l]

a) Saxoniam, verum circa R. aliasque t. R. provincias 5. b) devastantes 2. 4. devastarunt 3. c) quassantes 3. d) filius Hardewigh Gorm (Gorem 2.) 2. 3. *Pro* Hardewigh *Velleus coniicit* Haraldi. filius Hardewich Gwrm 4. filius Hartewick Gwrm 5. fil. Hartewich Gwrm *Albert. Stad. a.* 921. e) quoque *deest* 1. quoque ille *desunt* 3. ille *deest* 2. 4. f) misericordiam *M. F.* g) que *deest* 5. h) Bohemos 3. 4. i) fere *deest* 4. k) Gorm Wrm 2. Gorm 2a. Gwrm 4. 5. Vrom. 3. Gorm *coniecit Vell.* l) ita 3. m) Slaswig 3. Sleswigh 2. *saepius.* n) Heidaba 4. Heithbu 2. 2a. Hedheby 3. o) constituit 2. p) omnia a 3. q) nostrae *deest* 4. r) venerabilis 4. s) Heinrici *deest* 2. 3. 4. t) se arbitrans 3. u) subire 2. 3. 4. u*) etiam *add.* 4. v) ut aiunt *desunt* 4. w) Orm 3. Gorm Wrm 2. Gwrm 5. x) crudelissimus Gwrm regnavit 4. y) vero 3. z) Haraldum 3. *) est 4. a) promitteret 3. b) perceperit 2. perceperat 3. c) ita 3. d) m. c. H. s. D. commendavit 4. e) illuc 1. f) captiuos 3. g) balticum navigans, gravi labore venit 4. h) doctor 2. 3. 4. i) obtinuit 4. k) Sueoniae 2. 3. 4. *semper.* l) Upsala 3.

88) Ungarios Saxoniam anno 919 crudeliter vastasse testantur Ann. Corbeiens. h. a. Conf. etiam Reginon. a. 917. 926. 89) Cnuto tantum audit ille Danorum rex apud Widukind l. I. c. 40. Thietmar. Merseburg. l. I. c. 9. 90) *Imperata facere,* locutio Sallustio usitatissima. 91) De Danis per Heinricum victis v. Ann. Augiens. a. 931. Ann. Corbeiens. a. 934. Thietmar. Merseb. l. I. c. 9. ibique notam. 92) sc. novum marchionem in defuncti locum substituit. V. Ann. Einhardi a. 828. Rudolf. Fuld. a. 852. Dahlmann Geschichte von Dänemark T. I. p. 70. Waitz Heinrich I. 93) *Ostium fidei ad vocationem gentium patefactum esse* est locutio Rimberti in Vita S. Anskarii c. 12. 94) Regem Haraldum dictum Blaatand. 95) Conf. l. IV. c. 20. Schol. 121. 122.

dicto: in quo loco sinus quidam eius freti, quod Balticum vel barbarum dicitur, ad[a] boream vergens, portum facit barbaris gentibus, quae hoc mare diffusi[b] habitant, optabilem, sed valde periculosum incautis et ignaris eiusmodi locorum. Bircani enim pyratarum excursionibus, quorum ibi est magna copia, saepius impugnati, cum vi et armis nequeunt resistere, callida hostes aggrediuntur arte decipere. Qui sinum maris impacati per centum et amplius stadia latentium molibus saxorum obstruentes[c], periculosum aeque suis ac praedonibus iter meandi fecerunt. Ad quam stationem, quia[d] tutissima est in[e] maritimis Suevoniae regionibus, solent omnes Danorum vel Nortmannorum, itemque[f] Sclavorum ac[g] Semborum naves, aliique Scithiae populi pro diversis commerciorum necessitatibus sollempniter convenire.

*63. In eo portu confessor Domini egressus, insolita populos appellare coepit legatione. [51. Cap.48] Quippe Sueones et Gothi, vel si ita melius dicuntur Nortmanni, propter barbaricae excursionis tempora, qua paucis annis multi reges cruento imperio dominati sunt, christianae religionis penitus obliti, haut[h] facile poterant ad fidem persuaderi. Accepimus[i] a saepe dicto rege Danorum Suein[k], tunc apud Sueones imperitasse quendam Ring cum filiis Herich[l] et Edmund, ipsumque Ring ante se habuisse Anund[m], Bern[n], Olaph[o], de quibus in gestis sancti Anscharii legitur[96], et alios[p], quorum non occurrit vocabulum[q]. Et credibile est athletam Dei Unnim[r] eosdem reges, quamvis non crediderint, adisse eorumque licentia verbum Dei per Sueoniam praedicasse. Meo autem arbitratu, sicut inutile videtur, eorum acta scrutari, qui non crediderunt, ita impium est, praeterire salutem eorum[s], qui primum crediderunt, et per quos crediderunt. Sueones igitur et Gothi a sancto Ansgario primum in fide plantati, iterumque ad paganismum relapsi[t], a sancto patre Unni sunt revocati. Sufficit hoc scire, ne, si plura dicimus, mentiri velle dicamur[u]. *Melius enim est*, ut ait beatus Ieronimus, *vera dicere rustice, quam falsa diserte proferre*[v. 97].

64. Perfecto autem legationis suae ministerio, cum tandem redire disponeret, [52.] Cap.49. euangelista Dei apud Bircam aegritudine correptus, ibidem fessi corporis tabernaculum deposuit. Anima vero, cum multo animarum triumpho stipata, coelestis patriae capitolium semper laetatura conscendit. Tunc discipuli pontificis exequias eius cum fletu et gaudio procurantes, cetera quidem membra sepelierunt in eodem[w] oppido Birca, solum caput[x] Bremam reportantes, quod decenti honore condiderunt in ecclesia sancti Petri coram altari. Obiit autem peracto boni certaminis cursu[98] in Scitia, ut scribitur, anno dominicae incarnationis 936[y], indictione 9. circa medium Septembris[99]. Hic est annus Ottonis 936. Magni primus, a transitu[z] sancti Willehadi primi Bremensis episcopi 148.

65. Eia vos episcopi, qui domi[a] sedentes, gloriae, lucri, ventris et[b] somni breves delicias in primo episcopalis officii loco ponitis; respicite, inquam, istum pauperem seculi et modicum[c], immo laudabilem magnumque sacerdotem Christi, qui nuper tam nobili fine coronatus, exemplum dedit posteris, nulla temporum vel locorum asperitate vestram[d] pigriciam excusari posse: cum per tanta pericula maris et terrae feroces aquilonis populos ipse pertransiens, ministerium legationis suae tanto impleret studio, ut in ultimis terrae finibus exspirans animam suam poneret[1] pro Christo.

a) in 2. 3. 4. b) diffuse 3. c) obruentes 3. d) quae 5. e) in *deest* 3. f) item 1. g) atque 2. 3. solent Danorum, Nordmannorum, Sclavorum atque 4. h) haud 2. 3. 4. i) autem *addit* 4. k) Sven 3. l) Eric 2 Erich 4. m) Amiod 5. Amund 3. n) Biorn 3. Biorn et 4. o) Olaf 2. p) aliosque 4. q) occurrunt vocabula 4. r) Unni 2. 3 5. s Sicut enim inutile est, acta non credentium scrutari, ita impium arbitramur, eorum preterire salutem 4. t) relapsi ad paganismum 2 3. 4. u) Sufficit — dicamur *desunt* 3. v) Sufficit proferre *desunt 4, eademque defuisse in cod. Ranzoviano refert Maderus.* w) eodem loco vel 3. x) capud 1. y) vicesimo sexto 2. 2a. z) autem *addit* 4. *) CLXVIII. 5. a) domi *deest* 3. b) et *deest* 5. c) seculi et modicum 2. 3. 5. d) nostram 3.

96) Vita S. Anskarii c. 19. 11. 26. 30. 97) Hieronymi epistol. 2. (ed. Paris. 1684. T. I. pag. 10. F.): *Multoque melius est e duobus imperfectis rusticitatem sanctam habere quam eloquentiam peccatricem.* 98) *peracto bono certaminis cursu.* Ita Vita S. Willehadi c. 11. 99) V. Annal. Corbeienses, Cont. Chronici Reginon. a. 936. 1) *Ponere animam* ex Virgilii Georgic. IV, 238.

LIBER SECUNDUS.

Hic habeas libri, lector bone, gesta secundi [a].

[1.] 1. Adaldagus archiepiscopus sedit annos 53. [b] Iste est qui nobis, ut dicitur [c], rem
Cap. 50. publicam restituit[1]. Genere illustris, aetate iuvenis, decorus specie morumque probitate speciosior, a choro sumptus est [d] Hiltineshemensi, consanguineus et discipulus beati Adalwardi [e], Ferdensis episcopi, cuius tunc vita probata, fama illaesa et fides in palatio erat cognitissima [f]. Quem ferunt etiam doctrina et miraculis celebrem, Sclavorum populos [g] eo tempore[2] praedicasse, quo [h] noster Unni ad Scythas legatus extitit. Eius nimirum opera et testimonio commendatus [i] in curia Adaldagus[3] ferulam pastoralem suscepit a magno Ottone; palleum episcopale [k] sumpsit a papa 7° Leone, manus impositionem, sicut praedecessores eius, a Magontino [l] praesule. Necdum autem Hammaburgensis cathedra habuit suffraganeos, quos huius Adaldagi studio recepit [m].

2. Adaldagus itaque primo ut ingressus est episcopatum, Bremam longo prius tempore potestatibus[4] ac iudiciaria manu[5] compressam [n], praecepto [o] regis absolvi [p], et instar reliquarum urbium immunitate simulque [q] libertate fecit donari. Praecepta regis haec continentia praesto sunt, et alia[6]. Mox de legatione sua, quae pro gentium salute primo a decessoribus [r]
Ps. 126, 5. suis recepta, hoc sibi ordine provenit, ut quod alii in [s] lacrimis seminarunt [t], ipse in gaudio
meteret, toto, inquam, animi desiderio succensus, aestuabat, quomodo perficeret, quod religioso
Rom. 8, 28. pietatis formabat affectu. Et quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, dedit [u]
ei Dominus ad voti successum, et prosperitatem temporis et gratiam regis. Cuius ita usus est familiaritate, quod a latere eius raro unquam develleretur [v.7]. Nunquam tamen aut parrochiae necessitati defuit, aut legationis suae curam posthabuit; quin immo victoriosi et iustissimi animum regis in omnibus quae Dei sunt paratum cernens, tum praecipue [w] studium eius [x] ad conversionem paganorum incitare non cessavit; quod etiam pro sententia eius [y] ita evenit, Deo cooperante et piissimi regis dexteram in omnibus corroborante.

[2.] 3. Otto igitur rex divino fultus auxilio, cum [z] primum ab insidiis fratrum suorum ereptus est, iusticiam et iudicium [*] populis fecit[8]. Deinde postquam omnia ferme regna, quae post mortem Karoli defecerant, suo imperio subiugaret [a], in Danos arma corripuit, quos antea [b] pater eius bello compressit. Illi vero bellare [c] moliti [f], apud Heidibam [d] legatos Ottonis cum marchione trucidarunt, omnem Saxonum coloniam funditus extinguentes. Ad quam rem ulciscendam rex cum exercitu statim [e] invasit Daniam; transgressusque [f] terminos Danorum, apud Sliaswig olim positos, ferro et igne vastavit totam regionem usque ad mare novissimum, quod Nortmannos [g] a Danis dirimit et usque in praesentem diem a victoria regis Ottinsund [h] dicitur. Cui egredienti [i] Haroldus apud Sliaswig [k] occurrens bellum intulit [l]. In quo utrisque viriliter concertantibus [m] Saxones victoria potiti

a) *Deest hic versus* 2. 2a. 3. 4. Hic incipit liber secundus. 5. Liber secundus. 3. *Nulla libri hic distinctio in codd.* 2. 2a. 4 b) LIIII. 4. c) ut dicitur *desunt* 4. d) est *deest* 4. e) Adalalwardus 1. f) cognotissima 1. g) populis 2. 3. 4. h) quos 1. i) commendatur 1. k) archiepiscopale 2. 3. 4. l) Mogontino 2. 4. Mogentino 3. m) recipit 3. accepit 5. n) oppressam 4. o) praecepta 1. p) absolvit *M. F.* q) que *deest* 1. r) praedecessoribus 4. s) in *deest* 1. *male.* t) seminaverunt 2. 3. u) dedit *deest M. F.* v) divelleretur 2. 4. avelleretur 3. w) tum (cum 1.) praecipue *desunt* 4. x) eius *deest* 1. y) eius *deest* 2. 3. 4. z) quam 3. *) iud. et iust. 2. 3. 5. *Helmold l. I. c.* 8. a) subiugarat 3. 4. b) ante 4. c) Enim vero tunc rebellare 4. d) Heidebam 4. Heidhbu 2. Hedaby 3. e) statim *deest* 4. f) que *deest* 5. g) Danos a Nordmannis 4. h) Ottinsand 1. Ottinsunt 4. Ottesund 3. Oddesund 2. i) regredienti 4. k) Sliswig 4. l) *In margine cod. 2:* Bellum Ottonis et Danorum. m) certantibus 2. 3. 4.

1) Respexisse videtur noster Virgilii Aeneid. l. VI. v. 847: *Unus qui nobis cunctando restituis rem.* 2) vel potius paulo ante; Adalwardus enim iam anno 933. Oct. 28. supremum diem obierat. 3) Cf. Vitam Mathildis reginae cap. 8. Thietmar. Merseb. l. II. c. 26. 4) *potestas* i. e. advocatus, qui dicitur „koninclike wolt“ in Statutis Bremensib. a. 1303. ord. 80. 118. et alias, vel etiam apud Frisios Woltbote. 5) *manus* i. e. auctoritas, nisi mavis symbolum auctoritatis iudiciariae sceptro affixum, quale constat fuisse manus iustitiae apud reges Francorum, in monumentis Karoli Magni, apud Byzantinos etc. V. Montfaucon de la Monarchie françoise. T. I. pag. XXXVI. I. Grimm Deutsche Rechtsalterthümer p. 763. 6) Veluti de 937. Iun. 30. Aug. 7. 966. Aug. 10. Hamb. Urkundenb. Nr. 31. 32 et 43. In hoc negotiatores Bremenses iure ceterarum regalium urbium donantur. 7) Regis cancellarius per aliquod tempus fuit. 8) *iustitiam et iudicium facere.* Genesis c. 18. v. 19. cf. Ps. 88. v. 15. Similiter „iudicio et iusticia gubernare“ infra c. 8 et 55. 9) quod factum esse videtur paulo postquam rex Otto Normannos, regis Haroldi Blaatand socios, in urbe Rothomago frustra obsedit; v. Flodoard a. 945. Dudon. l. III.

sunt, Dani victi ad naves cesserunt[a]. Tandemque[b] condicionibus ad pacem inclinatis, Haroldus Ottoni subicitur, et ab eo regnum[c] suscipiens, christianitatem in Dania recipere spopondit. Nec mora, baptizatus est ipse Haroldus cum uxore[d] Gunhild[e] et filio parvulo, quem[f] rex noster a sacro fonte susceptum Sueinotto[g] vocavit[h]. Eo tempore Dania cismarina, quam Iudland[i] incolae appellant, in tres divisa episcopatus, Hammaburgensi episcopatui[k] subiecta est. Servantur in Bremensi ecclesia praecepta regis[10], quae signant[11], Ottonem regem in sua ditione regnum Danicum tenuisse, adeo ut etiam episcopatus ille donaverit. In privilegiis autem Romanae sedis videri potest, quod Agapitus[l] papa Hammaburgensi ecclesiae de salute gentium congratulatus, omnia quae a decessoribus[m] suis Gregorio, Nicolao, Sergio et ceteris Bremensi archiepiscopatui concessa sunt, et ipse concessit Adaldago[12]. Cui etiam sua vice ius ordinandi episcopos tam in Daniam, quam in ceteros[n] septentrionis populos, apostolica auctoritate concessit.

4. Igitur beatissimus pater noster[o] primus ordinavit episcopos in Daniam, Horit vel Haredum ad[p] Sliaswig, Liafdagum ad Ripam, Reginbrondum[q] ad Harusam[r,13]. Quibus etiam commendavit illas ecclesias, quae trans mare sunt, in Fune[s], Seland et Scone[t], ac in Sueonia. Anno archiepiscopi factum est hoc 12⁰. Et haec quidem initia 948. coelestis misericordiae secutum est tale incrementum, Deo cooperante, ut ab illo tempore usque in hodiernum diem ecclesiae Danorum multiplici borealium gentium fructu redundare videantur[u].

5. Fertur[v] etiam ipso tempore fortissimum Ottonem[w] regem universos populos [3.] Cap. 51. Sclavorum imperio subiecisse[x]. Quos pater[y] eius uno grandi bello[z] domuerat, ipse tanta virtute deinceps[*] constrinxit[14], ut tributum et christianitatem pro vita simul et patria libenter offerrent victori, baptizatusque est totus gentilium populus[a]. Ecclesiae[b] in Sclavania[c] tunc primum constructae[d], de quibus rebus circa finem, ut gestae sunt, oportunius aliquid sumus dicturi[e].

Invenimus adhuc in scriniis ecclesiae nostrae Coloniensem archiepiscopum, qui tunc claruit, Brunonem[15], postquam Hammaburg nostram vidit habere suffraganeos, veterem de Brema instaurasse querelam[f], sperans se quae voluit eo facilius adepturum, quod regis erat confrater Ottonis[g]. Sed dum frustra laborasset omnibus modis, nec papae consilium[h], nec dicitur fratris meruisse[i] auxilium. Ita vir nobilis idemque[k] sapiens auctoritate pontificis Adaldagi facile superatus, in gratiam nostrae ecclesiae, ut scribitur, cum[l] satisfactione redivit, praedicans Hammaburgensem ecclesiam, quae in tanto gentilium periculo constituta sit, non debere laedi ab aliquo, verum dignam esse, quae omni consolationis amore foveatur et celebretur ab omnibus ubique ecclesiis. Adhuc posteris in memoria est, quendam Erp, diaconem[m] pontificis Adaldagi, quia fideliter ei astiterit[n] in praefata contentione, Ferdensi ab rege[16] episcopatu donatum, simul et alios fratrum,

a) potiti, Danos ad naves cedere coegerunt 4. b) que *deest* 4. c) regnumque ab eo 4. d) sua *addit* 4. e) Gunild 3. f) filium *addit* 4. g) Svenotto 2. 3. 5. *semper.* h) *In margine cod.* 2: Haroldus rex baptizatur. i) Iutlant 3. 4. Wiudland 2. k) archiepiscopatui 4. l) Agapetus 3. 5. m) praedecessoribus 4. n) ceteros *deest* 2. 3. 4. o) archiepiscopus noster 2. 3. 4. omnium *addit* 4. p) *Ita correxi pro* Horituharedum a 1. *conf. infra c.* 23. Haroldum ad 2. 3. 4. q) Reinbrandum 4. r) Arusiam 2. Arhusiam 3. Arhusan 4. Arhusam 5. *In margine cod.* 2: De tribus primis Daniae episcopis. s) Fionia 2. 3. Fiune 4. Finne 5. t) Scane 3. Scania 5. u) videntur 3. v) Ferunt 2. 3. w) Quo etiam tempore fortissimus rex Otto 4. x) i. suo subiecisse 2. 3. suo subiecit i. 4. y) Quosque 2. 3. Et quos 4. z) praelio 3. *) ipse Otto tanto deinceps Dei adiutorio 2. 2a. *Ita et* 3, *ubi tamen deest:* Dei *et similiter* 4: ipse O. tanta d. D. a. potentia. a) sicque baptizatur g. p. universus 4. b) Et ecclesiae 4. c) Slavonia 3. d) sunt constructe 4. e) dicemus 5. f) Igitur post haec Coloniensis archiepiscopus Bruno videns iam Hammaburg nostram divina opitulante gratia suffraganeos habere, veterem de Brema, sicut in scriniis ecclesie nostre invenimus, instauravit querelam 4. g) quod filius erat Ottonis regis 2. 3. 4. h) concilium 5. i) nec patris meruit habere a. 4. k) atque 4. l) ecclesiae cum digna 4. m) Erponem diaconem 2. 2a. archidiaconum 3. Erp, diaconum 5. n) adstiterit 3(?) 5.

10) V. privilegium Ottonis I. imp. ann. 965. 6. Kal. Iul. 11) *signare* hic non significat: *expressis verbis dicere*, sed *innuere.* 12) Bullam d. 948. Ian. 2. v. in Hamburger Urkundenbuch Nro. 35. 13) Oredus (aliis Horat), Liafdagus et Reginbrandus concilio interfuerunt Ingelhemiensi 948. Ian. 7. V. supra Leg. T. II. p. 210. Flodoard h. a. Richerus h. a. Haredi episcopi diem emortualem habet Necrologium Merseburg. ad 11. Kal. Maii. Sedit ab anno 948—972. V. infra Chronic. breve Bremense. 14) *tanta virtute constrinxit.* Similiter infra l. III. c. 53. *magna virtute constringere* et l. III. c. 33. *muliebri potestate constringere.* L. IV. c. 22. *constringere potentia.* 15) Bruno, filius Heinrici I, archiepiscopus Coloniensis 953. † 965. 16) Ottone II, nempe anno 976. teste Thietmaro Merseb. l. III. c. 4.

qui in praedicatione Danorum et Sclavorum cum archiepiscopo studiosi fuerunt, pro labore suo maioribus asserunt cathedris intronizatos[a].

Cap. 52. 6. Nempe studium patris Adaldagi totum fuit in conversione gentium, in exaltacione ecclesiarum, in salute[b] animarum, pro cuius rei magisterio[c] meruit vir dilectus Deo et[d] hominibus, ut omnibus[e] in veneratione haberetur, etiam inimicis.

[4.] Cap. 53. 7. Post haec[f] cum rex victoriosissimus Otto, ad liberandum[g] sedem apostolicam vocaretur in Italiam, consilium fertur habuisse[h], quem post se vicarium potestatis ad faciendam iusticiam relinqueret[i] in his partibus, quae barbaris confines sunt terminis. Nondum enim post tempora Karoli, propter veteres illius gentis seditiones, Saxonia ducem accepit, nisi caesarem. Qua necessitate rex persuasus, Hermanno primum tutelae vicem in Saxonia commisit[17]. De quo viro et progenie viri, quoniam tam Bremensi ecclesiae, quam aliis magno excidio surrexisse videntur[k], altius ordiri necessarium duxi.

Cap. 54. 8. Vir iste pauperibus ortus natalibus, primo, ut aiunt, 7 mansis totidemque manentibus ex hereditate parentum fuit contentus. Deinde quod[l] erat acris[18] ingenii decorisque[l*] formae, cum pro merito fidei et humilitatis, quam dominis et paribus[m] exhibuit, facile notus[m*] in palatio[n], ad familiaritatem pervenit ipsius regis. Qui comperta iuvenis industria, suscepit eum in numero ministrorum, deinde nutricium praecepit esse filiorum[19]; mox etiam succedentibus prosperis[20], commisit ei vices praefectorum[o]. In quibus officiis strennue administratis, dicitur manentes suos pro furto [in iudicium[p]] delatos, data sententia simul omnes dampnasse ad mortem. Cuius novitate facinoris et tunc carus[q] in populo et clarissimus deinceps factus est in palatio. Postquam vero ducatum Saxoniae meruit, iudicio et iusticia gubernavit provinciam, et in defensione ecclesiarum sanctarum studiosus permansit usque in finem. Nam et Bremensi ecclesiae ac matri Hammaburg fidelis extitit ac[r] devotus, multa bona faciens in fratres et in omnes Saxoniae congregationes.

[5.] Cap. 55. 9. Igitur tali viro[s] piissimus rex et archiepiscopus noster vices[t] suas in hac
961. Aug. regione commendantes, in Italiam discesserunt[u]. Ubi rex habito concilio episcoporum, Iohannem papam, cui Octaviano cognomen tum erat[v], multis[w] accusatum criminibus deponi fecit, quamvis absentem, nam fuga iudicium subterfugerat[x], et in locum eius
962. protum[y] Leonem ordinari[z]. A quo[21] ipse mox coronatus, imperator et augustus a populo Romano consalutatus est, anno regni[*] 28°[22], post coronatum Romae Karulum[a]
Cap. 56. 153°[23]. Eo tempore imperator cum filio[24] quinquennium[b] in Italia commoratus[25], filios Beringarii[c] debellavit, Romamque pristinae reddidit libertati[26]. His diebus annisque totidem noster archiepiscopus, apud quem summa consiliorum pendebat[27], in regno[d] Italiae conversatus est, non sponte, inquam, sed quod a regum latere divelli non potuit. Ingens lucrum de peregrinatione sua Bremensi ecclesiae paravit. Tunc enim collegisse traditur patrocinia sanctorum, quibus nunc et in aevum hoc triumphat nostrum episcopium. Fertur eius populus itaque non ferens diuturnam[e] boni pastoris absentiam, nuntiis et litteris metum ingerentibus tandem effecisse, ut suum gregem visere[f] dignaretur.

a) Et de studio Adaldagi ad praedicationem gentium et de origine ducum norma. *Glossema in sequentia textui codd.* 2. 4. *irrepsit.* b) salutem 3. c) ministerio 3. d) vt 3. e) omnibus *deest* 3. ab omnibus 2. f) vero *addit* 4. g) liberandam 4. *Helm. l. I. c.* 10. h) *Ita* 2. 3. *Helmold.* habuit 1 (?). 4. i) reliquerunt 1. k) videtur 2. 3. 4. 5. l) quia 4. l*) que *deest* 1. m) patribus 5. m*) esset *add.* 2. 3. 4. n) curia 4. o) praefecturae 4. p) in iudicium *deest* 1. in iudicio *Helm. l. l.* q) charus 5. clarus 3. r) et 3. s) viri *F.* t) vires 5. u) decesserunt 3. v) cui Octavianus nomen erat 4. w) multis 4. *deest* 5. x) declinaverat 2. 3. y) *Ita* 1. *Helmoldus l. I. c.* 10. promptum 2. 3. 4. promtum *Albert. Stad. a.* 961, *ubi ex coniectura Reineccii legitur:* promptum. *Certe* protus *dictum est pro protoscriniario, cuius officium Leonem constat tenuisse. V. Contin. Reginon. a.* 963. *Liudprand l. VI. c.* 11. z) ord. precepit 4. *) sui *addit* 4. a) Karolum 4. b) in I. per quinquennium 4. c) Berengarii 2. 3. 5. d) regna 1. e) diuternam 1. f) revisere 2. 3. 4.

17) V. Wedekind Noten T. II. p. 353 sq. 18) *acre ingenium:* Sallust. Iug. c. 3. 24. V. infra l. III. c. 1. 2. 19) Wilhelmi, ut videtur, et Ludolfi. 20) *succedentibus prosperis.* Ita et l. III. c. 11. 58. 21) Constat Ottonem imperatorem Romae a papa Iohanne XII. coronatum esse a. 962. Febr. 2, hunc vero depositum esse et protoscriniarium Leonem in eius locum electum a. 963. m. Novembri. 22) rectius anno regni 26. 23) rectius anno 162. 24) Otto II. nonnisi in tertia expeditione Italica a. 967. Octob. Italiam intravit. 25) rectius per quadriennium, scilicet ex fine anni 961 usque ad initium anni 965. 26) *pristinae reddidit libertati.* Conf. l. III. c. 5. 33. l. I. c. 13. 27) In charta imperatoris a. 962. Oct. appellat Adaldagum *summum regnorum nostrorum consiliarium.* In alia a. 965. Ian. 3. inter dilectissimos consiliarios recensetur. V. Hamburg. Urkundenb. T. I. p. 46.

Cui etiam venienti perhibent suos et extraneos itinere tridui occurrisse, prae gaudio flentes, et quasi[a] alteri Iohanni[b] clamabant, dicentes: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* E. Matth. 21, 9

10. Reversus ergo in patriam archiepiscopus, sicut audivimus et cognovimus et patres nostri narraverunt nobis[c], duxit in comitatu suo Benedictum, papam ordinatum, sed tunc[d] ab Ottone[e] depositum[f], quem ille[g] in Hammaburg custodiae mandari[h] praecepit, archiepiscopus vero magno cum honore detinuit[i] usque ad obitum eius. Nam vir sanctus litteratusque fuisse dicitur, et qui dignus apostolicae sedi[k] videretur[l], a populo Romano nisi quod per tumultum electus est, expulso eo, quem ordinari iussit[m] imperator. Igitur apud nos in sancta conversatione vivens, aliosque sancte vivere docens, cum iam Romanis poscentibus ab caesare restitui deberet[n], apud Hammaburg in pace quievit. Transitus eius[n*] quarto[o] Nonas Iulii contigisse describitur[27]. [Praepositus illius temporis Bremae claruit Eilhardus, vir spontanea paupertate clarus[p], et custos regulae canonicae. Tuncque[q] scolas ecclesiae florentissimo studio rexit Tiadhelmus[r], qui erat ex discipulis magni Octrici Magdeburgensis[s. 28].][t] [6.] Cap. 57.

11. Archiepiscopus autem reliquias sanctorum martyrum, quas ab urbe Roma[u] deportavit[v], magna per parrochias suas diligentia distribuit. Antecessores[w] sui Deo servientium animarum quinque coenobia fundasse dicti sunt[x]. His ille sextum addidit apud Hesilingun[y. 29], ubi nobilissima virgo Christi Wendilgart, et pater eius Haldo[z] nomine, totum Deo et sancto Vito martyri[*] patrimonium suum[a] offerens, magnam virginum turmam congregavit[30]. Septimam congregationem in Frisia Ripesholt[b. 31] fecit sanctorum virorum de praedio et oblatione quarundam fidelium[b*] matronarum, Reingerd[c] et Wendilae[d], ubi reliquias sancti locavit Mauritii[e], et alia alibi. [Hae sunt reliquiae sanctorum, quas dominus Adaldagus ab Italia portavit[f], corpora[g] Quiriaci et Caesarii, item[h] Victoris et Coronae, Felicis et Feliciani[i], Cosmae et Damiani.][k] Cap. 58.

12. Cumque sanctus pontifex omnium ecclesiarum suarum paternam, ut apparet[l], sollicitudinem gereret, xenodochii Bremensis dicitur magnam habuisse[m] curam. Quod ipse[n] multo maioribus auxit reditibus, quam antecessores eius: adeo ut praeter hospites, qui frequenter suscipiebantur, cotidie pascerentur in hospitali pauperes[o] 24. In quo ministerio fidelissimus extitit Libentius, quem secum duxit ab Italia pontifex[p]. [7.] Cap. 59.

13. Ipso tempore magnus Otto, subiugatis christianaeque fidei copulatis Sclavorum gentibus, inclytam urbem Magedburg[q] super ripas Albiae fluminis condidit, quam Sclavis metropolem statuens, Adalbertum, summae sanctitatis virum, ibidem consecrari fecit archiepiscopum. Is primus in Magedburg ordinatus, 12 annis strennue pontificatum administravit, multosque Sclavorum populos[r] ille[s] praedicando convertit. Cuius ordinatio facta est anno imperatoris[32] et nostri archiepiscopi 35, et sunt anni[t] post ordinationem sancti Ansgarii 137[33]. Cap. 60.

a) *In cod. 4. haec ita leguntur*: a regum latere non poterat, unde magnum ecclesiae suae lucrum paravit. Tunc etiam sanctorum, quibus nunc et in aevum hoc triumphat episcopium, patrocinia collegisse traditur. Populus itaque boni pastoris diuturnam graviter ferens absentiam, nunciis et literis metum ingerentibus, tandem ut suum reviseret gregem sollicitare curavit. Cui etiam demum in patriam venienti, totus simul populus, et extranei cum ipsis, itinere tridui occursantes, et prae gaudio flentes, quasi. b) Ihū 2. Christo 3. c) sicut — nobis *desunt* 4. d) tunc *deest* 4. item 2. 3. e) imperatore *addit* 4. f) depulsum 4. g) ille *deest M. F.* h) mancipari 4. i) eum *addit* 2. 2a. k) apostolica sede 3. l) videtur 3. m) preceperat 4. n) debuisset 5. o) Cuius transitus III. 4. p) Quo in tempore B. c. E. v. s. p. c. ecclesie prepositus 4. q) Tunc et 4. r) Tyadhelmus 2. 3. s) qui fuerat m. O. Magdaburg discipulus 4. t) *Uncis inclusa desunt* 1. u) Roma *deest M. F.* v) portavit 3. w) Nam antecessores 4. x) fundarunt 4. y) Heslinge 4. Basilingan 2. Basilingim 3. z) Habdo 2. 3. Haddo 4. *quod rectius videtur.* *) martyri *deest* 2. 3. a) suum *deest* 3. b) Ripesholt *deest* 2. 3. 4. b*) nobilium 2. 3. 4. c) Reingerb. 2. 3. d) Wendele 5. e) sanctorum locavit 2. 3. 4. f) quas ab Italia archiepiscopus deportavit 4. g) videlicet *addit* 4. h) item *deest* 4. i) Feliciane 2. 3. k) *Uncis inclusa desunt* 1. l) ut apparet *desunt* 4. m) Bremensis m. habuit 4. n) etiam 4. o) XXIV pauperes 2. 3. in h. XXIIII paup. pasc. 4. p) pontifex *deest* 4. Libentius pontifex*, q. s. d. a. I. 2. 3. q) Magedbrug 1. Magdaburg 4. *et ita infra.* Medenburg 3. r) populorum 1. populo 5. s) ille *deest* 3. 4. t) anni *deest* 5.

27) Conf. Hamburg. Urkundenb. T. I. Nr. 42. ibique not. 28) Archiepiscopus Magdeburgensis electus obiit 981. De quo vide plura apud Thietmarum Merseburg. et Richerum. 29) Distat dimidio fere milliari a monasterio Zeven. Conf. Albert. Stad. a. 1136. 30) V. Thietmarum l. II. c. 26. 31) sc. Reepsholt in pago Ostringiae et praefectura Friedeburg. V. privilegium Ottonis II. imperatoris a. 983. Ian. 9. Hamburg. Urkundenb. T. I. Nr. 46. 32) Rectius dixisset Adamus: *regis.* 33) Ordinatus est Adalbertus non anno 971, ut Adamus autumavit, sed anno 968, obiit vero post annos tredecim, sc. 981. V. Annal. Hildeshem.

[8.] Cap. 61. 14. Magedburgensi[a] archiepiscopatui[b] subiecta est tota Sclavonia[c] usque[d] Penem fluvium. Episcopatus suffraganei quinque, quorum Mersiburg[e] et Ciscia[f] super Salam flumen condita, Misna vero super Albiam, Brandanburg[g] et Hevelberg[h] interius vadunt. Sextus episcopatus[i] Sclavoniae[k] est Aldinburg[34]. Eum, quod[l] vicinior nobis est, imperator Hammaburgensi archiepiscopatui subiecit, ibique archiepiscopus[m] noster primum ordinavit episcopum Euraccum[35] vel[n] Egwardum[o], quem latine dicimus[p] Euagrium.

15. Et quoniam occasio se locorum praebuit, utile videtur exponere, quae gentes trans Albiam Hammaburgensi pertinentes sint dyocesi[q]. Haec clauditur ab occidente occeano Brittannico[r], a meridie Albia flumine[s], ab oriente Pene fluvio[t], qui currit in mare Barbarum, ab aquilone vero Egdore[u] fluvio, qui Danos dirimit a Saxonibus[v]. Trans-
Schol. 12. albianorum[w] Saxonum populi sunt tres: primi ad occeanum sunt[w*] Tedmarsgoi[x], et eorum ecclesia mater in[y] Melindorp[z. 36]; secundi Holcetae[*], dicti a silvis quas accolunt; eos Sturia[a] flumen interluit[b], ecclesia Scanafeld[c. 37]; tercii et[d] nobiliores Sturmarii dicuntur, eo quod seditionibus ea[e] gens frequens[f] agitur. Inter quos metropolis Hammaburg caput extollit, olim viris et armis potens[38], agro et frugibus felix; nunc vero peccatorum vindictae patens, in solitudinem redacta est. Et quamvis[g] decorem urbis amiserit, vires[h] adhuc retinet metropolis, viduitatis suae dampna consolans in provectu[i] filiorum, quos per totam septentrionis latitudinem suae[k] legationi[l] cotidie videt accrescere. De quibus
Psalm. 40,6. etiam tam laeta[m] clamare videtur: *Annuntiavi et locuta[n] sum, multiplicati sunt super numerum.*

[9.] Cap. 62. Schol. 13. 15[b]. Invenimus quoque limitem Saxoniae quae[o] trans Albiam est, praescriptum a Karolo et imperatoribus ceteris, ita se continentem. Hoc est ab Albiae ripa orientali usque ad rivulum quem Sclavi Mescenreiza vocant, a quo sursum limes currit per silvam Delvunder[p] usque in fluvium Delvundam[q. 39]; sicque pervenit in Horchenbici[r. 40] et Bilenispring[s. 41]; inde ad Liudwinestein[t. 42] et Wispircon[u. 43] et Birznig[v. 44] progreditur. Tunc in Horbinstenon[w. 45] vadit usque[x] in Travena[y] silvam[46], sursumque per ipsam in Bulilunkin[z. 47]; mox in Agrimeshov[**. 48], et recto[a] ad vadum, quod[a*] dicitur Agrimeswidil[b. 49], ascendit.

Schol. 12. Sturmarios alluit[c] ab oriente Bilena[d] fluvius, qui mergitur in Albiam fluvium[e], sicut ille superior. (2. 4. 5. 6.)

Schol. 13. Travenna flumen est, quod[f] per Waigros[g] currit in mare barbarum, iuxta quem fluvium mons unicus est Albere[h] et[i] civitas Liubice[k]. (2. 3. 4. 6.)

a) autem *addit* 4. Magadburgensi 6. b) episcopatui 1. c) Slauonia 3. 4. *saepius.* d) ad *addunt* 2. 4. e) Mersburg 4. f) Tyscia 3, *ubi* et *deest.* Cicia 5. g) Brandinburgh 2. Brandenburg 3. 5. h) Heuelbergh 2. Heuelbierg 3. Havelberg 4. Heuelburg 5. i) episcopus 3. k) Sclauanie 2. l) quem quia 4. m) archiepiscopatus 6. n) *ita* 6. Curaccum vel 1. 3. *desunt* 2. 4. o) Edwardum 2. 3. 4. p) Latini dicunt 3. q) Hammaburgensis ecclesie pertinentes sint parrochie 4. r) Brintannico 1. Brittanico 2. Britanico 3. Britannico 4. s) fluvio 2. 3. 4. t) flumine 1. 6. u) Egodore 5. v) Saxonia 3. w) atque *addit* 2. w*) sunt *deest* 4. x) Thedmarskones 2. Thiatmarsgoi 4. Thiedmarsgoi 5. Thiedmarsi 3. y) mater in *desunt* 4. z) Milindorp 3. Milindrop 2. Mildinthorp 4. Melimdorp *M.* *) Holmine 1. 6. scette 2. Olcetae 3. Holsati 4. Holtzati 5. a) Stiriha 3. b) interfluit 2. 3. 4. quorum *addit* 4. c) Scanefeld 3. Sconevelt 2. Sconenfeld 4. d) qui et 4. e) illa 4. f) frequenter 4. g) occulto Dei iudicio vastata *addit* 4. h) tamen *addit* 4. i) proventu 3. profectu 2. k) sua 1. l) legatione 1. 6. m) tam laeta etiam 2. 3. tam *deest* 4. n) locutus 2. 3. 4. o) qui 4. p) Delunder 3. Deluundez *M. F.* q) Delundam 3. Delwudam 2. r) Horchembici 2. Horchembeke 4. Houehembici 3. s) Hylemspring 2. Hilimpring 3. Heilmspring 4. Heilinspring 5. Heilingspring *M. F.* t) Luidwinestein 2. Ludwinestein 4. Ziudwinsten 3. u) Wifpircon 1. 6. Wisbircon 4. v) Hyrzing 2. 3. Hirzing 4. Husinc 5. w) *ita* 6. Horbistenon 1. 2. 4. Harbistenon 3. x) usque *deest* 5. y) Trauennam 2. 3. 4. z) Bulilunchin 3. Bulilunken 4. **) Crimeson 2. 5. Crimeson 3. 4. a) recte 2. 3. 4. a*) qui 1. 6. b) Agrimeswidel 3. Agrimeswedel 4. c) affluit 5. d) Hilena 2. e) flumen 4. f) fluvius, est qui 4. g) Wagros 4. Ungros 2. h) Alber . . civitatis Livbice 6. *Legendum:* Alberc. *De quo monte postea Segeberg nuncupato v. Helmold l. I.* Albere 2. 3. 4. i) *ita correxi;* est 2. 3. 4. k) Lubecke 2. Liubeke 4. Luibeke 5. Luitbeke *M. F.* *In cod.* 3. *hoc scholion ita legitur:* Trauenna fluvius est, prope quem condita est Lybic civitas.

34) Oldenburg, urbs Wagriae. 35) Nomen illud videtur esse Evracrus, Evracarus (Ebrachar), quod Euagrio melius respondet. Legitur tamen pro eo Everacus Annal. Sax. a. 972. Apud Helmoldum l. I. cap. 12. 13. audit ille Ecwardus. 36) Meldorf. 37) Schönefeld. 38) *potens armis.* Virgil. Aen. I, 531. 39) die Delvenau. 40) rivulus iuxta Hornbeck in parrochia Breitenfelde. 41) fons rivuli qui hodie die Bille vocatur. 42) fortasse Steinhorst. 43) Wesenberg, villa parrochialis prope Travennam. 44) Birneze s. Bisneze hodie Bissenitz, rivulus qui limitem constituit possessionum monasterii Reinfeld. V. documenta a. 1163 et 1189. apud Hansen, Nachricht von den Holstein-Plönischen Landen p. 110. Mergitur in lacum iuxta Prohnsdorf. 45) fortasse Garbeck, qui rivulus iuxta Gnissow in Travennam mergitur. 46) Travenhorst. 47) Blunk, villa parrochiae Segeberg, in ripa orientali Travennae. 48) Tensebeck. Conf. Helmold l. I. c. 57. 63. 49) hodie der Stocksee. V. Dankwerth Landesbeschreibung der Herzogthümer Schleswig und Holstein.

Ubi et Burwido[a] fecit duellum contra campionem Sclavorum, interfecitque[b] eum: et lapis in eodem loco positus est in memoriam[c]. Ab eadem igitur aqua sursum procurrens terminus in stagnum Colse[50] vadit; sicque ad orientalem campum venit Zuentifeld[51], usque in ipsum flumen Zuentinam, per quem limes Saxoniae usque in pelagus Scythicum et mare quod vocant[d] orientale delabitur. Schol. 14.

16. De cuius freti natura breviter in gestis Karoli meminit Einhardus, cum de bello diceret Sclavanico[52]. *Sinus*, ait, *quidam ab occidentali occeano versus orientem[e] porrigitur, longitudinis quidem incompertae, latitudinis vero, quae nusquam centum milia[f] passuum excedat[g], cum in multis locis contractior inveniatur. Hunc multae circumsident nationes, Dani siquidem[h] ac Sueones, quos Nortmannos[i] vocamus, et septentrionale litus et omnes in eo insulas[k] tenent. At[l] litus australe Sclavi et aliae diversae incolunt nationes, inter quos vel praecipui sunt, quibus tunc a rege bellum[m] inferebatur, Wilzi, quos ille una tantum et quam per se gesserat, expeditione ita contudit[n] ac domuit, ut ulterius imperata facere minime rennuendum[o] iudicarent.*

17. Haec ille. Nos autem, quoniam mentio Sclavorum totiens[p] incidit, non ab re arbitramur, si de natura et gentibus Sclavaniae historico aliquid dicemus[q] compendio, eo quod Sclavi eo tempore studio nostri pontificis Adaldagi narrantur ad christianam religionem fere omnes conversi[r]. [10.] Cap. 63.

18. Sclavania igitur, amplissima[*] Germaniae provintia, a Winulis[53] incolitur, qui olim dicti sunt Wandali. Decies maior esse fertur[s], quam nostra Saxonia, praesertim si Boemiam et eos qui trans Oddaram[t] sunt Polanos[u], quia nec habitu, nec lingua discrepant, in partem adieceris Sclavaniae. Haec autem regio cum sit armis, viris et frugibus opulentissima, firmis undique saltuum vel terminis fluminum[v] clauditur. Eius latitudo est a meridie usque[w] in boream, hoc est ab Albia fluvio usque ad mare Scythicum. Longitudo autem illa videtur, quae initium habet ab nostra Hammaburgensi parrochia et porrigitur in orientem, infinitis aucta spatiis, usque in Beguariam[x], Ungriam et[y] Graeciam. Populi Sclavorum[z] multi, quorum primi sunt ab occidente confines Transalbianis Waigri[*], eorum civitas Aldinburg[a] maritima. Deinde secuntur Obodriti[b], qui nunc[c] Reregi[d. 54] vocantur, et civitas eorum Magnopolis[55]. Item versus nos Polabingi, quorum civitas Razispurg[e]. Ultra illos sunt Lingones[f. 56] et Warnabi[g. 57]. Mox habitant Chizzini[58] et Cir- Cap. 64. Schol. 15. Schol. 16.

Schol. 14. Zuentina[h] fluvius currit a lacu, in quo Plunie[i] civitas sita est. Inde per saltum vadit Isarnho[k], mergiturque in[l] mare Scythicum[m]. (2. 3. 4. 5. 6.)

Schol. 15. Trans Oddoram[n] fluvium primi habitant Pomerani, deinde Polani, qui a latere habent hinc Pruzzos[o], inde Behemos[p], ab oriente Ruzzos[q]. (2. 3. 4. 5. 6.)

Schol. 16. Aldinborg civitas magna Sclavorum, qui Waigri dicuntur, sita est iuxta mare, quod Balticum sive Barbarum dicitur, itinere die . . ab Hammaburg. (6.)

a) Burgwido 2. 4. Byurguido 3. b) et *deest* 3. c) ubi et lapis in monumentum positus est 4. d) dicitur 4. e) *deest* 4. f) milia *deest* 1. ̅c 6. g) excedit 1. h) quidem 2. 3. 4. i) Nordmannos 2. 3. 4. k) insulant 1. l) Ad 3. 5. m) bellum a rege 1. n) contulit 1. 2. 6. *Ita et codd. nonnulli Einhardi l. l.* o) renuendum 3. 4. p) tocies 3. tocius 1. q) dicamus 3. 5. r) Adaldagi ad ch. f. sint o. r. conversi 4. s) dicitur 5. t) Oddoram 2. 4. *saepius.* u) Polanas 2. v) et fluminum terminis 2. 3. 4. w) usque *deest* 2. 3. 4. x) Beuguariam 2. Benguariam 3. Bulgariam *M. F.* y) vel 6. z) igitur Slauorum sunt 4. *) Vagri 3. a) Aldenburg 5. b) Obotriti 3. c) numero 2. 3. altero nomine 4. d) Kerigi 3. e) Razisburgh 2. Razisburg 3. 4. f) quos Lingones sunt 4. *Vocabulo* Lingones *in cod.* 1. *superscriptum est:* uel lonoges. *Cod.* 6. *legit:* Linoges, *cui superscriptum est* uel Lingones. g) Warnabi 2. 3. 4. h) Lleuenna 2. i) Plunie 2. Plinne 3. Plone 4. k) Isatuho 2. l) inque 5. m) non longe ab oppido Kyl *addit Lindenbrogius. In cod.* 3. *haec ita leguntur:* Zucutina fluvius oritur a lacu, in quo civitas Plinne sita est, et mergitur in mare Scythicum. n) Odderam 3. Oderam 5. o) Pruzlos 2. habent Pruxelanos 3. p) Boemos 4. q) Ruzlos 2. *Verba:* inde — Ruzzos *desunt* 3.

50) lacus Plunensis, cuius nominis vestigium manet in villa Kollübbe. 51) hodie Bornhöft, v. Helmold. l. I. c. 94. 52) cap. 12. 53) Winulorum nomen (v. infra c. 19. l. IV. c. 13.) aliis scriptoribus coaevis seu antiquioribus plane incognitum. Winili vero de Scandinavia egressi, postea Langobardi dicti, teste Paulo Diacono (de rebus Langobard. l. I. c. 9.) fuerunt inimici Wandalorum; Helmoldus vero (l. I. c. 15. 19.) Winulos sive Winethos eos appellat. Venlas et Vinedas bene distinxit carmen Anglosaxonicum de poetae peregrinationibus. 54) ita dicti Adamo, ut videtur, de emporio eorum Reric, de quo v. Einhardi Annales ann. 808. 809. 55) Meklenburg, nunc villa, paulo infra Wismar. 56) populus quondam latius diffusus, qui vero tempore Adami, cuius verba cum Helmoldi l. I. c. 2. sunt conferenda, in terra dicta Linagga, cuius civitas erat Puttlitz, inveniebatur. 57) sic dicti a fluvio Warnow. 58) quorum nomen asservatur in villa Kessin prope Rostock.

Schol. 17. cipani[59], quos a Tholosantibus[60] et Retheris[a, 61] separat flumen[b] Panis[c], et civitas Dimine. [11.] Cap. 65. Ibi est terminus Hammaburgensis parrochiae. Sunt et alii Sclavaniae[d] populi, qui inter Albiam et Oddaram degunt, sicut Heveldi[e], qui iuxta Habolam[e*] fluvium sunt[f] et Doxani[g, 62], Leubuzzi[h, 63], Wilini[i, 64] et Stoderani[65] cum multis aliis. Inter quos medii et potentissimi omnium sunt Retharii[k], civitas eorum vulgatissima Rethre[66], sedes ydolatriae[l]. Templum ibi magnum constructum est demonibus, quorum princeps est[m] Redigast[67]. Simulacrum eius auro, lectus ostro paratus. Civitas ipsa novem portas[n] habet, undique lacu profundo inclusa, pons ligneus[o] transitum praebet, per quem tantum sacrificantibus aut responsa petentibus via conceditur. Credo[p], ea significante causa, quod perditas animas eorum, qui ydolis serviunt, congrue

novies Styx interfusa coercet[68].

Ad quod templum ferunt a civitate Hammaburg iter esse quatuor dierum.

[12.] Cap. 66. 19. Ultra Leuticios[q], qui alio nomine Wilzi dicuntur, Oddara flumen occurrit, ditissimus amnis Sclavaniae regionis[r]. In cuius ostio, qua Scyticas alluit paludes[69], nobilissima civitas Iumne[s, 70] celeberrimam praestat stacionem barbaris et Graecis, qui sunt in circuitu. De cuius praeconio urbis, quia magna quaedam et vix credibilia recitantur, volupe arbitror pauca inserere digna relatu. Est sane maxima omnium quas Europa claudit civitatum[t], quam incolunt Sclavi cum aliis gentibus, Graecis et barbaris. Nam et advenae Saxones parem cohabitandi legem acceperunt, si tamen christianitatis[u] titulum ibi morantes non publicaverint. Omnes enim adhuc paganicis ritibus oberrant[v], ceterum[w] moribus et hospitalitate nulla gens honestior aut benignior poterit inveniri. Urbs illa mercibus omnium septentrionalium nationum locuples, nichil non habet iocundi aut rari. Ibi est Olla Vulcani[71], quod incolae Graecum ignem vocant, de quo etiam meminit Solinus[72]. Ibi cernitur Neptunus triplicis naturae: tribus enim fretis alluitur illa insula, quorum aiunt unum esse viridissimae speciei, alterum subalbidae, tertium[x] motu furibundo perpetuis saevit tempestatibus. [13.] Ab illa[y] civitate brevi remigio traiicitur, hinc ad Dyminem[z] urbem[*] quae sita est in hostio[a] Peanis fluvii, ubi et Runi[b] habitant[73]; inde[c] ad Semland provinciam, quam possident Pruzi[d]. Iter[e] eiusmodi est, ut ab Hammaburc vel ab[f] Albia flumine septimo[g] die pervenias ad Iumne[h] civitatem per terram; nam[i] per mare navim ingrederis ab Sliaswig vel Aldinburc, ut pervenias ad Iumne[k]. Ab ipsa urbe vela tendens quartodecimo[l] die ascendes[m] ad Ostrogard[n] Ruzziae[o].

Schol. 17. Chizzini[p] et[q] Circipani cis Panim fluvium habitant, Tholosantes et[q] Rehtarii[r] trans Panim fluvium; hos quatuor populos a fortitudine Wilzos appellant vel Leuticos[s]. (2. 3. 4. 6.)

a) Reteris 2. 3. Retharis 4. b) fluvius 2. 3. 4. c) paruus 2 d) Slauorum 3. 5. e) *Voci* Heueldi *in codd.* 1. 6. *superscriptum est:* uel Heruli. *Ita et Ann. Saxo a.* 983. e*) Haliolam 2. 4. Haloam 3. Hailum *suspicatur Vell.* f) sunt *deest* 2. 3. 4. g) Doxam 4. *Ita et Helmold. l. I. c.* 2. h) Leubuzi 3. Liubuzzi 4. i) *Voci* Wilini *in codd.* 1. 6. *superscriptum legitur:* uel Walani. *Ita et Ann. Sax. l. l.* k) Retharii 3. l) idololatriae 5. m) est *deest* 3. 4. n) portos 1. partes *notavit M.* o) lingneus 1. p) Hec eo 3. Hec ea 2. 4. q) Leuticos 2. 3. 4. r) Sclavanicae 2. 3. 4. religionis 1. s) Uimne *hic* 1. Vimne 6. Iumne 3. 4. *semper.* Iunume 2. Iulinum 5. *semper sicut et Ann. Saxo l. l.* t) maxime omnium quos ab europa claudit ciuitatuum 1. u) cultum vel *addit* 3. v) aberrant *M.* w) maioribus *addit* 3. x) *deest* 2. 3. tercius vero 4. y) autem *addit* 4. z) Diminem 2. 3. 4. Deminem 5. *) remigio ad urbem trahuntur D. 2. 3. 4. a) ostio 2. 3. 5. 6. b) Rhuni 2. 3. 4. c) ibi 2. 3. 4. d) Pruzzi 4. navigatur *addunt* 2. 5. e) item 4. f) ab *deest* 5. g) VIII. *M. F.* h) *ita hic* 1. 4. Iummem 2. Iumnœ 3. Iulinum 5. Uimne 6. i) si *addunt* 2. 3. 4. k) pervenias Iumnem 2. 3. 4. Iuminem 5. l) XLIII. *M. F.* m) *Ita* 3. 4. *Ann. Saxo* ascendens 1. 5. 6. ascendis 2. n) Ostragard 5. Ostrogord 3. o) Rusziae 2. 4. Ruziae 3. p) Chyzini 2. q) vel 2. 4 r) Retharii 2. 4. s) Leuticios 4. *In cod.* 3. *haec ita leguntur:* Hi quatuor populi Tholosantes et Reteri, Chizini et Circipani, dicti sunt Wilzi vel Leutici a fortitudine.

59) ad ripam fluvii Peene occidentalem usque habitantes. 60) circa fluvium et lacum Tollense in confiniis ducatuum Megalopolensium Schwerin et Strelitz. 61) in praefecturis Strelitz et Stargard in ducatu Meklenburg-Strelitz. Vide Lisch Iahrbücher des Vereins für Meklenburg. Geschichte T. III. p. 1 sq. 62) iuxta fluvium die Dosse. Eorum civitas Wittstock. 63) prope Oderam fluvium, ubi civitas Lebus, meridionalem partem versus marchiae Brandenburg. 64) Wilini fortasse idem qui Widukindo l. III. c. 9. dicuntur Vuloini. Populus, qui Velna dicitur, occurrit etiam in carmine Anglo-saxonico supra laudato. 65) Stoderani in terra Havelland. V. Ann. Quedlinb. 997. Thietmar. l. IV. c. 20. Helmold. l. I. c. 37. 88. 66) iuxta villam Prillwitz prope Neu-Strelitz. 67) De templo Redigast v. Thietmar. Merseburg. l. VI. c. 17. Helmold. l. I. c. 23. 52. 68) Virg. Aen. VI, 439. 69) i. e. mare Balticum (v. infra l. IV. c. 20.), quod supra cap. 18. mare Scythicum dicebatur. 70) prope urbem Wollin. 71) Olla Vulcani Gregorio M. (Dialog. l. IV. c. 30.) dicitur Vesuvius, in quem anima regis Theoderici proiecta est. Similia vide Archiv T. VI. p. 814 sq. 72) Solinus c. 5. de Aetna loquitur, qui est sacer Vulcano. 73) qui insulam Rügen inhabitabant. V. infra l. IV. c. 18. et Schol. 117. Ruani audiunt apud Widukind. l. III. c. 54.

Cuius metropolis civitas est Chivę[a.74], aemula sceptri Constantinopolitani, clarissimum decus Graeciae. Sicut ergo praedictum est, Oddara flumen oritur in profundissimo saltu Marahorum[b.75], ubi et Albia noster[c] principium sortitur, nec longis ab invicem Schol. 18. spatiis, sed diverso[d] currunt meatu. Alter enim, id est Oddara, vergens in boream, transit per medios Winulorum populos, donec pertranseat usque[e] ad Iumnem[f], ubi Pomeranos dividit a Wilzis. Alter vero, id est Albia, in occasum[g] ruens, primo impetu Bechemos[h] alluit cum Sorabis[i], medio cursu paganos dirimit a Saxonia, novissimo Schol. 19 alveo Hammaburgensem parrochiam scindens a Bremensi, victor occeanum ingreditur Brittanicum. Schol. 20.

20. Haec de Sclavis et patria eorum, quoniam virtute magni Ottonis ad christianitatem omnes tempore eo conversi sunt, dicta sufficiant. Nunc[k] ad ea, quae post mortem imperatoris et reliqua tempestate nostri pontificis acta sunt, calamum dirigamus[l].

21. Anno pontificis Adaldagi 38[m] Otto magnus imperator, domitor[n] omnium [14.] Cap. 67. septentrionis[o] nationum, feliciter migravit ad Dominum, et sepultus est in civitate sua 973 Magadburc[p]. Cui[q] filius[r] Otto medianus succedens, per decem annos strennue gubernavit imperium. Is statim Lothario et Karolo, Francorum regibus[76], subactis, cum in Calabriam bellum transferret[s], a Sarracenis[t] et Graecis victor et victus, apud Romam decessit[u.77]. Illi[v] tercius Otto, cum adhuc puer esset, in regnum substitutus, annos 18[w] 983. forti et iusto sceptrum ornavit imperio. His tribus, aeque fortissimis ac iustissimis imperatoribus, tam carus[x] ac[y] familiaris erat sanctus[z] Adaldagus pro virtutis[*] merito et doctrinae magisterio, ut a latere eorum vix aut raro divelleretur[78], sicut ostendunt praecepta imperatorum ad nutum archiepiscopi disposita. In quibus etiam hoc est notandum, quod tercius Otto consistens in Wildashusin[a] praecepta fecit[79]. Eodem tempore Hermannus[b], Saxonum dux, obiens[c.80], heredem suscepit filium Bennonem[d], qui etiam vir bonus et fortis memoratur[81], excepto quod degenerans a patre populum rapina gravavit. Apud Magedburg[e] quoque defuncto pontifice[82] Adelberto[f], Gisilharius[g] successit in cathedram[h], et ipse[i] vir sanctus, qui novellos Winulorum[k] populos doctrina et virtutibus illustravit.

22. Haroldus[l], rex Danorum, religione ac fortitudine insignis, christianitatem in Schol. 21. [15.] Cap. 68.

Schol. 18. Marahi[m] sunt populi Sclavorum, qui sunt ab oriente Behemorum[n], habentque in circuitu hinc Pomeranos et Polanos[o], inde Ungros et crudelissimam gentem Pescinagos[p], qui humanis carnibus vescuntur. (2. 4. 6.)

Schol. 19. Sorabi sunt Sclavi, qui campos inter Albim et Salam interiacentes incolunt; suntque eis contermini fines Thuringorum ac Saxonum. Ultra Aram fluvium[83] alii Sorabi commorantur. (6.)

Schol. 20. Brittannia oceani insula, cui *quon*dam Albion nomen fuit, inter septentrionem et occidentem locata est, Germaniae, Galliae, Hispaniae, maximis Europae partibus, multo intervallo adversa. Habet a meridie Galliam Belgicam, cuius proximum litus transmeantibus apparet civitas, quae dicitur Rutubi portus. Hibernia insula omnium post Brittanniam maxima est, ad occidentem quidem Brittaniae sita. Sicut contra aquilonem est brevior, ita in meridiem se trans *il*lius fines plurimum protendens usque contra Hispaniae septentrionalis portum[84]. (6.)

Schol. 21. Anno Domini 966. Dani ad fidem sunt per Popponem quendam conversi, qui ferrum can-

a) Chiwe 6. Chyve 3. Chiue 4. Clyue 2. b) Marachorum 2. Maracorum 3. Merahorum 4. c) nostra 3. fluvius 4. d) diversis 6. e) perveniat 4. usque *deest* 2. 3. 4. f) Iummem 2. Iuminem 5. Uimnem 6. g) occursu 1. h) Behemos 2. Bohemos 3. 4. i) Sotrabis 2. Scarabis 3. k) Hunc 1. l) calamus dirigatur 2. 3. 4. m) XXX^mo VIIII^no 1. n) dominator 3. o) septentrionalium 4. p) Magedburg 2. Magdaburg 4. Magdeburg 3. 5. q) Cuius 3. r) eius *addit* 4. s) transferet 1. t) Saracenis 3. *F.* u) discessit 3. 5. v) Huic 4. w) XXVIII. 2. 3. 4. x) charus 5. y) et 4. z) praesul 4. *) virtutum 2. 3. 4. a) Wildashusen 5. b) Herimannus 4. c) obediens 1. d) B. f. suum reliquit heredem 4. e) Madeburc 1. Magdaburg 4. f) Adalberto 2. 3. 4. g) Gishilarius 3. Gisilarius 4. h) in cath. *desunt* 4. i) et ipse *desunt* 3. k) Winilorum 3. l) Haraldus 3. *semper.* m) Marachi 2. 4. n) Boemorum 4. o) Poldanos 5. p) Poscinagos 4. Postinagos 2. 5.

74) Kiew. 75) Mähren. 76) Karolus, regis Lotharii frater, dux fuit Lotharingorum. 77) Mirum, Adamum hic tacere de bello Haraldi regis contra Ottonem II. anno 974, mox tamen sopito. V. Thietmar. l. III. c. 4; Annales Altahenses; Lambert.; W. Giesebrecht Otto II. 78) Iisdem fere verbis noster iam usus est supra c. 1. 79) sc. a. 988. Mart. 16—20. 80) Hermannus dux iam mortuus est anno 973. Mart. 27. v. Widukind. l. III. c. 75. Necrol. Fuldense, Luneburg. 81) *Fortes creantur fortibus et bonis.* Horat. carm. IV, 4, 29. 82) Adelbertus archiepiscopus obiit anno 981. Mai. 20, v. Ann. Quedlinburg. h. a. Thietmar. l. III. c. 8. 83) die Obre. 84) ex Bedae histor. eccl. Angl. l. I. c. 1.

regno suo iam dudum benigne suscepit et[a] constanter retinuit usque in finem. Unde et regnum suum sanctitate et iusticia confirmans, ultra mare in Nortmannos et Anglos suam dilatavit potentiam[85]. Emund filius Herici[b. 86] tunc in Suedia[c] regnavit. Is Haroldo confederatus, christianis eo venientibus placabilis fuit. In Norveia[d] Haccon[e] princeps erat, quem, dum Nortmanni superbius agentem regno depellerent, Haroldus sua virtute restituit et christicolis placatum effecit[f]. [Haccon iste crudelissimus, ex genere Inguar et giganteo sanguine descendens, primus inter[g] Nordmannos regnum arripuit, cum antea[h] ducibus regerentur. Igitur Haccon triginta quinque annis in regno exactis, obiit[87], Hartildum relinquens sceptri heredem, qui simul Daniam possedit atque Nordmaniam[i. 88].] Anglia[i*], ut supra[89] diximus et in gestis Anglorum scribitur, post mortem Gudredi[k] a filiis eius Analaph, Sigtrih[l] et Reginold[90], per annos fere centum permansit in ditione Danorum. Tunc vero Haroldus, Hiring filium cum exercitu[m] misit in Angliam. Qui subacta insula tandem proditus et occisus est a Nordumbris[n. 91].

[16.] Cap. 69. 23. Adaldagus igitur archiepiscopus ordinavit in Daniam plures episcopos, quorum nomina quidem repperimus; ad quam vero sedem[o] specialiter intronizati sint, haud[p] facile potuimus invenire. Aestimo, ea faciente causa, quod in rudi[q] christianitate nulli episcoporum adhuc certa sedes designata est[r], verum studio plantandae christianitatis quisque in ulteriora progressus, verbum Dei tam suis quam alienis communiter praedicare certabant. Hoc hodieque[s] trans Daniam per Nordmanniam et Suediam facere videntur. Igitur episcopi[s*] in Daniam[t] ordinati sunt hii: Hored[u], Liafdag[v. 92], Raginbrond[w], et post eos Harig[93], Stercolf, Folgbract[x. 94], [Adelbrect[y. 95],] Merka[z. 96] et alii. Odinkarum[*] seniorem ferunt ab Adaldago in Sueoniam ordinatum strennue in gentibus legationem suam perfecisse[a]. Erat enim, sicut nos fama tetigit, vir sanctissimus et doctus in his, quae ad Deum sunt, praeterea quantum[b] ad seculum, nobilis et oriundus ex Danis[c]. Unde et facile barbaris quaelibet[d] potuit de nostra religione persuadere. Ceterorum vero episcoporum vix aliquem sic clarum antiquitas prodit praeter Liafdagum Ripensem, quem dicunt et[e] miraculis celebrem transmarina[f] praedicasse[f] [hoc est in Sueonia[g] vel Norvegia[h]].

[17.] 24. In Aldinburg ordinavit archiepiscopus primo, ut diximus[97], Egwardum[i] vel Evargum[k], deinde[l] Wegonem[m. 98], postea Eziconem[99], quorum tempore Sclavi permanserunt christiani. Ita etiam Hammaburg in pace fuit. Ecclesiae in Sclavania[n] ubique

dens et ignitum in modum cyrotecae formatum, coram populo sine laesione portavit, quod videns rex Haraldus[o], abiecta ydololatria, cum toto populo ad colendum verum Deum se convertit. Poppo autem in episcopum est promotus[1]. (4. *secunda manu.*)

a) susceptam usque 4. b) Erici 2. 3. 4. c) Sveonia 2 3. 4. *semper.* d) Norvagia 2. Nordwegia 4. e) Hacon 3. Hacquin 4. *semper.* f) reddidit 4. g) apud 4. h) ante a 3. i) Nordwegiam 4. *Uncis inclusa desunt* 1. i*) autem *add.* 4. k) Gundredi 1. 5. l) Sigtrich 2. Sightric 3. m) filium suum m. 4. n) Northumbris 4. o) quas v. sedes 2. 4. p) haut 1. non 4. q) pro rara 2. 3. 4. r) esset 3. fuerit 4. s) que *deest* 4. 5. s*) qui *add.* 2. 3. 4. t) Dania 1. 5. u) sunt in Hored 2. 4. sunt: vt Hored 3. v) Ziafdag 1. Liafdagus 2. w) Ragimbrondus 2. 3. Reimbrand 4. Rembrand *Albert. Stad.* x) Folcbreth 4. Folcbrecht 5. y) *deest* 1. 5. Adalbriett 3. Adelbreth 4. Adelbrecht *Albert. Stad.* z) Merha 2. 3. 4. *Albert. Stad.* *) Ordinkarum 1. a) adimplesse 4. b) sunt, quantum vero 4. c) et origine Danus 4. d) facile 1. e) etiam 2. 3. f) trans maria 2. *In cod. 4. haec ita se habent:* Ripensem, qui et miraculis celebris fuerat, et transmarinis praedicavit. g) est Sveonibus et Nordmannis 4. h) Nordwegia 3. *Uncis inclusa desunt* 1. i) Edwardum 4. k) vel E. *desunt* 4. l) dein *M. F.* m) Wigonem 1. n) Slauonia 3. *saepius.* o) Haroldus 5.

85) Ipse tamen in Anglia non regnavit. 86) Emund, filius Erici, scriptoribus Islandicis plane ignotus, qui post mortem Biorn, filii Erici Emundsson, circa annum 923, filios huius Biorn Eriksson dictos Ericum, cognomine Segersäll (v. infra c. 28.), et Olavum usque fere ad annum 990. regnasse tradunt. Emund ille fortasse fuit Biorni frater iunior, cui fratrueles sui iam dicti successerunt. 87) Haco ille dictus bonus, secundum Snorronem per 26 annos regnavit. 88) Nullus rex Norvegiae hoc tempore, ut videtur, in Dania regnavit. Hartildi quoque nomen apud alios scriptores non reperitur. Fortasse Adamus de Haroldo Grafell scribere voluit, qui cum ceteris Erici filiis illi successit. Haud magni tamen existimo Albert. Stadens. a. 984. hunc locum excerpendo scripsisse: *Haroldum.* 89) Supra l. I. cap. 41. 90) Vid. Simeon. Dunelm. ann. 894. 91) circa annum 951. Conf. Lappenberg Geschichte von Grossbritannien T. I. p. 392. 92) V. supra c. 4. 93) Episcopus Harich iterum occurret infra c. 46. 94) episcopus Sleswicensis a. 984—990, qui occurrit etiam in charta regis Ottonis II. a. 988. Mart. 18. V. ibid. et Hamburger Urkundenbuch. 95) idem fortasse episcopus Sleswicensis a. 972—984, qui alibi dicitur Adaldag. Vid. Chronicon breve Bremense. 96) episcopus Sleswicensis 990—1010. Vid. ibid. 97) Vide supra cap. 14. 98) De Wegone conf. Helmoldum l. I. c. 13. 14. 99) Ezico ordinatus est a. 984—988. v. Helmold. l. l. 1) ex Sigeberti Gemblac. Chron. h. a.

erectae sunt; monasteria etiam virorum ac mulierum Deo servientium constructa sunt Schol. 22. plurima. Testis est rex Danorum, qui hodieque[a] superest, Suein[b]; cum recitaret Sclavaniam in duodeviginti[c] pagos dispertitam esse, affirmavit nobis, absque tribus ad christianam fidem[c*] omnes fuisse conversos, adiciens etiam: *Principes eius temporis, Missizla*[d, 2], *Naccon*[e, 3] *et Sederich*[4]. *Sub quibus*, inquit, *pax continua fuit, Sclavi sub tributo servierunt.*

25. Novissimis[f] archiepiscopi temporibus res nostrae inter barbaros fractae, christianitas[g] in Dania turbata est, pulcrisque divinae religionis initiis invidens inimicus [18.] Cap. 70. homo superseminare zizania conatus est. Nam tunc Suein Otto[h], filius magni Haroldi, Ev. Matth 13, 25. regis Danorum, multas in patrem molitus insidias, quomodo eum iam longaevum et minus validum regno privaret, consilium habuit et[i] cum his, quos pater eius ad christianitatem coegit invitos. Subito igitur facta conspiratione, Dani christianitatem abdicantes Suein regem constituunt, Haroldo[k] bellum indicunt. At ille, qui[l] ab initio regni sui totam spem in Deo posuerat[m], tunc[n] vero et[o] maxime commendans Christo eventum rei, cum bellum execraret[p], armis se tueri decrevit; et quasi alter David procedens ad bellum, filium lugebat Absalon, magis dolens illius scelus, quam sua pericula. In quo miserabili et plus quam civili bello[5] victa est pars Haroldi. Ipse autem vulneratus ex acie fugiens, ascensa navi elapsus est ad civitatem Sclavorum, quae Iumne[q] dicitur.

26. A quibus contra spem, quia pagani erant, humane[r] receptus, post aliquot[s] dies ex eodem vulnere deficiens, in confessione Christi migravit. Corpus eius[t] in patriam reportatum ab exercitu, apud Roscald[u] civitatem sepultum est in ecclesia, quam ipse primus construxit in honore[v] sanctae Trinitatis. De cuius fine, cum istum pronepotem suum, qui nunc in Dania regnat, Suen[w] interrogare maluerim[6], velud alter Tideus[x, 7], crimen avi reticuit, me vero parricidium exaggerante[8], *hoc est*, inquit[y], *quod nos posteri luimus et*[z] *quod ipse parricida suo piavit exilio.* At[*] ille noster Haroldus, qui populo Danorum christianitatem primus indixit, qui totum septentrionem ecclesiis et praedicatoribus replevit, ille, inquam, innocens vulneratus et pro Christo[a] expulsus, martyrii palma[b], ut spero[c], non carebit. Regnavit autem annos quinquaginta. Obitus eius[d] in [19.] festivitate omnium sanctorum[9]. Memoria eius et uxoris Gunhilde[e] apud nos perpetua manebit[10]. Haec in diebus Adaldagi pontificis comperimus facta[f], cum tamen eius virtutes explorare non omnes potuimus. Sunt autem qui affirmant, per eum gratias sanitatum factas, et tunc cum adhuc viveret, et post mortem ad sepulcrum eius[g], et alia[h]. [Sermo fratrum est coecos[i] frequenter illuminatos fuisse et[k] alias[l] contigisse virtutes.]

Schol. 22. Anno Domini 973[m] Wencezlaus, princeps Boemiae, a fratre suo Bugezlao, qui principatum sibi usurpavit, martyrizatur, pro quo Deus urbem Pragam, ubi requiescit, multis miraculis illustrat[11]. (4. *secunda manu.*)

a) adhuc hodie 4. b) Sven 3. *semper.* c) duos de viginti 2. 4. c*) christianitatem 3. 4. d) Missizza 2. 3. Misizza 4. e) Nachon 3. f) itaque *addit* 4. atque *F.* g) christianos 1. h) Suen Otto 3. Suenotto 2. 4. i) et *deest* 5. k) bellumque Haroldo 4. l) qui *deest* 3. m) posuerit 4. *M.* n) tum 3. o) et *deest* 4. p) execraretur 3. 4. q) *In cod* 1. *dubium, utrum legendum sit* Iumne, *an* Uimne. *V. supra cap.* 19. *not.* s *et* h. Iumme 2. Iumnœ 3. Iulinum 5. *Albert. Stadensis cod. Guelpherb.* Iumne. *Ranzov.* Umme. r) humane *deest* 2. 3. 4. s) aliquos 1. t) decessit. Cuius corpus in 4. 5. u) Roscheld 2. Roschild 3 Roskild 4. v) honorem 3. 4. w) Suein 4. Suenonem 2. x) velut a. Tydeus 2. 3. 4. y) ait 2. 3. z) et *deest* 5. *) Vt 3. a) a regno *addit* 4. b) gloria 2. 3. 4. c) speramus 4. d) contigit *add.* 2. 3. 4. e) Gunhild 2. Gunild 3. eius Gunhild 4. f) facta comp. 2. 3. 5. g) et tum — eius, per — factas 2. 3. h) et alia *desunt* 2. 3. 4. i) eius videlicet cecos 4. k) et *deest* 4. frequenter et 3. l) aliasque multas *addit* 4. *Uncis inclusa desunt* 1. m) DCCCLXXIIII. 5.

2) Missizlav, secundum Helmoldum l. I. c. 13—15, filius Billug, princeps Obodritorum. 3) Naccon vix idem fuisse videtur, cuius meminerunt Widukind. l. III. c. 50. et Thietmar. l. II. c. 6. 4) Princeps Slavicus huius nominis alibi non occurrit. Nomen ipsum vix Slavicum videtur, sed potius Nordmannicum, vulgo Sithric dictum. Adamum de fratre Nacconis, quem Widukind Stoinef, Thietmar Stoinneguum appellant, scribere voluisse putaverim, nisi Stoinef semper Saxonibus inimicus vixisset, donec ab Herimanno duce decollatus est. 5) *Bella — plus quam civilia.* Lucani Pharsal. I, 1. 6) Verbo *malle* noster saepius utitur pro: libenter velle, desiderare. Conf. l. III. c. 8. 23. 60. 70. (IV. 46.) 7) Rectius dixisset noster: *velut alter Tydides.* 8) h. e. suggerente, quod fortasse scribere voluit Adamus, seu vituperante. 9) anno ut videtur 985 seu 986; v. Suenonem Aggonis apud Langebek Script. rer. Danic. Tom. I. 10) Nomina eorum cum diebus emortualibus libro memoriarum sive libro fraternitatis ecclesiae Hammaburgensis seu Bremensis (vid. infra Schol. 38.) inscripta fuisse videntur. 11) Ex Sigeberti Gembl. chron. h. a. Wenceslaum interfectum esse constat a. 936. Sept. 28. Anno 973. vero episcopatus Pragensis est fundatus.

Certissimum vero est, eum tam nostro populo, quam Transalbianis[a] et Fresonum genti, leges et iura constituisse, quae adhuc pro[b] auctoritate viri servare contendunt[12]. Interea senex fidelis[c] Adaldagus de legatione sua voti compos effectus, et in omni opere suo domi forisque prosperatus, in senecta uberi migravit ad Dominum anno sacerdotii nobi-
988. liter ministrati[d] 54[e]. Cuius excessus anno Domini 988. contigit. Et sepultus est in ecclesia Bremensi, a capite Leuderici episcopi a meridiali[e*] plaga. Obiitque indictione prima[f] 3.[g] Kal. Maii[h].

[20.] 27. Libentius sedit annis 25. Palleum suscepit a papa 15[0] Iohanne[13], virgam
Cap. 71. episcopalem meruit ab Ottone tercio. Primus omnium consecratus est a suffraganeis. Itaque[i] vir litteratissimus et omni[k] morum probitate decoratus ab Italia[14] quondam pontificem secutus est[l] Adaldagum[15]. Cuius[m] vitam emulatus et magisterium, solus ex dispositione tanti patris dignus inventus est, cui Hammaburgensis cura parrochiae crede-
Schol. 23. retur. Dicunt aliqui vicedomnum Ottonem[n. 16], licet avunculo[n*] gloriatus sit pontifice Adaldago, cessisse tamen huius electioni Libentionis[o], in quo nichil reprehensibile vel inimicus possit obicere. [Dicunt enim tantae[p] castitatis, ut raro se mulieribus videndum praebuerit, tantae abstinentiae, ut pallida ieiuniis ora portaverit, tantaeque humilitatis vel[q] caritatis, ut in claustro sicut unus fratrum vixerit.] Multae[r] virtutes eius; quippe contentus acquisitis raro curiam adiit pro acquirendis; domi sedens quietus, parrochiae suae curam egit diligentissimam, totumque studium vertens ad lucrum[s] animarum, districtissima, ut aiunt[t], regula custodivit omnes congregationes suas. [Archiepiscopus etiam per se curam egit hospitalis, fratribus et[u] infirmis cotidiano ministrans obsequio, ipse quoque vice sua xenodochium nepoti suo[v] commendavit Libentio.] Dum[w] adhuc pax esset in Sclavania, Transalbianos populos frequenter visitavit et matrem[17] Hammaburg paterno fovit amore, legationem suam ad gentes magno[x], ut decessores[y] sui[y*], studio[z] executus est[*], licet
[21.] obstaret dierum malicia. Quo tempore cum magnam Suein rex persecutionem christianorum exercuisset[a] in Dania, fertur[b] archiepiscopus supplicibus legatis et crebris muneribus laborasse, ut[c] ferocis animum regis christianis mansuetum redderet. Quibus ille reiectis[d], in sua[e] crudelitate ac perfidia sevire cepit[f]. Secuta est ultio divina in[g] regem Deo rebellem[h]. Nam cum bellum susciperet contra Sclavos, bis captus[i] et in Sclavaniam[k] ductus[18], tociens a Danis ingenti pondere auri redemptus est. Nec tamen adhuc reverti voluit ad Deum, quem primo in morte patris offendit et deinde in nece fidelium irritavit, et iratus est furore Dominus, et tradidit[l] eum in manus inimicorum suo-
1 Tim. 1,20. rum[m], ut disceret non blasphemare.

Cap. 72. 28. Tunc potentissimus rex Sueonum Hericus, exercitu innumerabili sicut harena maris[19] collecto, Daniam invadit, et occurrit ei Suein, derelictus a Deo, frustra sperans in

Schol. 23. Otto iste, vir nobilissimus, apud Magdeburg vicedominus fuit et canonicus[n]. (2. 3. 4.)

a) Transalbinis 3. b) tanti *addit* 4. c) presul 4. d) administrati 2. 3. e) LIII. 3. e*) meridionali 3. f) una 2. g) IV. 2. 3. 5. h) *In* 4. *ita haec leguntur:* IV. Kal. Maii, anno scilicet (*deest* 5.) incarnationis dominicae DCCCCLXXXVIII. indictione I. anno autem sacerdotii eius nobiliter amministrati LIIII. et sepultus est in ecclesia Bremensi, a capite Leuderici episcopi a meridiali plaga. i) Erat itaque 4. k) omnium 1. l) *deest* 4. erat 2. m) etiam *addit* 4. n) crederetur. Erat enim vir tantae 4. n*) a uinculo 1. o) Libentii 2. Libentium 3. p) Dicunt enim—vixerit *desunt* 1. q) ac 4. r) nimirum *addit* 4. s) lucra 2. 3. 4. t) ut aiunt *desunt* 4. u) et *deest* 3. v) suo *deest* 3. *Uncis inclusa desunt* 1 w) vero *addit* 4. x) magno *deest* 1. 4. y) praedecessores 4. y*) eius 2. 3. 4. z) studiose 4. *) est *deest* 3. a) exercuisse 2. b) fertur *deest* 4. c) legatis crebrisque m. laborabat, quatinus 4. d) relictis 3. e) nimirum *addit* 4. 5. f) non cessavit 4. *Hic in margine cod. 2. legitur:* Suenotto christianos persequitur. g) in *deest* 2. 3. h) unde et ultio divina regem Deo rebellem est subsecuta 4. i) est *add.* 5. k) Sclaviam 4. l) iratus furore D. tradidit 4. *In margine cod. 2. scriptum est:* Ultio divina in perfidum regem. m) eius 4. 5. n) *In* 4. *scholii* 23. *initio leguntur, quae supra in textu de Ottone omissa sunt:* Dicunt aliqui quendam Ottonem vicedominum huius Libentii electioni cessisse, licet idem avunculo gloriatus sit pontifice Adaldago *et in fine:* In isto enim Libentio nichil reprehensibile vel inimicus poterat obicere.

12) Holsatos, Stormarios et Hadeleros iura quaedam a iure Saxonum diversa tenuisse, docet Speculum Saxonum l. III. art. 64. §. 3. Conf. Glossam ad l. II. art. 14. §. 1. et l. III. art. 44. §. 2. 13) *papa XV. Iohanne* rectius XVI. Iohannes XV.* iam obierat anno 985. 14) Eius patria secundum Thietmar. l. IV. c. 12. fuit in confinio Alpium et Suevorum. 15) Benedictum papam potius est secutus. V. ibid. et l. VI. c. 53. 16) Idem videtur fuisse Odda, presbyter Magdeburgensis, quem Libentius moribundus successorem desideravit. V. Thietmar. l. VI. c. 53. Ann. Quedlinb. a. 1013 et 1018, quo anno obiit. Conf. Hamburg. Urkundenbuch Nr. 58. ibique notam. 17) i. e. metropolim. 18) Thietmar. l. VII. cap. 26. Suein regem a Northmannis captum esse tradit. 19) *exercitus innumerabilis sicut arena maris.* Vid. I Machab. cap. 11, v. 1. Apocal. cap. 20. v. 8.

ydolis suis. Multa utrimque bella navalia[a] — sic enim ea gens[b] confligere solet — copiae Danorum omnes[c] obtritae, Hericus rex victor optinuit Daniam. Suein[d] a regno depulsus dignam factis suis a Deo zelote recepit mercedem[e]. Et haec nobis iunior Suein recita- Exod. 20,5 vit in avo suo contigisse, iusto Dei iudicio, quoniam illum dereliquit, quem pater eius bonum defensorem habuit.

29. Ferunt eo tempore[19] classem pyratarum, quos nostri Ascomannos vocant[20], [22.] Cap. 73. Saxoniae appulsam, vastasse omnia Fresiae atque Haduloae[f] maritima. Cumque per Albiae fluminis ostium ascendentes irrumperent[g] provintiam, tunc[h] congregati Saxonum magnates, cum parvum habuissent exercitum, egredientes a navibus, barbaros exceperunt apud Stadium, quod est oportunum Albiae portus et[i] praesidium. Magnum et memoriabile[k] nimisque infelix[l] erat illud praelium, in quo viriliter utrisque certantibus, nostri tandem minores sunt reperti. Sueones[m] et Dani victores[n] totam virtutem[21] Saxonum optrivere. Capti sunt ibi marchio[o] Sigafridus, comes Thiadricus[p] et alii illustres viri, Schol. 24. quos[q], vinctis post terga manibus, barbari traxerunt ad naves, et pedes[r] eorum catena strinxerunt, totam exinde provintiam impune praedantes[s]. Sed cum[t] de[u] captivis solus marchio[v] Sigafridus cuiusdam piscatoris auxilio furtim noctu sublatus evaderet, pyratae mox in furorem versi, omnes quos in vinculis tenuerunt, meliores ad ludibrium habentes, manus eis pedesque truncarunt[w], ac nare praecisa deformantes, ad terram semianimes proiciebant[x]. Ex quibus erant aliqui nobiles viri[y], qui postea supervixerunt longo[z] tempore, obprobrium imperio et miserabile spectaculum omni[*] populo.

30. Quam[a] plagam mox cum exercitu supervenientes dux Benno et Sigafridus Cap. 74. marchio[v] vindicabant; et illi quidem pyratae, quos[b] apud Stadium egressos fuisse diximus, ab eisdem contriti sunt[c].

Altera[d] pars Ascomannorum, qui per Wirraham[e] flumen egressi Hadoloae fines[f] [23.] usque ad Liestmonam[g] depraedati sunt, cum maxima captivorum multitudine pervenerunt ad paludem quae dicitur Chlindesmor[h. 22]. Ubi a nostris, qui pone sequebantur, offensi, omnes usque ad unum obtruncati sunt; quorum numerus erat viginti milia. [Quidam[i] eques Saxonum captus ab eis, dum facerent eum ducem itineris sui, perduxit eos in difficiliora loca paludis, in qua diu fatigati[k], leviter a nostris superati sunt. Heriward[l] nomen habet[m], perenni Saxonum laude celebratur.][n]

31. Ex illo nimirum tempore pyratarum crebra et hostilis eruptio[o] facta est [24.] Cap. 75. in hanc regionem[p]. In metu erant omnes Saxoniae civitates; et ipsa Brema[q] vallo muniri coepit[r] firmissimo[23]. Tunc quoque, sicut antiqui[s] meminerunt[t], Libentius archiepiscopus tesaurum ecclesiae omniaque ecclesiastica deportari fecit ad Bugginensem[u] praeposituram. Tantus erat timor in omnibus finibus huius parrochiae[v]. Nam ipse Libentius, ut sermo est[w], pyratas, qui episcopatum vastabant, anathematis gladio[x]

Schol. 24. De hoc Sigafrido grande fertur miraculum, quia cum coenobium Ramsolam invaderet praedando, maligno statim invasus spiritu, non ante meruit liberari, quam sua[y] ecclesiae restituit et de praedio suo fratribus opulentam villam in servicium donavit[z]. (3. 4.)

a) Sed cum utrimque bello navali 4. b) gens illa 4. c) omnes copiae essent D. 4. d) ergo *addunt* 3. 4. e) *In margine cod.* 2. *legitur:* Suenotto a regno depellitur. f) Hadulae 2. 3. Hathule 4. g) in *addit* 3. h) tunc *deest* 4. 5. tum 3. i) et *deest* 4. k) memoriale 5. l) minusque felix 2. 3. 4. m) ergo *addit* 4. n) victores *deest* 4. o) *Voci* marchio *in cod.* 1. *eadem manu superscriptum est:* comes. p) Thiadericus 5. Theodericus 2 q) quibus 4. r) pedesque 4. s) depraedantes 2. 3. 4. t) dum 3. u) ex 4. v) *Voci* marchio *superscriptum est:* comes 1. w) meliores ludibrio h. manibus pedibusque truncaverunt 4. x) proiecerunt 4. y) nob. quidam v. e. q. 4. z) multo sup. 4. *) facti *addit* 4. a) Quam videlicet 4. b) vindicarunt; in tantum, ut pyrate omnes, quos 4. c) ab ipsis auxiliante Domino fuerint (fuerunt 5.) contriti 4. d) vero *addit* 4. e) Virraam 3. Wiseram 2. f) Hahele 2. 3. 4. Hathele *M. F.* g) Listemonam 2. 3. h) Chlindesmore 2. Glindismore 3. Glindesmor 4. i) enim *addit* 4. k) fugati 5. l) Heriwadus 2. Heriuad 3. m) Qui H. n. habens 4. n) *Uncis inclusa desunt* 1. o) hostilisque crebra irruptio 4. p) hac regione 4. q) Nam et omnes S. civ. grandi metu perculse (percussae 5.) fuerant, tunc et B. 4. r) B. muro muniri 2. 3. 4. coepit *deest* 1. s) aliqui 2. 3. t) Sed et 4. u) Buggenensem 3. Puggenensem 2. Buccensem 4. v) Tantus itaque t. i. f. h. p. o. erat 4. w) Nam et ipse pontifex pyratas 4. x) anathemate 2. 3. 4. y) suae 4. z) *In cod.* 3. *hoc scholion ita se habet:* De hoc marchione Sigafrido fertur, quod propter sacrilegium a maligno vexatus sit spiritu, usque dum bona ecclesiae restitueret.

19) quod factum a. 994. testantur Annales Hildesheimenses, Quedlinb., Lamb. et Thietmar. Merseb. l. IV. c. 16. 20) *Iniqui ex finibus aquilonis.* Helmold. l. I. c. 15. 21) *virtutem* i. e. viros, die Mannschaft. 22) hodie Glinstedt et Glinster Moor inter fluvios Oste et Hamme; v. Wedekind l. l. I. p. 29. 23) Piratas tamen Bremam non adiisse testatur Thietmar. l. VI. c. 53 fine.

dampnavit. Quorum unus fertur in Norvegia defunctus, per annos septuaginta corpore integro permansisse[a], usque ad tempora domni Adalberti archiepiscopi, quando Adalwardus[b] episcopus illuc[c] veniens defunctum [vinculo[d] excommunicationis] absolvit, et mox cadaver in cinerem solutum est.

[25.] Cap. 76. 32. Post vindictam ergo scelerum, quae in ecclesias Dei et christianos commiserat, [Suein rex victus[e]] et a suis derelictus[f], quippe quem Deus deseruit, errabundus et inops auxilii venit ad Nortmannos, ubi tunc filius Hacconis[g] Thrucco[h] regnavit[24]. Is quoniam paganus erat, nulla super[i] exulem misericordia motus est. Ita ille infelix, et a toto orbe reiectus, in Angliam transfretavit, frustra solatium quaerens ab inimicis. Quo[k] tempore Brittannis Adelrad filius Edgaris[l] imperavit[25]. Is non immemor iniuriarum, quas Dani ex antiquo Anglis inflixerant, exulem reppulit. Quem tandem, miseratus infortunii, rex Scothorum[m] benigne recepit[n], ibidemque Suein bis septem annos exulavit[o], usque ad mortem Herici[p]. Haec parricidae avi pericula, Suein rex nobis attonitis exposuit; deinde ad Hericum victorem reflexit narrationem.

[26.] Cap. 77. Schol. 25. 33. *Hericus*, inquit, *duo regna optinuit, Danorum Sueonumque, et ipse paganus, christianis valde inimicus.* Ad eum fertur legatus fuisse caesaris ac Hammaburgensis episcopi, quidam[q] Poppo, vir sanctus et sapiens, et[r] tunc ad Sliaswig ordinatus[s], de regno Danorum seu pace christianorum caesaris partes expostulans. Aiuntque eum pro[t] assertione christianitatis, cum barbari suo more signum quaererent, nil moratum[u], statim ignitum ferrum gestasse manu[v], et illaesum apparuisse. Dumque hoc facile omnem gentilibus ambiguitatem erroris tollere videretur, iterum sanctus Dei, pro submovendo illius gentis paganismo, aliud[w] dicitur ostendisse vel magnum miraculum: tunicam scilicet indutus ceratam, cum staret in medio populi circo, in nomine Domini praecepit eam[x] incendi. Ipse vero, oculis ac[y] manibus in coelum tensis, liquentes flammas tam patienter sustinuit, ut veste prorsus combusta[z] et in favillam redacta, hylari et iocundo vultu nec[*] fumum[a] incendii se[b] sensisse testatus sit[26]. Cuius novitati[c] miraculi et tunc multa milia crediderunt per eum; et usque hodie per populos et ecclesias Danorum celebre nomen Popponis effertur.

34. Haec aliqui apud Ripam gesta confirmant, alii apud Heidibam[d], quae Sliaswig dicitur[e]. Claruit etiam tunc in Dania felicis memoriae Odinkar[f] senior, de quo supra diximus[27], quod[g] in Fune[h], Seland, Scone[i] ac in Suedia[k] praedicans, multos ad fidem

Schol. 25. Hericus, rex Sueonum, cum potentissimo rege Polanorum Bolizlao[28] foedus iniit. Bolizlaus filiam vel sororem Herico dedit[l. 29]. Cuius gratia societatis Dani a Sclavis et Sueonibus iuxta impugnati sunt. Bolizlaus, rex christianissimus, cum Ottone tercio confoederatus[30], omnem[m] vi Sclavaniam subiecit et Ruziam[31] et Pruzzos[n], a quibus passus est sanctus Adalbertus[32], cuius reliquias tunc Bolizlaus transtulit in Poloniam. (2. 4.)

a) Quorum unus in N. deficiens; p. a. s. c. i. (i. c. 5.) permansit 4. b) Alwardus 5. c) illo 1. illius 3. d) *Inclusa desunt* 1. 2. 3. e) *Inclusa desunt* 1. f) desertus 2. 3. 4. g) Hacquini 4. h) Truncco 1. i) Is licet p. esset, nulla tamen super 4. k) Eo 4. l) Egdaris 1. Eggaris 4. m) Scotorum 4. n) suscepit 2. 3. 4. o) suscepit, eumque per b. s. a. quibus exulavit, secum detinuit 4. p) Erici 3. q) Ad quem missus l. c. a. H. archiepiscopi P. quidam 4. r) et *deest* 4. s) tunc in Sleswicensem o. episcopum 4. t) expostulavit. Quem eciam aiunt pro 4. *Post vocem* expostulans *in cod.* 2. *literis minio tinctis depicta sunt verba:* Duo miracula Popponis. u) sed *addit* 4. v) ferrum tractasse manu 2. 3. f. m. tulisse 4. w) aliud eque magnum ostendit 4. x) eam *deest* 4. 5. eum 3. y) et 3. z) ambusta 2. 3. 4. *) nec *deest.* a) quidem *addit* 4. b) se *deest* 3. 5. se inc. 4. c) novitate 2. 3. 4. d) Heythbri 2. Hedeby 3. e) apud Sliaswig 4. f) Odinchar 3. g) qui 2. 3. 4. h) Fionia 2. 3. Fiune 4. Finne 5. i) Scania 2. Scane 3. Sconia 4. k) Sueonia 2. l) filiam suam H. d. uxorem 4. m) vi *deest* 2. n) Ruzliam et Puzlos 2. Rutzliam et Prozlos 4.

24) filius Olavi secundum alios et rex Upland; de quo conf. Theodericum monachum de rebus vetustis Norvagiae c. IV. apud Langebek Script. rer. Dan. T. V. et Annal. Islandorum a. 969. ibid. T. II. pag. 189. 25) Aethelred, filius Eadgari, rex 978—1014. V. Chron. Saxon. et Florentium a. 994. de expeditione Olavi Thrucconis filii, Norvagiae regis, et Sueni, regis Danorum, contra Anglos. 26) Non idem sed simile Popponis clerici miraculum iam coram Haroldo, rege Danorum, peractum tradit Widukind. l. III. cap. 65. et ex eo Thietmar. l. II. c. 8. Cum Poppo, episcopus Sleswicensis, sedit ab a. 1010—1015, hac vice fortasse fides habenda Saxoni Grammatico, qui l. X. tradit Popponem illum promotum esse in episcopum Arhusiensem. Hic vero Poppo, ad Ericum regem missus et sub Libentio episcopus ordinatus Sleswicensis, plane diversus est ab illo, cuius meminit Widukindus. 27) L. II, cap. 23. 28) Bolislaw, filius Mieczyslawi s. Miseconis 992—1025. 29) Sigrid Storråda, filia Miseconis et soror Bolislavi, ducum Poloniae, de qua vid. infra cap. 37. Thietmar. l. VII. cap. 28. 30) V. Röpell Geschichte von Polen I. pag. 105 sq. 31) Debellavit Ruzzos a. 1013. 1018. 32) sc. a. 997.

christianam convertit. Eius discipulus et nepos fuit alter Odinkar iunior, et ipse nobilis Schol. 26.
de semine regio Danorum, dives agri[a], adeo ut ex eius[b] patrimonio narrent episcopatum
Ripensem fundatum[32]. Quem dudum Bremae scolis traditum, pontifex Adaldagus suis fer-
tur manibus baptizasse, suoque nomine Adaldagus vocatus est[d]. Is vero[e] a Libentione[f]
archiepiscopo nunc ordinatus in gentes, apud Ripam sedem accepit Nam et illustri
vita[g] sanctae conversationis Deo et hominibus acceptus erat, et christianitatem in Dania
fortissime defendit. Hos viros[h] comperimus illo tempore claros in ea regione, aliis [27.]
qui adhuc supervixerant[i] a diebus Adaldagi non ociosis. Qui etiam in Norvegiam[k] et
Suediam[l] progressi populum multum Iesu Christo collegerunt. A quibus traditur Olaph[m]
Trucconis filius[n], qui Nortmannis imperavit, baptizatus, ex ea gente primus fuisse chri-
stianus. [Olaph Thrucconis filius, expulsus a Norwegia, venit in Angliam, ibique susce-
pit christianitatem, quam ipse[o] primus in patriam revexit[33], duxitque uxorem a Dania,
superbissimam Thore[p], cuius instinctu bellum[q] Danis intulit.]

35. Alii dicunt olim et tunc ab Anglia quosdam episcopos vel presbyteros euange- Cap. 78.
lizandi gratia egressos a domo[q*], ab eisque[r] Olaph baptizatum et ceteros; quorum
praecipuus esset[s] quidam Iohannes episcopus, et alii postea dicendi[t, 34]. Si hoc
verum est[u], non invidet[v] inquam[w] mater Hammaburgensis ecclesia, si filiis suis bene-
fecerint etiam extranei, dicens cum apostolo: *Quidam praedicant per invidiam et con-* 1 Phil. 1, 15–18.
*tentionem, quidam autem propter bonam voluntatem et karitatem. Quid enim? Dum omni
modo, sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuncietur, et in hoc,* inquit,
gaudeo et gaudebo.

36. Hericus igitur Suedorum[x] rex in Dania conversus ad christianitatem, ibidem[y] Cap. 79.
baptizatus est[z]. Qua occasione praedicatores in Suediam transeuntes a Dania, fiduciali-
ter agebant in nomine Domini. Audivi ego[*] a prudentissimo rege[a] Danorum, Hericum,
post susceptam christianitatem, denuo relapsum ad paganismum[b]. Quod vero cum
Ottone tercio pugnaverit et[c] victus sit[d], ab aliis comperi; rex tacuit[e].

37. Post mortem diu optatam Herici[f] Suein ab exilio regressus, optinuit regnum [28.] Cap. 80.
patrum suorum[g], anno depulsionis vel[h] peregrinationis suae 14; et accepit[i] uxorem[35]
Herici relictam, matrem Olaph, quae peperit ei Chnut[k]. Sed nichil illi profuit affini-
tas conubii, cui Deus iratus est[l]. [Olaph[m] rex Sueonum christianissimus erat[n] filiam-
que[o] Sclavorum Estred nomine de Obodritis[p] accepit uxorem, ex qua genitus est[q]
filius Iacobus[36], et[r] filia Ingrad[s, 37], quam rex[t] sanctus[u] Gerzlef[v] de Ruzzia duxit in
coniugium.][w] Olaph sane, qui post obitum patris[x] Herici regnum super Suevos[y] acce-
pit, cum exercitu superveniens, infelicem[z] Suein[**] a regno expulit, et ipse[a] optinuit
Daniam. Cognovit[b] autem Suein quod Dominus ipse est Deus, et reversus in semet-
ipsum[c], peccata sua prae oculis habuit[d] poenitensque oravit ad Dominum; qui exaudivit[e]
eum et[f] dedit illi gratiam in conspectu inimicorum suorum[g], et restituit[h] eum Olaph

Schol. 26. Ille[i] Odinkar in Angliam ductus est a rege Knut ibique eruditus litteris[k]. Deinde Galliam[l] discendo pervagatus, sapientis et philosophi nomen accepit. Unde et Deo[m] carus[38] nomen sortiri meruit. (2. 3. 4.)

a) agris 4. b) eius *deest* 3. d) suis manibus (m. s. 5.) baptizavit s. q. n. A. vocavit 4. e) ergo 4. f) Libentio 2. 3. 5. g) et *addit* 4. h) vero 2. 3. 4. i) supervixerunt 3. k) Nordwegiam 2, Norwegiam 4. l) et Suediam *desunt* 2. 3. 4. m) Olavus 2. n) Thrucconis filius 2. 4. Thrucunson 3. Trunconis filius 1. o) ipse *deest* 3. p) Thorem 3. q) etiam *addit* 4. *Uncis inclusa desunt* 1. q*) Domino 2. 3. 4. r) et ab illis 4. s) erat 2. 3. 4. t) alii, de quibus postea dicemus 4. u) Sed si hoc ita est 4. v) invideat 4. invida 2. invida est 3. w) inquam *deest* 5. x) Sueonum 5. y) ibique 2. 3. ibi 4. z) *Nota marginalis in cod.* 2: Hericus baptizatur. *) ergo 1. a) Domini. Dicebat tamen clarissimus Svein rex 4. b) fuisse *addit* 4. c) pugnaverit et *desunt* 1. d) est 1. 3. e) rex tacuit, sed ab aliis audivi 4. f) Mortuo post hec Herico 4. g) nostrorum 1. h) et 2. 3. 4. i) accepitque 4. k) Chunt 1. Knut 2. 4. l) erat 2. 4. m) autem *addit* 4. n) erat *deest* 4. o) que *deest* 4. p) Obotritis 3. *F.* q) ei *addit* 4. r) a 2. s) Ingred 3. Iugard 4. t) vir 2. u) sanctus *deest* 4. v) Gerzleff 3. 5. w) coniugem 3. *Uncis inclusa desunt* 1. x) sui *addit* 4. y) Suecos 3. Sueones 4. z) infeliciter 1. **) iterum *addit* 4. a) ipse *deest* 4. b) Suein autem cognoscens quia d. i. e. deus rediit in 4. c) et *addit* 4. d) habens 4. e) exaudiens 4. f) et *deest* 4. g) suorum *deest* 3. h) suorum restituitque 4. i) Iste 3. 4. k) a r. K. i. A. d. l. est e. 4. l) Galliam *deest* 5. m) Unde Domino 3.

32) Hanc donationem Sax. Grammat. l. X. pag. 506 (ed. Mulleri) adscribit Othincaro Albo s. seniori. Conf. infra Schol. 48. 33) Cf. Chron. Anglo-Saxon. et Florent. Wigorn. a. 994. Theodoricus l. l. cap. 7. 8. 34) V. infra l. IV. c. 33. 35) Sigrid illam a marito suo depulsam esse testatur Thietmar. l. VII. c. 28. 36) Suecis dictus Anund Iacobus. 37) Ingagerd, uxor Iaroslavi Wladimirowitsch, regis Russorum. 38) sc. a deo Odin et voce Islandica kaer, carus.

in regnum suum, eo quod matrem suam habuerit[a]. Feceruntque pactum ad invicem[b] firmissimum, ut christianitatem in regno suo plantatam retinerent, et in exteras effunderent nationes.

[29] Cap. 81. 38. Audiens autem rex Nortmannorum, Olaph filius Trucci[c], de coniunctione regum, iratus est contra Suein nimis[d], ratus eum[e] quasi derelictum a Deo tociensque depulsum, a sua etiam multitudine facile posse depelli. Collecta igitur classe innumera, bellum intulit regi Danorum. Hoc factum est[f] inter Sconiam[g] et Seland[h], ubi solent reges navali bello confligere. Est autem brevis traiectus Baltici maris apud[i] Halsinburg[k], in quo loco Seland a Sconia videri possit[l], familiare latibulum pyratis. Ibi ergo congressi[39], Nortmanni a Danis sunt victi et fusi sunt[m]. Olaph[n] rex, qui forte solus remansit[o], in mare se praecipitans, dignum vitae finem invenit. [Uxor[p] eius post mortem viri[q] fame inediaque miserabiliter vitam consumpsit, ut digna erat.][r] Narrant eum[s] aliqui illum christianum fuisse, quidam[t] christianitatis desertorem; omnes autem affirmant peritum auguriorum, servatorem sortium, et in avium prognosticis[u] omnem
Schol. 27. spem suam posuisse. Quare etiam cognomen accepit, ut Olaph Cracabben[v. 40] diceretur. Nam et artis magicae, ut aiunt, studio deditus, omnes, quibus illa redundat patria, maleficos[41] habuit domesticos, eorumque deceptus errore periit.

Cap. 82. 39. Suein, interfecto Cracabben[w], duo regna possedit. Ipse igitur mox destructo ritu ydololatriae, christianitatem in Nortmannia[x] per edictum suscipere[y] iussit. Tunc etiam Gotebaldum[z] quendam ab Anglia venientem episcopum in Sconia posuit doctorem, qui aliquando in Suedia, saepe dicitur euangelizasse in Norvegia[*].

1000. [30.] Cap. 83. 40. Interea millesimus ab incarnatione Domini annus feliciter impletus est, et hic est annus archiepiscopi 12. Sequenti[a] anno fortissimus Otto imperator, qui iam Danos[42], Sclavos[43], itemque Francos et Italos domuerat, cum iam tercio Romam victor intrasset[b. 44], inmatura morte preventus occubuit[c. 45]. Post mortem eius[d] regnum in contentione remansit. Tunc vero et[e] Sclavi a christianis iudicibus plus iusto compressi, excusso tandem iugo servitutis, libertatem suam armis defendere coacti sunt. Principes[f]
Schol. 28. Winulorum erant Mystiwoi et Mizzidrog[g], quorum ductu sedicio inflammata est. His[h] ducibus Sclavi rebellantes, totam primo Nortalbingiam ferro et igne depopulati sunt. Deinde reliquam peragrantes Sclavoniam[h*], omnes ecclesias incenderunt et ad solum[i] diruerunt. Sacerdotes autem et[k] reliquos[l] ecclesiarum ministros variis suppliciis enecantes, nullum christianitatis vestigium trans Albiam reliquerunt[46].

Cap. 84. 41. Apud Hammaburg eo tempore ac deinceps multi ex clero et civibus in captivitatem abducti[m] sunt, plures etiam interfecti propter odium christianitatis[47]. Narravit

Schol. 27. Olaph Trucci[n] filio interfecto Craccaben, duo regna possedit. Qui mox destructo ydolatriae[o] ritu christianitatem in Nordmannia per edictum suscipi iussit. Tunc etiam Gotebaldum quendam ab Anglia venientem episcopum in Sconia posuit doctorem; qui aliquando in Suedia et in Norwegia euangelizasse narratur. (4.)

Schol. 28. Mistiwoi cum nollet[p] christianitatem deserere[q], depulsus a patria confugit ad Bardos[r], ibique consenuit fidelis. (2. 3. 4.)

a) uxorem *addit* 4. b) ad inv. *desunt* 3. c) Thrucconis 2. Trucis 3. Thrucci 4. d) nimis *deest* 2. 3. e) illum 4. f) H. f. e. *desunt* 4. g) Scaniam 2. 3. h) Selandiam 2. i) apud *deest* 2. 3. 4. k) Alsinburg 2. Halsingeburg 4. Halsingburg 5. Helsingburgh 3. l) potest 3. m) sunt *deest* 4. *In margine* 2: Dani Nordmannos sternunt. n) namque *addit* 4. o) remanserat 4. p) autem *addit* 4. q) mariti 3. r) *Uncis inclusa desunt* 1. s) itaque 4. t) alii 4. u) prenosticis 4. v) Craccaben *deest* 2. 3. 4. w) Quo interfecto Suen 3. Quo interfecto Crakaben 2. x) Noruegia 3. y) suscipi 2. 3. z) Godebaldum 2. *) dicitur evang. saepe etiam in Norvagia 3. Svein - Norvegia *hic desunt* 4. 5. *Conf. Schol.* 27, *quod male ex textu nostro descriptum est. Legendum ibi:* Olaph T. f. Craccaben interfecto, Suein duo . . a) vero *addit* 4. b) intranset 1. c) in Domino *addit* 4. d) cuius mortem 4. e) vero et *desunt* 4. f) autem *addit* 4. g) Mizzidrog et Mistrowoi 2. 3. 4. h) ergo *addit* 4. h*) Sclauaniam 2. Slauoniam 3. Slauaniam 4. i) usque *addunt* 2. 3. 4. k) et *deest* 3. 5. l) reliquosque 4. m) ducti 5. n) Thrucci 5. o) idololatriae 5. p) *deest* 4. 5. q) desereret 5. r) *Sic correxi ex Helmoldi l. I. c.* 16. Barbaros 2. 3. 4.

39) Alium locum proelii, dictum Suolder, prope Rugiam, hic memorat Snorro in Saga Olavi Tryggvii. Conf. Theodoric. l. l. cap. 14. Annal. Island. a. 999. Dahlmann l. l. I. c. 93. 40) a voce Islandica Kráka, cornix, avis fatidica, et Bein, os. Conf. Snorro Sturleson l. l. cap. 28. 41) *malefici* i. e. incantatores, vid. infra c. 55. l. III. c. 16. 62. 42) V. supra cap. 22 sq. 43) sc. annis 985—987. 990 sq. 997. vid. Ann. Quedlinburg. Thietmar. l. IV, c. 8. 20. 44) sc. annis 996. m. Maio, 998. m. Febr. et 1000. m. Novembr. 45) Otto III. obiit Patavii a. 1002. Ian. 24. 46) Thietmar. l. III. c. 11. Male confudisse videtur Adamus quae post mortem Ottonis II. vel ultimis eius annis gesta sunt, cum iis quae post mortem Ottonis III. acciderunt. 47) V. Thietmar. l. l.

nobis diu[49] memorandus rex Danorum[a], qui omnes barbarorum gestas res in memoria tenuit ac si[b] scriptae essent, Aldinburg civitatem populosissimam de christianis[50] inventam esse. *Sexaginta*, inquit, *presbyteri*, *ceteris more pecudum obtruncatis*, *ibi ad ludibrium servati sunt*, *quorum maior loci praepositus Oddar*[c] *nomen habuit*, *noster consanguineus. Ille igitur cum ceteris tali martyrio consummatus est*, *ut cute capitis in modum crucis incisa*, *ferro cerebrum singulis aperiretur. Deinde ligatis post tergum*[d] *manibus confessores*[e] *Dei per singulas civitates Sclavorum tracti sunt*, *[et aut verbere aut alio modo vexati*,[e*]*] usque dum*[f] *deficerent. Ista illi spectacula*[g.50*] *facti*, *et angelis et hominibus in stadio medii cursus*[h] *exhalaverunt victorem spiritum.* Multa[i] in hunc modum per diversas Sclavorum[k] provintias tunc facta memorantur, quae scriptorum[l] penuria nunc[m] habentur pro fabulis. De quibus cum regem amplius interrogarem: *Cessa*, inquit, *fili*, *tantos*[51] *habemus in Dania vel Sclavania martyres*, *ut vix possint*[n] *libro comprehendi.* Schol 29. [31.]

42. Omnes igitur Sclavi, qui inter Albiam et Oddaram habitant, per annos 70 et amplius christianitatem coluerunt, omni[o] tempore Ottonum, talique modo se absciderunt a corpore Christi et ecclesiae, cui antea[p] coniuncti fuerant. O vere occulta super homines Dei iudicia, qui miseretur cui vult, et quem vult indurat. Cuius omnipotentiam mirantes, videmus eos ad paganismum esse relapsos, qui primi crediderunt, illis autem[q] conversis ad[r] Christum, qui videbantur novissimi. Ille igitur iudex iustus, fortis et patiens, qui olim, deletis coram Israel septem gentibus Chanaan, solos reservavit Allophilos[52], a quibus transgressi punirentur, ille, inquam, modicam gentilium portionem nunc indurare voluit, per quos nostra confunderetur perfidia. Rom. 9, 18.

43. Haec[s] facta sunt ultimo tempore senioris Libentii, sub duce Bernardo, filio [32.] Cap. 85. Schol. 30. 31. 32. 33.

Schol. 29. Aldinburg civitas magna Sclavorum est, qui Waigri[t] dicuntur. Sita est[u] iuxta mare, quod Balticum vel Barbarum[v] dicitur, itinere diei ab Hammaburg[w]. (2. 3. 4.)

Schol. 30. Sermo est ducem Sclavanicum[x] petisse pro[y] filio suo neptem ducis Bernardi, eumque promisisse[53]. Tunc[z] princeps Winulorum misit filium suum[*] cum duce in Ytaliam cum mille equitibus, qui fere omnes ibi sunt interfecti[54]. Cumque filius ducis Sclavanici pollicitam mulierem expeteret, Theodericus marchio intercepit consilium, consanguineam ducis proclamans non dandam esse eam[a]. (2. 3.)

Schol. 31. Theodericus[b] erat marchio Sclavorum, cuius ignavia coegit eos fieri desertores[55]. (2. 3.)

Schol. 32. Theodericus marchio, depulsus ab honore[56] et ab omni hereditate sua[c], prebendarius apud Magdeburg vitam finivit mala[d] morte, ut dignus fuit. (2. 3.)

Schol. 33. Anno Domini 1010. gens Ungariae ad fidem convertitur per Gislam, sororem imperatoris, quae nupta regi Ungariae ipsum regem induxit, ut se et suos baptizari faceret, et in baptismo Stephanus est appellatus. Qui postea sanctus fieri meruit[57]. (4. *secunda manu.*)

a) et *addunt* 1. 3. b) si *deest* 1. c) Oddor 3. d) terga 2 3. 4. 5. e) professores 2. 3. 4. e*) *Uncis inclusa desunt* 1. *Ann. Sax. a.* 983. *Helmold. l. I. c.* 16. et *deest* 3. 4. f) quousque 4. g) Ita illi spectaculum 2. 3. 4. *Ann. Sax. l. l.* Taliter illi spectaculum *Helmold. l. l.* h) in stadii medio 2. 3. 4. IV. Non. Iunii *add.* 4. i) enim *add.* 3. nimirum 4. k) Nordalbingorum vel Sclavorum 2. Nordalbingorum 3. l) scribentorum 1. m) nunc *deest* 2. 3. 4. n) quod vix possent 5. o) videlicet *addit* 4. p) ante 2. 3. 4. q) autem *deest* 2. 3. 4. r) conversisis a 1. s) *In cod.* 4. *hic in textu legitur* · perfidia. Eo tempore dux Sclaviae petiit filio suo neptem ducis Bernardi dari in coniugium, quod et dux consensit. Tunc princeps Winulorum misit filium suum cum duce in Italiam, cum mille equitibus, qui fere omnes ibi sunt interfecti. Post haec cum filius ducis Sclaviae pollicitam sibi expeteret uxorem, Tiadericus marchio intercepit consilium, proclamans consanguineam ducis non esse dandam cani *(Ita et Helmoldus l. I. c.* 16.*)*. Iste Tiadericus Sclavorum erat marchio, cuius ignavia coegit eos fieri desertores Qui postmodum ab honore suo depulsus, et ab omni hereditate sua, apud Magdeburg praebendarius, vitam, ut dignus erat, mala morte finivit. Eodem tempore venerabilis comes Heinricus in Rosafeldan[58] fecit praeposituram, annuente Libentio archiepiscopo et ecclesiam consecrante. Haec .. t) Vagri 3. Wagri 5. u) est *deest* 4. 5. v) barbaricum 4. w) Vagri dicuntur, distat itinere unius diei ab Hamaburg 3. x) Slauoniae 3. y) pro *deest* 2. z) Itaque 3. *) misso filio 3. a) equitibus eos omnes fere amisit. Reuersus ex Italia petiit sibi promissam, quam Thiadricus marchio intercepto consilio, consanguineam dicens, negabat ei dandam 3. b) Thiadricus 3. c) *Ita et Helmoldus l. I. c.* 16. Thiadricus ab hon. omni et haer. deiectus 3. d) malam 2.

49) *diu* i. e. saepe. 50) h. e. maxime frequentatam a christianis. 50*) *Ista spectacula* fortasse ex Virgil. Aen. l. VI. v. 37. 51) *tanti* i. e. tot, sicut quanti pro quot. Arnold. Lubec. l. V. c. 5. V. supra l. I. c. 54. 52) i. e. Philistaeos. Conf. Psalm. LVI. v. 1. 53) Haec de marchione Thiaderico ad annos 976 — 984 sunt referenda. 54) in expeditione imperatoris ut videtur, ann. 981 et 982. 55) Eadem fere iudicat Thietmar. l. III. c. 10. 56) Thiadericum marchionem perdidisse dignitatem suam refert quoque Annal. Sax. a. 983. 998 et 1010. Thietmarus eius ultimo meminit l. IV. c. 2. ad a. 984. Obiit anno 985; v. Annal. Quedlinb. 57) Ex Sigeberto Gemblac. h. a. 58) De monasterio in Rosanfeldan sive Herseveld in ducatu Bremensi conf. Annal. Sax. a. 1010.

Schol. 34. Bennonis[a.59], qui populum Sclavorum graviter afflixit. Eodemque[b] tempore contentio Ferdensis episcopi Bernarii[c] de Ramsolan[d] coram papa Sergio terminata est.

1010. 44. Anno[e] archiepiscopi 22. Benno, dux Saxonum, obiit[60], et Liudgerus[f], frater eius, qui cum uxore sua venerabili Emma Bremensi ecclesiae plurima fecerunt bona[61]. Apud Magadburg[g] vero Gisillario[h] archiepiscopo Daganus successit[62]; deinde Walthardus[i] meruit cathedram[63].

Interea noster archiepiscopus de legatione sua in gentes sollicitus, plures ordinavit episcopos, quorum nomina et sedes incertae sunt[k], quia tempus persecutionis incubuit. Sicut vero[l] patrum relatione cognovimus, Esico apud Sliaswig Popponi[64] successit[m]. Odinkar, de quo supra diximus[65], apud Ripam insignis fuit[n]. Et sermo est post obitum Adeldagi[o] archiepiscopi, totam regionem Iudlant[p] usque ad nostram aetatem in duos episcopatus bipartitam esse, tercio apud Arhusan[q] deficiente. In Sclavania[r] vero ordinavit archiepiscopus Folcwardum[s.66], deinde Reginbertum[67]; quorum prior a Sclavania pulsus, in Suediam[t] vel Nordveiam[u] missus est ab archiepiscopo, et ipse[v] multos in Domino lucratus, cum gaudio remeavit. Posthaec omnibus bene compositis, obiit beatus
1013. archimandrita Libentius, unaque Ferdensis episcopus, anno Domini 1013, et sepultus est in medio chori ante gradus sanctuarii, quod factum est[w] pridie Nonas Ianuarii, indictione undecima.

[33] Cap. 86. 45. Unwanus archiepiscopus sedit annis 16. Ferulam suscepit ab Heinrico[x], palleum a maiore papa Benedicto[68]. De choro Podarbrunnensi[y] assumptus est, clarissimo
Schol. 35. genere Inmedingorum[z.69] oriundus, praeterea dives et largus, omnibus hominibus acceptus, clero autem adprime[*] benivolus[a], quibus etiam hortatu Libentii tunc praepositi curtem[b] Botegun[c] optulit, cuius servitium esset per natales apostolorum[70].

46. Unwanus[d] primus omnium congregationes ad canonicam regulam traxit, quae antea quidem mixta ex monachis vel[e] canonicis conversatione degebant. Ille omnes ritus paganicos, quorum adhuc supersticio viguit in hac regione, praecepit funditus amoveri, ita ut ex lucis, quos nostri paludicolae stulta frequentabant reverentia, faceret[f] ecclesias per diocesim[g] renovari; ex quibus etiam basilicam sancti Viti extra oppidum construi[h] et capellam sancti Willehadi combustam iussit reparari.

Ipso tempore ferunt aggerem Bremensis oppidi[i] firmatum contra insidias et impetus

Schol. 34. Ramsolan sita est in episcopatu Ferdensi non longe a vico Bardorum[71]. Cuius ordinationem et ius gubernandi cum Ferdensis episcopus reposceret, apostolicae sedis decreto cessit ab incepto. Oddo legatus fuit ad papam[72], ut habet privilegium[k]. (3. 4.)

Schol. 35. Sermo est hunc per simoniacam pestem intronizatum, eo quod magnam hereditatem habuit. Cuius partem ipse invitus dimisit[l] imperatori, partem vero alteram optulit ecclesiae suae, quam pie gubernavit; terciam parentibus dimisit. Senex venerabilis et amator pauperum, maxime illorum[m] qui parvuli erant. Qua occasione fratres a claustro licentius egressi, mulierum consortia primum[n] absconse petebant[o]. (2. 3. 4.)

a) Berhardo filio Bennonis 1. *Ita et Helmoldus l. I. c.* 16. Bernardo filio Hermanni 2. 3. B. f. Herimanni 4. b) que *deest* 2. Quo eciam 4. c) Berharii 1. d) Ramsola 5. *saepius.* e) igitur *addunt* 2. 3. 5. f) Ludgerus 2. 4. g) Magedburg 2. Magdeburgh 3. Magdaburg 4. h) Gisilhario 2. 3. Gisilario 4. i) Waldardus 2. 3. k) sunt *deest* 1. l) enim 2. 3. 4. m) succedit 3. n) Odinkar, qui a. R. i. f. ut s. diximus 4. o) Adaldagi 2. 3. 4. p) regionem *deest* 1. Iutland 2. 3. 4. Iuthland 5. q) Arhus 3. Arusiam 2. r) Sclavaniam 2. 4. Sclavoniam 3. *saepius.* s) Folquardum 4. t) Sueoniam 2. 3. 4. u) Nordwegiam 2. Nordmanniam 3. 4. v) qui 4. w) factum *deest* 1. 2. q. f. est *desunt* 4. x) imperatore *addit* 4. y) Paderburnensi 2. 3. Padarburnensi 4. z) Immedingorum 3. 5. *) apprime 4. a) benevolus 3. 5. b) cohortem 1. c) Bodegun 4. d) archiepiscopus *addit* 4. e) et 3. 5. f) facerent 2. 4. g) ecclesias per duodecim loca 2. ecclesias duodecim 3. 4. h) contrui 1. i) aggerem Bremensem 4. k) Bardorum. Eam episcopus Ferdensis sibi regendam petiit a pontifice Romano perlegatum Oddonem, ut habet privilegiium 3. l) divisit 5. m) eorum 4. n) primo 4. o) intronizatum. Nam maximam habuit haereditatem, cuius partem unam dedit imperatori, alteram obtulit ecclesiae, quam pie gubernavit, tertiam reliquit consanguineis. Senex venerablis, amator pauperum 3.

59) Si lectio haec vera est, Adamus hic indigitare voluit tempus post annum emortualem Bennonis ducis et ante mortem Libentii archiepiscopi, videlicet 1010—1013. 60) Benno dux obiit 1011. Febr. 9. 61) Liudgerus obiit 1011. Febr. 26. De comitissa Emma v. infra c. 49. 60. 62) sc. anno 1004. 63) sc. anno 1012. 64) Poppo aut resignavit, aut aliam accepit in Dania cathedram, v. infra cap. 47. 65) V. supra c. 33. 66) V. infra c. 62. 67) Reginbertum, de orientali Francia natum, ex abbate Walbeccensi ab Ottone III. episcopum Aldenburgensem factum esse tradit Thietmar. Merseb. l. VI. c. 30. 992. m. Oct. electus iam fuit, v. Ann. Hildesheim. h. a. 68) sc. Benedicto VIII. anno 1022. m. April., v. Hamb. Urkundenb. Nr. 64. 69) Cf. Widukind. l. I. c. 31. 70) Baden, in parochia et iudicio Achim. V. Hamb. Urkundenbuch Nr. 60. 71) Bardewyk. 72) Cf. Annal. Quedlinb. a. 1013. et Thietmar. l. VI. c. 53. 54. Hamb. Urkundenbuch Nr. 58. not.

inimicorum regis[a], praecipue quoniam dux Bernardus, Heinrico imperatori ausus rebellare, terruit ac[b] turbavit omnes ecclesias Saxoniae. Ex illo enim tempore, quo dux constitutus est in hac regione, nunquam discordia cessavit inter geminas domos, scilicet archiepiscopi et ducis: illis impugnantibus regem et ecclesiam, istis pro salute ecclesiae ac fidelitate regum[c] certantibus[73]. Haec aemulatio partium, dum prius occulta[d] esset, ex eo tempore vires accepit et crevit in immensum. Bernardus enim dux, tam avitae humilitatis quam paternae religionis oblitus, primo quidem per avaritiam gentem Winulorum crudeliter opprimens, ad necessitatem paganismi coëgit[74]; deinde per superbiam beneficiorum immemor, totam secum ad rebellandum caesari movit Saxoniam; novissime surgens in Christum[e], ecclesias huius patriae non dubitavit impugnare, praecipue vero[f] nostram, quae et ditior eo tempore ceteris, et longinquior[g] videbatur a manu imperatoris. Eius[h] impetum viri dicitur noster[i] archiepiscopus Unwan[k], sua magnanimitate[l] taliter refregisse, ut prae pudore sapientiae ac liberalitatis[m] episcopi cogeretur ipse dux, ecclesiae, cui ante adversatus est, deinceps hylaris et benignus esse in omnibus[n]. Igitur[o] habito nostri pontificis consilio, rebellis princeps tandem flexus, apud Scalchispurg[p] caesari Heinrico supplex dedit manus[75]. Schol. 36.

47. Mox quoque[q] favente Unwano, Sclavos tributo subiciens[r], pacem reddidit[s] Nordalbingis et matri Hammaburg. Ad cuius restaurationem[t] venerabilis metropolitanus asseritur[u] post cladem Sclavonicam civitatem et ecclesiam fecisse[v] novam, simul ex singulis congregationibus suis[76], quae virorum essent, tres eligens fratres, ita ut duodecim fierent, qui in Hammaburg canonica degerent conversatione, vel qui populum converterent ab errore ydolatriae[w]. Ordinavitque[x] in Sclavoniam, mortuo Reginberto, Bennonem virum prudentem, qui de fratribus Hammaburgensis ecclesiae electus, in populo Sclavorum multum praedicando fructum attulit[77]. In Dania vero[y] supervixerunt adhuc[z] theologus[*] Poppo, et ille nobilis Odinkar[a] episcopus, quem pro fide ac[b] sanctitate vitae eius[c] familiarissimum habuit archiepiscopus. Hos duos episcopos solummodo in Iudlant[d] fuisse comperimus, antequam Chnut[e] regnum intraret. Solus[f] ex nostris Odinkar transmarinas[g] aliquando[78] visitavit ecclesias, Esico domi sedit[h], persecutio ceteros tardavit[i]. Archiepiscopus etiam alios viros doctissimos ordinavit in Norvegiam vel[k] Suediam[l]; alios vero in Anglia ordinatos, pro amicitia regum, cum satisfacerent, ad aedificandam[m] dimisit ecclesiam[79]. Multos[n] eorum secum retinens, omnes autem[o], cum abierant[p], donis cumulans, ad subiectionem[q] Hammaburgensis ecclesiae reddidit voluntarios. [34.] Cap. 37. Schol. 37.

Schol. 36. Unwanus[r] in plerisque paschae aliisve[s] festivitatibus septem episcopos secum habuit, et praeterea abbates, non minus ducem et aliquos huius provinciae comites, magno singulos honore[t] amplectens. (2. 3. 4.)

Schol. 37. Odinkar[u] filius erat Toki[v] ducis Winlandensis, et[w] sedem in Ripa habuit. Nam tercia pars terrae Winlandensis patrimonium eius fuisse narratur[x], et tamen vir tantarum divitiarum mirae fuit continentiae. Cuius unum virtutis exemplum comperi[y], quod omni quadragesimali tempore, semper altero die intermisso[z], iussit se verberibus a quodam suo affligi presbytero. (2. 3. 4.)

a) regis *deest* 2. 3. 5. b) et 5. c) ac f. regum *desunt* 2. 3. 4. d) oculta 1. e) Novissime consurgens aduersus Dominum et aduersus christum eius 2. f) vero *deest* 4. g) remotior 4. h) Huius 4. i) noster *deest* 4. k) Unwanus 2. 3. 4. l) magnitudine 3. m) libertatis 2. 3. 4. n) benevolus i. o. existere 4. o) Ergo 4. p) Scalchisburg 3. Scalchisburgh 2. Scalchinburg 4. q) Moxque 2. 3. 4. r) Slavis tributo subiectis 4. s) reddit *M. F.* t) restarationem 1. instaurationem 3. u) asseritur *deest* 4. v) fecit 4. w) conversatione, populum ab ydolatrie (idolatrie 5.) revocantes errore 4. x) Ordinavit eciam 4. y) vero *deest* 5. z) adhuc *deest* 2. 3. 4. *) theogolus 2. th. p. 4. a) Odilkar 1. b) et 4. c) eius *deest* 2. 3. 4. d) Iutlandia 2. Iutland 3. 4. e) Chunt 1. Knut 4. *semper*. Kanutus 2. f) autem *addit* 4. g) transmarinus *M. F.* h) et *addit* 4. i) retardavit 2. 4. k) Norwegiam et 4. l) Sueoniam 2. m) aedificandum 3. n) enim *add.* 4. o) autem *deest* 1. p) abirent 2. 3. 4. q) subvectionem 4. r) archiepiscopus *addit* 4. s) aliisque 4. t) amore 5. *In cod. 3. hoc scholion capiti 35. affixum ita se habet:* Unvanus in plerisque festivitatibus episcopis septem et praeterea abbatibus stipatus fuit. u) Ottinkar 3. v) Tocki 2. Tuchi 3. w) Vinlandensis 3. Windlandensis *F.* et *deest* 4. x) describitur 4. y) erat 4. z) alternis diebus 4.

73) *pro salute . . certantibus.* V. infra cap. 55. 74) De Liuticiorum, Abotritorum et Wairorum rebellione v. Thietmar. l. VIII. c. 4. ad a. 1018. 75) Hausberge iuxta Weseram, ubi Caesar et Bernardus convenerunt anno 1019. V. Ann. Hildesheim. 76) sc. Brema, Bücken, Rameslo et Herseveld. 77) Bernhardus, episcopus antiquae civitatis a. 1014. Thietmar. l. VII. c. 4. et l. VIII. c. 4. dictus Mekelinburgensis episcopus, qui obiit anno 1023. teste Annal. Quedlinburg. h. a. 78) Praesens fuit Othinkarus in concilio Tremoniensi a. 1005. Non. Iul. V. Thietmar. l. VI. c. 13. 79) Cf. infra c. 53.

[35.] Cap.88. 48. Unwanus igitur[a] cum esset vir nobilissimus, aeque nobilem ac sufficientem liberalitati[b] suae sortitus est episcopatum, in quo et suam magnitudinem animi[c] posset ostendere, et necessitati ecclesiae simul prodesse. Quare tesaurum ecclesiae diu solliciteque[d] collectum, et quasi minus necessarium, si infra[e] parietes clauderetur, ipse ad commodum suae legationis curavit ita expendere, ut ferocissimos reges aquilonis hylaritate suorum munerum ad omnia quae voluit benignos obedientesque haberet. In qua re non[f] multum 1 Cor. 9,11. peccavit, ut arbitror, seminans[g] carnalia, ut meteret spiritalia[h]. Quin immo largitio eius in novella gentium conversione utillima[i] videbatur; neque adeo nocuit ecclesiae, quae praecedentium diligentia patrum erat opulentissima. Credo etiam, secutus est[k] exemplum sancti Ansgarii et cuiusdam in ecclesiastica hystoria[80] Theotimi, Scytarum episcopi, quorum alter legitur incredulos reges donis placasse, alter vero barbaros natura feroces epulis[l] muneribusque[m] mansuefecisse laudatur. Haec in apologum[n] praesulis dicta sufficiant[o], nunc per hystoriae ordinem redeamus ad ecclesiae legationem, quae tempore Unwanni[p] prosperrime gesta cognoscitur.

[36.] Cap.89. 49. Suein, rex Danorum atque Nortmannorum, veteres iniurias tam occisi fratris[81] quam suae repulsionis[82] ulturus, classe magna transfretavit in Angliam, ducens secum filium suum[q] Chnut[r] et Olaph, filium Cracaben[s], de quo supra dictum est[83]. Itaque multo tempore multis[t] praeliis adversum Anglos exactis, Suein veteranum regem Schol. 38. depulit Edilredum[u], et insulam tenuit in sua ditione, verum brevi tempore. Nam tercio mense postquam victoriam adeptus est, ibidem morte praeventus occubuit[84].

50. Chnud, filius regis[v], cum exercitu reversus in patriam, denuo bellum molitur in Anglos. Olaph a Nortmannis electus in principem, separatus est a regno Danorum. Tunc vero Chnud ancipiti casu turbatus, pactum iniit[w] cum fratre Olaph[x], filio Herici, qui regnavit in Suedia[85], eiusque fultus auxilio[y] deliberavit primo quidem Angliam subiugare, deinde Norvegiam. Itaque mille navibus magnis[z] Chnut armatus, occeanum transivit[*] Britannicum; per quem, sicut[a] nautae referunt, a Dania in Angliam, flantibus euris, triduo vela panduntur. Hoc[b] mare magnum et valde periculosum a laeva Orcadas[c] habet, dextrorsum[d] attingit Frisiam[e].

[37.] Cap.90. 51. Triennium[f] ergo Chnut Britanniam oppugnavit. Adelrad[g], rex Anglorum, apud Schol. 39. Lundonam[h] obsessus obiit[86], simul cum regno amittens vitam[87]. Et[h*] iusto iudicio Dei, qui fratre per martyrium consummato[88] 38 annis sceptrum sanguine polluit. Is parricidium taliter expiavit, relinquens filium parvulum nomine Edwardum, quem suscepit ab Imma uxore[i. 89]. Frater[k] Adelradi Emund, vir bellicosus, in[l] gratiam victoris veneno sublatus[m] est[90]; filii[n] eius in Ruzziam exilio[o] dampnati[91].

Schol. 38. Knut, filius Suein regis, abiecto nomine gentilitatis, in baptismo Lambertus[p] nomen accepit. Unde scriptum est in libro fraternitatis nostrae: *Lambrecht*[q], *rex Danorum, et Imma regina et Knut, filius eorum, devote*[r] *se commendaverunt orationibus fratrum Bremensium.* (2. 3. 4.)

Schol. 39. Edgar[s], potentissimus rex Anglorum, a legitima filium habuit Edwardum[t], virum sanctissimum. Cuius noverca Afelrud[u. 92] fuit, quae regem privignum[v] occidens, filium suum eundem[w. 93] in regem[x] posuit. (2. 3. 4.)

a) archiepiscopus *addit* 4. b) liberalitatis 1. libertati 2. 3. 4. c) animi *deest* 2. 3. 4. d) que *deest* 3. e) intra 3. f) *deest* 4. g) quia seminavit 4. h) spiritualia 3. *F.* i) utillissima 2. 3. 4. k) est *deest* 1. Credo enim eum secutum 4. l) *Ita* 1. *et Hist. eccl. tripart. l. l.* epistolis 2. 3. 4. m) que *deest* 3. n) apologiam 3. o) sufficiunt 3. 4. p) Wnwani 2. 5. Vuuani 3. Unwani 4. q) suum *deest* 2. 3. Dani Angliam invadunt 2. *in margine.* r) Chnut *deest* 4. Chund 1. *semper.* Kanutum 2. *semper.* s) Craccaben 4. Crakeben 3. t) plurimis 4. u) Ethilredum 4. v) Svein regis 4. filius Suenonis, qui et Lambertus (Lambriet 3.) nomen habuit 2. 3. w) init 3. x) *deest* 4. y) ope fultus 3. z) magnis *deest* 2. 3. 4. *) n. m. armatus Chund, o. transilivit 1. a) quod sicut 4. quem quod 5. b) autem *addit* 4. c) Archadas 4. d) a dextra 3. e) Fresiam 2. 3. f) Triennio ergo 2. 4. g) Et Adrad 4. Et Adelrad *M. F.* Addradus 2. Edgar 3. h) Lundoniam 3. h*) Et *deest* 4. i) sua *addit* 4. k) vero *addit* 4. 5. l) ob 4. m) extinctus 4. n) que *addit* 4. o) sunt *addit* 4. p) Lamberti 3. q) Lambrict 3. Lambreth 4. Lambertus 5. r) devote *deest* 3. s) Adelrad 4. t) Eduardum 4. *semper.* u) Affilrud 4. Affiluid 3. Affikud 5. v) suum *add.* w) eundem *deest* 3. Anundum 4. Amindum 5. x) regnum 3. 5. regno 4.

80) in Historiae ecclesiasticae tripartitae l. IX. c. 47. 81) sc. Hiring; v. supra cap. 22. 82) V. supra cap. 32. 83) rectius Olaph, filius Haroldi. V. Theodoric. l. l. cap. 15. Snorro Saga af Olafi hinom helga cap. 24—26. quem Adamus cum praedecessore ipsius, Olavo dicto Cracaben filio Trucconis, confundit. Conf. supra cap. 35 et 38. 84) Obiit anno 1014. Febr. 2. 85) sc. Olavo dicto Skautkonung, filio Erici victoriosi, cuius relicta Sigrid Storrade Suenoni, Kanuti patri, nupserat. 86) obiit a. 1016. April. 23. 87) Similiter Sallust. Catil. cap. 29. *libertatem cum anima simul amittit.* 88) sc. Eadwardo, dicto Martyre, occiso a. 978. Mart. 18. 89) postea regem, dictum Confessorem. 90) rectius filius Ethelredi Eadmund, qui obiit a. 1016. Nov. 30. 91) In Hungaria eos invenimus. V. Lappenberg Geschichte von Grossbritannien T. I. p. 463. 92) rectius Aelfthrythe. 93) sc. Aethelred II.

52. Chnud[a] regnum Adelradi accepit, uxoremque eius Immam nomine, quae fuit Cap. 91. soror comitis Nortmannorum Rikardi. Cui rex Danorum suam dedit germanam[b] Marga- Schol. 40. retam[c] pro foedere[93]. Quam deinde Chnut[d] repudiatam a comite Wolf[e] duci Angliae dedit, eiusque Wolf sororem[94] copulatam altero[f] duci[g] Gudvino, callide ratus Anglos et Schol. 41. Nortmannos[h] per conubia Danis fideliores; quae res eum non fefellit. Et Rikardus[i] quidem comes declinans iram Chnut, Iherosolimam profectus, ibidem obiit[95], relinquens filium in Nortmannia nomine Rodbertum[k], cuius filius est iste Willelmus[l], quem Franci Bastardum vocant. Wolf autem ex sorore regis Chnut filios suscepit Bern[m] ducem[96] et Suein regem[97], Guduin a sorore Wolf ducis[n] Suein[98], Tostin[99] et Haroldum[1] [genuit parricidas[o]]. Quam generationis seriem, quoniam secuturae lectioni utilem iudicavimus, hic inserere dignum[p] videbatur.

53. Victor[q] Chnut ab Anglia rediens in ditione sua per multos annos regnum [38.] Cap. 92 Daniae possedit et Angliae. Quo[r] tempore episcopos ab Anglia multos adduxit in Daniam. De quibus Bernardum posuit in Sconiam, Gerbrandum in Seland[s], Reginbertum[t] in Fune[u]. Zelatus est hoc noster archiepiscopus Unwan. Et dicitur Gerbrandum redeuntem ab Anglia cepisse[v], quem ab Elnodo[w], Anglorum archiepiscopo, cognovit esse ordinatum[2]. Ille quod[x] necessitas persuasit, satisfaciens, fidelitatem Hammaburgensi cathedrae[y] cum subiectione debita spondens, familiarissimus deinceps archiepiscopo[z] effectus est. Per quem ille suos etiam legatos ad Chnut regem transmittens cum muneribus, congratulatus est ei de rebus bene gestis in Anglia, sed corripuit eum de praesumptione episcoporum, quos transtulit ex Anglia; quod rex gratanter accipiens, ita postmodum coniunctus est archiepiscopo, ut ex sententia eius omnia deinceps facere maluerit. Haec nobis de avunculo suo rex Danorum innotuit, et de captione Gerbrandi non tacuit[*].

54. Anno pontificis Unwani 12° Heinricus imperator, iustitia et sanctitate [39.] Cap. 93 insignis, cum iam Saxones, Ytalos et Burgundiones imperio subiecerat, ad coeleste 1024. migravit imperium. Cui[a] successit in sceptrum[b] fortissimus caesar Conradus, qui[c] mox Polanos[d] et regem eorum Misingum[3] magna virtute perdomuit[4], et auxiliatores[e] eorum Behemos[f] ceterosque Sclavorum populos sub tributum misit. Cum rege[g] Danorum sive Anglorum, mediante archiepiscopo fecit pacem. Cuius etiam[h] filiam[5] imperator[i] filio suo deposcens uxorem, dedit [ei civitatem[k]] Sliaswig[l] cum marcha[m], quae trans Egdoram est, in foedus amicitiae; et ex eo tempore fuit regum Daniae[n].

Schol. 40. Knut sororem suam Estred filio regis de Ruzzia dedit in[o] matrimonium. (2. 4.)

Schol. 41. Rikardus enim, dimissa Knut regis sorore[93], propter metum Danorum exulans a patria, Iherosolimam[p] profectus ibique defunctus est. Cuius socii quadraginta revertentes in Apulia[q] remansisse narrantur, et ex illo tempore Nortmanni possederunt Apuliam. (2. 4.)

a) ergo *addit* 4. b) Immam, sororem Richardi, comitis Nordmannorum, sibi coniugio copulavit, et germanam suam 4. c) m. comiti dedit pro f. 4. d) Knuth 4. rex *add.* 4 5. e) Wlf 3. f) altero 3. g) copulavit duci 4. h) et N. *desunt* 2. 3. 4. i) Richardus 4. *semper.* k) Robertum 2. 3 4. l) Wilhelmus 2. Villelmus 3. m) Biorn 3 n) Gudvin — ducis *desunt* 1. Gutuind a. s. Vlff d. 3. o) genuit parricidas *desunt* 1. p) dignum *deest* 2 3. 4. q) ergo *addit* 4. r) etiam *addit* 4. s) Selandiam 2. 4. Selandia 3. t) Reinherum 2. 4. Reginerum 3. u) Fionia 2. 3 Fiune 4. Finne 5. v) Quod zelatus noster archiepiscopus Gerbrandum red. ab A. cepisse dicitur 4. w) Enoldo 2. Eltrodo 3. Elnodol *M.* x) Ille vero ut 4. y) ecclesie 4. z) nostro *addit* 4. *) nec de c. G. tacuit 4. a) etiam *addit* 5. Cui succedens 4. b) sceptro 4. c) qui *deest* 4. d) Polonos 3. e) auxiliares 3. f) Bohemos 3. 5. g) eciam *addit* 4. h) et filiam f. 4. i) imperator *deest* 5. k) ei civ. *desunt* 1. Sl. civ. 4. l) Sleswich 2. m) marchia 4. n) in foedus — Daniae *desunt* 2a. cuius — Daniae *desunt* 3. *ubi tamen hoc legitur scholion:* Imperator filio deposcens uxorem filiam Canuti, resignavit ipse, si quid haberet iuris in terris vicinis limitibus Sliassuig una cum marcha. o) m° 2. *quod aut significat* modo, *aut* III° *sive* tertio, sc. matrimonium *sive rectius* matrimonio. *Legendum tamen videtur:* in. p) Ierusalem 4. q) Appulia 4.

93) Margareta, rectius Estred, nupta est non Richardo, sed Roberto II. comiti Nordmannorum, mortuo primo eius marito Ulf sive Wolf, duce Anglorum, anno 1025. 94) dicta Gythe. 95) rectius Robertus, qui ab Ierusalem rediens Nicaeae obiit anno 1035. Iul. 22. pater Wilhelmi II. comitis et avus Wilhelmi dicti Conquestoris, regis Anglorum. 96) Bjoern † 1049. 97) Svend rex Danorum, dictus a matre Estrithson. 98) anno 1053. occisus in peregrinatione. 99) occisus in proelio apud Stamford-bridge anno 1066 Sept. 25. 1) rex Angliae 1066 Ian. occisus in proelio Senlacensi, vulgo dicto apud Hastings. 2) Gerbrandum hunc anno 1022 in Anglia fuisse discimus ex charta Eliensi apud Gale Script. rer. Angl. XV. pag. 523. Aethelnothus, archiepiscopus Cantuariensis 1020—1038. 3) Mieczyslaw II. vulgo dictus Miseco. 4) sc. anno 1032. *Virtus omnia domuerat.* Sall. Catil. c. 3. 5) Gunhilde s. Aetheldrude, filia Kanuti regis, post eius mortem anno 1036 nupta Henrico II. imperatori.

[40.] Cap. 94. 55. Inter Chnut et Olaph[6], regem Nortmannorum, continuum fuit bellum, nec cessavit omnibus diebus vitae eorum; Danis pro imperio[a] certantibus, Nortmannis vero pugnantibus pro libertate[7]. In qua re iustior mihi visa est causa[b] Olaph, cui bellum necessarium magis fuit quam voluntarium. Si quando autem tempus a bellorum motibus quietum erat, idem Olaph iudicio et iusticia regnum gubernavit[8]. Dicunt eum inter cetera[c] virtutum opera magnum Dei zelum habuisse, ut[d] maleficos[9] de terra disperderet, quorum numero[e] cum tota barbaries exundet, praecipue vero[f] Norvegia[g] monstris talibus plena est. Nam et[h] divini[10], et augures, et[h] magi, et incantatores, ceterique satellites antichristi habitant ibi, quorum praestigiis et miraculis[i] infelices animae ludibrio[k] daemonibus habentur. Hos omnes et huiusmodi beatissimus rex Olaph persequi decrevit, ut sublatis scandalis, firmius coalesceret[l] in regno suo christiana religio. Habuitque secum[m] multos episcopos et presbyteros ab Anglia, quorum monitu et doctrina ipse[n] cor suum Deo praeparavit, subiectumque populum illis[o] ad regendum commisit. Quorum[p] clari doctrina et virtutibus erant Sigafrid[11], Grimkil[q, 12], Rudolf[r] et Bernard[13]. Hi etiam[s] iussu regis ad Suediam et Gothiam et omnes[t] insulas quae trans Nortmanniam sunt, accesserunt euangelizantes barbaris verbum Dei et regnum Iesu Christi[u]. Misit etiam[v] nuntios ad archiepiscopum nostrum cum muneribus, petens[w], ut eos[x] episcopos benigne reciperet, suosque ad eum mitteret[y], qui rudem Nortmannorum populum in christianitate confortarent.

[41.] 56. Simili[z] religionis amore alter Olaph in Suedia[14] dicitur floruisse. Is subditos sibi populos ad christianitatem convertere volens[*], magno laboravit studio, ut templum ydolorum, quod in medio Sueoniae situm est, Ubsola[a] destrueretur. Cuius intentionem pagani metuentes, placitum cum rege suo tale constituisse dicuntur[b], ut si ipse vellet esse christianus, optimam Suediae regionem, quam vellet, suo iuri[c] teneret, in qua ecclesiam et christianitatem constituens, nemini de populo vim recedendi a cultura[d] deorum inferret, nisi qui sponte cuperet[e] ad Christum converti. Huiusmodi rex placito gavisus, mox in occidentali Gothia, quae Danis proxima est vel Nortmannis, ecclesiam Deo sedemque fundavit episcopalem. Haec est civitas Scarane[f] maxima[15], in qua, petente christianissimo rege Olaph, primus ab Unwano archiepiscopo Thurgot ordinatus est[g]. Ille vir[h] strennue legationem suam perfecit[i] in gentibus; duos nobiles populos Gothorum[16] suo labore Christo lucratus est[k 17].

57. Perque illum episcopum[l] rex Olaph ingentia metropolitae[m] Unwano direxit munera. Praeterea duos fertur idem rex habuisse filios, quos una cum uxore sua ac populo iussit[n] baptizari[o]. Eorum[p] alter, qui natus est a concubina, Emund nomen accepit[q]; alter Anund, quem rex a legitima genuit[r], cognomento fidei et gratiae dictus est Iacobus, iuvenis quidem aetate, verum sapientia et pietate praecessit omnes, qui fuerunt ante eum; nec quispiam[s] regum fuit populo Sueonum tam acceptus sicut Anundus.

[42.] Cap. 95. 58. Eo tempore cum esset pax firma inter Sclavos et Transalbianos, Unwanus archiepiscopus metropolem[t] Hammaburg renovavit, clerumque dispersum colligens,

a) nec — imperio *desunt* 1. b) iustior erat causa regis 4. c) Inter cetera enim 4. d) habuit, ita ut 4. e) quibus cum 4. f) *deest* 4. g) Nouergia 1. Noruagiae regio 3. Nordwegia 2. *semper* 4. h) et *deest* 4. i) incantationibus 4. k) a *addit* 4. l) calesceret 2. claresceret 3. 4. elucesceret 5. m) Habuit etiam secum 4. n) ipse *deest* 4. o) illis *deest* 2. 3. 4. p) Ex quibus 4. q) Grinchil 3. r) Rodulf 3. 4. Rodulfus 2. s) etiam *deest* 4. t) ad ceteras 4. u) accedentes b. v. D. e. r. I. C. evangelizabant 4. v) et 3. rex *addit* 4. w) petens suppliciter 4. x) eius 2. 3. 4. y) transmitteret 4. z) autem *addit* 4. *) ad christianam vol. conv. fidem 2. 3. 4. a) Opsala 3. b) rege constituerunt 4. c) iure 3. 5. d) ad culturam 3. e) cuperent 3. ad Ch. vellet 4. f) Scarne 1. *Conf. infra l. IV. c.* 23. — Scarana 3. Scarrane 4. g) episcopus *addit* 4. h) vero 4. i) agens 4. k) est *deest* 3. l) Per illum ergo episcopum 4. m) metropolitano 4. n) ambos *add.* 2. 4. o) quos ambos una c. u. s. a. p. baptizari precepit 4. p) Quorum 4. q) habuit 2. 3. 4. r) uxore, qui *addit* 4. s) quisquam 3. t) metropolim 3. 4.

6) Olaph pinguis s. sanctus. 7) *pro imperio his, illis pro salute certantibus* Sall. Iug. c. 90. Conf. supra cap. 46. 8) *iudicio et iustitia gubernare.* Ita et supra l. II. c. 3. 7. 9) malefici v. supra c. 38. 10) i. e. divinatores. V. infra l. III. c. 62. 11) Sigafrid, patruelis Grimkilli v. Theodoric. monach. Eius historia legitur apud Fant Scriptor. rer. Suecicar. T. II. Conf. infra l. IV. c. 34. Fortasse idem est, quem Theodoricus monach. c. 8 et 20. dicit Sigwardum fratrem Grimkeli. 12) Grimkil v. l. IV. l. l. 13) Rodulf, anno 1050 in Angliam redux, abbas factus est monasterii Abingdon., v. Chron. Saxon. h. a. Historia coenobii Abendon. a. 1050. 1052. 14) V. supra cap. 50. 15) Skara in Westergothia. 16) sc. Westgothos et Ostgothos in Suecia. 17) Anno 1013 iam affuit Magdeburgi unctioni Unwani archiepiscopi. V. Thietmar. Merseburg. l. VI. c. 54.

magnam ibidem tam civium quam fratrum adunavit multitudinem. Itaque cum duce Bernardo frequenter inhabitans locum, saepe dimidium annum vixit in Hammaburg, gloriosissimum regem Chnut invitans[a] ad colloquium, Sclavorumque satrapas Utonem[16] et Sedericum[b. 17]. Tali modo pontifex Unwanus domi forisque clarus, legationem suam in gentibus narratur implesse. Nunc ea[c] restant dicenda, quae de martyrio regis Olaph fama volante[18] cognovimus.

59. Olaph igitur, clarissimus rex Nortmannorum, contra Chnut, regem Danorum, [43.] Cap.96. qui regnum suum impugnaverat[d], perpetuo decertabat praelio. Tandemque ferunt beatissimum regem Olaph[e] seditione principum[f], quorum mulieres ipse propter maleficia sustulit, a regno depulsum Norvegiae[g]. Et regnavit Chnut in Nortmannia simul et Dania et[h], quod nulli regum prius contingere potuit, in Anglia[i]. Olaph vero[k] totam spem[l] suam in Deo[m] ponens, ad comprimendos[n] ydololatras denuo bellum instaurat. Itaque de rege Sueonum[o], cuius filiam habuit[p], et populis Islanorum[q] infinitam congregans armatorum multitudinem, patrium regnum vi et armis recepit[r]. Rex igitur[s] christianissimus fortitudine in hostes et iusticia in suos celebris, ad hoc se credidit in regnum a Deo restitutum, ut iam tunc[t] nemini parcere debuisset[u], qui vel magus permanere vellet, aut christianus fieri nollet[v]. Et iam magna ex parte votum implevit, cum pauci[w] qui remanserant ex magis, in ultionem eorum quos rex dampnavit, etiam ipsum obtruncare non dubitarunt. Alii[x] dicunt eum in bello peremptum[19], quidam vero[y] in medio populi circo ad ludibrium Schol. 42. magis expositum. Sunt alii, qui asserunt[z], illum in[*] gratiam regis Chnut latenter occisum, quod et magis[a] verum esse non diffidimus, eo quod regnum eius invasit[b]. Igitur Olaph rex et martyr, ut credimus[c], tali fine consummatus est; corpus[d] eius in civitate magna regni sui Trondemnis[e] cum decenti est[f] honore tumulatum. Ubi hodieque[g] pluribus miraculis et sanitatibus[h], quae per eum fiunt, Dominus ostendere dignatur[i], quanti meriti sit in coelis, qui sic glorificatur in terris. [Regnavit autem annis 12.[k]] Agitur[l] festivitas eius 4. Kal. Augusti, omnibus septentrionalis occeani populis Nortmannorum[m], Sueonum, Gothorum, [Semborum[n],] Danorum atque Sclavorum aeterno cultu memorabilis.

60. Per idem tempus sermo est quendam[o] ab Anglia nomine Wolfredum, divini [44.] Cap 97. amoris instinctu Suediam ingressum, verbum Dei paganis cum magna fiducia praedicasse. Qui dum sua praedicatione multos ad christianam fidem convertisset, ydolum gentis

Schol. 42. Olaph, sollertissimus festivitatum observator, cum propter divinam religionem a regno esset depulsus, et denuo regnum bello recuperasset, in ipso procinctu fertur in papilione dormiens sompnium vidisse. Cumque supervenirent hostes, adhuc illo quiescente, dux sui exercitus, Phin nomine, accedens regem excitavit[p]. Tunc ille suspirans: *O! quid fecisti?* inquit; *videbam me per scalam, cuius vertex sidera tangeret*[20], *ascendisse. Heu! iam perveneram*[q] *ad summum illius scalae, coelumque mihi apertum*[r] *est ingredienti, nisi tu me suscitando revocasses.* Postquam visionem vidit rex, circumventus a suis, cum non repugnaret, occiditur et martyrio coronatur. (2. 3. 4.)

a) ibi *addit* 5. b) Sydericum 3. c) ea *deest* 2. 3. 4. d) impugnavit 4. *In margine cod.* 2: Martirium Olavi. e) fer. b. r. O. *desunt* 4. f) suorum *addit* 4. g) quorum uxores propter m. a. r. s. Nordwegia depulsus est 4. h) et *deest* 4. 5. i) Dania 4. k) rex beatissimus *addit* 4. l) fiduciamque *addit* 4. m) Domino 4. n) comprimendas 1. o) Itaque ab Olaph Sueonum rege 4. Olaph auxilio habuit regem Ruzlorum et Sueonum 3. p) habebat 4. q) insularum 2. 3. 4. *Vocabulo* Islanorum *in cod.* 1. *multo minoribus literis superposita est vox* insularum, *manu aut coaeva aut non multo seriori.* r) vi accepit et armis 5. vi e. a. coepit 3. s) Unde rex 4. t) extunc 4. u) deberet 3. v) detrectaret 4. w) Et cum m. e. p. votum suum implesset, pauci 4. x) vero *addit* 4. y) autem 4. z) Sciunt alii 2. 3. Sed et alii sciunt 4. *) ob 4. a) magis *deest* 2. 3. 4. b) invaserit 4. c) ut cred. *desunt* 4. d) que *add.* 4. e) Thrundem 2. Throndemis 3. quae Trondempnis (Throndempnis 5.) dicitur 4. f) est *deest* 3. g) Ubi usque hodie 4. h) sanctitatibus 3. i) dignatus est 4. k) *Uncis inclusa desunt* 1. 3. *adsunt* 4. *in margine* 2. l) Cuius p. f. agitur 4. 5. m) Nortm. *deest* 4. 5. n) Semborum *deest* 1. o) tempus quidam Wolfredus n. i. d. a. S. ingressus p. v. D. c. m. f. praedicavit 4. p) suscitavit 2. q) perveni 2. r) paratum 2. *In* 3. *hoc scholion ita se habet:* Hic Olaph supervenientibus hostibus, quum somnum caperet, a duce exercitus sui, nomine Find, excitatus, respondet: O quid fecisti? Videbar per scalam, cuius vertex sidera tangebat, ascendisse, coelumque mihi fuisset ingredienti, nisi tu me suscitando revocasses. Rex a suis caesus, martyrio coronatus est.

16) Uto, filius Mystiwoi; v. supra cap. 40. et infra cap. 64. 17) fortasse idem cuius mentio fit supra cap. 24. 18) *Fama volans* Virgil. Aen. l. XI. v. 139. conf. ibid. l. III. v. 121. l. VII. v. 392. l. VIII. v. 554. Ita et infra l. III. c. 62. 19) Ita Theodoricus l. l. cap. 19, anno sc. 1029. 20) *cuius vertex sidera tangeret.* Vix haec ex Ovidii Metamorph. l. VII. v. 61. *et vertice sidera tangam* hausta putaverim, cum alia Ovidii vestigia apud Adamum vix reperiantur, et verba Horatii (Carm. l. I. 1. v. 36., *vertice sidera feriam* ei cognita fuerunt.

nomine Thór, stans[a] in concilio[b] paganorum coepit anathematizare; simulque arrepta bipenni simulacrum in frusta concidit. Et ille quidem[c] pro talibus ausis[21] statim mille vulneribus confossus, animam laurea dignam martyrii transmisit in[d] coelum. Corpus eius[e] barbari laniatum post multa ludibria merserunt in paludem. Haec veraciter comperta memoriae tradidi; quamvis sint et alia, quae adhuc scribi digna sint[f]. Verum de Unwano et quae suo tempore gesta sunt dictum est sufficienter et, sicut aestimo, fideliter. Apud Magedburg[g] ipso tempore Walthardo successit Gero[22], deinde Hunfrid, ambo viri sancti et episcopali nomine digni. Deinde obiit gloriosus archiepiscopus, qui
1029. transisse dicitur[h] 6. Kalend. Februarii, anno Domini 1029[23]. indictione 12. et sepultus est iuxta decessorem[i] suum a latere sinistro.

[45.] Cap. 98. Schol. 43. 61. Libentius sedit annos fere quatuor. Is cum esset nepos[k] alterius Libentii, et tunc maior domus praepositus, favore Gislae imperatricis ferulam suscepit a Conrado caesare, palleum vero a papa Iohanne XIX[l]; vir simplex ac[m] rectus ac timens Deum. Cumque omnibus esset affabilis, singulari quodam amore clerum dilexit, et[n] inopum necessitatibus erat valde compatiens. Ipse igitur vicum trans flumen[24] ab incolis terrae pretio redemit, quem[o] fratribus offerens, 30 ex eo [per annum][p] statuit dari convivia. At vero xenodochii talem omnino sollicitudinem curavit habere, ut qui[q] in hac parte sola negligentias omnium praecessorum[r] sanare videretur. Adeo redundavit episcopatus ut[s] praepositura et xenodochium, ut vix egens quisquam posset inveniri. Forte[s*] hoc videtur incredibile his, qui huius temporis egestatem vident; nec fortasse quisquam tunc crederet, ea futura, quae nunc facta videntur. Libentius itaque bonus in praepositura, multo melior in cathedra, legationem suam ad gentes ferventi animo ingressus est.

[46.] 62. Et[t] primo omnium concilians[u] sibi Chnut, regem Danorum, Gerbrando
Schol. 44. subrogavit in Seland Avoconem, in Aldinburg ordinavit Meinherum[v], Thorgato[w] autem
Schol. 45. successorem posuit de Ramsola Gotescalcum[x] episcopum. Illis namque diebus beatissimus Thorgat[y] episcopus pro labore praedicationis Bremae cum archiepiscopo diutius consistens, fertur[z] asperrimo leprae morbo percussus, diem vocationis suae cum magna expectasse[*] patientia. Tandemque bono fine consummatus, in basilica sancti Petri sepultus est. Ubi
Schol. 46. etiam[a] Folcwardus[b] et Harich et magnus Othingar[c] et Poppo in pace quiescunt[d]. Aderant vero tunc cum archiepiscopo praedicatores inclyti, Othingar iunior ex Danis[e], Sigafrid a Suedia, Rodolf a Normannia episcopi, narrantes ei, quanta fecerit Dominus

Schol. 43. Quare hoc pastor de mulieribus, quae[f] se canonicis aperto iam scelere coniunxerant, praecepit, ut nulla earum in civitate remaneret. Ita ille per[g] villas proximas in custodiam sunt dispersae: et cessavit[h] hic morbus usque ad incensionem templi et destructionem claustri. (2. 4.)

Schol. 44. Ipso[i] tempore migravit Poppo, celeberrimus Danorum episcopus, cui mox subrogatus Esico, cum ad Egdoram fluvium perveniret[k], ibidem aegritudine correptus obiit. (2. 3. 4.)

Schol. 45. Ferunt Thorgotum simulque Odinkarum episcopum longe ante praedixisse Hamburg et Bremensem ecclesiam propter peccata quandoque vastari debere: quae prophetia nunc cernitur impleta. (2.)

Schol. 46. Soror Odinkari episcopi fuit Asa, mulier sanctissima, quae et praebendam Bremae habuit. Haec semper nudis pedibus incedens, per 20 annos fertur ieiuniis, orationibus et elemosinis vacasse, raro egressa ecclesiam et postea in bono fine consummata, cum nichil amplius in thesauris habuit, liberos ecclesiae dimisit[l]. (2. 3.)

a) Thorstans 2. Torstans 3. Torstan 4. 5. b) consilio 3. c) Qui 4. d) ad 2. 3. 4. e) Cuius corpus 4. f) sunt 3. g) Magdeburg 3. Magdaburg 4. h) archiepiscopus Unwanus 4. i) predecessorem 4. k) nepos *deest* 1. l) XVIII. 3. m) et 2. 3. 4. n) et *deest* 2. 3. 4. inopumque 4. o) redimens et 4. p) per annum *desunt* 1. q) qui *deest* 2. 3. 5. r) decessorum *corr.* 1. praedecessorum 2. 3. 4. s) et 2. 3. 4. s*) Sed forte 4. t) Ex 3. u) conciliationis 1. v) Meinherium 2. 3. w) Thorgoto 2. Thurgoto 3. 4. Thrugoto 5. x) posuit Ramsolae Goteschalcum 3. y) *Vid. hic not.* w. z) *deest* 4. *) expectavit 4. a) et 2. 3. 4. b) Folquardus 3. 4. c) Odinkarus 2. 4. Odinchar 3. Odincharus 5. d) requiescunt 5. e) ex Danis *desunt* 2. 3. 4. f) Mulieres autem quae 4. g) precepit extra civitatem fieri, et ita per 4. h) dispersae cessavitque 4. i) Nam et *add.* 4. Et *add.* 5. k) pervenisset 4. *In cod.* 3. *ita haec in margine cap.* 45. *ad quod etiam in cod.* 2. *referri potest, scripta sunt:* Post obitum Popponis successit Ezico, qui ad Egdoram perveniens, aegritudine correptus, migravit e vivis. *In cod.* 4. *haec in textu cap.* 44. *fin. inserta sunt.* l) His iisdem temporibus vivere desiit Asa, soror Odinkari, qui (*leg.* quae) abdicatis saeculi bonis, coelestia desiderans recepit. Praebendam habuit Bremae, ubi obiit 3.

21) *pro talibus ausis* Virgil. Aen. l. II. v. 535. Occurrit etiam in dedicatione huius operis. 22) Gero obiit anno 1022. 23) Conf. Necrol. Luneburg.; Annal. Hildesheim. a. 1030. 24) fortasse Lidenesbusen; v. Hamburg. Urkundenbuch Nro. 66.

in salute gentium, quae cotidie convertebantur[a]. Quos[a*] pontifex, ut par fuit, honorifice dimissos, ad praedicationem denuo misit.

63. Tempore illo Conradus imperator filiam Chnut regis Heinrico[b] filio[b*] accepit in matrimonium. Cum quibus statim regio[c] fastu Italiam ingressus est ad faciendam regno iustitiam[d], comitem habens itineris[e] Chnut regem[25], potentia trium regnorum barbaris gentibus valde terribilem[f]. Ille quidem[g] cum tres filios[26] haberet, singulos super singula regna posuit, ipse aliquando visitans Danos, aliquando vero Nortmannos, saepissime autem sedit in Anglia. [47.] Cap. 99.

64. Archiepiscopus igitur metropolem Hammaburg crebro visitavit. Nam eo tempore virtute Chnut regis et Bernardi ducis pax firma trans Albiam fuit, cum et[h] caesar bello Winulos domuerit. Principes[i] eorum Gneus et Anatrog pagani erant; tercius vero[k], Uto[l], filius Mistiwoi[m], male christianus. Unde etiam[n] pro crudelitate sua a quodam Saxonum transfuga interfectus est, habens filium Gotescalcum[o], qui per idem tempus apud Luniburg[p], monasterium ducis, litteralibus erudiebatur studiis, Gotescalco, Gothorum episcopo, eiusdem coenobii curam[q] agente. Verum is comperta morte parentis, ira et furore commotus[r], reiectis cum fide litteris, arma corripuit[s], amneque transmisso, inimicis Dei se coniunxit[t] Winulis. Quorum[u] auxilio christianos impugnans, multa milia Saxonum prostrasse dicitur[v] in patris vindictam[27]. Hunc tandem, quasi principem latronum, Bernardus dux capiens, in custodia[w] tenuit, virumque arbitrans fortissimum, iniuncto[x] secum foedere, dimisit eum. Qui venit[y] ad Chnut regem, et cum[z] eo profectus in Angliam permansit ibi[*] multo tempore. [48.] Cap. 100. Schol. 47.

65. Interea noster[a] archiepiscopus piis operibus coelo[b] semper intentus, ecclesiam suam episcopaliter exornavit et filios ecclesiae pastoraliter educavit, omnibus[c] acceptus, etiam, quod difficile est, principibus. Suo[d] tempore Bernardus dux et frater eius Theodmarus ecclesiae nostrae multa bona fecerunt, exhortante piissima Emma[28], quae Bremensem ecclesiam valde dilexit[e], suumque tesaurum Deo et[f] genitrici eius ac sancto[g] confessori Willehado[h] fere totum optulit. Haec quoque[i] pro dilectione pontificis omnes ecclesiae filios, ut[k] sui essent, fovit. Inviderunt[l] nobis fata, ne diu frueremur tali pastore, qualis erat Libentius, dilectus, inquam, Deo et hominibus. Ipse, ut aiunt[m], in festivitate sancti Bartholomaei apostoli duas[n] aegrescens missas celebravit, finitoque pro more psalterio, suis aeternum lugentibus, eadem die gaudens migravit ad Christum[o]. Obitus eius contigit 9.[p] Kal. Septembris. Quod est anno Domini 1032[q.29], indictione 13.[r] [49.] Cap. 101. Schol. 48. 1032.

66. Hermannus sedit annos vix tres. Cambutam[s] pastoralem a caesare Conrado [50.] Cap. 102.

Schol. 47. Conradus imperator singulis annis contra Sclavos exercitum duxit, ideoque pax magna fuit trans Albiam. (2. 3.)

Schol. 48. Inclita senatrix Emma, praedicante Libentio archiepiscopo, sanctae Bremensi ecclesiae duas cruces et tabulatam altaris et calicem, omnia ex auro et gemmis parata, in quibus erant auri[u] marcae 20, optulit, etiam vestes sacras et paramenta[v] multa et stolas aureas et dorsalia et libros[w]. (2. 3. 4.)

a) ad Dominum *addit* 4. a*) noster *addit* 4. b) Henrico 2. 3. *semper.* b*) suo *addit* 4. c) Et regio statim 4. d) est ad f. r. i. *desunt* 4. e) sui *addit* 4. f) t. regno fecit iusticiam 4. g) autem 4. h) erat, cum etiam 4. i) enim *addit* 4. k) vero *deest* 3. l) Ito 1. m) Mistiwol 2. n) et 4. o) Godescalcum 2. *semper.* Guthe-schalchum 3. p) Luniborg 3. Luneborg 2. q) eius *addit* 3. r) parentis, ita furore commotus est, ut r. 4. s) corriperet 4. t) coniungeret 4. u) fretus *addit* 4. v) prostravit 4. w) custodiam 1. x) iuncto 2. 3. 4. y) veniens 4. z) regem, profectus est cum 4. *) et ibi mansit 4. a) noster *deest* 4. b) celo *deest* 4. c) educans, omnibus erat 4. d) ergo *addit* 4. e) Theotmarus exhortante piissima Emma, que ecclesiam valde dilexit, Bremensi ecclesie multa bona fecerunt 4. ecclesiae — dilexit *desunt* 3. f) ac 2. g) et sancto 2. sanctoque 4. h) eadem Emma *addit* 4. i) Quae etiam 4. k) ac si 2. tanquam 4. l) ergo *addit* 4. m) Qui in 4. n) Bartholomei, duas, ut aiunt 4. o) Dominum 4. p) VIII. 3. 5. octavo 2. q) MXXX. 1. millesimo tricesimo primo 2. MXXXIII. 3. r) 13. *omnes codd. male.* Cuius obitus cont. a. D. MXXXII. ind. XIII. VIII° Kal. Sept. 4. s) Cambuttam 2. 4. Camburcam 3. Cambuccam 5. u) auri *deest* 5. v) preparamenta 4. w) archiepiscopo multa honoraria, vestes et alia contulit ecclesiae Bremensi 3.

25) Errat hic Adamus. Kanutus rex Romam iam adierat anno 1026, nuptiae vero regis Heinrici III. cum filia post eius mortem sunt celebratae. Conf. Lappenberg Gesch. von Grossbritannien. T. I. p. 476. 26) sc. Sven, rex Norvegiae († 1036), Harold, rex Anglorum, Harthacnut, rex Danorum et postea Anglorum. 27) V. Helmold. l. I. c. 19. 28) V. supra c. 44. et infra c. 76. 29) Dies emortualis Aug. 25. reperitur etiam in Necrologiis Luneburg. et Mollenbec. Ann. Hildesh. Ann. Sax. a. 1032.

Schol. 49. meruit, palleum a papa iuniore[a] Benedicto, ab Halverstatensi choro electus, eiusdem
ecclesiae fuit praepositus[30]. Vir, ut aiunt, columbinae[b] simplicitatis, sed parum habens
prudentiae serpentis[31]; ideoque facile deceptus est[c] a clyentibus. Raro parrochiam visitavit;
semel Hammaburg accessit, et tunc cum exercitu veniens, episcopatum, quasi non
suum, despoliavit, abiensque velut terram salsuginis derisit[d]. Rapacitatis incentor et
auctor consiliorum quidam Macco[e] fuit, archiepiscopi vicedomnus. Ceterum nobiles
Schol. 50. viros habuit capellanos, Thiadricum[f] et Suidgerum[g], quem deinde Romana sedes appellavit
Clementem[32]. Subdiaconus[h] eius fuit[i] Adalbertus[k], postea archiepiscopus Bremensis[l],
iam tunc minax vultu et habitu, verborumque altitudine suspectus audientibus.
Pontifex igitur[m] parvipendens omnia, quae in episcopatu invenit, primo quidem musicum
Guidonem[33] adduxit Bremam, cuius instancia[n] correxit melodiam et claustralem disciplinam.
Quod solum ex operibus eius prospere cessit. Deinde antiquissimum sancti Mykaelis
Schol. 51. oratorium diruens, corpora trium decessorum[o] eius, scilicet Adalgarii, Hogeri et Regin-
Schol. 52. wardi[p] ab eo loco sustulit, ac recondidit eos[q] in maiori basilica sub ipso[r] tribunali. Tunc
magnum opus et utile ingressurus, murum civitati[s] circumdare voluit, vixque iactis
1 Reg. 3,13. fundamentis, cum opere vitam finivit. Ita ille magnus pontifex Heli, dum suos a rapina
non corripuit[34], etiam in bonis aliquibus Deo ultionum[35] displicuit. Mortuus est autem
in episcopatu Halverstedensi[t], dum esset in praedio[u] suo Hildinrode[v]. Corpus[w] eius
Bremam revectum subterratum est in medio chori. Obiit vero[x] 14.[y] Kal. Octobris.

[51.] Cap. 103. 67. Bescelinus[z], cognomento Alebrandus, sedit annos[*] decem[36], vir omni bonorum
genere decoratus, episcopali officio dignus, dilectus Deo et hominibus. Hunc[a] nobis
ecclesia praestitit Coloniensis. Imperator Conradus optulit ei baculum[b], Benedictus papa
transmisit illi[c] palleum. Ordinatus est autem a suffraganeis et aliis Saxoniae septem
episcopis[37], et hoc in urbe metropoli Hammaburg cum ingenti gloria[38]. Ad laudem
beati viri parum est omne quod dicimus, a cuius laude necdum aliquem audivi discordantem.
Ut enim brevi quodam indiculo complectamur ymaginem virtutis eius, pater
patriae fuit[39], decus cleri[d] et[e] salus populi, terror malepotentium[f], exemplarque[g]
benivolentium, egregius pietate, vel qui[h] omnia vellet ad perfectum[i] ducere; dicta et
facta eius omnia dulci memoria posteris comprehensa. Et cum omnibus esset talis,
Schol. 53. qualem singuli desiderabant, singularis cura eius et amor super clericis fuit, de quibus

Schol. 49. Hermannus[k] ab incolis terrae paludem Eternbroch[l 40] comparavit. Quod Conradus imperator praecepto suo firmavit ecclesiae. Cuius rei chirographum in archivo creditum[m] potest videri. (2. 3. 4.)

Schol. 50. Iste Suidger[n] ex Papenbergensi[o] episcopatu assumptus est in sedem apostolicam, reiectis ex ordine tribus scismaticis. (2. 3. 4.)

Schol. 51. Dicunt enim, si vitam haberet longiorem, velle omnia renovare. Unde et murum civitati ambire cepit, et oratorium destruxit, aliaque multa, in quibus voluntas eius potest videri non mala. (2.)

Schol. 52. Ipse ordinavit[p] Esiconem in Hedibu[q], qui mox obiit, antequam intraret episcopatum[r 41]. (2. 3.)

Schol. 53. Clericis[s] ecclesiae suae, quos videbat auxilio indigos, largiebatur[t] aliquibus abscondite

a) minore 3. 5. b) mire 4. c) est *deest* 3. 4. d) dereliquit 4. e) Marchio 3. f) Tiadernum 1. Thiadericum 4. Theodericum 2. g) Swidgerum 2. Sindgerum 3. 5. h) autem *addit* 4. i) erat 4. k) Adalbertus 4. l) noster archiepiscopus 4. m) ergo 4. n) industria 2. 3. 4. o) predecessorum 4. p) Reinwardi 3. 4. q) eos *deest* 4. r) ipso *deest* 1. s) civitatis 3. t) Halverstadensi 4. Halvarstadensi 3. u) populo 1. v) Hildenrodo 3. Hiddinrode 1. Hildenrothe 4. w) que *addit* 4. x) enim 3. y) IIIIto 2. 3. 4. z) Bezelinus 3. Ezelinus. 2. *) annis 3. 4. a) Et hunc 2. 3. 4. b) et *addit* 4. c) *deest* 4. 5. d) chori 3. e) et *deest* 3. 4. f) potentum 5. g) exemplar 4. h) quia *M. F.* i) profectum 1. k) Herimannus 4. l) Etermbroch 2. Eternibroch 4. Etinborch 5. Etinborg 3. m) *legendum fortasse:* conditum. — firmavit, ut chir. in arch. testatur 3. n) Sindiger 3. Snidger 5. Swidgerus 2. o) Pabergensi 3 Papinbergensi 4. Papinburgensi 5. p) ornavit 2. q) Hedebiam 3. r) introiret in episcopatum suum 3. s) Iste clericis 4. t) largiebat 4.

30) Ann. Hildesh. a. 1032. 1035. 31) Respexit noster Ev. Matth. c. 10. v. 16. 32) Suidgerus, episcopus Bambergensis 1043 -1046. 33) fortasse Guido ille Aretinus, musicus celeberrimus, de quo v. Sigebert. Gemblac. a. 1028. Qui tamen Germaniam adiisse ab aliis scriptoribus non traditur. 34) i. e. propter rapinam corripuit et ab ea perpetranda retinuit. 35) *Deus ultionum.* Ps. 93. v. 1. 36) annos novem, menses sex et dies 27 secundum Chronicon breve Bremense, ab anno 1035. Sept. 19. igitur usque ad annum 1045. April. 15. 37) V. Annal. Hildesheim. a. 1035. 38) *ingens gloria* Sall. Catil. c. 3. Virgil. Aen. l. II. v. 325. 39) *Pater patriae* cognomen quondam datum Mario, Ciceroni, Caesari, Augusto, Heinrico I, Ottoni magno. V. Widukind. l. I. c. 39. l. III. c. 49. 40) iuxta fluvium Eyter haud procul a Thedinghusa Weseram influentem. 41) V. supra cap. 44. 47. et schol. 44.

vix tolerare potuit, ut malum[a] diceretur verbum. Nam et claustrum renovavit, et Schol. 54. mensam canonicis ipse primus instituit. Prius enim cum praebenda tenuis[b] fere videretur, triginta convivia quae Libentius episcopus per annum dare[c] statuit, adiectis ex sua parte quibusdam decimis, ita ordinare videtur[d], ut cotidie panis albus fratribus detur ultra solitam annonam, in dominicis vero diebus unicuique duplex mellitae copia. Nam et vinum dari fratribus contra naturam Saxoniae disposuit; quod etiam in diebus suis[e] ferme peregit. Composita[f] mensa, manum vertit ad claustrum, quod ipse[g], dum prius ligneum esset, lapideum fecit, forma, ut mos est, quadrangula[h. 42], vario cancellorum[i] ordine[43] distinctum et visu delectabile. Deinde murum civitatis ab Herimanno decessore[k] orsum in giro construens, in aliquibus eum locis usque ad propugnacula erexit; alias quinque aut septem cubitorum altitudine semiperfectum dimisit. Cui[l] ab occasu contra forum[m] porta grandis inhaesit, superque portam firmissima turris, opere Italico munita, et septem ornata cameris ad diversam oppidi necessitatem.

68. Haec dum Bremae operis insignia[44] relinqueret, mox ad ecclesiae Hamma- [52.] Cap. 104. burgensis[n] aedificationem toto cordis amore accingitur. Ibi enim post cladem Sclavanicam, quam supra[45] contigisse retulimus, Unwanus archiepiscopus et cum eo dux Bernardus castrum[o] nobile de ruinis antiquae civitatis elevantes, ecclesiam et diversoria construxerunt omnia lignea[46]. Alebrandus vero pontifex adversum[p] crebras hostium incursiones aliquod[q] fortius praesidium pro inopia loci necessarium arbitratus, primo[r] omnium ecclesiam, quae constructa erat in matris Dei honore, lapide quadro[s] aedificavit. Aliam deinde sibi domum lapideam fecit, turribus et propugnaculis valde munitam. Cuius aemulatione operis dux provocatus, et ipse domum suis in eodem[t] castro[u] paravit. Ita prorsus civitate renovata, basilica eadem[47] ex una parte habuit domum episcopi, ex alia praetorium ducis[48]. Voluit etiam nobilis archiepiscopus Hammaburg metropolem muro[v] circumdare ac munire turribus, nisi velocior[w] eius transitus impedisset votum eius. Schol. 55.

69. Trans Albiam[x] suo tempore ac per totum regnum pax firma erat. Principes [53.] Cap. 105. Sclavorum Anatrog et Gneus et Ratibor, pacifice ad Hammaburg venientes, duci ac praesuli militabant. Sed cum diverso modo et tunc et nunc in gente Winulorum dux Schol. 56. et episcopus laborarent, duce scilicet pro tributo, pontifice vero pro augenda christianitate laborantibus, videtur mihi iam dudum studio sacerdotum christianam religionem ibidem convaluisse[y], si conversionem gentis avaricia principum non praepediret.

quaternos aut denos solidos argenti, multis et praebendam[z], aliis suas vestes. Plerisque etiam compatiens, quod a laicis inhoneste tractarentur, percussores eorum fecit ante se et colaphis caedi et vapulare taureis[*]. (2. 3. 4.)

Schol. 54. Videns autem pestiferum morbum de connubiis[a] clericorum magis in dies[b] crescere, statuit pedibus ire in sententiam decessoris[c] Libentii[49], si tamen ecclesiam et claustrum antea perduceret ad suum statum[d]. (2. 4.)

Schol. 55. Civitatem muro circumdatam[e] disposuit tribus portis et duodecim munire[f] turribus, ita ut primam episcopus, alteram advocatus, terciam praepositus, quartam decanus, quintam magister scolarum, sextam fratres et canonici, alias sex cives adhibitis sortirentur custodiis[g]. (2. 3. 4.)

Schol. 56. Ferunt archiepiscopum Coloniensem nobilissimum, Hermannum[50], veterem de Brema querimoniam renovasse[h]. Sed et ipse tam auctoritate Bezelini[i], quam triennali silentio repulsus, archiepiscopo nostro satisfecit, et[k] per integrum mensem Coloniae in convivio secum habuit[l]. (2. 3. 4.)

a) quibus nec tolerare poterat, ut cuiquam malum 4. b) tenus 1. c) dari 2. 3. 4. d) ita ordinavit 3. 4. e) suis *deest* 1. f) ergo *addit* 4. g) ille 4. h) quadrata 2. 3. 4. i) cellarium 3. cellarum 2. 4. k) a predecessore suo Herimanno (Hermanno 5.) 4. l) eciam *addit* 4. m) contra forum *desunt* 2. 3. 4. n) Hammaburgensis *deest* 1. o) castra 1. claustrum 2. 3. 4. *Leg.* castrum. p) adversus 3. 4. q) aliquot 1. r) primus 4. s) quadra 1. quadrato 3. t) suis impendiis in eodem pene 2. u) castro *deest* 3. loco 2. 4. v) metropole murum 1. w) velociter 2. 3. x) enim *addit* 4. y) pro christianitate augenda iam dudum sac. studio christiana i. religio convaluisset 4. 5. z) multis praebendas 4. *) taureis vapulari 5. *Hoc scholion in codice 3. ita se habet:* Munificus fuit in clerum, quem et defendit adversus iniurias laicorum. a) conubio 5. b) de die in diem 4. c) predecessoris sui 4. d) *Hoc scholion cod. 2. in cod. 4. textui insertum est inter verba:* „posteris comprehensa“ *et* „Et cum“. e) circumdari 5. f) munire *deest* 5. g) turribus, ita ut clerus sex turres, cives sex adhibitis servarent custodiis 3. h) Quo tempore Herimannus (Hermannus 5.), nobilissimus Coloniensis archiepiscopus vet. d. B. q renovavit 4. i) Ezelini 2. k) et *deest* 2. 4. l) *In codice 3. haec ita se habent:* Archiepiscopus Coloniensis renovavit veterem litem de Bremensi ecclesia. Sed autoritate Bezelini et triennali silentio repulsus, destitit.

42) De hoc more conf. etiam Ducange Glossar. s. v. Claustrum. 43) cancelli, fortasse fenestra reticulata. v. Ducange sub h. v. 44) i. e. monumenta industriae suae. 45) Lib. II. c. 41 sq. 46) L. II. c. 58. 47) sc. ecclesia cathedralis. 48) sc. e regione postea dicti der Schauenburger Hof. 49) V. supra schol. 43. et infra l. III. c. 29. et schol. 77. 50) Hermannus II. a. 1036—1055.

Cap.106 70. Archiepiscopus igitur pro legatione sibi ad gentes credita more praedecessorum[a] sollicitus, coadiutores praedicationis[b] ordinavit episcopos, Rodulfum[c] ex capellanis[d] in Sliaswig[42], Abhélinum[e] in Sclavaniam, Wal[f] a Bremensi[g] choro consecravit[h] in Ripam,
Ev. Matth. 20, 3. ceteris[i] qui supra fuerunt[k] adhuc viventibus et in vinea Dei[l] non ociosis.

[54.] Cap.107. 71. Anno pontificis sexto[43] manu fortis imperator Conradus[m] obiit, et successit ei filius Heinricus, ille qui Ungros domuit[n]. Eodemque[o] tempore memorabiles aquilonis[p] reges obierunt Chnut[44] et Olaph[45], germani fratres[46]. Quorum alter, videlicet Olaph[q], rex Sueonum, successorem regni habuit filium, de quo supra diximus, Iacobum. Sub quo iunior Suein[r], filius Wolf[s], militavit in Suedia 12 annis, qui[t] retulit nobis, Iacobo regnante christianitatem late in Sueonia diffusam esse. Alter[u] frater[v], scilicet Chnud, in Anglia decessit[w], tenuitque regna Danorum, Anglorum ac Nortmannorum in ditione sua[x] per viginti duos annos.

Cap.108. 72. Post cuius[y] mortem, ut ipse disposuit, succedunt[z] in regnum filii eius, Haroldus in Angliam, Suein in Nortmanniam, Hardechnut[*] autem[a] in Daniam. Iste cum esset filius Imme[b] reginae, sororem habuit eam quam caesar Heinricus in coniugium postea recepit[c]: ceterum Suein et Harold a concubina geniti erant; qui, ut mos est barbaris, aequam tunc inter liberos Chnut sortiti sunt partem hereditatis. Haroldus[d] in Anglia triennium regnavit. Contra quem frater a Dania veniens, in Flandria classem adunavit. Sed rex Anglorum morte praeventus[47], bellum diremit. Hardechnut[e] Angliam simul possedit et Daniam.

[55.] Cap.109. 73. Illo tempore Suein iunior, dum in Angliam iter ageret, tempestate[f] maritima Hadeloae[g] navibus appulit. Quem proxima quaeque locorum more pyratico vastantem, milites quidam archiepiscopi capiunt et in praesentiam eius pertrahunt. Ille vero captivum cum honore recipiens Bremam duxit, et iuncta secum amicitia post aliquot dies regie donatum permisit abire. Haec nobis de se rex ipse narravit, summa laude praedicans illum archiepiscopum, forma corporis et liberalitate[h] animi omnibus acceptum. Retulit etiam circumstantibus[i] de regio pontificis apparatu et tesauro ecclesiae inaestimabili, quem se ait Bremae vidisse, et alia multa.

[56.] Cap.110. 74. [Alebrandus autem[k] archipraesul omnibus acceptus, a Bernardo duce ac germano ducis[l] Thiadmaro pro libertate[m] animi valde honoratus est. Solis invisus erat malefactoribus, sicut Utoni marchioni[48], cuius superbiam ipse confudit sua[n] magnanimi-
Cap.111. tate[o].] Interea filiorum secundus Chnut, qui regnavit in Nortmannia, Suein, obiit[49].
[57.] Tunc Nortmanni elegerunt Magnum, qui erat filius[p] Olaph martyris a concubina. Magnus[q] statim invadens Daniam, possedit duo regna, Hardechnut, rege Danorum, cum
Schol. 57. exercitu morante in Anglia. Qui mox adversus Magnum pugnaturus, consanguineum[r] Suein classi praefecit. Suein[s] victus a Magno, cum in Angliam remearet, Hardechnut
Cap.112. mortuum repperit[50]. [Ipso tempore ferunt Ascomannos et pyratas[t] per ostium Wirrahae progressos venisse usque ad Lismonam[u.51], insperate omnia vastantes. Quibus inde redeuntibus ad naves, bellum ad Aunon[52] illatum est, ibique maxima pars eorum trucidata

Schol. 57. Magnus rex classe magna Danorum stipatus, opulentissimam civitatem Sclavorum Iumnem[v] obsedit. Clades par fuit. Magnus terruit omnes Sclavos, iuvenis sanctus et vitae innocentis. Ideoque victoriam dedit illi Deus in omnibus. (2. 4.)

a) suorum *addit* 4. b) suae *add.* 4. c) Rodulfus 1. Rodolfum 3. 5. d) suis *add.* 4. e) Abelinum 3. Awellinum 2. Abellinum 4. f) Walonem 2. Val 3. g) ab remensi 1. h) consecravit *deest* 4. i) vero *add.* 4. k) superfuerunt 2. 4. l) Domini 2. 3. 4. m) Romanorum *addunt* 2. 3. 4. n) perdomuit 4. o) que *deest* 2. 3. 4. p) aquilones 1. q) Olavus 2. *semper.* r) Sueno 2. *semper.* Suen 3. *semper.* s) Wlf 2. Vlf 3. t) eciam *addit* 4. u) vero *addit* 4. v) fratrum 2. 3. w) Angliam cessit 2. 3. 4. x) in ditione sua *desunt* 3. y) eius 3. z) ei *addit* 4. *) Hardeknut 2. 4. *semper.* Hardechund 1. *semper.* a) autem *deest* 2. 3. 5. b) Imme *addunt* 2. 3. 4. c) accepit 4. d) ergo *addit* 4. e) sicque H. 2. 3. 4. f) *deest* 4. g) Hatheloe 4. h) libertate 3. i) circonstantibus 1. k) autem *deest* 2. enim 3. l) eius germano 4. m) liberalitate 4. n) superbiam sua confudit 4. o) *Uncis inclusa desunt* 1. p) Magnum filium 4. q) ergo *addit* 4. r) suum *addit* 4. s) ergo *addit* 4. t) Ipso vero tempore Ascomanni et pyrate 4. u) progressi usque ad Lismonam venerunt 4. v) Iummem 2. Iuminem 5.

42) Rodulfum electum esse Annales Hildesheim. anno 1026 referunt. 43) rectius quarto eius anno. Conradus imp. obiit anno 1039. Iun. 4. 44) Canutus iam obierat anno 1035. Nov. 11. 45) Olaph obierat circa annum 1024. 46) Rectius dixisset eos fratres uterinos; v. supra cap. 50. 47) Haroldus rex obiit 1039. Mart. 17. 48) Stadensi. 49) Obiit circa annum 1036. 50) Obiit anno 1042. Iun. 8. 51) Lesum. 52) Aumunde.

fertur[a].] In cuius locum[b] Angli prius elegerunt fratrem[c] eius Eduardum[53], quem de priori marito Imma genuit; vir sanctus[d] et timens Deum. Isque suspectum habens Suein, quod sceptrum sibi Anglorum reposceret, cum tyranno pacem fecit, constituens eum proximum se mortuo[e] regni Anglorum heredem, vel[f] si filios susceperit[g]. Tali[h] pacto mitigatus Suein in Daniam remeavit. Multa praelia Suein cum Magno feruntur. Tociens Suein victus[i], ad regem Sueonum fugiens pervenit Anundum. Cap.113. cf. Iudith 8, 29.

75. Victor[k] Magnus Daniam et Nortweiam optinuit[l]. Ad quem noster archiepiscopus usque ad[m] Sliaswig pro colloquio venit[54], habens in comitatu suo ducem Bernardum et Thiadmarum, episcopum Hildinemensem[n.55], et Rodulfum, eiusdem civitatis episcopum. [Iste Thiadmarus a Dania[o] oriundus, cum regina Gunhild[p] advenit, cuius patrocinio ille meruit Hildinensem episcopatum. Nam barbarice Tymme[q] vocabatur[r].] In eo[s] colloquio soror Magni regis[56] Ordulfo, ducis filio, desponsatur. Qui vix peractis nuptiis, in gratiam cognati[t] Haroldum[u] quendam, principem Danorum, redeuntem ab urbe apostolorum, trans Albiam obtruncavit innoxium[57]. Causa mortis ea[v] fuit, quod de regali stirpe[w] Danorum genitus, propior[x] sceptro videbatur quam Magnus[y]. Ea res initium calamitatis peperit in familiam ducis. [58.] Cap.114.

Magnus autem rex pro iusticia et fortitudine carus fuit[z] Danis, verum Sclavis terribilis, qui post mortem Chnut Daniam infestabant. Ratibor[*], dux Sclavorum, interfectus est a Danis. [Ratibor iste christianus erat, vir magnae potestatis inter barbaros. Habuit enim filios octo, principes Sclavorum; qui omnes occisi sunt a Danis, dum patrem ulcisci quaesierunt[a].] Ad cuius mortem ulciscendam, iam tunc cum[b] exercitu Winuli venientes, usque ad Ripam vastandam[c] progressi sunt. Et forte Magnus rex tunc a Nordmannia rediens, Heidibam[d] appulit. Qui mox Danorum copiis undique collectis, egredientes a Dania paganos in campestribus Heidibae[e] excepit[f]. Quindecim milia feruntur ibi occisa, et facta[g] est pax et leticia christianis[h] omni tempore Magni. Eodem vero tempore Godescalcus[i] post mortem Chnut regis et filiorum eius[k] rediens ab Anglia, contra Sclavaniam venit infestus, omnes impugnans, magnumque paganis terrorem incutiens. De cuius fortitudine vel[l] potentia, quam super barbaros habuit, postea dicemus. [59.]

76. Et haec quidem forinsecus dum varia sorte gesta sunt, in Bremis status rerum labefactari coepit: [60.] Cap.115.

— summisque[m] negatum

Stare diu[58],

nostrae quoque invidit prosperitati. In diebus[n] illis nobilissima senatrix Emma obiit, uxor quondam Liutgeri[o] comitis, [et soror Meginwerki, episcopi Padarburnensis[p],] sed iam vidua per annos quadraginta[q.57], totum fere quem habuit ingentem tesaurum pauperibus et ecclesiis dispersit. Corpus eius[r] requiescit in Bremensi ecclesia, anima eius[s] gaudeat[t] in celesti requie. Illa[u] dum adhuc viveret, Bremensi ecclesiae cortem Stiplaga[v] iuxta Rhenum dedit[58]. Lismona vero, nescio pro quo filiae delicto, in partem

a) est 4. *Uncis inclusa desunt* 1. *In codice* 3. *reperuntur in cap.* 74. *(56.) post verba:* sua magnanimitate. b) In locum Hardekunt defuncti 2. Mortuo igitur Kardeknut (H. 5.) 4. c) Angli in locum eius elegerunt (*deest* 5.) fratrem 4. d, magnus 2. 3. 4. e) proximum sibi post mortem 4. f) eciam 4. g) susciperet 3. 4. h) itaque *addit* 4. i) remeavit et multa cum Magno prelia exercuit. Qui saepius victus 4. k) ergo *addit* 4. l) Daniam obtinuit simul et Nordwegiam (Norwegiam 5.) 4. m) ad *deest* 4. n) Hildinensem 2. 3. Hildensemensem 4 Hildensemmensem 5. o) Dacia 4. p) Gunild 3. q) Timmo 2. 4. r) *Uncis inclusa desunt* 1. s) quo 4. t) leviri *notat Velleus in margine.* u) Haraldum 3. v) Cuius mortis causa ea 4 w) styrpe 1. x) proprior *M. F.* progenitus prior 3. y) s. p. q. M. esse v. 4. z) erat 4. *) itaque *addit* 4. a) *Uncis inclusa desunt* 4. b) toto *add.* 2. 3. 4. c) vastando 2. 3. 4. d) Heydebiam 3. Heidbu 2. *saepius.* e) Hedeby 3. f) recepit 1. g) Et quindecim milibus occisis, facta 4. h) deinceps *addit* 4. i) Godescaldus 1. Godeschalcus 3 Gotescalcus 4. k) eius *deest M. F.* l) et 4. m) simulque 2 n) enim 2. o) Liudgeri 3. 4. Ludgeri 2. p) Meginiuerki ep. Podarburnis 2. Meginuercki ep. Podarbis 3. *Uncis inclusa desunt* 1. q) qu(a)e *addit* 4. r) Cuius corpus 4. s) vero 4. t) gaudet 5. u) Qu(a)e 4. v) Stiplage 3.

53) Coronatus est anno 1043. in festo paschae. 54) anno quidem ut videtur 1043. 55) Thiadmarus, episcopus Hildeshem. 1038—1044. 56) Wulfhildis. 57) filius Thurkilli Sprakaloeg. Duxerat Gunhildam, filiam sororis Canuti regis et Wirthgeorni, regis Slavorum. Occisus scil. Nov. 13. teste Necrolog. Luneburg. 58) Lucani Pharsal. l. I. v. 71. 72:

Invida fatorum series, summisque negatum
Stare diu, nimioque graves sub pondere lapsus.

59) Vidua fuit per 28 tantum fere annos, marito mortuo anno 1011. Febr. 26. Dies eius emortualis Decemb. 3. noscitur ex Necrologio Luneburgensi. Obiit anno, secundum Chronicon breve Bremense, Alebrandi quarto, scilicet 1038—1039 m. Octob. 60) Stiepel in ripa dextra fluvii Ruhr in praefectura comitatus Markiae, quondam dicta Blankenstein.

cessit imperatoris Conradi; pro qua re Gisla regina eo tempore [Bremam accedens, fratribus multa bona fecit, ecclesiae et omnibus indigenis, deinde] visitavit Lismonam[a] [cum archiepiscopo[b]].

[61.] Cap.116. Schol.58. 77. Anno archiepiscopi penultimo[59] domus sancti Petri Bremae conflagravit, eiusque flamma incendii claustrum cum officinis, urbem cum aedificiis totam consumpsit, veterisque habitaculi nullum remansit vestigium. Ibi sacrae tesaurus ecclesiae, ibi libri et vestes, ibi omnia ornamenta consumpta sunt. Et haec quidem rerum dampna facile possent recuperari, si maiora non pateremur in moribus detrimenta. *Multum*[b*] *enim distant*, ut quidam ait, *dampna morum a dampnis temporalium rerum, cum illa intra nos sint, extra nos ista.* Sane ex illo tempore fratribus, qui ante canonice vixerant, extra claustrum vagantibus, regula sanctorum patrum, per multa prius saecula studiose conservata, primo negligentius haberi coepit, deinde funditus abiecta consenuit. Et sunt anni ab ordinatione sancti Willehadi, cum Bremensis ecclesia fundata est, usque ad finem Alebrandi, quando eadem ecclesia combusta est, anni[c] ferme 270[60].

[62.] Cap.117. Schol.59. 78. Combusta est autem intrante autumno, quod est 3. Idus Septembris; archiepiscopus eo tempore in Fresiam iter egit. Is, conflagratione templi audita, mox[d] pedem retorsit, iactisque sequenti aestate[e] fundamentis, ad formam Coloniensis ecclesiae[61] disposuit huius nostrae magnitudinem perducere[f]. Et profecto credimus[g], si longiorem sibi vitam fata concesserint[h], omne opus ecclesiae finiturus erat paucis[i] annis. Tanta erat praesulis[k] animositas et instancia in omni opere, praecipue vero in templi aedificatione. Porro sola aestas, quae inceperat hoc opus, fundamenta ecclesiae iacta, columpnas et arcus earum lateraque in altum erecta vidit. Transacta[l] hyeme, cum iam festivitas immineret paschalis[62], beatissimus pontifex Alebrandus [pridie ante[m] dominicam coenam[63]], credo non inscius[n] vocationis suae, ab ecclesia Scirnbeki[o] [vel Stade, ut alii affirmant[p]], nudis pedibus accessit Bremam. Ubi multa oratione cum lacrimis effusa, Deo et sanctis
Schol.60. eius commendavit ecclesiam. Cumque iam febribus tangeretur, navigio delatus[q] est ad
Levitic. 23,5.6. Buciensem[r] praeposituram, ibique supervixit dies septem. Sic terrenum phase celestibus mutans azimis, anima eius gaudens transivit ad Dominum. At vero corpus antistitis cum ingenti luctu[64] sequentium et occurrentium[s] per alveum Wissulae[t] fluvii Bremam deportatum, in medio novae, quam ipse[u] orsus[v] est, basilicae tumulatum est. In quo scilicet[w] loco primum altare maius situm fuerat iuxta mausoleum sancti patris Willehadi.
[63.] Per idem vero tempus apud Magedburg felicis memoriae Hunfrid archiepiscopus obiit[65].

Schol. 58. Archiepiscopus praeposituram Edoni[x] tulit, pro cuius rei zelo iunior Edo, nepos eius, iratus, monasterium incendit. Pro cuius sacrilegii compositione pater Edonis suam hereditatem obtulit ecclesiae. Edo vero praepositus Hierosolimam[y] peregrinus abiit, circa festum sancti Iacobi egressus, rediitque in proximo pascha. (4.)

Schol. 59. Aiunt enim quidam invidorum, episcopum solum naevum superbiae habuisse. Unde inter ipsum et Brun, Ferdensem episcopum[66], contentio erat indigna episcopis, et hoc maxime propter superbiam cuiusdam Wolfridi[z] advocati. Qui subita et miserabili morte obiit, sicut archiepiscopus. (4.)

Schol. 60. Ipso anno quo decessit archiepiscopus, migravit etiam Odinkar, Ripensis episcopus. In die[*] paschae missam[a] celebrans, ordinavit rem suam[b] certus extremorum. (2. 4.)

a) Lismonam visitavit 4. *In margine cod. 4. hic legitur.* Lismona et Stiplaga de predio domine Emme fuerunt. b) *Uncis inclusa desunt* 1. 2. 3. b*) Multa 1. c) anni *recte deest* 4. d) Qui confl. audita ecclesie, mox 4. e) anno estatis 1. f) perficere 2. 3. 4. g) credimus *deest* 4. h) concessissent 2. 3. 4. i) ecclesie paucis perfecisset a. 4. k) illius 4. l) autem *addit* 4. m) *Uncis inclusa desunt* 1. ante *deest* 2. n) non inscius, ut credo 4. o) Schirnbecke 3. Schirmbeke 4. Scunheki 2. p) *Uncis inclusa desunt* 1. 5. q) celatus 2. r) Buccensem 4. Huciensem 2. Hucensem 3. s) sequentium occurrentiumque 4. t) Visulae 3. Wisere 2. Wisure 4. u) tunc *addunt* 2. 3. 4. v) ortus 3. w) similiter 5. x) tulit Edoni tulit 4. y) Ierosolimam 4. z) Wolfredi 5. *) Qui in die 4. Qui diem 5. a) *deest* 4. b) rebus suis 4. res suas 5.

59) h. e. 1044. Annum octavum habet Chron. breve Bremense, ergo 1043. 60) Ab anno 788 usque ad 1045 vix sunt anni 257. 61) scilicet anno 873 ad finem perductae et consecratae, cuius effigiem vide apud S. Boissereé Geschichte des Doms von Köln. pag. 2. et tab. I. 62) sc. anno 1045, ubi pascha incidit in m. Aprilis diem 7. Igitur hic annus melius cum narratione de extremis Alebrandi diebus convenit, quam annus 1043, ubi pascha incidit in m. Apr. d. 3. 63) d. 3. Aprilis. 64) *ingens luctus.* Virgil. Aen. l. VI. v. 869. l. XI. v. 62. 231. 65) Hunfrid obiit anno 1051, teste Lamberto. 66) Bruno II, episcopus Verdensis, 1034—1049.

Illique successit Engilhard, reiecto illo, qui sprevit episcopatum, Winthero[a]. Anno Do- 1045
mini 1043. contigit depositio dilecti patris nostri[b] Alebrandi, circa diem 17. Kal. Maii.
Haec est indictio[c] 11[67]. Vale in Christo, pastor amabilis, et tuo[d] gregi nunquam obli-
viscende. Transi a pascha coelorum, ubi cum agno paschali epuleris in azimis sinceri- 1 Cor. 5, 8.
tatis et veritatis. Recipere feliciter in aeterna tabernacula, ubi cum angelis indeficua Luc. 16, 9.
laeteris[e] beatitudine. Quamdiu enim temporali nobiscum fruebaris vita, pastoralis curae
officia nobiliter implesti, vita et doctrina, omnia nobis dulcia. Nunc autem raptus es;
ne malicia mutaret intellectum tuum; ideoque pius Dominus properavit educere te de Sapient 4, 10. 11 14.
medio iniquitatum, ut fructum laborum tuorum pleniter reciperes[f], etiamsi non feceras[g]
omnia bona, quae voluisti. Ergo iusticia tua manet, et memoriale tuum non derelin-
quetur in saeculum saeculi.

[INCIPIT LIBER TERTIUS[h].]

Nomen Adalberti trutinat pars tercia libri[i].

1. Adalbertus archiepiscopus sedit annos unumdetriginta[k.68]. Virgam pastoralem
suscepit ab Heinrico imperatore, filio Conradi, qui a Caesare Augusto Romanorum impe- [1.] Cap. 118.
ratorum nonagesimus erat in solio, exceptis illis, qui[l] simul regnabant cum alteris.
Palleum[m] archiepiscopale, ut decessores[n] sui, per legatos[o] accepit a supradicto papa
Benedicto, quem in ordine Romanorum pontificum post apostolos fuisse 147[mum] repperimus.
Ordinatio eius facta est Aquisgrani, praesente cum principibus caesare, 12 episcopis
astantibus[p] et manum imponentibus[69]. Cuius benedictionis copiam ipse sibi multociens
maledicentibus obiecit, subridens ac dicens[q]: se[r] non posse ab aliquo maledici, qui a
tantis ecclesiae patriarchis[s] ab initio et[t] simul tam sollempniter benedictus fuerit. De
cuius viri gestis et moribus cum difficile sit aliquid dignum scribere, ad scribendum nos Cap 119.
ea[u] cogit necessitas, quoniam promisimus libri[v] huius tenorem, o venerabilis praesul
Liemare, usque ad diem tui pontificatus extendere. Unde licet stulte audacterque intro-
ierim hoc pelagus, nunc tamen haut inprudenter fecisse videar, si ad litus[w] properabo.
In cuius littoris[x] accessione vix aliquem portum video inperitiae meae: ita plena sunt
omnia scopulis invidiae detractationumque[y] asperitatibus, ut ea, quae laudaveris, adu-
latione carpant[z], quae vero delicta reprehenderis, dicant fieri ex malivolentia[*.70].

Cum tamen ille vir memorabilis omni genere laudum possit extolli, quod nobilis,
quod pulcher, quod sapiens, quod eloquens, quod castus, quod sobrius[a]: haec omnia conti- [2.]
nebat in se ipso, et alia item bona[b], quae extrinsecus homini solent accedere[c], ut sit dives,
ut[d] felix, ut gloriam habeat, ut[e] potentiam, omnia sibi habunde fuerunt. Praeterea in lega-
tione gentium, quod primum est Hammaburgensis ecclesiae officium, nemo unquam tam
strennuus potuit inveniri. Item in divinis ministeriis sollempniter obeundis, in honore
sedis apostolicae, in fidelitate rei publicae[d*], in sollicitudine etiam[f] suae parrochiae, vix
potuit[g] habere comparem, aut qui in pastorali cura vigilantior esset in omnibus, si ita
perseveraret[h]. Nam cum talis fuerit ab initio, circa finem deterior videbatur; ad quem
virtutis suae defectum corruit vir non bene cautus tam sua negligentia, quam ceterorum
inpellente malicia. De quibus suo loco postea latius dicetur. Quoniam vero difficile
est omnes viri actus aut bene aut pleniter aut in ordinem posse diffiniri[i] a me, prae-
cipua gestorum eius summatim quaeque delibans[k], affectu condolentis ad eam pervenire

a) obiit, cui E. reiecto Winthero, qui ep. sp. successit 4. b) nostri *deest* 3. c) Maii, indictione 4. d) amabilis tuoque 4. e) laetaris 3. f) perciperes 2. 4. percipies 3. g) perfeceras 2. 4. perfeceris 3. h) *Haec inscriptio add.* 3. 5. *deest* 1. 2. 4. i) *Hic versus deest* 3. 5, *in* 2. *et* 4. *in margine scriptus.* k) undetriginta 3. 4. l) Augusto in solio Rom. imp. XCus sedisse reperitur, exceptis hiis, qui 4. m) pallium 2. 3. n) predecessores 4. o) suos *addit* 4. p) ast. eciam XII ep. 4. q) ac dicens *desunt M. F.* r) sibi 3. s) patribus 4. t) et *deest* 5. u) ea *deest* 5. v) libelli 2. 3. 4. w) littus 2. 3. x) quo littoris 1. quo littore 3. quo litore 4. y) detractionumque 4. z) carpent 3. *) malevolentia 3. 5. a) nobilis, p. s. e. c. et sobrius 4. b) itemque alia bona 4. c) accidere 4. e *correctura.* 3. 5. videlicet *addit* 4. d) et 4. d*) publicę rei 1. e) et 4. f) etiam *deest* 3. g) poterat 4. h) perseverasset 3. 4. i) definiri 3. k) delibemus 3.

67) Ex antecedentibus collato cap. 67. patet Bezelinum mortuum esse anno 1045, ind. 13. Cui consentit Lambert. Herseveld. h. a. Adami nostri error originem traxit ex falso, quem codex Vindobonensis tribuit Libentio, anno emortuali, sc. 1030. 68) Adalbertus annos tantum 27 sedisse videtur. 69) Imperator fuit Aquis anno 1045. m. Iul. v. Böhmer Kaiserurkunden. 70) Sallust. Catilina praef.: *Quae delicta reprehenderis, malivolentia et invidia putant.*

1045. desidero[a] calumpniam[b], qua nobilis et dives parrochia Hammaburgensis et Bremensis, altera vastata[c] est a paganis, altera discerpta est[d] a pseudochristianis. Igitur narrationis initium tale faciam, ut statim ex moribus eius possint omnia cognosci[71].

[3.] Cap. 120. 2. Erat nimirum genere vir nobilissimus[72], honore primo, Halverstatensis[e] praepositus, ingenio acri[73] et instructo multarum artium suppellectile; in divinis et humanis[74] prudentiae magnae, et ad ea, quae auditu vel studio collegit, retinenda et[f] proferenda memoriae[f*] celebris, eloquentiae singularis. Tum praeterea, quod forma corporis erat spetiosus, castitatis amator fuit. Largitas eiusmodi, ut petere haberet indignum, tarde aut humiliter acceperit, prompte vero hylariterque saepe non petentibus largiretur. Humilitas in eo dubia videbatur, quam solis exhibuit servis Dei, pauperibus et peregrinis, adeo ut saepe, antequam cubitum iret, triginta et amplius mendicantibus ipse genu flexo[g] pedes lavaret. Principibus autem saeculi et coaequalibus suis humiliari nullo modo voluit. In quos etiam tali[h] zelo exarsit aliquando, ut hos luxuriae, illos avaritiae, quosdam infidelitatis arguens, nulli demum parceret, quem notabilem cognovit. Itaque multis virtutibus in unum vas congregatis, poterat vir talis esse dicique beatus, nisi unum vicium obstaret, cuius deformitas omnem decorem praesulis[i] obnubilarat[k], hoc erat cenodoxia, familiaris divitum vernacula. Ea[l] prudenti viro talem[m] invidiam peperit, ut multi etiam bona, quae fecit plurima, dicerent fieri pro mundana gloria. Sed videant huiusmodi[n] ne temere illum iudicent, hoc scientes, quod in rebus ambiguis absolutum
Roman. 2,1. non debet esse iudicium, et[o]: „in[p] quo alterum iudicas[q], te ipsum condempnas[r]“.

[4.] Nobis autem qui cum eo viximus cotidianamque viri conversationem[s] inspeximus, notum est, aliqua illum, sicut hominem, fecisse pro honore saeculi, multa vero pro Dei timore, sicut bonum hominem. Et quamvis largitas eius in cunctos[t] modum excederet, inveni tamen eam[u] largiendi rationem, quod pro ditanda ecclesia sua quosdam studuit obsequiis placare, sicut reges et eorum consilio proximos; alios autem qui ecclesiae suae aliquo modo nocere videbantur, acerrimo persecutus est odio, sicut duces nostros et nonnullos episcopos. Audivimus eum saepenumero[v] pro lucro ecclesiae suae se suosque parentes devovisse: *Adeo*, inquit, *nemini parcam, nec mihi, nec fratribus, nec pecuniae, nec ipsi ecclesiae, ut episcopatus meus aliquando liberetur a iugo, vel par ceteris efficiatur.* Quae omnia [melius][w] in ipso hystoriae textu[x] pandentur, ut videant sapientes, quam coacte et non temere, immo probabili ratione fecerit aliqua, in quibus desipuisse vel insanisse videtur[y] a non intelligentibus.

[5.] Cap. 121. 3. Anno ordinationis suae primo, postquam pontifex sollempniter intronizatus est[z], ecclesiae Bremae nuptias peregit. Videns basilicae noviter inceptae opus inmensum vires quaerere maximas, nimis praecipiti usus consilio, statim murum civitatis a decessoribus[*] orsum et quasi minus necessarium destrui fecit, iussitque lapides in templo poni. Nam et turris[a] speciosa, quam diximus septem cameris ornatam fuisse[b,75], tunc funditus est diruta. Quid loquar de claustro, quod lapide polito constructum, pulcritudine sua visus contuentium refecit? Et hoc praesul absque mora praecepit[c] dissipari, quasi aliud[d] pulcrius cito facturus. Cogitavit[e] enim, ut ipse nobis de ea re sciscitantibus aperuit, refectorium[f], dormitorium, cellarium et ceteras fratrum officinas, omnia[g] ex lapide facere[h], si locus aut ocium suppeditarent. Ad quae omnia cum sibi[i] habunde ad manus fore gloriaretur, ut pace fratrum dicam[76], solam clericorum et lapidum penuriam saepe[k] querebatur. Interea

Fervet opus,

a) desiderio 3. b) calamitatem *legendum esse coniecit Velleus.* c) vastata *deest* 5. d) est *deest* 4. direpta est 3. e) Haluerstadensis 3. 4. Halverstedensis 2. f) vel 5. f*) memoria 1. g) flexu 4. h) tali *deest M. F.* i) illius 4. k) obnubilaret 2. 3. 5. l) quae 3. 5. m) talemque 1. n) eiusmodi 4. o) ut 2. 3. 4. p) in *deest* 3. q) iudices 4. r) condempnes 2. 3. 4. s) cum illo fuimus cotidianamque ipsius conversationem 4. t) cunctis 4. u) *deest* 4. v) dixisse *addit* 4. w) melius *deest* 1. x) contextu 2. y) videatur 3. z) est *deest* 2. 3. 4. *) predecessoribus 2. 4. suis *addit* 4. a) turris *deest* 1. b) speciosa, que septem cameris ornata fuerat 4. c) praecipit 2. 3. d) illud 3. e) Cogitaverat 1. f) refectorium 3. g) per omnia 4. h) facere *deest* 3. i) omnia *addunt* 2. 3. cuncta 4. k) saepe *deest* 1.

71) Similiter Sallust. l. l.: *De cuius .. moribus pauca prius explananda sunt, quam initium narrandi faciam.* 72) Conf. Annal. Sax. a. 1043. 73) *ingenio acri.* V. supra l. II. c. 8. 74) *divina et humana.* Sallust. Iugurth. c. 27. bis. Conf. infra c. 35. 65. 75) Supra l. II. c. 67. 76) *ut pace fratrum dicam.* Ita et infra cap. 56.

surrexit ecclesiae murus[77], cuius formam ante Alebrandus ad instar Coloniensis incepit[78], ipse vero ad exemplum Beneventanae domus cogitavit perducere[79].

4. Anno tandem septimo incepti operis moles a fronte levata est, ac principale sanctuarii altare dedicatum in honore sanctae Mariae[80]. Nam secundum in occidentali absida consecrandum altare disposuit in amore[a] sancti Petri, cuius sub invocatione legitur antiqua basilica extructa[b]. Emergentibus itaque multis archiepiscopo angustiis, mansit opus inperfectum ad annum pontificii 24[c], cum et ego indignissimus ecclesiae Dei matricularius Bremam veni[81]: et tunc demum templi parietes dealbantur[d], occidentalisque cripta sancto Andreae dedicata est.

5. Et quoniam magnus pontifex vidit ecclesiam et episcopatum[e] suum, quem [6] Cap.122. decessoris[f] sui Adaldagi prudentia liberavit[g], iniqua ducum potentia iterum vexari, summo nisu conatus est eandem ecclesiam pristinae libertati reddere[82], ita ut nec dux, nec comes, aut[h] aliqua iudicialis persona quempiam districtum[i] aut potestatem haberet in suo episcopatu[83]. Quod nisi per odium fieri nequivit, dum correpti pro nequitia principes ad iram magis accenderentur. Aiuntque Bernardum[k] ducem, cum pro nobilitate ac sapientia suspectum habuerit[l] pontificem, saepe dixisse, illum quasi exploratorem positum in has regiones, qui infirma terrae alienigenis et caesari esset proditurus; ideoque dum ipse aut aliquis filiorum eius advixerit, episcopum nunquam bonum diem habiturum in episcopatu. Quod verbum in pectus episcopi altius, quam[m] quisquam ratus erat, descendit. [7.] Itaque ex eo tempore ira et metu anxius, moliri, parare atque ea modo cum animo[n] habere[o][84], quae duci et suis profutura non essent. Dissimulatoque animi dolore ad tempus, quod[p] alia via consilium non invenit[q], totus confugit ad auxilium palatii, nec pepercit sibi ac[r] suis, aut ipsi episcopatui[s], caesarem placando et aulicos, dummodo id efficeret, quod[t] ecclesia esset libera[u]. Proinde visus est[v] tantos in curia labores tolerasse, tantas[w] ubique terrarum expeditiones[x] sponte cum suis desudasse, ut infatigabilem eius viri[y] constanciam miratus caesar, ad omnia publicae rei consilia virum habere maluerit vel primum[z].

6. Expeditiones vero, quas in Ungriam, Sclavaniam[85], Italiam vel in Flandriam[*][86] Cap.123. cum caesare pontifex egit[a], multae sunt. Quae dum singulae magnis[b] episcopii sumptibus multisque familiarum oppressionibus exigerentur, duarum nos tantum facere mentionem cogimur, hoc est Italicae, quae prima fuit, vel Ungaricae, quae postrema, eo quod insignes prae ceteris fuerint, nobisque ambae infeliciter evenerunt. At[c] de Ungarica quidem dicetur in fine[87], nunc de Italica videamus.

7. Heinricus[d] rex, domitis vel compositis Pannonum sedicionibus[88], ecclesiastica, ut [8.] Cap.124. dicitur[e], necessitate Romam tractus est[89], comitem habens cum ceteris imperii magnatibus et nostrum archiepiscopum. Ubi depositis, qui pro apostolica sede certaverant, 1046. Benedicto, Gratiano[f] et Silvestro scismaticis, Adalbertus pontifex in papam eligi[g] debuit,

a) amorem 2. 3. honorem 4. b) exstructa fuisse 4. c) angustiis, op. imperf. usque ad XXIIII. pont. annum permansit 4. d) dealbabantur 2. 3. e) ecclesiam episcopatumque 4. f) predecessoris 4. g) liberaverat 4. h) nec 3. 4. i) quampiam iurisdictionem 4. k) Bernadum 1. l) haberet 3. m) ac 1. n) moliri atque in animo 4. o) coepit *add.* 2. 3. coepit ea *add.* 4. p) cum 4. q) inveniret 4. r) aut 3. s) nec sibi nec suis nec ecclesie pepercit 4. t) quo 2. 3. 4. u) posset liberari 4. v) est *deest* 1. w) tantasque 2. 3. x) tantisque u. t. expeditionibus 4. y) viri *deest* 4. z) rei publice cons. eum hab. primum maluerit 4. *) vel Franciam 3. et Flandriam 4. a) cesare fecit 4. b) magnis *deest M. F.* c) evenerint. At 4. d) itaque *add.* 4. e) e. exigente n. 4. f) Germano 3. g) Silvestro, Adalbertus archiepiscopus eligi 4.

77) Virgil. Aeneid. l. I. v. 436 sq.:
Fervet opus . . . .
O fortunati, quorum iam moenia surgunt.
78) V. supra l. II. c. 78. 79) Hanc basilicam incendio parumper maculatam funditus destruxisse Liemarum archiepiscopum, testatur Albertus Stadensis ad a. 1089. De domo Beneventana edocebimur post Iohannis de Vita Thesaurum Antiq. Benevent. in opere mox prelo subiiciendo V. Cl. Schultzii. 80) sc. anno 1051; v. infra cap. 29. 81) sc. anno 1068. Conf. infra cap. 53. 82) Conf. supra l. II. cap. 9. 83) Sunt fere verba privilegiorum Ottonis II. et successorum suorum ann. 967 sq. ecclesiae Hammaburgensi datorum. 84) Ex Sallustii Bello Iugurth. c. 7: *Quod verbum in pectus Iugurthae altius, quam quisquam ratus, descendit. Itaque ex eo tempore ira et metu anxius moliri, parare atque ea modo animo habere.“* 85) sc. contra Liuticios anno 1045; v. Hermann. Aug., Ann. August. 86) anno ut videtur 1051, non vero, cum haec fuit expeditio ante Ungaricam, anno 1054. 87) Conf. infra cap. 42. 88) sc. annis 1043—1045. 89) sc. anno 1046.

Schol. 61. nisi quod pro se collegam posuit Clementem[a]. A quo[b] rex Heinricus coronatus die natalis Domini[c], imperator et augustus vocatus est.

[9.] Cap. 125. 8. Post haec imperatorem ab Italia revertentem archiepiscopus noster fertur Bremam vocasse[d], occasione data, quasi[e] Lismonam[f] visere deberet vel regem Danorum invitare ad colloquium, sed revera ut fidem exploraret ducum. Imperator autem Bremae apparatu regio, sicut dignum fuit[g], receptus, cortem quae Balga dicitur[90], fratribus optulit, ecclesiae vero comitatum Fresiae[91] concessit, quem ante Gotafridus[92] habuit. Caesar inde Lismonam veniens, mox, ut aiunt, per[h] insidias a Thiedmaro comite circumventus[i], archiepiscopi nostri studio defensus est[k]. Quare idem comes a caesare vocatus in ius, cum se purgare[l] duello mallet, a satellite suo nomine Arnoldo[m] est interfectus[93]. Qui et ipse non post multos dies a filio Thietmari comprehensus, et per tybias suspensus inter duos canes efflavit, unde et ipse ab imperatore comprehensus et perpetuo est exilio dampnatus[n. 94]. Cuius mortem dux germanus[o] et filii eius acerrime[p] zelantes in archiepiscopum, ex eo tempore ipsum et ecclesiam eius et familiam ecclesiae[q] letali odio persecuti sunt. Cumque pax ficta interdum ambas conciliasse partes videretur[r], nichilominus tamen illi qui ducem secuntur[s], antiqui memores odii, quod patres eorum exercuerunt[t] in ecclesiam, nostros impugnare[u] non cessarunt[v], affligentes
Psalm. 74, 22. omnibus modis. *Exurge ergo, Domine, et iudica causam tuam, memor esto obprobrii servorum tuorum!*

[10.] Cap. 126. 9. Metropolitanus autem econtra[w] bonis studiis certans et beneficiis redimens tempus, quoniam dies mali erant, pacem cum ducibus fecit. Deinde vero sollicitudinem gerens parrochiae, aliquid[x] magnum vel se dignum[y] cogitavit ubique nobilitatis suae monumentum relinquere[z]. Et primo quidem flocci pendens auream decessorum mediocritatem[95], vetera[*] contempsit, nova molitus omnia perficere. Igitur magnis animi et sumptuum[a] conatibus pugnans, ut Bremam similem ceteris efficeret urbibus[b], statim ex bonis, quae ipse adquisivit, duas fecit praepositouras, unam sancto Willehado, ubi corpus
962. eius aut requiescit aut translatum est, alteram sancto Stephano, cuius se famulum multociens gloriabatur[c] archiepiscopus[d]. Has duas construxit[e] a principio, verum et[f] alias postea fecit, hoc est in Bremis terciam sancto Paulo, de bonis quae hospitali pertinebant; Liastimonae[g] quartam de praedio[h] eiusdem cortis; quintam voluit apud Stade[i] fieri, sextam vero trans Albiam in Sollonberg[k. 96]. Septimam vero[l] incepit in Aspice, qui locus in Mindensi parrochia est silvestris et montuosus[m. 97]. Octava est abbatia Gozzicana[n] iuxta Salam flumen[o], quae fundata est a parentibus archiepiscopi[98].

[*] *Schol.* 61. Clemens papa renovavit ecclesiae nostrae Hammaburgensi omnia privilegia, quae dudum a Romana sede concessa sunt[99]. (2. 4.)

a) nisi pro se c. posuisset Clementem 3. 4. scismaticis Clemens apostolorum Petri et Pauli successor factus est 2. 2a. *ubi (2.) hic in textu sequitur schol.* 61. b) mox *addit* 4. c) die n. Dom. *desunt* 2. 3. 4. d) archiepiscopus Bremam vocavit 4. e) qui 1. qua 3. f) Lismonem 3. g) regio, ut decuit, apparatu 4. h) concessit. Inde Lismonam veniens, per 4. i) circumventus est, sed 4. k) est *deest* 4. l) expurgare 4. m) nom. Arn. *desunt* 2. 3. 4. n) Qui — dampnatus *desunt* 2. 3. 4. o) germanus eius dux 4. p) germanus filiique illius 4. acerrime *deest* 4. q) ecclesiam ecclesieque familiam 4. r) interdum utrasque conc. vid. partes 4. s) sequebantur 2. 3. 4. t) exercuerint 3. u) inquietare et impugnare 4. v) cessabant 2. 3. 4. w) contra 5. x) aliquod 4. y) magnum dignumque 4. z) ut nob. s. m. relinqueret 3. *) veram 4. a) perficere — sumptuum *desunt* 3. b) Bremam ceteris coequaret urbibus 4. c) ipse *add.* 2. 3. d) archiep. *deest* 4. e) confinxit 2. f) eciam 4. g) Lastmone 1. Lyasmonae 3. h) praelio 1. i) Stadhe 2. Stathe 4. k) Solongberg 2. Sulenberg 3. Sullenberg 4. l) quoque 2. 3. 4. m) montosus 3. 5. n) Grozzicana 1. Gozicana 3. o) fluvium 2. 3. 4.

90) Balje, villa parrochialis in comitatu Hoya, praefectura Nienburg et advocatia Sebbenhausen. Conf. Register der Einkünfte der Propstei zu Bremen. p. XIII u. XIV. 91) Aut hic error Adami latet, aut comitatus hic Fresiae alius est, atque ille, quem Heinricus IV Adalberto concessit anno 1057. Vide infra c. 45. 92) dux Lotharingiae. 93) Conf. Lamberti Annal. a. 1048. Obiit d. 3. Octobr. teste Necrolog. S. Michael. Luneburg. 94) Huius filii nomen etiam videtur fuisse Thietmarus, idemque qui exlex Thiemo in pago Leri dicitur, ut bene coniecit Wedekind Noten II, 87. ex chartis Heinrici III imperatoris anno 1053. Iun. 3. et Novb. 3. datis. Confer eiusdem chartam anni 1054. Nov. 1. 95) Horat. Carm. II, 10, 5. 96) Sülberg, mons iuxta villam Blankenese in litore Albis. Conf. infra cap. 25. et literas ab Adalberto datas anno 1059. 17. Kalendas Aug. in Hamburger Urkundenbuch. 97) Fortasse Esbeck in praefectura Lauenstein terrae Calenberg, villa parrochialis sita inter Salz-Hemmendorf et Gronau. Adimplevit hanc ecclesiam, ut videtur, Adalberti successor Liemarus. V. diplomata a. 1088. in Hamburg. Urkundenb. 98) Goseck, situm in monte inter Naumburg et Weissenfels. V. chartam fundationis a. 1053. in Hamb. Urkundenb. et Librum de fundatione monasterii Gozecensis. 99) sc. anno 1047. April. 24.

10. Alia etiam plurima diversis locis inchoavit opera, quorum pleraque defecerunt [11.] Cap. 172 ipso adhuc vivo[a] et rei publicae negotiis intento[1]; sicut illa domus lapidea, quae in Aspice subito casu lapsa corruit, ipso praesente. Cetera vero ex raptu vel negligentia praepositorum dissipata probantur, in quos, comperta fraude, atrociter aliquando ultus est archiepiscopus. Qua in re videri potest eorum[b] nequitia, quibus ille fidem plus iusto habuit[c], voluntatem praesulis a bono incepto saepe conversam[2]. Et res quidem dome- Cap. 128. sticae a principio bene ac laudabiliter ab illo viro provisae sunt. Quae autem foris pro legatione gentium acta sint, consequens sermo breviter declarabit.

11. Metropolitanus[d] statim ut ingressus est episcopatum, ad reges aquilonis pro [12.] amicitia legatos misit. Epistolas quoque commonitorias sparsit per omnem Daniam sive Nortmanniam ac[e] Suediam et usque ad[f] fines terrae, exhortans episcopos et presbyteros in illis partibus degentes, ut ecclesias domini nostri Iesu Christi fideliter custodirent atque[g] ad conversionem paganorum accederent intrepidi.

Magnus eo tempore simul tenebat duo regna, Danorum videlicet atque Nortmanno- Cap. 129. Schol. 62. rum, Iacobus adhuc in Suedia[h] sceptrum habuit[i]. Cuius[k] auxilio Suein et Tuph[l] ducis effultus, Magnum pepulit a Dania. Qui[m] denuo bellum instaurans[n], obiit in navibus[3]. Suein[o] duo regna possedit, classemque parasse dicitur, ut Angliam suo iuri subiceret[p]. Verum sanctissimus rex[q] Edwardus, cum iusticia regnum gubernaret, tunc quoque pacem eligens, victori obtulit tributum, statuens eum, [ut supra dictum est[r, 5],] post se regni heredem. Cumque[s] rex[t] iuvenis Suein tria pro libitu suo regna tenuerit[u], mox succedentibus prosperis, oblitus est celestis regis[v] et consanguineam[w] a Suedia duxit uxorem[6]. Quod[x] domno archiepiscopo valde displicuit, furentemque regem[y], missis legatis ad eum, de scelere[z] terribiliter increpuit[*], postremo, nisi resipuerit[a], excommunicationis gladio feriendum esse [minatus est[b]]. Tunc ille conversus in furorem, minabatur[b*] omnem Hammaburgensem parrochiam vastare et exscindere. Ad quas minas imperterritus noster[c] archiepiscopus arguens et obsecrans perstitit immobilis, donec tandem flexus Danorum tyrannus per litteras papae, libellum repudii dedit consobrinae. Nec tamen rex sacerdotum admonitionibus aurem praebuit, sed mox[d] ut consobrinam a se dimisit, alias itemque[e] alias uxores et[f] concubinas assumpsit, et suscitavit ei Dominus inimicos in circuitu multos, sicut Salemoni[g] fecit proprios servos[h]. 3 Reg. 11, 14.

12. Haroldus[i] quidam[k, 7], frater Olaph regis et martyris, vivente adhuc germano[l] [13.] Cap. 130. Schol. 63 patriam egressus est[m]. Constantinopolim exul abiit[n], ubi miles imperatoris effectus, multa praelia contra Sarracenos in mari et Scitas in terra gessit[o], fortitudine clarus et divitiis[p] auctus vehementer[8]. Is vero[q] defuncto fratre, cum in patriam revocatus

Schol. 62. Suein a Magno victus, cessit fortunae et factus est homo victoris, faciens ei sacramentum fidelitatis. Sed cum denuo rebellare[r] cepisset consilio Danorum, nichilominus a Magno superatus est[9]. Ita[s] Suein fugiens ad Iacobum venit, adprime dolens pro fide pollicita, quam violavit[10]. (2. 4.)

Schol. 63. Haroldus a Graecia regressus, filiam regis Ruziae[t] Gerzlef[u, 11] uxorem accepit. Alteram tulit Andreas, rex Ungrorum[v], de qua genitus est Salomon[w]. Terciam duxit rex Francorum Heinricus, quae peperit ei Philippum. (2. 3. 4.)

a) vivente 4. b) illorum 4. c) plus iusto fidem adhibuit 4. d) ergo *addit* 4. e) et *M. F.* f) in 2. 3. 4. g) atque *deest* 1. h) Sueonia 2. 3. 4. i) tenuit 4. k) Huius 4. l) *Ita codd. omnes.* m) Magnus ergo 4. n) instraurans 1. o) vero *addit* 4. p) classemque vt A. suo subiiceret iuri, paravit 4. q) rex *deest* 3. r) *Uncis inclusa desunt* 1. s) que *deest* 3. t) rex *deest* 1. u) teneret 4. v) gregis 3. w) quia consanguineam suam 4. x) Quod dum 4. y) displicuit furentem regem 4. z) scelere tanto 4. *) increpavit 2. 3. 4. a) recipuerit 2. resipesceret 4. b) min. est *desunt* 1. 2. 3. b*) minabatur *deest* 1. c) noster *deest* 4. d) prebens, mox 4. e) atque 4. f) atque 5. g) Salomoni 2. 3. h) sicut quondam S. proprios servos suos 4. i) Nam H. 4. k) Haraldus quidem 3. l) suo *addit* 4. m) est *deest* 2. 3. 4. n) abierat 4. o) praelia in mari c. S. et S. gessit 3. *Vocabula* in mari *voci* Sarracenos *et* in terra *voci* Scitas (Scythas 4.) *superscripta sunt in codd.* 1. 4. p) c. divitiisque 4. q) ergo 4. r) debellare 2. s) Itaque 4. t) Ruzzie 4. de Russia 3. u) Gerzlef *deest* 2. Gerzleph 3. v) Ungarorum 3. 5. w) Salemon 4

1) *negotiis intentus* ex Sallust. bell. Iugurth. c. 85. Praef. Catilin. conf. infra c. 33. 2) *conversam* i. e. divertentem s. reversam; v. infra l. IV. c. 2. 3) Aliter Chron. Saxon., Florent. a. 1048, qui tradunt Suenonem nonnisi post Magni mortem Daniam recuperasse. Obiit, ut videtur, anno 1047. Oct. 25. V. Necrol. Island.-Norveg. apud Langebek Script. rer. Danic. T. II. p. 516. Necrol. Luneburg. apud Wedekind. 5) Lib. II. cap. 74. 6) Gunhild s. Giuthe, v. infra cap. 16. 7) Haraldus dictus Hardradr. 8) Conf. Theodoric. monach. c. 25. Snorri Saga af Haralldi Hardráda. 9) Vid. Chron. Saxon., Florent. a. 1047. 10) Conf. supra l. II. c. 74. 11) Iaroslav 1019—1054. Filia eius Haroldo nupta vocabatur Elisabeth.

Schol. 64 fuerit[a], Suein consanguineum[b] regnantem repperit. Cuius, ut dicitur[c], se manibus tradens, sacramentum fidelitatis exhibuit victori, et patrium regnum pro ducatu[d] accepit in beneficium. Sed mox[e] ut ad suos venit et Nortmannos sibi fideles esse persensit, facile ad rebellandum persuasus, omnia Danorum maritima ferro vastavit et igne. Et tunc Arhusin[f] ecclesia incensa ac[g] Sliaswig depraedata est. Suein[h] rex terga vertit.
Schol. 65. Inter Haroldum et Suein[i] praelium fuit omnibus[k] diebus vitae eorum[12].

[14.] Cap. 131. 13. Simul eo[l] tempore separabant se Angli a regno Danorum, filiis Gudwini rebellionis auctoribus, quos amitae regis Danorum filios esse diximus[13], et quorum sororem Eduardus[m] rex duxit uxorem. Hii[n] namque facta conspiratione, fratres Suein regis, qui in Anglia duces erant, alterum[o] Bern[p] statim obtruncant, alterum[q] Osbern[r] cum suis omnibus eiecerunt a patria[14]. Et tenuerunt Angliam in ditione sua, Eduardo tantum[s] vita et inani regis nomine[15] contento.

[15.] Cap. 132. 14. Cum[t] haec ibi gesta essent, christianissimus rex Sueonum Iacobus migravit e[u] saeculo, et successit ei frater eius Emund [Gamul[v]] pessimus. Nam iste a concubina Olaph natus erat, et cum baptizatus esset, non multum de nostra[w] religione curavit, habuitque secum quendam episcopum nomine Osmund[16], acephalum, quem dudum Sigafridus, Nortmannorum episcopus, Bremae scolis docendum commendavit. Verum is postea beneficiorum oblitus, pro ordinatione Romam accessit, indeque repulsus, per multa loca circuivit[x] erroneus, et sic demum ordinari meruit a quodam Polaniae archiepiscopo. Tunc[y] veniens in Suediam, iactavit se a papa consecratum in[z] illas partes archiepiscopum. Sed cum noster archiepiscopus legatos suos ad Gamulan[*] regem dirigeret[a], invenerunt ibi eundem girovagum Osmund, archiepiscopali more crucem prae[b] se ferentem. Audierunt etiam, quod barbaros adhuc neophitos non sana fidei nostrae doctrina corruperit. Quorum ille praesentia territus, solitis populum regemque impulit[c] dolis, ut legati repellerentur, quasi non habentes sygillum apostolici. Et illi[d] quidem ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam
Act. Apost. c. 5, v. 41. Schol. 66. pati. Erant autem legati fratres Bremensis ecclesiae, quorum potissimus[e] fuit Adalwardus[f] senior[g], olim nostri claustri decanus, verum tunc[h] Sueonum genti ordinatus episcopus[17]. De cuius viri virtutibus multa possent dici, nisi properaremus ad alia.
[16.] Cap. 133. Legatos[i] igitur[k] tali modo a Sueonibus repulsos[l] fertur[m] quidam nepos an[n] privignus regis, ignoro, prosecutus[o] esse[p], cum lacrimis suppliciter se commendans orationibus

Schol. 64. Haroldus cum Magno pugnavit contra Suenonem[p*], post cuius mortem factus est miles eius. (2. 4.)

Schol. 65. Sicut enim prius[q] diximus[18], Knut, rex Danorum, sororem suam, quae a Richardo comite repudiata est[r], dedit Vlf[s] duci suo; ex qua nati sunt Bern[t] dux et[u] Suein rex. Vlf[v] dux sororem suam Godwino[w], duci Anglorum, copulavit, ex qua nati sunt Suein[x], Tosti[y] et Harold et ista Gude[z], quam rex Eduard in coniugio[**] habuit. Deinde Suein, filius Godvini[a], occidit Bern, filium avunculi sui. Harold[b] autem, cum esset vir fortissimus, Griphum, Hyberniae regem, decollavit[19]. Suein regem Danorum propulit[c] ab Anglia[d], ipsumque cognatum et dominum suum, regem Eduardum, pro nichilo habuit. Sequitur vindicta Dei et plaga Nordmannorum et excidium[e] Angliae. (2. 3. 4.)

Schol. 66. Illo egresso Bremense claustrum regula, disciplina fratrum et concordia defecit, acephalis omnia turbantibus. (4.)

a) esset 2. 3. 4. b) suum *addit* 4. c) ut dicitur *desunt* 4. d) pro ducatum 1. e) ut mox ut 4. ut mox 5. f) Arusie 2. Arhusiae 3. Arhusen 5. g) ac *deest* 1. h) Svein igitur 4. S. ergo 5. i) et Suein *desunt* 1. k) vertit. Et erat inter S. et H. p. o. 4. l) Eo eciam 4. m) Eduard 2. 4. Edwardus 3. n) Hi 3. 5. o) scilicet *addit* 4. p) Bernonem 2. Biorn 3. *semper.* q) alium vero 4. r) Esbern 2. s) tamen 3. t) Cumque 4. u) a 2. 3. 4. v) Gamul 4. *deest* 1. 3. Gamular, quod interpretatur senex 2. 2a. w) christiana 4. x) circumivit 3. 5. y) Qui 4. z) ad 2. 3. 4. *) G. *deest* 4. Gamulam 3. a) Emundum *addit* 4. b) ante 4. c) pulit 1. d) Ille 3. e) potentissimus 1. f) Adelwaldus *M. F.* g) senior *superscriptum in cod.* 1. *Omnino deest* 2. *M. F.* h) tum *M. F.* i) Legatis 1. k) nostros *addit* 4. l) repulsis 1. m) fertur *deest* 4. n) ac 1. o) persecutus 3. p) eos 4. p*) Suein 4. q) sicut superius 2. r) quam a. R. c. repudiatam 4. s) Vlff 3. Wolf 4. Wolff 5. t) Biorn 3. u) Bern dux et *desunt* 5. v) Wolf autem 4. w) Guduwino 4. x) rex — Suein *desunt* 5. y) Toste 3. Tosto 2. z) Gythe 3. Grande 2. **) coniugem 3. a) Guduwini 4. Gudewini 5. Godswini 2. b) Harald 4. c) pepulit 3. d) Hyberniae regem propulit ab Anglia Danorum 5. e) excilium 2.

12) Theodoric. monach. c. 28. 13) l. II. c. 58; cf. Lappenberg Gesch. von Grossbrit. T. I. p. 479. 14) Chron. Saxon. et Florent a. 1049. 15) *nomen inane imperii* Lucan. Pharsal. l. V. v. 389 sq. 16) De Osmundo, qui grandaevus in Anglia in monasterio Eliensi circa ann. 1070. vita defunctus est, v. Histor. Eliensem l. II. c. 42. V. etiam infra l. III, 70. (IV, 44.) l. IV. c. 33. Schol. 141. 17) sc. Gothorum. V. infra l. IV. c. 23. 18) l. II. c. 52. 19) rectius Griffilt, regem Walliae, quem cum sociis suis Hibernicis superavit Haroldus rex. Decollatum eius caput a Walensibus regi Haroldo est oblatum anno 1064; v. Lappenberg Gesch. v. Grossbr. T. I. p. 519 et 523.

eorum. Nomen ei Stinkil[a] erat: is solus misericordia motus super fratres, optulit eis munera, transmisitque eos per montana Suedorum salvos[b] usque ad sanctissimam Gunhild (Schol. 67.) [vel Giuthe[c]] reginam, quae a rege Danorum pro consanguinitate separata, in praediis suis trans Daniam commorata est, hospitalitati elemosinisque vacans, et ceteris operibus sanctitatis insistens. Ea[d] legatos cum ingenti honore[20] quasi a Deo missos recipiens, magna per eos xenia[e] misit archiepiscopo.

[17.] Cap. 134

15. Interea Sueones, qui episcopum suum repulerunt[f], divina ultio secuta[g] est. Et primo quidem filius regis nomine Anund[h], a patre missus ad dilatandum[i] imperium, cum in patriam feminarum pervenisset[k], quas nos arbitramur Amazonas esse[l, 21], veneno, quod illae[m] fontibus immiscuerunt, tam ipse[n] quam exercitus eius perierunt. Deinde cum aliis cladibus tanta siccitas et frugum sterilitas Sueones afflixit, ut missis ad archiepiscopum legatis, episcopum suum reposcerent, cum satisfactione fidem gentis pollicentes. Gavisus igitur[o] pontifex, petenti gregi volentem dedit[p] pastorem. Qui deinde[q] perveniens in Sueoniam, tanta omnium alacritate suscipi meruit, ut gentem Wirmilanorum[r, 22] integram Christo lucratus, etiam miracula virtutum in populo fecisse dicatur. Eodem tempore mortuus est rex Sueonum Emund, post quem levatur in regnum (Schol. 68.) nepos eius[s] Stinkel[t], de quo supra diximus. Qui fidelis erat domino Iesu Christo, et de religione eius[u] testimonium perhibebant omnes fratres nostri[v], qui eas partes adierant. Haec de Sueonibus suo tempore gesta domnus[w] Adalbertus archiepiscopus amplifico[x] sermone, ut solebat[y], omnia describens, etiam visionem quandam episcopi Adalwardi[*], qua monitus est, ut euangelizandi gratia pergere non tardaret, curavit adnectere.

[18.] Cap. 135.

16. In Nortmannia[a] quoque res magnae gestae[b] sunt illo tempore, quo rex Haraldus[c] crudelitate sua omnes tyrannorum excessit furores. Multae[d] ecclesiae per illum virum[e] dirutae, multi christiani ab illo[f] per supplicia sunt[g] necati. Erat[h] vir potens et clarus victoriis, qui prius in Graecia et in[i] Scythiae regionibus multa contra barbaros praelia confecit[k, 23]. Postquam vero in patriam venit, nunquam quietus fuit a bellis, fulmen septentrionis, fatale malum[l] omnibus Danorum insulis[24]. Ille vir omnes Sclavorum maritimas regiones depraedavit; ille Orchadas insulas suae ditioni subiecit; ille cruentum imperium usque ad Island[m] extendit. Itaque multis imperans nationibus, propter avaritiam et crudelitatem suam omnibus erat invisus[25]. Serviebat etiam maleficis artibus, non attendens miser, quod sanctissimus germanus eius talia monstra eradicavit a regno[26], pro amplectenda norma christianitatis certans usque ad sanguinem[n]. Cuius egregia merita testantur haec miracula, quae cotidie fiunt ad sepulcrum regis in civitate Trondemnis[o]. Videbat haec ille derelictus a Deo, nichilque compunctus, obla- [19] tiones quoque ac tesauros, qui summa fidelium devotione collati sunt ad tumulum fratris, ipse Haroldus unca manu[27] corradens[p], militibus dispersit. Pro quibus causis archi-

Schol. 67. Alia erat Gunhild, relicta Anundi[q], alia Gude[r], quam Thore interfecit. (2. 3. 4.)

Schol. 68. Adalwardus episcopus[s] a rege Haroldo invitatus venit in Nordmanniam[t]; ibique corpus cuiusdam viri, qui ante 60[u] annos defunctus est, nec omnino putrescere potuit, facta absolutione reconciliationis, mox in pulverem redegit. Erat enim ille homo quondam a Libentio archiepiscopo propter piraticam excommunicatus, ut ipsi per visionem revelatum[v] est Adalwardo[w]. (2. 4.)

a) Steinkel 2. Steinkil 4. Stenkeil 3. b) saluosque 1. c) Gunhild vel *desunt* 2. 4. vel Giuthe *desunt* 1. Gude 2. 4. d) Que 4. e) exenia 2. f) repulcrant 4 g) subsequuta 4. h) Et primo—Anund *desunt* 1. Anundus 2. Amund 3. i) vt dilataret 4. k) pervenissent 1. l) A. esse dicimus 2. 3. A. dicimus 4. A. vocamus 5. m) illae *deest* 1. illic 3. n) ille 1. o) ergo 4. p) g. Adalwardum prefecit 2. 3. 4. q) deinde *deest* 3. 4. r) Wimilanorum 1. Wirml. 2. Virnil. 3. 4. Wirnil. 5. vel Scrithefinnorum *addit* 2. et Scritifingorum 4. s) nepos eius *desunt* 3. t) Steinkel 2. 3. 4. u) de cuius religione 4. v) nostri *deest* 4. w) domnus *deest* 4. x) amplico 1. y) ut solebat *desunt* 4. *) etiam – Adalwardi *desunt* 3. a) Nordwegia 2. 4. Noruegia 3. b) gestae *deest* 1. c) Haroldus 2. 4. d) enim *addit* 4. e) unum 3. f) per eum 3. g) sunt *deest* 1. h) autem *addunt* 2. 3. 4. i) in *deest* 4. k) exercuit 4. l) magnum 1. m) usque in Island suum 4. n) mortem 1. *cui superscripta est vox:* sanguinem. o) Throndempnis 4. Throndemis 3. Thrundhem 2. p) corrodens 4. q) Amundi 2. 5. r) Gaude 2. 5. Gythe 3. s) episcopus *deest* 2. t) Nordwegiam 2. u) XL 5. v) revelatus 5. w) ab Adalwardo 4.

20) *cum ingenti honore.* Ita et l. IV. c. 35. 21) Vide infra l. IV. c. 19. 22) Waermeland. 23) Vide supra cap. 12. 24) Lucan. Pharsal. l. X. v. 34. de Alexandro Magno:

„Terrarum *fatale malum fulmen*que, quod omnes
Percuteret pariter populos . . .“

25) *invisus omnibus.* Sall. Catil. c. 47. 26) V. supra l. II. c. 55. 27) *Uncae manus* saepius dictae Virgilio Georg. l. II. v. 365. Aen. l. III. v. 217. l. VI. v. 360.

Schol. 69. episcopus zelo Dei tactus, legatos suos direxit ad eundem regem, tyrannicas praesumptiones[a] eius litteris[b] increpans, spetialiter vero admonens de oblationibus, quas non liceret in usum cedere laicorum, et de episcopis suis[c], quos in Gallia vel in[d] Anglia contra fas ordinare fecerat[e] se contempto, per quem auctoritate sedis apostolicae deberent iuste ordinari[f]. Ad haec mandata commotus ad[g] iram tyrannus, legatos[g*] pontificis spretos abire praecepit, clamitans[h], se nescire quis sit archiepiscopus aut potens in Norvegia[i], nisi solus Haroldus. Et alia plurima deinde fecit et dixit, quae superbiae eius proximam intentabant[k] ruinam[28]. Nam et papa Alexander confestim missis ad eundem regem litteris, praecepit, ut tam ipse quam episcopi sui vicario sedis apostolicae Schol. 70. dignam subiectionis exhibeant[l] reverentiam.

[20.] Cap. 136. 17. His apud Nortmanniam gestis, magnopere studuit archiepiscopus, ut regi Danorum conciliaretur, quem prius offensum habuit in repudio consobrinae. Scivit enim, si talem virum[29] ad se colligeret, leviorem sibi ad cetera, quae in animo gessit[30], introitum fore. Mox igitur mediante gratia largitatis, quam in omnes habuit, venit in[m] Sliaswig, ubi facile notus et reconciliatus superbo regi, muneribus atque conviviis certavit archiepiscopalem potentiam regalibus anteferre diviciis. Denique, sicut mos est inter barbaros, ad confirmandum pactum federis opulentum[n] convivium habetur[o] vicissim per octo dies. De multis rebus ecclesiasticis ibi disponitur[p], de pace christianorum, de[q] conversione paganorum ibi consulitur. Ita pontifex cum gaudio domum reversus, persuasit caesari[31], ut evocatus rex Danorum in Saxoniam, uterque[r] alteri perpetuam iuraret amicitiam[s]. Cuius federis[t] beneficio multum lucri suscepit nostra ecclesia, et legatio borealium nationum, cooperante[u] Suein rege[v], prosperis semper aucta est incrementis.

[21.] Cap. 137. 18. Trans Albiam vero et in Sclavania res nostrae adhuc magna gerebantur prosperitate. Godescalcus enim, de quo supra dictum est, vir prudentia et fortitudine praedicandus, accepta in uxorem filia regis Danorum, Sclavos ita perdomuit, ut eum quasi regem timerent, tributa offerentes[w] et pacem cum subiectione petentes[x]. Qua temporis occasione nostra Hammaburg pacem habuit et Sclavania sacerdotibus ecclesiisque plena fuit. Godescalcus igitur, vir religiosus ac timens Deum, archiepiscopo etiam familiaris, Hammaburg ut matrem colebat. Ad quam solvendorum causa votorum soli-

Schol. 69. Haroldus rex ab illo die direxit episcopos suos in Galliam, multos etiam venientes ab Anglia suscepit. Quorum unus fuit Asgoth[y], quem redeuntem ab urbe apostolorum comprehendi iussit archiepiscopus, acceptoque fidelitatis sacramento, dimisit[z] abire donatum. (2. 3. 4.)

Schol. 70.*) »Alexander episcopus, servus servorum Dei, Haroldo, regi Nordmannorum, salutem et apo»stolicam benedictionem. Quia adhuc rudes in fide existitis[a], et in ecclesiastica disciplina »quodammodo claudicatis, oportet nos, cui totius ecclesiae commissum est regimen, divinis »admonitionibus vos frequentius visitare. Sed[b] quia ob longarum difficultatem viarum per »nos hoc[c] agere minime valemus, sciatis nos Adalberto, Hammaburgensi archiepiscopo, vi»cario nostro, haec omnia firmiter commisisse. Praedictus itaque venerabilis archiepiscopus »et[d] legatus noster suis nobis conquestus est epistolis, quod episcopi vestrae[e] provinciae »aut non sunt consecrati, aut data pecunia contra Romana privilegia, quae suae ecclesiae »sibique data sunt, in Anglia vel in Gallia pessime sunt ordinati. Unde ex auctoritate »apostolorum Petri et Pauli vos[f] admonemus[g], ut sicut apostolicae sedi reverentiam sub»iectionis debetis exhibere, ita praefato[h] venerabili archiepiscopo, vicario nostro et vice »nostra fungenti, vos vestrique episcopi impendatis.« Et reliqua. (2. 3. 4.)

a) praesumptionis 1. b) suis *addit* 4. c) suis *deest* 4. d) in *deest* 5. e) fecit ordinari 2. 3. 4. f) iure consecrari deberent 4. g) in 4. g*) suos *add.* 1. h) dicens 4. i) Nordwegia 2. 4. k) intendebant 3. l) exhiberent 4. m) in *deest* 4. n) opulentum *deest* 4. o) habebatur 4. p) dispositum 2. dispositis 4. q) et 4. r) *deest* 5. s) perpetua confederaretur amicicia 4. t) confederationis 4. u) que *addunt* 2. 4. v) regis 1. w) timentes tributum offerrent 4. x) peterent 4. y) Asgot 4. Asgotus 2. z) diuisit 2. *Hoc scholion apud Velleum legitur in fine textus cap. 20.* *) *Hoc scholion in cod. 4. textui insertum legitur, praemissis verbis:* Et ecce rescriptum litterarum, *post verba:* subiectionis reverentiam. a) in f. r. extitistis 5. b) Et 3. c) per hoc nos 2. d) et *deest* 3. 4. e) nostrae 3. f) nos 3. g) amonemus 4. h) praefato *deest* 3.

28) De Haraldi regis morte v. infra c. 51. 29) *ad se colligere* Germanismus: an sich knüpfen, sich verbinden. 30) *gerere in animo.* Germanismus: im Sinne führen. 31) sc. Heinrico III. Haec referenda videntur ad annum 1048 sive 1049. Conf. Florent. Wigorn. a. 1049: *Suanus etiam, rex Danorum, ut imperator illi mandarat, cum sua classe ibi affuit* (sc. in expeditione contra Balduinum, comitem Flandrensium), *et ea vice fidelitatem imperatori iuravit.*

tus erat frequenter venire. In Sclavania citeriori[a] nemo unquam surrexit potentior et tam fervidus christianae religionis propagator. Etenim si vita ei longior concederetur, omnes paganos ad[b] christianitatem cogere disposuit, cum fere terciam partem converteret eorum, qui prius sub avo eius [Mistiwoi[c]] relapsi sunt ad paganitatem. Schol. 71.

19. Igitur omnes populi Sclavorum, qui ad Hammaburgensem respiciunt dyocesim, sub illo[d] principe christianam fidem coluerunt[e] devote[f], hoc est Waigri et[g] Obodriti vel Reregi[h] vel[i] Polabingi, item Linoges[k], Warnabi, Chizzini[l] et Circipani, usque ad Panem[m] fluvium[m*], quem nostrae privilegia ecclesiae vocant Penem. Provinciae iam plenae erant ecclesiis, ecclesiae autem sacerdotibus; sacerdotes vero libere agebant in his, quae ad Deum pertinent[n]. Quorum mediastinus[n*], princeps Gotescalcus, dicitur tanto religionis arsisse[o] studio, ut oblitus ordinis sui, frequenter in ecclesia sermonem exhortacionis ad populum fecerit, ea, quae mystice ab episcopis dicebantur vel[p] presbyteris[q], ipse[r] cupiens Sclavanicis verbis reddere planiora. Infinitus erat numerus eorum, qui cotidie convertebantur[s], adeo ut pro sacerdotibus in totas[32] mitteretur provincias. Tunc etiam[t] per singulas urbes coenobia fiebant sanctorum virorum canonice viventium, item monachorum atque sanctimonialium, sicut testantur hii, qui in Leubice[u], Aldinburg, Lontio[v], Razzispurg[w], et in aliis civitatibus singulas viderunt. In Magnopoli vero, quae est civitas inclita[x] Obodritorum, tres fuisse congregationes Deo servientium referunt[y]. [22.] Cap. 138. Schol. 72

20. Gratulabatur[z] archiepiscopus de novella plantatione ecclesiarum, misitque de suis episcopis et presbyteris viros ad principem sapientes, qui rudes in christianitate populos confortarent. Ordinavit autem in Aldinburg, defuncto Abhelino[*], monachum Ezzonem[a]; Iohannem Scotum constituit[b] in Magnopolim[c]; in Razzisburg esse disposuit Aristonem quendam ab Iherosolimis venientem[33], et alios alibi. Praeterea cum ipse veniret in Hammaburg, eundem Gotescalcum principem invitavit[d] ad colloquium, magnopere illum[e] exhortans, ut inceptum pro Christo laborem constanter ad finem perducat, victoriam illi pollicens affuturam in omnibus, postremo, si quid patiatur adversitatis pro nomine Christi, beatum fore; multa[f] illi de conversione paganorum in coelo reposita praemia, multas[g] coronas de singulorum salute venturas. Eisdem verbis et ad idem studium hortabatur metropolitanus regem Danorum, qui ad eum iuxta Egdorem[h] fluvium consistentem multociens venit, omnia quae de scripturis ab illo proferebantur, subtiliter notans memoriterque retinens, excepto quod de gula et mulieribus, quae vitia naturalia sunt illis gentibus, persuaderi non potuit; ad cetera[i] omnia pontifici rex fuit obediens et moriger[k]. [23.] Cap. 139. Schol. 73.

Schol. 71. Fama est eo tempore duos monachos a Boemiae saltibus in civitatem Rethre[l] venisse, ubi dum verbum Dei publice annunciarent[m], concilio paganorum, sicut ipsi desideraverunt, diversis primo suppliciis exanimati[n], ad ultimum pro Christo decollati sunt. Quorum quidem nomina hominibus incognita, ut veraciter credimus, in coelo scripta sunt. (2. 3. 4.)

Schol. 72. In ostio Peanis[o] fluvii civitas maxima est, quae Dimine vocatur; ibi est terminus Hammaburgensis parrochiae. (2. 4.)

Schol. 73. Clarissimus rex Danorum sola mulierum incontinentia laboravit, non tamen sponte, ut arbitror[p], sed vitio gentis. Nec tamen[q] illi malo defuit ultio, quia una[r] ex concubinis eius[s], Thore nomine, legitimam ipsius[t] reginam Gude veneno extinxit. Cumque rex Suein filium Thore, Magnum vocabulo, Romam transmitteret, ut ibi consecraretur ad regnum[u], infelix puer in via defunctus est, post quem mater impia non suscepit alium filium. (2. 4.)

a, ulteriori 2. 3. 4. b) propagator — ad *desunt* 1. c) Mistiwoi *deest* 1. *In margine codicis* 2. *hic notatur:* Godescalcus fuit gener regis Danorum. d) illo devote 4. illo devoto 5. e) coluerant 3. f) devote *deest* 4. g) et *deest* 4. h) Obotriti vel Keregi 3. i) et 4. k) Lingones *M. F.* l) Chizzimi 1. Chiziui 2. *semper.* m) Peanem 2. *semper.* Peanum 3. 5. m*) flet 1. n) pertinebant 4. n*) industrius 5. o) Godescalcus t. r. exarsit 4. p) et 4. q) sacerdotibus 5. r) ipse *deest* 4 s) ad Dominum *addit* 4. t) enim 3. u) Liubice 5. Lybekke 2. Lybichi 3. v) Leontio 3. 4. w) Razisburg 2. 3. 5. *semper.* Razispurg 4. x) inclita *deest* 2. 3. 4. y) referuntur 2. 3. *Helmold. l. I. c.* 20. Deo s. dicuntur f. c. 4. z) ergo *addit* 4. *) Abelino 3. 4. Abbelino 2. a) Etzonem 2. 3. Eizonem 4. b) instituit 3. c) Magnopoli 4. Magnapoli 5. d) invitavit *deest M. F.* e) illum *deest* 4. f) multaque 4. g) multas eciam 4. h) Egdoram 4. i) vero *addit* 4. k) pontifici erat obediens 4. l) Retre 2. m) predicarent 4. n) examinati 4. o) Peani 5. p) sp. ut a. sponte 4. q) tunc 5. r) una *deest* 5. s) eius *deest* 2 t) ipsius *deest* 2. ipsis *M. F.* u) in regem 4.

32) *totas* i. e. omnes, veluti infra l. IV. c. 28. gallice *tout.* 33) Episcopi in Razesburg meminit charta regis Heinrici IV. ann. 1062. apud Dümge Regesta Badensia p. 109. Hamburger Urkundenbuch Nr. 90. Conf. infra cap. 32. et c. 70. (IV. c. 45.), ubi et vide de Iohanne Scoto.

[24.] Cap. 140. 21. Per idem tempus in Sclavania res maximae gestae sunt, quae posteris ad gloriam Dei non sunt reticendae, quoniam *Deus ultionum libere*[a] *egit, reddens retributionem superbis.* Itaque[b] cum multi sint Winulorum[c] populi fortitudine celebres, soli quatuor sunt, qui ab illis Wilzi, a nobis[d] dicuntur Leutici[e], inter quos de nobilitate potentiaque contenditur. Hii sunt scilicet Chizzini et Circipani, qui habitant citra Panim fluvium, Tholosantes et Retheri[f], qui[g] ultra Panim degunt[34]. Cumque lis perveniret[h] ad bellum, Tholosantes et Retheri, quamvis auxilio Chizzinos[i] haberent, nichilominus victi sunt a Circipanis. Iterum[k] instauratum[l] est praelium et contriti sunt Rederi[m]: temptatum est tertio et Circipani victores abierunt. Tunc illi, qui victi sunt[n], principem Godescalcum ducemque Bernardum et regem Danorum accitos in auxilium super hostes duxerunt, ingentemque trium regum[o] exercitum suis nutrierunt stipendiis per septem ebdomadas, Circipanis viriliter repugnantibus. Multa[p] milia paganorum hinc inde prostrati sunt, plures abducti in captivitatem. Tandem Circipani[q] 15 milia[r] talenta regibus offerentes, pacem adepti[s] sunt. Nostri cum triumpho redierunt[t], de christianitate nullus sermo, victores tantum[t*] praedae intenti[u, 35]. Haec est virtus Circipanorum, qui pertinent ad Hammaburgensem episcopatum[v]. Quidam nobilis homo de Nordalbingis narravit mihi haec et alia veraciter ita gesta esse[w].

Ps 93, 1.

[25.] Cap. 141. 22. Audivi etiam, cum veracissimus rex Danorum sermocinando eadem replicaret, populos Sclavorum iamdudum procul dubio facile converti posse[x] ad christianitatem, nisi obstitisset avaricia Saxonum: *Quibus*, inquit, *mens pronior est ad pensionem*[y] *vectigalium, quam ad conversionem gentilium.* Nec attendunt miseri, quam magnum[z] periculum suae cupiditatis luant[36], qui christianitatem in Sclavania primo per avariciam turbabant[*], deinde per crudelitatem subiectos ad rebellandum coegerunt, et nunc salutem eorum, qui vellent credere, pecuniam solam exigendo contempnunt. Ergo iusto Dei iudicio videmus eos praevalere super nos, qui permissu Dei ad hoc indurati sunt, ut per illos nostra flagelletur iniquitas. Nam revera, sicut peccantes superari videmur[a] ab hostibus, ita conversi victores hostium erimus; a quibus, si tantum fidem posceremus, et illi iam salvi essent et nos certe essemus in pace.

Schol. 74.

[26.] Cap. 142. 23. Haec dum forinsecus in legatione gentium ecclesiae nostrae ministerio gererentur, domnus metropolitanus Adalbertus, adhuc bonis intentus studiis, vigilanter et magnopere providit, ne sua quapiam negligentia pastorale officium minus habere videretur, in ea scilicet, qua gloriatur apostolus, sollicitudine omnium ecclesiarum. Itaque domi forisque clarus, taliter se gessit, ut par divitum maiorque magnatium[b], nichilominus pater orphanorum iudexque viduarum[37] esse certaret[c], talem curam habens omnium, ut necessitatibus etiam minimorum[d] sollertissimus provisor adesset. Cumque terrenis gravatus negotiis et[e] ad spiritalia[f] mox languescere cogeretur, in sola gentium legatione permansit integer officii et sine querela, et talis, qualem et tempora et mores hominum mallent habere. Ita affabilis, ita largus, ita hospitalis[g], ita cupidus divinae pariter et[h] humanae gloriae, ut parvula Brema, ex illius virtute instar Romae divulgata, ab omnibus terrarum partibus devote peteretur, maxime ab omnibus aquilonis[i] populis. Inter quos extremi[k] venerant Islani, Gronlani et Orchadum[l] legati[m], petentes, ut praedicatores illuc[n] dirigeret; quod et fecit.

2 Cor. 7, 12.

Rom 9, 18. *Schol.* 74. Dicit enim scriptura Pharaoni: *Quia in hoc ipsum*[o] *excitavi te, ut ostendam virtutem meam in te, et glorificetur nomen meum in gentibus. Ergo cuius*[p] *vult miseretur Deus, et quem vult indurat.* (2. 4.)

a) ultionem liberi 3. b) igitur 4. c) Winnulorum 2. Vinulorum 3. d) vero *addit* 4. e) Leuticii 2. 3. 4. f) Rheteri 5. g) quia 3. h) pervenisset 4. i) Chizzini 1. k) Iterumque 4. l) restauratum 3. m) Retheri 2. 3 4. n) Tunc q. v. fuerant 4. o) principum 4. p) Multa itaque 4. q) Circipanis 1. r) milia *deest* 3. quinque milia 2. s) indepti 5. indempti 2. 4. t) Nostris ergo c. t. redeuntibus 4. t*) tanto 1. u) sermo erat, victoribus t. p. intentis 4. v) episcopum 3. w) Quidam — esse *desunt* 4. x) posse *deest* 3. y) pensiones 2. 3. 4. z) quantum 4. *) turbaverunt 4. a) videmus 2. 3. 5. b) magnatum 2. 3. 4. c) videretur 4. d) inimicorum 3. e) et *deest* 2. 3. 4. f) spiritualia 3. g) ita iocundus *addit* 4. h) ac 2. 3. 4. i) ab aquilonaribus 4. k) *deest* 4. l) Orcadum 2. m) Islani, G. et O. l. venerunt 4. n) ut eis predic. dir. 4. o) ipso 4. p) cui 4.

34) Scholasticus Bremensis rectius dixisset Chizzinos et Circipanos habitare ultra sive trans Panim, Tholosantes vero et Retheros cis Panim. 35) Conf. Helmold. l. I. c. 21. 36) Sic pro: periculum incurrere. 37) *iudex viduarum* h. e. iustum eis procurans iudicium. V. Deuteronom. c. 10. v. 18.

24. In diebus illis Wal[a], Danorum episcopus[38], migravit e seculo. Cuius diocesim Cap. 143. rex Suein in quatuor episcopatus distribuens, praebente[b] suam auctoritatem metropolitano singulis suos intronizavit episcopos[39]. Tunc etiam[c] pontifex noster in Suigiam[d] vel[e] Norvegiam[f] et in[g] insulas maris ad messem dominicam operarios misit. De quorum ordinatione singulorum habundantius dicetur in fine[40].

25.[h] Tocius itaque[i] parrochiae suae diligentissimam adhibens provisionem metro- [27.] Cap. 144. polem Hammaburg in principio leticiae[k] posuit archiepiscopus, fecundissimam gentium[l] matrem illam appellans, omnique devotionis officio venerandam, protestatus[m], ei tanto maiorem offerri debere consolationem, quanto maiori plaga et propioribus insidiis et tam longiturna[n] paganorum infestatione cribraretur[41]. Ergo accepta pace temporum, dum saepe meditatus est Hammaburgensem munire simulque ornare toparchiam[o], quoddam utile opus inchoare[p] contra incursus barbaricos, in quo et populus et ecclesia[q] Nordalbingorum perhenne haberent[r] praesidium. Igitur cum provincia Sturmariorum, in qua Hammaburg sita est, tota in planitiem campi descendat, ex ea[s] parte, qua Sclavos attingit, neque mons, neque flumen est in medio, quod incolis munimentum[t] praestet, absque silvis passim occurrentibus, quarum latebris protecti hostes, incertis aliquando excursibus repentini superveniunt, nostrosque securos et nil minus cogitantes[u] vel perimunt, vel quod eis[v] morte[v*] gravius est, captivos abducunt[w, 42]. Solus mons in ea regione prominet iuxta Albiam, longo in occasum dorso protentus[x], quem incolae Sollonberg[y] vocant[43]. Eum[z] pontifex oportunum arbitrans[*], in quo[a] firmaretur castellum, Schol. 75. quod genti praesidio foret, statim silvam, quae montis verticem obtexit, exscindi[b] mundarique[c] locum praecepit. Itaque multis inpensis multoque[d] sudore hominum voti compos effectus, montem asperum fecit habitabilem. Ubi praeposituram constituens, disposuit congregationem facere Deo servientium, quae mox conversa est in turmam latronum. Ex illo enim castro nostri quidam populares in circuitu, quos ad tuendum[e] positi sunt, depraedari et[f] persequi coeperunt. Ideoque locus ille postea tumultu comprovintialium destructus est, populus vero Nordalbingorum excommunicatus[g]. Compertum est nobis[44] in gratiam ducis factum hoc, qui more solito felicibus ecclesiae actibus invidebat.

26. Nam et dux eo tempore, relicto veteri castello Hammaburg, novum quod- [28.] Cap. 145. dam praesidium sibi suisque fundavit[45], infra[h] Albiam flumen et rivum, qui Alstra vocatur. Ita nimirum cordibus[i] vel mansionibus ab[k] invicem divisis, dux novum, archiepiscopus vetus coluit oppidum. Diligebat sane pontifex eum locum sicut omnes[l] praedecessores sui, eo quod metropolis sedes fuerit omnium septentrionalium nationum, et caput[m] suae parrochiae. Ideoque dum adhuc pax fuit trans Albiam, omnes fere sollempnitates paschae ac pentecostes[n] itemque Dei matris ibi celebrare voluit, collecto ex singulis congregationibus maximo cleri numero, praecipue his, qui vocalitate sua populos mulcere poterant. Et tunc plenario gaudens ordine ministrorum, omnia divinae servitutis[46] officia cum magna iussit reverentia compleri et gloria etiam exteriori. Cui nimirum [29.] gloriae tantum ipse indulsit, ut iam non Latino more vellet ecclesiastica obire my- Schol. 76.

Schol. 75. Ibique locavit caput sancti Secundini, qui unus ex legione Thebeorum ducum fuisse legitur[o], cuius patrocinia metropolitanus suscepit in Italia, largiente quodam[p] episcopo Taurinensi. (2. 4.)

Schol. 76. *Difficile est*[q], *ut laudabiliter viventem laus humana non capiat.* Leo papa. (2. 4.)

a) Wal *deest* 3. Walo 2. Wall 5. b) praesentante 2. 3. 4. c) etiam *deest* 3. Quo eciam tempore 4. d) Swigiam 5. Sweoniam 2. Suediam 3. e) et 5. f) Noruagiam 3. Nordwegiam 2. 4. g) in *deest M. F.* h) *In codice* 2. *margini apposita sunt verba:* Anno pontificatus sui XVIII. *quae cod. 4. in textum recepit. Male: constat quippe praepostituram in Sullonberg iam prius ab Adalberto fundatam esse. Haec omnia gesta esse tempore Leonis IX. et Henrici III. ex sequentibus apparet. Scribendum fortasse fuit:* Anno pontificatus sui VIto. i) itaque *deest* 4. k) sue *addit* 4. l) gentium *deest* 3. m) est *addunt* 2. 3. n) et diuturniori 3. o) parochiam 3. p) inchoavit 2. 3. 4. q) populis et ecclesiae 3. r) haberet 5. s) ea *deest* 2. 3. 4. t) munimen 5. u) nil mali suspicantes 4. v) eis *deest* 4. v*) morte *deest* 3. w) adducunt 1. x) protensus 4. y) Solonberg 2. 3. Sullenberg 4. z) Quem 4. *) arbitratus 2. 4. a) ut in eo 4. b) excidi 4. c) nudarique 5. d) que *deest* 1. e) ad quos tuendos 4. f) ac 4. g) est *addit* 1. h) intra 5. i) cortibus 5. k) ad 3. l) omnes *deest* 3. m) capud 1. n) penthecosten 1. o) S. Secundini, Thebeorum ducis 4. p) quondam 4. q) enim *addit* 4.

38) sc. Ripensis, v. supra l. II. c. 70. 39) V. infra l. IV. c. 2. 40) V. infra in fine cap. 70. (l. IV. c. 44—46.) 41) Verba: *fecundissimam — cribraretur* leguntur quoque in charta Hartwici archiepiscopi data Hammaburgi 1165. indict. 13. 42) *Capti — morte graviorem vitam exigunt.* Sallust. Iugurth. c. 10. 43) V. supra c. 9. 44) *Compertum est*, locutio Sallustiana v. c. Catil. c. 10. 45) cuius vestigium hodie manet in nomine plateae Neueburg. 46) i. e. divini servitii.

steria, sed nescio qua Romanorum sive Graecorum consuetudine fultus, per tres missas, ubi astitit[a], duodecim modulari officia praecepit; omnia magna quaerens, omnia mirabilia, omnia gloriosa in divinis et humanis[b], et propterea dicitur fumo delectatus aromatum et fulguratione luminum et tonitruis alte boantium vocum. Quae omnia traxit a lectione veteris testamenti, ubi maiestas Domini apparuit in monte Synai. Et alia multa facere solebat, rara modernis et ignorantibus[c]; cum tamen sine auctoritate scripturarum[d] ipse nil fecerit, iam tunc scilicet meditatus ecclesiam suam divitiis et honore ceteris anteferre, si papam et regem suae haberet voluntati morigeros. Eos igitur complacare[e] properabat omnibus modis.

[30.] Cap. 146. 27. Ea tempestate caesar Heinricus[47] ingentibus regni divitiis utens, in Saxonia Goslariam fundavit, quam de parvo, ut aiunt[f], molendino vel tugurio formans venatorio, in tam magnam, sicut nunc videri potest, civitatem bono auspicio et celeriter perduxit. In qua etiam sibi construens palatium, duas omnipotenti Deo congregationes instituit; unam ex his[g] nostro[h] donans regendam tenendamque pontifici, eo quod illi individuus comes vel cooperator in omnibus existeret. Tunc etiam sibi[i] data est spes acquirendi vel accipiendi comitatus vel[k] abbatias vel praedia, quae magno deinceps periculo ecclesiae mercati sumus, ut puta coenobia Lauressae vel Corbeiae[48], comitatus autem Bernardi[49] et Ekibrecti[l. 50], praedia vero Sincicum[51], Plisna[m. 52], Groningon[n. 53], Dispargum[o. 54] et Lismona[55], quibus iam dubia re[p] possessis, arbitrabatur se metropolitanus, sicut bene[q] dicitur de Xerse[q], aut per mare ambulaturum, aut per terram[r] navigaturum[56], postremo quae in animo habuit facile omnia perfecturum.

[31.] 28. Praesertim eo fultus adminiculo, quod potentissimus papa Leo pro corrigendis[s] ecclesiae necessitatibus venit in Germaniam; quem sciret sibi pro veteri amicitia nil abnegaturum[t], quod iure[u] cuipiam deberet praestari[v].

Cap. 147. 1049. 29. Tunc habita est illa synodus generalis apud Mogontiam[w], praesidente domno apostolico et imperatore Heinrico, cum episcopis Bardone Mogontino[x], Eberhardo[y] Treverensi, Herimanno[z] Coloniensi, Adalberto Hammaburgensi, Engilhardo[*] Magdaburgensi, ceterisque provintiarum sacerdotibus[57]. In eo[a] concilio[b] quidam Spirensis episcopus, Sibico, cui crimen adulterii intendebatur, examinatione sacrificii purgatus est. Praeterea multa ibidem sancita[c] sunt ad utilitatem ecclesiae, prae quibus symoniaca heresis et nefanda sacerdotum coniugia olographa synodi manu perpetuo dampnata sunt[d]. Quod
Schol. 77. veniens domum noster[e] archiepiscopus[f] non[g] tacuisse probatur. De mulieribus[h] statuit eandem sentenciam, quam decessor eius[i] memorabilis Alebrandus et antea Libentius

Schol. 77. Audivimus saepenumero piissimum archiepiscopum nostrum Adalbertum cum de continentia tenenda suos hortatus est clericos[k]: *Admoneo vos*, inquit, *et postulans iubeo, ut pestiferis mulierum vinculis absolvamini, aut si ad hoc non potestis cogi, quod perfectorum est, saltem cum verecundia vinculum matrimonii custodite, secundum illud quod dicitur: Si non caste, tamen caute.* (2. 4.)

a) missas, quibus astitit, ubicunque esset 2. 3. 4. b) rebus *addunt M. F.* c) scripturas *addunt* 2. 3. 4. d) scripturarum *deest* 1. e) complacere 5. sibi *addunt* 2. 3. 4. f) dicitur 4. g) illis 3. h) nostro *deest* 4. i) ipsi 3. k) et 2. 3. 4. l) Ekberti 4. m) Plisnam 3. n) Groningor 2. 5. Groninger 3. Gromingor 4. o) Dyspargum 3. p) iam dubia fide 2. 4. iam spe 3. q) bene *deest* 2. 3. 4. *Huic voci superscripta sunt verba:* de Xerse *in cod.* 1. *quae in textum recepta sunt* 2. 3. 5. Xerxe 3. 5. r) mare 1. s) sanctae *addit* 4. t) negaturum 4. u) iure *deest* 5. iuri 3. v) praestare deberet 5. w) Magonciam 2. Maguntium 3. Magunciam 4. Maguntiam 5. x) Maguntino 4. Magonciense 2 Magontinensi 3. y) Everardo 4. 5. z) Hermanno 2. 3. 4. *) Engelardo 4. Engillo ardo 2. a) quo 4. b) consilio 3. c) sanctita 1. sanccita 4. d) est 3. e) noster *deest* 2. 3. 4. f) episcopus 1. g) nequaquam 4. h) enim *addit* 4. i) dec. eius *desunt* 4. k) Audivimus, cum saepenumero Adalbertus archiepiscopus clerum suum de cont. ten. hortaretur 4.

47) sc. Heinricus III, qui Goslariam vel maxime fovit, cuius tamen negotiatores iam seculo XI. notissimi. 48) V. infra l. IV. c. 4. Chartas Heinrici IV. a. 1063. Sept. 6. Chronic. Lauresham. in cod. diplom. Lauresham. T. I. p. 179 sq. Lambert. Hersfeld. a. 1063. 49) sc. in Emsgau, Westfalia et Engern. V. chartam Heinrici IV. dat. 1062. Oct. 24. et infra l. IV. c. 6. 50) V. infra c. 45. 51) Sinzig, ubi fluvius Ahr influit in Rhenum, in districtu Ahrweiler praefecturae Coblenz. 52) V. Hamburg. Urkundenbuch Nr. 91. 53) V. ibidem. 54) Chartam Heinrici regis IV. dat. 1065. Oct. 16. super Duisburg v. ibidem Nr. 96. 55) Traditionem curtis Liestmuone a rege Heinrico anno 1062. Iun. 27. factam v. ibidem Nr. 87. 56) *Si Xerxes — maria ambulavisset terramque navigasset.* Cicero de Finib. l. II. c. 34. 57) De hoc concilio Moguntino cf. Hermannum Augiensem a. 1049. Wiberti Vitam Leonis II. c. 5. Acta apud Harzheim Concil. German. T. III. p. 112 seq. Theiner über Ivos Decret p. 89.

inchoarunt[a], scilicet ut fierent[58] extra synagogam et civitatem, ne male suada pellicum[b] vicinia castos violaret optutus. Haec[c] synodus facta est anno Domini 1051[d. 58*]; ipse est annus[e] 1049. archiepiscopi 7. Et tunc maius altare tribunalis dedicatum est in honore genitricis Dei[59].

30. De qua synodo mentionem ideo fecerim, quod[f] domnus Adalbertus eo tem- [32.] Cap. 148. pore, quo[g] tam clari homines[60] in ecclesia fuerunt, sapientiae ac virtutum merito fere omnes praecelluit. Tantus[h] apud papam, talis apud caesarem habebatur, ut de publicis rebus absque eius consilio nichil ageretur. Quapropter, ubi vix locum habet clericus, nec in procinctu bellorum imperator illum virum dehabere[i] voluit[k], cuius inexpugnabile consilium saepe ad evincendos expertus est inimicos. Sensit hoc callidissimus Italorum dux Bonifacius[l. 61], item Godafrid[m. 62], Otto[n. 63], Balduinus[o. 64], et ceteri qui regnum tumultibus implentes, gravi aemulatione caesarem lassare[p] videbantur; tandemque humiliati[q], sola se infractos Adalberti prudentia gloriati sunt.

31. Quid loquar de barbaris Ungrorum sive Danorum, item[r] Sclavorum aut [33.] Cap. 149. certe Nortmannorum gentibus, quas imperator saepius consilio domuerat quam bello? monitu et opera nostri pontificis nobile discens exemplum,

Parcere subiectis et debellare superbos[65].

Ad hunc nostrae felicitatis cumulum accessit hoc, quod fortissimus imperator Graecorum Monomachus[66], et Heinricus Francorum[s. 67], transmissis ad nostrum caesarem muneribus, congratulati sunt archiepiscopo pro sapientia et fide eius rebusque[t] bene gestis eius[u] consilio. Tunc ille[v] Constantinopolitano rescribens, iactavit se inter alia descendere a Graecorum prosapia[w], Theophanu[x] et fortissimo Ottone sui generis auctoribus; ideoque nec mirum esse, si Graecos diligeret, quos vellet etiam habitu et moribus imitari; quod et fecit. Similia[y] regi[z] Franciae mandata legavit et aliis[*].

32. Metropolitanus igitur his rerum successibus[a] elatus[b], et quod papam vel [34.] Cap. 150. caesarem suae voluntati pronos videret, multo studio laboravit in Hammaburg patriarchatum constituere. Ad quam intentionem primo ductus est ea necessitate, quoniam[c] rex Danorum, christianitate iam[d] in fines terrae dilatata, desideravit in regno suo fieri archiepiscopatum. Quod tamen ut perficeretur, ex auctoritate sedis apostolicae, convenientibus canonum decretis[68], prope sancitum est[e], sola expectabatur sentencia nostri pontificis. Quam rem ille[f], si patriarchatus honor sibi et ecclesiae suae Romanis privilegiis concederetur, fore ut consentiret, promisit, quamlibet[g] invitus. Disposuit vero patriarchatui[h] subicere 12 episcopatus, quos[h*] ex sua divideret parrochia, praeter eos suffraganeos, quos in Dania ceterisque gentibus nostra tenet ecclesia, ita ut primus esset in Palmis[69] iuxta Egdorem fluvium[i], secundus in Helinganstade[k], tercius in Razzispurg[l], quartus in Aldinburg[m], quintus in Michilinburg[n], sextus in Stade[o], septimus in Lismona, octavus in Wildishusin[p], nonus in Bremis, decimus in Ferde[q], undecimus in Ramsola, duodecimus in Fresia. Nam Ferdensem[r] episcopatum se facile posse adipisci, non semel gloriatus est.

33. Interea condicionibus utrimque[s] protractis, sanctissimus papa Leo migravit[t]. [35.] Cap. 151. Eodemque anno fortissimus imperator Heinricus decessit[u]. Quorum obitus contigit anno archiepiscopi 12°[70]. Quorum morte non solum ecclesia turbata est, verum etiam res

a) inchoaverunt 3. inchoavit 5. b) pelicum 1. 4. c) autem *addit* 4. d) quadragesimo primo 2 MXLIX. 3. e) annus *deest* 2. 3. f) fecimus, quia 4. g) quod 1. h) Tantus itaque 4. i) sibi deesse 4 k) noluit 3. 5. l) Bonefacius 2. 4. m) Gotafridus 2. 4. Gotafredus 3. n) Ottho 3. o) Balduvinus 2. Baldwinus 4. p) inquietare 4. q) humiliari 4. r) seu 4. s) rex *addit* 4. t) eiusque rebus 1. u) illius 4. v) Qui 4. w) inter cetera i. se a G. descendisse prosapia 4. x) Theophano 2. 3. 4. y) Sed et 4. z) regis 1. *) et aliis similia mandata legavit 4. a) suscessibus 4. b) elevatus 3. c) qua 3. d) iam *deest* 5. e) esset 3. f) ille *deest* 1. g) quamvis 4. h) archiepiscopatui suo 4. h*) quod 1. i) *Verba* iuxta E. fluvium *desunt* 2. 3. 4. k) Heligansted 2. Heliganstad 4. Helingenstad *M. F.* l) Razizpurg 4. m) Alchiaburg 2. n) Michliaburg 2. 3. o) Stadhe 2. Stathe 4. p) Vildishusim 3. Wildishusen 5. q) Forde 2. Verde 3. Ferda 4. r) Verdensem 3. s) utrinque 3. 5. t) a seculo *addit* 4. u) discessit 1.

58) *fieri extra*, Germanismus: herausgeschafft werden. 58*) rectius a. D. 1049, archiepiscopi 5. 59) Conf. supra c. 4. 60) *clari homines.* Sallust. Iugurth. c. 21. coll. c. 12. 61) Bonifacius, marchio Tusciae, occisus anno 1052. 62) Godafridus, dux Lotharingiae. 63) Otto de Nordheim, dux Bavariae 1070. 64) Balduinus V, comes Flandriae 1054. 65) Virgil. Aen. lib. VI. v. 854. 66) Constantinus X. Monomachus 1042—1054. 67) Heinricus I. 1031—1060. 68) V. Archiv T. VI. p. 803. 69) Palenbudhen in documentis anni 1325 apud Michelsen Diplomatar. Ditmars. pag. 25. hodie Pahlen. 70) Constat Leonem IX. papam obiisse a. 1054. April. 19, Heinricum III. imperatorem vero a. 1056. Octb. 5. Prior

1056. publica finem habere videbatur. Itaque ex illo tempore nostram ecclesiam omnes calamitates oppresserunt[70], nostro pastore tantum curiae intento negotiis[71]. Ad gubernacula[a] regni mulier cum puero successit, magno imperii detrimento[b]. Indignantes enim principes aut muliebri potestate constringi, aut infantili[c] ditione regi, primo quidem communiter vindicarunt se in pristinam libertatem[72], ut non servirent[73]; dein[d] contentionem moverunt inter se, quis eorum videretur esse maior; postremo armis[e] audacter sumptis, dominum et regem suum deponere moliti sunt. Et haec omnia oculis pocius videri possunt, quam calamo scribi.

[36.] Tandem seditionibus ad pacem inclinatis, Adalbertus et Anno archiepiscopi[74] consules declarati sunt[75], et in[f] eorum consilio deinceps[g] summa rerum pendebat[76]. Sed cum ambo essent viri prudentes et strennui in procuratione rei publicae, tamen alter alterum felicitate aut industria sua longe[h] praecurrisse videtur. [Itaque ficta sodalitas episcoporum modico duravit tempore, et quamvis lingua utriusque pacem sonare videretur, cor tamen odio mortali pugnabat in invicem. Et Bremensis quidem praesul eo iustiorem induit[i] causam, quoniam pronior fuit ad misericordiam, regique domino suo fidem docuit servandam esse usque ad mortem. At vero Coloniensis, vir atrocis ingenii, etiam violatae fidei arguebatur in regem. Praeterea per omnes, quae suo tempore factae sunt conspirationes, medioximus semper erat[k].]

[37.] Cap. 152. 34. Coloniensis enim, quem avaritiae notabant, omnia quae[l] domi vel in curia potuit corradere[m], in ornamentum[n] suae posuit ecclesiae. Quam, cum prius magna esset, ita maximam fecit, ut iam comparationem evaserit omnium quae in regno sunt ecclesiarum. Exaltavit etiam parentes suos et amicos et[o] capellanos, primis honorum dignitatibus omnes cumulans, ut illi alteris succurrerent infirmioribus. Quorum primores erant germanus archiepiscopi[p], Wecilo[q] Magadeburgensis[77], eorumque[r] nepos Burkardus[s], Halverstadensis[t] episcopus[78], similiter Cuono[u], Treveris electus, sed invidia cleri martyrio coronatus antequam intronizatus[79]. Item Mindensis Eilbertus[v, 80] et Traiectensis Willehelmus[w, 81]; praeterea in Ytalia Aquilegiensis[81*] atque Parmensis[82], et alii, quos enumerare longum est, studio et favore Annonis elevati sunt, qui et fautori suo in temptationibus auxilio decorique fuisse certarunt. Multa igitur ab illo viro in divinis et humanis[83] egregie facta comperimus.

[38.] Cap. 153. 35. Noster vero metropolitanus tamen[x] pro nobilitate certans et gloria[84] terrena, indignum habuit aliquem suorum exaltare, licet multos in obsequium[y] traxisset egentes, arbitrans sibi hoc esse[z] dedecus, si aut rex aut quisquam[*] magnatium[a] suis benefaceret, „*quos ipse*,“ inquit, „*tam bene aut melius possum remunerare.*“ Ergo admodum pauci suorum illo annuente pervenerunt ad apicem episcopalem; multi vero si tantum apti ad verbum seu callidi essent ad servitium, ingentibus cumulati sunt divitiis.

a) enim *addit* 4. b) puero, magno imp. prefuit detrimento 4. c) infantuli 4. d) deinde 2. 3. 4. e) armis *deest* 1. f) ex 2. 3. g) deinceps *deest F.* h) longe *deest* 2. 3. 4. i) indidit 3. k) medioximus *corr.* medius 4. medius 5. *Verba uncis inclusa desunt* 1. *In margine cod.* 2.: Adalbertus et Anno, Bremensis et Coloniensis archiepiscopi. l) vel *add.* 2. 3. 4. m) corrodere 1. n) ornamento 2. 3. 4. o) ac 4. p) germ. archiep. *desunt* 4. q) Vezilo 2. Wezcilo 4. Wezlilo *M. F.* r) que *deest* 3. s) Burchardus 4. t) Halvarstadensis 4. u) Cono 2. 3. 4. v) Eylbertus 2. 3. w) Wilhelmus 2. 4. Vilhelmus 3. x) tantum 2. 3. 4. y) obsequio 2. 3. 4. z) quasi *addunt* 2. 3. 4. *) quispiam 3. a) magnatum 2. 3. 4.

annus cum anno 12. ex computatione Adami, hic vero cum calculo nostro convenit. 70) *Calamitas rempublicam oppressit.* Sallust. Catilin. c. 35. 71) V. supra c. 10. not. 1. 72) *vindicare se in libertatem* ex Sallustii Catilina c. 16. coll. Iugurth. c. 38. *pristina libertas* v. supra l. II. c. 9. 73) V. Bertholdi Chron. a. 1058. Lambert. Hersv. a. 1062. 74) Anno, archiepiscopus Coloniensis 1056—1075. 75) *Consules declarantur.* Sallust. Catil. c. 20. 76) Conf. l. III. c. 58. *summa rerum, quod est vicedominatus,* et l. II. c. 9. *apud quem summa consiliorum pendebat.* Quam vocat l. III. c. 44. primatum curiae, c. 46. primatum rei publicae et consulatum. Adalbertus audit princeps consiliorum et magister regis lib. III. c. 42, maior domus vero ibid. c. 46. et c. 70. (IV. 46.) 77) Wernerus s. Wezilo, archiepiscopus Magdeburgensis a. 1063—1077. 78) Bucco, consobrinus Annonis, eiusque in praepositura Goslariensi quondam successor, episcopus Halberstadiensis anno 1059, occisus 1088. V. Lambert. 1059. 1071. Bernoldi Chron. a. 1088. 79) Conf. Lamb. Hersv. a. 1066. 80) Eilbertus, Mindensis episcopus 1048—1080. 81) Wilhelmus de Ponte, episcopus Traiectensis 1061—75. 81*) Adalberti temporibus ad patriarchatum Aquilegiensem promoti sunt Gotebald, Nemetensis praepositus, anno 1049, et Ravenger, qui obiit 1069. 82) Cadalus 1041 fuit vicedom. eccl. Veronensis, 1046. Apr. 26. episcopus Parmensis, v. Affo, Parma 2, 50; anno 1061 sub Honorii II. nomine in papam electus. 83) *divina et humana;* v. supra cap. 2. not. 74. 84) *certare pro gloria.* Sallust. Iugurth. c. 110.

Unde factum est, ut pro gloria mundi captanda homines diversi generis et multarum Schol. 78. artium, praecipue vero adulatores, ad suam ascisceret[a. 85] familiaritatem. Quorum onerosam multitudinem traxit secum in curia[b] et per episcopium, sive quacumque iter esset, affirmans se frequenti commeantium multitudine non modo non gravari, verum etiam opipare[c] delectari[86]. Pecuniam autem quam recepit a suis sive ab[d] amicis, porro[e] seu ab his[f] qui frequentabant palatium, vel qui regiae maiestati[g] obnoxii fuerunt[h], illam, inquam, pecuniam, licet maxima esset, sine mora dispersit infamibus personis et ypocritis[87], medicis[i] et histrionibus et id genus aliis, scilicet[k] non sapienter aestimans, talium personarum favoribus se effecturum, ut vel solus placeret in curia vel maior domus[l] fieret prae omnibus, et eo modo perfici posse, quod in animo habuit de provectu ecclesiae suae. Praeterea cum omnes, qui erant in Saxonia sive in aliis regionibus clari et magnifici viri, adoptaret in milites, multis dando quod habuit, ceteris pollicendo quod non habuit, inutile nomen vanae gloriae magno corporis et animae dampno mercatus est. Et corrupti quidem mores[88] archiepiscopi ab initio tales, in[m] processu[n] temporis et circa finem semper deteriores fuerunt.

36. Tunc igitur magnis curiae honoribus inflatus, vixque iam tolerandus inopi parrochiae, venit Bremam cum ingenti, ut solebat, multitudine armatorum, novis populum et regionem[o] exactionibus aggravans[p]. Et tunc levata sunt illa castella, quae vel[q] maxima nostros ad iram Duces[s] incenderunt, deficiente illo studio, quod prius habuit in aedificatione sanctarum congregationum. Miranda nimirum voluntas hominis impatiensque[t] ocii, quae domi forisque[89] tantis occupata laboribus, nunquam posset fatigari. Nam cum saepe antea miser episcopatus eius tantis expeditionum sumptibus tantisque voracis curiae studiis laborasset, nunc vero in aedificationem[u] praepositurarum et castellorum sine misericordia profligatus est. [Nam et hortos et vineas in terra plantans arida, licet studio inefficaci multa temptasset, nichilominus tamen hiis, qui morem gererent suae voluntati, magnifice voluit omnibus compensari laborem[v].] Ita mens alta viri pugnans contra naturam patriae, quicquid usquam magnificum didicit, hoc non[w] habere[x] ipse noluit[y]. Cuius morbi causas cum diligenter et diu perscrutarer, inveni sapientem virum ex illa, quam nimium[z] dilexit, mundi gloria perductum ad hanc mollitiem animi[90], quod[*] in prosperitate rerum temporalium elevatus in superbiam[a], ad laudem comparandam ignorabat[b] modum, in adversitate autem plus iusto contristatus, iracundiae aut moerori frena laxabat[c. 91]. Itaque tam in bono, si misertus[d] est, quam in malo, si iratus est, in utroque mensuram excessit. [39.] Cap. 154.

37. Eius rei documentum hoc habeo, quod in ira furoris sui aliquos manu percussit usque ad effusionem sanguinis, sicut fecit praepositum eius aliosque[e]. In misericordia vero, quae in hac parte melius dicitur largitas, erat ita profusus, ut libram argenti pro denario[f] computans, aliquando mediocribus personis effundi centum libras edixerit, amplius autem maioribus. Qua de re accidit, ut quotienscumque[f*] iratus est, [40.]

Schol. 78. Inter quos advena Paulus ex iudaismo conversus est ad christianam fidem[92]. Quique[g], nescio an pro avaritia vel[h] pro sapientia, exulatus in Graeciam, cum inde remearet, nostro adhaesit pontifici, glorians se multarum artium callere ingenio, adeo ut ex insciis litterarum philosophos redderet per triennium, et ex cupro formaret aurum obrizum. Facile persuasit ille archiepiscopo, credere omnia quae dixit, adiciens hoc omnibus mendaciis suis, quod cito faceret apud Hammaburg monetam publicam ex auro fieri[i] et pro denariis bizantos[k] dari. (2. 3. 4.)

a) adsciscerct 3. 5. addisceret 2. b) curiam 3. 5. c) opipari 2. d) ab *deest* 2. 3. 4. e) porro *deest* 2. 3. 5. f) iis 5. g) potestati 4. h) fuerant 5. i) *Legendum fortasse:* mendicis. k) et i. g. a. scilicet *desunt* 4. l) dominus 3. m) in *deest* 2. 3. 4. n) autem *addit* 4. o) et regionem *add.* 2. 3. 4. p) acgravari 1. q) quae maxime 2. 3. 4. s) ducis 3. t) que *deest* 2. 3. 4. u) aedificatione 2. 3. 4. v) *Uncis inclusa desunt* 1. w) non *deest* 4. nunc 3. x) et *addunt* 2. 3. 4. y) voluit 3. 4. z) nimirum 3. *) ut 3. a) superbia 3. b) ignoraret 3. c) laxarat 3. d) tam bona miseratus 1. e) praeposito suo aliisque 3. 5. f) pro den. *desunt* 2. 3. 4. f*) quotiescunque 3. 5. g) que *deest* 4. h) an 4. i) adiciens se subito apud H. m. p. e. a facturum 4. k) bizantios 4.

85) *Cuiuscunque generis homines adsciscere.* Sallust. Catil. c. 20. V. infra c. 37. 86) Conf. l. III. c. 70. (l. IV. c. 44 f.) 87) *Hypocrita* i. e. histrio. 88) *Corrupti mores.* Sallust. Catil. c. 1. 7. 89) *Domi forisque.* Sallust. Iugurth. c. 81. 90) *Mollitia animi* Sallust. Catil. c. 48. 91) Lucan. Pharsal. l. VII. v. 124 sq... *frenosque furentibus ira Laxat.* 92) Paulus iste videtur esse Iudaeus, qui Adalberti loculos habebat. De quo vide Chron. Lauresham. in Cod. diplomat. Lauresham. T. I. p. 180.

ceu[a] leo fugeretur ab omnibus, cum vero placatus est[b], palpari posset ut agnus. Citissime autem ad hylaritatem ab ira laudibus mulceri potuit vel suis vel alienis, et tunc quasi alteratus ab illo qui[c] fuit, arridere coepit laudatori. Hunc locum saepe vidimus captari ab[d] adulatoribus, qui ex diversis terrarum partibus in cameram eius, velud in sentinam fluxerunt[e. 93], quos et ipse ad nansciscendum honorem mundi necessarios esse[f] principibus indicavit[g]. Si qui tamen palatio et regi notiores erant, in[h] suam dignatus est ascire[i] familiaritatem, reliquos permisit abire donatos. Ita vero et honestas personas et in ordine sacerdotali fulgentes ad hoc turpissimum adulationis offitium ambitio suae familiaritatis illexit. Postremo qui adulari nesciret aut fortasse nollet, eum sicut amentem et stolidum vidimus a ianuis excludi[k], ac si diceretur:

— — *Exeat aula,*
Qui vult esse pius[94].

Et:

Accusator erit, qui verum dixerit[95].

Porro ita praevaluerunt apud nos mendaces, ut vera dicentibus non crederetur, etiamsi iurarent. Talibus igitur personis plena fuit domus[k*] episcopi.

[41.] Cap. 155. 38. Quibus accesserunt cottidie[l] alii gnathones[m], parasiti, somniatores et rumigeruli, qui ea quae ipsi confinxerunt[n], nobisque placitura rebantur, iactabant sibi per angelos revelata; iam publice divinantes Hammaburgensem patriarcham[o], sic enim vocari voluit, cito papam futurum, aemulos[p] suos a curia depellendos, ipsum vero[q] solum diuque rem publicam gubernaturum, atque ita[r] fieri longaevum, ut quinquaginta annos excederet in episcopatu, postremo per illum virum[s] quaedam aurea secula orbi ventura[96]. Et haec quidem[t] licet ficte ab adulatoribus et pro quaestu promitterentur, episcopus tamen, quasi de coelo sonuissent, vera omnia putabat, tractans[u] ex scripturis quaedam praesagia rerum, quae fieri debeant, hominibus data vel in sompniis[v] vel in auguriis vel in communibus sermonum loquelis vel in non solitis[w] elementorum figuris. Quare dicitur eum morem insuevisse, ut, dum cubitum ibat[x], fabulis delectaretur; cum expergisceretur, sompniis; quotiens vero iter incepit, auspiciis. Aliquando etiam totum diem sompno[y] indulgens, noctu pervigil aut[z] lusit ad aleas[*] aut mensae[a] assedit[b]. Cum autem[c] recumberet ad mensam, hilariter habundanterque omnia praecepit exhiberi convivis[d], ipse a convivis ieiunus[e] interdum surgens, semper autem ex officio paratos habens qui advenientes reciperent hospites, magnopere curavit[f], ne non multum illum haberent[g].

[42.] Cap. 156. Adglorians hospitalitatem porro maximam[h] esse virtutem, quae cum[i] non careat divina mercede, saepe etiam inter homines habeat vel maximam[k] laudem. Recumbens autem non tam cibis aut poculis quam faceciis[l] oblectabatur, aut[m] regum hystoriis aut raris philosophorum sentenciis. Si vero erat privatus, quod raro accidit, ut solus et absque hospitibus maneret vel regiis legatis, tunc[n] fabulis aut[o] somniis, semper autem sobriis ocium terebat[p. 97] loquelis. Raro fidicines admittebat, quos tamen propter alleviandas anxietatum curas aliquando censuit esse necessarios. Ceterum pantomimos[q], qui obscenis corporum motibus oblectare vulgus[r] solent, a suo conspectu prorsus eiecit. Soli medici cum illo regnabant, difficilis aditus fuit ceteris, nisi gravior causa posceret aliquos intromitti laicos[s]. Unde etiam accidit, ut videremus ostium thalami sui[t], quod primo omnibus patuit ignotis vel[u] peregrinis, tali postmodum custodia vallatum esse, ut magnis de rebus[v] legati potentesque[w] seculi personae aliquando pro foribus inviti expectarent per ebdomadam.

a) esset, tanquam 2. 3. 4. b) esset 2. 3. 4. c) qui *deest* 1. d) ab *deest* 2. 4. e) confluxerunt 4. f) esse *deest* 5. g) indicavit 2. 3. 4. h) eos in 3. i) ascire *deest* 3. k) exclusum 2. 3. 4. k*) domus *deest* 1. l) cotidi 2. quotidie 3. cotidie 4. m) gnatones 1. n) conflixerunt 1. confixerunt 4. o) parochiam 3. p) vero *addit* 4. q) autem 4. r) ea 2. s) virum *deest* 4. t) quidam 3. u) trahens 4. v) somnis 1. w) vel in insolitis 4. x) iret 3. y) somnio 1. z) aut *deest* 2. pervigilanter 3. 4. *) in alea 4. a) ante mensam 2. 3. 4. b) sedit 4. c) cumque 2. 3. 4. d) conviviis 2. e) ieiunus *deest* 2. 3. 4. f) hospites, et magnopere procurarent 4. g) ne—haberent *desunt* 2. 3. 4. h) magnam 2. 3. 4. i) dum 4. k) h. permaximam 2. 3. habebat maximam 5. habeat maximam 4. l) facetis 2. 3. 4. m) vt 4. n) tum 3. o) et 2. 3. 4. p) impendebat 2. 3. 4. q) pantamimos 2. 3. 4 r) oblectari vulgum 1. s) laicos *deest* 2. 3. 4. t) eius 3. u) et 2. 3. 4. v) magnarum rerum 4. w) petentesque 1.

93) *Romam sicuti in sentinam confluxerant.* Sall. Catil. c. 33. 94) Lucan. Pharsal. l. VIII. v. 493 sq. 95) Iuvenal. l. I. v. 161. 96) *Aurea saecula* v. infra l. III. c. 46. 97) *Otium conterere.* Sallust. Catil. praef.

39. Praeterea inter epulandum familiare habuit magnos[a] viros carpere, notans in aliis stulticiam, in quibusdam avaritiam, multis autem obiciens ignobilitatem, omnibus[b] vero[c] inproperavit infidelitatem, eo quod ingrati essent illi[d], qui eos de stercore suscitaret[e], regi, quem solus[f] ipse[g] diligens imperium, pro iure non pro suo commodo tueri videretur: argumentum esse, quod illi sicut ignobiles raperent aliena, ipse vero sicut nobilis effunderet sua; hoc esse apertissimum nobilitatis indicium. Hac invectione pestifera utebatur in singulos, nullique demum pepercit, dummodo se omnibus anteferret. Itaque breviter hoc dicendum est, pro sola quam dilexit mundi gloria peioratum esse [43.] virum illum de omnibus quas ab initio habuit virtutibus. Nempe[h] talia et eiusmodi plurima circa ipsum facta sunt illo tempore, quae supersticioni vel iactanciae seu potius negligentiae eius infamiam magnam pepererunt, odiumque omnium mortalium, praecipue vero magnatum.

40. Ex quibus infestissimi erant tam illi quam ecclesiae nostrae dux Bernardus et Cap. 157. filii eius, quorum invidia, simul[i] et odia, itemque insidiae, obprobria et calumpniae traxerunt archiepiscopum ad[k] omnia quae supra diximus offendicula praecipitem, et quasi vecordem fecerunt[l], dum minor ipsis et cedere videretur[m]. Cessit tamen aliquando sponte pro officio sacerdotii, cupiens invidiam[n] superare beneficiis et bona reddere pro malis. Sed cum frustra laborasset omnibus modis, ut male nexam cum ducibus resarciret amicitiam, victus tandem[o] a tribulatione persequentium et dolore malorum exulceratus, non semel exclamavit cum Helya: *Domine Deus, altaria tua destruxerunt*[p], *prophetas tuos occiderunt, et relictus sum ego solus, et quaerunt me interficere.* 3Reg.19,10. Ceterum quam iniuste noster[q] archiepiscopus[r] talia passus sit, unum satis est exemplum hic ponere; quo potest videri amicitiam cum invidis nil valuisse conservatam.

41. Dux avaritiae stimulo motus in Frisones[s], quod debitum non inferrent tributum, [44.] Cap. 158. venit in Fresiam, comitem habens archiepiscopum, qui ea tantum gratia profectus est, ut discordantem populum duci reconciliaret. Cumque dux mammonae cupidus, totam pro censu rationem poneret, necdum[t] septingentis argenti marcis posset ullo modo placari, mox barbara gens, nimio furore succensa,

in ferrum pro libertate ruebant[u. 98].

Multi nostrum[v] ibi perfossi, ceteri fuga defensi[w], castra[x] ducis et archiepiscopi direpta, magnus ecclesiae tesaurus ibi dilapsus est. Nichil tamen profuit nobis apud ducem et suos amicitiae fides in[y] periculo experta, quo minus persequi vellent ecclesiam. Aiunt ergo ducem futuri praescium saepe cum gemitu narrasse, filios suos ad excidium Bremensis ecclesiae fataliter destinatos. [Vidit[99*] enim per sompnium ex penetralibus suis egressos in ecclesiam[z] ursos aprosque, deinde cervos, ad ultimum lepores. *Ursi,* inquit, *et apri erant parentes nostri, fortitudine sicut dentibus armati: cervi sumus ego et frater*[*], *solis decori cornibus, lepores autem*[a] *filii nostri*[b] *modicae virtutis et timidi: de quibus metuo, ne impugnantes ecclesiam divinam incurrant ultionem*[c].] Quapropter sub obtestatione divini timoris praemonuit eos, ne quid impium cogitarent adversum[d] ecclesiam et pastorem suum, periculose laedi aut[e] hunc aut illam[f], quod iniuria eorum redundet[g] in Christum. Haec surdis ille praecepta reliquit. Nunc de vindicta peccatores[h] statim sequente videamus[i].

42. Anno pontificis nostri 17⁰ Bernardus Saxonum dux obiit, qui a tempore senioris [LIB. IIII. c. 1.] Cap. 159. 1059. Iun 29. Libentii iam per annos 40 Sclavorum res atque Nordalbingorum ac nostras strennue administravit[99]. Post cuius obitum filii eius Ordolf[k] et Hermannus[l] hereditatem patris

a) magnates 2. 3 4. b) in omnibus 4. c) autem 3. d) illi *deest* 2. 3. 4. e) suscitarat 3. f) solum 2. 3. 4. g) ille 5. h) Nempe *deest* 1. i) simultates 2. 3. 4. k) haec *addunt* 2. 3. 4. l) reddiderunt 2. 3. 4. m) videbatur 3. n) suam *addunt M. F.* o) tamen *M. F.* p) deduxerunt 1. *male.* q) noster *deest* 4. r) episcopus 2. s) Fresones 2. 3. 4. t) nec 2. nec cum 3. 4. u) ruebat 3. v) multi igitur (ergo 5.) ex nostris 4. w) sunt defensi 4. ceteris f. defensis 3. fuga dispersi 2. x) castraque 4. y) vel 2. 3. 4. z) ecclesias 2. 3. *) frater meus 4. a) autem sunt 4. b) fortitudine — nostri *desunt M. F.* c) *Uncis inclusa desunt* 1. d) adversus 2. 3. 4. e) per. laedi aut *desunt* 3. neve ledant ant 2. neve ledant eciam 4. f) illum 3. 5. g) quorum iniuria redundet 4. h) peccatoris 1. i) Incipit liber quartus 3. 5. k) Ordolph 2. Ordulfus 3. Ordulf 4. l) Herimannus 4.

98) Aeneid. l. VIII. v. 648. 99) Bernardus I. a. 1011. obierat. Filius eius Bernardus II. igitur Libentii senioris tempore successit; administratio eius strenua ante annum 1019, tempore Unwanni archiepiscopi vix laudanda fuit. Cf. supra l. II. c. 43 sq. 99*) cf. Historiam Francorum epit. c. 12. P.

[L. IIII.] acceperunt, malo omine Bremensis ecclesiae. Illi enim antiqui memores odii, quod patres eorum contra eandem licet occulte exercuerunt ecclesiam[1], statuerunt aperte iam ultionem repetendam esse in episcopum totamque familiam ecclesiae. Et[a] primo quidem dux Ordulfus vivo[b] adhuc patre, hostili[c] stipatus multitudine, Bremensem episcopatum in Fresia devastavit ac cecavit homines ecclesiae[d], alios etiam legatos ad se pro[e] pace directos publice verberari iussit et decalvari; postremo omnibus modis ecclesiam et suos impugnare, spoliare, caedere ac pro nichilo habere[f]. Ad ea tametsi[g] pontifex, ut debuit, ecclesiastico zelo exardens[h], contemptores[i] anathematis gladio percussit, querelam tamen ad curiam deferens, nil aliud meruit quam derideri[k]. Nam et rex puer [2.] a nostris comitibus primo, ut aiunt[l], derisui habitus est. Quapropter archipraesul[m] tempori serviens[n], ut coniuratos tantum fratres ab invicem divelleret, dicitur[o] Herimannum[p] comitem adoptasse[q] in militem. Cuius satellicio functus, in Ungaricam tunc expeditionem quasi magister regis et princeps consiliorum profectus est, relicto super negotia regni[r] Coloniensi archiepiscopo. Restituto autem in regnum Salemone[2], quem Belo expulerat[s, 3], pontifex noster cum rege puero victor ab Ungria[t] regressus est.

[3.] Cap. 160. 43. Tunc comes Herimannus aliquid magnum sperans et ambiens[u] beneficium, quod dare nollet[v] episcopus[w], statim conversus[x] in furorem, cum exercitu copioso venit contra Bremam, ibique diripiens omnia quae ad manum venerant, soli ecclesiae pepercit[y]. Armenta boum et caballorum omnia in praedam cesserunt[4]. Similiter per totum faciens episcopatum, homines ecclesiae nudos inopesque dimisit. Tunc etiam castella omnia, quae pontifex, praescius futurorum, diversa regione construxit[z], usque ad solum diruta sunt.

Cap. 161. 44. Archiepiscopus eo tempore primatum curiae[*] tenebat. Cuius audita querela, comes secundum iudicium palatii relegatus in exilium[a], post annum clementia regis absolutus est. Deinde vero idem comes Herimannus et frater eius, dux Ordulfus, ad satisfactionem ecclesiae venientes, pro delicto suo quinquaginta mansos optulerunt, et quievit terra paucos dies.

[4.] Tunc etiam rex vastacioni condolens[b] Bremensis ecclesiae, transmisit ei ad solatium fere centum pallia cum aliis vasis argenteis, itemque libris, candelabris et turibulis auro paratis. [Haec[c] sunt munera, quae rex misit ad reaedificationem Hamburg[d]: tres calices aureos, in quibus erant librae auri decem, unum vas chrismale argenteum, scutum argenteum deauratum, psalterium aureis scriptum litteris, thuribula et candelabra argentea, dorsalia novem regalia, casulas 35, cappas 30, dalmaticas et subtiles 14[e] et alia multa, et unum plenarium cuius tabula videbatur novem libras auri habere[f].] Fertur etiam Corbeiam atque Lauressam[g] coenobia[5], pro quibus diu multum[h] laboravit[i] archiepiscopus, eo tempore[k] Hammaburgensi[l] ecclesiae praeceptis[m] tradita[n]. Tunc etiam diu desiderata in ditionem ecclesiae Lismona venit[6], quae curtis[o], ut aiunt, septingentos mansos[p] habere videtur et maritimas Hadeloae regiones[q] in ditione possidet[r]. Pro qua firmiter ex omni parte solvenda fertur archiepiscopus reginae Agneti dedisse novem[s] libras auri, quoniam haec in partem suae dotis illa[t] commemorabat[u]. [Quinquaginta[v] cortes dominicales habuit archiepiscopus, ex quibus Walde[w] maxima[7]; persolvit servitium unius mensis, ceterum Ambergon[x, 8] minima quatuordecim dierum. Tanta erat opulentia huius episcopi[y].]

a) Et *deest* 3. b) vivente 4. c) cum hostili 1. d) hominesque eccl. cecavit 4. h. e. necavit 5. e) pro *deest* 1. f) coepit *addunt* 3. 4. g) Et licet 4. h) exardescens 2. 3. 4. i) contemptoris 1. malefactores 4. k) deridere 1. l) ut aiunt *desunt* 4. m) archiepiscopus 4. n) deserviens 4. o) dicitur *deest* 4. p) Hermannum 2. 3. 5. *semper.* q) adoptavit 4. r) super negni 1. s) bello expulerant 2. 3. 4. t) Ungaria 3. u) sperans ambiensque 4. v) quod dare noluit 4. cum id dare nollet 3. w) archiepiscopus 3. x) versus 2. 3. 4. y) parsit 1. parcit 2. z) diversis construxerat locis 4. *) curte 1. a) p. exilio 4. b) compatiens 5. c) enim *addit* 4. d) Hammaburgensis ecclesie 4. e) XIII *M. F.* f) *Uncis inclusa desunt* 1. g) Tunc etiam Corbeia atque Lauressa 4. h) multumque 2. 3. 4. i) laboraverat 4. k) eo tempore *desunt* 4. l) Hammaburgensis 5. m) in preceptis 3. n) tradita sunt 4. o) cortis 2. 4. cors 3. p) mansus 1. q) Hatheloe regionis 4. r) possedit 5. s) XI 3. t) illa *deest* 2. 3. 4. u) commemorabatur 2. 3. 4. *In codice* 1. *sententia:* Pro qua firmiter — commemorabat *erronee post verba:* turibulis auro paratis *et ante verba* Fertur etiam Corbeia *etc. legitur.* v) ergo *addit* 4. w) Walde *deest* 3. x) caeterorum 3. y) *Uncis inclusa desunt* 1.

1) *antiqui — ecclesia.* Iisdem verbis usus est Adamus supra l. III. c. 8. 2) sc. anno 1063. V. Lambertum et Bernoldum h. a. 3) V. Lambertum a. 1061. 4) Haec videtur indicare Bernoldus a. 1064. 5) V. supra l. III. c. 27. 6) V. ibidem. 7) Videtur fuisse Altenwalde in Hadeln. 8) Hambergen, villa parrochialis in praefectura Osterholz.

45. Potuit ecclesia nostra dives esse; potuit archiepiscopus noster Coloniensi aut Mogontino[a] in omni rerum gloria non invidere. Solus erat Wirciburgensis[b] episcopus, qui dicitur in episcopatu suo neminem habere consortem, ipse[c] cum teneat[d] omnes comitatus suae parrochiae, ducatum etiam provintiae gubernat episcopus[e]. Cuius aemulatione permotus[f] noster praesul statuit omnes comitatus, qui in sua dyocesi aliquam iurisditionem[g] habere videbantur, in potestatem ecclesiae redigere. Quapropter ab initio quidem illum maximum Fresiae comitatum a caesare indeptus[h] est de Fivelgoe[i], quem prius habuit dux Gotafridus[k], et[9] nunc[l] Ekibertus[m]. Pensionem[n] librarum dicunt esse mille argenti, quarum ducentas ille solvit; atque est miles ecclesiae. Archiepiscopus autem optinuit eundem comitatum per decem annos, usque ad diem expulsionis suae. Alter[o] comitatus erat Utonis[p], qui per omnem[q] parrochiam Bremensem sparsim diffunditur, maxime circa Albiam. Pro quo archiepiscopus Utoni tantum optulit in precariae[r] nomen de bonis ecclesiae, quod aestimatur singulis annis reddere mille libras argenti, cum utique tanta quantitate precii maior possit[s] ecclesiae fructus omni anno parari[t], nisi quod pro mundi gloria adipiscenda sufficit nobis ideo esse pauperes, ut[u] divites multos in servitio habeamus[10]. Tercius erat comitatus in Fresia, nostrae parrochiae vicinus, qui dicitur Emisgoe[11], quem iuri ecclesiae nostrae defendens[v] a Bernardo comite Gotescalcus occisus est, pro quo noster pontifex regi pactus est se mille libras argenti daturum. Cuius pecuniae summam cum facile non posset habere, proh dolor! iussit cruces, altaria, coronas et cetera ornamenta ecclesiae deponi, quibus denudatis, infelicem maturavit contractum perficere. Gloriabatur[w] autem pro argentea se cito auream ecclesiam facturum, omniaque ablata restituere in decuplum, sicut et prius in destructione claustri visus est egisse. [O sacrilegium! Duae cruces auro paratae cum gemmis, altare maius et calix, ambo rutilantia ex auro et lapidibus contexta preciosis, confracta sunt; in quibus erant auri pondera viginti marcae, quas optulit domna Emma Bremensi ecclesiae cum aliis donis pluribus. Narravit faber[x] illa cremans[y], magno se dolore coactum ad hoc sacrilegium, ut confringeret illas cruces, secreto quibusdam[z] asserens se ad sonitum mallei audisse quasi vocem gementis pueri[*]]. Tunc autem et tali modo thesauri Bremensis ecclesiae, a veteribus et suo tempore summo labore magnaque fidelium devotione collecti, una et miserabili hora pro nichilo sunt pessundati. Vix tamen ex eadem pecunia media pars debiti[a] conflata est. Gemmas sanctarum crucum[b] distractas[c] audivimus a[d] quibusdam meretriculis donatas.

[L. IIII. c. 5.] Cap. 162.

[6.]

46. Horreo, fateor, omnia sicut facta sunt propalare, eo quod initium dolorum haec erant[e], gravisque secuta est vindicta Ab illo ergo die ruentibus in occasum prosperis, omnia nobis et ecclesiae adversa fuerunt, ita ut episcopus noster et sui asseclae ab omnibus exsibilarentur sicut heretici. At ille parvi pendens omnium voces, simul etiam[f] relicta rei domesticae cura, totus in curiam vehemens et in gloriam praeceps ferebatur, hac causa, ut ipse retulit, capessendae rei publicae quaerens primatum, quia dominum et regem suum inter manus trahentium non posset videre captivum[12]. Et iam consulatum adeptus est, iam remotis aemulis solus possedit[g] arcem capitolii, non tamen sine invidia, quae semper gloriam sequitur[13]. Tunc vero metropolitanus noster quaedam aurea saecula[14] renovaturus in consulatu suo, cogitasse fertur[h] disperdere de civitate Dei omnes qui operantur iniquitatem, praecipue illos, qui vel in regem manus miserunt aut ecclesias depraedasse videbantur. Cuius delicti conscientia cum fere omnes episcopi

[7.] Cap. 163.

a) Moguntino 3. 4. b) Virceburg. 3. Wirceburg. 4. Wirzeburg. 5. c) Ipse enim 3. 4. d) enim tenet 3. e) episcopus *deest* 3. 5. f) permotus *deest* 2. 3. 4. g) iurisdictionem 2. 3. h) indemptus 2. adeptus 3. 5, i) Findgoe 3. k) Gothafridus 2. l) tunc *Albert. Stad. Hist. arch. Brem.* m) Ekibrectus 2. 3. Ecbertus 4. n) annuam *addunt* 2. 3. 4. o) Alter vero 4. p) Udonis 4. *semper.* q) per omnem *desunt* 1. r) imprecarie 3. 4. inprecarie 5. s) posset 5. posset esse 2. 3. 4. t) paratus 3. u) in 1. v) quem dum viri ecclesiae nostrae defendunt 3. *Ita et* 2, *ubi tamen deest*: dum. Quem — occisus est *desunt* 4. w) Gloriatus 3. x) autem aurifaber 4. y) conflans 4. z) secreto quibusdam *desunt* 5. s. q. ass. *desunt* 4. *) *Verba uncis inclusa desunt* 1 a) debitum 1. b) crucium 2. 3. c) destructas 3. d) aut 2. ac 3. 4. e) sunt 4. f) et 3. g) possidet 2. 4. h) cogitavit 4.

9) Vide diploma Heinrici IV. a. 1057. April. 25. in Hamburg. Urkundenbuch Nr. 79. At Fivelgoe minime fuit in diocesi Hammaburgensi, sed in Monasteriensi. 10) Diploma imperatoris dat. 1062. Oct. 24. v. in Hamb. Urkundenb. Nr. 89. 11) Diploma eodem die datum v. ibid. Nr. 88. ibique notam 1. 12) *regem — captivum.* Conf. Lambert. Hersfeld. a. 1062. 13) *invidiam post gloriam sequi.* Sallust. Iugurth. cap. 51. 14) V. supra l. III. c. 38.

[L. IIII.] 1066. et principes regni tangerentur, unanimi odio conspirabant, ut ille [solus[a]] periret, ne ceteri periclitarentur. Igitur omnes [simul[b]] apud Triburiam congregati[15], cum rex adesset praesens, archiepiscopum nostrum quasi magum et seductorem a curia depule- Gen. 16, 12. runt. Adeo manus eius contra omnes, manusque omnium contra illum, ut controversiae finis pervenerit usque ad sanguinem.

[8.] Cap. 164. 47. Audientes autem[c] duces nostri, quod pontifex ab ordine senatorum esset eiectus[d], magno repleti gaudio, cogitabant et ipsi tempus invenisse ultionis, ut eum penitus Psal. 136, 7. Esai. 53, 8. alienarent a suo episcopio, dicentes: *Exinanite usque ad fundamentum in eo, et conteramus eum de terra viventium.* Itaque multae insidiae multaque obprobria eorum adversum archiepiscopum[e], qui eo tempore[f], cum nil[g] tucius haberet, Bremae sedit[h], quasi obsessus et custodia vallatus[i] inimicorum[k]. Cumque tota ducis familia pastorem et ecclesiam et[l] populum et sanctuarium derisioni haberent[m], Magnus tamen[n] ante omnes saeviebat, glorians se tandem reservatum esse, qui rebellem domaret[o] ecclesiam.

[9.] Cap. 165. 48. Magnus igitur[p], filius ducis, collecta latronum multitudine, non eo modo conatus est ecclesiam impugnare quemadmodum parentes eius, verum ipsum pastorem ecclesiae persecutus[q], ut contentionem diutinam finisse videretur, aut membris truncare aut funditus interficere quaerebat episcopum[r]. Nec tamen illi dolus ad cavendum[s] defuit, auxilium vero in militibus nullum prorsus habuit. Ipso[t] tempore archiepiscopus a Magno duce[16] obsessus, clam[u] noctu[v] fugit[v*] Goslariam, ibique secure per dimidium annum mansit in praedio suo apud Loctunam[17]. Castra et servicium[w] eius ab hostibus direpta sunt. Quibus angustiarum laqueis obstrictus, ignominiosum quidem, sed necessarium cum tyranno fedus pepigit, ut, qui hostis erat, miles efficeretur, offerens ei de bonis ecclesiae mille mansos[x] in beneficium et amplius[x*]: eo nimirum tenore, ut comitatus Fresiae, quorum alterum Bernardus, alterum Ekibertus[y] invito pontifice retinebat, [10.] Magnus absque omni dolo vendicaret iuri ecclesiae ac[z] defenderet. Ita prorsus diviso in tres partes Bremensi episcopatu, cum unam partem Udo[*], alteram[a] Magnus haberet, vix tercia remansit episcopo; quam tamen ipse postea Eberhardo[b, 18] aliisque regis adu- Schol. 79. latoribus distribuens, fere nichil sibi retinuit. Nam et cortes[c] episcopi et decimae ecclesiarum, unde clerici, viduae[d] et inopes sustentari deberent, omnia[e] cesserunt in usum laicorum, ita ut meretrices cum latronibus usque hodie luxurientur ex bonis ecclesiae, in derisum habentes episcopum omnesque ministros altaris. Tantis igitur largitionibus, sicut hodie videri potest[f], nichil lucratus est archiepiscopus[g] erga Udonem et Magnum, quam ne expelleretur a suo episcopatu; a ceteris vero nichil aliud servitii[h] meruit nisi ut dominus vocaretur.

[11.] Cap. 166. 49. Haec nobis prima ruina contigit in Bremensi parrochia[i]; verum trans Albiam quoque vindictae magnitudo pervenit, quoniam princeps Gotescalcus eo tempore interfectus est a paganis, quos ad christianitatem nitebatur ipse convertere. Et quidem vir omni aevo memorabilis, magnam partem Sclavaniae conversam habuit ad[k] divinam reli- Gen 15, 16. Matth. 18, 7. 1 Cor. 11, 19. gionem. Sed quia nondum impletae[l] sunt iniquitates Amorreorum, neque adhuc venit tempus miserendi eorum, necesse erat ut venirent scandala, ut probati fierent manifesti.

Schol. 79. Ex omni victu et servitio episcopali decima capellano legaliter cotidie reddebatur ad sustentationem infirmorum[m] et egentium peregrinorumque hospitium[n]. Sed capellanus ad suum usum fraudulenter multa reservans, nichil pauperibus impendebat[o]. (2. 4.)

a) solus *addunt* 2. 3. 4. b) simul *addunt* 2. 3. 4. c) autem *deest* 5. d) nostri, pontificem ab o. s. esse eiectum 4. e) adversus episcopum 4. f) totum 1. g) nichil 4. h) Bremae praeter sedem 2. 3. i) est *addunt* 2. 3. k) amicorum 3. l) et *deest* 4. m) haberet 3. n) tamen *deest* 2. 3. 4. o) domarent 1. p) ergo 4. 5. q) est *addit* 1. prosequutus 3. r) archiepiscopum 5. s) cavendam 3. t) ergo *addit* 4. u) dani 2. v) metu 2. 3. 4. v*) suffugit 2. 4. w) Castra autem et servitia 4. x) mansus 1. x*) et a. i. beneficium 4. y) Ekbertus 4. z) atque 4. *) Uto 2. 3. a) partem *addit* 4. b) Eberuardo 2. Ebernardo 4. Bernardo 3. 5. *In margine codicis* 2. *hic legitur:* Dulce loqui miseris veteresque reducere questus. c) curtes 2. 3. 4. d) viduae *deest* 2. 3. 4. e) omnes 4. f) possit 3. g) episcopus 3. h) aliud servicii *desunt* 5. i) parrochię 1. k) in 3. *In margine codicis* 2: Godescalcus princeps martirizatur. l) complete 2. 4. m) infirmatorum 5. n) peregrinorumque et hospitum 2. 2[a]. p. q. hospitum *M. F.* o) impendit 4. *In* 4. *hoc scholion supra lib. III. c.* 37. *in* 2[a]. *lib. III. c.* 40. *legitur.*

15) sc. 1066. m. Ianuar. Conf. Annal. Weissemburg. a. 1066; Lambert. Hersfeld. 16) *duce* h. e. filio ducis Ordulfi. 17) Lochten in praefectura Hildesheimensi Vienenburg. V. Wedekind Noten I, 166. 18) Eberhardus, comes de Nellenburg, frater Udonis, archiepiscopi Treverensis, regi a consiliis. V. Lambert. Hersfeld. a. 1071 sq.

Passus est autem noster Machabaeus in civitate Leontia[19], 7. Idus Iunii, cum presbytero [L. IIII.] 1066. Yppone, qui super altare immolatus est, et aliis multis tam laicis quam clericis, qui diversa ubique pro Christo pertulerunt supplicia. Ansverus[a] monacus et cum eo alii Schol. 80. apud Razzisburg[b] lapidati sunt. Idus Iulii passio illorum occurrit[c].

50. Iohannes episcopus senex cum cęteris christianis in Magnopoli civitate captus[d] servabatur ad[e] triumphum. Ille igitur pro confessione Christi fustibus caesus, deinde [12.] per singulas civitates Sclavorum ductus ad ludibrium, cum a Christi nomine flecti non Cap. 167. Schol. 81. posset, truncatis manibus ac pedibus, in platea corpus eius proiectum est, caput vero eius[f] desectum[g], quod[h] pagani conto[i] praefigentes in titulum victoriae, deo suo Redigast immolarunt[k]. Haec in metropoli Sclavorum Rethre gesta sunt 4. Idus Novembris. Filia regis Danorum apud Michilenburg[l], civitatem[m] Obodritorum, inventa cum mulieribus, diu caesa nuda dimissa[n] est. Hanc enim, ut praediximus, Gotescalcus princeps habuit uxorem, a qua et filium suscepit Heinricum. Ex alia vero Butue[o] natus fuit, magno uterque Sclavis excidio genitus[p]. Et illi quidem victoria potiti totam Hamma- [13.] burg[q] provintiam ferro et igne demoliti sunt, Sturmarii fere omnes aut occisi aut in Cap. 168. captivitatem ducti, castrum Hammaburg[r] funditus excisum, et in derisionem Salvatoris nostri etiam cruces a paganis truncatae sunt[20]. Impleta[s] est[t] nobiscum prophetia, quae ait: *Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam; polluerunt templum sanctum tuum* et reli- Psalm. 69, 1. qua; quae propheticę[u] deplorantur in Ierosolimitanae urbis excidio. Huius[v] auctor cladis Blusso[w] fuisse dicitur, qui sororem habuit Godescalci, domumque reversus et ipse obtruncatus est. Itaque omnes Sclavi facta conspiratione generali, ad paganismum denuo Schol. 82. relapsi sunt, eis occisis qui perstiterunt in fide. Dux noster Ordulfus in vanum saepe Schol. 83. contra Sclavos dimicans per duodecim annos, quibus patri supervixit[21], numquam potuit[x] victoriam habere, totiensque victus a paganis, a suis etiam derisus est. Igitur expulsio archiepiscopi[22] et mors Gotescalci uno fere anno contigit, qui est pontificis 22[y]. Et nisi[z] fallor, haec mala nobis ventura signavit ille[*] horribilis cometa, qui ipso apparuit anno circa dies paschae[a. 23].

Schol. 80. Fertur idem Ansverus cum ad passionem veniret, flagitasse paganos, ut prius socii, quos deficere metuebat, lapidarentur. Quibus coronatis, ipse gaudens cum Stephano genua Act. Apost. 7, 60 posuit. (2. 3.)

Schol. 81. Iohannes iste peregrinationis amore Scotiam egressus, venit in Saxoniam, et clementer ut omnes[b] a nostro susceptus[23*] archiepiscopo, non multo post in Sclavaniam[c] ab eo directus est ad principem Godescalcum. Apud quem illis diebus[d] commoratus, multa paganorum milia baptizasse narratur[e]. (2. 3. 4.)

Schol. 82. Ipso eodemque tempore Sliaswig, civitas Saxonum Transalbianorum, quae sita est in confinio Danici regni, opulentissima aeque ac[f] populosissima, ex improviso paganorum incursu funditus excisa est[g]. (2. 3.)

Schol. 83. Haec est Sclavorum tertia negatio, qui primo facti sunt a Karolo christiani, secundo ab Ottone, tertio nunc ab Godescalco principe[h]. (2. 3.)

a) etiam *addit* 4. b) Razispurg 4. Ranisburg 2. Rinsburg 3. c) *In cod.* 4. *hic inseritur schol.* 80. *his verbis:* Qui cum ad passionem veniret, flagitasse fertur paganos . . . posuit. *Eadem verba quae cod.* 4. *habet annal. Sax. a.* 1065. *Helmoldus l. I. c. 22. vero iisdem utitur verbis, quibus schol.* 80. d) captus *deest* 4. e) in 3. f) eius *deest* 2. 3. 4. g) dissectum 3. h) quod *deest* 3. i) concito 4. k) immolaverunt 2. 3. 4. l) Michilinburg 4. Michlenburg 3. m) civitate 1. n) *Ita restitui ex Albert. Stad. a.* 1066. diu caesa *desunt* 1. *Ann. Sax. a.* 1063. *Helmold. l. I. c.* 24. dimissa *deest* 2. 3. 4. o) Britue 2. p) geniti 1. *Verba:* Filia regis D. — genitus *in cod.* 2. *leguntur in cap. antecedenti post verba:* pertulerunt supplicia. q) Hammaburgensem 4. Hamburgensem 2. 3. r) Hamaburg 4. s) Et impleta 4. t) est *deest* 1. u) tuum Hierusalem: quae prophetiae 3. 5. v) Huius vero 4. w) Plusso 2. 3. 4. x) nullam potuit unquam 3. n. u. p. 4. ullam potuit nunquam 2. y) *Cod.* 4. *hic inserit scholion* 82. z) ni 2. *) illa 2. a) Et nisi — paschae *in cod.* 3. *margini adscripta sunt.* b) ut omnes 2. *Helmold. desunt* 3. 4. c) Sclaviam 4. d) *deest* 4. e) clementer susceptus, demum ad Godschalcum in Slaviam divertit. Apud eum aliquandiu comm. m. pag. mil. baptizavit 3. f) opul. atque 4. *Helmold. l. l.* g) *Cod.* 4. *hic textui inserit schol.* 83. *ut et Helmold. l. I. c.* 24. *Ann. Sax. a.* 1065. *vero infra post verba:* derisus est. h) negatio, ab eo tempore, quo primum sub Carolo Magno christiani facti sunt 3.

19) Lenzen prope Albiam. 20) *occisi — truncatae sunt.* Similia verba v. supra l. I. c. 55. 21) Ordulfus obiit anno 1071. Mart. 28. V. Annal. Saxo, Necrol. Luneburg. 22) sc. e curia regis initio anni 1066. v. Lambert. Hersfeld. Annus 22. pontificis vero secundum Adamum annus est 1064. April. 15. usque 1065. April. 15. Annum 1064. etiam habet Bernoldi Chronicon, quod cum a. 22. Adalberti ex sententia Adami convenit. Sed haec ad a. 1066. referenda esse, apparet ex sequentibus c. 58 sq. 68. quod cum sententia nostra de annis Adalberti congruit. 23) Cometa iste visus est a. 1066. circa finem mensis Aprilis. V. Lambert. Hersfeld. Florent. Wigorn. 23*) *Clementer susceptus ut omnes.* Ita et infra c. 53.

[L. IIII. c. 14.] Cap 169. 1066. Schol. 84. **51.** Eodem quoque tempore clades illa memorabilis in Anglia facta est, cuius magnitudo, et quod Anglia Danis ex antiquo subiecta est, summam[a] nos eventuum praeterire non sinit. Post mortem[24] sanctissimi regis Anglorum[b] Eduardi, contendentibus pro illo regno principibus, Haroldus[c] quidam Anglorum[d] dux, vir maleficus, sceptrum invasit: Quod dum[e] sibi frater eius, nomine Tosti, ereptum audiret[f], regem Nordmannorum auxilio ducit[g] Haroldum[25], regemque Scotorum[h]; et occisus est ipse[i] Tosti, et rex Hiberniae et Haroldus[k] cum toto exercitu eorum[l] a rege Anglorum[26]. Vix, ut aiunt[m], dies octo transierunt, et ecce Willehelmus[n], cui pro oblico sanguine cognomen est bastardus, a[o] Gallia transfretans in Angliam, lasso victori[p] bellum intulit. In quo Angli primum victores, deinde victi a Nordmannis, usque ad finem[q] contriti sunt. Haroldus[r] ibi cecidit, et post eum[s] ex Anglis fere centum milia. Bastardus victor in ultionem Dei, quem ipsi offenderant Angli, omnes fere clericos et monachos absque regula viventes expulit. Deinde ablatis scandalis, Lanfrancum philosophum in ecclesia posuit doctorem[27], cuius studio et prius in Gallia[t] et postmodum in Anglia multi ad divinum animati sunt obsequium.

[15.] Cap 170. Schol. 85. Schol. 86. **52.** In Sueonia[u] per idem tempus christianissimus rex Stinkel[v] defunctus est, post quem certantibus de regno duobus Hericis[w], omnes Suedorum potentes feruntur occubuisse in bello. Nam et reges ambo ibi perierunt. Ita prorsus deficiente omni regali prosapia[28], et status regni mutatus, et christianitas ibi turbata est valde. Episcopi, quos illuc metropolitanus ordinavit, persecutiones[x] metuentes, domi sederunt. Solus episcopus Sconiae[y] procuravit ecclesias Gothorum. Et quidam Sueonum satrapa Gniph[z] ad christianitatem populum confortavit.

[16.] Cap. 171. Schol. 87. **53.** Illo tempore clarissimus inter barbaros fuit Suein, rex Danorum; qui reges Nortmannorum Olaph et Magnum[29] constrinxit magna virtute. Inter Suein et Bastardum perpetua contentio de Anglia fuit[30], licet noster pontifex muneribus Willehelmi persuasus, inter reges pacem formare voluerit. Christianitas[*] ab illo Suein rege in exteras nationes longe lateque diffusa est. Et cum multis virtutibus polleret, sola aegrotavit luxuria. Novissimis[a] archiepiscopi temporibus, cum ego Bremam venerim[b. 31], audita eiusdem regis sapientia, mox ad eum venire disposui; a quo etiam[c] clementissime susceptus, ut omnes, magnam huius libelli materiam ex eius ore collegi. Erat enim scientia litterarum eruditus et liberalissimus in extraneos, et ipse direxit praedicatores suos[d] clericos in omnem Suediam, Nortmanniam et[e] in insulas, quae sunt[f] in illis partibus. Cuius veraci et dulcissima narratione didici, suo tempore multos ex barbaris nationibus ad christia-

Schol. 84. Haroldus iste rex Nordmannorum 300 naves magnas habuit, quae omnes ibi remanserunt. Insuper massa auri, quam Haroldus a Graecia duxit, ad Bastardum tali fortuna pervenit. Erat autem pondus auri, quod vix bisseni iuvenes cervice levarent. (2. 3. 4.)

Schol. 85. Duobus Hericis[g] in praelio interfectis, Halzstein[h], filius Stenkel[i] regis, in regnum levatus est. Quo mox pulso[k], accersitus[l] est Amunder[m] a Ruzzia[n], et illo nichilominus amoto, Sueones quendam elegerunt Haquinum[32]. (2. 3. 4.)

Schol. 86. Iste accepit matrem Olavi[o] iuvenis in matrimonio[p]. Rex autem Nordmannorum duxit filiam regis Danorum uxorem, et facta est pax ad invicem. Isti erant filii Haroldi[q]. (2. 4.)

a) summa 1. 4. b) Anglorum *deest* 5. c) Heroldus 3. 4. d) Eduardi — Anglorum *desunt* 1. e) cum 3. f) Tostin ereptum iret 1. Tosti ereptum dolens bello adiret 2. g) auxilio ducit *desunt* 2. h) Scothorum 4. i) ibi 5. k) Tosti (Toste 3.), Haroldus (Harald 3.) et rex Hiberniae (Hybernie 4.) 2. 3. 4. l) eorum *deest* 2. 3. 4. m) Vix ergo 4. n) Willelmus 2. 4. Vilhelmus 3. o) ab 1. *In margine cod.* 2: Angli cadunt. p) victorio 1. q) unum 2. r) Heroldus 4. s) et cum eo 4. t) in Gallia *desunt* 2. 3. 4. u) Suetia 3. v) Stenkel 2. Steinkel 3. w) Ericis 3. x) persecutionem 2. 3. 4. y) Scaniae 2. 3. z) Gniphus 2. *) autem *addit* 4. a) novissimi 4. b) veni 2. 3. 4. c) et 3. d) suos *deest* 3. e) S. et N. atque 4. Sueoniam, Nordwegiam et 2. f) quas 1. g) Ericis 3. h) Haltzstein 5. Balzsteyn 2. Halsten 3. i) regis Stenkil 4. Steinkel 5. k) depulso 3. 5. l) accitus 3. m) Anuunder 3. Anunder 4. n) Ruzlia 2. Russia 3. o) Olaph 4. p) matrimonium 4. q) *Verba:* Iste — matrimonio *et*. Isti — Haroldi *desunt* 5.

24) 1066. Ian. 5. 25) Haroldus Hardrada. 26) In proelio apud Stamfordbridge 1066. Septembr. 25. 27) Anno 1070. archiepiscopus Cantuariensis factus est Landfrancus. 28) Conf. supra l. I. cap. 54. *deficientibus viris regalis prosapiae.* Vita sancti Willehadi cap. 5. 29) Magnus II. († 1062.) et Olav Kyrre († 1087.), filii Haraldi Hardrade. 30) praesertim a. 1069. Conf. Lappenberg Geschichte von Grossbritannien T. II. pag. 75 et 87 sq. 31) sc. anno 1068. Vide supra cap. 4. 32) Haco successor Stenkilli recensetur apud Snorr. Sturleson Magnus Barfot. c. 13. Conf. omnino Reuterdahl Swenska Kyrkans Historia. T. I. pag. 207 sq.

nam fidem conversos, aliquos etiam tam in Suedia quam in[a] Norvegia martyrio coronatos; *ex quibus*, ait, *Hericus*[b] *quidam peregrinus*[c] *dum*[d] *Sueones ulteriores praedicaret, martyrii palmam capitis abscisione*[e] *meruit. Alter, quidam*[f] *Alfwardus*[g] *nomine, inter Nortmannos sancta*[h] *conversatione diu*[i] *latenter vivens, abscondi non potuit. Ille igitur dum protexit inimicum, occisus est ab amicis. Ad quorum requietionis locum magna hodieque*[k] *sanitatum miracula populis declarantur.* Igitur et[l] ea, quae diximus vel adhuc sumus dicturi de[m] barbaris, omnia relatu illius viri cognovimus. [L. IIII.] 1066.

54. Interea noster archiepiscopus zelo, ut aiunt, Agrippinensis episcopi a curia perturbatus, Bremae sedit privatus, solitarius et quietus. Atque utinam tanta quiete mentis frueretur, quanta corporis fatigatione carebat. Felix, inquam, si domesticis ecclesiae bonis avitisque parentum contentus divitiis, infelicem curiam aut nunquam vidisset aut raro[n] visitasset. Et de aliis quidem viris magnis legitur, quod gloriam [mundi[o]] contempnentes, aulam regiam veluti secundam[p] ydolatriam refugerint, iudicantes nimirum ad hoc philosophicum solitariae vitae ocium a tempestate seculi et[q] tumultu palatii quasi ad portum et requiem beatitudinis veniendum. Noster vero pontifex contraria via currebat, sapientis viri officium aestimans, ut pro salute ecclesiae suae non solum curiae labores sustineat, verum etiam, si ita necessitas erit, pericula et mortem subire non dubitet. Unde nisi[r] fallor primo tempore suo curiam regis frequentavit pro exaltanda ecclesia sua; circa finem vero perditis aut potius dispersis, quae habuit, pro liberando laboravit episcopio. In qua re, sicut illud persuasit ambitus gloriae, ita istud necessitas imperavit ecclesiae, quae invidia ducum huius patriae semper impugnata, nunc[s] demum etiam ad nichilum redacta est. Quam calamitatem sui temporis ipse miserabiliter cotidie deploravit, spetiales ad hoc psalmos habens constitutos, quibus in hostes ecclesiae posset ulcisci. [17.] Cap. 172. Schol. 88.

55. Quod autem erga suos parrochianos se tam crudelem exhibuit, quos[t] potius diligere ac sicut pastor oves suas procurare deberet, ipse magnam exposuit rationem, quam de illius ore nos audivimus; alia[u] didicimus[v] ex aliis. [18.] Cap. 173.

Germanus[w] archiepiscopi frater, scilicet palatinus comes, nomine Dedus[x, 33], a quodam suae diocesis presbytero interfectus est[34] eodem anno, quo et caesar defunctus est, vir bonus et iustus, qui nemini unquam vel ipse nocuit vel fratrem nocere[y] permisit. Apparuit hoc[z] in fine memorabilis viri, qui circumstantes[*] iam moriens[a] obtestatus est pro salute sui[b] occisoris, hoc[c] mandavit et fratri. Qui defuncti complens vota, presbyterum quidem abire permisit illaesum, ex eo autem tempore odio habuit omnem familiam ecclesiae. Dicunt et alium fomitem odii, quod dum aliquando pontifex nescio quem de familia superbius agentem iussisset comprehendi, reliqui proinde[d] commoti ad insaniam, cubiculum pontificis armati petunt, etiam vim facturi, nisi redderetur comprehensus, et alia, quae furor persuasit iratis. Tercia causa erat, quod episcopus, ut[e] bonis suis parceret, annum[f] integrum aut saepe biennium a domo peregrinatus est. Post multum[g] vero temporis in episcopatum regressus, coepit rationem ponere cum servis et villicis[h] suis, invenitque omnia bona et reditus fructuum[i] non minus dissipata, quam si domi esset[k]. Est enim hoc *genus hominum,* ut bene Salustius[35] describit, *mobile et infidum, neque beneficio neque metu coercetur*[l]. Praeterea ingurgitationem potus, quod peculiare est vitium illis gentibus, ita est[m] abhominatus[n] pontifex [Cap. 174.] [Cap. 175.] [19.] Cap. 176 [Cap. 177]

Schol. 88. Multotiens etiam cum fletu asseruit, omnes decessores[o] suos in persecutione ducum et malitia parrochianorum velut in igne recoctos et assatos. *Unde non diffido,* inquit, *me quoque pro veritate ab eisdem martyrio coronandum esse.* (2. 4.)

a) in *deest* 3. b) Henricus 3. c) peregrinis 1. d) apud *addunt* 2. 3. 4. e) abscissione 3. f) quidem 3. g) Alfuardus 3. Alfardus 4. h) iter Nortmannum facta 1. i) ac *add.* 2. 3. 4. k) que *deest* 4. l) et *deest* 2. 5. m) ex 1. n) caro numquam 1. o) mundi *addunt* 2. 3. 4. p) secundariam 5. q) et *deest* 1. r) ni 2. 3. 4. s) tunc 3. t) quod 4. u) aliaque 4. v) dicemus 3. w) autem *addit* 4. x) Decius 2. 3. 4. y) nocere *deest* 1. z) enim 4. *) circumstans 1. a) moriens *deest* 4. iam moriens *desunt* 5. etiam 2. iam 3. b) sui *deest* 4. c) quod et f. m. 4. d) inde 2. 5. e) ut *deest* 3. ut episcopus 2. 5. f) et annum 3. g) multum *deest* 1. h) ancillis 4. i) fructuum *deest* 5. fructus redditaum 1. k) fuisset 3. 4. l) coerceretur 1. cohercetur 2. m) *deest* 4. n) abominatus 2. 3. o) predecessores 4.

33) Audit Dedo in charta Adalberti a. 1053. Sept. 29. in Hamburg. Urkundenbuch Nr. 76. Conf. ibidem Nr. 78. Conf. de huius morte librum de fundatione monasterii Gozecensis. 34) sc. anno 1056. V. Lambert. Hersfeld. 35) bell. Iugurth. c. 87.

[L. IIII.] Philip. 3, 19. in eis, ut saepe de illis dicere solitus sit[a], *quorum venter Deus est.* Nam contentiones et pugnas, oblocutiones et blasphemias, et quaecumque maiora scelera commiserint in [20.] Cap. 178. ebrietate, in crastinum illi pro ludo habent. Querebatur etiam usque ad sua tempora multos paganorum[b] erroribus implicitos, ita ut diem sextae feriae carnis esu macularent[c], ut vigilias sollempnitatesque sanctorum ac venerabilem quadragesimam gula fornicationeque[d] polluerent[e], ut periuria pro nichilo computent, ut effusionem sanguinis in laude[f] habeant; similiter adulteria, incestuositates aliaeque naturam excedentes immunditiae vix culpantur ab aliquo eorum[g]. Plerique[h] duas vel tres aut innumerabiles simul uxores tenent. Item morticina et sanguinem et suffocata carnesque[i] iumentorum Cap. 179. licite utuntur. Postremum est, quod archiepiscopus adprime doluit super invidia, quam in advenas habent[k], et quod adhuc duci fideliores erant quam sibi aut ecclesiae suae. Haec et alia populi delicta dum saepe metropolitanus in ecclesia declamatorio sermone fieri prohiberet, illi correptionem paternam derisioni habere[l], nec, ut sacerdotibus aut [21.] Cap. 180. ecclesiis Dei ullam reverentiam haberent, flecti moverique potuere[m]. Quibus rerum causis impellentibus, statuit eis archiepiscopus, ut populo durae cervicis, neque parcen- Psalm. 32, 9. dum esse, neque credendum, ita dicens: *In chamo et freno maxillas eorum constringe*[o]; Psal. 88, 33. rursumque: *Visitabo in virga iniquitates*[p] *eorum*; et alia. Itaque inventa occasione, si quis eorum offendisset, eum mox in vincula conici[35] iussit[q], aut spoliare[r] omnibus bonis, asserens cum risu, afflictionem corporis animae utilem; dampna bonorum, hoc[s] esse purgationem delictorum. Unde factum est[t], ut praepositi operum, quibus ipse[u] vicem suam commisit, in rapiendo et affligendo modum excesserint. Impletumque est vatici- Zach. 1, 15. nium, quod ait: *Ego iratus sum parum, ipsi vero adiuverunt me in malum, dicit Dominus.*

Cap. 181. 56. Tunc igitur Bremae commoratus pontifex, cum nil[v] haberet residui, de rapinis pauperum vixit et bonis sanctarum congregationum. Praeposituram maiorem episcopii servus eius quidam Suidger[w, 36] administravit. Is cum, dispersis fratrum bonis, propter homicidium diaconi esset depositus, iterumque[x] restitutus, nec haberet quod fratribus aut domino servicii[y] daret, conscientiae metu perculsus[37], aufugit[z] iram pontificis[*]. Sicque praepositura in ditionem episcopi redacta, per vicarios sua quaerentes miserabiliter eo[a] tempore laniata est. Similiter per singulas fiebat congregationes; pontifice[b] in praepositos irato, illis autem in vulgus zelantibus, dissipata sunt omnia bona eccle- [22.] Cap. 182. siae. Huius cladis solum expers erat xenodochium, quod a sancto Ansgario primitus inceptum, postea succedentium patrum diligentia usque ad novissima tempora domni[c] Adalberti salvum permansit et integrum. Et tunc quidem vicedomnus[d] noster, quasi fidelis dispensator et prudens, ad custodiendum[e] pauperum elemosinas deputabatur. Non[f] audeo dicere, quantum peccatum sit defraudare pauperum res, quod alii canones sacrilegium vocant, alii homicidium[38]; hoc solum fas est[g] pace omnium dici fratrum, quia toto septennio, quo supervixit archiepiscopus[39], ex illo famoso et opulento Bremensis ecclesiae hospitali nulla prorsus data est elemosina. Quod ex eo miserabile et inhumanum videtur, quoniam et tempus incubuit[h] famis, et multi pauperes in plateis ubique reperti sunt mortui. Ita intento ad curiam pastore nostro, sanctissimi vicarii eius dominicum ovile vastantes, more luporum in episcopio grassati sunt, ibi solummodo parcentes, ubi nichil invenerunt, quod posset auferri.

[23.] Cap. 183. 57. Cerneres[i] eo tempore lamentabilem Bremae tragoediam in afflictionibus[k] civium militumque ac mangonum[l], item, quod gravius erat, clericorum et sanctimonialium. Et de nocentibus quidem iuste actum videtur, ut corriperentur; de aliis vero non sic.

a) fuerit 4. b) paganos 3. c) macularint 1. d) fornicationibusque 2. 3. 4. e) polluerint 4. f) laudem 5. g) illorum 3. h) enim *addit* 4. i) morticinis et sanguine et suffocatis carneque 3. k) habebant 3. l) habuere 3. habentes 4. m) nec sacerdotibus nec e. D. u. r. exhibentes, f. m. q. nequiverunt 4. o) constringam 3. p) iniquitatem 3. q) precepit 5. r) spoliari 2. 3. 4. s) hoc *deest* 3. hec 2. t) est *deest* 3. u) ipse *deest* 4. v) nihil 3. w) Siudger 3. Swidgerus 2. x) que *deest* 3. y) servientibus 5. z) propter *addit* 3. *) pontificis *deest M. F.* a) ipso 2. 3. 4. b) ergo *addit* 4. c) domni *deest* 5. domini 3. d) vicedominus 3. 5. *semper.* e) custodiendas 2. 3. 4. f) enim *addit* 4. g) sit 2. 3. 4. h) incumbit 4. i) cernens 1. k) afflictione 2. 3. 4. l) manguonum 2. magnatum 3. 5.

35) *in vincula coniicere.* Sallust. Catil. c. 38. Ita et infra c. 57. 36) Suidgerum, canonicum Bremensem, inter testes in charta Adalberti a. 1053. Sept. 29. invenimus; v. Hamburg. Urkundenbuch Nr. 76. 37) *perculsus metu.* Sallust. Iugurth. cap. 36. 54. 38) v. Archiv T. VI. p. 804. 39) sc. post expulsionem e curia, 1066. Ian. V. supra cap. 46.

Primo igitur, si quis divitum putabatur innocens, ei aliqua iubebantur, ut nocens[a] fieret[b], vix possibilia; quae dum ille praeteriret aut forte impossibilia[c] clamaret, statim omnibus bonis exspoliatus est; si murmurare praesumpsit, in vincula coniectus. Erat autem videre alios flagris torqueri, multos in nervum mitti, quosdam pelli a domo[40], plerosque deportari in exilium. Ac velut in civili Sillae[d] victoria[41] contigit[e], quem[f] aliquis potentium[g] privato odio infensum habuit, eum saepe ignorante archiepiscopo[h] dampnavit, quasi ex eius praecepto. Tum[i] vero, ne[k] aliquis sexus aut ordo immunis haberetur in tanto scelere, vidimus etiam[l] mulierculas auro vestibusque nudatas, et infamis praedae auctores cum presbyteris vel episcopis existere. Porro ex illis, quibus ablata sunt bona sua, aut qui durius[m] a quaestore gravati sunt, compertum est nobis[42], aliquos eorum nimio dolore permotos[n] in amentiam venisse; quosdam vero nuper divites[o] ostiatim mendicasse. Cumque rapinarum quaestio in omnes caderet episcopo subiectos, non transivit[p] etiam negotiatores, qui ex omni terrarum parte Bremam solitis frequentabant mercibus, eos omnes execranda vicedomnorum exactio coegit saepe nudos abire. Ita civitas a[q] civibus et forum mercibus usque hodie defecisse videtur, cum praesertim, si quid nostris intactum superfuit, hoc servi ducis radicitus absumpserint[r]. Et haec omnia cum saepe antea facta sint[s] et[t] praesente archiepiscopo, intolerabiliter[u] autem illo[v] absente ac post diem expulsionis suae. [L. IIII]

58. Multo igitur labore multisque largitionibus in vanum consumptis, metropolitanus tandem post triennium expulsionis suae voti compos effectus, in pristinum gradum curiae[w] restitutus est[x, 43], mox quoque[y] succedentibus prosperis, summam rerum, quod est[z] vicedominatus, iam septies consul meruit[44]. Nactus vero locum dignitatis, in quo magnitudinem animi posset ostendere, iam tunc caute ambulandum esse deliberavit erga principes[45], ut non offenderet eos sicut prius. Quapropter Coloniensi episcopo[*] primum reconciliari voluit, deinde ceteris, in quos ipse, vel potius qui in illum peccasse[a] videbantur. Deinde remotis impedimentis ecclesiae suae, pro cuius exaltatione tam in ambitu curiae, quam in profusione pecuniae videbatur improbior, non fuit ociosus. Quo tempore Plisnam, Duspurc[b], Groningon[c] et Sincicum[d] acquisivit[46]. Wildashusin[e], praepondituram Bremae vicinam, prope in manibus habuit, et Rosęveldon[f] Hammaburc proximam. Ceterum si diutius haberet vitam, cogitavit etiam Fardensem[g] episcopatum nostrae metropoli subiugare. Postremo in Hammaburc iam aperte laboravit patriarchatum efficere, aliaque magna et incredibilia, de quibus supra nimis dictum est[47]. [24.] Cap. 184. 1069.

59. Accessit hoc ad gloriam praesulis, quod in anno consulatus sui famosum illud colloquium caesaris cum rege Danorum ad contumeliam ducis[h] habitum est in Luniburc[i, 48], ubi sub optentu federis contra Saxones arma laudata[k] sunt. Eodemque[l] anno restincta est illa conspiratio prima[m] in regem facta; in qua dux Otto[49] et Magnus, devastata per annum Saxonia, tandem consilio praesulis[n] in potestatem se regis dederunt. Rex ducatum Ottonis[o] Welpo dedit[p, 50], archiepiscopus noster bona ecclesiae recepit, quae ante habuit Magnus[q]. [25.] Cap. 185.

a) innocens 4. b) fieret *deest* 1. c) quae — impossibilia *desunt* 3. d) Sylle 2. 3. Romani *addit* 5. e) velut — contigit *desunt* 2. Contigit autem 4. f) quemcunque 2. g) in *addit* 5. h) episcopo 4. i) Tunc 3. k) ne *deest* 2. l) solas 4. m) diutius 4. n) permotus 1. o) divites *deest* 1. p) transsivit 1. q) a *deest* 4. *In cod. 1. a scriptore in textu omissum, postea insertum est.* r) absumpserunt 2. 3. s) sunt 2. 3. t) etiam 4. u) intolerabilius 4. v) ipso 3. w) curia 1. x) est *deest* 1. y) moxque 2. 3. 4. z) est *deest* 1. *) pontifici 4. a) ipse peccasse, vel p. q. i. illum 1. b) Dusburg 3. 4. Dusburgh 2. c) Groningim 2. Groningen 3. Groningin 4. Gronigin 5. d) Sinticum 2. 3. 5. e) Wildushusin 4. Wildushusen 5. f) Rosfeldon 2. 3. Rosaveldon 4. g) Ferdensen 2. 4. Verdensem 3. h) ducis *deest* 2. 3. 4. i) Liuniburg 4. Lyumburg 2. Luneburg 5. Hamburg 3. k) parata 3. l) que *deest* 2. 3. 4. m) prima *deest* 3. n) archiepiscopi 4. o) Othonis 3 p) et *add.* 4. q) Magnus habuerat 4.

40) *Interea parentes aut parvi liberi militum, ut quisque potentiori confinis erat, sedibus pellebantur.* Sallust. Iugurth. c. 37. 41) *Sulla — ante civilem victoriam.* Ibid. c. 91. 42) *Compertum est nobis* v. supra l. III. c. 25. l. IV. c. 28. 43) *restitutus est* sc. anno 1069. 44) *septies,* ut videtur ab a. 1058 — 1065. Conf. l. III. c. 33. Fortasse meminit noster ex Lucani Pharsal. l. II. v. 129 seu ex Orosii Histor. l. V. c. 19. Marium septies consulem fuisse. 45) *caute ambulare erga principes,* Germanismus: vorsichtig mit den Fürsten umgehen. 46) *acquisivit* i. e. in possessionem venit; chartae enim imperatoris de Sincico et Duspurc iam a. 1065. archiepiscopo datae sunt. Conf. supra l. III. c. 27. 47) V. supra c. 32. 48) Aliud videtur fuisse colloquium imperatoris cum rege Danorum Bardowici habitum, quod Lambertus parum accurate refert ad annum 1073, cui tamen Adalbertus noster affuit, teste Brunone de bello Saxon. c. 20. 49) Otto, dux Baioariorum. 50) sc. in nativitate Domini 1070. V. Lambert. a. 1071. Anno

[L. IIII. c. 26.] Cap. 186. 60. Itaque in summa rerum gloria positus, licet crebra corporis molestia pulsaretur, negotiis tamen publicis deesse noluit, a Rheno ad Danubium, indeque in Saxoniam cum rege portatus in lectica[a]. Aiunt quidam laudatum esse regia sponsione, ut in[b] proxima sollempnitate pascali convenientibus apud Traiectum Rheni principibus, ibi confirmarentur ei omnia, quae de Lauressa[c] vel Corbeia et ceteris desideravit anima eius. Asserunt alii[d] callidis dilationibus a rege tractum[e] esse pontificem[f], quo scilicet Lauressam dimittens, ubicumque mallet in regno, bis tantum suae reciperet ecclesiae donandum, verum ille pertinax incepit[g], dum nil aliud velle respondit; tandem frustrato nisu decidens, una et vitam et Lauressam cum ceteris[h] ecclesiae bonis perdidit.

[27.] Cap. 187. 61. Signa vel prognostica vicinae[i] mortis eius plurima fuerunt, tam pavorabilia et insolita, ut nos ipsumque pontificem terrefacere viderentur; tam ingentia et manifesta, ut quisquis morum[k] suorum turbulentiam[l], valitudinis[m] inconstantiam diligentius[n] intueretur, procul dubio finem dixerit adventasse. Siquidem mores viri, licet semper a communi mortalium habitudine dissentirent, circa terminum vero inhumani intolerabilesque et alieni a semet ipso[o] videbantur, maxime post diem expulsionis suae vel devastationis parrochiae, quae simul[p] comitata[q] est. Post illum, inquam, diem pudore, ira doloreque maiori quam sapientem virum decuit permotus, quia recuperandi bona ecclesiae non invenit consilium, ex nimia sollicitudine multiformium angustiarum, non audeo dicere insanus, sed impos[r] mentis effectus est. Porro quae per eum deinde gerebantur, aliqua[s] errantis vel desipientis[t] poterant videri, quae, ut aestimo, *non sani hominis*[u], *non sanus iuret Orestes*[v. 51]. Sicut est illud, quod praefati sumus, quia noctem integram vigilando, diemque transegit dormiendo. Item illud, quod a veritate quidem auditum avertens, ad fabulas et somnia conversus est. Item illud, quod elemosinarum oblitus in pauperes, omnia quae habere potuit dispersit in divites, praecipue in[w] adulatores. Item illud, quod, dispersis bonis ecclesiae, cum nil haberet residui, de rapinis miserorum vixit et legitimis sanctarum congregationum. Item illud, quod de praepositura villicationem faciens, et de hospitali[x] praepositurum, non impar fuit illi, qui *diruens*[y] *aedificat, mutat quadrata rotundis*[52]. Item illud, quod facilius solito provocatus ad iracundiam, aliquos manu percussit usque ad effusionem sanguinis[53], multos etiam ignominiosis exasperans verbis, non minus se quam illos inhonoravit. Talis ille circa finem, totus a se alteratus, et a[z] pristina virtute[54] pessumdatus, quid vellet aut nollet, nec sibi nec ulli suorum poterat satis notum esse. Ceterum talis erat eloquentia eius usque in[*] finem, ut si eum audires contionantem, facile tibi persuaderetur, omnia per illum fieri plena ratione magnaque auctoritate.

[28.] Cap. 188. 62. Hanc pernitiosam clarissimi viri[55] commutacionem sive digressionem et apertius deteriorationem dum per singulas orbis provintias fama volans[56] dispergeret, insignis[a] germanus eius, scilicet palatinus comes Fridericus[b], ad corripiendum fratrem, sicut memini, pervenit[c] usque[d] Lismonam. Sed frustra commonens eum de his, quae honori
Schol. 89. eius attinerent[e] vel saluti, molestus[57] abscessit[f], Notebaldum[g] suosque pares accusans, qui suis maleficiis illustrem virum circumvenirent[h], suisque dementem[i] reddiderint[k] consiliis. Haec ille. Nos autem vidimus ipsum pontificem ad tantam[l] illo tempore pervenisse infamiam, ut magicis inservisse artibus diceretur; a quo crimine, Iesum testor et angelos eius omnesque sanctos, illum virum[m] prorsus immunem et liberum esse,

Schol. 89. Nothebaldus[n] vir maleficus, adulator et mendax apertissimus[o]. (2. 4.)

a) letica 1. lecto 3. b) in *deest* 3. c) Lairessa 2. d) Alii autem asserunt episcopum 4. e) pertractum 3. protractum 2. 5. f) pontificem *deest* 5. g) incepti 3. *Albert. Stad.* instituit 5. h) ceteris *deest* 1. i) vicina 1. k) meritorum 4. l) et *addit* 3. m) valetudinis 3. 5. n) diligenter 5. o) se ipso 1. p) simul *deest* 4. q) subsecuta 2. 3. 4. r) et inops 3. s) alicuius 4. t) decipientis 3. u) hominis sani 3. v) horestes 4. w) in *deest* 3. x) hospitalitate 1. y) diruta 2. 3. 4. z) a *deest* 2. 3. 4. *) ad 2. 3. a) eius *redundat* 1. vir *addit* 4. b) Fretbericus 4. c) venit 5. d) usque *deest* 2. 3. 5. e) attingerent 2. 3. 4. f) discessit 3. g) Nothobaldum 3. 4. Notoboldum 2. h) circumvenerint 2. 4. i) clementem 1. 2. k) redderint 1. l) tanta 1. m) virum *deest* 5. n) Iste Nothobaldus 5. o) erat *addit* 4.

1071. Iun. 13. affuit Adalbertus consecrationi ecclesiae cathedralis Halberstadensis. V. Chron Halberstad. Ann. Sax. 51) Persii sat. III. v. ult. 52) Horat. epist. I. 1. v. 100. 53) Conf. supra l. III. c. 37. 54) *pristina virtus.* Sallust. Catil. c. 54. 56. Iugurth. c. 45. 55) *clarissimus vir.* Ita et l. IV. c. 9. vid. Sallust. Catil. c. 47. 56) *fama volans.* V. supra l. II. c. 58. 57) *molestus* i. e. moestus. Ita et l. III. c. 70. (l. IV. c. 45.,

praesertim cum maleficos[58] et divinos[59] et eiusmodi homines saepe iudicaret morte esse [L. IIII.] multandos. Quoniam vero scriptum est: *Cum sancto sanctus eris, et cum perverso per- Ps.18,26.27. verteris*, arbitror, eum aut malignitate eorum, quos sibi fideles credidit, aut infestatione inimicorum, qui ecclesiam eius impugnabant, a statu solitae rectitudinis primo lapsum, deinde corruisse totum. Tandem saeva perturbatione morum infractus, cum simul exte- [29.] rioribus fortunae quateretur[a] adversis, quasi navis obruta fluctibus, etiam corpore debilitari cepit. Dumque[b] medicorum auxilio studuit recuperare valitudinem, propter crebra medicaminum temptamenta[c] graviorem mox incidit infirmitatem, ita ut semianimis iacens, in extremis iam fuerit desperatus. [Quo etiam tempore ad curiam tendens, gravi casu Schol. 90. de equo lapsus est[d].] Tunc ille compunctus, amare flevit cum Ezechia, correctionemque 4 Reg. 20,3. suae vitae Deo promittens, o[e] solita Christi clementia, statim convaluit, totumque supervivens triennium, multa complevit, non tamen omnia, quae promisit[f].

63. In diebus illis supervenit quaedam mulier spiritum habens Phitonis[g][60]; haec [30.] Cap. 189. voce publica dixit omnibus, celerem archiepiscopo[h] transitum affore infra biennium, nisi forte converteretur. Hoc idem contestati sunt medici[i]. Erant autem cum pontifice alii pseudoprophetae, longe alia promittentes, quibus maior[k] fides habebatur. Hii[l] siquidem vaticinabantur, illum tam diu[m] victurum, donec poneret omnes inimicos suos scabellum Psal. 109,1 pedum suorum, hancque debilitatem corporis magnam deinde sanitatem vel rerum prosperitatem secuturam. Familiarissimus omnium erat Notebaldus[n], qui multa pontifici saepe vera praedicens, uno et novissimo decepit verbo credentem[o]. Vidimus eo tempore [31.] apud Bremam cruces sudasse lacrimis; vidimus ecclesiam porcos violasse canesque, adeo ut vix possent[p] ab ipsa altaris crepidine repelli. Vidimus lupos in suburbanis loci nostri gregatim ululantes, horribili iurgio certasse cum bubonibus. Cumque somnia vehementer episcopus attenderet, haec ab omnibus frustra[q] nunciabantur in ipsum[r] respicere. Mortui numquam tam familiariter locuti sunt cum vivis. Omnia[s] mortem episcopi portendebant. Nam et Hammaburg eodem anno, quo metropolitanus decessit[t], incensa et bis vastata est. Pagani victores totam Nordalbingiam deinceps habuerunt in sua ditione, bellatoribusque occisis aut in captivitatem ductis, provincia in solitudinem redacta est, ut diceres, in boni pastoris fine etiam pacem terris ablatam. Quatuordecim[u] [32.] Cap. 190. dies ante obitum[v] Goslariae positus, ex consuetudine sua nec potionibus contineri voluit nec flebotomis[w]. Quare gravissimo dissintheriae[x] morbo correptus, et usque ad ossa tenuatus[y], heu suae prorsus adhuc immemor salutis, rei publicae negotia tractavit usque ad extremam exitus[z] horam[*]. Aderat[a] Magadburgensis[b] archiepiscopus Wecil[c], et fratrum[d] alii, petentes, ut intromitterentur; quos tamen ipse, nescio quibus offensus, excludi praecepit a ianuis, dicens, se prae[e] immunditia infirmitatis indignum, qui ab aliquo[f] videretur. Soli[g] regi concedebatur aditus aegrum[h] visitandi, quem dilexit eo modo et[i] usque in finem. Illum ergo suae fidei ammonens et diuturni servitii, multis gemitibus[k] commendavit ei ecclesiam suam et bona ecclesiae.

64. Interea feralis aderat dies Aegyptiacis[l] cognata[m] tenebris, qua magnus praesul [33.] Cap. 191. Adalbertus amarae mortis vicino pulsabatur nuncio. Sensit et ipse solutionem corporis sui tam virium defectu quam rerum praesagio dictarum instare. Sed cum medici trepidarent indicare veritatem, solusque promitteret vitam Notebaldus, inter spem vitae

Schol. 90. Ex illo[n] tempore balneis, quibus fere cotidie solebat uti, sale recoctis abstinuit, et reliquis multis, quae gravia esse populo persensit[o]. (2. 3.)

a) quassaretur 2. quaereretur 1. b) que *deest* 1. c) in *addunt* 3. 4. d) *Uncis inclusa desunt* 1. e) o *deest* 2. 5. f) *In cod. 4. hic leguntur verba scholii* 90, *quae infra in margine iterum exstant, ubi legitur:* Ex illo enim tempore que f. c. u. s. s. recoctis et reliqua multa q. g. e. p. p. g) Pythonis 3. 5. h) archiepiscopi 4. i) Hoc et medici testati 4. k) melior 2. 3. 4. l) Illi 2. 3. 4. m) tandiu 1. n) Nothebaldus 2. 3. o) hancque — credentem *desunt* 4. p) poterant 3. q) sinistra 2. 3. 4. r) nunciabantur episcopum 5. s) Omnia enim 4. t) discessit 1. u) ergo *addit* 4. v) suum *addunt* 2. 4. w) phlebotomiis 3. fleobotonus 2. x) dissyntheriae 2. dysenteriae 3. dissenterie 4. dysenteriae 5. y) attenuatus 2. 3. 4. z) transitus 2. 3. 4. sui *add.* 4. *) horam *deest* *M. F.* a) ibi *add.* 4. b) Magedb. 2. Magdab. 4. Magdeb. 3. 5. c) Wecilo 2. Vezillo 3. Wezcel 4. d) fratres 4 e) pro *M. F.* f) ut ab aliquo 4. ut ab ullo *M. F.* g) tantum *add.* 4. tamen *addit* 5. h) aegrotum *M. F.* i) etiam 3. *Albert.* k) generibus 2. 3. 4. l) Egiptiacis 4. m) cognota 3. cognita 1. n) Ex eo nimirum 4. o) quae fere (saepe 3.) cotidie suevit habere 4.

58) *malefici* v. supra l. II. c. 38. 59) *divini* v. supra l. II. c. 55. 60) V. 1 Reg. c. 28. v. 7. et alibi in vetere testamento.

[L. IIII.] mortisque metum vir sapiens iacuit incertus suique oblitus. Eheu[a] ignorans, quia *dies*
Schol. 91. 1 Thessalon 5, 2. 3. *Domini sicut fur, ita in nocte veniet;* et *cum dixerint*[b] *pax et securitas, tunc repentinus*
Ev. Matth. 24, 30 sq. *superveniet interitus*, et alia, quibus[c] praecipitur in euangelio, ut vigilemus. *Nescitis,*
inquit, *diem neque horam.* Qua in re memor sentenciae cuiusdam sancti, non sine lacrimis huic loco possum aptare. *Iam*, inquit, *percutitur, iam sine penitentia cogitur exire*
[34.] *peccator, ut moriens obliviscatur sui, qui, dum viveret, oblitus est Dei*[d]. Tali modo gloriosus ille metropolitanus, cum adhuc speraret de vita praesenti, die medio sextae feriae, suis ad epulas sedentibus, ipse in agonia solus iacens, exhalavit spiritum,

Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras[c. 61].

Eheu quam vellem meliora scribere de tanto viro, qui et me dilexit, et tam clarus in
Esaias 5, 20. vita sua fuit. Verum timeo, quia scriptum est: *Vae illis qui malum bonum dicunt*[f] et
Schol. 92. pereant *qui nigrum in candidum*[g] *vertunt*[62]. Videturque[h] mihi periculosum esse, ut talis homo, qui dum viveret, propter adulationes perditus est, ei nos scribentes aut loquentes post mortem adulari debeamus. Asserunt tamen aliqui, cum ita solus iacuisset, paucos interfuisse arbitros, in quorum[i] praesentia de omnibus gestorum suorum offendiculis amaram in novissimo gesserit penitentiam, flens et eiulans se dies suos perdidisse, tuncque demum cognoscens[k], quam parva, immo quam misera est nostri pulveris gloria;
Esaias 40, 6. *quia omnis caro foenum, et omnis gloria eius quasi*[k*] *flos foeni.*

[35.] Cap. 192. 65. O fallax humanae vitae prosperitas! O fugienda honorum ambitio! Quid tibi nunc, o venerabilis pater Adalberte, prosunt illa quae semper dilexisti, gloria[l] mundi, populorum frequentia, elatio[m] nobilitatis? Nempe solus iaces in alto palatio, derelictus ab omnibus tuis. Ubi sunt autem medici, adulatores et ypocritae, qui te laudabant in desideriis animae tuae[n], qui te iuraverunt convaliturum esse de hac infirmitate, qui te usque ad decrepitam aetatem victurum calcularunt? Omnes, ut video, socii mensae fuerunt, et recesserunt in die temptationis. Soli remanserunt inopes et peregrini[o], viduae ac[p] orphani, atque omnes oppressi, qui se tua[q] morte fatentur esse[r] desolatos. Cum quibus et[s] nos veraciter possumus[t] affirmare, tibi neminem deinceps comparem fore in clementia et largitate peregrinorum[63], in defensione sanctarum ecclesiarum et reverentia omnium clericorum, sive qui male[u] potentium rapinas aut praesumptiones superborum[v] ita persequatur[w]; postremo qui in divinis humanisque prudenter disponendis[x] paratior inveniatur ad omne consilium. Si quid vero in moribus tuis[y] reprehensibile videbatur, hoc magis accidit ex eorum nequitia, quibus tu plus iusto credidisti, sive quos[z] inimicos propter veritatem sustinuisti. Illi enim tuum laudabile ingenium suis depravantes insidiis, a[*] bono malum effecerant; ideoque oportet nos clementissimum orare Dominum, ut tibi indulgeat secundum multitudinem[64] misericordiae suae, teque in aeterna beatitudine collocet, per merita omnium sanctorum suorum, quorum te patrocinio devote semper commendasti[a].

Cap. 193. Schol. 93. 66. Obiit autem clarissimus noster metropolitanus Adalbertus 17. Kalend. Aprilis,

Schol. 91. Adamatus quidam, medicus, genere[c] Salernitanus, fertur ante triduum archiepiscopo mandasse[d], proximum adesse diem obitus sui. Quod ille dissimulans, Nothebaldum solum prae oculis habuit, quia spospondit ei mutationis suae horam cito adfuturam[e]. (2. 3. 4.)

Schol. 92. Sicut in libro Hester legitur, dum aures principum simplices et ex sua natura alios estimantes[f] callida fraude decipiunt. Quae res et ex veteribus probatur hystoriis et ex his[g] quae geruntur cotidie, quomodo malorum[h] quorumdam suggestionibus regum studia depravantur. (2. 4.)

Schol. 93. Nam et ipso anno, quo ex hac vita decessit, novissimo exitu, post quem non est reversus, Bremae capitulum habuit cum fratribus, in quo Liudgerum decanum pro homicidio, cuius arguebatur[i], deposuit, et pro ipsa occasione faciens de castitate sermonem, terribiliter ad ultimum minatus est. (2. 3. 4.)

a) Et heu 5. Et seu 3. b) dixerit 1. c) alias, ubi 2. 3. d) *In margine codicis* 2: Pulchra sententia. e) Vitaque — umbras *desunt* 2. 3. 4. f) et bonum malum *addit* 4. g) candida 2. 3. 4. h) que *deest* 4. i) quibus 1. k) cognovit 2. 3. 4. k*) ut 1. l) videlicet gloria 4. m) electio 3. 5. n) suae 3. o) vini *addunt M. F.* p) et 3. 4. q) sua 1. r) esse *deest M. F.* s) et *deest* 4. t) possimus 3. u) male *deest* 3. v) superbos 1. w) prosequatur 3. x) disponens 3. y) tuis *deest* 5. z) quod 1. *) ex 5. a) ideoque — commendasti *desunt* 3. c) genere *deest* 3. d) mandisse 3. e) Quod spernens, Nothebaldo credidit, qui mutationis diem cito affuturum spopondit 3. f) et ex — estimantes *desunt* 4. g) hiis 4. h) malorum *deest* 4. i) decanum, qui pro h. arguebatur 4. *Hoc scholion in cod. 2. adscriptum est cap.* 200, *in cod.* 3. *vero cap.* 39, *ubi sic se habet:* Eo ipso anno, quo decessit, quum postremum Bremae fuit, Liudgerum d. p. h. c. a. deposuit. *Caetera ibi desunt.*

61) Virgil. Aen. l. XI. v. 831. l. XII. fin. 62) Iuvenal. III, 30. *qui nigrum in candida vertunt.* 63) *largitate peregrinorum* h. e. in peregrinos. 64) i. e. magnitudinem.

indictione 10. Hic est annus domini nostri Iesu Christi millesimus 72[us], Alexandri [L. IIII.] papae II[us], Heinrici regis quarti 17[us]. Praeter libros atque[a] sanctorum reliquias et Cap 194. vestimenta sacra fere nichil inventum est in tesauris eiusdem viri. Quae tamen omnia rex accipiens, una cum praeceptis ecclesiae, tulit etiam manum sancti Iacobi apostoli. Hanc manum, dum esset in Ytalia pontifex[b], accepit a quodam Veneciarum episcopo Vitale[c. 65].

67. Igitur corpus archiepiscopi magno stupore totius regni a Goslaria Bremam portatum[d], decimo[e] die, quod est in annuntiatione sanctae Mariae, condigna populorum frequentatione[f] sepultum[g] est in medio chori novae, quam ipse construxit, basilicae; cum tamen affirment[h] illum saepe antea[i] rogasse, ut sepeliretur in urbe[k] metropoli Hammaburg, quam sicut decessores[l] sui, omni semper amore censuit esse colendam. Ibi namque dum adhuc viveret, plerumque totam aestatem transigens, praecipuas sollempnitates cum magna gloria celebravit. Ibi promotiones ecclesiasticorum ordinum legitimis temporibus gravi prorsus reverentia sepius implevit[m]. Ibi tempus et locum, quo a nostris ducibus seu a proximis Sclavorum gentibus sive a ceteris arctoae gentis legatis adiri posset, ex more constituit. Tantum honorem destructae urbi, tantumque amorem habens exhaustae matri, ut in illa diceret impletum scripturae vaticinium, quae dicit[n]: *Laetare sterilis, quae non paris, quia multi filii desertae, magis quam eius quae habet virum.* [36.] Cap. 195. Esaias 54,1 Ep. Galat. 4,27.

68. Ferunt[o] eum ante obitus sui diem vix tercium decubuisse, quod a lecto surgere nequiverit. Nam tanta in viro animi fortitudo fuit, ut in gravissima corporis infirmitate numquam ab aliquo vellet sustineri[p], numquam emitteret vocem doloris. Cumque iacens in extremis, horam vocationis suae iam sentiret imminentem[q], crebris iteravit suspiriis: *Heu*[r], inquiens, *infelicem et miserum, qui tantas in vanum largitiones consumpsi: potui vero esse*[s] *beatus, si ea pauperibus disperserim*[t], *quae pro gloria saeculi distruxisse*[u] *me doleo. Nunc autem illum adhibeo testem, cuius oculus profunda intuetur abyssi, quod tota intentio cordis mei fuit pro exaltatione ecclesiae meae. Quae licet mea culpa exigente, vel odio inimicorum praevalente, nimis extenuata videatur, sunt tamen amplius quam duo milia mansi, quos ex mea haereditate vel meo*[v] *labore gratulor adiectos ecclesiae.* Quo sapientis viri sermone potest cognosci, quia si peccavit in aliquibus ut homo, saepe ut bonus homo penituit de erratis. [37.] Cap. 196.

[Cuius[w] rei exemplum habeo unum, quod in principio introitus sui, cum esset vir superbissimus, arrogantia sua multos sibi mortales fecit contrarios. Unde etiam[x] pro nobilitatis suae gloria unum dixit verbum, quod utinam non dixisset: „omnes scilicet episcopos, qui ante eum praesederunt[y], obscuros fuisse ac ignobiles, solum se generis et divitiarum titulis excellere, porro dignum qui maiorem sortiretur cathedram vel ipsam sedem apostolicam." Talia non semel iactantem visio dicitur magna perterruisse[z], quam pro sui magnitudine, cum et veraciter nobis comperta esset, hic adiungere non supersedi. Vidit igitur nocte intempesta, se in conventum ecclesiae raptum, ubi missarum sollempnia deberent celebrari, astantibus quatuordecim suis ex ordine decessoribus[*], ita ut proximus qui ante ipsum fuerat[a] Alebrandus, perageret illa[b] quae ad missas[c] fieri solent mysteria. Cumque lecto euangelio sacerdos Dei ad suscipienda offerentium munera conversus pervenisset ad domnum Adalbertum, qui stabat in ultimo chori loco, mox torvis in eum luminibus[66] intuens, oblationem eius reppulit, dicens: „*Tu homo nobilis et clarus non potes habere partem cum humilibus*," et abscessit in haec verba. Sane ex illa hora penitens super his quae incaute protulit verbis, omnes decessores[d] suos in[e] ingenti veneratione habuit, seque multis gemitibus testabatur indignum sanctorum consortio virorum. Unde etiam[f] mox statuit, per sin- [38.] Cap. 197.

a) atque *deest* 2. 3. 4 sanctorumque 4. b) cum cesare *addit* 2. *ubi verba:* Hanc — Vitale *in margine leguntur. Desunt haec omnia* 3. c) Apostoli, quam dono Vitalis Veneciarum episcopi ab Ytalia archiepiscopus rediens quondam secum deportaverat 4. d) deportatum est 4. e) demum *add.* 2. 3. 4. f) frequentia 3. g) que *addit* 4. h) affirmarint 3. i) ante *M. F.* k) urbe *deest M. F.* l) predecessores 4. m) Ibi — implevit *desunt M. F.* n) dixit 3. o) enim *addit* 4. p) sustentari 2. 3. 4. q) sciret imminere 4. r) me *deest* 1 s) Potuissem vero fuisse 4. t) dispersissem 4. u) detraxisse 4. dedisse 2. v) *deest* 4. w) Huius 2. *Totum caput* 197 *deest* 1. x) et 3. y) qui eum praecesserunt 3. z) visio magna perterruit 4. *) predecessoribus 4. a) eum fuit 4. b) ea 4. c) missam 4. d) predecessores 4. successores 3. e) in *deest* 5. f) et 3.

65) sc. anno 1046. V. supra c. 7. Episcopus ille videtur fuisse Vitalis Ursiolo, episcopus Torcellanus, de quo vide sis Andr. Danduli Chron. l. IX. c. 2, 7. c. 4, 1. c. 6, 3. 66) *Adstantes . . lumine torvo* Virgil. Aen. l. III. v 677.

[L. IIII.] gulos antecessorum[a] anniversarios dies, de corte[b] Bromstede[c] convivia dari fratribus [39.] Cap. 198. plenissima atque pauperibus[67], quod prius a penitus nullo episcopo[d] solebat exhiberi.] Nam et alia multa reliquit signa penitentiae vel[e] conversionis suae[f]; ex quibus hoc memorabile est, quod post vastationem ecclesiae[g] vel diem expulsionis suae[h], cum superviveret quinquennium, numquam est balneis usus, numquam est[i] hylaris visus, raro processit in publicum vel ad convivium, nisi ad curiam isset aut diei festi necessitas poposcisset[k].

Cap. 199. [O quotiens vidimus cum planctu faciem turbatam[l], si quando vastationis ecclesiae recordatus est, sive cum ipsos vastatores conspexisset? In die festo[m] natalis Domini, cum Magnus dux adesset praesens, itemque[n] magna coesset[o] recumbentium multitudo, hilares convivae pro sua consuetudine finitis epulis plausum cum voce levaverunt, quod tamen non parum displicuit archiepiscopo. Itaque innuens fratribus nostris, qui simul aderant, praecepit cantori, ut imponeret antiphonam: *Hymnum cantate nobis.* At vero laicis denuo perstrepentibus, inchoari fecit: *Sustinuimus pacem et non venit*[p]. Tercio vero cum adhuc in poculis[q] ulularent, multum iratus[r], levari mensam praecepit, magna voce pronuncians: *Converte*, inquit[s], *Domine, captivitatem nostram;* respondente choro: *sicut torrens in austro.* Ita ille nobis pone sequentibus, in oratorium reclusus, flevit amare. *Non cessabo a fletu*, ait, *donec iustus iudex fortis et patiens liberabit*[t] *ecclesiam meam, vel potius suam, quam pastore contempto videt miserabiliter a lupis*[u] *discerpi. Im-* Ps 83,13. *pletum est enim desiderium eorum, qui dixerunt: Haereditate possideamus sanctuarium Dei, et quiescere faciamus omnes dies festos Dei a terra*[v], *et disperdamus eos de gente, et non* ib. v. 5. *memoretur nomen Israel ultra. Exurge: quare obdormis, Domine, et ne repellas in finem. Quia superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. Miserere nostri, quoniam multum repleti sumus despectione. Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt, et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Haec et alia nos in illo compunctionis tempore[w] lamenta saepe contemplati sumus, adeo ut monachus multotiens fieri desideraverit[x]. Aliquando etiam optabat, ut in ministerio legationis suae aut in Sclavania vel in Suedia[y] sive in ultima Island[z] obire[*] mereretur[68]. Saepe vero talis erat voluntas eius, qui[a] pro veritate vel decollari malle[b] non dubitaverit[c] in Christi confessione. Ceterum novit ille cognitor omnium secretorum Deus, si melior fuit[d] in conspectu suo, quam apparuit coram homi- 1Reg. 16, 7. nibus. Homo namque videt in facie, Deus autem in corde.]

[40.] Cap. 200. 70[e]. Ignosce igitur[f], quaeso, lector, si tam diversi hominis diversam hystoriam diverso themate compaginans, cum non potui breviter aut dilucide, ut ars praecipit, omnem[g] operam dedi, ut scriberem veraciter, secundum quod scientia et opinio se habet in hac parte[69]; quamvis multa reticens, ad ea praesertim[h] festinarim, quae generaliter posteris ad sciendum sunt digna, *vel spetialiter ad retinendum Hammaburgensi ecclesiae utilia. Postremo, si qua sunt quae auditori displiceant[i] in male gestis et fortasse peius descriptis, summopere te moneo et postulo, ut dum scriptorem vituperas, tu vitiose dicta corrigas; dum[k] illum, de quo scribitur[l], accusas, in sapientis viri casu tu cautior fias, considerans te ipsum, ne et tu condempneris[m] [70].

[41.] Cap. 201. [In legatione autem Hammaburgensis ecclesiae, quae ad gentes fieri solet, quamvis magnus pontifex Adalbertus vigilanter omnes decessores[n] suos laborasse cognoverit, ipse tamen magnificentius quam ceteri, potentiam archiepiscopalem longe lateque in

a) suorum *addit* 4. b) corte *deest* 3. c) Bramsted 3. d) a penu episcopi 3. 4. e) et 4. f) *deest* 4. g) quod v. e. vel diem *corr.* quod a vastatione eccl. vel die 4. *et ita* 5. h) vel d. e. suae *desunt* 3. i) est *deest* 4. k) *Reliqua huius capitis desunt* 1. l) facie turbatum 4. m) itaque 4. n) itemque *deest* 4. o) magnaque 1. 4. magna cum adesset 3. p) Domine *add.* 4. q) populis 3. r) u. iratus valde 4. s) inquit *deest* 4. t) liberet 4. u) lupo 3. v) Dei a terra *desunt* 3. w) *deest* 4. x) desideravit 3. y) Suconia 2. z) Islandia 2. *) abire 2. 3. a) ut 4. b) veritate decollari velle 4. c) dubitaverunt 2. d) fuerit 4. e) *Numerus cap.* LXIX *deest* 1. f) igitur *deest* 2. 3. 4. g) tamen *add.* 4. h) praesertim *deest* 4. i) displiciant 5. k) que *addit* 4. l) quo describitur 1. m) contempneris 1. tempteris *reliqui. Conf. supra l. III. c. 2. Capita sequentia huius libri desunt* 1. *In cod. 2. post schol.* 93. *(confer. supra not.* i *ad schol.* 93.*) In cod. 4. hoc loco legitur versus:* Si placet hic quarti maneant primordia libri. *In cod. 2ª. vero legitur:* Incipit liber quartus. *Confer infra librum de descriptione insularum aquilonis initio.* n) predecessores 4.

67) Hamburg. Urkundenbuch Nr. 102. 68) Conf. l. IV. c. 35. 69) i. e. quae de his rebus pro certo cognovi aut quae fama refert. 70) His verbis Adamus noster librum III. de gestis archiepiscoporum Hammaburgensium conclusit. Quae sequuntur de legatione Hammaburgensis ecclesiae c. 201—207, aut ipse Adamus in secunda recensione aut clericus alius Bremensis fere coaevus addidit.

exteras protendebat nationes. Quamobrem tractavit sedulo per se ipsum ingredi lega- |L. IIII| tionem illam[a], si quam necdum conversis[b] posset gentibus afferre salutem aut iam conversis[c] addere perfectionem. Ad quod laboriosum iter peragendum, solita gloriari coepit iactantia: *Primum fuisse Ansgarium, deinde Rimbertum, postea Unni, se vero quartum euangelistam postulari, quia ceteros decessores*[c*] *suos viderit per suffraganeos, non per se tanto oneri insudasse.* Itaque iam certus eundi, vitam[d] suam disposuit taliter finire, ut circuiens[e] latitudinem septentrionis, hoc est Daniam, Suediam et Nordmanniam[f] pertransiens, inde ad Orchadas extremamque orbis patriam[f*] Island[g] posset attingere. Illi enim suo tempore et suo[h] labore conversi sunt ad fidem christianam. A cuius profectione itineris, quod iam publice moliebatur, de hortatu[i] prudentissimi regis Danorum commode deflexus[k] est, qui dixit ei, barbaras gentes facilius posse converti per homines suae linguae morumque similium quam per ignotas ritumque nationis abhorrentes personas; itaque nil[l] illi opus esse, nisi ut sua largitate et affabilitate redderet illos benivolos[m] et fideles, quos ad praedicandum gentibus verbum Dei paratos inveniret[n]. In qua exhortatione metropolitanus noster[o] orthodoxo regi consentiens, ea largitate, quam in omnes habuit, multo indulgentius uti coepit in episcopos gentium et legatos orientalium regum[p]. Quos tanta hilaritate singulos recepit, tenuit dimisitque, ut eum, posthabito papa, quasi patrem multorum populorum ultro universi expeterent, ingentia viro munera offerentes, eiusque benedictionem reportantes pro munere. Archiepiscopus ita- [42.] Cap. 202.
que in legatione sua talis erat, qualem et tempora et mores hominem[q] mallent habere, ita affabilis, ita munificus, ita hospitalis erga omnes homines[r], ut parvula Brema ex illius magnitudine instar Romae divulgata, ab omnibus terrarum partibus catervatim[s] peteretur, maxime a septentrionalibus populis. Inter quos extremi venerant Islani, Gronlani[t], Gothorumque et Orchadum legati, petentes, ut illuc praedicatores dirigeret; quod et statim fecit[71]. Nam et in Daniam, Suediam[u] et Nordwegiam[v] et in insulas maris ordinavit episcopos multos; de quibus et ipse gaudens dicere solebat: *Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in* Ev. Matth. 9, 37
messem suam. Quorum speciosa multitudine tandem exhilaratus pontifex, primus omnium Cap. 203.
statuit in Dania synodum celebrare, cum suffraganeis suis, quoniam et temporis opportunitatem habuit, et quoniam[w] illud regnum sufficientibus habundaret episcopis, et quoniam multa corrigi necesse fuerat in novella plantatione, sicut hoc[y], quod episcopi benedictionem vendunt, et quod populi decimas dare nolunt, et quod in[z] gula et mulieribus enormiter omnes excedunt. Ad quae omnia Romani papae[*] fultus[a] auctoritate, regisque Danorum promptissimum sperans auxilium, magnificum prorsus, ut semper solebat, concilium fieri voluit omnium aquilonalium[b] episcoporum. Soli diucius expectabantur transmarini. Ea res hactenus synodum remorata est; ad cuius rei fidem praesto sunt epistolae, quas papa in Daniam legavit episcopis ad synodum rebellibus; et ipsius archiepiscopi litterae aliis directae. Ex quibus duarum exemplar hic ponere duxi necessarium:

Alexander episcopus, servus servorum Dei, omnibus episcopis in regno Danorum con- [43.] Cap. 204
stitutis, apostolicae sedi et nostro vicario obedientibus, salutem et apostolicam benedictionem. Adalbertus[c], *Hammaburgensis archiepiscopus venerabilis, vicarius noster*[d], *litteris et legatis suis conquestus est, quod quidam Edbertus*[e], *Farriensis*[f] *episcopus, multis criminibus involutus, ad synodum suam per triennium vocatus, venire contempserit*[g]; *quod quia consilio quorundam vestrorum dicitur esse factum, mandamus et apostolica auctoritate praecipimus, ut ab huiusmodi recedatis omnino consilio, eumque ad audientiam praedicti fratris nostri ire admoneatis, quatinus post factam examinationem canonice iudicetur.* Et alia quibus ibidem praecipitur, ut ei obediant et subiectionem exhibeant. Item aliarum litterarum exemplar[h]:

a) suam 3. b) conversus 3. c) posset — conversis *deest M. F.* c*) praedecessores 4. d) viam 2. 4. e) circumiens 3. f) Sueoniam et Nordwegiam 2. f*) partem 4. g) Islandiam 2. h) suo *deest* 4. i) ex hortatu 4. k) reflexus 2. 4. l) personas nilque 4. m) benevolos 3. 5. n) b. et devotos fidelesque ad p. g. v. D. (et *add.* 4.) p. invenire 4. o) noster *deest* 4. p) orientalium nationum regumque 4. *M. in margine.* q) hominum 3. 4. r) erga o. h. *desunt* 5. s) catervatim *deest* 4. t) Islandi, Gronlandi 3. u) Sueoniam 2. v) Norueigiam 2 w) quoniam *deest* 4. y) sicut et in hoc 3. z) *deest* 4. *) pontificis 4. a) *deest* 4. b) aquilonarium 3. c) Adalbertus *deest* 3. A. 4. d) noster *deest* 3. 5. e) Ekbertus 4. f) Fariensis 3. g) contemsit 3. h) Item alia 3. 4.

71) *in legatione — fecit.* Eadem fere verba legebantur supra l. III. c. 23.

[L. III.] Cap. 205. *Adalbertus, sanctae Romanae et apostolicae sedis legatus, necnon universarum septentrionalium nationum archiepiscopus, Hammaburgensis quoque ecclesiae*[a] *provisor indignus, W.*[b. 72] *Roskildensi*[c] *episcopo salutem. Ad synodum, quam apud Sleswich*[d] *celebrandam esse constitui, vos venisse aut nuncium vestrum misisse grato animo perciperem. Sed de hoc alias. Nunc autem fraternitatem vestram latere nolo, quid molestiae mihi Adalwardus episcopus intulit, quem vobis teste*[e]*, qui ordinationi eius interfuistis, Sictonensis ecclesiae consecravi pontificem. Quem dum barbara gens sibi praeesse noluit*[f]*, Scariensem*[g] *ecclesiam invadere cepit. Peto igitur, ut nuncium meum, qui illuc iturus est, ad Dalbogiensem*[h] *velitis episcopum dirigere*[73].

Haec habui de synodo quae dicerem, cum et alia multa sint, quae fastidii causa omitto.

[44.] Cap. 206. Isti[i] vero, quos metropolitanus ad gentes ordinavit, plures sunt[k]; quorum sedes et nomina didicimus ipso narrante. In Dania itaque novem constituit, Ratolfum[l] ad Sleswich civitatem[m. 74], Oddonem ad civitatem[n] Ripam, Christianum ad civitatem[n] Arhusin[o], Heribertum ad Wibergh[p] civitatem[n], Magnum monachum[q] et Albricum[r. 75] in Wendilam insulam[s], Eilbertum[t] monachum[u] in Farriam et Fiunem insulas[v], Willelmum in insulam[s] Seland[w], Eginonem[x] in Scaniam[y] provinciam. In Suediam[z] consecravit sex: Adal- Schol. 94. wardum et Acilinum[*. 76], item Adalwardum et Tadicum[77] necnon Symeonem[a. 78] atque Iohannem monachum[b. 79]. In Norwegiam[c] duos tantum ipse consecravit, Tholf et Sewardum[d. 80]. Ceterum aliunde ordinatos, cum sibi satisfacerent, et secum misericorditer tenuit, et abeuntes dimisit hilariter; sicut Meinardum[81], Osmundum[82], Bernardum[83] et Asgotum[84] aliosque multos. Praeterea Thurolfum[e] quendam posuit ad Orchadas[85]. Illuc etiam misit Iohannem in Scotia ordinatum[86] et alium quendam Adalbertum, cognominem suum[f. 87]. Isleph ad Island insulam[g. 88]. Sunt[h] episcopi quos omnes ordinavit Ev. Matt. 20. viginti, quorum tres abortivi et extra vineam ociosi[89] remanserunt, sua quaerentes, non Philipp. 2, 21 quae Iesu Christi[90]. Quos universos gloriosus archiepiscopus[91] decenti honore[92] habens, ad praedicandum barbaris verbum Dei prece et praemio[93] commonebat[i]. Ita saepissime vidimus cum quatuor[k] aut quinque stipatum episcopis; prout ipsum audivimus dicentem,

Schol. 94. Adalwardus senior[l] uterque[m] praefectus est Gothiae, iunior ad Sictunam[n] et Ubsalam[o] directus est, Symon ad Scritefingos[p], Iohannes ad insulas Baltici maris destinatus est[q]. Vigesimus erat Ezzo[r. 94], quem ipse ordinavit in Sclavaniam. (2. 3. 4.)

a) ecclesiae *deest* 3. b) W. *deest* 2. c) Roschildensi 3. 4. d) Slaswich 3. (*lege* Sliaswich). Sleswig 4. e) testibus 3. 5. f) nollet 4. uellet 2. g) Scarensem 3. h) Dalbyensem 3. i) Ipsi 3. k) Plures vero sunt, q. m. a. g. ordinavit 4. l) Rotulfum 3. m) Slasuich 3. Sleswig 4. civitatem *deest* 3. 4. n) civitatem *deest* 3. 4. o) Arhus 3. Arusiam 5. p) Wibergon 4. Viburg 3. q) monachum *deest* 3. 4. r) Albrittum 3. *In margine cod. 2. notatur:* Albricus Magno successit. s) insulam *deest* 3. 4. t) Eabertum 3. u) monachum *deest* 3. 4. v) Fionem 5. Eabertum in Fionem insulam et Falstriam 3. insulas *deest* 4. w) Selandiam 2. x) Eiginonem 4. Eigmonem 5. y) Sconiam 4. z) Sueoniam 2. vero *addit* 4. *) Accilinum 3. a) Simonem 5. b) monachum *deest* 3. c) Nordwegiam 4. d) Siwardum 3. e) Turolfum 4. f) Illuc — suum *desunt* 3. cognominem suum *desunt* 5. *In cod. 2. voci* cognominem *superscriptum est:* s. equivocum. *In 4. praecedentia ita transposita leguntur* — Orchadas, [et alium q. A.] Isleph ad I. i. [Illuc e. m. I. i. S. ordinatum]. g) insulas 4. h) Sunt enim 4. i) commendabat 3. k) septem 2. 4. l) et iunior *addit* 2. m) utrique *deest* 3. uterque 2. utique 5. n) Sictonam 4. S. et *desunt* 3 o) Ubsolam 4. p) Scricfingos 3. q) Baltici — est *desunt* 3. 4. Baltici *deest* 3. r) Eizo 4.

72) Willelmus v. infra c. 44. Occurrit illius nomen in charta a. 1060. Hamb. Urkundenb. Nr. 82. 86. V. etiam Saxon. Grammat. l. X et XI. 73) De episcopo Dalbogiensi v. infra De Situ Daniae c. 8. 74) De Ratolfo v. Hamb. Urkundenbuch Nro. 76. ubi inter canonicos Bremenses recenseri videtur. Conf. ibid. Not. 2. Chron. Mindens. a. 1071. et infra l. IV. cap. 3. 75) Albericus inter praepositos Bremenses recensetur anno 1059. V. Hamb. Urkundenb. Nr. 80. 76) Acelinus prepositus in charta Adalberti archiepiscopi anno 1060 data occurrit. V. Hamb. Urkdb. Nr. 82. 77) Tadico ille presbyter in charta a. 1059. v. Hamb. Urkdb. Conf. infra l. IV. c. 29. 78) De Symeone v. ibid. c. 24. 79) Iohannes, episcopus Bircacensis, vulgo dictus Hiltuinus. V. infra l. IV. cap. 20. Abbas fuerat in monasterio Gozeca ab anno 1049—1060. Conf. librum de fundatione huius monasterii p. 211 et 213. ed. Maderi. Mon. SS. Tom. II. p. 775. et diploma Adalberti archiepiscopi dat. 1069. Iun. 11. Chron. Halberst. a. 1071. 80) V. infra l. IV. c. 33, ubi vocatur Siguardus. 81) Meinhardus fortasse presbyter, qui occurrit in charta a. 1069. l. l. Nr. 101. Conf. Schol. 141. 82) De Osmundo v. supra l. III. c. 14. 83) De Bernardo v. l. IV. c. 33. 84) De Asgotho v. supra Schol. 69. et l. IV. c. 33. 85) V. l. IV. c. 34. 86) Iohannes in Islandia, fortasse episcopus in Holum, de quo v. Are Frodi cap. IX. 87) Idem ut videtur qui in scholio 99 dicitur Albertus. 88) V. l. IV. c. 35. 89) Ita et supra in dedicatione. 90) *sua — Christi.* Ita et l. IV. c. 21. 91) *gloriosus archiepiscopus.* Ita et supra l. II. c. 60. l. III. c. 64. 92) *decenti honore* v. supra l. I. c. 20. ibique notam. 93) *prece et praemio.* Alliteratio similis Sallustii in Catilina cap. 45: *neque precibus neque pretio.* 94) De Eizone v. supra l. III. c. 20. Vixit adhuc anno 1074. teste Lamberto Hersfeld. h. a.

absque multitudine esse non posse[95]. Cum vero eos a se dimiserat, solito molestior[a] esse propter solitudinem videbatur. [L. IIII.] [45.] Numquam tamen carere maluit[96] vel tribus, quorum frequentissimi erant Tangwardus[b] Brandenburgensis[c. 97], vir sapiens, et comes episcopi etiam ante episcopatum. Alter erat Iohannes, quidam Scotorum[d] episcopus[98], vir simplex et timens Deum, qui postea in Sclavaniam missus, ibidem cum principe Gotescalco[e] interfectus est. Tercius Bovo[f] nomen habuit, incertum unde natus aut ubi ordinatus, qui se tamen peregrinationis amore Iherosolimam ter accessisse iactabat, indeque Babiloniam deportatum a Sarracenis, tandemque solutum multas per orbem transisse provincias[99]. Hos tres, cum non essent eius suffraganei, comperimus eum, quod[g] sedes proprias non haberent, maiori fovisse clementia[h]. Eodemque studio benignitatis utebatur erga Romanae sedis legatos. [46.] Cap. 207. Quorum clientelam et contubernium in summo coluit amicitiarum loco, pariter gloriatus, se duos tantum habere dominos, hoc est papam et regem, quorum dominio iure subiaceant omnes seculi et ecclesiae potestates; illos nimirum sibi esse timori ac honori. Apparuit hoc in fide viri, quam ita integram servavit utrisque, ut auctoritati apostolicae nichil praeponens[i], antiqui honoris privilegia sedi apostolicae contenderet integra servari debere, eiusque legatos summo recipiendos amore censeret. Maiestatem vero imperatoriam quanti faceret, episcopatus eius testis est, ideo vel maxime destructus, quod a fidelitate regis nec minis nec blandimentis principum rescindi potuit. Formidolosa est enim malis regia[k] potestas[1]. Unde etiam frequentes in regno conspirationes fieri solent[l]. Quibus ipse tamen nec in[m] verbo communicare umquam voluit. Pro cuius fidei merito a rege quidem ut[n] maior domus in palatio constitutus, dono eius multa bona lucrabatur Bremensi ecclesiae, de quibus supra plenius dictum est. A papa vero meruit hoc dignitatis privilegium[2], ut totum ius suum domnus apostolicus[o] in illum transfunderet successoresque eius[p], adeo ut ipse[q] per totum aquilonem in quibus locis oportunum videbatur, sepe invitis[r] regibus, episcopatus constitueret, ordinaretque episcopos ex capella sua quos vellet electos. Quorum ordinationes vel sedes, quoniam huc usque distulimus, non incongruum videtur, simul etiam de situ Daniae vel reliquarum, quae trans Daniam sunt, regionum natura scribere[s].]

DESCRIPTIO INSULARUM AQUILONIS[t].

Si placet haec quarti maneant primordia libri[u].

1. Provintia Danorum tota[v] fere in insulas[w] dispertita est, sicut etiam legitur in gestis sancti Anscarii[x. 3]. Cap. 208. Hanc autem Daniam a nostris[y] Nordalbingis flumen Egdore[z] dirimit, quod[*] oritur in profundissimo saltu paganorum Isarnho[a. 4], quem dicunt extendi[b] secus mare barbarum usque ad Sliam[c] lacum[d]. Ceterum flumen Egdore descendit usque in[e] occeanum Fresonicum, quem Romani scribunt Brittannicum. Et[f] prima quidem pars Daniae, quae Iudlant[g] dicitur[h], ab Egdore in boream longitudine protenditur, Schol. 95.

Schol. 95. Saltus Isarnho a stagno incipit Danorum, quod Slia dicitur, et pertingit usque ad civitatem Sclavorum, quae dicitur Liubicen[i. 4*], et flumen Travennam. (2. 4. 6.)

a) mestior 4. b) Tanguard 3. Tancquardus 4. c) Brandanburgénsis 4. de Brandenburg 3. d) Scothorum 4. e) Godescalco 2. Gothescalco 3. 5. f) Bono 5. Bonno 3. g) suffraganei, eo quod 4. h) clementia dicitur 4. i) proponens 3. k) regis 3. l) solebant 4. m) in *deest* 4. n) est 4. ut *deest* 5. o) dominus apost. *deest* 4. p) succ. que eius ipse transf. 4. q) *deest* 4. r) invitis etiam reg. 4. s) describere 2. 2a. 4. t) Descriptio regionum vel insularum aquilonis. Incipit de patria Danorum 2. 8. *deest rubra* 2a. 4. u) *Hic versus legitur in cod.* 1. *Vide supra l. III. c.* 70. *not.* m. v) illa 7a c. tota fere illa 7b. w) distincta et (est 7c.) *addit* 7. x) Ansgarii 2. 4. 6. 9. 10. sicut — Anscarii *desunt* 7. y) *deest* 7c. z) Egdora 4. *semper.* Eydora 9. *saepius.* *) qui 1. 4. 6. qui fluvius 2. 9. a) Isorüho 8b. 9. Isaruho 2. 7. *In cod.* 6. Isa.nhò *litera* r *erasa.* b) et extenditur 4. c) Scliam 9. d) ad stagnum (scagum 7b.) Danorum, quod Slia dicitur 7. *Verba:* usque — lacum *in cod.* 6. *superscripta sunt.* e) ad 9. f) At 9. g) Iudland 1. *semper.* Iudlandia vel Iucia (Iutia 10.) 2. 9. 10. *semper.* Iutlant 4. *semper.* h) vocatur 9. i) Lubicen 2.

95) Conf. l. III. c. 35. 96) *maluit.* Conf. supra ad l. II. c. 26. 97) Occurrit ille in charta imperatoris Heinrici III. a. 1051. Mart. 19. episcopatui Brandenburgensi data. 98) De Iohanne Scoto, episcopo Magnopolensi, v. supra l. III. c. 20. 99) Si huius nominis lectio vera est, Bono idem esse videtur qui supra l. III. cap. 20. Graeca voce Aristo dictus est. 1) Conf. Sallust. Catil. c. 15. 2) V. privilegium Leonis IX. a. 1053. Hamb. Urkundenb. Nro. 75. 3) Vita Anskarii cap. 25. supra T. II. p. 711. l. 12. 4) Dänische Wald. Conf. Schol. 14. 4*) Liubicen hic ut supra in scholio 13. intelligendum est de Lubeke vetere, Olden Lubeke, de qua vide chartam regis Conradi III. a. 1139. Ian. 5. et Helmold. l. I. c. 34 sq.

habens iter tridui, si in Funem[a] insulam divertis[b]. Si vero[c] a Sliaswig[d] in Alaburg[e] per directum[f] viam metiris[g], quinque aut septem[h] habes iter dierum[i]. Haec est strata[k] Ottonis caesaris usque ad mare novissimum Wendile[l. 5], quod[m] in hodiernum diem ex victoria regis[n] appellatur Ottinsand[o]. Latitudo Iudlant[p] secus Egdoram diffusior est, inde vero paulatim contrahitur ad formam linguae in eum angulum, qui Wendila dicitur, ubi Iudlant finem habet. Inde[q] brevissimus in Nordmanniam[r] transitus est[s]. Ager ibi sterilis; praeter loca flumini[t] propinqua, omnia fere desertum[u] videntur; terra[v] salsuginis et vastae solitudinis. Porro cum omnis tractus Germaniae profundis horreat[w] saltibus, sola est Iudlant ceteris horridior, quae in[x] terra fugitur propter inopiam fructuum, in mari vero propter infestationem pyratarum. Vix invenitur culta in aliquibus locis, vix humanae habitationi oportuna. Sicubi vero brachia maris occurrunt, ibi[y] civitates habet[z] maximas. Hanc regionem quondam[*] caesar[a] Otto[b] subiciens tributo[c], in tres divisit episcopatus, unum constituens[d] apud Sliaswig[e], quae et Heidiba[f] dicitur, quam[g] brachium quoddam freti barbari alluit[h], quod incolae[i] Sliam vocant, unde et civitas nomen trahit. Ex eo[k] portu naves emitti solent in Sclavaniam[l] vel in Suediam
Schol. 96. vel ad Semlant[m] usque in Graeciam. Alterum fecit episcopatum[n] in Ripa, quae civitas alio cingitur[o] alveo, qui ab occeano[p] influit, et per quem vela torquentur[q] in Fresiam,
Schol. 97. aut[r] certe in Angliam vel in nostram Saxoniam. Tertium voluit episcopatum esse in[s] Arhusan[t]. Et hanc[u] fretum quoddam a Fune[v] dirimit brevissimum, quod ab orientali pelago ingrediens, longis anfractibus inter Funem[w] et Iudlant[x] protenditur in boream,

Schol. 96. De Ripa in Flandriam ad Cincfal[y. 6] velificari potest duobus diebus et totidem noctibus; de Cincfal[y] ad Prol[7] in Angliam duobus diebus et una nocte. Illud est ultimum caput Angliae versus austrum, et est processus illuc de Ripa angulosus inter austrum et occidentem. De Prol in Britanniam ad Sanctum Mathiam[z. 8] uno die, inde ad Far iuxta Sanctum Iacobum[9] tribus diebus et[**] tribus noctibus. Inde ad[a] Leskebone[10] duobus diebus et duabus noctibus. et est processus iste angularis totus[b] inter austrum et occidentem. De Leskebone[c] ad Narvese[11] tribus diebus et tribus noctibus, angulariter inter orientem et austrum. De Narvese ad Arrugun[d. 12] quatuor diebus et quatuor noctibus, angulariter inter aquilonem et orientem. De Arragun ad Barzalun[13] uno die similiter inter aquilonem et orientem. De Barzalun[e] ad Marsiliam uno die et una nocte, fere versus orientem, declinando tamen parum ad plagam australem. De Marsilia ad Mezcin in Sicilia quatuor diebus et quatuor noctibus, angulariter inter orientem et austrum. De Mezcin ad Accharon[14] 14 diebus et totidem noctibus inter orientem et austrum, magis appropiando ad orientem[f]. (4. 9.)

Schol. 97. Ad Angliam *faventibus* euris *v*ela pan*dis*. (6.)

a) Funen 7. Fiunem 4. Finnem 5. Fiuniam 2. 8. *semper.* Funiam 9. 10. b) diverteris 5. c) autem 2. 4. 9. 10. d) Sliaswich 7. Slaswich 10. Sleswiga 9. e) in A. *deest* 2. 5. 9. f) directam 7. 9. g) metieris 7b c. mearis 7a. h) sex 7. 8. 9. 10. *Voci* quinque *in cod.* 6. *superscriptum est:* in Alaburch, *voci septem:* in Wendila. i) aut sex dierum habens tunc in Wendilam 7. k) stacio 7. statura 6. l) Vendile 9. Vendilae 10. *semper.* m) usque *addit* 4. 5. ad mare novissimum *redundat* 7. n) ex vict. regis *desunt* 6. 9. o) *Ita* 1. 6. *Ann. Sax. a.* 952. Ottensa(u?,nt 7a. Ottensant 7b. vocatur Ottensant ex victoria ipsius caesaris 7c. Ottinsund 5. *Ita legendum videtur. Conf. Snorri Ynglinga Saga cap.* 28. Oddesunt 9. 10. Oddesund 2. 8. p) Iutlandie (Iudlandie 9.) siue Iucie 2. 9. Iudlandiae sive Iutiae 8. 10. q) Ibi 4. r) Normanniam 7. Norvegiam 9. 10. Nordwegiam 2. s) est *deest* 9. 10. t) fluminis 4. u) deserta 4. 7. deserta *corr.* desertum 7c. v) *deest* 7c. w) omnes t. G. p. horreant 4. 7. x) Haec 7. y) ibi *deest* 6. z) habent 7. 9. 10. *) quond. reg. 5. a) praedictus caesar 7. b) Ottho 10. c) subiiciens in tributo 7. s. interdicto 7c. d) constituit 2. 8. 9. 10. e) Sliaswich 7. Sleswich 2. *semper.* Sliaswig 9a. Sleswig 9b. f) Heithebu 4. Heidbu 2. Hetthbii 9. Heideby 10. g) quod 9. h) aliud 7. i) incolae *deest* 2. 4. 9. 10. k) quo 4. l) Slavaniam 9. m) et *addit* 4. in Sueoniam vel in Smelandiam (Seinlandiam 9.) vel 9. 10. n) fec. ep. *desunt* 4. o) tangitur 2. 4. 8. 9. 10. p) orcano 10. q) torquent 2. r) vel 2. 4. 9. 10. s) Tertium vero in 4. t) Arhusam 1. *semper.* Arhuson 7c. Arusia 2. 9. 10. *semper.* Arhusen 4. *semper.* u) hunc 5. 7c. v) Fiune 4. Finne 5. Fionia 2. *saepius.* Fiunia 8. 9. 10. *semper.* w) Fiunem 2. 4. Finne 5. *semper.* Finniam *saepius.* x) Iudlandium 10. y) *Ita* 4. *Albert. Stad. MS. Holmiense apud Langebek. SS. rer. Danic. T. V. pag.* 622. Cuicfal 5. 9. z) Matthiam 5. **) trib. d. et *desunt* 5. 9. a) ad *deest* 5. 9. b) et duabus n. e. e. p. i. a. totus *desunt* 5. 9. c) Leschebone 4. d) *Albert. MS. Holm.* Arrugen *corr.* Arrugun 4. Arrugnen 5. 9. e) Barsalun 5. 9. f) austrum 5. 9.

5) Hodie Vensyssel, pars Iutiae borealis ultra mare Lymfiord. 6) Cincfal sive Sindfal quondam dicebatur ostium fluvii Mosae. V. Siccama Commentar. ad legum Frision. in Addit. sap. tit. III. §. 58. p. 142. 7) Praule sive Prawle in comitatu Devon, haud procul a Dartmouth et Plymouth. Apud Ptolemaeum vocatur Berolium, quod minus accurate Landsend esse censetur. 8) St. Mahé in Britannia minori. 9) Ferrol iuxta S. Iago di Compostella in Gallicia. 10) Ulexbona, Lissabon. 11) Maris brachium apud Gibraltar, quod Scandinavis dicebatur Nioervasund i. e. mare strictum, quae verba Albertus Stadensis a. 1152. hic quoque adiecit. V. Orkneynga Saga. Saga Sigurd Iorsalafar. Conf. Basnage ad Canisii lect. antiq. T. IV. p. 337. 12) Tarragona. 13) Barcellona. 14) St. Iean d'Acre.

usque ad eandem civitatem Arhusan, a qua navigatur in Funem aut Selant[a], sive in Sconiam[b], vel usque in Norvegiam[c].

2. Postea vero deficiente hoc episcopatu, quem tercium posuimus, Iudlant duos Cap. 209. solummodo episcopatus retinuit, Sleswicensem[e] videlicet ac Ripensem, donec mortuo Schol. 98. nuper Wal[f], Ripensi episcopo[g. 15], diocesis illa discreta est in quatuor episcopatus[h], auctoritatem suam praebente archiepiscopo. Qui mox consecravit in Ripam[i] Oddonem, Schol. 99. in Arhusan[k] Christianum, in Wiberch[l] Heribertum[m], in Wendilam Magnum, cui, dum[n] Sch. 103. post ordinationem[o] rediret, in Albia naufrago[p] subrogavit Albricum[q]. Hii quatuor episcopi[r] tunc Ripensem dono Sueni[s] regis sortiti sunt parrochiam[t].

3. Archiepiscopus vero de suis clericis[u] ordinavit in Sliaswig Ratolfum[v], in Seland[w] Cap. 210. Willelmum[x], in Funem Eilbertum[y], quem tradunt conversum[16] a pyratis[z], Farriam[*] insulam, quae in ostio fluminis Albiae longo secessu[a] latet in occeano, primum repperisse, constructoque ibi monasterio fecisse habitabilem[b]. Haec insula contra Hadeloam[c] Sch. 104. sita est. Cuius latitudo[d] vix octo miliaria panditur, latitudo quatuor, homines stramine fragmentisque navium pro igne utuntur. Sermo est, piratas, si quando praedam[e] inde vel[f] minimam tulerint[f*], aut mox perisse naufragio aut occisos ab aliquo, nullum domum redisse indempnem. Quapropter solent heremitis ibi viventibus decimas praedarum offerre cum magna devotione[g]. Est enim haec insula[h] feracissima frugum, ditissima volucrum et pecudum nutrix[i], collem habet unicum, arborem nullam, scopulis includitur asperrimis[k], nullo aditu praeter unum[l], ubi et aqua[m] dulcis, locus venerabilis omnibus nautis, praecipue vero pyratis. Unde[n] accepit nomen, ut Heiligland[o] dicatur. Hanc in vita sancti Willebrordi Fosetisland[p] appellari[q] discimus[r], quae sita est in confinio Dano- Sch. 105. rum et Fresonum[17]. Sunt et aliae insulae contra Fresiam[s] et Daniam, sed nulla earum tam memorabilis.

4. Funis insula est non modica, post eam, quae Wendila[t] dicitur, in ostio barbari Cap. 211. sinus occurrens. Haec adhaeret[18] regioni quae Iudland dicitur[u], in quam[v] brevissimus a

Schol. 98. Primus in Sleswich[w] episcopus fuit[x] Haroldus, secundus Poppo, tertius Rodolphus[y]. (8b. 9. 10.)

Schol. 99. Inter *Arhusan et Wendilam circa medium* Wiberg *apud* ..ta..*sita*. (6.)

Schol. 100. Inter *oceanum et* Wendile *mare* promu*nctorium Skagen*, quod *respicit* contra *insulas aquilonales*. (6.)

Schol. 101. Wend*il* . . *in*sula . . . tripartit . . . in osti . . . . . mari . . . *oce*ano . *in*greditur. (6.)

Schol. 102. Primus in Ripa episcopus Lyafdagus erat[z], secundus Othencarus[**], tertius Wal[a], quartus Odo[b]. (8b. 9.)

Schol. 103. Primus in Wendile episcopus[c] Magnus monachus erat[d], secundus Albricus. (8b. 9.)

Schol. 104. *In hoc occeano* qui an*tea commemoraba*tur insula est *Fosetisland pro*prie nunc Fa*rria vel* Heiligland *nomen ha*bet. Hec dis*tat ab* Anglia re*migatione tri*dui. Ceter*um vici*na est Freso*num terre* vel nostre *Wirra*he, ita *quod vi*deri pos*sit iacere* sup*er mare*. *Qui*dem ab *insula* que . . *os*tio . . *a lit*tore . . sita . . olmo . . m me . . *v*ela pand*i* usque ad *Far*riam in *Da*nia etiam . . . cimus. (6.)

Schol. 105. *In vita* Liudgeri *narra*tur Karoli *tempore* quidam Land*ricus nomi*ne baptiza*tus esse ab* episcopo. (6.)

a) Selandiam 9. 10. *semper*. b) Scaniam 2. 7. 8. 9. *semper*. Schaniam 10. c) Nordwegiam 2. 4. *semper*. Norwegiam 5. 7c. 9. *semper*. e) Sliaswicensem 4. Sleswichcensem 10. f) Walone 8, Wallone 2. 10. Vallone 9. g) donec — episcopo *desunt* 7. h) scilicet Ripensem, Arhusensem, Wibergensem, quartum in Wendila 7. *ubi desunt verba sequentia* auctoritatem *usque* Albricum. i) Ripa 4. k) Arhusiam 2. Arusiam 8. l) Wiberg 1. 2. 5. Wibergis 4. Wibergh 9. Viburgh 10. m) Heribatum 10. n) cum 2. 4. 9. 10. o) cui post ord. cum 2. 9. 10. p) pereunti naufragio 6. q) Albericum 5. r) *deest* 7c. s) Suein 1. 4. Suenonis 2. 8. 9. 10. *In cod.* 7. *additur* tunc temporis. t) ordinante id ipsam ac procurante (Bremense 7c.) archiepiscopo *addit* 7. u) ecclesiis 9. v) Ratolphum in Sleswig 9. Rotolphum in Slesvich 10. w) Selandia 2. *semper*. x) Wilhelmum 9. Vilhelmum 10. y) Egilbertum 9. z) Archiepiscopus — piratis *desunt* 7. *) Varniam 9. a) recessu 2. 4. 7c. 9. recessum 10. b) archiepiscopo. Fama est Farriam — oceano, tunc primum repertam esse (fuisse 7c.) — factam esse habitabilem 7. c) Hadeleiam 7c. d) *Lege:* longitudo. e) praedictam 7a. praedicta 7c. praedictam insulam 7b. f) vel *deest* 6. licet 7. f*) abstulerint 7c. g) Haec insula — devotione *desunt* 2. 4. 8. 9. 10. h) haec insula *desunt* 2. 4. 5. 8. 9. 10. i) volucrum, pecudum multiplex (nutrix 7c.) 7 k) acerrimis 9. 10. l) aditu nisi uno 4. 5. m) aquae 7. n) et *addit* 8b o) Heilighland 2. Heiligeland 4. 5. 9. Heligland 7. *ubi in margine* Heligeland, Heiliglanndt 10. p) Villebrordi Fostisland 9. Fotislandt 10. q) appellatam 7d. r) dicimus 7. didicimus 4. s) Frisiam 7. t) Wendula 7. u) in ostio — dicitur *desunt* 7. v) qua 7. w) Slewich 10. Sleswigh 9. x) erat 10. y) Rodolperus 9. z) Primus ep. in R. fuit Eyasda 9. **) Othemarus 9. a) Wallo 9. b) Oddo 9. c) *Ita correxi;* in W. ep. *desunt* 9. in Arusia ep. 8b. d) *deest* 9.

15) Wal. V. supra l. II. cap. 70. l. III. cap. 23.

16) i. e. divertentem, fugientem a piratis.

17) V. Vitam S. Willebrordi ab Alcuino scriptam et Vitam S. Liudgeri l. I. cap. 19.

18) Voluit dicere noster: valde propinqua, vicina est, seu quasi adhaeret.

Sch. 106. Iudland[a] transitus ex omni parte. Civitas ibi magna Odansue[b], insulae in giro parvulae,
omnes frugibus plenae. Et notandum est, si per Iudland in Funem tenderis[c], directam[d]
in septentrionem viam habes[19]. At vero per Funem transeunti ad Seland, oriens in
faciem currit[e]. Duo traiectus sunt in Seland, unus a Fune, alter ab Arhusan, pari
uterque[f] distant[g] spatio. Mare natura tempestuosum duplicique[h] plenum periculo, ut
etiamsi ventum habeas prosperum[i], vix effugias manus pyratarum.

Cap. 212. Sch. 107. 5. Seland insula est in interiori sinu maris Baltici sita, quantitate maxima. Haec
Sch. 108. tam fortitudine virorum quam opulentia frugum celeberrima, longitudinem habet bidui,
cum latitudo fere[k] sit aequalis. Civitas eius maxima Roschald[l], sedes regia Danorum.
Haec insula aequali spatio distans a Fune vel Sconia, per noctem transitur[m], habetque
ab occidente Iudland, civitatem Arhusan, vel[n] Alaburg[o] et Wendilam[p], a borea vero[q],
ubi et deserta est, fretum Nordmanniae[r], a meridie autem Funem praedictam et sinum
Sclavanicum, ab ortu[s] respicit promunctorium[t] Sconiae, ubi est civitas Lundona[u].

Cap 213. 6. Aurum ibi plurimum, quod raptu congeritur pyratico. Ipsi enim[v] pyratae, quos
illi Wichingos[w] appellant, nostri Ascomannos[x], regi Danico tributum solvunt, ut liceat
eis praedam exercere a barbaris, qui circa hoc mare plurimi[y] habundant. Unde etiam
contingit[z], ut licentia[*], quam in hostes acceperunt, saepe abutantur[a] in suos, adeo fide
nulla utrique ad invicem sunt, et sine misericordia quisque[b] alterum, mox ut ceperit,
in ius famulicii vel[c] socio vendit vel barbaro. Et multa quidem alia tam in legibus
quam moribus aequo bonoque contraria Dani habent; ex quibus nil[d] utile mihi visum
est ut dicerem[e], nisi quod mulieres, si constupratae[f] fuerint[g], statim venduntur. Viri
Sch 109. autem, si vel regiae maiestatis rei vel[h] in aliquo fuerint scelere deprehensi, decollari
malunt quam verberari. Alia non est ibi species poenae[i] praeter securem vel[k] servitutem, et tunc[l] cum dampnatus fuerit, laetum esse gloria est. Nam lacrimas et planctum
ceteraque genera compunctionis, quae nos salubria censemus, ita abhominantur Dani, ut
nec pro peccatis suis ulli flere liceat nec pro caris defunctis.

Cap 214. Sch. 110. 7. A Seland in Sconiam traiectus multi, brevissimus in Halsinpurgh[m], qui et videri
potest. Sconia[n] est pulcherrima visu Daniae provintia, unde et dicitur, armata viris,
opulenta frugibus divesque in[o] mercibus, et nunc plena ecclesiis. Sconia bis tantum
habet in spacio quam[p] Selandia, hoc est[q] trecentas ecclesias, cum Seland dicatur
habere dimidium, Funis terciam partem. Sconia est pars ultima Daniae, fere insula;
undique enim[r] cincta est[s] mari, praeter unum terrae brachium, quod[t] ab oriente continens Sueoniam[u] disterminat[v] a Dania. Ubi sunt profundi[w] saltus montesque asperrimi,
per quos a Sconia in[x] Gothiam necessario iter agitur, ut dubites, utrum levius sit ma-
Sch. 111. rino[y] discrimine terrestre periculum vitare, an istud illi praeponere.

Schol. 106. Primus in Fiunia episcopus Rehinherus erat, secundus Eilbertus monachus. (8b. 9.)

Schol. 107. Inter Seland et Funem insula est parvula, quam Sprogam dicunt: ea est spelunca latronum, magnus timor omnium transeuntium[z]. (6. 7.)

Schol. 108. Primus in Selandia episcopus Gerbrandus erat, secundus Avocco, tertius Willelmus. (8b. 9.)

Schol. 109. Publica securis in foro pendet minitans reis capitalem sententiam, qua, si ita[**] contigerit[a], accepta, videas[b] moriturum exultantem ire ad supplicium quasi ad convivium. (6. 7.)

Schol. 110. Primus in Scania episcopus Bernardus erat[c], secundus Henricus, et Egino[d]. (8b. 9.)

Schol. 111. Ab hac insula primum egressi sunt Longobardi vel Gothi, et vocatur ab historicis Roma-

a) est *addit* 4. br. est t. a. I. 9. b) Odanswe 2. *ubi supra scriptum*: Othonia. Odanse 4. Odense 5. magna est Odanse 7. c) telenderis 2. 9. 10. tendis 7. d) directe 2. 4. 6. 9. 10. directo 5. e) occurrit 2. 4. 9. 10. f) utrique 10. g) distat 4. h) que *deest* 9. i) procerum 1. k) vere 9. l) Roscald 1. Roskeld 2. 9. Roschild 4. 7. Roschylt 7c. m) pertransitur 7c. n) vel *deest* 2. 4. 9. o) Alaborgh 2. Alaburch 7c. Alaburgh 9. p) insulam *addunt* 8. 9. q) vero *deest* 6. r) Norduegiae 8. Nordwegiae 2. Norvegiae 9. s) ortu quidem 4. t) promontorium 5. u) Londona 2. 8. 9. v) vero 1. w) Winchigos 1. Winchindos 9. Withingos 5. Vichingos 10. Wichinger 8. Niningingos 7. x) Aschomannos 6. y) plurimum 7. z) contigit 1. 5. 10. *) liceat 1. *a) abutuntur 7c. b) quisquis 7c. c) vel *deest* 7. d) nichil 4. nihil 9. 10. e) dicem 2. f) construpratae 6. stupratae 10. g) fuerunt 9. h) vel *deest* 4. 9. 10. i) mortis *addit* 9. k) et 4. l) tunc *deest* 5 m) Halsinpurg 1. Helsenburgh 9. Halsingburg 2. 7. Halsingeburg 4. Halsingburgh 8. n) itaque *addit* 4. o) in *deest* 2. 4. 7. 9. 10. p) ut 4. q) Seland. Habet 7a-b. r) enim *deest* 4. s) est *deest* 4. t) qui 1. u) Suediam 4. Sconiam 7. v) continet S. disterminans 6. w) profundissimi 6. x) in *deest* 5. y) magno 9. z) *Sic correxi.* Item a 7. *In cod.* 6. *vox abscissa.* **) quasi ita 7a-c. quod ita 7b. a) contigit 7b. 10. b) videns 7. c) Pr. episc. Scaniensis Wernarius 9. d) Eguio 9. *saepius.*

19) Hinc palam fit, quod iam ex cap. 2. colligendum est, Adamum nostrum situm insulae Funis nimis versus septentrionem collocasse.

8.[a] In eadem regione Sconia[a'] nemo adhuc episcopus fuit incardinatus[b], nisi quod ab aliis partibus quidam venientes, interdum illam[c] procurabant diocesim[20]. Deinde Selandensis[d] episcopus Gerbrand, et post eum Avoco, simul gubernabant utrasque ecclesias[e]. Nuper vero mortuo Avocone, rex Suein parrochiam Sconiensem[f] in duos episcopatus segregavit[21], unum, [id est Lundensem[g],] Heinrico tribuens, alterum, [id est Dalboiensem[g],] Eginoni. Verum istum ordinavit archiepiscopus. Heinricus[h] apud Orchadas[i] ante fuit episcopus, isque in Anglia sacellarius Chnud[k] regis fuisse narratur[l]. Cuius thesauros in Daniam perferens, luxuriose vitam exegit. De quo narrant[m] etiam, quod pestifera consuetudine delectatus inebriandi ventris, tandem suffocatus crepuit. Hoc et de Avocone factum esse comperimus, similiterque de aliis. Egino[n] vero cum esset vir[o] sapiens in litteris, et[p] castitate insignis, tunc etiam totum studium eius exarsit in conversione paganorum. Quapropter multos adhuc populos ydolorum cultui deditos ille vir Christo lucratus est, illos praesertim barbaros, qui Pleicani[q] dicuntur[22], et qui in Hulmo[r] insula[23] degunt affines Gothis[s]. Qui omnes dicuntur[t] ad eius praedicationem conversi ad[u] lacrimas, poenitentiam sui erroris ita monstrasse[v], ut confractis statim ydolis, ultro certarent ad baptismum[w]. Mox etiam thesauros et omnia quae habebant sternentes ad pedes episcopi, flagitabant[x], ut[y] haec ille[z] dignaretur recipere[*], quod[a] renuens episcopus, docuit eos ex eadem pecunia fabricare ecclesias, egenos alere, ac[b] redimere captivos, qui multi sunt in illis partibus.

Cap. 215. Sch. 112.

9. Fertur idem vir magnanimus, eo tempore quo in Suedia[c] persecutio maxima[d] christianitatis incanduit, Scaranensem ecclesiam ceterosque fideles, eo quod pastore carebant, frequenter visitasse, consolationem ministrans hiis qui in Christum crediderant[e], et[f] incredulis verbum Dei constanter annuncians. Ibi etiam opinatissimum Friconis[g] simulacrum in frusta concidit. Pro quibus virtutum insignibus[24] a rege Danorum magno deinceps vir Dei honore habitus, defuncto mox pingui Heinrico, utramque Sconiae parrochiam, quae est in Lundona vel Dalboia, recepit gubernandam[h]. Qui mox Lundonae[i] sedem suam constituit[k], apud Dalboiam vero[l] praepositaram fratrum regulariter viventium esse praecepit. Itaque duodecim annis in sacerdotio nobiliter exactis, clarissimus[m] vir[25] Egino regressus a Romana urbe, mox ut domum pervenit feliciter, migravit ad Christum. Cuius obitus et Funensis[n] episcopi contigit eodem anno, quo noster excessit metropolitanus[o].

Cap. 216. Sch. 113. Sch. 114.

norum Scantia vel Gangavia[26] sive Scandinavia[p. 27]. Cuius metropolis civitas Lundona, quam victor Angliae Chnud[q] Britannicae Lundonae aemulam iussit esse[r]. (6. 7.)

Schol. 112. Suecis *predicabant* Lifdag, *Poppo*, *senior* Odinkar, Gotebald, q . . . . n . . . . et . . . . te . . (6.)

Schol. 113. *Lundona*, civitas *prima* Sconie, *tam longe *a mari* sita est, ut a Dal*boia*. (6.)

Schol. 114. Funensis ille in capitalibus *ab* archiepiscopo *suspensus* ab *officio*, cum sic in . . us Romam . . . . leret, *vita* defunctus est. (6.)

a) *Hoc caput ita ut sequens desunt* 7. a') Sconiae 5. Scaniae 2. 8. b) inordinatus *F.* c) aliam 9. d) Seladensis 4. e) utramque g. ecclesiam 4. f) Scaniensem 8[b]. g) unum, Lundonensem 9. Lundoniensem 2. 8. 10. *Uncis hic inclusa desunt* 1. 6. h) autem *addit* 4. i) Archadas 6. k) Chund 1. Kanuti 2. 9. 10. Knut 4. l) memoratur 6. m) narratur 2. 4. 9. 10. n) Egnio 9. Egvio 6. o) vir *deest* 9. 10. p) et litteratus ac 4. q) Pleichani 2. 4. 10. Bleychani 9. r) Hulmi 4. Ulmo 6. 9. 10. *In cod.* 8. *voci* Hulmo *adscriptum est:* Burgundeholm, Burgingeholm 9. s) affines Gothis *desunt* 4. t) dicuntur *deest* 4. u) in 4. v) monstraverunt 4. w) properare *addunt* 4. 9[b]. 10. x) flagitarent 9. 10. y) ut *deest* 2. quo 1. 6. z) ille *deest* 1. 4. *) accipere 4. a) quos 9. 10. b) ac *deest* 1. et 4. c) Sueonia 2. 9. Suediam 5. d) magna 2. 4. 9. 10. e) crediderunt 10. f) et *deest* 1. 5. g) Friconis 9. h) parrochiam, scilicet Lundensem et Dalboiensem (Dalboensem 5.) gub. recepit 4. i) Londone 2. 8. 9. 10. Lunde 4. k) sedem episcopalem constituens 4. l) vero *deest* 4. 5. m) charissimus 10. n) Fundensis 1. o) Christum, eodem a. q. n. m. et Fiunensis (Finnensis 5.) episcopus decesserunt 4. et Fiun. ep. *desunt* 9. p) Scandanavia 7[c]. q) Chund 7[b. c]. r) prece 6.

20) veluti Bernardus. Vide supra l. II. cap. 53. 21) circa annum 1060, ut ex numero annorum sacerdotii Eginonis duodecim capite sequenti indicatorum, et ex Adami l. III. c. 24. colligere licet. 22) quorum nomen superest in provincia Blekingen. 23) Bornholm. 24) *virtutum insignia* i. e. exempla, documenta virtutis. Similiter Widukind. l. I. c. 26. *omnium virtutum insigniis clarus*, eumque imitatus Thietmar. Merseb. l. I. c. 10. et quos ibi laudavi. Conf. infra c. 30. *morum insignia* et supra l. II. c. 52. *operis insignia.* 25) *clarissimus vir.* V. supra l. III. c. 62. 26) Gangaviam de Germanicis insulis maximam esse meminit Solinus c. 20. 27) Langobardos ab insula Scandinavia adventasse, Paulus Warnefrid. de gestis Langobard. l. I. c. 2; Gothos de Scanziae insulae gremio egressos refert Iordanis de reb. Gethicis.

Cap. 217. Sch. 115. 10.[a] Nunc autem quoniam locorum se praebuit occasio, ad rem[b] videtur aliquid de natura Baltici maris dicere. Cuius freti mentionem cum supra in[c] gestis Adaldagi pontificis[28] ex scriptis Einhardi[d. 29] fecerim, explanationis more utor[e], ea quae ille per compendium dixit[f], pleniori[g] calamo nostris scienda proponens[h]. *Sinus*, inquit[i], *quidam ab occidentali occeano orientem versus porrigitur.* Sinus ille ab incolis appellatur Balticus, eo quod in modum baltei longo tractu per Scithicas[k] regiones tendatur usque in[l] Greciam[m], idemque mare Barbarum seu pelagus Scithicum vocatur a gentibus quas alluit barbaris. Occidentalis autem occeanus ille videtur, quem Romani Britannicum scribunt, cuius latitudo inmensa, terribilis et periculosa, complectitur ab occasu Britanniam, quae nunc Anglia dicitur; a meridie Fresos[n] tangit, cum ea parte Saxonum[o], qui nostrae[p] diocesi pertinent[q] Hammaburgensi. [In hoc oceano insula est modica Heiligland, de qua supra dictum est[r].] A solis ortu habet Danos ostiumque Baltici maris et Nordmannos qui ultra Daniam consistunt; ab aquilone vero idem occeanus insulas praeterlabitur Orchadas, deinde[s] infinitis orbem terrae spaciis ambit, sinistrorsum habens Hyberniam[30], Scotorum patriam, quae nunc Irland dicitur, dextrorsum vero scopulos Nordmanniae, ulterius autem insulas Island[t], Gronland; ibi terminat[u] occeanus, qui dicitur caligans[31].

Cap. 218. 11. Quod autem dicit[v] eundem *sinum longitudinis incompertae*[32], hoc[w] nuper apparuit in sollertia fortissimorum virorum Ganuz[x] Wolf, satrapae Danorum, sive Haroldi[y], regis Nordmannorum, qui magno viae labore multoque sociorum periculo, quantitatem[33] huius maris perscrutantes, ancipiti demum iactura ventorum ac pyratarum fracti victique redierunt. Affirmant autem Dani, longitudinem huius ponti saepe a pluribus[z] exper-
Sch. 116. tam[*], secundo flatu per mensem aliquos a Dania pervenisse in Ostrogard Ruzziae[34].
Cap. 219. Latitudinem[a] vero illam ponit[b], *quae nusquam centum milia passuum excedat, cum in multis*, ait[c], *locis contractior inveniatur*[35]. Quod in ostio eiusdem sinus videri potest, cuius ab oceano introitus inter Alaburc[d], promunctorium[e] Daniae[36] scopulosque Nortmanniae tam strictus[f] invenitur, ut facili saltu[g] per noctem carbasa traiciantur[h]. Item egressus limitem Danorum[37] idem pontus late brachia tendit, quae denuo contrahit e regione Gothorum[i], qui a latere[38] Wilzos[k] habent. Deinde quanto interius vadit, tanto latius hinc inde diffunditur.

12: *Hunc*, inquit[l], *sinum multae circunsedent*[m] *nationes; Dani siquidem ac Sueones*

Schol. 115. Mare orientale seu mare Barbarum sive mare Scithicum vel mare Balticum[n] unum et idem est[o] mare, quod[p] Marcianus et antiqui Romani Scithicas vel Meothicas[q] paludes sive deserta Getarum[r] aut Scithicum littus appellant[38*]. Hoc igitur mare ab occidentali oceano inter Daniam et Nordvegiam[s] ingrediens, versus orientem porrigitur longitudine incomperta. (8[b]. 9.)

Schol. 116. Ruzzia vocatur[t] a barbaris Danis Ostrogard, eo quod in oriente posita quasi hortus irriguus habundat omnibus bonis. Haec etiam Chungard[u] appellatur, eo quod ibi sedes Hunnorum[v] primo fuit. (6. 7.)

a) *Incipit hoc capitulum in codd.* 8. 9. *hoc titulo:* De mari Baltico et insulis in eo et regionibus circa illud. b) ad rem pertinere 4. c) in g. a. p. *desunt* 7[c]. d) ex scripturis 7. Einchardi 9. e) utar 2. 9. 10. utens 4. f) ea quae per comp. dicta sunt 7. g) planiori 7. h) proponere 6. 7. proponam 5. preponam 4. i) *deest* 7[c]. k) Cithicas 7[c]. l) ad 7[c]. m) eo quod — Graeciam *desunt* 2. 4. 8. 9. 10. *Reperitur in codd.* 1, 6 *et* 7. *et etiam apud Helmoldum l. I. c.* 1. *init.* n) Frisos 7. o) Saxonie 4. p) nostrae *deest* 7. q) que pertinet 4. 7[c]. r) *Uncis inclusa in solo cod.* 7. *leguntur.* s) demum 7[a.b]. t) ac *addit* 2. et 4. Islandiam et Gronlandiam 9. 10. u) terminatur 4. 5. v) dicitur idem sinus 7[c]. w) apparuit hoc quondam 7[c]. x) Gamir 7[a]. Ganur 7[b.c]. Ganund 2. 4. 10. Gamund 9. y) Haraldi 9. z) a pluribus *desunt* 7. *) ac *add.* 9. 10. a) longitudinem 9. b) vero iam dicti ponti ponunt 7. c) *deest* 7[c]. d) Alaburch 7. Alaburg vel (et 9.) Wendilam 2. 4. 9. 10. e) promontorium 5. *semper.* f) trictus 1. 7[a.b]. g) cursu *add.* 9. h) invenitur — traiciantur *desunt* 10. i) Graecorum 9. k) Wirlos 7. l) *deest* 7[c]. m) circumsedent 7[a]. circumcident 2. circumsident 5. 9. 10. n) mare Balticum seu Barbarum sive Scythicum 9. o) est *deest* 9. p) et quod 9. q) Meoticas 8[b]. r) Getharum 8[b]. s) Norwegiam 9. *Codices* 8[b] *et* 9. *hic addunt scholion* 3. *quod vide supra.* t) vero 7[a]. Rusia 7. *semper.* u) Thungard 7[b.c]. v) Hunorum 7[c].

28) Supra l. II. c. 16. 29) Vita Karoli Magni c. 12. 30) *Hyberniam.* Rectius dixisset Scotiam. Similis error est Otheri in periplo §. 8. 31) mare glaciale arctoum, nomine vetustissimo mythologico Dumbshof indeque scriptoribus Arabicis mare Tumi dictum. Conf. I. C. Rasmussen de orientis commercio cum Russia et Scandinavia medio aevo pag. 27. 32) sc. mare Balticum. Conf. Einhard l. l. 33) Quantitas pro magnitudine s. latitudine, ut et supra cap. 5. 34) V. supra l. II. c. 19. 35) Einhard. l. l. 36) promontorium Skagen s. Vendilskagen. 37) Limes Danorum hic non videtur esse marchia Danorum, sed dictus pro litoribus insularum Danicarum australibus. 38) *a latere.* Rectius dixisset noster: ex opposito. 38*) V. infra c. 20.

quos Nortmannos vocamus, et[a] *septentrionale litus et omnes in eo insulas tenent. Ad litus*[b] *australe Sclavi, Haisti aliaeque diversae incolunt nationes, inter quas praecipuae*[c] *sunt Welatabi*[39] qui et Wilzi[d] dicuntur. Dani[e] et Sueones ceterique trans Daniam populi ab hystoricis Francorum omnes vocantur Nortmanni, cum tamen Romani scriptores eiusmodi[f] vocent Yperboreos, quos Martianus Capella multis laudibus extollit[g. 40].

13. Itaque primi ad ostium praedicti sinus habitant in australi ripa versus nos Dani, Cap. 221. quos Iuddas[h] appellant, usque ad Sliam lacum. Unde incipiunt fines Hammaburgensis parrochiae[h*], qui per maritimos Sclavorum populos longo tractu porriguntur usque ad Panim[i] flumen[k]: ibi limes est nostrae[l] diocesis. Inde Wilzi et Leuticii[m] sedes[n] habent usque ad Oddaram[o] flumen[p]; trans Oddaram autem[q] comperimus degere Pomeranos[r]. Deinde latissima Polanorum[s] terra diffunditur, cuius terminum dicunt in Ruzziae[t] regnum connecti. Haec est[u] ultima vel[v] maxima Winulorum[w] provintia, quae et finem facit illius sinus.

14. At vero a parte aquilonari[x] revertentibus ad ostium Baltici freti[y], primi[z] occurrunt Cap. 222 Nortmanni[41], deinde Sconia prominet, regio[*] Danorum, et supra eam tenso limite Gothi habitant usque ad Bircam[a]. Postea longis terrarum spatiis regnant Sueones usque ad terram feminarum[42]. Supra illas[b] Wizzi[c. 43], Mirri[44], Lami[d. 45], Scuti[46] et Turci[e. 47] habitare feruntur usque ad Ruzziam[f]; in qua denuo finem habet ille sinus. Itaque latera illius ponti ab austro Sclavi[g], ab aquilone Suedi possederunt.

15. Asserunt etiam periti locorum, a[h] Sueonia[i] terrestri via permeasse quosdam usque in[k] Graeciam. Sed barbarae gentes, quae in medio sunt, hoc iter impediunt, propterea navibus temptatur[l] periculum.

16. Multae sunt insulae in hoc sinu, quas omnes Dani et Sueones habent in sua Cap. 223. ditione[m], aliquas etiam Sclavi tenent. Earum prima est in capite illius freti[n] Wendila, secunda Morse[48], tertia Thud[o. 49], modico ab invicem intervallo divisae, quarta est Samse[p. 50], quae opposita est civitati Arhusin[q], quinta Funis, sexta Seland, septima quae illi adhaeret[51] et quarum supra mentionem[r] fecimus; octavam dicunt[s] illam, quae Sconiae ac Gothiae proxima[t] Holmus appellatur[52], celeberrimus Daniae portus et fida stacio navium, quae ad barbaros[u] et[v] in Graeciam dirigi solent[53]. Ceterum insulae Funi adiacent aliae septem minores ab euro[w], quas supra diximus frugibus opulentas, hoc est Moyland[x. 54], Imbra[y. 55], Falstra[z], Laland[**], Langland[a], itemque[b] aliae omnes sibi vicinae,

a) et *deest* 4. b) autem *add.* 4. c) quos precipui 4. praecipue 9. d) Wilzi 2. 4. 9. *ubi corr.* Ulzi. Voltri 7. Wleri 7c. e) vero *addit* 4. f) eos modo 7. g) extulit 2. 4. 9. 10. h) Widdas 2. 8. 9. Viddas 10. Iuthas 4. Iudtas 7a c. h*) toparchiae 6. i) Canim 2. 8. k) fluvium 2. 4. 7. 10. l) nostrae *deest* 7 m) Wilri et Lentici 7. Leutici 9. n) sedem 9. 10. o) Oddoram 2. 9. 10. Ogdoram 4. Odoram 5. 7c. Oderam 7. *semper.* p) fluvium 2. 4. 9. 10. q) autem *deest* 6. 7c. *ubi vox* comperimus *bis scriptum est* 9. 10. r) Ponicranos 1. 6. Panitranos 7a. s) Polonorum 7. Palanorum 9. 10. t) Ruziziae 5. Ruzzia *F.* u) *deest* 7c. v) et 4. w) Vinnulorum 9. 10. x) aquilonali 2. 4. 9. 10. y) sinus 7. z) proximi 8b. *) provintia 6. a) Birkam 4. b) illos 7c c) Wilzy 2. Wilzi 4. 9. Wirsi 7. Vilzi *corr.* Vilci. d) Mirrilami 1. Murtilani 7. e) Curti 7. Thurci 2. f) Rusciam 6. Ruzliam 2. 9. 10. g) et *add.* 9. 10. h) etiam quidam a. 7. i) Suedia 7. k) ad 7c. l) temperatur 9. vitatur *corr.* tentatur 10. m) dominatione 9. n) in *addit* 6. o) Thiut 4. Thiid *sive* Thund 6. Thuit 5. Chud 7. Thuthia 2. 8. 9. 10. p) Sanse 7. Sampse 4. 8. 9. q) Arhusen 7. Arhusan 4. 6. Arusiae 2. r) memoriam 4. s) quinta est Fiunia, Selandia sexta, quae illi adhaeret et q. (duarum *add.* 10.) s. m. f. Septimam dicunt 2. 8. 9. 10. *Ita legendum videtur.* t) proxima est quae 7. u) quae a barbaris 5. 9. v) et *deest* 4. 9. 10. w) coro 7. x) Moiland 4. Mayland 9. Noyland 7. y) Iabra 1. Ybra 2. 8. 9. 10. Ymbra 4. Vmbra 7a.c. z) Faltra 1. Falstre 2. 4. 9. 10. **) Lalant 4. a) Langland *deest* 2. 4. 9. 10. b) quo *deest* 2. 4. 9. 10. atque 7.

39) Einhard. l. l. 40) De nuptiis philolog. l. VI. ed. H. Grotii p. 214. V. et Solin. c. 16. 41) Inde patet, mare quod dicimus das Kattegat Adamum a mari Baltico non distinguere. Conf. infra c. 30. 42) De Amazonibus v. infra c. 19. 43) De Wizzis s. Albanis v. ibid. 44) Mirri, qui Iordani c. 23. Mereni, Nestori II. 24. Merja dicuntur, gens Finnorum orientalium; sedes habuit apud lacum Rostowense et Kleschtschinense. V. Zeuss Die Deutschen pag. 688. 690. 45) Lami, gens Esthonum borealium. V. Zeuss l. l. pag. 681 sq. 46) Scuti, Finnorum orientalium gens, Nestori l. l. dicta Czjud. 47) Turci, ut videtur, circa civitatem Abo, qui a Finnis vocantur Turku. V. Zeuss l. l. Conf. Schol. 118. 48) Mors, insula Iutiae in Lymfiord, dicta Morsoe in libro censuali mox laudando. 49) nunc pars Iutiae occidentalis, ubi civitas Tisted. In libro censuali Waldemari II. a. 1231. dicitur Tythaesysael, hodie Thyland. V. Langebek Script. rer. Danic. T. VII. pag. 518 et 561. 50) Samsoe. 51) Sprögoe; v. Schol. 107. 52) Vide supra c. 8. 53) Omittuntur hic vitio scriptoris duae insularum septem supradictarum sc. Alsen et Arroe. 54) Moen. 55) fortasse Fehmern. V. infra c. 18. Nomen Imbriae huic insulae datur in chartis comitum Holsatiae saeculi XIV. Notandum tamen olim Himbusysel, hodie Himmersyssel nomine appellari praefecturam Aalborghus. V. de hac terra Langebek l. l. pag. 518 et 566.

cum Laland[a] interius vadat ad confinia Sclavorum[56]. Hae quindecim[b] insulae Danorum regnum aspiciunt, omnesque iam[b*] christianitatis titulo decoratae[c] sunt. Sunt et aliae interius[d], quae subiacent imperio Sueonum; quarum vel[e] maxima est illa, quae Churland[f] dicitur; iter habet octo dierum[g]; gens crudelissima propter nimium ydolatriae cultum fugitur ab omnibus; „aurum ibi plurimum, equi optimi. Divinis, auguribus[h] atque nigromanticis[i] omnes domus plenae sunt, [qui etiam vestitu monachico induti sunt[k]]. A toto orbe ibi responsa petuntur, maxime ab Hispanis[l] et Grecis. Hanc insulam credimus in vita sancti Ansgarii[57] Chori[m] nominatam, quam tunc Sueones tributo subiecerunt. Una ibi nunc facta est[n] ecclesia, cuiusdam studio negotiatoris, quem rex Danorum multis ad hoc illexit muneribus. Ipse[o] rex gaudens in Domino recitavit mihi hanc cantilenam[p].

Cap. 224 17. Praeterea recitatum est nobis, alias plures insulas in eo[q] ponto[r] esse[s], quarum una grandis Aestland[t] dicitur, non minor illa de qua prius diximus[u]. Nam[v] et ipsi Deum[w] christianorum prorsus ignorant, dracones adorant cum volucribus, quibus etiam litant vivos homines, quos a mercatoribus emunt, diligenter omnino probatos, ne maculam in corpore habeant[x], pro qua refutari dicuntur[y] a draconibus. Et haec quidem[z] insula terrae feminarum proxima narratur, cum illa superior non longe sit a Birca[*] Sueonum.

Cap. 225. 18. Illae autem insulae[a] quae Sclavis adiacent, insigniores accepimus esse[b] tres. Quarum prima Fembre vocatur[58]. Haec opposita est Wagris[c], ita ut videri possit ab
Cap. 226. Aldinburg, sicut illa quae Laland dicitur[d]. Altera est contra Wilzos[e] posita, quam
Sch. 117. Rani [vel Runi[f]] possident, gens fortissima Sclavorum, extra quorum sentenciam de publicis rebus nichil agi lex est[g], ita[h] metuuntur[i] propter familiaritatem deorum vel potius daemonum, quos maiori cultu venerantur quam ceteri[k]. Ambae igitur hae insulae pyratis et cruentissimis latronibus plenae sunt, et qui nemini parcant[l] ex transeuntibus.
Cap. 227. Omnes enim quos alii vendere solent, illi occidunt[m]. Tertia est illa, quae Semland dicitur[n], contigua Ruzzis[o] et[p] Polanis; hanc inhabitant Sembi vel Pruzzi[q], homines humanissimi, qui obviam tendunt his ad auxiliandum, qui periclitantur in mari, vel qui a pyratis infestantur. Aurum et argentum[r] pro minimo ducunt, pellibus habundant peregrinis, quarum[s] odor letiferum[t] nostro orbi propinavit superbiae venenum. Et illi quidem ut stercora haec habent ad nostram credo[u] dampnationem[v], qui per fas et
Sch. 118. nefas[w] ad[x] vestem anhelamus marturinam[y], quasi ad summam beatitudinem. Itaque pro laneis indumentis, quae nos dicimus faldones[z, 59], illi offerunt tam[**] preciosos mar-

Schol. 117. Reune insula est Runorum, vicina Iumne[a] civitati, qui soli habent regem. (2. 4. 6. 8b.)

Schol. 118. De quarum laude gentium Horatius[b] in lyricis suis[60] ita meminit: *Campestres*, inquit[c], *Scythae melius vivunt et rigidi Getae, quorum*[d] *plaustra vagas rite*[e] *trahunt domus, nec cultura placet longior*[f] *annua*[g]. *Dos est magna parentum virtus; et peccare nefas, aut precium est*

a) Seland 10. b) quatuordecim 2. 8. 9. 10. viginti 7. b*) *deest* 7c. c) donatae 9. d) Sed et a. i. sunt 4. e) vel *deest* 4. 7. f) Curland 4. 7. Kurland 9. 10. g) iter o. d. habens 2. 4. 9. 10. h) auguriis 1. i) nigromaticis 1. nicromanticis 2. 4. necromanticis 10. k) inducti sunt 9. *Verba uncis inclusa desunt* 1. 6. 7. l) his panis 1. Ispanis 2. Hyspanis 4. *Fortasse legendum:* Cispanis s. Circipanis. *Conf. schol.* 16. *Cl. Giesebrecht suspicatus est Adamum scripsisse:* his paganis. m) Cori 9. Kori 10. n) est *deest* 1. o) enim *addit* 4. p) Hanc insulam — cantilenam *desunt* 7. q) eodem 4. r) porto 1. s) Praeterea sunt et aliae p. insulae i. e. p. 7. t) Estland 2. 4. 6. 9. 10. u) dixi 5. v) Nam *deest* 2. 9. 10. w) ipse dominum 10. x) habeant *deest* 6. y) dicitur 9. z) quidem *deest* 9. *) Byrcha 2. Birka 4. sit abhira 6. sit *deest* 7. a) Illarum a. insularum 2. 5. 9. 10. b) *deest* 2. 4. c) Wasgris 6. Wardgris 7a.c. Vagris 10. d) ita — dicitur *desunt* 5. e) Vilzos 10. Wilros *M. F.* f) vel Runi *addunt* 2. 4. 9. g) licet, *cui superscriptum* vel lex est 6. h) illi *addunt* 2. 4. 9. 10. ista ita 7c. i) metuitur 7b. mentiuntur 7a.c. k) cultu ceteris venerantur 4. l) parcent 7. parcunt 4. m) omnes - occidunt *desunt* 5. 9. n) appellari solet 2. 4. 9. 10. o) Ruzis 4. Rutzis 7c. *saepius.* p) vel 2. 7. 8. 9. 10. q) Pruzci 4. Prutzi 7c. r) Aurum argentumque 2. 4. 10. s) quorum 2. 4. t) lethiferum 10. laetiferum 5. lactiferum 2. 9. u) adeo 7. forte 4. v) credo perniciem et damnationem 9. w) fas nefasque 4. x) per 1. y) mardurinam 2. 9. 10. z) faltones 2. paldones 5. **) tam *deest* 2. 9. 10. a) Ivminne 2. Iunine 5. Ianine 9. b) Oracius 2. c) itaque 4. d) quarum 4. 6. e) rite *deest* 2. 4. 8b. f) longior *deest* 8b. longa 4. g) anona 2.

atque de insula Imbrae s. Fehmern ibidem pag. 528 et 591. Quae de situ huius insulae Adamus affert, neutri eorum conveniunt. Imbrorum gentem quoque laudat Scôpes vidsidh. 56) In describendo situ Lalandiae errat noster, cum haec rectius de insula Fehmern dixisset. Conf. tamen c. 18. 57) Cap. 30. 58) Fembre, quam supra cap. 16. videtur Imbram appellasse. 59) Anglis dicebantur „faldynge“. V. Galfridi Grammatici Promptorium Parvulorum, ed. A. Way. h. v. Conf. Ziemann Mittelhochdeutsch. Wörterbuch s. v. Valde. Valte. Alibi Paltene, Phalte de indumentis lineis. V. Schannat Tradition. Fuldens. p. 418. Eiusd. Vindemiae literariae pag. 53. 60) Carm. III, 24. v. 9. 11.

tures[a]. Multa[b] possent dici ex[c] illis populis laudabilia in moribus, si haberent solam fidem Christi, cuius praedicatores immaniter[d] persecuntur. Apud illos[e] martyrio coronatus est illustris[f] Boemiorum[g] episcopus Adalbertus[60*]. Usque hodie profecto inter illos, cum cetera[h] omnia sint communia nostris, solus prohibetur accessus lucorum et fontium, quos autumant pollui christianorum accessu. Carnes[i] iumentorum pro cibo sumunt, quorum lacte vel cruore utuntur in potu, ita ut inebriari dicantur. Homines cerulei, facie rubea, et criniti[k]. Praeterea inaccessi[l] paludibus, nullum inter se dominum pati volunt.

19. Sunt et aliae in hoc ponto[m] insulae plures, ferocibus barbaris omnes[n] plenae, ideoque fugiuntur a navigantibus[61]. Item circa haec littora Baltici maris ferunt[o] esse Amazonas, quod nunc terra feminarum dicitur[62]. Eas[p] aquae gustu dicunt aliqui concipere. Sunt etiam qui referant[q] eas fieri praegnantes ab hiis[r] qui praetereunt[s] negociatoribus, vel ab hiis, quos inter se habent captivos, sive ab aliis monstris, quae ibi non rara habentur. Et hoc credimus etiam fide dignius[t]. Cumque pervenerint[u] ad partum, si quid[v] masculini generis est, fiunt[w] cynocephali[x]; si quid feminini, speciosissimae mulieres[y]. Hae simul viventes, spernunt consortia virorum; quos etiam, si advenerint, a[z] se repellunt viriliter. Cynocephali sunt[*], qui in pectore caput[a] habent[b] [63]; in Ruzzia videntur sepe captivi, et cum verbis latrant in voce. Ibi sunt etiam[c] qui dicuntur Alani vel Albani[d], qui lingua eorum *wizzi*[e] dicuntur, crudelissimi ambrones[f]; cum canicie nascuntur; de quibus auctor Solinus[64] meminit[g]. Eorum patriam canes defendunt. Si quando pugnandum est[h], canibus aciem struunt. Ibi sunt homines pallidi, virides et macrobii[i, 65], quos appellant Husos[k]; postremo illi, qui dicuntur Antropofagi,

Cap. 228. Sch. 119. Sch. 120.

mori. Usque hodie Turci, qui prope[l] Ruzzos[m] sunt, ita vivunt, et reliqui Scythiae[n] populi. (2. 4. 6. 8b. 9.)

Schol. 119. Cum rex Sueonum Emund filium suum[o] Anundum[p] misisset in Scythiam ad dilatandum regnum suum[q], ille navigio in terram pervenit feminarum. Quae mox venenum fontibus immiscentes, ipsum regem et exercitum eius tali modo peremerunt. Haec et supra diximus[65*], et ipse Adalwardus episcopus recitavit nobis, hoc et alia contestans esse veracissima[r]. (2. 5. 6. 8b.)

Schol. 120. Qui lingua eorum Wilzi[s] dicuntur, crudelissimi[t] ambrones, quos poeta Gelanos vocat. (2. 4. 8b. 9.)

a) mardures 2. 9. 10. b) Multa ergo 4. c) de 2. 8. 9. 10. d) inaniter 1. 6. e) enim *add.* 4. f) illustrissimus 7. g) Boemorum 2. 5. Bohemoram 9. 10. h) cetera *deest* 4. 9. i) Carnes etiam 4. k) rubea et cervice 7. l) in accessu 7. m) porto 1. n) *deest* 7c. o) maris longo transitu usque oriens sunt Amazones q. 7c. p) Quas 4. Et eas 9. q) referunt 7c. 9. r) his 1. 2. 4. *saepius.* s) eas impregnari a pretereuntibus 4. t) hoc etiam credibilius est 4. Et — dignius *desunt* 7c. u) pervenerunt 7c. v) quidem 1. 5. w) est *deest* 2. generis fuerit 4. 9. 10. x) cinocephagi 1. y) nascuntur *addit* 10. mulieris *M. F.* z) ad 1. *) mulieres. Haec secundum opinionem. Revera enim singulae singulos habent viros, sicut in epistola ipsarum ad Alexandrum Magnum continetur. Sic enim habet inter cetera: *Si vis scire conversationem nostram, talis est. Habitatio nostra est ultra fluvium, et sumus numero feminarum habitantium* (habitatium 7a. hinc anium 7b.) CCLXIIII (CCXIIII 7a.), *quae non sunt coinquinatae a viris. Viri nostri nullo modo habitant inter nos, sed ultra fluvium in alia parte. Uno quoque anno celebramus festivitatem Iovis per XXX dies. Qui vult manere in laetitia cum uxore sua, tenet eam per annum unum. Quodsi mulier parturiens peperit masculum, tenet eum secum pater; et si feminam peperit, retinet eam pater secum, et post septem annos reddit eam matri. Cum autem pugnaturae cum aliquo venimus, sumus numero decies dena milia equitantes. Aliae autem custodiunt insulam nostram.* Ad priora revertamur. In praedicta insula sunt Cynocephali 7. a) capud 1. b) habentes 4. 9. c) et 10. d) Albini *M. F.* e) Wirzi 7. f) qui — ambrones 1. 6. 7. *Desunt in textu* 2. 4. 9. *ubi in scholium* 120. *eliminata sunt. Omnino desunt* 10. g) de quibus S. meminit. Cum canicia nascuntur 2. 9. 10. h) est *deest* 2. 9. i) *Voci* macrobii *in cod.* 1. *superscripta sunt verba:* id est longi, *quae glossa in ceteris codicibus in textum irrepsit.* Ienti 7. k) Busos 2. 4. 7. 9. 10 l) apat 6. proprie 2. proprio 9. m) Ruzi 8b. Ruzzi 2. 9. n) Scythici 9. o) suum *deest* 2. 8b. p) Enundum 4. Emundum 2. 5. q) ad — suum *desunt* 2. 8b. r) Haec — veracissima *desunt* 4. 9. vera 6. s) Wiltri 8b. Vilzi 9. *Legendum videtur:* Wizzi, *v. c.* 19. t) sunt *add.* 9.

60*) De Adelberto episcopo occiso a Pruzzis v. Vitas Adalberti SS. T. IV. Thietmar. l. IIII. c. 19. Ann. Quedlinb. h. a. 61) His adnumerandae videntur insulae Oeland, Gothland, Oesel. 62) Amazonas in Europa collocavit Marcianus l. l. p. 215. Hic Maegdaland, cuius mentionem facit Aelfred in versione Orosii Anglosaxonica, indigitari, docuit Dahlmann Forschungen I. 420. Dicitur quoque Quänland s. feminarum terra, sub quo nomine latere Kainulaiset h. e. terrae Finnorum provinciam iuxta sinum Bothnicum, docuit Rühs in historia Finlandiae pag. 357. Lehrberg Untersuchungen zur Geschichte Russlands ed. Krug p. 145 sq. 63) *Cynocephali.* Similia de Blemiis in interiori Africa fabulatur Marcianus p. 218. Cf. Solinum c. 52. de Indis quibusdam: *Ad sermonem humanum nulla voce sed latratibus tantum sonantes.* 64) Polyhistor cap. 15. Albani s. Wizzi Adamo nostro incolae videntur esse terrae Witland, quam terram Esthonum iuxta Vistulam sitam dicit Wulfstanus in itinere §. 2. apud Dahlmann l. l. p. 428. De Witland s. terra Vidivariorum conf. Voigt Geschichte von Preussen T. I. p. 210. 65) Macrobios Solinus cap. 30. gentem quandam Aethiopum vocat. 65*) L. III. c. 15.

et humanis vescuntur carnibus. Ibi sunt alia[a] monstra plurima, quae recitantur a navigantibus sepe inspecta, quamvis hoc nostris vix credibile putetur[b].

Cap. 229. 20. Haec habui quae de sinu illo Baltico[c] dicerem[d], cuius nullam mentionem audivi quempiam fecisse doctorum, nisi solum, de quo supra diximus, Einhardum[e]. Et fortasse mutatis nominibus arbitror illud fretum[f] ab antiquis[g] vocari paludes Scithicas vel Meoticas[66], sive *deserta Getarum*[67], aut *litus Scithicum*, quod Martianus[68] ait: *confertum*[h] *esse multiplici diversitate barbarorum. Illic*, inquit[69], *Gethae*[i], *Daci*, *Sarmatae*,
Sch. 121. *[Neutri*[k]*,] Alani*, *Geloni*, *Antropofagi*[k*], *Trogloditae*[l]. Quorum errori condolens noster metropolitanus, statuit Bircam[m] illis gentibus metropolem, quae in medio Sueoniae posita[n. 70], contra civitatem Sclavorum[o] respicit Iumnem[p. 71], paribusque spaciis omnes
Sch. 122. illius ponti amplectitur horas[q]. In qua civitate primum ex nostris ordinavit Hiltinum abbatem, quem ipse voluit appellari[r. 72] Iohannem. Itaque de insulis Danorum dictum est satis. Nunc vero ad Sueonum sive Nordmannorum populos, qui[s] proximi sunt, convertamus articulos[s*].

Cap. 230. 21. Transeuntibus insulas Danorum alter mundus aperitur in Sueoniam vel Nordmanniam[t], quae sunt duo latissima regna aquilonis et nostro orbi adhuc fere incognita.
Sch. 123. De quibus narravit mihi scientissimus[u] rex Danorum[v], quod Nordmannia[w] vix queat transiri[x] per mensem, cum Sueonia duobus mensibus non facile percurratur. *Quod ipse*, inquit, *probaveram, qui*[y] *nuper sub Iacobo rege* 12 *annis militavi in illis regionibus, quae*[z] *altissimis ambae montibus includuntur, magis autem Nordmannia, quae suis alpibus cir-*
Sch. 124. *cumdat*[*] *Sueoniam.* De Sueonia vero non tacent antiqui auctores[a] Solinus[b. 73] et Orosius[c. 74],
Sch. 125. qui dicunt plurimam partem Germaniae[d] Suevos[e] tenere, necnon montana eius usque ad Ripheos montes extendi. Ibi est etiam Albis fluvius, de quo Lucanus meminisse
Sch. 126. videtur[f. 75]. Ille[g] oritur in[h] praedictis alpibus, perque[i] medios Gothorum populos currit in occeanum, unde[k] et Gothelba dicitur[76]. Fertilissima regio est Sueonia[l], ager frugibus[m] et melle opimus[n], extra quod pecorum fetu omnibus antefertur, oportunitas flumi-

Schol. 121. A Sconia[o] Danorum navigantibus ad Bircam quinque dierum[p], a Birca in Ruzziam[q] similiter per mare habes iter quinque dierum. (2. 4. 6. 8b.)

Schol. 122. Ibi in Birca est[r] portus sancti Ansgarii et tumulus sancti Unni archiepiscopi, familiare inquam hospitium sanctorum nostrae sedis confessorum. (2. 4. 6. 8b.)

Schol. 123. Paulus in gestis Longobardorum[77] de fecunditate gentium septentrionalium[s], et dè septem viris, qui in litore occeani[t] iacent in provincia Scritefingorum. (2. 4. 6. 9.)

Schol. 124. Tacitus Suevos hoc quoque Sueonum nomine appellat[78]. (9.)

Schol. 125. Dani, Sueones et[u] Nordmanni et reliqui Scithiae[v] populi a Romanis Yperborei vocantur, quos Marcianus[79] extollit multis laudibus. (2. 4. 6. 9.)

Schol. 126. Gothelba fluvius a Nordmannis Gothiam separat, magnitudine non impar isti Albiae[w] Saxonum, unde ille nomen sortitur. (2. 4. 6. 9.)

a) et alia 7c. alia *deest* 9. 10. b) putem 7. putetur 7c. videatur 2. 4. 6. 9. videtur 10. c) vel barbaro *addunt* 2. 4. 9. 10. d) Haec breviter de illo sinu Baltici dixerim 7. e) Einchardum 9. cuius — Einhardum *desunt* 7. f) *deest* 7c. g) Romanis *addunt* 2. 4. 9. 10. h) consertum 4. consitum 9. i) Gete 4. k) Neutri *deest* 1. 7. *In cod.* 6. *superscriptum est voci* Alani. Neuri 9. k*) antropofagi *deest* 1. l) Trogodete 1. Trogodite *voci* Antropofagi *superscriptum* 2. 6. 9. Trogodite 4. 7c. *ubi* (2. 4. 8b.) *scholii instar in margine additur:* Amaxobii, Arimaspi; Agathirsi. m) Hircam 6. stat Birca 10. n) est 6. o) opposita *addit* 4. p) Iummem 2. Iuminem 5. 9. q) oras 5. 9. r) vol. appellare 2. 9. appellavit 4. *Verba* Quorum — Iohannem *desunt* 7. s) Danis *addit* 4. proximi sunt Danis 2. 9. 10. s*) articulum 2. 4. 6. *In codd.* 2. 8. 9. *sequitur inscriptio sequentium*: Incipit de Sueonia ac populis Sueonum et ritibus eorum (Sueonia et cerimoniis Sueonum 2.). t) Nordvegiam 10. Norwegiam 2. 9. Normandiam 7a.c. u) sanctissimus 5. v) de quibus narratur 7. w) Norwegiam *superscr.* 9. Normanniam 10. x) pertransiri mense 7c. y) quoniam 2. 9. 10. quia 4. z) Quod — quae *desunt* 7. *ubi legitur:* Ambae enim altissimis *etc.* *) circundat 1. a) actores 2. b) scilicet *addit* 4. c) Horosius 4. d) *deest* 7c. e) Suecones 7c. 9. f) de quo — videtur *desunt* 10. g) Qui 4. h) ex 10. i) qui per 2. 9. k) inde 5. l) Sueonia ergo r. e. fert. 4. m) fructibus 7c. n) optimus 2. 6. 7. o) Scania 2. p) interest *add.* 8b. q) Birca et Ruzzia 5. r) Ubi est 4. 9. s) loquitur *addit* 9. *Cetera desunt* 9. t) occeano 4. u) et *deest* 9. v) Scythici 9. w) Albeae 9.

66) *Meotidas paludes* dicit eas Orosius l. I. c. 2. *palus Maeotica* Marcian. pag. 200. 67) *deserta Getarum.* Virgil. Georg. III. 462. 68) loco laudato p. 214. *litus Scythicum—barbarorum.* 69) ibid. l. 9 et 10: *Illic Getae, Daci, Sarmatae, Amaxobii, Trogloditae, Alani;* et paulo infra l. 16. *Neutri . . . Geloni, Agathyrsi, Anthropophagi.* 70) *in—posita.* V. supra l. I. c. 62. 71) Patet Adamum Iumne civitatis situm latuisse. 72) De Hiltino v. supra ad l. III. 70. (l. IV. c. 44.) 73) Solini ut videtur verba in cap. 20. respexit, sed male intellexit: *Mons Sevo ipse ingens, nec Riphaeis minor collibus, initium Germaniae facit.* 74) Orosius l. I. c. 2: *Germania, ubi plurimam partem Suevi tenent.* 75) Pharsal. l. II. v. 51. 52: *Fundat ab extremo flavos aquilone Suevos — Albis.* 76) Götha Elv. 77) L. I. c. 1 — 5. 78) Taciti Germania c. 44sqq. 79) Marcian. l. I. cap. de quarto sinu Europae. Conf. Solinum c. 16.

num sylvarumque maxima[a] ubique peregrinis mercibus omnis regio plena. Ita nullis[b] egere Sueones dicas opibus, excepta quam nos diligimus sive potius adoramus, superbia[c] (Sch. 127.). Omnia enim instrumenta vanae gloriae, hoc est aurum, argentum, sonipedes regios, pelles castorum[d] vel[e] marturum[f], quae nos ammiratione[g] sui dementes[h] faciunt, illi pro nichilo ducunt. In sola mulierum copula[i] modum nesciunt. Quisque secundum facultatem suarum virium duas aut tres et[k] amplius simul habet; divites et[l] principes absque numero[79]. Nam et filios ex tali coniunctione genitos habent legitimos. Capitali vero pena multatur, si quis uxorem alterius cognoverit, aut vi oppresserit[m] virginem[n], sive qui alterum spoliaverit bonis suis, aut iniuriam fecerit[o]. Hospitalitate quamvis omnes Yperborei sint[p] insignes, praecipui sunt nostri[q] Sueones; quibus est omni probro gravius hospicium negare transeuntibus, ita ut studium vel[r] certamen habeant inter illos[s], quis dignus sit recipere hospitem. Cui exhibens[t] omnia iura humanitatis, quot diebus illic[u] commorari voluerit, ad amicos eum suos[v] certatim per singulas dirigit[w] mansiones. Haec illi bona in moribus habent. Praedicatores autem veritatis, si casti prudentesque ac ydonei sunt[x], ingenti amore fovent, adeo ut concilio populorum communi[y], quod ab ipsis warh[z] vocatur, episcopos interesse[*] non renuant[a]. Ubi de Christo et[b] christiana religione crebro[c] audiunt non inviti. Et fortasse facili[d] sermone ad nostram fidem illi[e] persuaderentur, nisi quod mali doctores, dum sua quaerunt, non (Phil. 2, 21.) quae Iesu Christi, scandalizant eos, qui possent salvari.

22. Populi Sueonum multi sunt, viribus et armis egregii, praeterea tam in equis (Cap. 231.) quam in navibus iuxta optimi bellatores. Unde etiam sua potentia ceteras aquilonis gentes constringere[f] videntur. Reges habent ex genere antiquo[g], quorum tamen vis[h] pendet in populi sentencia; quod in commune[i] omnes laudaverint, illum[80] confirmare (Sch. 128.) oportet, nisi eius decretum pocius videatur, quod aliquando[k] secuntur inviti[l]. Itaque domi pares esse gaudent. In praelium euntes omnem praebent obedientiam regi[m], vel ei qui doctior[n] ceteris a rege praefertur. Si quando vero[o] praeliantes in angustia positi sunt[p], ex multitudine deorum quos colunt[q], unum invocant auxilio[r]: ei[s] post victoriam deinceps sunt devoti, illumque ceteris anteponunt. Deum[t] autem christianorum iam communi sentencia fortiorem[u] clamant omnibus esse; alios deos sepe fallere, illum porro semper astare certissimum adiutorem in oportunitatibus[v].

23. Ex ipsis populis Suediae[w] proximi ad nos habitant Gothi, qui occidentales (Cap. 232. Sch. 129.) dicuntur, alii sunt orientales. Verum Westragothia[x] confinis est provinciae Danorum,

Schol. 127. Quo etiam morbo Sclavi laborant et Parti[y] et Mauri, sicut Lucanus testis est de Partis[z, 81], et de Mauris Sallustius[**, 82]. (2. 4. 8b.)

Schol. 128. Omnia quae aguntur[a] inter barbaros, sortiendo fiunt[b] in privatis rebus. In publicis autem causis et[c] demonum responsa peti solent, sicut in gestis sancti Ansgarii[83] potest cognosci. (2. 5. 6. 8b. 9.)

Schol. 129. Gothi a Romanis vocantur Getae, de quibus Virgilius dicere videtur[d]:

. . . *acerque Gelonus*[e]
Cum fugit in Rhodopen[f], *atque in deserta Getarum,*
Et lac concretum cum sanguine potat equino[84].

Hoc usque hodie Gothi et Sembi[g] facere dicuntur, quos ex lacte iumentorum inebriari certum est[85]. (2. 5. 6. 7. 8b.)

a) magna 2. 4. 9. 10. b) Nullis itaque 4. c) superbiam 4. d) castrorum 7c. *F.* e) et 4. f) martarum 2. 9. 10. g) admiratione 2. 4. h) clementes 2. i) copia 7. k) vel 4. vel tres vel 7. l) ac 9. m) violaverit 1. n) aut — virginem *desunt* 6. o) aut vi interfecerit 9. p) sunt 9. q) *deest* 7c. r) studium vel *desunt* 4. et certamen 9. s) se 4. 7. t) Cui cum exhibuerint 7. u) ibi 9. v) suos illum 2. 4. w) dirigunt 7. x) prudentes et ydonei sint 4. y) consilio communi 9. 10. z) warch 2. 7. 8. varch 10. warth 9. warph 4. 5. 6. *Cod. 4. in margine post vocabulum* ipsis *recentiori manu addit:* quod ab ipsis thinc a nobis; *inde* 5: quod ab ipsis warph a nobis thinc. *) inter se esse 7. a) *Hic deficit codex* 4. b) ac 5. c) crebro *deest* 9. d) profecto facile 5. 9. 10. facili *deest* 6. e) ad summam nostrae fidei 7. illi *deest* 2. 9. 10. f) confringere 5. 8b. 9. g) antiquos 1. 5. 6. 7c. h) ius 2. 8. 9. 10. i) communi 7c. k) aliqui 7c. 9. l) multi 1. m) r. suo 7c. n) doctior *deest* 9. doctor 8. o) Si vero aliquando 7. Si qui vero 9. p) sint *M. F.* q) quos colunt *deest* 9. 10. r) unum in auxilium invocant 2. 5. 9. s) cui 6. t) dominum 10. u) ferociorem 9. v) in omnibus o. 7c. w) Sueoniae 2. 10. Sueonum 9. x) Westergothia 5. Vestragothia 9. 10. y) Parthi 4. 8b. z) de Partis *desunt* 5. **) Salustius 4. 8b. a) agantur 8b. geruntur 9. b) sciunt 2. 9. faciunt 8b. c) etiam 5. 8b. d) dicit 7c. e) Gelanus 2. 8b. f) Rodopen 2. 8b. g) Serabi *F.*

79) De polygamia Nortmannorum v. Dudon. de moribus et actibus Normann. l. I. init. 80) *illum* sc. regem. 81) Lucan. Pharsal. l. VIII. v. 399 seq. 82) Sallust. bellum Iugurth. c. 76. 83) Ib. c. 18. 19. 27. 30. 84) Georg. l. III. v. 461 sq. 85) V. supra c. 18. fin.

quae Sconia dicitur. A qua etiam[a] fertur[b] diebus septem perveniri usque ad civitatem Gothorum magnam Scarane[84]. Deinde Ostrogothia[c] protenditur iuxta mare illud quod Sch. 130. Balticum vocant[d], usque ad Bircam. Primus Gothorum episcopus Thurgot[e] fuit, secundus vero[f] Godescalcus, vir sapiens et bonus, ut praedicant[g], nisi quod domi sedens ocium labori praetulit[h]. Tercium[i] ordinavit noster metropolitanus Adalwardum seniorem, vere[k] laudabilem virum[85]. Qui deinde perveniens ad barbaros, ut[l] docuit, ita[m] vixit. Nam sancte vivendo[n], bene docendo magnam gentilium multitudinem traxisse Sch. 131. fertur ad christianam fidem[o]. Claruit etiam virtutum[p] miraculis, ita ut poscentibus in necessitate barbaris, ymbrem[q] faceret descendere vel denuo serenitatem venire, et alia quae hactenus quaeruntur a doctoribus. Is autem vir memorabilis in Gothia permansit[r], nomen domini Iesu constanter omnibus praedicans[s], ibidemque post multos agones, quos pro Christo libenter sustinuit, victricem terrae carnem tradidit, spiritus coelum petiit laureatus. Post quem archiepiscopus ordinavit in illas partes quendam Acilinum, nichil ferentem episcopali nomine dignum[t], praeter ingentem corporis staturam. Et ille quidem diligens carnis requiem, frustra[u] mittentibus legationem Gothis, usque ad obitum suum Coloniae mansit[v] in deliciis[v*].

24. Inter[w] Nordmanniam et Sueoniam Wermilani[x, 86] et Finnédi[y, 87] degunt, et alii: qui nunc omnes sunt christiani, respitiuntque ad Scaranensem ecclesiam. In confinio Sueonum vel Nortmannorum contra boream habitant Scritefini[z], quos aiunt cursu feras Sch. 132. praeterire[*, 88]. Civitas[a] eorum maxima Halsingland[b, 89], ad quam[c] primus ab archiepiscopo designatus est Stenphi[d] episcopus, quem ipse mutato nomine Symonem vocavit. Qui etiam multos earundem gentium sua praedicatione lucratus est. Praeterea sunt alii numero carentes[e] Sueonum populi, de quibus ad christianitatem conversos accepimus solos Gothos, Wermilanos et partem Scritefinorum[f], vel qui illis vicini sunt.

Cap. 233. 25. Igitur ut brevem Sueoniae[g] vel Suediae[h] descriptionem faciamus: haec ab occidente Gothos habet et civitatem Scaranem[i], a borea Wermilanos[k] cum Scritefinnis[l],

Schol. 130. Quamvis ante hos[m] Danorum episcopi vel Anglorum[n] Suediam praedicarunt[o]. Thurgot vero specialiter[p] in Gothiam ordinatus est ad sedem Scaranensem[q]. (2. 5. 6. 8b.)

Schol. 131. A rege Haroldo invitatus Adalwardus quoque in Nordwegiam venit et pro sanctitate viri[r] et fama virtutum eius honorifice susceptus est. Cui abeunti rex tantum pecuniae obtulit, ut exinde statim 300 captivos redemit episcopus[s].

Adalwardus[t] iunior eo tempore veniens in Gothiam, cognominem suum[u] reperit infirmum; cuius exequias cum luctu procurans, in Sictonam[v] properavit. Sed postea cum repulsus esset a paganis, invitatus venit ad Scaranem[w] civitatem, quod nostro archiepiscopo non bene placuit[x], quare eum sicut violatorem canonum vocavit Bremam. (2. 5. 6. 8b.)

Schol. 132. Halsingland est regio Scritefinnorum, sita in Ripheis montibus[y]; ubi nix perpetua durat[90]. Homines ibi gelu recocti[z], tecta domorum non curant[**], carne ferarum pro cibo et pellibus earum pro indumento fruuntur[91]. (2. 5. 6. 8b.)

a) etiam *deest* 5. b) ferunt 2. 5. 7. 9. c) Astrogothia 7a. Ostrogotia 5. Ostrogotica 9. d) vocatur 7. mare quod h. dicitur 5. e) Thurgoth 6. Thurgotus 10. Thürgotius 9. f) vero *deest* 4. 9. g) ut praedicant *desunt* 5. h) praetulerit 9. i) tertium autem 5. k) vere *deest* 10. l) sicut 2. 5. 9. 10. m) ita *deest* 9. n) ac *addunt* 2. 5. 10. et 9. o) ad ch. convertit fidem 5. p) Qui e. v. claruit 5. q) imbrem de coelo 5. r) permanens 5. s) praedicavit 5. t) dignum *deest* 1. u) frustratam 2. 8. 9. v) permansit 2. 5. 9. v*) Primus Gothorum — deliciis *desunt* 7. w) Item 1. x) Wermelani 2. 8. 9. Warmelanos 5. Wermulani 7. Vermelani 10. y) Finwedi 5. 9. Findwedi 2. Finvedi 10. z) Scitefini 6. Scritefinni 2. 8. 10. Scritesfinni 7. Scridofinni 9. Scritefingi *F.* *) praeire 5. anteire 6. a) civitasque 7c. b) Halsingaland (Halsingland 9.). Et Halsingaland regio est 2. 5. 9. 10. c) Ad quam — lucratus est *desunt* 7c. d) Stemphi 9. e) certantes 9. f) Scritifinnorum 7. Scritifennorum 7c. Scritefinnorum 2. 8. 9. Scritefingorum 5. *saepius.* 6. g) Sueonum 7. h) vel Suediae *desunt* 2. 2a. 9. 10. i) Scaranen 5. Scaraneam 7. Scharaneam 7c. k) Wermelanos 2. 2a. Wermulanos 7b.c. Vermelanos 9. 10. l) Scritefingis 6. 7a.c. m) hoc *F.* n) in *addit* 5. apud 8b. o) praedicarint 5. p) specialiter *deest* 8b. q) Scarinensem 2. r) viri *deest* 5. s) redimeret 5. 9. redemerit 8b. t) autem *add.* 5. 9. u) suum *deest* 6. v) procurans Sictoniam 5. 9. w) Scaranen 5. x) displicuit 6. valde displicuit 5. 9. y) in altissimis m. qui Riphaei dicuntur 5. z) qui *add.* 5. **) qui d. n. c. tecta 5.

84) Skara in Dalsland s. Skaraborg. 85) V. supra l. III. c. 14. 86) Wärmeland in provincia Suecica Carlstad. 87) Finnheide, Finnwald, in occidentalibus partibus provinciae Smålandiae versus Hallandiam. Conf. Cl. E. G. Geijer Geschichte Schwedens T. I. p. 52. 88) Martianus l. l. pag. 226 narrat, Troglodytas „*feras cursu praeterire*“. 89) Helsingland in Suedia iuxta sinum Bothnicum. 90) *Ultra hos* (Arimaspos) *et Riphaeum iugum regio est assiduis obsessa nivibus.* Solin. c. 15. 91) Paul. Warnefrid. l. I. c. 5: *Scritobini . . qui etiam aestatis tempore nivibus non carent . . . crudis agrestium animantium carnibus vescuntur, de quorum etiam hircis pellibus sibi indumenta coaptant.*

quorum caput[a] Halsingland[b], ab austro longitudinem habet illius Baltici[c] maris, de quo ante diximus: ibi[d] civitas magna Sictone[e]. Ab oriente autem Ripheos montes attingit, [Sch. 133.] ubi deserta ingentia[f], nives altissimae, ubi monstruosi hominum greges ultra prohibent accessum[92]. Ibi sunt[g] Amazones, ibi Cynocephali, ibi Ciclopes, qui unum in fronte habent oculum[h. 93]. Ibi sunt hii[i] quos Solinus dicit Ymantopodes[k], uno pede salientes[94], et illi qui humanis carnibus delectantur pro cibo, ideoque sicut fugiuntur[95], ita etiam iure tacentur. Narravit[l] michi rex Danorum sepe recolendus[m], gentem quandam ex montanis in plana[n] descendere solitam, statura modicam[o], sed viribus et agilitate vix Suedis ferendam, hiique[p] incertum esse[q] unde veniant[r]; *semel aliquando per annum vel post*[s] *triennium*, inquit, *subiti*[t] *accedunt.* Quibus nisi totis resistatur viribus, omnem depopulantur regionem, et denuo recedunt[u]. Aliaque multa recitari solent, quae brevitati studens omisi, ab his[v] dicenda, qui haec[w] se vidisse[x] testantur.

26. Nunc de supersticione Sueonum pauca dicemus[y]. Nobilissimum[z] illa gens [Cap. 234.] templum habet, quod Ubsola dicitur, non longe positum ab[*] Sictona[a] civitate[b]. In hoc templo, quod totum ex auro paratum[c] est[96], statuas trium deorum veneratur populus, [Sch. 134. Sch. 135.] ita ut potentissimus eorum Thor in medio solium habeat triclinio[d]; hinc et inde locum possident[e] Wodan[f] et Fricco[g]. Quorum significationes eiusmodi sunt: „*Thor*[h], inquiunt, *praesidet in aere*[i], *qui tonitrus*[k] *et fulmina, ventos ymbresque, serena*[l] *et fruges*[m] *gubernat. Alter Wodan, id est furor*[n], *bella gerit*[o], *hominique*[p] *ministrat*[q] *virtutem contra inimicos. Tertius est Fricco*[97], *pacem voluptatemque largiens mortalibus.*" Cuius etiam simulacrum fingunt cum[r] ingenti priapo[s]. Wodanem[t] vero sculpunt armatum, sicut nostri Martem[u] solent[98]; Thor autem cum sceptro Iovem simulare[v] videtur[w. 99]. Colunt [Sch. 136.]

Schol. 133. In Yperboreis montibus praeter alia[x] monstra leguntur et gryphes[y] nasci[1]. (2. 5. 6.)

Schol. 134. Prope illud templum est arbor maxima late ramos extendens, semper viridis in hieme et aestate, cuius illa generis sit, nemo scit[z]. Ibi etiam[**] est fons, ubi sacrificia paganorum solent exerceri et homo vivus immergi[a]. Qui dum non invenitur[b] ratum erit votum populi. (5. 6. 8b. 10.)

Schol. 135. Catena aurea templum illud[c] circumdat pendens supra domus fastigia[d], lateque rutilans advenientibus, eo quod ipsum delubrum[e] in planitie situm[f] montes in circuitu habeat positos ad instar theatri. (5. 6. 7. 8b. 10.)

Schol. 136. Nuper autem rex Sueonum christianissimus Anunder[2], cum sacrificium gentis statutum nollet demonibus offerre, depulsus a regno, dicitur[g] a conspectu concilii gaudens abisse[h], quoniam dignus habebatur pro nomine Iesu Christi contumeliam[i] pati. (5. 6. 8b.)

a) capud 1. est *add.* 2. 8b. b) Halsingaland 2. 2a. 5. 9. Helsingland 7a.b. c) illius *deest* 9. *Hic desinit codex Guelpherbytanus; quare deinceps lectiones codicis* 2a. *enotare visum est.* d) est *addit* 2a. 5. 9. 10. e) Sictona 5. Sictonie 6. f) ubi *addit* 5. 9. 10. attingit d. i. ubi 2a. g) sunt *deest* 1. h) Ibi sunt — oculum *desunt* 7. i) illi 2a. 5. 9. 10. k) Ymantopedes 2a. 7c. 9. Himantopodes 5. Imantopedes 10. l) igitur *addit* 5. m) Tradunt etiam (enim 7c.) noti plagae illius 7. n) planam 9. o) modica 7c. p) statura · hiique *desunt* 2a. 5. 9. 10. inque incertum unde 2a. hii quoque 6. solitam hique incertum 9. q) esse *deest* 1. est 7c. r) veniunt 2a. 6. 10. est unde veniant 7. veniat 5. s) per 9. t) triennium subito 7. u) Quibus — recedunt *desunt* 9. v) ab his *desunt* 7. w) haec *deest* 9. x) qui se multa vidisse 7b. quae se multi v. 7a.c. y) Sueonum videamus 2a. 8. 9. 10. z) Nobilissima 7. *) a 6. posita a 9. a) Sictana 2a. Sictonia 6. Syctona 10. b) vel Birka *add.* 5. 9. *In cod.* 7. *sequuntur quae in schol.* 135. *leguntur.* c) peractum 9. totum auro ornatum 7. d) solum h. (et *addit* 10.) triclinium 5. 9. solium h. triclinium 2a. solium habeat triclinum 8. e) in medio — possident *desunt* 7. f) Vodan 9. 10. *semper.* g) Frico 2a. h) Thor Wodan 7c. i) praesidet mare 9. k) tonitrua 9. 10. l) ventos, nubes imbresque serenat 7. et serena 10. m) s. frugesque 2a. 9. 10. n) fortior 2a. 5. 9. 10. o) regit 2a. 5. 9. p) hominumque 5. q) monstrat 7a. r) cum *deest* 2a. 5. 9. 10. s) Cuius · priapo *desunt* 7. t) Vodonem 9. u) sculpere *add.* 5. v) exprimere 5. w) *In cod.* 7. *hic leguntur fere verba scholii* 134: Prope eius . . . semperque viridis, hieme et aestate, et cuius . . . scit. x) quae ibi sunt *addit* 5. y) gryphes etiam leg. 9. z) generis nescitur 8b. 10. **) etiam *deest* 8b. 10. a) sacrificia peraguntur et h. v. immergitur 10. b) non inveni . . . 6. invenitur 8b. 10. immergitur 5. c) illud *deest* 5. 8b. 10. d) stagia 7a. fagia 7c. fagra 7b. e) templum 8b. 10. f) est *addit* 7. g) regno ibat 5. h) abisse *deest* 5. i) contumeliam *deest* 5. Christi *deest* 8b.

92) Solinus c. 30: *Ultra hos* (Macrobios) *desertae solitudinis . . . Deinde in ultimis Orientis monstrosae gentium facies.* 93) Solinus cap. 30. ait de Agriophagis, Aethiopum gente, eos rege praeditos esse, *cuius in fronte oculus unus est.* 94) Solin. c. 31. Aliter de iis Marcianus p. 218. Uterque tamen Himantopodes in Libya collocat. 95) De Anthropophagis Scythicis similibus verbis loquitur Solinus cap. 15, quos Aethiopum dicit gentem c. 30. *Anthropophagi, quibus execrandi cibi sunt humana viscera . . adiacentium terrarum solitudo, quas . . finitimae nationes metu profugae reliquerunt.* 96) *ex auro paratum* h. e. deauratum. 97) rectius Freyr, Germanis Fro. V. Grimm Deutsche Mythologie T. I. pag. 190 sq. 98) Conf. I. Grimm l. l. pag. 160. *Populis istis deus Mars est.* Solin. c. 15. 99) Idem sentiebant, qui diem Iovis appellaverunt Donnerstag, Thursday. 1) *In Asiatica Scythia — grypes tenent universa.* Solin. c. 15. 2) Conf. supra l. III. c. 15. Schol. 85.

et[a] deos ex hominibus factos, quos pro ingentibus factis immortalitate donant, sicut in vita sancti Anscarii[b] leguntur Hericum regem[c] fecisse[3].

Cap. 235. 27. Omnibus itaque[d] diis suis[e] attributos habent[f] sacerdotes, qui sacrificia populi[g] offerant[h]. Si pestis et famis imminet, Thor ydolo lybatur[i, 4], si bellum, Wodani[k], si nuptiae celebrandae sunt, Fricconi. Solet quoque post novem annos communis omnium Sueoniae provintiarum sollempnitas in Ubsola[l] celebrari. Ad quam videlicet sollempnitatem nulli praestatur immunitas. Reges et populi, omnes et singuli sua dona transmittunt ad Ubsolam, et quod omni poena crudelius[m] est, illi qui iam induerunt christianitatem, ab illis se redimunt cerimoniis. Sacrificium itaque tale[n] est. Ex omni animante, quod masculinum est, novem capita offeruntur, quorum sanguine deos placari[o] mos est. Corpora autem suspenduntur in lucum, qui proximus est templo. Is enim lucus tam sacer est gentilibus[p], ut singulae arbores eius, ex morte vel tabo[q] immolatorum divinae credantur. Ibi etiam canes et equi[r] pendent cum hominibus[5], quorum Sch. 137. corpora mixtim suspensa narravit mihi aliquis[s] christianorum[t] 72 vidisse[u]. Ceterum neniae, quae in eiusmodi ritu libationis[v] fieri solent, multiplices[w] et inhonestae, ideoque[x] melius reticendae[6].

Cap. 236. 28. In eadem provintia nuper[y] contigit res memorabilis, et pro dignitate gestorum longe divulgata; pervenit etiam ad noticiam pontificis[z]. Quidam[*] e sacerdotibus, qui ad Ubsolam demonibus astare[a] solebat, nequicquam[b] iuvantibus diis factus est[c] cecus. Cumque vir sapiens infortunium[d] orbitatis suae culturae ydolorum imputaret, quam[e] supersticiose[f] venerans potentissimum[g] deum christianorum offendisse videretur, ecce ipsa nocte apparuit sibi virgo decora nimis, interrogans[h], si in filium eius credere maluerit, fore[i] ut visum reciperet, abiectis quae ante colebat simulacris[i*]. Tunc ille qui nichil ardui rennueret subeundum pro hoc dono, ita se[k] facere, letus spopondit. Ad haec[l] virgo: *Scito*, inquit, *certissime, hunc locum, ubi nunc tantus innocentium sanguis*[m] *effunditur, in meo proxime dedicandum honore. In qua re ne tibi aliqua signa dubietatis remaneant, in nomine Christi, qui est filius meus, tu recipe lumen oculorum tuorum.* Mox ille recepto lumine credidit, pertransiensque totas[7] in circuitu regiones, facile[n] paganis fidem persuasit, ut crederent in eum, qui se[o] cecum illuminavit.

Cap. 237. Quibus miraculorum causis impellentibus, statim noster metropolitanus obediens Ev. Iohann. 4, 35. voci quae[p] dicit: *Respicite et levate oculos vestros, quoniam regiones iam albae sunt ad messem*, ordinavit in illas partes Adalwardum iuniorem, de Bremensi choro assumptum, virum litteris et morum probitate fulgentem. Cui[q] etiam per legatos clarissimi[r] regis Steinkel[s] sedem posuit in Sictona civitate, quae distat ab Ubsola itinere[t] diei unius[u]. Est vero iter eiusmodi[v], ut a Sconia Danorum per mare velificans quinto die pervenias usque[w] Sictonam[x] vel Bircam, iuxta enim sunt[8]. Si vero per terram eas a Sconia

Schol. 137. Novem diebus[y] commessationes[z] et eiusmodi[**] sacrificia celebrantur[a]: unaquaque die offerunt hominem unum[b] cum ceteris animalibus[c], ita ut[d] per novem dies 72 fiant animalia[e] quae offeruntur. Hoc sacrificium fit circa aequinoctium vernale[f]. (5. 6. 7. 8b. 10.)

a) etiam 2a. b) Anscarii 2a. in — Ansgarii *desunt* 7. c) legitur Hericum regem 1. leguntur de Herico rege 7. leguntur Heinricum (Henricum 2a. 9.) regem 2a. 6. 9. legitur Henricum 10. legitur Hericus rex 5. d) itaque *deest* 7b. scilicet 5. e) suis *deest* 2a. 5. 7b. 9. 10. f) habent *deest* 5. attribuunt 2a. 3. 8. 9. 10. g) populis 1. h) offerunt 7. i) immolant 5. 9. 10. idola immulant 2a. Thor immolatur 6. k) Wadani 2a. *et saepius* a *pro* o. l) in U. *deest* 5. Ubsula 2a. *et saepius* u *pro* o. Upsula 7c. *saepius.* m) gravius 2a. n) illuc 7a. o) deos tales placari 2a. 3. 5. 9. sanguine tales placari 6. placare talis 7. p) gentibus 9. q) tabe 7. cibo 2a. 3. 5. 9. r) canes, qui 5. s) fidelis *addit* 7. quidam Ch. 3. 5. t) se *addit* 5. u) se vidisse 9. fuisse 2a. v) ritus libatoriis 9. ritibus libatoriis 2a. 5. w) sunt *addit* 5. 10. x) ideoque ret. sunt 9. y) nuper *deest* 7. z) pervenit — pontificis *desunt* 7. *) enim *addit* 5. a) adstare 9. b) nequiquam 7c. ne quicquam offertorii periret iuvantibus 2a. c) est ille c. 2a. d) *deest* 7c. e) quae 5. f) supersticione 6. g) potissimum *M. F.* h) interroganti 2a. i) maluerit ut 9. mallet ut 10. voluerit 7a.c. voluit 7b. vellet 5. fore *deest* 2a. i*) colebat idolis 9. k) se *deest* 6. l) Haec et 10. m) cruor 5. n) facili fide paganis 2a. 5. 9. 10. o) se *deest* 5. p) qui 5. q) Qui 2a. r) charissimi 10. s) Stenkil 2a. 5. 10. *saepius* Stemkil 6. Stenckil 9. t) iter 9. u) Quibus — unius *desunt* 7. v) huiusmodi 7c. w) usque ad 2a. 9. 10. x) Sictonem 2a. y) dies 7. z) diebus cum commessationibus 8b. **) huiusmodi 7c. a) sacrificia *deest* 7. sacrificant 10. b) vivum 9. c) animantibus 5. 8b. d) quod 7. e) a. q. o. 7. f) Hoc — vernale *desunt* 5. 6.

3) Cap. 26. 4) *lybare* h. e. sacrificare, litare, ut infra libatio pro sacrificio. 5) De hominibus sacrificatis v. etiam Dudonem l. I. init. 6) Conf. Thietmar. Merseb. l. I. c. 9. I. Grimm l. l. T. I. pag. 46. 7) *totus* i. e. omnis. V. supra l. III. c. 19. 8) Conf. Schol. 121.

per Gothorum populos et civitatem Scaranem, Telgas et Bircam[a], completo mense pervenies Sictonam[b].

29. Adalwardus igitur magno fervore[c] praedicandi euangelii Suediam[d] ingressus, omnes qui in Sictona erant et in circuitu, brevi spatio temporis ad christianam fidem perduxit. Conspiravit etiam cum Sconiensi[e] episcopo, sanctissimo[f] Eginone, ut pariter adirent illud templum paganorum, quod Ubsola dicitur, si forte aliquem Christo laboris sui fructum ibi possent offerre; omnia tormentorum genera libenter suscepturi, ut destrueretur illa domus, quae caput est[g] supersticionis barbaricae. Illa enim diruta vel potius cremata, fore, ut tocius[h] gentis conversio sequeretur. Quam confessorum Dei voluntatem piissimus rex Steinkel[i] in populo murmurari sentiens, callide submovit eos a tali cepto, asserens et illos statim morte dampnandos, et se depellendum a regno, qui malefactores in patriam duxerit, et facile omnes ad paganismum relapsuros[k], qui nunc credunt, sicut in Sclavania[l] nuper possit[m] factum[n] videri. Talibus regis allegationibus[o] consentientes episcopi, omnes Gothorum civitates peragrabant, ydola confringentes, et multa paganorum milia deinceps lucrantes ad christianitatem. Adalwardo postea defuncto apud nos subrogavit archiepiscopus quendam a Rambsola Tadiconem[p], qui propter ventris amorem domi famelicus esse[q] maluit, quam foris apostolus[q*]. Haec de Sueonia et cerimoniis[r] eius dicta sufficiant[s].

Cap. 238. Sch. 138.

30. Nortmannia[t] sicut ultima orbis provintia est, in ultimo libri loco convenienter ponetur a nobis. Haec a modernis dicitur Norguegia[u, 9]. De cuius situ vel magnitudine, cum prius aliqua communiter cum Sueonia dixerimus, nunc vero spetialiter hoc dicendum est, quod[v] longitudine sua in extremam[w] septentrionis plagam extenditur haec regio, unde et dicitur. Incipit autem ex prominentibus scopulis huius freti, quod Balticum appellari solet: deinde reflexo in aquilonem dorso, postquam frementis[x] occeani marginem suo circuit ambitu, tandem in Ripheis montibus limitem facit, ubi et lassus deficit orbis. Nortmannia propter asperitatem montium[y] sive propter frigus intemperatum[z] sterilissima est omnium regionum, solis apta pecoribus. Quorum armenta ritu Arabum longe[*] in desertis stabulant. Eoque[a] victu peculii transigunt[b] vitam, ut lacte pecudum in cibos[c], lana utantur in vestes[d]. Indeque fortissimos educat milites, qui nulla frugum luxuria molliti, sepius impugnant alios quam ipsi molestentur ab aliquo. Sine invidia cum proximis habitant Sueonibus, quamvis a Danis, aeque pauperibus, non impune temptentur[e] aliquando[f]. Itaque rei familiaris inopia coacti, totum mundum circumeunt et pyraticis raptibus amplissimam terrarum facultatem reportant domum, penuriam[g] suae regionis tali modo sustinentes[h]. Post susceptam vero[i] christianitatem, melioribus[k] imbuti scolis, didicerunt iam pacem et veritatem diligere, paupertate sua[l] con-

Cap. 239. Sch. 139.

Schol. 138. Relatum est autem[m] nobis a quibusdam stipatoribus Adalwardi episcopi, cum primum Sictonam accessisset ad unam missarum celebrationem, ad manum oblatas[n] sibi 70 marcas argenti[o]. Tantae enim[p] devotionis sunt omnes populi arcticae[q] plagae. Tunc etiam occasione itineris divertit Bircam, quae nunc in solitudinem redacta est, ita ut vestigia civitatis vix appareant: quare[r] nec tumulus sancti Unni archiepiscopi inveniri potuit[s]. (2^a. 5. *in textu*. 6. 8. 8^b.)

Schol. 139. Ab illis[t] Nordmannis qui trans Daniam habitant[u], venerunt isti Nordmanni, qui Franciam incolunt, et ab his nuper Appulia suscepit tertios Nordmannos. (5. 6. 8^b.)

a) Rigas et Bircas 7. b) Sue . . ., 6. Sictonam 5. c) favore 9. 10. d) Sueoniam 2^a. 9. 10. *semper*. e) Scanensi 2^a. 9. f) viro *addit* 5. g) erat 5. h) tota 2^a. 5. 9. 10. i) Steinkil 6. Stenkil 2^a. 5. k) delapsuros 1. l) Sclauia 6. m) potest 2^a. 5. 9. 10. n) factum *deest* 9. 10. o) allocutionibus 2^a. 5. 9. 10. p) Radiconem 6. q) fama exili esse: *coniectura Fabricii.* q*) *Verba* Adalwardo — apostolus, *quae in textu codd.* 1 *et* 6. *leguntur, desunt* 2^a. 9. 10; *in codd.* 5 *et* 8^b. *instar scholii, sc. nr.* 95. *leguntur. In cod.* 7. *totum hoc caput, exceptis verbis sequentibus:* Haec de S. — sufficiant, *deest.* r) caeremoniis 9. 10. s) sufficiunt 10. t) Nordmannia 5. 6. 10. Normannia 2^a. 7. 9. *In cod.* 2^a. *hic legitur inscriptio:* Incipit de Nordwegia, *in* 8. *vero:* Incipit de regno Norduegiae; *in cod.* 9: De regno Norwegiae; *in* 10: Nordmannia. u) Nordvegia 10. *semper*. Norwegia 5. 7. 9. Nordwegia 2^a. *semper*. v) in *add.* 9. w) externam 2^a. x) ferventis 5. y) montium *deest* 9. z) tempestuosum 6. interpretatum $7^{a.c.}$ *) *deest* 7^c. a) quod 7^c. b) transisigunt 6. c) cibis 7^c. d) Quorum — vestes *desunt* 2^a. 5. 9. 10. e) tentantur 5. f) temptentur ab aliquo 6. Sine — aliquando *desunt* 7. pauperibus *deest* 9. 10. g) provinciam 10. h) sustentantes 2^a. 7. 9. 10. i) autem 6. k) maioribus 7. l) pauperes 7. m) *deest* 2^a. 9. 10. n) oblatus 2^a. o) recepit *addit* 2^a. p) *deest* 2^a. 9. 10. q) aquilonaris 2^a. aquilonalis 8 9. 10. r) ubi 2^a. 9. 10. s) *Hoc scholion cod.* 6. *in codd.* 2^a. 5. 8. *in textum receptum est post verba:* pervenies Sictonam. *Deest* 7. t) istis 5. u) sunt 8^b.

9) Nomen Nordwegae notum fuit auctori Encomii Emmae. V. Duchesne SS. rer. Normann. p. 173.
10) Similes Noricorum laudes leguntur apud Ordericum Vitalem in Histor. eccles. l. X. 767. ad a. 1098.

tenti esse, immo quae habent[a] collecta spargere, non ut prius sparsa[b] colligere. Cumque nefandis artibus maleficiorum[c] omnes ab initio servirent[d], nunc vero[e] cum apostolo simpliciter[f] confitentur[g] Christum[h] et hunc crucifixum. Sunt etiam continentissimi omnium mortalium, tam in[i] cibis quam in[i] moribus parcitatem modestiamque[k] summopere diligentes. Praeterea sacerdotum et ecclesiarum tantam habent[l] venerationem, ut vix christianus habeatur, qui non cotidie[m] obtulerit[n] ad missam, quam audierit[o]. Verum baptismus et confirmatio, dedicationes[p] altarium et sacrorum benedictio ordinum apud illos et Danos care omnia redimuntur[q]. Quod ex avaritia sacerdotum prodisse arbitror[r], quia barbari decimas adhuc dare aut nesciunt aut nolunt, ideo[s] constringuntur Sch. 140. in ceteris, quae deberent gratis offerri[t]. Nam et[u] visitacio infirmorum et sepultura mortuorum, omnia ibi venalia. Apud illos[v] tanta morum[w] insignia, ut compertum habeo, sola[x] sacerdotum corrumpuntur avaricia.

Cap. 240. 31. In multis Nordmanniae locis vel Suediae[y] pastores pecudum sunt etiam nobilissimi[z] homines, ritu patriarcharum et labore manuum viventes. Omnes vero sunt christianissimi, qui[*] in Noruegia[a] degunt, exceptis illis, qui trans arctoam plagam circa occeanum remoti sunt. Eos[b] adhuc fertur[c] magicis artibus sive[d] incantationibus in tantum praevalere, ut se scire fateantur, quid a singulis in[e] toto[f] orbe geratur[g]. Tunc etiam potenti murmure verborum grandia cetę[h] maris in litora trahunt[i], et alia[k] multa, quae de maleficis in scriptura[l] leguntur, omnia[m] illis ex usu facilia sunt. In asperrimis[n], quae ibi sunt, alpibus, audivi mulieres esse barbatas[o], viros autem silvicolas raro se praebere videndos. Qui[p] ferarum pellibus utuntur pro vestibus, et loquentes ad invicem frendere[11] magis quam verba proferre dicuntur[q], ita ut vix a proximis intelligi queant[r] populis. Eadem montana Romani auctores Riphea iuga nuncupant, perpetuis horrida nivibus[12]. Scritefingi[s] vivere non possunt absque frigore nivium, qui etiam feras praevolant suo cursu per altissimas nives[t]. In eisdem montanis agrestium ferarum tanta est Sch. 141. multitudo[u], ut plurima pars regionis ex solis vivant[v] silvaticis. Ibi capiuntur uri[w],

Schol. 140. De sepultura paganorum, quanquam non credant resurrectionem carnis, hoc tamen est memoriale, quod more antiquorum Romanorum[x] busta et exequias eorum omni[y] veneratione colunt. Ceterum pecuniam hominis tumulant cum eo, armaque et cetera quae ipse vivens habuit cariora[z]. Quod etiam de Indis[**] habetur scriptum[a]. Quod tradunt[b] ex antiquo ritu gentilium, in quorum mausoleis adhuc solent inveniri talia, cum aut in amphoris aut in aliis vasculis secum thesauros infodere[c] iussissent[d]. (5. 6. 8b. 9.).

Schol. 141. Paulus ergo[e] in historia Longobardorum[13] affirmat, in ultimis partibus septentrionis inter[f] Scritefingos in quadam spelunca oceani iacere septem viros[g] quasi dormientes, de quibus est opinio diversa, et quod praedicaturi sint illis gentibus circa finem mundi[h]. (5. 6. 8b.) Dicunt alii ex undecim milibus virginibus[i] illuc pervenisse aliquas[k], quarum cetus et naves monte obrutae sunt: ibique fieri miracula. Ubi et ecclesiam construxit Olaph[l]. Olaph itaque[m] rex iustissimus, Nordmannos primus christianitati attraxit[n]. Magnus, filius eius, Danos subiugavit. Haraldus[o], frater Olaph nequissimus, Orchadas suo adduxit imperio, regnumque suum[p] dilatavit usque ad Ripheos montes et[q] Island[14]. (5. 6. 8b.)

a) haereditant 2a. 5. 9. 10. b) conspersa 2a. 5. 9. 10. c) maleficiorum *deest* 9. d) servierunt 7c. e) vero *deest* 5. 9. 10. n. v. *desunt* 2a. f) *deest* 2a. g) confitentes 7c. h) Christum *deest* 5. i) in *deest* 7. k) que *deest* 7c. molestiamque *M. F.* l) exercent 7. m) cotidie *deest* 9. n) offerat 5. o) audit 2a. 9. 10. p) dedicationis 9. 10. q) Verum — redimuntur *desunt* 7. r) arbitramur 8. 9. 10. arbitrantur 2a. arbitratur 5. s) que *addit* 2a. 5. 9. 10. t) quae gratis dari deberent 9. u) et *deest* 5. est 7. v) igitur *addit* 2a. 5. 9. 10. w) tanta morum *desunt* 1. x) solum 2a. y) Nordmannorum vel Sueonum 9. z) nobillimi 1. *) qui *deest* 6. a) Norguegia 6. b) Quos 5. Eos enim 7c. c) ferunt 2a. 5. 6. 7. 9. 10. d) sicut 9. e) *deest* 2a. 10. f) terrarum *addit* 5. g) quae — gerantur 7a. h) certe 10. i) trahuntur 2a. k) aliaque 5. l) scripturis 5. m) omnia *deest* 5. n) etiam *addit* 5. o) barbaros 2a. 7c. 10. *M. F.* p) Hii 7c. q) videntur 10. r) queat 7c. intelligantur 2a. 9. 10. s) Scritefinni 7. 8b. t) Eadem — nives *desunt* 2a. 9. 10; *in* 5. 8b. *iuncta sunt cum scholio* 98. pervolant . . alt . rupes 8b. u) copia 2a. 5. 6. 7. 9. 10. v) vivat 5. 7. w) ursi 7. x) De sepultura — Romanorum *desunt* 8b. y) eorum omni *desunt* 8b. z) Pecuniam et arma cum defuncto (Pecuniam cum ipso et arma eius 9.) tumulant et si qua alia ipsi cariora in vivis fuerunt 8b. 9. **) Iudaeis 5. 8b. 9. a) scribitur 8b. est scriptum 9. b) Qui hoc trahunt 5. Que trahunt 9. c) (sepeli?)ri 6. d) iusserunt 9. scribitur et de vasculis gentilium constat 8b. e) ergo *deest* 8b. f) inter *deest* 8b. g) septentrionis Scritefingos septem in q. sp. o. iacere 5. 9. h) sint apud illas c. f. m. gentes 5. 9. 10. i) Dicunt enim aliqui quasdam ex XI millibus virginum cum sociis suis 5. Dicunt aliqui ex . . virginum 8b. k) aliquas *deest* 5. aliquas cum sociis, quarum 8b. l) Olaus 5. Olavus 8b. m) itaque *deest* 8b. n) primus N. ad christianitatem pertraxit 5. traxit ad christianitatem 8b. o) Haroldus 5. p) imperio, qui et regnum suum 8b. q) (i?)n *sive* necno(n) 6. et 5. et *sive* in Island *desunt* 8b.

11) V. infra cap. 42. 12) Conf. suprà ad schol. 132. *Riphaeorum montium iuga.* Marcian. l. l. cap. de Euphrate. 13) Paul. Diac. l. l. I, 4. qui tamen hos septem viros dormientes esse Romanos coniecit, iisque Scritofinos esse ait vicinos. 14) V. supra l. III. c. 16.

bubali[a] et elaces[14], sicut in Sueonia; ceterum bisontes[15] capiuntur in Sclavonia[b] et Ruzzia[c]: sola vero Nortmannia vulpes habet nigros[d] et lepores, martures[e] albos, eiusdemque coloris ursos, qui sub aqua vivunt quemadmodum uri[f]. Cumque diversa prorsus et insueta[g] nostris multa ibi videantur, ab eiusdem[h] patriae incolis haec et alia plenius[i] dicenda relinquo.

32. Metropolis civitas Nortmannorum[k] est Trondemnis[l], quae nunc decorata ecclesiis, magna populorum[m] frequentia[n] celebratur. In qua iacet[o] corpus beatissimi Olaph[p] regis et martyris. Ad cuius tumbam usque in hodiernum diem maxima Dominus operatur[q] sanitatum[r] miracula[16], ita ut a longinquis illic[s] regionibus confluant hii, qui se[t] meritis sancti non desperant iuvari[u]. Est vero iter eiusmodi, ut ab Alaburg[v] vel Wendila Danorum ingredientibus navim per diem mare transeatur ad Wig[w], civitatem[x] Nortmannorum[17]: inde vela[y] torquentur in laevam[z, 18], circa littora Norvegiae[*], quinta[a] die pervenitur ad[b] ipsam civitatem quae Trondempnem[c] dicitur. Potest autem[d] iri et alia via, quae[e] ducit a Sconia Danorum terrestri itinere usque ad Trondempnem; sed haec[f] tardior in montanis, et quoniam plena est periculo, declinatur a viatoribus. Cap. 241.

33. In Nortmanniam primus ab Anglia venit quidam Iohannes episcopus[19], qui regem[g] conversum cum populo baptizavit[20]. Illi[h] successit Grimkil[i] episcopus[21], qui tunc fuit[k] ad Unwanum archiepiscopum Olaph regis legatus[l]. Tertio loco[m] advenit ille[n] Sigafridus[22], [avunculus Aesmundi[o, 23],] qui et[p] Suedos et Nortmannos iuxta predicavit[q]. Isque duravit usque[r] ad nostram aetatem cum aliis aeque non obscuris[s] in illa gente sacerdotibus. Post quorum excessum noster metropolitanus, petentibus Nordmannorum populis, ordinavit Thoolf[t] episcopum in civitate Trondemnis, et[u] Siguardum[v] in easdem partes. Asgothum[w] vero et Bernardum[24], licet moleste ferret a papa consecratos, accepta satisfactione dimisit a se[x] donatos. Per quos hodieque[y] multas verbum Dei lucratur animas, ita ut in omnibus provinciis Norvegiae beata mater ecclesia laetis floreat incrementis[z]. Inter Nortmannos tamen et Sueones propter novellam plantationem christianitatis adhuc nulli episcopatus certo sunt limite designati, sed unusquisque episcoporum a rege vel populo assumptus[**], communiter edificant[a] ecclesiam, et circueuntes[b] regionem, quantos[c, 25] possunt ad christianitatem trahunt, eosque gubernant sine invidia, quandiu vivunt.

Cap. 242. Sch. 142. Sch. 143.

Schol. 142. Licet ante illum[d] ex nostris Lifdag, Odinkar et Poppo[e] gentem illam predicaverint[f]. Possumus hoc dicere, quod nostri laboraverunt[g], et Angli in labores eorum[h] introierunt. Hunc[i, 26], Meinhardum[27] et Albertum[28] alias ordinatos, cum ad se venirent, cum muneribus archiepiscopus[k] commendavit illis vicem suam tam per Nordmanniam[l], quam per insulas oceani. (5. 6. 8b.)

Schol. 143. . . . . is plen . . . calcitr . . ler . . (6.)

a) buboli 9. b) Slavonia 7. Sclavania 2a. 5. 10. c) Russia 2a. d) nigras 2a. 5. 7a.b. 10. e) mardures 9. 10. mardires 2a. marturos habet 7c. f) quemadmodum et uri 9. aqua ut uri vivunt 5. g) inconsueta 7c. h) eis 7a. eisdem 7c. i) alia pleraque 9. 10. k) Nordmannie T. 7c. l) Thrundem 8. 10. *semper*. Thrumdem 2a. Trundem 9. Trondennis 7. m) populis 6. n) frequentatione 2a. 5. 9. 10. o) iacent 7c. p) Olavi 2a. 10. *semper*. Olaphi 9. q) operatur *deest* 9. ostendit 10. r) sanitatem 7c. s) illuc 2a. 5. 9. 10. t) *deest* 7c. u) posse iuvari 2a. 7. 9. 10. sancti martyris meritis sperant posse iuvari 5. v) Alaburgh 2a. Alaborgh in Vendila 10. w) Wigh 2a. 9. Vigh 10. x) provinciam 2a. 8. 9. 10. y) i. cum vela 2a. 9. 10. z) levum 6. 7. *) Norwegie 6. a) et quinto 5. quinto 2a. b) ad *deest* 9. 10. c) Thrundem 2a. *semper*. Trundhem 9. Trondemnis 5. 6. Trondennis 7. d) *deest* 2a. 9. 10. e) quae — usque ad *desunt* 2a. f) est *addunt* 2a. 5. 9. 10. g) regem Olavum 7c. h) cui 5. i) Grinkil 7. Grimkel 2a. 8. 10. Grimckel 9. Grinkeil 5. k) erat 5. l) qui — legatus *desunt* 7. m) loco *deest* 9. n) ille *deest* 7. o) av. A. *desunt* 1. 2a. 5. 6. 9. 10. p) apud *addit* 2a. 5. apud Suedos et apud N. 8. 9. 10. q) Nordmannos fideliter instruxit 7. r) usque *deest* 9. s) obscuris 1. t) Tholf 2a. 5. 10. Tholff 9. u) Trondemni 5. v) Sigwardum 2a. w) Asgotum 2a. 5. 9. 10. x) a se *desunt* 9. y) usque hodie 5. z) Isque duravit — incrementis *desunt* 7. **) asscriptus 2a. a) aedificavit 7. aedificat 8b. b) circumeuntes 10. circummeantes 9. c) quot 10. d) Ante Nordmannorum *in marg.* Anglorum episcopos quidam 8b. e) apud *addit* 5. 8b. f) praedicaverunt 5. 8b. et *add.* 8b. g) laboraverint 4. h) in nostrorum labores 8b. i) Hunc *deest* 8b. k) episcopus noster c. mun. 8b. l) Nordvegiam 8b.

14) *elaces* i. e. alces. 15) Conf. Solin. c. 20. de Germania, ubi de bisontibus, uris, bubalis et alcibus loquitur. 16) Cf. supra l. II. c. 59. 17) Wig civitas non fuisse videtur Nordmannorum, sed sinus maris ille, qui hodie Wigen nuncupatur, prope Tönsberg, ubi terra adiacens etiam Vikin dicebatur. 18) *Vela . . torsit et in laevum puppim dedit.* Lucan. l. VIII. v. 193. 19) Iohannes. V. supra l. II. c. 35. 20) *regem* sc. Olaph Thrucconis; v. ibid. 21) Grimkil v. l. II. c. 55. 22) V. l. II. 55. 62. Sigafridus, monachus Glastoniensis, episcopus Norwegiae etiam dicitur a Guil. Malmesbur. de Antiquit. Glaston. ecclesiae ed. Hearne p. 95. 23) De Aesmundo s. Osmundo v. supra l. III. c. 14. 70. 24) De Bernardo v. l. II c. 55. 25) *quantos* i. e. quot. 26) sc. Sigafridum s. Osmundum. 27) V. supra l. III. c. 70. (l. IV. c. 44.) 28) V. ibidem.

Cap. 243. 34. Post Nortmanniam, quae est ultima aquilonis provintia, nichil invenies habitacionis humanae[29], nisi terribilem visu et infinitum occeanum, qui totum mundum am-
Sch. 144. plectitur[30]. Is[a] habet ex adverso Nortmanniae insulas multas non ignobiles, quae nunc fere omnes Nortmannorum ditioni subiacent, ideoque non praetereundae sunt a nobis, quoniam Hammaburgensem[b] parrochiam et ipsae respiciunt[c]. Quarum primae[d] sunt
Sch. 145. Orchades insulae, quas barbari vocant Organas; ritu Cicladum illae sunt dispersae[e] per occeanum. De quibus Romani auctores Martianus et Solinus ita scripsisse videntur: *A tergo Britanniae*[f], *unde infinitus patet occeanus, Orchadae*[g] *sunt insulae, quarum 20 sunt*[h] *desertae, 16*[i] *coluntur*[k, 32]. *Orchades insulae paene 40*[l] *iunctae. Item vicinae sunt Electrides*[m], *in quibus electrum gignitur*[33]. Igitur Orchades inter Nordmanniam et[n] Britanniam et[o] Hiberniam positae, frementis[p] occeani ludibundae minas[q] derident. Ad quas a civitate Nortmannorum Trondemni per diem ferunt navigari posse. Itemque[r] ab Orchadibus, aiunt, simile spatium viae[s], sive in Angliam dirigas[t], sive in Scotiam[u] flectere velis. Ad easdem insulas Orchadas[v], quamvis prius ab Anglorum et Scothorum[w] episcopis regerentur, noster primas[x] iussu papae ordinavit Turolfum[y] episcopum in civitatem Blasconam[z], qui omnium curas[*] ageret[a, 34].

Cap. 244. 35. *Insula Thyle*[b], *quae per infinitum a ceteris secreta, longe in medio*[c] *sita est*
Sch. 146. *occeano, vix*,[d] inquiunt, *nota habetur*[35]. De qua tam a Romanis[e*] scriptoribus, quam a barbaris multa referuntur digna praedicari[e*]. *Ultima*, inquiunt, *omnium Thyle, in qua*
Sch. 147. *aestivo solsticio, sole cancri signum transeunte, nox nulla, brumali solsticio perinde*[f] *nullus dies. Hoc quidam*[f*] *senis mensibus fieri arbitrantur*[36]. Item Beda[g] scribit, *in Britannia aestate*[h] *lucidas noctes haut dubie repromittere, ut*[i] *in solstitio continui*[k] *dies habeantur*[l] *senis mensibus, noctesque e diverso ad brumam sole remoto. Quod fieri in*[m] *insula Thyle*
Sch. 148. *Pytheas*[n] *Massiliensis*[o] *scribit sex dierum navigatione in septentrionem*[p] *a Britannia*

Schol. 144. De occeano Britannico, qui Daniam tangit et Nordmanniam, magna recitantur[q] a nautis miracula, quod circa Orchadas[r] mare sit[s] concretum[37] et ita spissum a sale, ut vix moveri possint[t] naves, nisi tempestatis auxilio; unde etiam vulgariter[u] idem salum lingua nostra[v] Libersee[v*] vocatur[38]. (5. 6. 7. 8b.)

Schol. 145. Hic apparet, quod scriptor huius libelli fuit ex Germania superiori, unde vocabula pleraque sive nomina propria, cum ad suam aptare voluit linguam, nobis corrupit. (5.)

Schol. 146. Tyle . . in mari . . omnium insularum *remotis*sima . cuius . . . Solinus[39] *refert brumali* tempore per *solstitium* vix *diem* et *estivali noctem* nullam. Nam fr . . (6.)

Schol. 147. Brittannia est omnium maxima insularum. A qua novem dierum navigatione pervenitur ad Thile. De qua unius diei navigatio est ad mare congelatum. Quod ideo congelatum, quia nunquam sole calefit. (6.)

Schol. 148. Egredientibus a promunctorio Danorum Alaburg narrant iter esse 30 dierum usque in[w] Island, minus autem, si ventum[x] habeant secundum. (5. 6. 8b.)

a) Is autem 6. Ac 7a.b. b) Hamaborgensem 10. Hamburgensem 9. c) quoniam — respiciunt *desunt* 7. d) proxumae 8b. 9. e) spersae 7. f) Brittannice 6. Britaniae 10. g) Orchades 2a. 5. 9. 10. h) sunt *deest* 7. i) XV 9. et XV incoluntur 2a. XV incoluntur 8. 9. 10. k) A tergo (Britanniae), unde oceanus infinito patet, Orcades habet insulas, quarum XX desertae sunt, XIII (XIV) coluntur. *Orosius l. I. c. 2.* l) XL sibi sunt 2a. 8. 9. 10. coniunctae 8. 9. m) Electriades 7. Electride 2a. n) sive 2a. 9. seu 10. o) ac 7a.b. p) firmentis 7c. q) animas 2a. r) que *deest* 5. 9. 10. iterum 2a. s) viae *deest* 2a. 5. 7a.b. 9. 10. t) dirimas 7c. u) Scothiam 2a. 6. Schociam 7c. Schotiam 10. v) Orchades 2a. 9. 10. w) Scottorum 6. Scotorum 9. x) primus 5. y) Thorulfum 2a. 5. Thorulphum 9. 10. z) Blascona 2a. civitate Blascona 5. *) curam 2a. 5. 9. 10. a) Ad easdem — ageret *desunt* 7. b) Thile 6. *semper in textu.* Tyle 2a. 9. 10. *add.* (Island) 9. c) medio *deest* 2a. 5. in oceano 9. 10. d) ut *addit* 5. e) Normannis 9. e*) praedicatori 10. f) proinde 1. 5. f*) quidem 10. g) Beva 6. h) in estate in Brittannia 6. i) si *addit* 5. noctes, hanc dubie declarans, ut (si) in 7. k) centum 2a. l) habeant 2a. 5. 9. 10. m) *deest* 7c. n) Pycheas 2a. Picteas 5. o) Mansiliensis 1. Massiensis 7. Marssiliensis 2a. p) septentrione 1. 2a. 5. q) Brittanico dicitur 8b. r) Orchades 8b. s) sit *deest* 5. t) possent 8b. u) *deest* 8b. v) nostra lingua 5. *desunt* 7. *ubi hoc scholion textui insertum est post verba:* flectere velis. v*) Lenersee 7c. Literse 8b. w) usque 8b. x) nautae *addit* 8b.

29) Sic Martianus de Hyperboreis: *in fine habitationis humanae.* 30) Solinus c. 23: *Oras extimas Oceanus amplectitur.* 31) Martian. l. l. p. 215. 32) *A tergo — coluntur.* Haec verba ex Orosii l. I. c. 2. hausta videntur. 33) *Orchades — gignitur* ex Martiano p. 215. 34) Civitas Blascona in Orcadibus plane ignota. Locus Blaskoeg in Islandia memoratur ab Are Frodi c. III. 35) *Insula — habetur.* Verba fere Orosii l. l. 36) *Ultima — arbitrantur.* Sunt fere verba Bedae de temporum ratione cap. 29. qui priora verba: *Ultima — dies* ex Solini cap. 22. excerpsit. 37) Mare concretum v. Martian. l. l. 38) Lebermeri, mare mortuum. V. Gloss. Trevir. ap. Hoffmann Althochdeutsche Glossen p. 8. Das lebirmere. Meringarto ed. Hoffmann. V. etiam Ziemann l. l. s. v. Lëbermer. 39) Cap. 22.

distante[39]. Haec itaque Thyle nunc Island appellatur, a glacie quae occeanum astringit[a]. Sch. 149. De qua etiam hoc memorabile ferunt[b], quod eadem glacies ita nigra et arida videatur propter antiquitatem, ut incensa ardeat[39*]. Est autem insula permaxima[c], ita ut populos infra[d] se multos contineat, qui solo pecorum fetu vivunt eorumque vellere teguntur: nullae ibi fruges, minima lignorum copia, propterea in subterraneis habitant speluncis, communi tecto[e] et strato gaudentes cum pecoribus suis. Itaque in simplicitate sanctam[f] vitam peragentes, cum nichil amplius querant quam natura concedit[g], laeti possunt dicere cum apostolo, *habentes victum et vestitum, his contenti simus*[h]. 1 Tim. 6, 8. Nam et montes suos[i] habent pro oppidis et fontes pro deliciis. Beata, inquam, gens, cuius paupertati nemo Sch. 150. invidet, et in hoc beatissima, quod nunc omnes[k] induerunt christianitatem. Multa insignia in moribus[l] eorum, precipua[m] karitas, ex qua procedit, ut inter illos[n] omnia communia sint tam advenis quam indigenis[o]. Episcopum suum[p] habent pro rege; ad illius[q] nutum respicit omnis populus, quicquid ex Deo, ex scripturis, ex consuetudine aliarum Sch. 151 gentium ille constituit, hoc pro lege habent. [De quibus noster metropolitanus inmensas Deo gratias retulit[r], quod suo tempore convertebantur, licet ante susceptam fidem naturali quadam lege non adeo discordarent a[t] nostra religione[u].] Itaque petentibus illis ordinavit[v] quendam sanctissimum virum nomine[w] Isleph. Qui ab eadem regione missus ad pontificem, aliquandiu retentus est apud eum cum ingenti prorsus honore[40], discens interea quibus noviter conversos ad Christum populos salubriter posset informare. Per quem transmisit archiepiscopus suos apices populo Islanorum et Gronlandorum[x], venerabiliter salutans eorum ecclesias et[y] pollicens eis propediem se venturum usque ad illos, ut gaudio simul[z] pleno fruantur. In quibus verbis egregia, quam habuit in legationem suam[*], voluntas pontificis laudari potest[a], quoniam[b] et apostolum discimus[c] ad praedicandum verbum Dei velle[d] in Hispaniam proficisci, quod implere non potuit[e, 41]. Haec de[f] Islanis[g] et de[h] ultima Thyle veraciter comperi, fabulosa praeteriens.

36. Sunt autem plures aliae in occeano insulae, quarum non minima[i] Gronland[k], Cap. 245. profundius in occeano sita contra montes[l] Suediae vel Riphea iuga. Ad quam ferunt[m] insulam a littore Nortmannorum vela pandi quinque aut septem[n] diebus, quemadmodum ad Island. Homines ibi a salo cerulei; unde et regio illa nomen accepit; qui[o] similem Islanis vitam agunt, excepto quod crudeliores sunt, raptuque pyratico remigantibus[p] infesti. Ad eos etiam sermo est nuper[q] christianitatem[r] pervolasse[s].

37. Tercia est Halagland[t] insula vicinior Nortmanniae,[u] magnitudine ceteris[v] non Cap. 246. impar[w]. Haec in estate circa solsticium per quatuordecim dies continuos solem videt super terram, et in hieme similiter per totidem[x] dies sole caret. Sch. 152. Stupenda res et incognita barbaris, qui nesciunt, disparem longitudinem dierum contingere propter solis accessum et recessum[y]. Nam propter rotunditatem orbis terrarum necesse est, ut solis

Schol. 149. Iuxta Island est oceanus glaciatus et fervens et caligans[y*]. (5. 6. 7. 7c. 8b.)

Schol. 150. Apud illos non est rex, nisi[z] tantum lex: *et peccare nefas, aut pretium mori*[**, 42]. (2a. 5. 6. 7. 9. 10.)

Schol. 151. Civitas ibi[a] maxima Scaldholz[b]. (6. 7.)

Schol. 152. Alii dicunt[c] Halagland esse partem Nordmanniae postremam, quod[d] sit proxima Scritefingis[e], asperitate montium et frigoris inaccessibilis[f]. (5. 6. 7. 8b.)

a) adstringit 9. b) fertur 2a. 9. 10. c) permixta 7. d) intra 5. 10. in 7a.b. e) et victu *addit* 2a. 5. 9. 10. stato 7c. f) sancta 2a. 10. g) concedat 7c. h) sumus 6. 7. 9. i) suos *deest* 1. k) invidet — omnes *desunt* 10. l) montibus 9. m) praecipue 5. 9. n) illos *deest* 1. 7. 9. eos 5. o) tam indigenis, q. advenis 6. peregrinis 2a. *In codd.* 4. 7. 8. 9. 10. *hic inseritur schol.* 150. p) suum *deest* 7. q) cuius 5. r) gratias egit 9. t) discordabant ab 6. discordabant vera n. r. 2a. a Deo discordabant vel a. 9. 10. u) *Uncis inclusa desunt* 1. v) ordinant 2a. w) nomine *deest* 5. ad eorum partes *addit* 2a. 8. 9. 10. x) Grondlandorum 6. Gronlanorum 2a. 10. Grönlannorum 9. y) *deest* 2a. 5. 9. 10. z) similiter 5. *) legatione sua 5. a) debet 2a. 5. 6. 9. 10. b) cum 9. c) diximus 10. d) male 1. e) De quibus noster — non potuit *desunt* 7, *ubi scholion* 151. *in textu legitur.* f) de *deest* 1. pauca de 7. g) Island 1. 5. Ysland 7. Islandia 2a. 9. 10. *saepius.* h) *deest* 2a. 7c. 9. 10. i) quarum nomina 7a.b. est *addunt* 2a. 5. 6. 7c. 9. 10. k) Gronlandia 2a. 9. 10. l) fines 10. m) fortem 7. n) sex 7. o) Hii 7c. p) navigantibus 2a. 8. 9. 10. q) ad *redundat* 1. r) de christianitate 9. s) ad eos — pervolasse *desunt* 7. t) Halangland 9. u) verum *addit* 2a. 5. 9. 10. v) ceterisque 7c. w) *In cod.* 7. *hic inseritur schol.* 152. x) totitidem 10. y) recessumque 7c. y*) caliginosus 5. 8b. z) sed 2a. **) est mori 2a. 7. 8. a) eorum 7c. b) Scaldholt 7. c) Iudicant 5. 8b. d) que 7c. e) Scritefinnis 7. 8b. f) inaccessa 7. 8b. *In cod.* 6. *quaedam verba addita erant nunc rescissa praeter litteras* . . . . ane . . . .

39) E Beda l. l. deprompta, qui ipse Plinii histor. natural. l. II. c. 75. ante oculos habuit. 39*) Cf. Archiv T. VI. pag. 888. 40) *cum ingenti honore.* V. supra l. III. c. 14 fin. 41) sc. Paulus. V. Epist. ad Romanos c. 15. v. 24. 42) Horat. Carm. III. 24. v. 24.

circuitus accedens alibi diem exhibeat, alibi recedens[a] noctem relinquat. Qui dum ascenderit[b] ad aestivale solsticium, his qui in borea[b*] sunt dies prolongat noctesque adbreviat[c]; descendens autem[d] ad hiemale solsticium[e], simili ratione facit australibus. Hoc ignorantes pagani, terram illam vocant sanctam et beatam, quae tale miraculum praestet[f] mortalibus. Itaque rex Danorum cum multis aliis contestatus est hoc ibi[g] contingere, sicut in Suedia et in[g*] Norvegia et in ceteris quae ibi sunt insulis[h].

Cap. 247. 38. Praeterea unam adhuc insulam[i] recitavit[k] a multis[l] in eo repertam occeano, quae dicitur Winland[m. 43], eo quod ibi vites sponte nascantur, vinum optimum ferentes[n]. Nam et fruges ibi non seminatas habundare, non fabulosa opinione, sed certa comperimus[o] relatione Danorum. [Post quam insulam, ait[p], terra non[q] invenitur habitabilis in illo occeano, sed omnia quae ultra sunt glacie intolerabili ac caligine inmensa plena sunt. Cuius rei Marcianus[q*] ita meminit[43*]: *Ultra Thilen*[r], inquiens, *navigatione*[s] *unius diei mare concretum est.* Temptavit hoc nuper[t] experientissimus Nordmannorum princeps Haraldus[u. 44]. Qui latitudinem septentrionalis[v] occeani perscrutatus[w] navibus, tandem caligantibus ante ora deficientis mundi finibus, inmane[x] abyssi baratrum[45] retroactis vestigiis[46] pene[y] vix salvus evasit[z].]

Cap. 248. 39. Item nobis retulit beatae memoriae pontifex Adalbertus[*], in diebus antedecessoris[a] sui quosdam nobiles de Fresia viros causa pervagandi maris in boream vela tetendisse[b], eo quod[c] ab incolis eius populi dicitur ab ostio Wirrahae[d] fluminis directo cursu in aquilonem nullam terram occurrere praeter infinitum oceanum[e]. Cuius[f] rei novitate pervestiganda[g] coniurati sodales a litore Fresonum laeto celeumate progressi sunt. Deinde relinquentes hinc Daniam, inde[h] Britanniam, pervenerunt ad Orchadas. Quibus a laeva dimissis, cum Nordmanniam in dextris haberent[i], longo traiectu[k] glacialem[l] Island collegerunt[47]. A quo loco[m] maria sulcantes[48] in ultimum[n] septentrionis axem, postquam retro se omnes, de quibus supra dictum est, insulas viderunt, omnipotenti Deo et sancto confessori Willehado[o] suam commendantes viam et audatiam, subito collapsi sunt in illam tenebrosam rigentis occeani caliginem, quae vix oculis penetrari valeret[p]. Et ecce instabilis occeani euripus[q], ad initia quaedam fontis sui archana[r] recurrens, infelices nautas iam[s] desperatos, immo de morte sola cogitantes, vehementissimo impetu[t] traxit ad chaos[u] [. Hanc dicunt esse voraginem abyssi[v],] illud profundum[49], in quo[w] fama est[x] omnes recursus maris, qui decrescere[y] videntur, absorberi[z] et denuo revomi[**. 50], quod fluctuatio crescens[a] dici solet. Tunc illis solam Dei misericordiam implorantibus, ut animas eorum susciperet, impetus ille recurrens[b] pelagi quasdam[c] sociorum naves abripuit, ceteras[d] autem revomens[e] excursio longe[f] ab alteris post terga

a) recedens *deest* 5. b) ascendit 1. b*) horrea 1. c) abbreviat 9. 10. d) autem *deest* 8b. 9. 10. e) his qui — solsticium *desunt* 2a. *M. F.* f) praestat 2a. 5. 9. 10. g) sibi 2a. g*) in *deest* 5. 10. h) Itaque rex — insulis *desunt* 7. i) regionem 1. *cui voci scriba aut corrector coaevus deletae superposuit vocem:* insulam. k) Praeterea etiam aiunt u. adhuc ins. 7. l) a multis *deest* 7. m) id est terra vini *addit* 2a. 8. 9. 10. n) gerentes 7. o) reperimus 2a. p) ait *deest* 5. 7. q) nulla 2a. 5. 9. 10. q*) Martinianus 9. r) Thyle 5. Thylem 7. Tylen 9. 10. s) navigare 5. t) nuper *deest* 7. u) Haroldus 5. 9. 10. v) septentrionalem 7. septentrionis 2a. w) perscrutans 2a. x) inane 7b. mane 7c. mare 7a. y) pene *deest* 5. z) *Uncis inclusa desunt* 1. *In cod.* 7a. *hic additur:* Istud etiam dixit quidam nobilis Carthusiensis praesentium scriptura (scriptam 7c. *Leg.* scriptori) et est verum. Sed (Etiam 7c.) iste locus in eorum idiomate Gimmendegop. Miles vero capitaneus regis dicebatur Olyden Helgesson, nauta vero Gunar (Gunac 7c.) Caswen. *) Avalbertus 6. Bremensis *addit* 7. a) antecessoris 2a. 5. 9. 10. praedecessoris 7. b) tendisse 7c. c) eodem ab 7c. tetendisse (retendisse 9.) quibus ab hostio Wesere (ostio Wiserae 9. 10.) fl. d. c. in a. nulla terra occurrit preter 2a. 9. 10. d) Viserae 8b. 9. e) praeter illud mare quod Liberse (Liverse 10.) dicitur 2a: 5. 9. *In margine* 9. *additur:* Quod liber est dictum infinitum oceanum. f) Cuius — progressi *desunt* 2a. g) *Lege:* pro vestiganda. h) in 7c. i) habeat 9. k) tractu 2a. 5. 9. 10. l) *deest* 2a. m) *deest* 7c. n) ultimam 2a. 6. 7. 9. 10. o) sanctis ipsius 7c. Villehado 9. 10. p) que o. p. non valet 2a. 9. 10. q) civibus 7c. r) archanaque 2a. arcanaque 9. 10. s) non 7. t) vehementissime 2a. u) cahos 9. v) Hanc — abyssi *desunt* 1. 6. 7. w) qua 1. quod 2a. 9. 10. quo ut 7. x) ingredi et regredi *addunt* 2a. 6. 8. y) decurrere 9. z) et absorberi 2a. 9. 10. **) removi 9. 10. *F.* a) crescens *deest* 2a. 5. 9. b) recurrentis 2a. 5. 9. 10. c) plagi qua solum 10. d) ceteros 1. 6. 7. e) removens 9. *F.* f) ex cursu longo 2a. 5. 9. 10.

43) De terra Winland v. Are Frodi cap. VI. Snorro Sturleson Olaf Tryggwason Saga c. 107 sq. 43*) l. l. pag. 215. 44) Haraldus Hardrade † 1066. V. supra l. III. c. 16. 45) *inmane baratrum.* Virgil. Aeneid. l. VIII. v. 245. *immanissimum Charybdis baratrum* Paul. Warnafrid. l. l. c. 6. 46) *retroactis vestigiis.* Virgil. Aen. l. IX. v. 392: *vestigia retro legit,* ubi noster fortasse legit: *egit.* 47) *collegerunt* h. e. legerunt oram s. littora insulae Island, ut habet Virgil. Aeneid. l. III. v. 292. Ecl. VIII. v. 7. Georg. II. v. 44. 48) *sulcare maria* Virg. Aen. l. X. v. 197. 49) *chaos profundissimum* ex Paulo W. l. l. 50) *profundissima aquarum illa vorago est — quae bis in die fluctus absorbere et rursum evomere dicitur.* Paul. W. l. l.

reppulit. Ita illi ab instanti periculo, quod oculis viderant, oportuno Dei auxilio liberati, toto nisu remorum fluctus adiuvarunt.

40. Et[a] iam periculum caliginis et provintiam frigoris evadentes, insperate appulerunt Cap. 249. ad quandam insulam altissimis in circuitu scopulis ritu oppidi munitam[51]. Huc[b] visendorum gratia locorum egressi[c], reppererunt homines in antris subterraneis meridiano tempore latitantes; pro[d] quorum foribus infinita iacebat copia vasorum aureorum et eiusmodi[e] metallorum, quae rara mortalibus et preciosa putantur[52]. Itaque sumpta[f] parte gazarum quam sublevare poterant, laeti remiges festine remeant[g] ad naves. Cum subito retro se venientes contemplati sunt homines mirae altitudinis, quos nostri appellant Cyclopes; eos[h] antecedebant canes magnitudinem solitam excedentes eorum quadrupedum[i]. Quorum incursu raptus[k] est unus de sociis, et in momento laniatus est coram eis[l]; reliqui vero suscepti ad naves evaserunt periculum[n], gygantibus, ut referebant[o], pene[p] in altum vociferando sequentibus. Tali fortuna comitati Fresones Bremam perveniunt[q], ubi Alebrando pontifici ex ordine cuncta[r] narrantes, pio Christo et confessori eius Willehado[s] reversionis et salutis suae hostias immolarunt[t].

[Sunt et alia quae non incongrue essent dicenda hoc loco[u] de illo aestu maris in Cap. 250. die bis citato; quod miraculum praebet omnibus maximum; ita ut ipsi, qui archana rerum phisici perscrutantur, in dubitationem[v] cadant[w] eius rei, cuius ignorant originem. Cumque Macrobius[53] et Beda[x][54] videantur ex illa re[y] aliquid loqui, Lucanus autem nichil se scire fateatur[z][55], diversi auctores variis pugnant sententiis; omnes autem[*] incertis abeunt rationibus, nobisque sufficit cum propheta clamare[a]: *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! omnia in sapientia tu*[b] *fecisti; impleta est terra possessione tua*[56]. Et iterum: *Tui sunt coeli, et tua est terra*[57], *et tu dominaris potestati*[c] *maris*[d][58], *et iudicia tua abyssus multa*[59], ideoque iure dicuntur *incomprehensibilia*[60].]

41. Haec sunt quae de natura septentrionalium regionum comperimus ad hono- Cap. 251. rem sanctae[e] Hammaburgensis ecclesiae ponenda[f], quam tanto munere divinae pietatis praeditam videmus, ut innumerabilem populorum multitudinem, quorum metropolis haec facta est, labore suae praedicationis ex magna iam parte conversos habeat ad christianitatem, ibi solummodo ponens euangelizandi silentium, ubi mundus terminum habet. Quae salutifera gentium legatio, primum[g] a sancto Anscario incepta, prosperis semper usque[h] in hodiernum diem aucta est[i] incrementis[61], usque[k] ad transitum magni Adalberti[l] per annos circiter ducentos quadraginta[m].

42. Ecce illa ferocissima Danorum sive Nordmannorum aut Sueonum natio, quae, Cap. 252. iuxta verba beati Gregorii, *nichil aliud scivit*[n] *nisi barbarum frendere, iam dudum novit*[o] *in Dei laudibus*[o*] *alleluia*[p] *resonare*[62]. Ecce populus ille pyraticus[q], a quo totas[r] olim Galliarum et Germaniae provintias legimus depopulatas, suis nunc finibus contentus est, dicens cum apostolo: *Non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus*[63], *et credimus videre bona Domini in terra viventium*[s][64]. Ecce patria illa horribilis, semper[t] inaccessa propter cultum ydolorum,

a) At 2a. 5. 9. b) Quam 5. c) aggressi 5. d) prae 5. e) huiusmodi 7c. f) suscepta 9. g) remeantur 7c. h) quos 5. i) quad. *deest* 2a. eorum quad. *desunt* 5. 9. 10. k) captus *M. F.* l) eorum *addit* 5. unus *deest* 1. m) est *addit* 7. n) periculum 2a. 5. 9. 10. o) ferebant 5. 7. p) pone 5. 9. 10. q) pervenerunt 2a. Frisones repatriaverunt et a Christo domino (et auxilio divo 7b.) reversionis 7a-c. r) omnia 9. s) Wilhado 2a. t) immolaverunt 2a. 9. 10. *Totum cap.* 249. *deest* 1. u) hoc loco *desunt* 5. 9. v) dubietatem 7. w) cadunt 7. x) Beva 6. y) ex i. r. *desunt* 2a. 5. 9. 10. z) affirmat 9. *) tamen 7. a) dicere 6. 7. sufficit hoc loco exclamare 9. b) tu *deest* 2a. 5. 6. 9. 10. c) potestatis 6. 9. 10. d) et tu — maris *desunt* 9. e) sanctae *deest* 2a. 6. 9. 10. f) proponenda 2a. 5. 9. 10. g) primo 1. h) *deest* 2a. i) est *deest* 9. k) usque *deest* 1. 9. 10. l) Avalberti 6. m) et q. 2a. *In cod. 7. huius capitis loco haec leguntur:* Haec pauca quae de natura septentrionalium regionum a veredicis et veteribus comperimus scriptoribus. Caetera narrent, qui descendunt mare in navibus et faciunt operationem in aquis multis. Ipsi enim viderunt opera Domini et mirabilia eius in profundo. n) *deest* 7c. o) cepit 2a. 8. coepit 8b. 9. 10. o*) Hebreum *addunt* 2a. 8. 8b. p) aevia 6. aleluia 10. q) iste a 2a. r) totans *F.* s) inquirimus etc. Ecce 1. t) et semper 7c.

51) De oppido fabuloso, dicto Gerutho, v. Sax. Grammat. l. VIII. c. 160. 52) *putantur* i. e. videntur. 53) Macrob. Somn. Scipion. l. II. cap. 9. 54) Beda de natura rerum cap. 39. 55) Ita quidem Lucan. l. l. X. v. 237, non vero de maris, sed de Nili aestu. 56) Psalm. 104. v. 24. 57) Ibidem 89. v. 12. 58) Ibid. v. 10. 59) Ibid. 36. v. 7. 60) Ep. ad Romanos cap. 11. v. 33. 61) *legatio prosperis semper est aucta incrementis.* Iisdem verbis noster utebatur supra l. III. c. 17 f. 62) Ita Gregorius I. de lingua Britanniae seu Anglosaxonum in Expositione b. Iob. l. 27. c. 8 63) Ep. ad Hebraeos c. 13. v. 14. 64) Psalm. 26. v. 13.

— *et Scythicae*[a] *non mitior*[b] *ara Dianae*[64], deposito iam naturali furore, praedicatores veritatis ubique[c] certatim admittit, destructisque demonum aris, ecclesiae passim eriguntur et[d] nomen[e] Christi communi ab omnibus
Ps 76. v. 11. effertur praeconio. Nimirum *haec est mutacio dexterae Excelsi*[f], et tam velociter currit[g] sermo[h] omnipotentis Dei, ut a solis ortu et occasu, ab aquilone et meridie[k] laudabile[l] sit nomen Domini, et omnis lingua confiteatur, quia dominus noster[m] Iesus Christus in gloria est Dei Patris, cum Patre et[n] sancto Spiritu vivens et regnans per omnia saecula saeculorum[o]. Amen.

M. ADAMI EPILOGUS AD LIEMARUM EPISCOPUM.

Suscipe magne tui praesul munuscula servi,
Quae tibi et ecclesiae fert pleno cordis amore.
Parva quidem sunt haec, et vix, me iudice, digna
Quae possint[p] *oculis*[q] *relegenda placere Catonis.*
Nam cum rethoricis[r] *sermones floribus ornes,*
Cum tua lingua sacrae sit clavis bibliothecae[s],
Cum divina patrum scrutere volumina cautis
Indiculis, quid verba putem tibi balba[65] *valere?*
At[t] *cum multa Deo placuissent dona potentum,*
Saepe minuta duo viduae laudata memento[66].
Et confido[u] *etiam, quod*[v] *commendatio scripti*
Carior inde tibi[w] *maneat*[x], *dum nil ibi fictum*[y]
Externumque[z] *vides, sed quaevis pagina veram*[*]
Ecclesiae laudem canit hystoriamque Bremensem.
Omne decus sponsi est, ubi fertur gloria sponsae.
Cumque per innumeros librorum curreris[a] *agros,*
Scire decet quod ubique legis hoc esse aliorum:
Iste liber tuus[b] *est, totusque revolvitur in te,*
Tempus ad usque tuum perducens acta[c] *priorum.*
Ergo fave votis, parcens[d] *iuvenilibus ausis*[e. 67].
Effice quaeso, tuo ne spes foret irrita servo,
Qui pro laude tua non erubet esse poeta.
Nempe tibi fateor, venerabilis et bone pastor,
Si bene non potui, certe veracia scripsi,
Testibus his utens, quibus haec notissima res est.
Nec mihi scribendo laudem vel munera quaero,
Quippe placère tibi, reor hoc satis esse labori.
Tum[f] *perpende*[g] *tuo non esse ignobile claustro,*
Quod minimus fratrum perfecit maxima rerum,
In quibus ecclesiae lucent primordia nostrae,
Arctoumque[h] *salus populorum scripta tenetur,*
Et decessorum pinguntur facta tuorum[i].
Tempus erit quo facta tuae celeberrima[k] *laudis*
Aut nos aut aliquis ex docta plebe tuorum
Pangemus maiore lyra, si[l] *vita superstes.*

a) Scitice 6. Schyticae 10. b) minor 7. c) u. terrarum 2a. d) ad 1. e) non 2a. f) ecclesiae 9. g) crevit 9. h) *deest* 7c. k) et m. 1. m. *hic* meridie, *non* mari, *ut habet* 5, *significare, bene suspicatur Pertzius.* l) laudabile *deest* 9. m) *deest* 2a. 5. 7. 9. 10. n) patre et *desunt* 2a. 9. 10. o) cum — saeculorum *desunt* 7. *Cod.* 2a *addit:* Expliciunt gesta Bremensium pontificum. Item versus. p) possent 2a. 3. 5. q) occulis 3. r) rhetoricis 3. 5. s) biblyothecae 1. t) et 1. u) confide 2a. v) quia 2a. 3. 5. w) tibi *deest* 1. 2a. x) manet 1. 2a. y) factum 2a. z) extremumque 1. *) sed pagina quaevis 1. 2a. a) cereris 2a. currerim 3. 5. b) tuus liber 5. c) gesta 2a. d) parce et 3. parce 5. e) annis 5. f) cum 2a. g) perpendo 2a. 3. 5. perdendo *F.* h) actorumque 1. auctorumque 2a. i) *Totus hic versus deest* 2a. 3. 5. k) factum tuo celeberrimae laudis, *ubi brevis pontificum Bremensium catalogus etc. sequitur, versuum fine post dato iterum ab hoc versu recte scripto incipiente.* l) sit 2a.

64) Verba Lucani Pharsal. l. I. v. 446. 65) *verba balba.* Horat. Sermon. l. II, 3. v. 274. 66) Ev. Marci c. 12. v. 42. Ev. Lucae c. 21. v. 2. 67) Similiter in Prologo (ex Virgilio) *pro talibus ausis.*

Quamvis nota satis pateant tua gesta per orbem,
Quae et sine scriptore vulgabit fama perhennis:
Quem tua[a] *praeteriit felix electio, qua te,*
Prisco more patrum, pastoris nomine dignum
Electumque Deo prodebat Spiritus index,
Cuius tunc festum recolebat turba fidelis[68].
O quantis lacrimis populi te vidimus emptum,
Dum prius oppressi votis communibus omnes
Te talem[b] *cuperent, immo longe*[c] *meliorem*[69],
Quam[d] *spes ulla foret vel nostra fides meruisset.*
Tu solvis[e] *duram populi*[f] *a cervice catenam,*
Fasciculosque graves ab onusta plebe repellens,
Afflictae gentis moerorem in gaudia vertis.
Tu clerum iniusta raptorum fraude gravatum
In sua restituis, tu nos errore veterno
Eximis, atque suo reddis sacra templa decori.
Tu pacem terris antiqua lite fugatam
Ecclesiis revocas. Iam tertia praelia surgunt[70],
Et discordantes tu[g] *iungis ad oscula mentes*[71].
Si quid adhuc superest, quod gaudia publica turbet[h],
Per te sedari tribuat[i] *Deus, adiciatque,*
Ut Brema cum Hammaburg per te redimi mereantur,
Quae diuturna sui flent tempora carceris ambae;
Haec a paganis oppressa, haec clausa[k] *tyrannis.*
O Liemare pater, faveat tibi gratia Christi,
Nosque tuae pecudes tibi corde et voce favemus.

CHRONICON BREVE BREMENSE.

EDENTE V. CL. IOH. M. LAPPENBERG I. U. D.

Huius chronici apographa plura nobis cognita sunt:

1) *In codice olim Abdinghofensi, supra T. II. pag.* 378. *descripto. Hic haud dubie omnium antiquissimus et optimus, solus etiam habet nomina episcoporum Slesvicensium. Ex quibus verisimile fit, haec tempore Ratolfi episcopi saeculo undecimo exeunte conscripta esse.*

2) *In manuscripto Bodecensi, quod typis dederunt Martene et Durand in Veterum scriptorum et monumentorum amplissima collectione Tom. V. pag.* 504. *Vitiis plurimis scatet.*

3) *In collectaneis Petri Olai minoritae. Quod apographum prelo subiecit Langebek Script. rer. Danic. Tom. VI. pag.* 608 *sq. Hic plurima leguntur interpolata, a nobis uncis inclusa, quae omnia ex Adami Bremensis Gestis excerpta esse haud ambiguum videtur.*

a) nam 2a. 3. 5. b) talem te 5. c) multo 2a. d) quod 2a. e) solus 3. f) populi duram 5. g) tu *deest* 1. h) turbat 3. i) faciat 2a. k) sed illa 3.

68) Electus fuit, ut videtur, in dominica pentecostes. 69) sc. vidimus. 70) *tertia praelia — surgit pugna.* Virgil. Aen. l. XI. v. 631 et 635. 71) Referenda haec videntur ad partes conciliatorias, quas egit Liemarus in bello Saxonum a. 1075.

Scriptor Adami Bremensis contemporaneus fuisse videtur. Simili quo ille computo de annis archiepiscoporum Hamburgensium et Bremensium usus esse videtur, quod quidem amplius descripsit, quamvis in computatione annorum nonnunquam graviter sit lapsus. Innotuisse ei quoque videntur Annales Corbeienses.

INCIPIT SERIES BREMENSIUM ET HAMMABURGENSIUM EPISCOPORUM.

[Tempore Karoli magni Brema constructa est. Et hec nomina episcoporum et archiepiscoporum Bremensium et Hammaburgensium[a]:]

Sanctus Willehadus praedicavit in Fresonia[b] post mortem sancti Bonifacii annos 28[c,1], in Saxonia septem. Tandem Bremae ordinatus episcopus, sedit annos duos, menses tres, dies 26[2]. [Ex Anglia oriundus fuit[3].]

Sanctus Willericus episcopus [ex discipulis sancti Vilhadi electus[4],] sedit annos quinquaginta, menses 5, dies 26[d,5]. Anno Willerici 25.[e] Karolus imperator magnus obiit[f]. Anno eius 42. sanctus Ansgarius archiepiscopus ordinatus est apud Hammaburg.

Liutricus episcopus [diaconus Villerici, successit ei[6];] sedit annos 8, menses 3, dies 5[g,7]. Huius anno tertio Loudowicus imperator pius obiit[8]. Eodem anno Hammaburg a barbaris devastata est, et sanctus Ansgarius expulsus est, [qui pene cum sanctorum reliquiis nudus evasit[9].]

[Sanctus Ansgarius, primus Nordalbingorum archiepiscopus pallium suscepit a Gregorio IV, ferulam pastoralem a Ludovico rege[10].] Sanctus Ansgarius episcopus[h] antequam reciperet Bremensem episcopatum, sedit in Hammaburg annos 16[i]; recepto Bremensi episcopatu, sedit annos 18, menses quatuor, dies decem[11]. Anno post acceptam Bremam duodecimo coniunctus est Bremensis et Hammaburgensis episcopatus a papa Nicolao[12]. Et post hec supervixit sanctus Ansgarius annos septem, et cum triumpho 5[k] regum pervenit ad Christum[13].

Sanctus Rimbertus [pallium suscepit a papa Nicolao, ferulam a rege Ludovico[14];] sedit annos 23, menses quatuor, dies octo[l,15]. Anno sancti Rimberti 6[to] Dani cum novem regibus oceani Fresiam et Saxoniam impugnantes, a Loudowico iuniore victi sunt oratione[m] sancti Rimberti[16]. Anno sancti Rimberti[n] duodecimo Loudowicus cesar obiit[17], Romanum imperium cecidit.

Sanctus Adalgarius [pallium suscepit a papa Stephano, ferulam a rege Arnulfo[18];] sedit annos 19[o], menses undecim, dies duos[p,19]. Huius anno primo Arnulfus impera-

a) *Omnia quae uncis inclusimus non reperiuntur nisi in MS. Petri Olai.* b) Fresia 3. c) XVIII annis 3. d) menses V, dies XXVI *desunt* 3. e) Huius XXV anno 3. f) Anno — obiit *desunt* 2. g) menses III, dies V *desunt* 3. h) archiepiscopus 3. i) XVII 2. k) triumpho maiori quam 2. l) menses q. d. octo *desunt* 3. m) precibus 3. n) anno eius 2. anno eiusdem Remberti 3. o) XVIII 2. p) sedit XX annis 3.

1) Pessimus hic calculus. Ex morte Bonifacii († 755.) usque ad mortem Willehadi († 789. Novb. 8.) quidem sunt anni circiter 35, quorum septem hic dicitur in Saxonia praedicasse. Vita Willehadi c. 8. Inde noster 28 annos putavit eum in Fresonia praedicasse. Ille tamen nonnisi tempore Alchredi, regis Berniciorum (765–774), patriam suam reliquit, quod Adamum Bremensem l. I. c. 14. quoque fugerat, nec septem quos diximus anni vitae eius fuerint ultimi, sed ante erectionem episcopatus Bremensis anni, scilicet 780—787. 2) ex anno 787. Iul. 13. usque 789. Nov. 8. 3) Ex Adami Brem. l. I. c. 12. 4) Indidem c. 15. 5) Ex obitu Willehadi usque ad mortem Willerici († 838. Maii 4.) sunt anni 49, menses sex, dies 26. V. supra Not. 75 ad Adamum Brem. l. I. c. 20. 6) l. l. c. 21. 7) sc. anno 831; v. Vitam S. Anskarii c. 40. Adam. l. l. c. 18. 8) sc. anno 840. Iun. 20. Secundum hanc computationem igitur obiit Liutricus anno 846. Aug. 9. Dies emortualis fuit August. 24. 9) V. Adamum l. l. c. 23. 10) Cf. ib. c. 19. 11) Obiit ille anno 865. Febr. 3. ad quem ex anno 846. Aug. 24. sunt anni octodecim, menses quinque et dies tres. 12) sc. per bullam datam anno 858. Maii 31. 13) Respexit auctor Herioldum, Horicos seniorem et iuniorem, reges Danorum, necnon Bern et Oleph, reges Sueonum, quibuscum Anskarius versatus est, quamvis non omnes ipse baptizavit. 14) Ex Adami l. l., c. 37. 15) Obiit anno 888. Iun. 11. 16) sc. anno 869. quo tempore nulla Ludovici Germanici pugna cum Danis nobis innotuit. Conf. tamen Adam. Brem. l. I. c. 41. 17) Ludovicus non caesar, sed rex obiit anno 876. 18) Ex Adami l. I. c. 48. 19) Adalgarius obiit anno 909. Maii 9., sedit ergo per annos 20, menses 10 et dies 28. Annalista noster per errorem annum 889. Iun. 9. ab anno 909. Maii 11. subtraxisse videtur.

tor Saxoniam debellavit[20]. Anno eius 8. Ungri egressi sunt[21]. Arnulfus imperator obiit[22].

Hogerus[a] [pallium suscepit a papa Sergio, ferulam ab imperatore[23];] sedit annos septem, menses 7, dies duodecim[b. 24]. Huius anno secundo Ungri, Sclavi, Dani et Nortmanni, devastato imperio [Romano], Bremam destruxerunt et totam Saxoniam consumpserunt[25]. Loudowicus rex[c] obiit.

Reginwardus[d] sedit menses novem, dies tredecim[e]. [De isto nichil scitur praeter nomen[26].]

[Sanctus] Unni[f] [pallium suscepit a papa Ioanne, ferulam a Conrado rege[27];] sedit annos 16, menses undecim, dies 17[g. 28]. Conradus rex obiit huius [pontificis] anno primo. Heinricus rex Ungros a Saxonia depulit, et Sclavorum centum viginti milia secus Albiam occidit[30]. Danos etiam et Nortmannos subiecit[31]. Sanctus Unni archiepiscopus Danos et Nortmannos euangelizando apud Bircam obiit.

[Sanctus] Adaldagus archiepiscopus [pallium suscepit a papa Leone VII, ferulam ab Ottone magno;] sedit annos quinquaginta quatuor, menses septem, dies undecim[32]. Huius anno primo magnus Otto imperator regnavit, et ipse Danos triumphavit, Sclavos et Ungros et Italos tributarios reddidit. Ipse[h] primus ordinavit episcopos in Daniam[i], anno sedis duodecimo[k], Horedum Scleswicum, Liafdagum Ripam, Reginbrondum[l] Harusam[33]. Anno Adaldagi[m] 42.[m*] secundus Otto 39no[*] imperator[n] obiit[o].

Liavinzo senior[p] [pallium suscepit a papa Ioanne XV, ferulam ab Ottone III[34];] sedit annos 25, menses 10, dies 7[q. 35]. [Hic primus a suffraganeis consecratus est[36].] Huius anno duodecimo[r], millesimo[s] incarnationis Domini anno, tercius Otto obiit; 22mo Bernhardus dux et Liudgerus, frater eius[37].

Unvanus [pallium suscepit a papa Benedicto, ferulam a Henrico cesare[38];] sedit annos 16, dies 24[39]. Iste Olaph regem Nortmannorum et Chutun[t] Danorum familiares reddidit Christo. Huius 14. anno[u] Heinricus imperator obiit.

Liavinzo[v] iunior[w] [pallium suscepit a papa Ioanne, ferulam a Conrado cesare[40];] sedit annos tres, menses 7[x], dies 2[y. 41].

Herimannus [pallium suscepit a papa Benedicto iuniore, ferulam a Conrado[42];] sedit annos 3, dies 24[z. 43].

Alebrandus [pallium suscepit a papa Benedicto, ferulam a Conrado cesare[44];] sedit annos 9[**], menses 6, dies 27[45]. Huius anno quarto piissima senatrix Emma obiit[46]. [Sexto anno Conradus imperator obiit[47].] Anno piissimi archiepiscopi[a] 8. aecclesia sancti Petri Bremae concremata est, anno postquam facta est a sancto Willehado 248[b. 48].

a) Logerus 1. Ogerus 2. Rogerus 3. b) menses VII d. duodecim *desunt* 3. c) imperator 3. d) Leginwardus 1. Eginwardus 2. e) duodecim 2. menses n. d. tredecim *desunt* 3. f) Virni 2. *saepius.* g) menses u. d. XVII. *desunt* 3. h) Iste Adaldagus archiepiscopus 3. i) Dania et in Sclavia et ipsorum terminos distinxit, ordinavit autem 3. k) Sedis predicti archiepiscopi XI. 2. l) Rembrandum 3. m) Adalgisi 2. m*) *Lege* XLIX. *sc. ex anno* 934. *) XXXmo VIIIIno 1. *scilicet aetatis anno, errore calculi quum Otto a.* 955 *natus sit. P.* n) i. Otto obiit 1. o) Otto tricesimus nonus (XXXVIII. 3.) imperator obiit 2. p) senior *deest* 3. q) annis XXII. 3. r) *rectius* XIII *v. Adam. l. II. c.* 40. s) *rectius* MII. t) Kanutum 3. *Leg.* Chnut. u) *rectius* XII. Anno eius VII. H. i. obiit 3. v) Yawizo 2. w) iunior *deest* 3. x) VI. 2. y) menses VII, d. II *desunt* 3. z) Hermianus sedit annum I, dies XIV. 2. **) VIII. 2. VIII. Secundum alios XX. 3. a) anno eiusdem 2. anno 3. b) CCXLIV. 2. *Rectius* CCLVI.

20) Arnulfus anno 889. non Saxones, sed Obodritos debellavit. V. Ann. Fuldens. 21) rectius a. 892. V. Ann. Fuldens. 22) Obiit Arnulfus a. 899. Dec. 8. 23) Ex Adami l. I. c. 53. 24) Secundum chronicon nostrum ergo obiit Hogerus a. 916. Decemb., quod cum his, qui annum eius emortualem 917. referunt (v. Adam. Brem. l. I. c. 54. ibique not. 82.), fere convenit. 25) V. Adam. l. l. c. 54. 26) Indidem c. 55. Secundum annalistam nostrum igitur obiit Reginwardus a. 917. Oct. 1. 27) Ex Adami l. l. c. 56. 28) h. e. anno 934. Sept. 17, rectius vero a. 936. eod. d. 29) Rex Conradus obiit a. 918. Decb. 23. 30) V. Ann. Corbeiens. a. 929, ubi idem legitur occisorum numerus. 31) *Danos subiecit* v. Ann. Corb. a. 934. 32) Adaldagus obiit anno 988. Apr. 28, noster ergo per errorem in anno emortuali Unni in novum inductus est errorem. Fugit eum quoque Ottonem I. nonnisi anno 936 regnum adeptum esse. 33) sc. 948, non vero secundum nostrum anno 946. Conf. Adam. l. II. c. 4. 34) Indidem c. 27. 35) Obiit Liavinzo anno 1013. Febr. 4. 36) V. Adamum l. l. 37) Conf. eundem l. II. c. 40 et 44. 38) Indidem c. 45. 39) Obiit anno 1029. Ian. 28. Similis hic error ei, quem supra strinximus, cum Ian. 4. a Ian. 28 subtraxerit. 40) Ex Adami l. II. c. 61. 41) Obiit a. 1032. Aug. 25. Similis iterum error in calculo. 42) Ex Adami l. l. cap. 66. 43) Obiit a. 1035. Sept. 19. 44) Ex Adami l. l. cap. 67. 45) Obiit igitur anno 1045. April. 15. Cf. ibidem c. 78. ibique notam 67. 46) Conf. ibidem c. 76. not. 59. 47) Ex Adami l. I. c. 71. 48) Conf. ibid. c. 77.

Adelbertus [hic pallium suscepit a papa Benedicto, in ordine pontificum Romanorum 147, virgam pastoralem ab Henrico, filio Conradi cesaris, in ordine imperatorum Romanorum a cesare Augusto 90[49], anno incarnati verbi 1072, eiusdem Henrici imperatoris anno quarto[a]. Hic episcopus] sedit annos 28[50]. Huius anno 22. Brema devastata est[51]; 24. episcopatus consumptus est; 26. praepositura mortua est; 28.[b] praebenda sepulta est[52].

Ordo et nomina Sleswicensium episcoporum.

Horedus episcopus 11. Kalendas Maii. Sedit annos 24[53].
Adaldagus episcopus 4. Nonas Maii. Sedit annos 12[54].
Folcbertus episcopus 19. Kalendas Ianuarii. Sedit annos 7[55].
Marco episcopus 3. Idus Novembris. Sedit annos 20[56].
Poppo episcopus 14. Kalendas Augusti. Sedit annos 5[57].
Esico episcopus 2. Idus Februarii. Sedit annos 11[58].
Rodulfus episcopus 2. Nonas Novembris. Sedit annos 19[59].
Ratolfus episcopus[60].

a) *Lege:* imperatoris quarti anno vicesimo obiit. b) XXIX. 2.

49) Indidem l. III. c. 1. 50) Obiit 1072. April. 1. Sedisse ergo videtur annos 27. 51) Conf. Adam. l. III. c. 43 et 50. 52) Cf. ibid. c. 56. 53) *Hored* 948—972. Conf. Adam. l. II. c. 23. 54) *Adaldag* 972—984. Idem fortasse qui ab Adamo l. l. dicitur Adelbrecht. 55) *Folcbrecht* 984—990. V. chartam Ottonis III. regis a. 988 in Hamburg. Urkundenbuch Nr. 50. 56) *Marco* 990—1010. Cf. Adam. l. l. 57) *Poppo* 1010—1015. Conf. ibid. c. 33. 44. 58) *Esico* 1015—1026. Conf. ibid. c. 44 et Schol. 44. Idem videtur esse, qui apud alios Ekkehardus audit. 59) *Rodulfus* 1026—1045. V. Ann. Hildesh. a. 1026. 60) Ratolfus vixit adhuc anno 1071. V. Chronic. Mindense. Fusius de his episcopis Slesvicensibus agimus in Annalium nostrorum T. IX.

GESTA PONTIFICUM CAMERACENSIUM

EDENTE V. CL. LUD. C. BETHMANN PH. D.

Gesta pontificum Cameracensium[1] *iubente Gerardo I. episcopo*[2] *primus composuit canonicus quidam beatae Mariae*[3], *Cameraci si non natus, a iuventute tamen ibi degens*[4], *Gerardo familiaris*[5]. *Scripsit ille Cameraci*[6], *in tres libros statim ab initio opus disponens*[7], *et quidem usque ad III*, 34. *a morbo recens* 7 *sanatus*[8], *continuo calamo intra a.* 1041—1043[9], *capita* 35—60 *autem nec temporum ordinem servant, ut priora, nec bene digesta sunt, sed annotata tantum et in chartam coniecta quasi ad usum futuri libri; paulo post igitur conscripta videntur, eodem fortasse tempore quo auctor priora correxit atque tum in margine, tum in scedulis assutis auxit, vivente tamen Gerardo*[10], *nec multo* 10 Auctor.

1) Hunc titulum non auctor ipse constituit — hic enim operi suo neque titulum generalem, neque nomen suum praefixit, sed singulos tantum libros inscripsit, primum: *liber primus de gestis episcoporum;* secundum: *secundus de monasteriis quae infra episcopium constant;* tertium: *liber tercius de rebus gestis Gerardi episcopi;* - sed sequentes demum totum opus una cum continuationibus ita vocarunt, scilicet Lambertus Atrebatensis episcopus in charta anni 1097. in Baluzii Misc. V, 380. *legimus in gestis pontificum Atrebatensis Cameracensisque ecclesiae*, i. e. in nostri libro I, 30. Chronicon Marchianense in Annalibus nostris VIII, 427. indicatum: *ex . . . pontificum Cameracensium actis*, qui est nostri liber primus; Chronica S. Andreae Castri Cameracesii I, 6: *de Erluino, Gerardo, Lietberto atque Gerardo . . qui plenius nosse cupit, in gestis eorum reperire quibit*, hoc est in nostri libro primo et tertio, et in Gestis Lietberti et Gerardi II; Excerptor Gaugericianus infra edendus loco in Annalibus nostris VII, 440. allato: *Ea quae in hoc volumine de d. Lietberto a. C. v. e. continentur, sumpta sunt de libro gestorum pontificum Cameracensium*, et paulo post: *Incipiunt excerpta ex libro gestorum pontificum Cameracensium;* et postea de separatione Cameracensis et Atrebatensis sedis loquens: *si quis plenius nosse voluerit, gesta pontificum requirat;* Rodulfus denique in Vita Lietberti eam Gestorum partem quae de Lietberto agit, c. 2. *vitam Lietberti*, at c. 28. *gesta pontificalia* vocat. 2) I, praef.: *precipiente domino nostro episcopo Gerardo;* qui sedit a. 1012—1051. 3) II, 23. Lambras *villam s. Dei genitricis* duabus lineis post *nostram villam* vocat; I, 85: *huius videlicet ecclesiae*, sc. beatae Mariae Cameracensis; II, 11: *in nostram aecclesiam.* 4) II, 5. *iuvenculus vidi.* 5) cf. III, 12: *domnus episcopus referre solebat;* 22: *domnus episcopus nobis narrare solebat;* ibi: *d. e. saepe narrabat;* 26: *domno episcopo narrante cognovimus.* 6) I. praef.: *nostrarum urbium, Cameraci videlicet atque Atrebati;* 4: *huic nostrae urbi;* 7: *has quoque urbes;* 21: *in hac nostra civitate;* 80: *huius ecclesiae;* 92: *ab urbe hac;* 96: *urbem hanc;* 103: *urbe hac;* 114: *huic civitati;* II, 11: *in nostram aecclesiam;* ibi: *apud nos;* 12: *ad hanc viciniam;* 29: *urbe nostra.* 7) I, 122: *de quo in tertio libro narrabitur.* 8) cf. II, 8. 9) II, 23. de monasterio in Henim: *nuper . . . Rotbertus . . . canonicos inibi deputavit*, quod a. 1040. factum est; III, 21: *Herbrandum videlicet qui nunc est*, defunctum circa annum 1045; III, 23: *Ottonis qui nunc est*, qui obiit d. 25. Maii 1045; ibid.: *Walerano, qui . . . nunc . . boni testimonii abbas*, qui iam exeunte a. 1043. obiit. 10) ubivis enim et in his additionibus et per capp. 35—60 *domnus* appellatur.

11 *post a.* 1044.[11] *Sermone utitur minus quidem eleganti, vocibus barbaris*[12] *non paucis interspersa, simplici tamen et a verborum tumore multum alieno,*
Fontes. *neque similes in sententiarum fine sonos sectante.* **Fontes** *adhibuit quam plurimos: Gregorium Turonensem, Gesta regum Francorum, Flodoardi historiam Remensem, Hincmari epistolas; annales Vedastinos, Einhardi*[13], *Sancti Gisleni*[14]; *catalogos pontificum Cameracensium; vitas SS. Ursmari atque Ermini auctore Ansone, Autberti auctore Fulberto, Vedasti auctore Alcuino, Leodegarii, Salvii*[15],
16 *Gisleni, Landelini, Amati*[16], *Aichadri, Hugonis Rothomagensis, Gaugerici, Maxellendis*[17], *Aldegundis, Gudilae; Wiboldum de alea; Gerardi I. epistolas; diplomata archivorum Cameracensis, Lobiensis, Maricolensis; narrationes Gerardi I. atque aliorum*[18]. *His fontibus ita usus est, ut nunc describeret integros, nunc excerperet, verbis pro libitu mutatis; immo diplomata etiam pro more illius temporis nequaquam accurate semper eum expressisse, chartae ipsae Cameraci adhuc servatae luculenter docent; quod annotavimus*[19], *ne nimia in talibus*
Fides. *auctoritas scriptoribus mediae aetatis tribuatur, ubi chartae ipsae non iam supersunt. Sed haec in nostro saeculi sunt, non levitatis neque mendacii. Ubi-*
20 *vis enim vera scribere volebat*[20]; *et si non raro erravit, in chronologia maxime*[21], *nunquam tamen sciens falsa tradidit. Nec miracula nimium sectatur, nec rerum gestarum tenuitatem commentis exornare studet; et quamvis ieiuni sit animi neque ad historiam scribendam nati, simplex tamen est, et fidei neque ira nec studio corruptae.*

An Baldericus? *Haec sunt quae certa de auctore scimus ex ipsius opere. Alia de eo testimonia non extant, nisi tres epistolae*[22], *e quibus Colvenerius, cui lucem*

11) nihil enim in his omnibus eum annum excedit. 12) ut *addexterare, adrumari, alimonia amicare, ampliorare, annonari, atrium* i. q. coemeterium, *bachania, camisia, campus, capitaneus, caraxare, caraxatura, cervicatus, clangorium, clepere, clericus* i. q. discipulus, *cluere, debriatus, dequeri, didragmare, dissitudo, doctrinare, duricors, ememor, epacare, eulogiose, expilator, expletio, exsumptuare, frigoritici, funebritas, gaudiosus, guerra, gutteria, herbidare, inconcare, infiscare, inimicare, lactare, matricularius, ocdenarius, peccarium, perdonare, pinguamen, pompare, prebendae, prediatus, prepotestas, profluvia fides, rapinator, regimonium, repatriare, revadiare, sacellarius, saepissimus, senior, sermentatus, siriaticus turgor, solatiari, subtolarium, tranquillare, tribua* i. q. treuga, *ultissimus.* 13) I, 42. 14) deperditos, quos novimus tantum ex chronico Hannoniensi Iacobi de Guisia, qui quaedam ex iis affert ad a. 937. 975. 984. 1000. 1005. 1035. Ex his noster exscripsit a. 975. 984. 1000. et procul dubio plura etiam, quae annalibus ipsis deperditis agnoscere iam non licet. — Annales etiam Rothnacenses inter fontes operis referendos esse, monuit V. Cl. Wilmans. V. Annalium nostrorum T. IX. 15) Acta SS. Iunii V, 200. 16) ib. Sept. IV, 128. 17) Acta SS. Belgii IV, 572. 18) III, 12. 22. 23. I, praef. 10. 34. II, 3. 12. 19) I, 27. 39. 64. 77. 20) I, praef: *nihil dubium, nihil fictum positum est . . . . . alioquin melius est tacere quam falsa proferre;* ib. 2: *consultius reticere censuimus, quam fabulosum quid conficere;* ib. 28: *melius est silere quam fabulosum quid conficere;* cf. c. 4. 21) ut I, 8. 16. 42. 49. 50. 60. II, 21. 32. III, 13. 22) Sunt autem hae: *Gerardus Cameracensis seu Atrebatensis ecclesiae episcopus religioso Huberto episcopo salutem. Mitto ad te Baldericum, dudum pii Lietberti a secretis, et mihi nepoti ad idem servientem, qui te super dubiis in Domino consoletur. Vir est litteratus; et iis quae Morinensium sunt imbutus, ut tuae et meae gentis chronicon nuperum indicat. Quae tuae sunt sedis edocebit, et ab eo intelliges quae cupis. Gaudeo super valetudine tua meliore, et te lubentius sufferre afflictionem desidero; nam qui vindicari vult, a Domino inveniet vindictam. Aequissimum enim est, omnibus parcere episcopum, qui a Deo quotidie sibi parci éxpetit. Disce boni pastoris proprium esse pati et ferre, ponere faciem ut petram durissimam, et non confundi. In omnibus Deo gratias age, illi soli penitus inhaerens; et ita improborum non senties offensam. Datum Cameraci in Februario, anno* 1082. Hanc unde habeat, Colvenerius non docet. Altera haec est: *Raynaldus Remensium archiepiscopus Balderico Morinensium cantori salutem. Meum, dilecte, de tua historia ecclesiae Cameracensis et Atrebatensis requiris iudicium; de qua quae accepi a fratre Sigeberto, tibi rescribo. Illi tanquam sedula apis per piorum devota circumvolitans loca, nullum preterisse visus es, unde non aliquid decerpseris incredibili sedulitate. Sic itaque mirabilia Dei et sanctorum non erunt in terra oblivionis, et edificasti in generatione et generationem. Ideo usque nunc satis verecundiae et modestiae tuae datum est; reliquum piorum votis et pii defuncti praesulis voluntati largire; et quod industria infatigabili et animo vel ad minutissima quaeque attentissimo viventi consecrasti, mortuo non eripias. Excute de manibus, ut in ecclesiis et monasteriis versetur. Mihi etiamnum presagit animus, rem istam tibi gloriae, posteritati usui,*

debent, *primus eruit*, *auctorem Gestorum fuisse* „Baldericum, filium Aiberti domini de Sarchinville, sacellanum primo ac secretarium Gerardi I, deinde secretarium Lietberti et Gerardi II, postea canonicum et cantorem ecclesiae Morinensis, inde archidiaconum Noviomensem, ac demum episcopum Noviomensem ac Tornacensem; obiisse Morinis a. 1112, ibidem in choro sepultum". *Sed iam Petrus Boschius*[23] *ostendit*, *Baldericum episcopum*, *quem ipsa ecclesia* 23
Noviomensis vocet „pastorem non aliunde illatum, non alium, sed suum, suo profusum utero, quem gremio susceptum ipsa sibi lactavit, quem sibi ablactatum ipsamet educavit et ab ipsis cunarum exordiis per aetatum et ordinum gradus sibi penitus vendicavit, ut habere gaudeat ex filio patrem, ex alumno rectorem, ex canonico suo et archidiacono Baldrico pontificem"[24] *non posse* 24
eundem esse cum nostro, *quem inde a iuventute usque ad a. saltem* 1044. *Cameraci vixisse ex ipsius verbis constet*, *quemque anno demum* 1082. *ad Morinos transiisse*, *ibique anno adhuc* 1094. *vixisse epistolae istae tradant. Statuamus igitur oportet*, *aut errasse Gerardum*, *ita ut chronicon Cameracense a Balderico scriptum sciens*, *at a quonam Balderico nesciens*, *eum quem optime norat Baldericum*, *episcopum*, *cogitaret* — *aut totam epistolam suppositam esse*, *id quod de reliquis etiam duabus Boschius* „non uno ex capite" *suspicatur. Atque revera habent apocryphi quiddam et ut ita dicam vagi; color est recentior*, *non qualis illo tempore esse solebat; in prima chronicon Morinense scriptum indicatur*, *antequam auctor Morinos venisset; in secunda chronicon Cameracense*, *quod ante annum* 1044. *compositum fuisse scimus*, *anno* 1094. *adhuc ineditum repraesentatur*, *quum tamen prima epistola anni* 1082. *eius*

et nunc utrique ecclesiae voluptati atque ornamento futuram. Datum Remis Idibus Ianuarii anno 1094. Neque huius originem indicat Colvenerius. Tertia, „ex archivis ecclesiae Ambianensis desumpta", haec est: *Dilecto confratri Balderico Noviomensium episcopo Godefridus Ambianensis ecclesiae episcopus salutem in Domino. Me indignum ad hanc pastoris curam evexit Deus, ut quod dignum devotione gregis est, faciam. Cum itaque in hac dioecesi perantiquae sint ecclesiarum fundationes, et iam iniuria hominum diruta pleraque claustra, ut ea oblivioni perpetuae non tradantur, sed piorum locorum recordatio sublevet fidelium animos, ad devotionem propagandi cultus divini, et ut multis intercessoribus Deus super malitia nostra fiat placabilis, et misericordiam largiatur, precor obnixe in Domino, ut te labori pio accingens, aut potius in eo labore perseverans, nostrae dioecesis et ecclesiae fias exscriptor et scriptor, sicut in ecclesiis Cameracensi et Morinensi fuisti fidelis calamus scribae velociter scribentis. Non abscondas talentum in terra, et benefaciens noli deficere. Salutat te Petrus archidiaconus, et ego tuus conservus in ovili Christi, in quo vale. Scripsi ad Sanctum Quintinum meas delicias iuxta Peronnae villam, anno* 1108. *in Maio.* His adiungit Colvenerius „epitaphium quod ante urbis Morinensis destructionem cernebatur in choro cathedralis ecclesiae": *P. Baldericus, huius ecclesiae cantor et episcopus Noviomensis, anno Verbi incarnati MCXII. praelationis suae anno XV. pridie Kal. Iunii obiit, meritis plenus et chronico Cameracensi illustris.* Quod unde sumpserit, nescitur; Teruanna enim a. 1551. diruta fuit. Sed iam Dom Rivet monuit: „cette inscription n'est point originale, et n'a été faite qu'après coup, sur la lettre de S. Godefroi évêque d'Amiens".

23) Acta SS. Aug. II, 668. Colvenerius atque Boschius soli sunt, quos consulere iuvat; reliqui omnes repetierunt tantum, quae illi dixerant, novi nil prorsus afferentes. Atque Miraeus opp. diplom. I, 80; Cousin hist. de Tournay I, 152; Sanmarthani III, 816; Vossius de hist. Lat. p. 387; Gallia Christiana IX, 999; Ceillier hist. gén. des auteurs eccl. XXI, 76; Fabricius s. v.; Bouquet VIII, praef. X, 196; Baur in Ersch et Gruber encycl.; Thierry lettres sur l'hist. de France n. 17, in omnibus Colvenerium sequuntur; — Paquot III, 633. ed. fol.; Rivet in Hist. Littéraire de Fr. VIII, 400; Bouquet XI, 122; Leglay in Biographie univ. LVII, 310. et in editione sua, cum Boschio nostrum a Noviomensi episcopo diversum esse statuunt, reliqua autem quae Colvenerius ex epistolis illis concludit, admittunt omnia, scilicet auctorem Baldericum vocatum, secretarium fuisse Lietberti atque Gerardi II, librum suum tertium deduxisse usque ad mortem Lietberti, transiisse a. 1082. ad Hubertum episcopum Morinensem, ibique composito Chronico Morinensi, obiisse cantorem circa a. 1097.

24) Verba sunt epistolae a R. decano atque tota congregatione Noviomensis ecclesiae ad Lambertum Atrebatensem episcopum scriptae quam edidit Baluze Miscell. V, 309. ex codice Atrebatensi, fidei indubitatae. Atqui charta Rabodi Noviomensis episcopi, data 7. Decbr. 1093, quam exhibet Simonis Chartularium S. Bertini pag. 206. ed. Guérard. inter testes habet: *Signum Baldrici archidiaconi;* unde apparet, Baldericum postea episcopum, et iam a. 1093. archidiaconum Noviomensem, non posse a. 1094. fuisse cantorem Morinensem, id quod altera Rainaldi epistola contendit.

mentionem faciat tanquam satis noti; in tertia senex, si noster esset, ad minimum 88 annorum ad historiam scribendam invitatur. Porro origo duarum prorsus est incognita; et quamquam Colvenerius, vir summae in litteris etiam religionis, profecto non is fuit, qui sciens falsa pro veris daret: ipsum tamen falli potuisse chartis iamdudum suppositis, nec incredibile est, nec ei quam memoriae illius merito habemus repugnat venerationi. Quamobrem tum ipsae, tum quae iis solis innituntur — Balderici nomen, secretarii apud Lietbertum
25 *atque Gerardum I. munus, transitus ad Morinos, chronicon Morinense*[25] *— si non prorsus neganda, adeo tamen dubia manent, ut sint quasi non sint. Multo probabilior, immo per ipsius auctoris testimonium*[26] *certa fere videtur Boschii coniectura*[27]*, ex qua noster praeter Gesta, et quidem prius quam ea, vitam quoque S. Gaugerici e duabus vetustioribus conscripsit.*

Gesta Lietb. *Auctorem in Gerardo I. calamum sistere voluisse, supra ex ipsius verbis vidimus. At Colvenerius — et hunc reliqui secuti sunt omnes — Gesta Lietberti quoque eidem tribuit, hac una ratione inductus, quod in codice 2. tertio libro subiiciantur. Sed ipse dicit ea ibi scripta esse* „alia manu eaque paulo recentiori“, *unde certum fere videtur, in codice primario, huius 2. fonte, ea non fuisse*[28]*. Sigebertus quidem*[29]*, Rodulfus biographus Lietberti, auctor chro-*
30 *nicae S. Andreae Castri Cameracesii, et scriba codicis Hafniensis*[30] *ea iam in* „libro gestorum pontificum Cameracensium“ *legebant; sed inde nequaquam sequitur, auctorem esse eundem. Hic enim patroni sui Gerardi ultimos septem annos profecto non tam alto atque abrupto silentio transiisset, neque, credo, librum, a. 1044. absolutum, usque post a. 1076. reliquisset intactum — nam tunc demum gesta Lietberti conscripta sunt*[31]*. — Sermo etiam quamvis colore non multum differat, studium tamen sententiarum singulas partes aequali sono terminandi multo magis apparet quam in praecedenti. Rodulfus porro hanc*
32 *Gestorum partem* „vitam Lietberti“ *vocat*[32]*, quo nomine vocare vix poterat, nisi a prioribus separatam; et Cameracensis etiam abbreviator interpresque Gallicus, eo quod a Lietberto initium sumserunt, ibi quandam ut ita dicam caesuram in Gestis fuisse ostendunt. Separavimus igitur Gesta Lietberti a tertio libro, triginta amplius annis prius composito atque unius Gerardi rebus ab auctore destinato; damusque e codicibus 2. 2*. 7. in quibus solis leguntur.*

G Gerardi II *Gesta Gerardi II. restituimus ex 7. 7*, ubi alii operi a. 1180. composito tam arcte inserta leguntur, ut unum unius auctoris opus videri possit. Sed diligentius inspicienti statim apparebit, ea quae de Gerardo ibi habentur, scripta esse paulo post eius mortem a. 1092*[33]*, et quidem auctore alio quam*
34 *Gesta Lietberti*[34]*, reliqua anno demum 1180. addita esse, ex Gestis sequentium episcoporum excerpta. Quominus autem Gerardi II. quoque gesta excerpta tantum hic legi credamus, versio Gallica vetat statim indicanda, quae non ex*

25) Huius nusquam mentio fit nisi in prima atque tertia epistola; quibus Colvenerius addit: *servatum fuit in archivis eiusdem ecclesiae usque ad tempora Philippi de Luxemburgo episcopi Morinensis et Cenomanensis, qui Cenomanis obiit a.* 1519. *Hic transferri illud iussit ex Morinis ad collegium sancti Benedicti in urbe Cenomanensi.* Sed ibi iam Dom Rivet illud frustra quaesivit. Eiusdem operis codicem in bibliotheca Fouchetiana recenset Le Long bibl. histor. de France n. 3310. Sed iam doctus Cameracensis abbas Mutte dubitabat, num tale chronicon omnino extitisset. 26) II, 4. 27) Acta SS. Aug. II, 668. et Acta SS. Belgii II, 278. 28) Attende etiam ad rasuram codicis 2. in fine III, 60, procul dubio a manu illa altera recentiori profectam; quae rasura docet, ab initio ibi quaedam fuisse, quae opus ibi finem habere indicarent. 29) a. 1054. 30) Archiv VII, 440. 31) Hoc inde apparet, quod Lietbertus raro tantum *domnus* vocatur, quam vocem auctor eo vivente scribens omittere non poterat. 32) Vita Lietb. 2. 33) cf. c. 9. in fine. 34) Verba enim aequali sono desinentia in fine sententiarum adeo sectatur, ut colore sermonis inde longe alius sit a Gestis Lietberti.

codice 7, sed ex Gestis ipsis facta, in Gerardo II. ad verbum fere cum nostro convenit, in sequentibus multo amplior est. Et hic igitur, ut in Lietberto, separavimus, quae in 7. 7. et in editione Dom Brial XIII, 476, unica hucusque, unum opus efficiunt.*

G. Manassis et seqq. *Gesta sequentium episcoporum non iam integra habemus, sed ope tantummodo duorum excerptorum atque versionis Gallicae, qualia fuerint, possumus coniicere. Anno siquidem* 1180. *monachus, ut videtur,* Exc. S. Gaug. *Sancti Gaugerici*[35], *quum Gesta Lietberti, Vitam eiusdem et Gesta Gerardi II. in unum* 35 *volumen*[36] *conscripsisset,* „successiones pontificum ab illo tempore usque ad presens tempus per annos ferme centum, hoc est ab anno incarnationis Verbi 1090. usque ad annum 1180. summatim designare intendens" *Gestis Gerardi narrationem de sequentibus episcopis ex ipsorum Gestis excerptam*[37] *tam arcte subiecit, quasi unum opus esset; de suo nil addens nisi capp.* 4—6. 9. *de sancto Gaugerico, sed quaedam omittens, quae ex versione Gallica supplenda esse suo loco indicavimus. At huius excerpti habemus tantum initium usque ad a.* 1095; *reliqua interciderunt, mutilis codicibus* 7*, *unde Dom Brial XIII,* 476, *et* 7. *autographo, unde nos illud dedimus. — Anno porro* 1191. Abbrev. Camerac. *canonicus Cameracensis*[38] *Gesta Lietberti et sequentium sat breviter contraxit, et inde a morte Nicolai, ut videtur*[39], *de suo continuavit ad annum usque* 1191. *Qui quamvis et verba Gestorum quamplurimum mutaverit, et iudicium de hominibus nonnunquam aliud habeat quam illa, tamen cum versione Gallica collatus summae utilitatis est ad Gesta illa restituenda. Postea continuatus fuit ab alio quopiam; sed haec interierunt. Opus ex unico codice* 9. *iam deperdito editum fuit in libro:* Supplementum seu continuatio chronici Cameracensis Balderico adscripti, ab a. 1054 ad a. 1196. Cameraci apud S. Berthoud. 1786. 8[vo], *deinde Dom Brial XIII,* 534, *initio quod ex Gestis Lietberti fluxit omisso. Nos ex utraque editione damus, capitum destinctione de nostro instituta. — Saeculo denique XIII. exeunte*[40] *Gesta Lietberti et sequentium genuina,* Versio Gall. *non abbreviata, nescio quis in Gallicam linguam vertit, prouti tunc vertere solebant verbosius paulo quam textus Latinus, omnino tamen satis accurate. In Lamberto et Gerardo II. neque omisit quicquam neque addidit; in sequentibus, ubi, Gestis ipsis deperditis, ex excerptis modo iudicare licet, omisisse perpaucula tantum videtur, adiecisse nil nisi locos quinque*[41] *ex Lamberti Waterloi chronico ad verbum desumptos. Quae si detraxeris, Gesta deperdita Manassis et sequentium haec versio sat bene supplet; quare dolendum, quod iam in anno* 1135. *desinit, fine unici codicis* 10. *deperdito. Ex hoc primus edidit Dom Brial XIII,* 476; *excerpta quaedam dedit Leglay*[42]. *Nos gestis Lietberti et* 42 *Gerardi II, quibus nil novi inest, plane omissis, reliqua inde ab anno* 1092. *omnia ex ipso codice* 10. *iterum proponimus, capitum distinctione de nostro addita, locisque quibus excerptor Gaugericianus et abbreviator Cameracensis eadem narrant, in margine ubivis indicatis.*

Cont S Andreae *Haec sunt quae de Gestis pontificum Cameracensium ad nos usque devenerunt. Continuationem quae non ex eis fluxit, habemus unam, brevissimam anno-*

35) coniicimus ex ampla de sancto Gaugerico narratione c. 4—6. 9, quam de suo addidit, quum ea in Gestis non esset. 36) Est ipse codex noster 7. 37) c. 1. *Gesta pontificum requirat.* 38) cf. c. 26. 39) coniicio inde, quod c. 19. ultimo huius decennio prorsus omisso statim ad successorem transit, abrupte satis et quasi fontibus subito destitutus. Gesta Burchardi ipse allegat c. 13. 40) „du temps d'Enguerran de Crequi, comme on le voit par le catalogue des évêques qui est à la tête du ms." BRIAL. 41) c. 28. 31. 32. 38. 39. 42) p. 544. 551. 553. 554. 557—564. 571. 572.

43 *rum* 1051—1179, *auctore monacho S. Andreae Castri Cameracesii*[43]*; quam post Dom Brial XIII,* 533. *et Leglay p.* 308. *subiungimus ex eodem quo illi codice* 3. *unico.* — Historia episcopatus Atrebatensis[44], *cuius finem Brial et Leglay ediderunt, neque ad Gesta pertinet, quippe a clerico Atrebatensi composita circa a.* 1172, *nec res Germanicas ullo modo tangit. Neque magis nobis edenda erant* Gesta quibus Atrebatensium civitas sub Urbano in antiquam reformatur dignitatem, *a Baluzio edita*[45], *quae non sine utilitate cum Gestis conferentur, sed auctorem habent longe alium, Atrebatensem, circa a.* 1102. *viventem: neque quicquam ad nostram historiam conferunt.*

Gesta per mediam aetatem neque lectitata multis fuerunt, nec saepe descripta. Usi sunt iis Lambertus episcopus Atrebatensis a. 1097[46], *Sigebertus*
47 *a.* 1105, *Rodulfus in vita Lietberti ante* 1130[47], *chronicon S. Andreae Castri Cameracesii a.* 1133, *Andreas Marchianensis a.* 1194, *Chronicon Marchianense*
Codices *a.* 1200[48], *Iacobus de Guisia c.* 1380[49]. — *Codices vero hi sunt:*

1) *C. Sancti Gisleni, iam bibl. reg. Haagensis n.* 303. *ex libris a Leloup collectis emtus membr. fol. min. foliorum* 88, *linearum in quavis pagina* 28*; scriptus una manu continua saeculi XI. atramento tam fusco, ut integrae hic illic voces oculos iam fugiant; quarum aliquot sub initium operis alia manus saeculi XII. conata est restituere. Numeri capitibus praefixi octo tantum primis; inde a nono desinunt. Prima cuiusque capitis littera est rubra; ornatae non habentur nisi pauculae sub initium operis. Tituli minio scripti, sed rubricatorem alium fuisse ac scribam, et orthographiae diversitas indicat, et quod saepius scriba non satis spatii liquit, ita ut rubricator marginem quoque adhi-*
50 *bere cogeretur. Per totum vero codicem*[50] *manus alia, nitidior paulo, sed plane coaeva, atramento plerumque nigriore additamenta adscripsit, tum in rasura, tum inter lineas atque in margine, tum vero in scedulis assutis, nunc breviora, nunc ampliora; immo integra capita ita supplevit. Singulos autem in scriba primario atque in rubricatore pennae lapsus corrigere, orthographiam non raro diversam mutare vocesque ab his tum casu tum consultu omissas supplere omnino dedignata est. Hanc manum ipsius credo auctoris auto-*

43) cf. init. *in ista ecclesia.* 44) „*Auctores Cameracensis et Atrebatensis urbis ignorantur — manibus est interfectus.*“ in codd. 7. et 7*. quo usus fuit Brial XIII, 533. et ex eo Leglay pag. 351. 45) Miscell. V, 237. e codice Atrebatensi, iam Boloniensi (Archiv VIII, 406.), cuius apographum saeculi XV. vidi in bibliotheca Atrebatensi. 46) in diplomate apud Baluzium Misc. V, 380. 47) Hunc aliqui putaverunt celebrem istum abbatem S. Trudonis; at minus recte, ut ostendit Necrologium S. Sepulchri Cameracensis in bibl. civ. Camerac. n. 734, ubi manu s. XII. haec leguntur: 2. *Non. Iulii obiit Rodulfus noster monachus et sacerdos, qui domni et patroni nostri Lietberti Cameracensis aecclesiae pontificis vitam, sudores quos pro eadem sudavit aecclesia, et finem vitae praesentis, in uno volumine luculento sermone descripsit.* Auctor cum Lietberto a. 1064. fuit in Graecia, atque scripsit ante a. 1133; tum enim iam Chronica S. Andreae Castri Cameracesii eum exscripsit. Opus eius, bis iam editum, apud Dachery Spicil. II, 138 et Acta SS. 23. Iunii, nos iterum recudere noluimus, quippe quod maximam partem e Gestis Lietberti conflatum, inter fontes historiae vix haberi potest. Capita enim 1—15. 28. 44. 53—57. integra excepta sunt ex Gestis pontificum I, 114. III, 1. Gest. Lietb. 1—7. 14. 8. 16—24. quae verborum tantummodo ampullis et flosculis poeticis atque biblicis Rodulfus extenuavit. Quae propria inseruit paucissima, in notis ad Gesta Lietberti omnia excerpsimus. Caput 46. ad verbum descripsit ex diplomate Lietberti apud Miraeum opp. dipl. I, 155. Capita 16—27. 29—43. 45. 47 52. 58—66. auctoris propria sunt, exceptis Virgilii versibus quamplurimis, quibus iter Lietberti exornavit; sed quae ex iis scitu digna sunt, horum plurima iam Chronica S. Andreae I, 15. II, 22—29. 31. excerpsit, reliqua nos in notis ad eandem Chronicam dedimus, ita ut amplius non opus sit grana conquirere ex ista palea. 48) scriptum petente Simone abbate, qui praefuit a. 1191—1201; cf. Annales nostros VIII, 427. 49) Hic raro tantum nec tam Gestis usus est quam epitome quadam earum Gallica, quam vocat *historiam Cameracensem;* eodem tamen nomine appellat Rodulfi vitam Lietberti; cf. Annales nostros T. IX. 50) his scilicet locis: I, 5. 7. 10. 12. 17. 21. 23. 27. 40. 48. 52. 58. 64. 71. 93. 104. 114. 116. II, 5. 11. 12.

Gesta pontificum Cameracensium. C. autogr.

pag. 50

huc supra fuisse testatur. Indieb. autem dodilonis epi. uidentes canonici normannorum bachanaliam circa istam prouinciam ubique deseuire. sicut supra [illegible]

DE VILLA SCIS. Nec procul hinc apud scos. id loco uocabulum puellarum basilica ubi sca saturnina quiescit. traditur extitisse.

pag. 7

constat romanorum recte sedem tenuisse. inter ceteras has : cameracum & atrebatum ascriptas. [illegible] quoque urbes : [illegible] reliquerit. cum singulas dioce

pag. 19

Si incauti incideritis. maturior [illegible] penitentia. Illis aut

L. C. Bethmann scr.

Leonis chronicon Casinense

1 Cod. autographus regius Monacensis olim Benedictoburanus.

fol. 88'

scribere. miraculorum autem est sepe que huius modi narrationes ut audire delectantur uel legere. Explic. epta. Incip capitulatio abbatum huius sacratissimi cenobii casinensis.

Scs Benedictus primus abbas & fundator huius monasterii.

fol. 106'

[illegible] scholis & eugenii. huic [illegible] anno incarnationis dominice octingentesimo & uicesimo. obiit [illegible]

fol. 99

dno opulentissimum ac decentissimum edidit. quod greco uocabulo ATHANCWΦHAH. id est scam sapientiam nominauit. Diuatumque

fol. 102'

uidere. [illegible] Illi uero uidentes circa

fol. 110'

[illegible]

fol. 113

imponere obstetrunt. Quod & obtentum est,

W. Wattenbach scr.

Steind. v. J. G. Schwab Hann.

grapham, curis secundis opus suum revisentis; — nam de se ipso in hisce loquitur[51]; reliqui codices omnes ea tantum habent quae hic corrector, non quae primo scriba exaraverat; totusque harum correctionum additionumque habitus idem est, quem et in Thietmari, Liudprandi, Sigeberti, aliorumque codicibus autographis videmus. Alia denique manus s. XII. exeunte seu XIII. ineunte quasdam correctiones fecit in I, 20. 68. — Codex iam primum tantum atque secundum librum continet; desinit in media pagina antepenultima quaternionis foliis adhuc integri. Cui spatio paginae et dimidiae, a scriba vacuo relicto, manus alia, sed coaeva, inscripsit: „Ex decretis beati Gregorii pape, quod monachi" etc. quae ab opere nostro plane aliena sunt. At tempore Colvenerii, qui eo apud S. Gislenum usus est, tertius etiam liber aderat usque ad vocem capitis 49. medii: adhibuit, in qua voce desinebat in fine quaternionis, sequentibus foliis cum fine operis deperditis. Quae folia sub finem saeculi XII. adhuc extiterunt — tunc enim scriba codicis 2. ea adhuc excepit — sed saec. XIV. iam deperdita erant; nam 3. tunc temporis scriptus ea non iam habuit. Ex hoc codice primario reliqui fluxerunt omnes[52]. Usus eo fuerat Colvenerius; eruit eum iterum Pertzius anno 1835; nos Hagae comitum anno 1839. V. Cl. Holtrop bibliothecae regiae praefecto benignissime favente denuo accuratissime contulimus. Cuius specimen in tabula subiecimus, ubi et scribae primaria, et auctoris manus correctrix repraesentatur.

[2] C. S. Mariae Atrebatensis, iam deperditus, sed Colvenerio adhuc adhibitus, qui eum Gislenensi recentiorem dicit. Sed iam ante finem saeculi XII. descriptum fuisse ex 1, inde apparet, quod I, 20. 68. ea habet, quae in 1. legebantur primaria, non quae manus saec. XII. ex. illis erasis superscripsit. Tituli minio exarati, prouti in 1, quem in universum satis accurate excepit; additionem unam tantum inseruit I, 3. Post finem libri tertii legebantur Gesta Lietberti, sed „manu alia, eaque paulo recentiore scripta", teste Colvenerio. Folium ultimum una cum alio quod continebat III, 48. et dimidium c. 49, iam tum deerat, quum 2*. ex nostro describeretur. Novimus atque indicavimus ex uno Colvenerio, auctore fidedignissimo, qui eum in notis suis a. vocat.

2*) C. Sancti Vedasti, iam civitatis Atrebatensis n. 666. chart. fol. anno 1482. a pluribus ex 2. descriptus, sed satis negligenter. Quae legere non poterant scribae, iis spatium reliquerunt, in margine saepius voce desunt indicantes. Quaternio integer cum I, 46—106. iam intercidit. Ipse contuli.

3) C. regius Parisiensis n. 5533ª, olim Baluzii, membr. in quarto saec. XIV. nitidissime exaratus atque accuratissime. Capitum tituli rubri; in tertio libro nulli. Hic illic spatium relictum, ubi vocem in 1. legere non iam poterat; sed hoc raro factum. Desinit in medio III, 49, quibus eodem calamo subiungit continuationem brevissimam Post istum — Savine, quam post Gesta daturi sumus. Ipse contuli.

4) C. Affligemensis, dein societatis Iesu Antwerpiensis, iam bibl. Burgundicae Bruxellensis n. 7675. chart. fol. s. XVI. continet Gesta, chronicon Egmondanum atque Andream Marchianensem. Capitum distinctionem de suo nonnunquam mutavit, plura in unum coniungens. Post finem libri secundi eodem calamo descripsit quae in 1. ibi alia manus inseruit; tum statim librum

51) I, 7: *ut supra tetigimus*; 10. *nostris diebus*; 23. *huic operi necessarium duxi inserere*; 27. *repperimus*.
52) Id prae ceteris probant loci I, 4. 20. 40. 64. 68. 89. 93. 104. 108. II, 7. 48.

tertium subiecit, sine titulo; cui in margine alia manus addidit: Sic habet ms. exemplar domini Preudhomme canonici Camerac. *Desinit in III, 49. medio; nil deperditum. Ipse contuli.*

[5] *C. Rubeae Vallis, iam deperditus, sed Colvenerio adhuc visus et* r. *notatus, qui eum dicit* „in charta descriptum, idque satis imperfecte, ab annis circiter 60 aut 70. In eo multa pro arbitrio mutata sunt, et pro veteribus nova nomina substituta. Summaria capitum habet tantum in secundo libro, nec integre". *Scriba modo quam maxime arbitrario egit; III, 18—49. in unius lineae spatium decurtavit; desinebat in III, 49. in media pagina.*

6) *C. S. Petri Altimontis, iam civ. Duacensis n.* 800. *ab Antonio monacho in Alto Monte exaratus saec. XII. ex. mbr.* 8vo, *de quo egi in Annalibus nostris VIII,* 428; *inter alia continet Gestorum librum secundum inscriptione prorsus carentem. Scriba satis accurate egit, excepto quod pro libitu plura omisit. Capitum tituli rubri, numeri nulli. Ipse contuli.*

7) *C. Hafniensis Tott. n.* 520. *mbr. quart. s. XII. ex. olim* SS. martirum Floren. Hil. M. et P., *sed scriptus, ut videtur, Cameraci apud S. Gaugericum. Continet Gesta Lietberti et Vitam eiusdem, cui scriba sine ullo titulo fol.* 40'. *subiecit Gesta Gerardi atque continuationem ex Gestis sequentium episcoporum excerptam. Desinit fol.* 40'. *in fine quaternionis, sequentibus deperditis. Codicem huius continuationis esse autographum, monet Waitzius noster, qui eum contulit atque descripsit in Annalibus nostris VII,* 440.

[7*] *C. S. Sepulchri Cameracensis, iam deperditus, sed a Dom Brial visus, qui inde Gesta Gerardi atque continuationem Gaugericianam edidit XIII,* 476, *descriptus fuisse videtur ex* 7. *Desinebat iamiam cum continuationis c.* 8, *fine deperdito.*

8) *C. Gemblacensis, iam Bruxellensis n.* 5468. *mbr. fol. s. XI. in fine ab alia manu s. XI. ex. adscripta sine titulo continet nostri capita I,* 94—98. 104. *Lectiones eius notavi omnes.*

[9] Chartularium saec. XII. signatum A. ex archivis ecclesiae cathedralis Cameracensis *teste Dom Brial XIII,* 534. *sub initium continebat quam ille inde edidit abbreviationem Gestorum a canonico Cameracensi confectam, cum continuatione* „alia manu scripta, sed adeò mutila, ut inde certi quicquam vix elicere fas sit". *Codex quo devenerit, nescimus.*

10) *C. ecclesiae Cameracensis catenatus, iam bibl. publ. Cam.* 884. *post catalogum episcoporum usque ad Enguerrandum de Crequi continet Gestorum versionem Gallicam, quam Dom Brial XIII,* 476. *ex ipso edidit. Finis codicis intercidit.*

Editiones. *Editiones hae sunt:*

Colv.) Chronicon Cameracense et Atrebatense, sive historia utriusque ecclesiae, tribus libris ab hinc 600 fere annis conscripta a Balderico Noviomensi et Tornacensi episcopo. Nunc primum in lucem edita et notis illustrata per Georgium Colvenerium. Duaci, ex off. I. Bogardi 1615. *in* 8vo, *est editio princeps. Colvenerius tres codices nostros* 1. 2. 5. *habuit, e quibus nitidiorem auctioremque* 2. *pro fundamento posuit, sed ex* 1. *correxit, ubi necessarium sibi videretur; reliquas codicis* 1. *lectiones alicuius saltem momenti indicavit in notis; ex* 5. *utpote recenti atque interpolato pauca tantum attulit. In praefatione fusius de auctore egit, sed ibi tribus istis litteris quas primus protulit, in errorem se induci passus est, quod tamen nequaquam ipsi vitio vertendum, quum epistola illa Noviomensis nondum per Baluzium esset edita. Commenta-*

rius denique, quamvis paulo prolixior, multa tamen continet nunc quoque utilia, quibus non sine fructu usi sumus; codices porro 2. 5. et tertium librum codicis 1. iam perditos, per ipsum modo novimus; quumque Colvenerius solida eruditione atque accurata diligentia inter primos excelleret, liber eius praestantissimis auctorum quos media aetas tulit editionibus est annumerandus.

Bouq.) *Dom Bouquet eiusque continuatores Gestorum excerpta quaedam ex editione Colveneriana inseruerunt tomis VIII,* 278. *X,* 196. *XI,* 122. *Dom Brial vero XIII,* 476. 533. 534. *e codicibus nostris* 3. 10. *et ex* 7*. 9. *iam deperditis edidit ea quae Gesta Gerardi, Gestorum excerptum Gaugericianum, abbreviationem Cameracensem, versionem Gallicam esse supra exposuimus; et quamvis horum originem, fontes atque auctoritatem non satis perspectam haberet, eo tamen bene meruit, quod primus ea in lucem protulit.*

Legl.) Chronique d'Arras et de Cambrai, par Balderic, chantre de Térouane, revue sur divers manuscrits et enrichie de deux supplémens, avec commentaires, glossaire et plusieurs index, par le docteur Le Glay. Paris 1834 in 8vo. *Editor hoc libro illud maxime efficere voluit, ut mediae aetatis cognitionem atque studia historica, quorum amor ipsum ex medico fecit archivarium, popularibus quoque suis notam iterum redderet acceptamque, eosque ad ipsos e quibus historiam discere deberent fontes reduceret oblivione iamiam obrutos*[53]. *Ideo in verbis auctoris edendis Colvenerium secutus est, adhibitis hic illic codicibus* 2*. 6; *plurimum vero studii collocavit in commentario, latiori quidem, sed vel sic libenter legimus auctorem, qui talia ita tractare novit, ut non doctum opus legere, sed virum urbanum, qualis est, grata quadam cum elegantia narrantem audire nobis videamur. Auxit praeterea libri utilitatem eo, quod primus ibi edidit tertiam partem chronicae S. Andreae Castri Cameracesii, eo usque incognitae; quam quod integram infra proponere possumus, ipsius viri amabilis debemus benignitati.*

Nostrae editionis ratio ea fuit, ut, quum codicem 1. *ab auctore ipso correctum esse perspexissemus, Gestorum primum atque secundum librum plane ex hoc daremus, correctiones eius, additiones, pennae lapsus religiosissime ubivis indicantes, e reliquis vero codicibus ea tantum notantes, quibus vel ipsi eorumque natura cognosci, vel correctiones atque lacunae in* 1. *temporum iniuria factae suppleri possent. Tertium quoque librum usque ad c.* 49 *med. ex eodem* 1. *dedimus, ipso quidem iam deperdito, sed Colvenerii egregia accuratione eius absentiam adeo supplente, ut paucissima tantum dubia remanserint. Finem libri ex* 2, *id est Colvenerio, et* 2*. *dedimus. Gesta Lietberti nos primi a praecedentibus separavimus, proponentes ea ex* 2. *seu Colvenerio,* 2*. *et* 7, *qui unus finem eorum suppeditavit, hucusque ineditum. Gesta Gerardi restituimus ex* 7. *eiusque apographo* 7*. *a Dom Brial expresso. Gesta sequentium episcoporum integra quum non iam habeantur, tria opuscula exhibuimus ex quibus*

53) praef. 10: *A une époque où le patriotisme provincial se réveille, il est naturel que chaque contrée s'enquière un peu d'elle-même, et sache ce qu'elle faisait, alors qu'elle avait une existence indépendante et ne formait pas une banlieue de Paris.* Ibid. pag. 29: *Puisqu'il est démontré aujourd'hui qu'on ne peut approfondir l'histoire qu'à l'aide des documens originaux, pourquoi l'étude de ces documens n'entrerait-elle pas dans l'enseignement classique? Chaque collége royal ne pourrait-il pas avoir un cours de paléographie et de diplomatique appliquées à notre histoire nationale? Les jeunes Allemands, en sortant de leurs classes, connaissent les Scriptores rerum Germanicarum; ils ont lu Grégoire de Tours et Eginhard, deux écrivains français dont nos étudians soupçonnent à peine l'existence. Si l'on veut qu'enfin la jeunesse ait des idées justes sur un passé qu'on lui a montré jusqu'ici sous des couleurs si fausses, il est temps de la mettre en relation directe avec ce passé lui-même. Les témoins oculaires sont là; pourquoi ne pas les faire entendre?*

ea suppleri possint: Excerptum scilicet Gaugericianum, auctius iam quam apud Dom Brial, e codice autographo 7; *Abbreviationem Cameracensem, cuius codex unicus* 9 *non iam extat, ex duabus editionibus a Berthoud et a Brial curatis, omisso tamen initio e Gestis Lietberti ad verbum descripto; Versionem Gallicam e codice* 10, *et huius initio omisso, cuius fons adhuc exstat. Continuationem denique S. Andreae iterum ex codice* 3. *unico proponimus. In annotationibus ea, quae iam apud Colvenerium atque Leglay recte dicta reperiebamus, geographica maxime, ab illis mutuati sumus, nomina eorum religiose ubivis apponentes; praeterea duo potissimum exequi conati sumus: ut et chronologiam quam accuratissime explicaremus, et quae ex aliis scriptoribus excepta sunt, litteris minoribus exprimeremus ubique.*

L. C. BETHMANN.

PREFATIO SEQUENTIS OPERIS.

1 *Precipiente domino nostro episcopo Gerardo*[1], *in quantum vere indagari potuimus, de antiquitate nostrarum urbium, Cameraci videlicet atque Atrebati, sed et de earum quoque pastoribus memoriae commendavimus; non quidem ingenio freti, sed monitoris dignitate compulsi, qui nostram pusillitatem apud peritissimas aures periclitari maluit, quam diutius tot temporum ordinem, tot gestorum seriem conticeri. Quae quamlibet rustico sermone edita, satis tamen apparent liquida. Nec tamen eo lector temere moveatur, quod tam antiqua modernis reddidimus; quia nihil dubium, nihil fictum positum est, nihil etiam revera preter quod aut in annalibus atque historiis patrum, seu et in gestis regum, sed et in kartis quoque, quae adhuc in archivo ipsius aecclesiae sunt, repperimus, aut a certis relatoribus et visa et audita accepimus. Alioquin melius est tacere, quam falsa proferre*[2].

LIBER I.

1. *Causa conditarum urbium prenotatur.* Urbibus quondam aedificandis ea primum
3 causa ab auctoribus[3] extitisse dicitur, ut homines passim ritu ferarum oberrantes, quibus neque mos, neque cultus ratione magistra regebatur, nichilque divinum aut humanum sapiebant, sed propter errorem atque inscientiam caeca ac temeraria dominatrix animi cupiditas ad se explendam viribus corporis abutebatur pernitiosis satellitibus; — illi inquam homines instructis urbium moenibus in unum convenirent, fidem colere et iustitiam retinere discerent, et aliis parere sua voluntate consuescerent; ac non modo labores excipiendos communis commodi causa, sed etiam vitam amittendam estimarent. Quae nimirum causa, licet non improperanda videatur extitisse — non enim vile aut absurdum fuerat, homines agris et tectis silvestribus abditos ex feris et inmanibus mites reddi ac mansuetos — in consilio tamen providentiae ordinantis[a] longe altior rerum causa portendebatur; per quam humana prudentia, dum suis consulere usibus putabat, superventurae posteritati utiliter ministraret; videlicet ut ipsis suis moenibus nihil aliud pretendere viderentur, nisi quaedam ut ita dicam regia aedificia construere, in quibus mox futura sancta mater aecclesia principalem suae dignitatis arcem et apostolicam sedem obtineret. Habet namque penthatheucus Moysi, quia Hebreorum populo ab Aegyptia dominatione revocato Deus civitates gentium possidendas misticis beneficiis
Ps. 104, 44. promitteret et donaret, iuxta illud psalmistae: *Dedit illis regiones gentium, et labores populorum possederunt.* Unde et occiduae quoque regionis urbes, quas gentilitas muralibus machinis et miris nobilitaverat officinis, infusa per orbem aecclesia velut regiae maiestatis arces occupat.

2. *Conditores urbium Cameraci et Atrebati nesciuntur; Iulius vero Cesar, superatis Alpibus et Gallis Atrebatum usque deveniens, Comeum ducem subiugavit.* Sed haec de causa

1) primo, qui sedit a. 1012—1051. 2) Imitatus videtur Sulpitium Severum, cuius haec sunt ultima verba prologi in vitam S. Martini: *Alioquin tacere, quam falsa dicere maluissem.* COLV. 3) cf. Cic. Tusc. V, 2. COLV.

a) omnia Dei *addit* 5.

aedificandarum urbium sufficiant. De auctoribus vero earum dissensio plerumque invenitur, adeo ut nec urbis quidem Romae origo diligenter possit agnosci. Nam plerique a Troianis atque Aboriginibus, alii ab Euandro, alii a Romulo eam conditam fuisse asserunt. Unde nos nec historicos nec commentatores varia dicentes imperite condempnare debemus, quia antiquitas ipsa creavit errorem. Sed si tantae civitatis certa ratio non apparet, non mirum si in aliarum opinione dubitatur. Facturus igitur mentionem sanctorum patrum, quos provida Dei dispositio Atrebatensi seu Camaracensi aecclesiae preesse constituit, harum duarum conditores urbium scripto annotare debueram. Sed quia nomina aut memoriam eorum nec historiae aut annales aut etiam fama superstes[a] servavere, de his consultius reticere censuimus, quam fabulosum quid conficere. De temporibus quoque conditarum eadem constat ratio, ut quorum auctores nesciuntur, et tempora sileantur; preter quod inter antiquiores et nobiliores urbes Atrebatum nomen optinere, si quis historias Iulii Cesaris retexuerit, non ignorabit. Hic namque postquam totius poene orientis orbem Romano subiugasset imperio, regesque gentium tributarios fecisset, videns quod ei incerta bellorum prosperavissent, occidentales quoque regiones suo imperio adiungere meditabatur. Unde superatis Alpibus, Gallisque[b] ad deditionem coactis aut gladio trucidatis, forte Atrebatum, quae supererat in extremis Galliae finibus, septus militaribus copiis devenit. Cui cum cives, Comeo duce, viro militiae veteris stipendiis egregio et gentis suae et patriae salute ferventissimo, resisterent: indignatus, quod Romanae potentiae resistere auderent, cui extrema Indiae paterent, Assyrius atque Aegyptius parerent, Macedonia et omnis Palestina regio serviret, Scotia, quae nihil terris debebat, atque Saxonia inaccessa paludibus et inviis septa regionibus, iam tremebat, postremo omnia subiecta erat, nisi quae nimio aestu aut gelu invia sunt, et ideo extra Romanum imperium, quia eadem extra humanum usum, — super his indignatus, vehementius obsidioni incubuit. Conflictum promptissime ab utraque parte, donec memoratus Comeus[c], Romani principis fortitudinem sustinere non valens, cum civibus ad deditionem cogeretur. Alii rebellionis ausum, et moras obsidionis in virum capiti ulciscendas acclamabant. Fit concursus, ad eius advenientis spectaculum Romanis confluentibus. Alii videre deiectum desiderabant, quem paulo ante in amplissimo honore positum summae rei preesse intuebantur; alii certabant illudere capto; alii vices rerum humanarum tam varias atque flexibiles mirabantur. Plerique consultius ingemiscebant, qui in alienis casibus sibi eadem posse accidere estimabant. Cesar pre ceteris movebatur ingenita animi mansuetudine, illum dudum bellatorem superbum, subito potestati addictum hostium, alieni nutus sortem operiri, vitae naufragum, exulem spei, incertum salutis. Tantum valere momenta in preliis, ut brevi casu dispares sui reddant, cum aut potentes deiciuntur, aut afflicti levantur. Itaque pars melior, eorum scilicet qui honore potiebantur, in quos potius Cesaris consilia reclinabant, mitiora consilia dabant. Maxima tamen apud Cesarem portio salutis viro fuit devotus patriae animus et spectata in rebus bellicis virtus. Advertens namque in eum fidei et egregii animi constantiam, inter primos militaris negotii viros et regios consiliarios promovit, per quem postmodum multa strenuae virtutis insignia peregit. Nam bello strenuus, consilio bonus, quam frequenter innumeras hostium copias parva manu fuderit, non est presentis persequi negotii. Parent[4] autem 4 usque in hodiernum constratis aggeribus loca apud Mariolum[5], ubi Romanae acies castra metaverant.

3. *Quod Clodio rex missis exploratoribus cum grandi exercitu Cameracum ingressus, christianis interfectis urbem obtinuit.* Denique Cameracae urbis licet auctor et aetas certa non pateat, inter antiquiores tamen nomen et famam obtinere eam, res ipsa indicat, quod in gestis antiquorum scripta saepe memoratur[d]. Narrat item Francorum historia, quod postquam dominicae sanctionis sententia gentili gladio ferienda Gallia traderetur, Iustino imperatore Clodio rex habitabat in Disbargo castello, in finibus Toringorum, regione Germaniae. In his Gesta r. Fr.

a) supestes 1. b) videns — Gallisque *in rasura, sed ab ipso scriba exarata.* c) comes 1. 3. d) *Posthaec* 2. 2*. *addunt:* Liber namque, qui iubente Iulio Cesare ex senatus consulto a prudentissimis viris de Cosmographia inscribitur, ubi quidem totius orbis Romani nominis universa loca famosa distinguit, Cameracum etiam intromittit, et quanto a Bagaco castro distet, id est 18 milibus, evidenter ostendit.

4) i. e. apparent. 5) Maroilles.

[Gesta r. Fr.] autem partibus, id est ad meridianam plagam citra Rhenum, habitabant Romani usque Ligerem fluvium. Ultra Ligerem fluvium Gothi dominabantur. Burgundiones quoque Arrianorum sectam sequentes habitabant trans Rodanum, quod adiacet civitati Lugdunensi. Clodio autem, missis exploratoribus ad urbem Cameracum, in qua Romani habitantes iam christianae religionis culturam exhibebant, ipse postea cum grandi exercitu Rhenum transiit, et Carbonarias ingressus, Tornacensem urbem obtinuit. Exinde usque ad Cameracensem urbem veniens, pauco temporis spatio resedit, Romanosque quos ibi invenit, interfecit. Exinde usque Somnam fluvium occupavit.

4. *Quod Clodoveus, rex quartus a Clodione, Ragnacharium consobrinum suum, pro eo quod eum in urbe non suscepit, congressione habita interfecit.* Sed et eiusdem historiae textus indicat, quod Clodoveus rex quartus post Clodionem, in urbe Cameraco Ragnachario consobrino aut nepote suo custode relicto, in terris et civitatibus, quas usque Aurelianum occupavit, morabatur. Unde cum quodam tempore reverteretur, ipse Ragnacharius mundano fastu superbus, mutata fide ei urbis ingressum negavit. Hic propter obscenitatem morum et insolentiam Francos sibi adversos fecerat, maxime pro eo quod [Greg. Tur. II, 42.] effrenis in luxuria, Venerio adeo fervebat incendio, ut nec a civium nec propinquorum coniugibus suas comprimeret cupiditates. Quae quidem ei laetalis exitii causa extitit. Nam huiusmodi famoso ludibrio Franci efferati, causas quibus regi exitium maturetur nectunt; commentumque proditionis Clodoveo regi significant. Qui promissis proditores corrumpens, subaerato fefellit auro. Pactio haec fuit, ut regem hostibus congressuri desererent. Sumpta itaque de suis manu valida, Clodoveus adversum Ragnacharium movit exercitum; qui et ipse directa acie regi occurrere parat. Missis itaque exploratoribus ad contemplandum exercitum Clodovei, non advertit dolum nuntiorum, qui factiose regi audaciam ex maioribus copiis suscitabant. Huiusmodi erant verba nuntiorum, cum quaereret ab eis[a], cui exercitus fortior comitabatur. *Tibi*, inquiunt, *tuoque Faroni*. Nescius ipse dolose fictum, propter Faronem consiliarium suum quem ille solum posthabitis palatinorum primoribus super negotia regni constituerat, — de quo, cum muneris aut cibi aliquid allatum foret, dicere consueverat: *Sint ista mihi meoque Faroni* — regibus igitur congressis, hii dominum suum in ipso conflictu proelii iuxta conventum deserunt, ipsi per prona fugientes, simulato terrore, hostibus terga vertunt. Comprehensus Ragnacharius occiditur. Proditoribus autem, propter vitiatum aurum, adversum regem susurrantibus, ille respondisse fertur, tali eos praecio meritos, qui dominum suum sponte ad mortem ducunt; hoc illis quod viverent debere sufficere, ne detestandae proditionis poenas luerent in tormentis[b]. [Flod. I, 13.] Legimus autem in gestis Remorum pontificum, quod rege prefato Clodoveo, ut posterius liquet, a sancto Remigio ac sancto Vedasto baptizato cum sororibus simul et cum magno Francorum exercitu, pars quidem magna Francorum, adhuc incredula necdum conversa, cum isto Ragnachario principe in locis trans Somnam fluvium, id est in urbe Cameraco, in infidelitate aliquandiu morabatur, donec superna gratia disponente, sed Clodoveo triumphante, idem Regnacharius, flagitiorum sectator ac turpitudinum, vinctus a Francis et a suis, ut modo diximus, traditus est et interemptus, omnisque Francorum populus ad Christi fidem per beatum Remigium convertitur et baptizatur, sicut inibi legimus. Sed potius per beatum Vedastum credimus; numquam enim sanctum Remigium in nostris partibus verbum Dei populo predicasse audivimus, sed ab illo et a rege noviter baptizato huic nostrae urbi ad convertendam gentem directum beatum Vedastum cognovimus; quare illum huius negotii auctorem credimus.

5. *Sevitia paganorum et clades cristianorum exprimitur.* Igitur propositi operis ratio exigit, patres utriusque sedis stilo prosequi, vel quibus qui ad pontificale solium successere. [Nota, quod olim Cameracensis et Atrebatensis duae fuerant quae modo uniuntur.[c]] Porro has duas fuisse matres aecclesiae sedes, certa res est, quae nunc unius pastoris moderamine reguntur; quod facile ex descriptionibus Dyonisii papae perpenditur, qui universis provinciis singulas sedes propriis terminis discrevit; sicut etiam Hincmarus episcopus in suis libris diffinit[6]. Has duas sedes beatus Vedastus, quia post tot infestationes, quas diximus et dicturi sumus, plurimum vastatas repperit, sub uno regimine cohibuit. At vero primos earum patres quaedam vetustatis obscuritas a nostra seclusit memoria, immo ea quae peccatis exigentibus Galliarum aecclesias paganorum persecutio subvertit; quae adeo in cristianorum populum efferbuisse legitur, ut cristiani, qui ea tempestate fuerant, per latibula divina celebrarent misteria. Si qui autem a paganis repperiebantur, aut verberibus afficiebantur aut gladio trucidabantur; multi in speleis aut fossis subterraneis[7] absconsi suffocabantur. Sic obeuntibus sacerdotibus, intermissa sacrorum officia; quicquid ad sacri cultus observantiam spectabat, remissum. Incumbentibus ruinis, alii se precipitabant, alii patriae incendiis exurebantur; paucis tamen usque ad ultimum in suo munere perseverantibus, atque invicem se hortantibus, ne in posterioribus ponerent sacrae religionis officium, quam salutis presidium. Recte secum agi, si pietati impenderent, quod deberetur necessitati; pulcherrimum, si in patriae sinu sepeliri liceret. Quid enim iuvaret evadere, et superstitem vivere religioni? Preclarum potius com-

a) factiose — eis *omisit 3. spatio relicto; nec 4 ea legere novit exceptis* fac . . . . . . copiis suscitabatur eiusmodi erat . . . . *unde apparet, et 3. et 4. ex ipso 1. descriptos.* b) *Sequentia huius capitis omnia in scedula assuta supplevit, ut videtur, scriba ipse.* c) *haec auctor ipse ita in margine addidit.*

6) ep. 44. ed. Sirmondi II, 719. 7) tales nunc etiam per territorium Cameracense in Villers-Plouich, in Inchy-Beaumont, in Beaumetz existere docet Le Glay.

mori pio muneri. Quod si quis, periculi metu, deserat, sacrilegium est; si quis impleat, sacrificium est piae passionis victoria. Infulati itaque sacerdotes inter suas hostias immolabantur, et amicti sacerdotalibus stolis inter corpora occisorum humi iacebant. Sed nec solum in sacris ministris tanta strages desevierat, sed et reliquum vulgus miserrima cede cruciabat. Humana itaque pariter atque divina maculabantur. Nonne et de his dixerat David: *Venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum,* Ps. 78, 1-3 *posuerunt mortalia servorum tuorum escas volatilibus caeli; effuderunt sanguinem eorum velut aquam in circuitu Hierusalem, et non erat qui sepeliret.* Simul enim tunc et gentes venerunt in hereditatem Dei, quae auferrent omnia, et templa Dei polluta sunt manibus impiorum et insepulta iacuerunt cadavera interfectorum, ad escam avium et bestiarum voracitatem. Effusus sanguis, ut stagnaret in templum, deesset qui sepeliret; quia a viventibus in mortuos, a mortuis in eos qui adhuc viverent, furor transferebatur. Solvebas Gallia antiquae feritatis mercedem. Si quis caesorum stragem recenseat, Babilonios in Hierusalem revertisse arbitretur. Huius persecutionis meminit beatus Hieronimus in epistola de Flod. I, 6. monogamia, dum barbaricae persecutionis planctum faceret ad Aggerundiam nobilem viduam, exhortans eam de perseverantia viduitatis, ita memorando inter cetera: *Innumerabiles et ferocissimae nationes universas Gallias occuparunt. Quicquid inter Alpes et Pirineum, quod occeano et Rheno includitur, Quadus, Wandalus, Sarmata, Alani, Gipedes, Herucli*[a], *Saxones, Burgundiones, Alamanni, et o lugenda respublica! hostes Pannonii vastaverunt. Etenim Assur venit cum illis. Maguntiacus nobilis quondam civitas capta atque subversa, et in aecclesia multa hominum milia trucidata. Wangiones longa obsidione deleti, Remorum urbs prepotens, Ambianis, Atrabatus, extremique hominum Morini, Tornacus, Nemetes translatae in Germaniam. Aquitaniae novemque populorum Lugdunensis et Narbonensis provinciae preter paucas urbes cuncta populata sunt, quas et ipsas foris gladius, intus vastat fames*, et cetera. Nota quod Hieronimus cum alus urbibus destructionem quoque Atrebatis plangit.

6. *Sanctus Vedastus, divina dirigente gratia in hanc provinciam deveniens, Clodoveum regem, ob eventum belli minus prosperi ad cultum cristianae fidei coactum, ad sanctum Remigium ducit babtizandum.* Itaque dum haec tirannica rabies in Christi aecclesiam deseviret, fuit civitas Atrabates sine principe sacerdotii usque ad tempus sancti Vedasti. Aecclesia destructa, locus in solitudinem redactus, ferarum habitatio factus est. Hic sanctus Dei con- V. Ved. fessor et egregius predicator, temporibus fortissimi regis tunc temporis Francorum Clodovei, in has divina dirigente gratia ob multorum salutem pervenit regiones. Cuius rei ordinem et causam, quantum brevitas patitur, stilo prosequamur. Porro memoratus princeps fanaticis adhuc tenebatur erroribus involutus, sed erat ei uxor religiosa baptismique sacramentis initiata, Crhothildis nomine, filia Chilperici regis, V. Ved. quem Gundebaldus rex frater eius ortis simultatibus interfecerat. Haec christianissima regina regem cotidie blandiebatur, suadens ab idolatriae cultura ad unius veri Dei cultum converti, ut per mulierem fidelem salvaretur vir infidelis. Sed rex reginae consi- 1 Cor. 7, 14. lium minus audiebat, quia deorum suorum auxilio fieri estimabat in omnibus[b], quae sibi prospere accidisse videbantur. Anxia de regis potius salute quam de regni potentia regina, ubi salutis consilium regem contempsisse videt, dari ab Excelso postulat oportunitatis eventum, quo vel sic rex compulsus salutis suae sumeret occasionem. Bellum itaque rex Alemannis indicit, sed imparatos, ut voluit, non offendit. Nam hii collecta manu valida, circa ripas V. Ved. Rheni fluminis regi occurrere, patriamque suam bellica virtute defendere temptant. Invocatis ad auxilium regis diis suis, Franci in ipso congressionis apparatu coeperunt mente deficere, et languentibus dextris, terrore simul et formidine dissoluti, vitae potius desperatione quam victoriae dispendio agitari. Videns rex palantem exercitum, supra vim terroris virtutem animi gerens, prohibet trepidare milites, magisque in prelium accendit, ne tanti estimarent mortis periculum quam gloriae triumphum. Ipse itaque signifer revocans acies, primus equum in hostem egit, et clamore magno sequuti ceteri acriter dimicabant. Alemanni e contra viribus et numero prestantiores, quibus pro vita et patriae libertate res erat, coeperunt fortiter Francos urgere; alii sagittis, alii telis, alii balistis cedentes confodere. Rex autem ubi multorum amissione videt dilabentem non posse subsistere exercitum, nec vocatos Deos instanti periculo sibi subvenisse, rebus desperatis fortissimum Deum christianorum, quem regina colendum ei suaserat, invocavit, voto se obligans, se cum suo exercitu sacro fonte diluendum, si conversis rebus victor ab hostibus remeasset. Nec mora, recreatis viribus et reparatis agminibus, cum auxilio Trinitatis hostes invadunt, et poene ad internecionem omnes devincunt, nisi quibus fuga aut deditio fuit ad vitam. Intelligens rex non tam sua virtute quam Dei munere hostes superatos, cui se fidei voto constrinxerat, Tullum mox oppidum adiit, audito, ibi beatum Vedastum laudabili religione Deo servire. V. Ved. Cui cum adventus sui causam exponeret, et pugnae eventum, qui ex deorum invocatione

a) *ita* 1. 2. 3. herulei 5. b) omibus 1.

in adversum cesserat, ad Christi nomen secundo successu provenisse notificaret: vir Domini, gratias agens Deo, qui gentibus regnum suum apperire dignatus est, coepit catholicae fidei ministerium regi adnuntiare, et ewangelicis assertionibus instructum duxit ad venerabilem virum Dei Remigium, qui tunc temporis Remensis ecclesiae arcem [Flod. I, 15.] tenebat; vir ex sapientia virtutibusque factus, cuius spiritualium virtutum insignia testatur gens Gallica per eum ad [V. Ved.] Christum conversa; cui etiam Ormisda papa vices suas quondam in Galliis agendas commiserat. [S. Vedastus caecum illuminat.] Vedastus igitur festinantem ad vitae fontem deducebat regem. Quo in itinere cuidam caeco ad se clamanti vir Dei lumen reddidit oculorum, non sine admiratione palatinorum procerum, immo etiam regis, quem presentis exhibitio miraculi christianae fidei fervore accendit. Cernitur usque in hodiernum ecclesia in testimonium virtutis huius constructa, in qua orantibus et credentibus beneficia prestantur divina.

7. *Beatus Vedastus vinum de sicco vase protulit, et a sancto Remigio ordinatus episcopus, claudo vestigium et caeco reddit visum.* Baptizatus itaque rex cum optimatibus suis ad sceptra regni regreditur; sanctus vero Vedastus cum beato Remigio per aliquod temporis detinetur; ad quem nobilium et religiosorum multus[a] ob celebrem conversationis famam fit concursus. Inter quos cum eum doctrinae celestis amore familiariter unus pre ceteris visitare consuesceret, et quadam die vespere incumbente sol ad occasum rueret, noluit virum absque caritatis viatico dimittere. Rogatus igitur puer vinum deferre, cum exhaustum omne renuntiasset propter hospitum frequentiam, de fidei divitiis haud dubius, vinum de sicco vase superexcrescere dedit preciosum. Advertens beatus Remigius in virum conversationis et spiritualium donorum insignia, indignum duxit sidereae lampadis lumen claudi sub tenebris, quae ad salutem et illuminationem melius luceret multorum. Favente igitur rege Clodoveo, per Dei providentiam ordinatum episcopum ad euangelizandum Cameraco et Atrebato dirigit urbibus. Liquet[b] ergo, quod rex iste, quanto impensius paternas sedes amaverat, tanto probatioris vitae pastorem eo loci delegaverat. Ibi enim preter ceteras [c. 4.] sedes, ut paulo superius dictum est, specialius versabatur; ideoque maiori gratia[8] ductus, pastorali regimine parochiam ditare conabatur; quippe nullum meliorem quam beatum Vedastum et ad ferocem populum edomandum et ad gratiam fidei excitandam arbitratus, [c. 5.] per quem ipse fidem catholicam fuerat adeptus. Notandum vero, quod, ut supra tetigimus, hae duae parochiae antea gemina episcopali administratione gaudebant; nunc autem, quia ab hoc sancto pontifice vastatae repertae sunt, uno regimine colliguntur[c]. [V. Ved.] Qui in Atrebatae urbis introitu claudum unum, alterum caecum, clamantes ad se, hunc lucis ademptae, illum ambulandi facultate donavit. Introgressus, stupet fleuda urbis deiectione. Nam antiquis ferme temporibus sacrae eo loci fidei floruisse religionem agnovit; sed propter offensam incolentium, occulto sed iusto Dei iudicio tradita est cum ceteris Galliae vel Germaniae civitatibus pagano et perfido Hunorum regi Attilae urbs quoque illa depredanda. Qui propter animi saevitiam nec sacerdotibus Dei, ut supra deflevimus, nec ecclesiis Dei reverentiam noverat impendere, sed omnia quasi tempestas immanissima ferro vastavit et igni. Perscrutanti, si quod signum ecclesiae patuisset, nullum veteris templi indicium parebat, quia loci situs vepribus et spinis iam inhorruerat, et ubi quondam psallentium chori, ibi lustra ferarum videbantur. Tandem inter fracmenta murorum diligentius contemplatus, invenit aram sanctae Dei genitricis Mariae, quam, licet inter stragem murorum, tamen inlesam adhuc servari divinitus non ambigit. Qua in re intellexit vir sanctus — nobis quoque intelligere datur — ibi pontificalis cathedrae arcem extitisse, presertim cum et Dyonisius papa, quem iuxta chronicorum fidem annis 263 ante Hormisdam papam, qui tempore fuit beati Vedasti, con- [Nota quod Dyonisius papa inter caeteras sedes pontificales Cameracum et Atrebatum descripserit.] stat Romanae ecclesiae sedem tenuisse, inter ceteras has quoque urbes, Cameracum atque Atrebatum, ascriptas et cum suis parochiis eque distinctas reliquerit[d], cum singulas dioceses circumscriptis finibus ordinavit, et editiores quasque metropolitanas, inferiores vero suffraganeas esse instituit.

8. *Quod in urbe Vienna habita sinodo a beato Mamerto, vocatus sanctus Remigius pro se sanctum Vedastum direxit; ubi coepiscopi inter cetera quae tractarunt, ieiunium quod triduo* [V. Ved.] *ante ascensionem Domini agitur, observari decreverunt.* Reparatis templi aedificiis, beatus Vedastus circumiacentis provintiae populos ab idolatria cultibus divinis mancipavit, fana deorum diruens, aecclesias ad summi decoris culmen erigens. Claruit ubique divinae cognitio legis; Christi nomen cunctorum audiebatur in ore. Signa autem et virtutes, quae per eum divina exhibuit potentia, quia brevitatis stilus non capit, curiosis lectoribus liber vitae eius plenius indicat. Huius temporibus habita sinodus Vienna urbe describitur, ad quam Galliarum episcopi a beato Mamerto convocati poene omnes con- [Flod. H. R. I, 16.] venerunt; ubi et ipsi beatum Remigium, utpote divinis eloquiis eruditissimum et prestantioris gratiae privilegio facundissimum, venire petierunt. At vir sanctus senio gravis, cum corporis imbecillitate detineretur, beatum illuc Vedastum vicariae sollicitudinis cooperarium direxit[9]. In ea namque urbe, ut beatus Gregorius Turonensis urbis episcopus scribit in gestis Francorum, tunc temporis [Gesta r. Fr.] inaudita cives prodigia terruerant. Hinc enim motu terrae maximo, multarum ecclesiarum subita eversione et ruentium palatiorum concussione, gravis animis deiectio incubuerat, instantibus prodigiis, mundi terminum et extremum iudicii diem superventurum spectantibus. Porro ibi bestiae multae oberrantes, lupi, ursi ac cervi ingressi per portam civitatis, homines plurimos devorantes, hoc per totum annum faciebant. Superveniente sollempni die paschae, sanctus Mamertus eiusdem urbis episcopus cum in ipsa vigilia sacrum misterium celebraret, pala-

a) regiosorum multos 1. b—c) Liquet — colliguntur *in scedula assuta supplevit auctor ipse. Idem verba* Clodoveo p. D. providentiam *supra lineam supplevit, et* Favente, rege, Cameraco et Atrebato diri *in rasura scripsit.* d) hanc q. urbem ascriptam reliquerit *primo habebat* 1; *sed auctor ipse ita correxit, ut nunc legitur.*

8) i. e. studio, amore ut II, 5. 9) quae his insunt plus quam dubia, exposuit Henschenius Acta SS. Febr. I.

tium quoque regale, quod editiore urbis loco eminebat, divino igne succensum est. Hanc divinae indignationis [Gesta r. Fr] animadversionem ex offensa hominum accidisse advertentes episcopi, communi consilio decreverunt servari ieiunium, quod triduo ante ascensionem Domini usque nunc per omnes Galliarum ecclesias agitur; sicque ipsa tribulatio atque subversio quievit.

9. *Beatus Vedastus de hoc seculo migravit, cuius exitum columna lucis illustravit.* Rexit igitur egregius Dei sacerdos [V. Ved] Vedastus predictae urbis aecclesiam annis circiter 40. Cuius mentionem beatus Remigius benigne recolit in testamento suo ita scribens: *Ecclesiae Atrebatensi, cui Deo auctore Vedastum fratrem meum carissimum* [Flod. I, 18.] *episcopum consecravi, ex dono iam dicti principis, id est Hludowici, quem de sacro fonte suscepi, villas duas in stipendiis clericorum delegavi, Orcos videlicet et Sabucetum.* Eius exitum columna lucis visa a cellula eius ad celum usque [V. Ved.] conspicuae lucis tractu pertingere designavit, quam mox subsequentis obitus sacra illustraverat dies. Mirum illud, quod inter lacrimantium gemitus in terra psallentium voces audiebantur in caelo. Sepultus est autem in aecclesia beatae virginis Mariae, haud procul ab ipso altari, ad australem plagam. In quo loco per aliquot temporis quievit, quousque revelante Domino a viris sanctis Autberto atque Audomaro ad locum, ubi nunc eius memoria fulget, feliciter est translatus, sicut in libro vitae eius, et plenius in gestis beati Autberti legitur. In qua translatione beatus Audomarus receptum corruptile lucis munus fertur reimpetrata caecitate, vitasse. Huius post obitum miracula alias diligens lector inveniet.

10.[a] *De homine per advocatiam sancti Vedasti in campum sustentato.* Pauca vero, quae nostris diebus meritis huius beati confessoris a videntibus facta accepimus, nequaquam pretereunda estimavimus. In Derniensi[10] namque territorio quendam ex familia sancti Vedasti hominem mali rapinatores, alienae substantiolae inhiantes, pravis insimulationibus adorti sunt, et ob hoc suum advocatum in ius quaerentes, ipsum quidem hominem ad singulare certamen, quod rustice dicimus campum, provocarunt. Qui advocatum suum adfuturum pollicitus intra huius legis diffiniendae terminum, sumpta pera cum baculo, ad cenobium viri Dei pergere festinavit, causamque proclamans, abbatis advocatiam imploravit. Abbas autem pro difficultate longi itineris detrectavit ferre suffragium, immo divinum monuit expectare[b] auxilium. Omnino itaque desolatus ad sua revertitur, solaque in Domini fisus clementia, susceptam legem refellere nequaquam estimavit. Ergo prescripta die iudicio se repraesentans, advocatiam Dei et sancti Vedasti sibi profuturam assumpsit, nullumque aliud scutum quam peram sibi opponendam fiducialiter ad dirimendam pugnam exclamavit. Factumque est divina operante clementia, quod ubi obluctator alter diligenter armatus, congressu habito illius inermis peram ingenti ictu percusserit, tanta et tam densa nebula inter eos de ipsa pera statim exoritur, ut neuter alterum videre potuisset.

11. *De homine quoque per sanctum Vedastum liberato.* In una quoque aecclesia, quae in episcopio Leodecensi sita, in honore sancti Vedasti colitur, raptor quidam pessimus compositis fraudulenter calumniis hominem cepit, nexisque post tergum manibus et fune ascellis supposito, torquendum durius abducebat. Quem mox caelitus emancipatum respiciens, equo desiliit, illumque per se fore solutum quoquo modo existimans, male verberatum iterum artius vinculavit. Equoque ascenso, repente quoque laxatum intuitus, cum furore etiam per comam arripuit, verberibusque affectum, tertio per genitalia obligavit. Nec longum vero, dissolutum respexit, sicque tandem devictus, divinae potentiae cędendum estimavit. Hoc autem meritis sancti Vedasti a Deo concessum nemo qui dubitet.

12. *Post Vedastum successit Dominicus, postea Vedulfus, deinde beatus Gaugericus.* Beato Vedasto ad pontificale solium Dominicus successit, cui Vedulfus. Ab isto ceterisque successoribus eius Camaracensis aecclesia specialem principatus aulam accepit, quae sacerdotali regimine multo ante tempore, sicut et Atrabatus, vacarat, ex quo Galliarum quoque aecclesias barbaricae persecutionis caedes vastaverat. Sed non idcirco iure quis dubitabit, an huic aecclesiae aliqui ante prefuissent rectores; cum hoc ex descriptionibus Dyonisii papae facile datur intelligi, ut superius expresse ostensum est[c]; vel quod Clo- [c. 5. 7.] dio rex Romanos, quos ibi christianos invenerat, interfecerit. Huius Vedulfi episcopi licet aliqua forte memoranda gesta fuissent, incertum tamen, an desidia an raritate scriptorum, quibus saepe multa silentio consenescunt, ad nostra usque tempora superstite fama non durarunt; preter quod in gestis beati Gaugerici[11], qui ei successit ad pontificatum, legimus, illum rebus humanis exemptum ad meliora transisse. Per quod datur

a) *Hoc et sequens caput in scedula assuta scripsit auctor ipse.* b) expectaret 1. c) ut s. e. o. e. *auctor intra lineas supplevit.*

10) fortasse Ergny, arrondiss. Montreuil, vel Erny-St. Julien, arrond. St. Omer. LE GLAY. Fortasse legendum *Dervensi.* Pagi Dervensis vocabulum in *Moutier en Der* servatur. P. 11) antiquioribus, inter Acta SS. Augusti II, 670. Acta SS. Belgii II, 273.

intelligi, non eum huiusmodi meriti fuisse, cui supplicia pro culpa, verum premia reddantur pro innocentia, quod est ad meliora transisse.

V. Gaug. III, 1. 13. *De Bertoaldo episcopo.* Post excessum beati Gaugerici successit in sede pontificali Bertoaldus, ex Francorum nobilitatis prosapia, vir apostolicus ac dote virtutum preclarus. Hic amore ac veneratione beati Gaugerici ductus, qua semper ut filius flagrabat, in cubiculum sancti viri, unde animam ad caelos emisit, lectum suum constratum locavit, non presumptione lubrici animi, sed certus, quia hunc locum nullae adversae partis fantasticae insidiae vexarent, quem vir tantus sui obitus casu dicavit. In quo cum aliqua nocte pausaret, apparuit illi per visum beatus Gaugericus, blande quidem ac leniter alloquens, ut promptius emoto lectulo presumptionis culpam meminisset piare, si propicium sibi eum habere voluisset. Mox ille summoto lectulo, quod iussum fuerat explevit, et in eodem cubiculo altare Domino in memoria[a] beati Gaugerici dedicavit, pigneribusque sanctorum conpositis, divinis cultibus aptavit; ubi usque in hodiernum celebratio sancta peragitur, immo et Deo vota solvuntur.

14. *Interfuit sinodo Bertoaldus episcopus cum sancto Arnulfo et multis aliis; ubi necessaria ecclesiae tractata sunt.* Reperimus etiam in gestis Remorum episcoporum, *quod ipse Bertoaldus* episcopus interfuit sinodo, quam Sonnatius Remorum episcopus celebravit, cum Teoderico Lugdunensi, Sindulfo Viennensi, Sulpitio Bituricensi, Medegiselo Turonensi, Senoco Elosanensi, Leontio Santonensi, Modoaldo Treverensi, Chuneberto Coloniensi, Richerio Senonensi, Donato Vesontionensi, cum multis etiam aliis episcopis, quorum nomina brevitas neglexit. (Flod. II, 5. 625.) Reperitur quoque sanctus Arnulfus interfuisse Mettensium presul. In qua sinodo multa leguntur utilia constituta, de rebus scilicet aecclesiae, qualiter tractandae sint. De clericis videlicet, si qui rebellionis ausum sacramentis se aut scripturae coniuratione constrinxerint, atque insidias episcopo suo callida allegatione confecerint; ut si admoniti emendare contempserint, gradu proprio omnino priventur. Item si quis iudex cuiuslibet ordinis clericum publicis sanctionibus inclinare presumpserit, aut pro quibuslibet causis absque conscientia et permissu episcopi distringere, aut contumeliis vel iniuriis afficere presumpserit, communione privetur. Item si quis homicidium sponte commiserit, et non violentiae[b] resistens, sed vim faciens impetu hoc fecerit, cum isto penitus non communicandum; sic tamen, ut si poenitentiam egerit, in exitu communionis viaticum non negetur. Item si clericus proficiscens de civitate ad alias civitates voluerit aut provincias pergere, pontificis sui epistolis commendetur; quodsi sine epistolis profectus fuerit manifestis, nullo modo recipiatur. Item si quis in quolibet gradu vel cingulo constitutus aut potestate suffultus, decedente episcopo, res cuiuslibet conditionis in domus vel agros aecclesiae positas ante reserationem testamenti vel audientiam ausus fuerit occupare, vel aecclesiae repagula effringere et supellectilem infra domum aecclesiae positam contingere vel scrutari presumpserit, a communione christianorum penitus abdicetur. Item ut clerici cuiuslibet ordinis neque pro propriis neque pro aecclesiasticis causis aliter adire debeant forum, nec causas dicere audeant, nisi quas cum permissu et consilio episcopi agere eis fuerit omnino permissum. Item viduas, quae se Domino consecrari petierunt, vel puellas Domino consecratas, nullus neque per auctoritatem regiam neque qualicunque potestate suffultus aut propria temeritate, rapere vel trahere audeat. Quodsi utrique consenserint, communione priventur. Preter hec etiam alia multa tractata sunt, quae licet satis utilia, tamen breviloquio gaudentes, pretereunda estimavimus.

V. Gaug. III, 3. 15. *Isto presule fur in basilica sancti Gaugerici, sancto Gaugerico intimante, comprehenditur.* Sub huius tempore fur quidam intempesta nocte basilicam sancti Gaugerici ingressus, sacrum viri sepulchrum, quod miro artificii opere auro et gemmis renitebat, spoliare cupiebat. At vir Domini ianitori suo per visum apparuit, memoriamque suam a latronibus temptatam intimavit, denuntians, ut captum furem sine laesione abire permitteret. Sicque factum est.

16. *Subnectitur Ablebertus sive Emebertus, ex sancta stirpe progenitus.* Post Bertoaldum successit beatus Ablebertus, qui ita in catalogo episcoporum nominatus, ab incolis vero et vicinis Emebertus (V. Gud.) dicebatur[13]. Hic ex Bracbatensi pago oriundus, parentibus siquidem et vitae et generis dignitate clarissimis, patre videlicet Witgero comite, sancto viro, atque Amulberga matre editus est. Cuius etiam quattuor sanctae sorores fuerunt hae: Reinildis, Sarachildis, Ermenlindis, beatissima quoque Guodila, iunior aetate, sed non minus prestantior sanctitate. Quae profecto antequam nata, ab angelo beatissimae matri nunciata, dies suos bonis operibus vincere studuit, multisque virtutibus et miraculis, ut ipsius vitae liber editus insinuat, coruscavit. Qui etiam liber Ablebertum pontificem et mira sanctitate clarum protestatur, et morum ingenuitate conspicuum; quod nec 14 dubitandum, presertim cum et tam sanctis et tam magnificis natalibus ortum[14]. Hic nimirum prelibatae sororis, id est Guodilae, iam triduo sepultae, tumulum a latrone pestifero violatum audiens, ingemuit, latronemque anathematis vinculo innodavit; immo etiam exerta inprecatione, ut signis fatentibus saltem posteros non lateret, obtinuit; hoc modo sane, ut si vir esset, claudus vel quolibet modo debilis fieret, si femina, vitio quod vulgo dicimus gutteriam[15], semper non careret. Et hoc mirabile dictu; namque omnem ipsam progeniem haec ita postea habere, liber ipse fatetur. Unde datur intelligi, virum altioris meriti extitisse.

17. *Hic ad Martinas sepultus est, sed ad Milbodium translatus*[c]. Fuit autem huic, ut ferunt, predium, quod Martinas[16] dicitur, familiis quidem et rebus circumfluis locu- 17 pletissimum, de quo Dei genitricis aecclesiam[17] haeredem fecerat, sed, nescimus qua causa nisi infestatione paganorum, amiserat. Hic superveniente die suae vocationis, in eodem pago, villa videlicet quam loci habitatores Ham[18] dicunt, defunctus, migravit a mundo; illucque sepultus, deinde ad Martinas deportatus, postea vero ad Melbodium translatus, ibique nunc quiescens, resurrectionis diem expectat.

V. Autb. 18. (17). *De sancto Autberto.* Post hunc in sede pontificali beatus successit Autbertus[19], vir egregius et vitae

a) honore 5. b) violente 1. *et Flod.* c) *Hunc titulum auctor ipse postea inter lineas et in margine minio supplevit.*

12) a nostro composita ante Gesta; conf. Acta SS. Aug. II, 670. Acta SS. Belgii II, 308. 13) Multum errat noster, Ablebertum a. 640 mortuum confundens cum Emeberto seu Hildeberto, fratre S. Gudulae, qui circa a. 705. episcopus factus est; cf. c. 33. Ad hunc Emebertum, S. Gudilae fratrem, pertinent, quaecunque in hoc atque sequenti capite narrantur. 14) sc. protestetur. COLV. 15) goître. 16) videtur esse Merchten in Brabantia. LE GLAY. 17) Cameracensem. 18) Ham prope Vilvorde. 19) a. 633. exponente Ghesquierio in Actis SS. Belgii III, 535.

merito conspicuus, temporibus Dagoberti regis Francorum. Qui pro familiaris amicitiae gratia, qua eum singulariter amabat, [V. Autb.] fratribus qui in aecclesia beatae Mariae famulabantur, ubi vir Dei pontificalis cathedrae fungebatur officio, unum regalis munificentiae fiscum donavit, quem Oneng[20] ab antiquo dicebant. [20] Huius beati viri gesta pro raritate scriptorum non plene patuerunt, preter quod in gestis sanctorum, qui ipsius fuere temporibus, pauca repperimus, in quibus celebri memoria ipse recolitur, de quibus aliqua breviter narramus. Puerum quendam[21] ex sacris fontibus susceptum et sacris literis traditum, cum attentius ad sacros ordines promovere meditaretur, fallentibus verbis deceptum, diabolus ad exteriora retraxit. Qui adsumptis sibi nequissimis et seditiosis hominibus, coepit viatores infestare, trahere, spoliare. Qui cum his studiis attentius insisteret, et vir beatus eius ruinam defleret, forte unus ex conplicibus suis raptus ad supplicia[22], iuveni cui dabatur haec vidisse, magnum incussit horrorem. Cui post horrendam visionem angelus de caelo apparens, protestatur talibus eum quoque suppliciis debitum, pro eo quod virum Dei Autbertum reliquisset. Hoc terrore correptum iuvenem vir sanctus recepit, aluit, et ad sacerdotium usque promovit. Cuius multa in libro vitae eius miracula usque in presens, si cui est otium, inveniet.

19. (18.) *Quod S. Gislani aecclesiam consecravit, sanctum Vincentium excoluit, sanctam Waldetrudem et sanctam Aldegundem velavit.* [ib.] Sub eodem fere tempore beatus Gislenus ab Athenis digressus, dum ortis simultatibus apud beatum Autbertum accusaretur: ille advertens simulationis causas, non solum non condempnandum estimavit, sed cum magna veneratione suscepit, aecclesiamque quam idem sanctus Gislenus construxerat, adsumpto secum beato Amando, in honore apostolorum consecravit. Hic beatum Vincentium, qui ante Madelgarius dictus est, cum vitae saecularis actibus occupatus teneretur, et militaribus negotiis et regii generis coniugio esset nobilis, in tantum divini amoris fervore accendit, ut militiae cingulo postposito, laxoque coniugio, monastico habitu sumpto, sub sanctae conversationis regula se constringeret. Cuius uxor, beata scilicet Waldetrudis, adsumpta sibi germana sua, quae virginitatis propositum Domino dicarat, — hae ambae sumptis a beato Autberto sacris velaminibus, haec in monte qui dicitur Castrilocus[23], illa in loco qui dicitur [23] Melbodium[24], divinis se cultibus usque[a] ad finem exercuerunt. Erat vero in Melbodio monasterium a beata Aldegunde constructum, quod beatus pontifex in honore beatae virginis Mariae et sanctorum apostolorum consecraverat, adhibitis secum viris religiosis, quos vitae ipsius liber editus insinuat[b].

20. (19.) *Sanctum Vedastum levavit.* [ib.] Atrebato etiam in honore beatae Dei genitricis Mariae aecclesia fuerat dedicata, in qua pontificalis apicis thronus habebatur. In hac beatus Vedastus, cuius supra[25] meminimus, haud procul ab altari, verso ad australem plagam sepulchro, quiescebat. Quem beatus Autbertus, designato sibi ab angelo aedificandi oratorii loco, et fundata aecclesia, adhibito secum beato Audomaro Terwanensis urbis episcopo, transtulit. In qua translatione idem beatus Audomarus, cum esset caecus, receptum lumen parvipendens, amissam subito caecitatem reparavit; ubi in memoria presentis seculi[c] aecclesia constat adhuc in honore beati Autberti constructa. In loco vero divinitus designato vir Domini monasterium construxit, et ex rebus suis aecclesiae in usum famulantium pro rerum oportunitate donavit. Cuius rei seriem libellus vitae eius plenius ostendit. Beatus Vindicianus, qui ei successit in episcopium, existentibus causis abbatiam Theoderico regi donavit, retento sibi pastoralis privilegio regiminis. Beatus vero Autbertus, populo suo ad cultum dominicae fidei mancipato, feliciter clausit diem, sepultusque est in aecclesia beati Petri[26], quae extra muros urbis Camaracae erat aedificata; nunc autem, ampliatis moenibus et monasterio meliorato, intra moenia urbis[d] ipsius quiescit.

21. (20.) *S. Vinditianus episcopus successit, et de martirizato S. Leodegario.* [A. Ved. 670. cf. V. Leod.] Post eius excessum beatus Vinditianus eiusdem aecclesiae sedem regendam suscepit temporibus Theoderici regis, filii Clodovei ex Badhilde prudentissima regina. Hic Theodericus post Clotharium fratrem, qui prior in regnum patris cum Badhilde matre successit, summam regni suscepit, renitentibus plurimis ex Francorum principibus, maxime propter Ebroinum, qui maior domus regiae illis permolestus erat. Unde consurgentes adversum Theodericum et Ebroinum, utrosque tonsis capitis crinibus in Burgundia Luxovio monasterio recludunt, et Childericum tertium fratrem, qui in Austrasiis partibus imperabat, super cunctum regnum suscipiunt; sanctum vero Leodegarium Augustidunensem pontificem super domum regis constituunt. Sed non multo post Franci, regem propter levitatem et[e] insolentias suas non ferentes, coorta seditione eum interfecerunt; sicque Theodericus in regnum, Ebroinus vero in priorem gradum restituitur. Qui nequissimis doctus consiliariis, estimans se memorati pontificis factione ab antiqua potestate deiectum, crudelissimis eum tormentis affecit, et in territorio Atrabatense transductum decollari fecit in loco qui dicitur Silva sancti Leodegarii[27], sepultusque est in villa quae dicitur Sercin[28], quae est in confinio Cameracensis episcopii et Morinensis[f]. [28]

22. (21.) *De corpore huius martiris episcopis Ansoaldo, Hermenechario, et sancto Vindentiano[g] contendentibus, sorte Ansoaldus habuit.* [V. Leod.] Nec mora, miraculorum eius fama circumquaque diffusa, ad palatium regis usque celebriter innotuit.

a) d. se c. se n. 1. b) *ita* 2. *et primo etiam* 1. *sed in hoc manus quaedam saeculi XII. ex., non auctoris nostri, voces* quos v. i. l. e. i. 20. S. V. l. A. e. i. h. b. D. g. M. *erasit, et partim in rasura, partim in margine scripsit sequentia, ex Vita S. Autberti ad verbum excerpta:* beato videlicet Amando, Ursmaro abbate et coepiscopo, necnon Audoeno Rothomagensis urbis episcopo, sed et Humberto bone memorie episcopo et abbate, seu Ettone et Eloquio abbatibus, et Ermino viro illustrissimo, dedicavit, *et in summo sequentis paginae margine:* Sanctum V. l. Atrebato e. in h. b. D. g. Marie *Idem habent* 3. 5. *unde apparet, codicem 2, qui ea nondum habet, iam ante saeculi XII finem exceptum fuisse ex* 1. c) *ita* 2. *et primo* 1. *sed eadem illa manus s. XII ex.* presentis se *eraso scripsit* tanti miraculi, *quod habent etiam* 3. 4. 5. d) ubis 1. e) *deest* 1. f) C. e. et M. *auctor ipse exaravit.* g) vincentiano 1.

20) Onnaing, inter Valenciennes et Condé. COLV. 21) S. Landelinum. COLV. 22) scilicet inferni, ut patet ex vita S. Autberti. COLV. 23) Mons. 24) Maubeuge. 25) cap. 6 sqq. 26) nunc St. Géri. De tempore mortis cf. Ghesquiere Acta SS. Belgii III, 537. qui a. 669. statuit. Sed Annales Vedastini haec habent: *Anno imperii Iustiniani* 3. *anno incarnati verbi* 687. *corpus s. Vedasti Deo disponente transfertur angelica revelatione a sede pontificali a duobus pontificibus, Auberto et Audomaro sanctis, post annos episcopatus sui* 118. *Qua translatione peracta, vir sanctae et dignae memoriae Autbertus episcopus migravit ad Dominum; cui successit Vinditianus, meritis et operibus et ipse magnificus.* Annales Elnonenses minores, in chronologicis tamen non nimiae fidei, habent sub a. 676: *Sanctus Vinditianus regit episcopatum Cameracensem;* 686: *Corpus s. Vedasti transfertur a sede pontificali in Nobiliaco.* Porro Ann. Blandinienses a. 697: *Translatio s. Vedasti post annos obitus sui* 128. 27) le bois de Lucheux. LE GLAY. 28) Sercin est le nom de la place qui se trouve au milieu du village de Sus-Saint Leger. LE GLAY.

Ubi tunc forte inter ceteros proceres Ansoaldus Pictavensium et Hermenecharius Augustidunensium episcopus, sanctus quoque Vindicianus aderant. Quorum primus sancti martiris corpus monasterii quodam et consanguinitatis privilegio vendicare cupiens, alter vero episcopatus iura preferens, tertius, id est beatus Vinditianus, locum martirii et sepulchri, quem in diocesi sua Deo volente martyr susceperat, contestatus, hanc inter se non improbandam disceptationem confecerant, donec ex sententia ceterorum pontificum tribus epistolis horum trium nominibus subscriptis et confuse sub palla altaris obtectis, factaque in commune oratione, Pictavensi episcopo ex indiciis sanctum corpus deberi declaratum est.

23.[a] (22.) *Miraculum de sancto Amato, quod tempore sancti Vindiciani presulis contigit Cameraco.* Sub huius quoque pontificis tempore in hac nostra civitate quoddam contigit mirabile, quod huic operi neces-
V. Amati. sarium duxi inserere. Ea namque tempestate, dum prefatus rex Theodoricus in sanctos Dei seviret, diabolica agitatus stimulatione sanctum Amatum Senoniensis aecclesiae presulem exilio religandum deputavit; longeque ab illis partibus, in municipio Viromandensi quod Perrona vocatur, sub custodia admodum reverentissimi viri Ultani abbatis mancipandum destinavit, scilicet ut quem ferro non audebat perimere, longa saltem exilii tribulatione maceraret. Sancto igitur Ultano de medio facto, timens rex impius, ne sanctus presul repatriaret, elegit quendam virum nomine Mauruntum Adalbaldi ducis atque sanctae Rictrudis filium, quem Perronam direxit, atque ut beatum presulem alias secum digne custodiendum duceret, imperavit. Siquidem preclarus Dei athleta huiusmodi precepto parere non distulit, sed quod iussum fuerat, quantocius properans, exulem sanctum honorifice tractando secum inde adduxit. Illis ergo ad Austrevandensem pagum tendentibus, contigit, ut refocillandi gratia Cameracum diverterent ad urbem. Ubi ceteris circa ministerium satagentibus, beatissimus presul, parti quam Maria testante Domino optimam elegit, semper intendens aecclesiam sanctae Dei genitricis et virginis Mariae haud longe ab hospitio subintravit, ibique quantum Domino carus erat, evidentissime claruit. Intranti enim, ut in umbris solet, lumen oculorum solis claritate perculsum obtunditur. Unde ipse minus perspicax, radio solis, qui per foramen parietis infulgebat, pro servo usus est; quoniam fatigatus itinere, materiale onus, ut spirituale levius adsumeret, deponens, cappam suam atque manicas suas radio solis tanquam ibi protensae ferulae ignoranter iniecit. Quae sol ipse suscipiens, dum orationi prostratus incumberet, famulando sustinuit. Dispositis interea quae domi necessaria erant, beatus Mauruntus sancti vestigia subsecutus, cum aecclesiam introisset, et exuvias sancti de sole pendere deprehendisset: Deumque mirabilem glorificando predicans, tanti viri pedibus se prostravit, suamque ignorantiam accusans, si quid in eum peccasset, veniam postulavit. Non enim illi antea competenter servierat, utpote quem tanti meriti apud Deum fuisse nondum noverat. At mitissimus presul clementer[b] indulsit, et non multo post viribus resumptis, iter quoque resumunt
29 quod coeperant, laboremque suum divini sermonis dulcedine lenientes, Hamaticum[29] deveniunt. Quo in loco diutissime commorantes, non minimum profecerunt. Relicto denique Hamaticae cenobio, sacer presul educitur, Broilumque[30] perductus est. Ipse vero iuxta basilicam cellulam sibi fabricari precepit, intra quam quandocumque oportunum erat sese continens, vigiliis, orationibus atque ieiuniis incessanter corpus fatigavit, usque dum tam egregium militem Dominus de
690. terris ad celos evocavit.

V Max 24. (23.) *Quod tempore huius sancti viri virgo Dei Maxelendis martirizatur, percussorque excecatur.* Sub hoc fere tempore quaedam virgo in territorio Cameracensi, nobilissimis orta natalibus, circumventa est a quodam iuvene non ignobilis generis, sed ignobilis animi, ut eius coniugio iure matrimonii copularetur. Quae dum nec auro aut gemmis nec ullo ornamentorum genere frangi potuisset, quominus virginitatis propositum laxaret, et more nobilium feminarum viro potenti iungeretur, nec parentes suos super huiusmodi consilium audire nollet; desperato iuvenis amore captaque oportunitate, qua puellam paternis aedibus solam posset offendere, assumpta secum nefandorum turba sociorum domum omnem circumvallarunt, et facta irruptione domum omnem perscrutati sunt; tandemque loculum, in quo virgo latebat, curiosius contemplantes, inventam violenter traxerunt usque ad locum, ubi nunc constructa est basilica in honore omnium sanctorum, precipue quidem sancti Vedasti, necnon et veneratione ipsius sacrae virginis. Tunc funestus carnifex, dentibus frendens, evaginato
670. gladio percussam interfecit. Qui mox ut sanguinem virginis vidit, iusto Dei iudicio cecus factus est. Sepultaque est in basilica beatorum apostolorum Petri et Pauli sanctique Sulpicii confessoris, quae constructa est in villa quae vocatur
31 Pomeriolas[31].

ib. 25. (24.) *Quod beatus episcopus virginis corpus ad locum interfectionis retulit, et Harduinus lumen recepit.* Triennio vero expleto post passionem eius, quaedam matrona nobilis, nomine Amaltrudis, voce divina commonita est, ut beatum Vindicianum Cameracensem episcopum adire deberet, ut ipse cum clero suo ac plebe vicina sacrum corpus ad locum interfectionis cum summa veneratione referret, quia locum illum Dominus signis et miraculis clarificare disposuerat. Quod beatus pontifex, mox ut referentis verba audivit; implere curavit. Porro Harduinus, qui eam interfecerat, licet miserrime et cum ignominia, adhuc in cecitatis suae tenebris vivebat. Qui ut sacrum virginis corpus ad locum memoratum referri audivit, dampnans et recognoscens peccatum suum, obviam corpori se iubet duci, et ante feretrum se prostravit. Ad quem mox ut sacri corporis baiuli pervenerunt, lumen recepit; currensque ad episcopum, narravit quanta sibi acciderant. Ex presentis igitur occasione miraculi episcopus verbo dato ad populum, sanctum corpus in aecclesia
673. supramemorata sepelivit.

26. (25.) *Quod super res Atrebatensis aecclesiae S. Mariae privilegium a Iohanne papa confirmari obtinuit.* Hoc autem scriptum repperimus, quod vir Dei venerabilis episcopus sanctae Dei genitricis aecclesiam Atrebatensem ex rebus propriis una etiam cum rege Theoderico augmentans, villis, aecclesiis, terris, molendinis ceterisque subsidiis ampliavit, atque in generali placito residente rege prefato, seculares ac iudiciarias potestates per pontificalem auctoritatem, presentibus quidem multis coepiscopis cum rege etiam iam dicto astipulantibus, scripto privilegio et a Iohanne papa confirmato, ab illa aecclesia
685. omnes penitus exclusit. Quod privilegium tale est: *Sancto et universalis aecclesiae provisori beatissimo Iohanni papae Romano, episcoporum episcopo, Vinditianus servus servorum*

a) *hoc caput deest totum* 1. 3. 4. 5. *extat in uno* 2. 2*. *Procul dubio auctor illud in* 1. *suppleverat in scedula assuta, sed quae postea periit.* b) *deest* 2*.

29) Hamage, prope Marchiennes. LE GLAY. 30) Bruel. 31) non est Pommereul, sed St. Souplet, in cuius territorio ager quidam adhuc Pommereul vocatur. LE GLAY.

Dei minimus, in Christo Domino quicquid felicius. Notum sit paternitati vestrae seu omnibus sanctae Dei ecclesiae prolibus, si aliquid de rebus nostris locis sanctorum vel in substantia pauperum conferimus, hoc nobis procul dubio in aeternam beatitudinem retribui confidimus. Nos quidem de tanta misericordia et pietate Domini confidentes, in conventu venerabilium episcoporum nostrorum coram rege piissimo Theoderico in generali placito, hanc epistolam roboravimus, roboratumque in perpetuum fore optamus. Lex priscorum quoque exposcit auctoritatem, ut quicumque voluerit de rebus suis propriis vendere, cedere, condonare, suum strumentum secundum legem Salicam licentiam habeat alligare. Quapropter noverint omnes fideles, presentes ac futuri, pontificali auctoritate hoc episcopale privilegium constructum a memorato rege Theoderico, ut inviolabiliter conservetur ab hodierno die et deinceps. Per pontificalem auctoritatem omnes seculares et iudiciarias potestates excludimus omnemque clamorem et omnem invasionem ab aecclesia sanctae Mariae Atrebatensis civitatis; sed ut liceat canonicis Deo inibi famulantibus ex hoc et in reliquum tempus quiete vivere, ab omni mundano strepitu sequestramus. Si autem talis extiterit causa, ut successores nostri precaria vel beneficia de rebus ad clericorum usum pertinentibus patrare maluerint, hoc interdicimus. Interdictu etiam anathematis et pontificali auctoritate stabilimus, ut ipsum monasterium cum his villis, Belrenio[32]*, Medonivilla*[33]*, inter has duas villas* 32 *mansos* 60, *culturas* 11, *aecclesias* 2 *cum omni dote et omnibus appenditiis, Aquis*[a. 34] *in pago Atrebatense cum aecclesia et dote seu omnibus appenditiis, Friscinicurte*[35] *cum omnibus appenditiis, Batsala*[36] *cum aecclesia et omnibus eius appenditiis, Berleta*[37] *cum omnibus appenditiis, Squavia*[38] *cum aecclesia et dote et omnibus eius appenditiis, Ors*[39] *cum* 39 *omnibus appenditiis, Sautscido*[40] *cum suis appenditiis, Radonivilla*[41] *cum molendino uno super Crientionis fluviolum*[42]*, alio molendino in Dominicacurte*[43]*, Maraculo*[44] *cum integritate, aecclesia cum dote, decimancula*[b] *in Rodulfi curte*[45]*, similiter in Vinziaco*[c. 46]*, ex hodierno* 46 *die et in reliquum tempus sit in potestate canonicorum in ipso monasterio Deo servientium. Nec aliquis presumat ex his quae diximus, quae memoratus inclitus rex de rebus propriis et de aliis per regale preceptum eidem loco delegavit ad opus clericorum, inferre aliquam molestiam, sed liceat eis quiete omnia possidere, quo valeant liberius pro pace sanctae Dei aecclesiae et vita regis et coniugis ac filiorum ac statu regni, Domini clementiam exorare. Si quis vero observator huius privilegii a nobis*[d] *editi extiterit, accipiat mercedem a Domino, et benedictionem a vobis et ab omnibus nobis in presenti vita, et in futura vitam aeternam, amen. Qui vero nostrae auctoritati parvipenderint, et hanc pontificalem auctoritatem manu nostra roboratam infringere voluerint, inde dirigimus ad vestram clementiam, ut quod a nobis roboratum est, stabile permittatis non solum a vobis, sed ab omnibus nostris episcopis qui sunt erga vos. Deus omnipotens, qui cathedra unitatis doctrinam posuit veritatis, faciat vos memorem intellectoremque sui, placeatque vobis propter eum in orationibus vestris meminisse etiam mei.* — At ille: *Vindiciano cum coepiscopis degentibus Galliarum finibus fraternam visitationem et paternam benedictionem. Audite sententiam quam dico. Si quis de successoribus vestris, vel comes seu cupiditas iudicum aut ulla opposita persona, hanc donationem vel confirmationem, quam pro Dei intuitu et amore divino fieri vel firmare decrevistis, minuere aut a loco distrahere maluerit: apostolica sententia damnamus, et per pontificalem auctoritatem a liminibus sanctae Dei aecclesiae sequestramus, et a coetu supernorum segregamus, et a regno Dei excludimus; sancti Petri Christi ianitoris atque clavigeri celestis regni interdictu interdicimus, et cum Iuda traditore domini nostri Iesu Christi sorte permittimus, ut in die iudicii cum diabolo et ministris eius, luctu quatiente; inferno perfruantur sine gaudio. Amen. Ego Iohannes papa hoc privilegium a mea parvitate editum firmavi ac roboravi. Ego Marinus vicarius sedis apostolicae firmavi*

a) Aquisgrani 1. *sed* grani *erasum est.* b) decimā cuꝛ. 1. c) s. uiuinziaco 1. 3. 4. 5. in unziaco 2. d) uobis 1.

32) Beaurains. COLV. 33) Moyenville. C. 34) Aix-les-Fampoux. C. 35) Fresincourt. C. 36) Bas-seux. C. 37) Berlette (arrond. St. Pol.) sed nil ibi possident canonici Atrebatenses. Legendum videtur, quod in codice 5 recentior manus correxit *Boyletta*, Boille, cuius pagi, inter Atrebatum et Bapalmas siti, dominium habet capitulum Atrebatense. C. 38) Ecoivres. L. 39) Ors, prope Castrum Cameracesii; sed nil ibi possidet capitulum. C. 40) aut Sauchy-Cauchy sive Sauchy-l'Estrée, aut Sus-St. Leger. L. 41) Ronville. C. 42) Le Crinchon, rivus Atrebatum percurrens, officinis purpurariis aptissimus, quibus civitas Romanorum maxime tempore excellebat. 43) Demencourt, in suburbio civitatis Atrebatensis. C. 44) Marocul, d. Atrebat. 45) Roclincourt. L. 46) Onzain. C.

ac roboravi. Ego Andreas episcopus subscripsi. Ego Bonibertus episcopus subscripsi. Ego Laurentius episcopus[a] *subscripsi. Ego Pedelbrandus episcopus subscripsi. Ego Nautor episcopus subscripsi. Ego Hilarius episcopus subscripsi. Ego Constantius episcopus subscripsi. Ego Martinus episcopus subscripsi. Ego Christophorus episcopus subscripsi. Ego Thomas episcopus subscripsi. Ego Felix episcopus subscripsi. Ego Audoinus archiepiscopus subscripsi. Ego Austregisilus episcopus subscripsi. Ego Ravengarius episcopus subscripsi. Ego Silvinus episcopus subscripsi. Ego Leodegarius ab impio iudice Ebroino cathedra Augustidunense depositus scripsi et subscripsi. Data* 8. *Idus Maii, anno* 7. *regni domini*
685. *nostri Theoderici regis, indictione* 2. *Ego Vinditianus episcopus iussu domni Theoderici regis et rogatu Iohannis summi pontificis scripsi et subscripsi.*

27. (26.) *Quod vir Domini Vinditianus adhibito secum S. Lantberto in villa Hunolcorth aecclesiam consecravit.* Preterea vero idem prefatus pontifex Vinditianus in vico, qui a
47 sede Cameracense fere septem milibus distans, vocabulum Hunolcurth[47] ab antiquis accepit, monasterium, accersitis secum non paucis coepiscopis unaque etiam beato Lant-
677. berto Leodecense martire preciosissimo, ad laudem Dei et venerationem sancti Petri consecravit, ibique clericos et sanctimoniales constituit. Postea vero vir Domini in villa Savia[48], suo videlicet predio, in oratorio quidem sancti Martini aliquandiu conversatus, sacris operum indiciis non parum claruerat, creberrimisque collocutionibus, exhortationibus, apostolicis predicationibus, multos inibi ad normam vitae salubris exequendam excitaverat[a*]. (27.) Veterem vero kartulam in archivo aecclesiae sancti Huntberti repperimus, quam sub presentia et favore huius sancti pontificis ipse vir sanctus tunc temporis abbas,
672. de villa Maceriis[49] scripsit, ita se habentem[b]: *Anno* 12. *regni domni nostri Childerici gloriosi regis,* 15. *Kalendas Aprilis*[c]. *Ego in Dei nomine Chonebertus*[d], *etsi indignus peccator, cogitans de Dei timore vel aeterni boni retributione seu abluendis meis peccatis; quia dicit scriptura: „Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, qui vos perducant in aeternas mansiones sanctorum;“ rursumque dicit: „Facite vobis saccos elemosinae qui non veterascunt*[e]*“. — iccirco dono, quod imperpetuum donatum esse volo, ad sacrosanctum monasterium quod vocatur Maricolas, quod vir illustris Huntbertus*[f] *quondam suo opere construxit, ubi ego ipse indignus peccator abbas preesse videor*[g], *consecratum in honore sanctae Mariae matris domini nostri Iesu Christi et sancti Petri et Pauli apostolorum vel reliquorum domi-*
50 *norum qui in ipsa basilica venerantur, situm in pago Fanomarcensi*[50] *super fluviolum qui vocatur Helpre*[51]*: hoc est*[h] *partem maximam de possessione nostra im villa nuncupata Macerias, sita im pago Laudunensi super fluvium Iseram, quam de avia mea Deo sacrata Audeliana*[i] *quondam dato precio per venditionis titulum comparavi, hoc est mansos dominicos, ubi ipsa Audiliana mansit, vel postea nos edificavimus, et terrationes*[52], *et servos et ancillas illos et illas. Hos igitur mansos cum terris concidis et pascuis in integrum per hanc seriem epistolae nostrae donationis, quam Ulfinum notarium scribere rogavimus, ad*
53 *ipsam basilicam sanctae Mariae Mariculis*[53] *constructam, a presenti die tradimus ad possidendum. Haec omnia supra nominata ad ipsum monasterium delegavimuus, ut ipsi monachi vel successores nostri in suo iure vel dominatione a presenti die recipiant ad possidendum, tam in terris quam domibus, edificiis, mancipiis, vineis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, absque ullius iudicis interpellatione*[k]*; habeantque in sua potestate tenendi, dandi, vendendi, commutandi, vel quod exinde voluerint faciendi. Propterea in ista epistola definimus, ut nulla altera*[l] *ratione calumnia in postmodum inter ipsos ser-*

a) *deest* 1. a*) *Reliquam huius capitis partem auctor ipse in scedula assuta supplevit, post* excitaverat *signum* ::: *ponens quod initio scedulae repetit. Reliqui novam lineam incipiunt;* 4. *in margine scripsit:* Videtur hic aliquid deesse. *Colvenerius novum caput incipit, cui de suo titulum praefixit in nullo codice obvium.* b) *Sequens diploma ex MS. Maricolensi, sigillo s. Humberti munito, Henschenius edidit in Actis SS. Martii III,* 560. *unde quae a nostro differunt, subiicimus, ut quaenam fides huic habenda sit in talibus, appareat.* c) 15. Kal. A. *desunt Mar.* d) Humbertus *Mar.* e) r. d. f. v. s. e. q. u. v. *desunt Mar.* f) Radobertus *Mar. quod rectum; fundator enim non fuit S. Humbertus ipse, sed Radobertus, alias Chronebertus seu Chunebertus dictus. Ex hac nominis forma* Chunebertus *error nostri ortus esse potest.* g) u. e. i. i. p. a. p. v. *desunt Mar.* h) h. e. *desunt Mar.* i) Andiliana *const. Mar.* k) advocatia, vexatione *addit Mar.* l) *deest Mar.*

47) Honnecourt; cf. II, 10. 48) eadem quae supra Squavia, Ecoivres. 49) Maizière-sur-Oise. L. 50) *pagi, quem veteres . . . Fanummartinse dixerunt, iuniores a nomine praefluentis fluvii Haynau vocaverunt.* Folcuini g. abb. Lob. 1. 50) Helpe mineure, prope Maroilles Sambram influens. L. 52) i. e. agros cultos. 53) Maroilles ad Helpram in Hannonia, d. Camerac.

vos Dei vel heredes nostros non adcrescat. Si quis vero post nos, quod futurum esse non credimus, si aliquis de heredibus nostris aut quaelibet opposita persona contra hanc donationem nostram, quam fieri rogavimus, venire aut infringere voluerit: primitus iram trinae maiestatis incurrat, et sit anathema, et deleatur nomen eius de libro viventium celesti, et cum iustis non scribatur, sed sit consors Iudae Iscariotis qui Dominum tradidit[a]*; et si emendare noluerit, mutet Deus sensum eius et in illo iudicio recipiat, quod Ananias et Saphira receperunt in presenti, et insuper inserat cogenti fisco auri libras decem, et decem argenti pondo coactus exsolvat*[b]. *Nec si quid repetit, nihil*[c] *valeat vindicare, et merces nostra inantea proficiat ad salutem. Et si aliqua strumenta, aut anterioris aut posterioris quolibet ingenio vel argumento, de nomine nostro in propinquis meis vel extraneas personas fuerit ostensus aut ullo unquam tempore apparuerit, falsarius esse cognoscatur, et inanis permaneat. Sed*[d] *presens donatio a me facta omni tempore firma et inviolata permaneat, stipulatione subnixa idoneorum testium, domni videlicet Vindentiani episcopi, et Fulberti mei fratris, sed ill. ill.*[e] *Actum Maricolis. Ipse tamen Chonebertus*[f]*, etsi peccator, abbas, propria manu confirmo.*

28. *Sepultus est in monte S. Eligii.* De vita huius beatissimi pontificis atque gloriosissimi confessoris Christi pauca retulimus, quae aut pro raritate et ignavia scriptorum neglecta putamus, aut pro seditionibus procellosis, quibus sanctas Dei aecclesias semper naufragasse supra diximus, scripta disperiisse credimus. Quod profecto minime est c. 5. dubitandum. Fieri enim potest, ut cum tantis subversionibus aecclesiarum una etiam volumina, quibus series vitae et miraculorum huius sancti viri continebatur, auris quidem ridentibus[54], disperirent. Quoniam vero pro supramemoratis causis existentibus 54 incertum est etiam, quanto videlicet tempore aecclesiam Camaracensium rexerat, et quae personae eius funebritati[55] interfuerant: ideo ex his melius est silere, quam fabulosum quid conficere. Hoc autem pro certo audire sufficiat, quod ad remunerationem sui laboris die obita 5. Idus Martii[56] migravit ad Christum, sepultusque est in basilica, in loco videlicet qui dicitur Mons sancti Eligii, ubi quondam ipse, cum egrotaret apud Brosellam[57], diocesis suae territorium, iussit se transferri, pro eo quod ibi beatus Eli- 57 gius habitationis suae fecerat diversorium, cui beatus Vindicianus familiari usu dilectionis inheserat.

29. *Clericus quidam tumulo sancti viri nescienter insultans, lumine privatur, et item illuminatur.* Post multum temporis, cum iam Dominus sanctum suum mirificari disponeret, causa intervenit, quae signis evidentioribus iacentis merita manifestaret. Erant Atrebati nobilium virorum filii, literalibus disciplinis sub magistro erudiendi. Et tempus advenerat, quo ipsi pueri, ab eodem magistro rogati, ad scriptoriam artem liquorem facere deberent. Locus autem, quo vir Dei sepultus quiescebat, iam vepribus et spinis plenus erat, nec habitator inibi erat, pro eo quod gentilium infestatione locus ex multo tempore desertus fuerat. Huius rei, quam narro, testes usque ad nostra tempora superfuere. Supramemorati namque clerici[58] cum circumiacentis nemoris spineta lustrarent, ad basili- 58 cam forte divertunt. Ubi dum hi, quibus altior mens fuerat, orassent, iuniores situm interioris aecclesiae curiosius contemplabantur. Unus autem ex his ad tumulum viri Dei incautius accedens, sicut terra dehiscens a summo usque deorsum rimam fecerat, ille arrepto sarculo coepit speluncam quasi insultans fodicando pertemptare. Qui statim caecitate percussus, coepit palpando ducem quaerere, ducem clamare. Exterriti qui aderant subita eventus immutatione, magis sibi quisque timebat, ne percussi simili sententia plecterentur. Sciscitantibus autem privati causam luminis, respondit, ex insultatione temeraria, quam tumulato intulerat, sibi misero hoc accidisse. Invento igitur salutaris remedii consilio, puerum capitis sui deditione[59] tantae animadversionis iram placare suadent. 59 Sicque factum est; mox lumine recepto, puer haud mediocriter castigatus rediit.

30. *Ubi Fulbertus episcopus sanctum corpus beati Vinditiani honorifice levavit.* Huius itaque miraculi fama per vicinam regionem pertonuit, plebemque longe lateque super

a) sed s. c. I. I. q. D t. *desunt Mar.* b) et insuper — exsolvat *desunt Mar.* c) *deest Mar.* d) et *Mar.* e) ill. et ill. *Mar.* f) Humbertus *Mar.*

54) i. e. ventis tradita, aurarum ludibria facta; cf. II, 4. *de quibus maximam partem invidae aurae se rapuisse laetantur.* 55) i. e. funeri. 56) a. 713. secundum A. Vedast. 57) Bruxella esse videtur. 58) i. e. discipuli; *clerçonnets.* 59) i. e. ut monachum se futurum promitteret.

venerationem tanti viri excitavit. Qua etiam Fulbertus pontifex attonitus, qui post illum c. 940. 15us in episcopio extitit, sanctum corpus levare disposuit, et honorifice in locello lapideo conditum repperit. Suum autem archidiaconum, ut ferunt, Honoratum iuxta quiescentem intactum reliquit.

31. *Ubi meritis sancti Vinditiani caecus illuminatur.* Erat preterea in territorio Attrebatensi mulier habens unicum filium, cui patentibus oculis, lux ipsa multo ex tempore negabatur. Hunc mater secum adsumptum ad sepulchrum beati Vinditiani conduxit; ubi perductum super altare cereum offerre fecit, ipsaque paululum oratura prosternitur. Manifesta Dei virtute puer lumine recepto, recto itinere coepit regredi, nihil haesitans et viae ducem non requirens.

32. *Item quaedam mulier caeca visum recepit.* Mulier item quaedam in territorio Pontico erat non ignobilis, sed privato lumine debilis; quae paratis viaticis, proficisci Romam ad limina apostolorum pro recipienda salute disposuerat. Nocte igitur ea, qua sequentis diei mane profectionis iter paraverat, divinitus commonetur, ut ad sepulchrum beati Vinditiani cum oblatione sua properaret, ibi optatae lucis commertia receptura. Facto itaque crepusculo, carpento superimposita, ut monita fuerat, explevit. Veniens igitur ad tumulum viri Dei, mox ut terram oculis attigit, aperti sunt oculi eius, et sic gaudens rediit ad propria.

33. *Multi diversis cruciatibus plexi sunt, quod templum eius violarunt.* Heinrico autem 60 quondam imperatore, ortis simultatibus inter Balduinum[60] et Arnulfum comitem[61], Balduinus collecta manu Arnulfum, quia numero inferior erat, a Valentianis expulit; quod quidem castrum imperio Heinrici subiugatum fuerat. Indignatus imperator rerum inso-1006. lentia, castrum et ipse obsidione clausit. Ad hunc Rotbertus Francorum rex innovandae amicitiae gratia, sed et Richardus Rotomagensium dux, cum infinita multitudine con-62 venerunt. Gens ipsa ferox et inquies[62], et avaritiae studiis fervens, nec aecclesias Dei immunes reliquerant incursionis. Porro Atrabatensem provinciam peragrantes, patriam c. 28 misera caede vexabant. Ex his aliqui ad montem sancti Eligii, de quo supra disseruimus, devenientes, audierunt monasterium multis pecuniis et congestionibus refertum. Facto igitur agmine, templum irrumpere nitebantur. Renitentibus clericis, unus barbarico furore conmotus, telo vibrato unum ex sacerdotalibus viris in ipso aditu templi prostravit; ceteri vero, fraternae necis dolore accensi, pertinacius rebellabant. Difficultate igitur facta, cum hostes templum effringere non possent, unus eorum vesano spiritu armatus, tectum templi ascensu superavit, et per laquearia sese intro summisit, et improvisus viros a tergo ferire coepit. Turbati qui aderant, cum hostem in medio sui cernerent; dum posteriora defendunt, liberum anterioribus aditum praebuerunt. Qui irruentes plerosque necaverunt, et cruentis manibus sancta contaminantes, thesau-63 ros aecclesiae, vestes etiam sacerdotales sustulerunt. Nec longum tamen laetati, mox[63] inter se spolia diviserunt, plerique arrepti a daemonio torquebantur; alii linguis adusti, alii proprio morsu precisis, plerique cruribus exustis, misero cruciatu plectebantur. Fama huiusmodi ceteris terrorem incussit, ne de spoliis aecclesiae illius attactis seva 64 quoque pestis eos incenderet. Sed et comes[64] mox ut in patriam reversus est, quaestione facta de thesauris dictis sub posito sacramento, usque ad minimum quadrantem fecit persolvi. Unus autem ex illis qui interfuerat violatoribus aecclesiae, unam in partem sibi campanam retinuit; quam cum diu celasset, parte corporis premortua tandem confiteri coactus est, quod avaritia suadente negaverat. Missa igitur legatione ad matricularios[65], duplo restituit, sicque saluti pristinae redditus est.

34. *Hildebertus successit, post Hunoldus, tum Hadulfus.* Beato Vinditiano Hildeber-718. tus[66] in episcopium successit. Cui Hunoldus. Hoc defuncto[67], ad episcopale solium Hadulfus eligitur, quem asserunt quidam filium fuisse sancti Ragnulfi martyris; de quo hi, qui nostris superfuere temporibus fideles, testati sunt, multa se ad sepulchrum eius vidisse miracula.

35. *Hunc Engranus episcopus levavit, in cuius elevatione mulier a daemonio liberata*

60) Flandrensem. 61) Valentianensem, cf. c. 115. 62) i. e. inquieta. 63) i. e. mox ut. 64) Richardus Normannorum dux. COLV. 65) i. e. aedituos, qui matriculam seu registrum baptizatorum tenebant, les marguilliers. 66) sive Emebertus, de quo cf. supra c. 16. 67) anno 718. secundum Ann. Vedast. Alii obiisse dicunt 9. Ian. 717.

est. Hic Hadulfus in aecclesia sancti Petri apostoli, quae intra muros castelli Atreba-
tensis est iuxta monasterium sancti Vedasti, sepultus est[68]. Huius vero sanctitas pro- 728.
cedente tempore multis mirisque portentis ostensa est. Quorum precipuus testis edituus
monasterii sancti Vedasti Engrano Camaracensi episcopo visiones, quas plerumque
viderat, propalavit. Qui ergo testem idoneum animadvertens, sanctum corpus levavit.
In qua elevatione, ad declaranda sancti viri merita, mulier quaedam ab immundo spiritu
mirifice liberata est; unde episcopus laetus, verbo facto ad populum, beati Hadulfi
solemnia in numero sanctorum notificavit.

36. *De Trawardo episcopo.* Post Hadulfum Trawardus substituitur in sedem. 728.

37. (36.) *De Gonfrido episcopo.* Post quem eiusdem monasterii Guntfridus rector 750. extitit[69].

38. (36.) *De Albrico episcopo.* Post cuius excessum Albricus. 770.

39. (37.) *De Hildoardo episcopo.* Post Albricum Hildowardus, tempore Karoli Magni, 790. successit, qui duas tabulas eburneas pulchre sculptas, anno 12. sui episcopatus, ut in eisdem tabulis liquet, fieri iussit. Hic autem usque ad tempus Luduvici Pii superfuit[a], multisque commodis aecclesiam instruere curans, ab ipso imperatore inmunitatis preceptum huiusmodi obtinuit[b]: *In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Hludowicus divina ordinante providentia imperator augustus. Cum petitionibus servorum Dei iustis et rationabilibus divini cultus amore favemus, superna nos gratia muniri non diffidimus. Proinde noverit industria seu sagacitas omnium fidelium nostrorum, tam praesentium quam futurorum*[c], *quia vir venerabilis Hildoardus Camaracensis urbis episcopus obtulit obtutibus nostris inmunitates, avi*[d] *videlicet nostri, regis Pippini*[e], *et genitoris nostri, Caroli bonae memoriae prestantissimi imperatoris, in quibus continebatur insertum, qualiter idem genitor noster et antecessores reges praedictam sedem, quae in honore est*[f] *sanctae Dei genitricis*[g] *Mariae semperque virginis, ob amorem Dei tranquillitatemque consistentium fratrum*[h] *sub plenissima tuitione et inmunitatis defensione*[i] *habuissent. Pro firmitate*[k] *tamen rei postulavit a*[l] *nobis prefatus episcopus, ut eorundem regum auctoritatem*[m], *in amore Dei et reverentia*[n] *sanctae Dei genitricis Mariae, nostra confirmaremus auctoritate. Cuius petitioni libenter adquievimus, et ita in omnibus concessimus atque per hoc preceptum nostrae auctoritatis confirmavimus. Precipientes ergo iubemus, ut nullus iudex publicus vel quilibet*[o] *ex iudiciaria potestate, in aecclesias vel*[p] *loca vel agros seu reliquas possessiones predictae aecclesiae, quae*[q] *moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem nostri imperii*[r] *iuste et legaliter memorata tenet vel possidet aecclesia, vel ea*[s] *quae deinceps a catholicis viris eidem aecclesiae fuerint collata*[t], *ad causas audiendas, aut freda exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius aecclesiae tam ingenuos quam servos super terram ipsius commorantes*[u] *nequaquam destringendos*[v]; *nec ullas redditiones*[w], *aut inlicitas occasiones requirendas, nostris et futuris temporibus ingredi audeat, vel ea quae supra memorata sunt exigere*[x] *presumat. Sed liceat memorato presuli suisque successoribus predictae*[y] *aecclesiae, cum cellulis et rebus vel hominibus sibi legaliter subiectis, inmunitatis*[z] *nostrae defensione quieto ordine possidere, et nostro fideliter parere imperio, atque pro stabilitate nostra, vel totius imperii a Deo nobis collati*[*], *vel conservandi, una cum clero et populo sibi subiecto, libere Dei misericordiam exorare. Et quicquid exinde fiscus noster exigere poterat, in luminaribus ipsius aecclesiae concinnanda perpetualiter concessimus ad habendum. Continebatur etiam*

a) H. a. u. a. t. L. P. s. *auctor ipse inter lineas adscripsit.* b) *chartam originariam huius praecepti vidi adhuc in tabulario Cameracensi extantem, imperatoris manu subscriptam, sigilloque munitam, cuius varias lectiones subicio.* c) quam et f. *charta.* d) aun *ch.* e) pippini regis *ch.* f) quae est in honore *ch.* g) genetr. *ch. const.* h) t. fratrum ibidem c. semper sub *ch.* i) defensionem *ch.* k) firmitatem *ch.* l) *deest ch.* m) auctoritates *ch.* n) reverentiam *ch.* o) quislibet *ch.* p) aut *ch.* q) quas *ch.* r) i. n. *ch.* s) eas *ch.* t) eidem conlatae f. eccl. *ch.* u) conmanentes *ch.* v) distringendos *ch.* w) redibit. *ch.* x) s. penitus e. *ch.* y) s. res p. *ch.* z) s. sub i. *ch.* *) conlati *ch.*

68) Obiit ann. 728. secundum Annales Vedastinos, Petavianos, Laureshamenses. 69) Fecit translationem sancti Landelini, 15. Iun. 770. Unde apparet, Albericum non ante anni 770. finem episcopum factum. Idem obiit 7. Ian. 790. Cameraci in bibl. publ. extat adhuc codex canonum Hibernicorum n. 619. eo iubente scriptus, uti testatur subscriptio in fine ipsa scribae manu addita: *Expl. liber canonum, quem domnus Albericus episcopus urbis Camaracinsium et Adrabatinsium fieri rogavit. Deo gratias amen.* Cf. Annales nostros VIII, 432.

in eodem precepto domni et genitoris nostri, quod si quis dux, comes, vicarius, seu quislibet ex iudiciaria potestate auctoritatem domni genitoris[a] *nostri vel antecessorum regum irrumpere*[b], *aut violare praesumpserit, solidos sexcentos culpabilis iudicetur; videlicet ut duae partes in archivum ipsius aecclesiae admittantur, et tertiam fiscus regalis recipiat, ut nullus tale quid audeat*[c] *perpetrare. Quod ita et nos per hanc nostram auctoritatem confirmamus, ut sicut a domno et genitore nostro vel*[d] *antecessoribus regibus collatum atque confirmatum est, ita*[e] *deinceps inviolabiliter conservetur. Haec quippe auctoritas ut a fidelibus sanctae Dei aecclesiae et nostris verius*[f] *credatur, manu propria subter eam firmavimus et anuli nostri inpressione signari iussimus. Signum Hludowici serenissimi imperatoris. Ego Durandus diaconus ad vicem Helisacharii recognovi. Amen. Data est* 17. *Kal.*
816. *Maias, anno Christo propitio* 3. *domni*[g] *Hludowici piissimi augusti, indictione* 9. *Actum Aquisgrani regio palatio*[h], *in Dei nomine. Amen*[i]. Hic etiam interfuisse sinodo invenitur,
Flod. II, 18. quam anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi 814. Vulfarius Remensium archiepiscopus in aecclesia Noviomensi cum aliis coepiscopis habuit, ubi videlicet sententia ventilata est inter Wendilmarum[70] et Rothardum[71] episcopos, de terminis parrochiarum suarum.

ib. 19. 40 (38.) *De Halitchario, quem Ebo archiepiscopus subiecta epistola humiliter alloquitur.* Hildowardo[72] vero Halitcharius successit, vir doctrina apostolicus et fide catholicus. Hic precibus Ebonis Remensis archiepiscopi sex libellos de remediis peccatorum et ordine vel iudiciis poenitentiae conscripsit[73]; ad quem Ebonis talis extat epistola: *Reverentissimo in Christo fratri ac filio Halitchario episcopo, Ebo indignus episcopus salutem. Non dubito, tuae id notum esse caritati, quanta nobis aecclesiasticae disciplinae, quantisque nostrorum necessitatibus subditorum, et insuper mundialium oppressionibus, quibus cotidie agitamur, cura constringat. Idcirco, ut tecum contuli, ex patrum dictis, canonum quoque sententiis, ad opus consacerdotum nostrorum excerpere poenitentialem minime valui; quia animus cum dividitur per multa, fit minor ad singula. Et hoc est, quod in hac re me valde sollicitat, quoniam ita confusa sunt iudicia poenitentium in presbyterorum nostrorum opusculis, atque diversa et inter se discrepantia et nullius auctoritate suffulta, ut vix propter dissonantiam possint discerni. Unde fit, ut concurrentibus ad remedium poenitentiae, tam pro librorum confusione quam etiam pro ingenii tarditate nullatenus valeant subvenire. Quapropter, carissime frater, noli te ipsum nobis negare, qui semper in divinis ardenti animo disciplinis ac solerti cura scripturarum meditationibus perfectissimo otio floruisti. Arripe quaeso sine excusationis verbo huius sarcinae pondus, a me quidem tibi impositum, sed a Domino, cuius onus leve est, levigandum. Noli timere, neque formides huius operis magnitudinem, sed viriliter*[k] *accede, quia aderit tibi qui dixit: „Aperi os tuum, et ego adimplebo illud". Scis enim optime, parvis parva sufficere, nec ad mensam magnatorum pauperum turbam posse accedere. Noli tuae devotionis nobis subtrahere scientiam, noli accensam in te sub modio ponere lucernam, sed precelso eam superpone candelabro, ut luceat omnibus qui in domo Dei sunt fratribus tuis, et profer nobis veluti scriba doctus, quod accepisti a Domino. Aderit tibi huius laboris itinere illius gratia, qui*[l] *duobus discipulis euntibus, tertium se socium addidit in via, et apperuit illis sensus, ut sanctas intelligerent scripturas. Spiritus parachitus omni veritatis doctrina, et perfecta caritatis scientia, tua resplendeat*[m] *pectora, carissime frater. Vale.*

ib. 41. (39.) *Ad Ebonem Halitcharius epistolam rescribit.* Ad quae[n] idem talia rescribit Haltcharius: *Domino et venerabili in Christo Eboni archiepiscopo, Halitcharius minimus Christi famulus salutem. Postquam, venerande pater, directas beatitudinis vestrae accepi litteras, quibus me hortari dignati estis, ne mentis acumen inerti torpentique otio summitterem, sed cognitioni ac meditationi cotidie sacrae scripturae me vigilanter traderem, et insuper ex sanctorum patrum canonumque sententiis poenitentialem in uno volumine aggregarem: durum quidem mihi et valde difficile tremendumque hoc quoque fuit imperium, ut hanc susciperem sarcinam, quam a prudentibus cognosco relictam. Multumque renisus sum voluntati vestrae, non velud procaciter durus, sed propriae infirmitatis tarditate admonitus. Hac etenim cura sollicitus, necessarium duxi, ut aliquandiu me a scribendi temeritate suspenderem; quia sicut perpendi iniuncti operis difficultatem, ita et iniungentis auctoritati nec volui nec debui usquequaque resistere; certus, quia imbecillitatem meam multo amplius vestra adiuvaret precipientis dignitas, quam gravaret meae ignorantiae difficultas. Valete.*

A. Einh. 828. 42. (40.) *De Constantinopolim plurima Sanctorum pignora attulit.* Hic ab imperatore Karolo[74] Constantinopolim missus, et a Michahele imperatore, sicut inde reversus ipse retulit, honorifice susceptus est. Unde ipse multa et preciosa sanctorum pignora, sancti videlicet protomartyris Stephani, Cosmae, Antimi Nicomediensis episcopi, et Teodori martyris, quae in aecclesia beatae Mariae continentur adhuc,
A. Einh. 818. asportavit; necnon et tabulas eburneas, quibus libri cooperti ibidem esse spectantur. Huius vero tempore Luduwicus Pius rex per Cameracum transiens, Aquisgrani ad hibernandum revertitur. Beatus vero ponti-
830 fex in pace cum patribus suis dormitionem suscipiens, sepultus est in Monte sancti Eligii.

43. (41.) *Successit beatus Theodericus, quem Ebo archiepiscopus sibi in sinodo iudicem*
75 *elegit.* Post hunc summi sacerdotii munus Theodericus a Luduwico imperatore suscepit[75], vir spectatae sanctitatis et prophetiae spiritu divinitus illustratus. Cuius tempore Lotharius patrem Luduwicum regem, consentientibus falsis episcopis, maxime Ebone Remo-

a) d. et g. *ch.* b) inrumpere *ch.* c) auderet *ch.* d) vel ab a. r praedictae ecclesiae conlatum *ch.* e) ita et *ch.* f) v. certiusque c. *ch.* g) Helisachar r. data XVII. Kal. Mai. a. C. p. tertio imperii d. nostri H. *ch.* h) p. r *ch.* i) n. feliciter a. *ch.* k) uidenter 1. *cui auctor ipse* uiriliter *superscripsit.* viriliter 2. videnter *superscr.* viriliter 3. fidenter 5. *Flod.* l) quam 1. m) vel irradiet *superscriptum* 1. 3. *unde* 2. 2*. *in textu habent* resplendeat vel irradiet. *Flodoardus teste Colvenerio scripsit* resplendeat, *quod recentior quidam mutavit in* repleat. n) atque 1.

70) Noviomensem. 71) Suessionensem. 72) Obiisse putatur 4. Iul. 816. Certe diploma a Ludovico imperatore nactus ést adhuc 14. Apr. 816. de quo cf. Miraeum II, 930. 73) editos a Canisio in Antt. Lectt.; cf. Fabricium s. v. 74) Ludowico potius. 75) *Halitcario Cameracensi episcopo defuncto, Theodericus iussu domni imperatoris ordinatur.* Ann. Vedast. a. 830. Sed Galliae Christianae auctores d. 25. Iunii 831. obiisse statuunt Halitgarium; cf. Mabillon Annales a. 650.

rum archiepiscopo, a regni imperio deiecerat. Principibus tamen iniuste deiectum animadvertentibus, [833.] et eisdem episcopis, qui ante consenserant, acclamantibus, in pristino honore restitutus est. Post haec congregata sinodo in Metensi aecclesia sancti Stephani, imperator prae cunctis [Flod II, 20.] Ebonem accusat, quod eum falsó fuerat criminatus, et eisdem falsis criminibus appetitum a regno deiecerat, armisque ablatis, nec confessum nec convictum contra regulas aecclesiasticas ab aecclesiae aditu eliminaverat. Qui obiecta erubescens, seque male fecisse recognoscens, ut in sinodo omnia legaliter adimplerentur, secundum Affricanos canones sibi iudices episcopos delegit, inter quos etiam Teodericum episcopum convocavit. Iste etiam anno Domini 832. 16. Kal. Decembris ordinationem clericorum fecit in monasterio Laubiensi[76]. Anno etiam 844. dedicavit monasterium in Vaslero[77], petente Hariberto abbate. [77]

44. *Ubi sanctum corpus beati Vedasti quaesivit, implorantibus monachis, et invenit.* [Cap. 42] Dani vero tunc temporis per viciniam huius dioceseos male debaccantes, aecclesiis insultabant. Quare vir Domini Theodericus, pie monentibus et implorantibus monachis, quia dubitabatur et incertum erat, quo in loco positum crederent preciosissimum corpus sancti Vedasti, quaesivit et invenit anno quidem dominicae incarnationis 852; inventum vero ita paravit, ut si forte metus Danorum cogeret, fugientes aliorsum deferrent.

45. *Ubi in sinodo de Ebonis depositione et Hincmari ordinatione scriptum protulit.* Huius etiam diebus hono- [Cap. 43. ib. III, 11. 853.] rabilis presul Hincmarus, post Ebonem depositum eiusdem ecclesiae episcopus, anno sui episcopatus 7. sinodum habuit conprovincialem apud Suessonicam urbem in monasterio sancti Medardi, cum Venelone Sennensi archiepiscopo, Amalrico Turonensi, et hoc Theoderico Camaracensi episcopo, et multis aliis episcopis et abbatibus, residente quoque in medio glorioso rege Karolo. Ubi quaedam necessaria aecclesiae Dei sunt pertractata negotia. Ad quam sinodum accedentes quidam Remensis aecclesiae canonici ac monachi, clamaverunt, suspensos se a prefato archiepiscopo suo ab administratione ordinum aecclesiasticorum, ad quos ab Ebone quondam provecti fuerant. Electi igitur iudices utriusque partis, id est archiepiscopi et clamatorum, auditis causis altrinsecus, iudicaverunt: quod si Ebo archiepiscopus in suo statu manens, canonice hos fratres ordinaverit, deberent ministrare; si autem iniuste deiectus et canonice restitutus, post suam canonicam restitutionem eosdem ordinaverit, sine ulla quaestione deberent etiam ministrare. Interrogatis itaque ordinatoribus Hincmari de Ebonis depositione et Hincmari ordinatione, surgens Theodericus Camaracensis episcopus, porrexit in conspectu principis et sinodi scriptum, continens ordinem depositionis prefati Ebonis. Tunc ventilatum est, qualiter exauctoratus episcopus restitui debeat, et quia idem Ebo restitutus canonice non fuerit, insuper et ab apostólica sede, Sergio papa confirmante deiectionem illius, dampnatus extiterit, ut in laica tantummodo communione maneret. Sicque decretum est, ut quicquid in ordinationibus aecclesiastis Ebo post depositionem suam egerat, secundum traditionem apostolicae sedis, preter sacrum baptisma, quod in nomine sanctae Trinitatis perfectum est, irritum haberetur, et ordinati ab eo aecclesiasticis gradibus privarentur. Tunc unus ex deiectis fratribus libellum proclamationis exposuit in medio, in quo continebatur, quod ideo se ab Ebone permisissent ordinari, quia viderant, suffraganeos Remensis aecclesiae in unum cum litteris imperatoris Lotharii convenisse, et eundem Ebonem restituisse. Sed et litteras, quasi ex nomine Theoderici episcopi et ceterorum eiusdem dioceseos episcoporum manibus roboratas, ostenderunt: quibus recitatis falsisque comprobatis, iussi sunt communione privari, pro eo quod episcopis talia obicere presumpsissent. His ita terminatis, Hincmarus archiepiscopus primatus sui locum recepit. Cuius extant scripta plurima, quae ipse de fide catholica et de conservando iure catholico conscripsit.

46. *Scripta Hincmari ad Teodericum et ad alios quosdam.* Inter quae etiam Immoni Noviomagensi episcopo, [Cap 44.] pro consilio et auxilio dando Theoderico Cameracensi presuli super quodam inobediente, qui Deum non timebat et [ib. 21] aecclesiasticum ministerium non reverebatur. Ipsi etiam Theoderico pro quodam Hettone, Lotharii regis vasallo, cui communi consensu poenitentiam iniunxerat, qui se absolutum a prefato Theoderico fuisse fatebatur; et pro quodam presbitero, quem idem Theodericus excommunicaverat, pro quo papa Romanus Hincmaro litteras miserat, quas ipse eidem Theoderico mittebat. Item pro prefati Hettonis absolutione. Item pro rebus Remensis aecclesiae, quas sibi per prestariam Theodericus delegari petebat. Maioni quoque illustri comiti, gratiarum referens actiones pro benignitate et sollicitudine, quam domno Theoderico Camaracensi presuli, viro sancto, et aecclesiae ipsius exhibere curabat. Scripsit etiam Lothario regi[a], filio imperatoris Lotharii, pro electione episcopi aecclesiae concedenda Cameracensi. Necnon Gontario Coloniensi, ut intercedat apud Lotharium regem, et satagat pro electione canonica Cameracensis episcopi post decessum Theoderici venerandi presulis. Mortuus enim erat. Item secundo vel tertio pro eadem re, affirmans, non nisi regulariter in diebus suis illic episcopum ordinandum.

47. *Domno Theoderico suis predicente, coxa frangitur.* Huius vero tale factum, [Cap. 45] quibusdam qui suis prope temporibus fuere referentibus, cognovimus, quod progrediens ad quendam[b] diocesis suae locum pro sanctione aecclesiastica, cum adhuc tribus fere milibus ab urbe distaret, in spiritu casus sui periculum agnovit, quod comitantibus secum intimavit, dicens: *Noveritis, fratres, haut longe periculosam nobis instare ruinam.* Cui cum comitantes, ut locum declinasset, monerent: *Nequaquam*, inquit, *fratres mei, voluntatem Dei effugere debemus, qui ideo percutit, ut sanet, idcirco vulnerat, ut medeatur.* Necdum verba compleverat, et ecce in occursum eius vir quidam mendicus advenit. Qui cum se ad salutandum episcopum pronior inclinasset, mulus cui episcopus insederat, ex salutantis motu territus, subito in diversum resiliit, et ruentis eliso crure, apertum campum tenuit. At comites ruentem episcopum excipientes, propriis ulnis ad urbem baiularunt.

a) regis 1. b) quoddam 1.

76) cf. Folcuini g. abb. Lob. 11. 77) Walers en Faigne, in confiniis Hannoniae et Picardiae

Cap. 46. 48. *Inauditum miraculum super quodam predone a sancto episcopo excommunicato.* Postea vero vir quidam negotiis militaribus deditus, sed rapacitatis studiis intentus, possessiones sanctae Mariae, quae in territorio Atrebatensi coniacebant, frequenti incursione depopulari consueverat. Qua de re sepe ab episcopo vocatus, cum maleficii sui finem dare noluisset, presul apostolicae auctoritatis virga feriendam eius rabiem estimavit. Semel igitur, bis, et tertio vocatum, sed renitentem, excommunicavit. Ille ad augmentum dampnationis suae reatus sui culpam non solum recognoscere noluit, verum ipsam presulis excommunicationem furiosius spernere verbisque tumentibus reprobare coepit, et maiorem tirannidis suae violentiam minari: cum repente inter furentis blasfemiam infelix, per secretam naturam fusis visceribus, Dei iudicio percussus interiit, sepultusque est procul ab urbe iuxta viam publicam, ubi nec mortuus partem cum fidelibus habere meruisset. Porro manifesto divinae animadversionis iudicio, terra quo sepulturae locus ambiebatur, tribus per circuitum cubitis ab imo ita exarsit, ut ab occultis meatibus incendio emisso fatisceret; et cum id cernentibus mirum et formidandum esset, illud magis stupebant, quod per triennium in agro illo ros aut pluvia non cecidit, nec gramen apparuit. Expleto vero triennio, cum vir Dei nocte quadam per extasim in sublime raperetur, vidit miserum miro et formidando suplicio cruciari. Cuius sorte miserrima conpunctus, mox ut in se rediit, sumptis secum quos voluit, ad sepulturam usque pervenit; expositoque consilio, licet auctoritatem non haberet, servum unum, qui ei habendis usibus inhaeserat, causas defuncti agere iubet, et ut impositum
78 modum poenitentiae pro eo ipse expleret, data sibi ab episcopo pro hac expletione[78] libertatis optione. Postea vero tellus visa est herbidare[a].

Cap. 47. 49. *Quod tempore huius templum beati Gaugerici inceptum est, et eodem anno obiit.* Sub huius beati pontificis diebus, anno videlicet incarnationis Domini nostri Iesu Christi 863. 16. Kal. Iulii, inceptum est templum sancti Gaugerici aedificari, quod postea honorifice consummatum, sed tempore quidem Rotradi, eiusdem sedis ab ipso Theoderico
c. 61. tertii episcopi, ut in sequentibus legitur, a Normannis etiam cum civitate incensum est. Eodem vero anno, Nonas Agusti, Theodericus episcopus ad remunerationem suorum laborum vocatus, diem clausit, sepultusque est in monasterio sancti Autberti. Sed tempore tertii[79] Ottonis imperatoris, sub Fulberto eiusdem sedis episcopo translatus est in Germaniam, sicut in sequentibus legitur.

Cap. 48. 50. *Post hunc aecclesia a pastore tribus annis vacavit, Hilduino contra canones*
863. *instituto.* Post huius excessum aecclesia Cameracensium a pastorali regimine per tres circiter annos vacavit, hac scilicet contentione habita inter Hincmarum archiepiscopum
80 et imperatorem[80] Lotharium. Siquidem imperator cuidam clerico Guntberto episcopii contulit dignitatem; sed archiepiscopus cum suis coepiscopis, hoc fieri contra sacros canones advertens, cum omni auctoritate refragatus est, cunctisque ipsius aecclesiae clericis ac militibus sub anathemate interdixit, ne quis eorum cum adultero pastore ullum assensum aut familiaritatem habere putasset; usumfructum vero terrae, quod imperatoris erat, tantummodo commodarent. Quare non diu moratus, invitus abscessit. Dehinc vero imperator Tetboldum quendam clericum intromisit; sed similiter ea contentione frustratus, exivit. Tertio quoque Hilduinum, suum cognatum sed et suum capellanum, ipsi aecclesiae preficere estimavit; sed quia contra legem canonicam erat, Hincmarus quoque benedictionem cum omni virtute negavit. His ergo ita contendentibus, aecclesia pastorali regimine destituta labefactabatur. Unde Nicholaus papa graviter motus, sepe Lotharium, immo quoque Hincmarum, quasi super id negotii negligentem et incuriosum, directis epistolis succensebat. Hunc itaque litteras huiusmodi ad Nicolaum pa-
Flod. III, 12. pam direxisse reperimus: *Domino unice singulariterque suscipiendo, patrum patri et summa veneratione honorando, reverentissimo papae Nicholao, Hincmarus nomine non merito Remorum episcopus ac plebis Dei famulus. In epistola vestrae sanctitatis, per Odonem episcopum episcopis in regno Lotharii pro preiudicio Cameracensis aecclesiae directa, relegi vestram auctoritatem sciscitaturam, cuius neglectu eadem aecclesia ultra decimum mensem pastore vacaret? Unde*

a) P. v. t. v. e. h. *auctor scripsit in rasura duarum linearum et dimidiae.*

78) i. e. ut hoc expleret. 79) falsum; primus fuit; cf. c. 79. 80) Errat noster, Lothario imperatori imputans, quae eius filius Lotharius minor rex egit. Imperator enim iam a. 855. defunctus non potuit successorem dare Theoderico, quem a. 863. demum obiisse constat. Neque litteras eidem imperatori dirigere potuit Nicolaus a. demum 858. papa creatus. Errorem iam notavit Colvenerius.

ut non neglgens a vestro apostolatu succensear, iudico, auctoritati vestrae post directas Hlothario et episcopis regni eius atque Hilduino, qui eandem ecclesiam inregulariter occupavit, ita ut ante quam ipsas mitteretis epistolas, hactenus preiudicium permanere; meque Lotharium regem, et legatis et litteris, prout potui, saepe et eousque inde commonuisse, donec regiis suis litteris mihi respondit: „Hilduinum ad vestram auctoritatem suum legatum misisse, et nihil aliter de prefata ecclesia, nisi ut egerat, disponere debuisse, donec a vobis inde responsum acciperet".

51. *Hilduinus expellitur, sanctus Iohannes subrogatur.* Itaque supradicta conten- Cap. 49.
tio inter imperatorem et archiepiscopum tamdiu processit, donec imperatore Lothario mortuo, Hilduino expulso, anno dominicae incarnationis 866, Iohannes sanctae memoriae episcopus a Lothario minore, filio Lotharii imperatoris, preordinante divina gratia substituitur. Hic autem regia in aula nutritus, cantoris officio fungebatur. Huius enim in superficie sepulturae tale scriptum constat marmori caraxatum[81]: 81

Regum magnifica fueram nutritus in aula,
In qua cantoris nomine functus eram.
Non propriis meritis, sola pietate Tonantis,
Antistes ista factus in urbe fui;
Quam prestante Deo monui contempnere semper
Illecebras mundi, gaudia vera sequi.
Nunc autem facto carnisque animaeque diremptu,
Septima post sexta sabbata[82] perficio, 82
Donec in adventu Christi sua membra resumat
Spiritus, octava iam radiante die.
Qui legis hunc titulum, frater, subsiste parumper,
Et dic, aeternam promerear requiem.

52. *Quod Iohannes ordinationi Bertulfi episcopi interfuit.* Hunc in ordinatione Bertulfi Trevirensis archiepi- Cap. 50. Flod. III, 21.
scopi venerabilis Hincmarus, cuius paulo ante mentionem fecimus, ex iussione Karoli regis, cum Hincmaro Laudunensi episcopo et Odone Belvacensi ad petitionem Adventii Mettensis[a] et Arnulfi Tullensis[a] episcoporum eiusdem Trevirensis dioceseos miserat, informans eos, quomodo id rite fieri deberet canonica apostolicaque auctoritate, ut sacris regulis nulla aut negligentia aut presumptione in aliquo discederent.

53. *Plurima scripta Hincmari archiepiscopi ad domnum Iohannem.* Huic, id est domno Iohanni Cameracensi, Cap. 51.
petenti commendatitias dari sibi Romam proficiscenti litteras, ex nomine domni Hincmari Adriano papae offerendas, ib. III, 23
rescribit: quod si redditurus obsequium caesari Romam velit ita pergere, ut obsequio Deo debito caesaris contrarium non esset obsequium, canonicas libenter ei litteras tribueret; sin autem pro causa Lotharii regis, quae inter eum et ipsius uxorem diu ventilata fuerat, quoniam commendatitias in hac re dare litteras non valebat, reprehensibiles dare non audeat, quia nec debeat; presertim cum nuper dominus Adrianus litteras ei suae auctoritatis per Actardum Namnetensem episcopum miserit, in quibus significaverit, se certamina, quae sedes apostolica per antecessores suos Benedictum et Nicholaum in hac causa certaverat, sequi; monens eum, ut quod super hoc negotio gestum est, nullatenus enervari consentiat; intimansque, qualiter excommunicata fuerit Waldrada. Addit etiam, quod sine consilio coepiscoporum litteras ei dimissorias, maxime pro re incerta, dare nequiret. Item de obitu Lotharii, exhortans, ut sine dilatione ad Karolum regem veniat. Item pro quodam presbitero Cameracensis parrochiae, qui se ipsum castraverat, frequenti monitus id agere visitatione, nesciens quid inde sacri decernerent canones; consiliumque admonens, ut diligenter investigetur, quibus sit modis admissum, et interim per indulgentiam presbiter idem maneat in ordine suo, donec in provinciali sinodo, quid exinde tenendum sit, inveniatur, quod nec preceptis euangelicis contrarium, nec decretis sanctorum repperiatur adversum. Item gratiarum referens actiones pro beneficiis saepe sibi ab eo impensis, petens, ut requirat sermonem sancti Augustini de lapsu monachi et viduae, ac sibi ad transscribendum mittat, vel transscribi faciat et ad proximam sinodum sibi afferat; expositionem quoque Bedae in proverbiis Salomonis ad eandem sinodum sibi deferri petens Intimat etiam, quod papa Romanus Karolo regi et episcopis ipsius regni quaedam mandata direxerit, de quibus in sinodo sit necesse tractari; unde et rex metropolitanis regni sui litteras miserit, precipiens, ut coepiscopos suos ad eandem convocarent sinodum. Item pro parte decimae, quam sibi significatum fuerat ab antiqua regia capella tulisse, et alteri quam noviter sacraverat addidisse; quod quia contra regulas esset, emendare, si sit actum, suadet. Item pro quodam presbitero, qui ad sedem Remensem proclamaverat, preiudicium se pati questus ab eodem presule suo, interdicto sibi cum rebus suis officio quoque sacerdotali, nec sponte confesso nec regulariter convicto pro tumultu et homicidio perpetrato, ubi interfuerat et invitus arma defendendo se sumpserat, hominemque vulneraverat, non tamen quam[b] occisus fuerat. In quibus litteris ostendit ex auctoritate sacra, quid discretionis in huiusmodi sit causa tenendum, et quae sacrorum canonum sint adhibenda capitula. Scribit ad eundem et alia quaedam.

54. *Preceptum super possessiones, quas in pago Condrense sanctae Mariae adqui-* Cap. 52.
sivit. Hic Iohannes possessiones in pago Condrense[83] sanctae Dei matris aecclesiae a quodam Machario adquisivit, conventione quidem inter se facta huiusmodi et scripto praecepto: *Bene possidet ille res in hoc saeculo, qui de terrenis atque caducis comparat premia sempiterna. Quapropter nos in Dei nomine Macharius et coniunx mea Gondrada, cogitantes de Dei amore vel aeterna bona retributione, pro animarum nostrarum remedio seu pro anima domni ac senioris nostri Iohannis Cameracensium episcopi, aliquas res*

a) *lineae superscripsit ipse auctor.* b) cum qui *Flod.*

81) i. e. inscriptum. 82) i. q. feria; cf. Ducange. 83) le Condros, inter Dinantum et Leodium.

nostras, quas ipse ad hoc faciendum nobis donare dignatus est, et quas illi domnus imperator Lotharius per suam misericordiam et per suum preceptum in ius proprium dedit, quae habentur in pago Condrostinse, donamus atque transfundimus ad partem aecclesiae sanctae Dei genitricis Mariae, ubi iamdictus venerabilis pontifex domnus Iohannes presidere
84 *videtur. Hoc est: in vico Hoio*[84], *super fluvium eiusdem nominis Hoio, aecclesiam in honore sanctae Dei genitricis Mariae, mansum dominicatum cum castitiis*[85], *ad quem aspiciunt de terra arabili bunuaria*[a.86] 4, *de silva bunuaria* 200; *sunt ibi molendini* 2. *In alio loco in villa Haidis, mansum dominicatum cum castitiis et arboreto super fluvium Sclevum, ad quem aspiciunt de terra arabili bunuaria* 33, *de prato bunuaria* 9, *de silva bunuaria* 100, *mansi serviles* 6, *est ibi camba*[87] 1. *In alio loco in villa Bacilla mansum dominicatum cum castitiis super Gorbia, ad quem aspiciunt de terra arabili bunuaria* 47, *de prato bunuaria* 3, *de silva bunuaria* 50, *mansi serviles* 4, *est ibi camba* 1. *In alio loco in villa Halogis super fluvium Pauleia mansos* 3, *habentes de terra arabili bunuaria* 35. *In alio loco, qui dicitur Falmana, in villa Grandicampo, mansum dominicatum cum casticiis, ad quem aspiciunt de terra arabili bunuaria* 30, *de silva bunuaria* 200, *mansi ibidem deservientes* 8. *Et in loco noncupato Glevo est mansus* 1. *In alio loco in villa Harsanium, super fluvium Wenna, mansum dominicatum habentem de terra arabili bunuaria* 12, *de prato bunuaria* 2, *de silva bunuaria* 50, *quae habetur in loco Carcinio; mansos serviles*
88 *ibidem deservientes absos*[88] 4, *unus ex illis est situs in loco Carcinio, alter vero in loco Wadingo super iam dictum fluvium. Quae colligunt in summa mansi* 31, *et inter terram arabilem et prata ad dominicatum pertinentia bunuaria* 140, *et de silva bunuaria* 600 *et eo amplius, exceptis communiis quae habentur in loco nuncupato Carcinio, et quicquid ad predicta loca aspicit, cum omni integritate, et terras cultas et incultas, pervia, wadisca-*
89 *pia*[89], *prata, pascua, silvas, communias, aquas aquarumque decursus, et mancipia utriusque sexus, quorum* 150 *sunt. Ea videlicet ratione haec omnia superius dicta ad partem supradictae sanctae Dei aecclesiae Cameracensis tradimus, ut dum nos advixerimus, liceat nobis usu fructuario excolere et possidere; et infans nomine Achildis, quam ipsa coniunx nostra Gundrada de alio viro peperit, necnon et infantes qui de eadem ipsa coniuge nobis nascituri sunt, si superstites nobis fuerint, similiter habeant, dum advixerint, usufructuario ad excolendum et possidendum; et sic post nostrum et nostrorum infantum de hac luce discessum haec omnia cum omni integritate et emelioratione ad prefatam sanctae Dei aecclesiam Cameracensem revertantur. Similiter et in compensatione huius meriti dedit nobis idem senior noster Iohannes episcopus, per consensum supra fidelium clericorum Cameracensium et laicorum, ex rebus sanctae Mariae Cameracensis aecclesiae villam quae dicitur Villare, quae est sita in pago Hagnoense, super fluvium Unctium, ubi habet mansum dominicatum, et de terra arabili ibi aspiciente bunuaria* 112, *de prato bunuaria* 4, *de silva per estimationem inter Villare et loco nuncupato Harilegias bunuaria* 100 *et aecclesiam unam. In Gentlinio cum aecclesiastico manso habente de terra arabili bunuaria* 12, *et molendina* 2. *In ipso Villare cum mansis* 2, *et cambis* 2. *Mansos etenim qui ad*
90 *supradictum mansum dominicatum deserviunt vestitos*[90] 12, *et alios qui nuper vestiti sunt* 12, *qui nec adhuc integrum possunt solvere censum absos* 16. *Mansuras etenim in ipso Villare* 9, *quae debent solvere solidos* 6, *et dicitur* 8, *et sunt absi* ..[b]. *In loco nuncupato Grandovillare inter mansuram et terram arabilem bunuaria* 3. *In alio loco nuncupato Munliaco inter mansuram et terram arabilem bunuaria* 3; *quae colligunt in summa mansi* 44; *et mancipia utriusque sexus, quae ad ipsum Villare aspiciunt, seu quicquid ad predictum locum cum omnibus appendiciis et integritatibus suis pertinet, terras cultas et incultas, pervia, wadiscapia, prata, pascua, silvas, aquas aquarumque decursus. Haec omnia nobis concessit domnus senior noster Iohannes episcopus, eo videlicet tenore, ut sicut superius diximus, dum advixerimus, utrum, et quod dedimus et quod accepimus, potestatem habeamus; necnon et supradicta Acheldis, seu et ceteri infantes nostri, qui de iamdicta*

a) bunū *semper* 1. *excepto quod bis* br̄ *scribit, scilicet* de silva br̄ CC *et postea* de terra arabili br̄ XXXIII. b) *numerus* in 1. *deest, spatio non relicto.*

84) Huy, ubi l'Hoioul Mosam influit. 85) aedificiis. 86) bonnier, mensura agri, non ubivis eiusdem magnitudinis, sed in universum = 1½ hectares. Adhuc in usu est in Belgio. 87) Braueirei. 88) incultos. 89) aquagium, aquaeductus. 90) cultos.

coniuge mea nascituri sunt, si superstites nobis[a] *fuerint, similiter dum advixerint, potestatem habeant usu fructuario excolere et possidere. Et pro ipso usu censuimus annis singulis solidos 2, ut ipsos, dum advixerimus, exsolvere faciamus; similiter et nostri infantes, dum advixerint, exsolvere faciant ad partem supradictae aecclesiae Cameracensis, in festivitate purificationis sanctae Mariae; et si de ipso censu tardi aut negligentes apparuerimus, fidem exinde faciamus, et contra supradictam sanctam Dei aecclesiam hoc componamus. Et de ipsis rebus vel mancipiis ullo modo potestatem non habeamus dandi vel commutandi aut alienandi, nisi ad salvandum et emeliorandum, dum advixerimus; et post nostrum et nostrorum infantum de hac luce discessum haec omnia supradicta cum omni integritate et emelioratione ad sanctam Dei aecclesiam Cameracensem revertantur. Si vero, quod futurum esse non credimus, aliquis de heredibus ac proheredibus nostris contra hanc donationem nostram sive precariam venire aut eam inquietare temptaverit, iram Dei omnipotentis et sanctae Trinitatis incurrat, et a liminibus sanctae Dei aecclesiae alienus existat. Et insuper ad partem fisci auri libras 10, argenti ponda 30, coactus exsolvat. Et haec donatio pariter cum precaria firma et stabilis permaneat cum stipulatione subnixa. Actum Cameraco civitate ante altare sanctae Mariae, Idibus Aprilis anno dominicae incarnationis 885.*[91] *indictione 7. et anno 35. regni domni nostri Karoli regis, et in successu Lotharii regis 5. Ego Iohannes episcopus hanc donationem relegi, et propria manu firmavi. † Signum Macharii et uxoris eius Gundradae, qui hanc donationem pariter cum precaria fieri vel firmari rogaverunt. Ego Ernaldus indignus presbiter et manualis notarius hanc donationem iubente domno Iohanne episcopo scripsi.*

55. *Aecclesiam Laubiensem ab inquietudine Karlensium liberavit.* Excrescente denique [Cap. 53] discordia inter Karlenses et Lotharienses, aecclesia Laubiensis male labefactabatur; adeo quippe, ut everso penitus loco famulantes pulsum iri crederentur. Episcopus tamen divino consilio usus, poleticum[92] quod adhuc in eadem aecclesia reservatur, scripsit [868.]; et hoc ab apostolica auctoritate, sed et a conprovincialibus episcopis confirmato, omnes aecclesiae ipsius pervasores a christianorum societate sequestrans, tali modo aecclesiam a tanto naufragio inmunem reliquit.

56. *Hunc Hincmarus Laudunensis episcopus in sinodo sibi iudicem elegit.* „Hoc vero in scriptis Remen- [Cap. 54.] sium episcoporum invenimus, quod Hincmarus Laudunensis episcopus pro multis culpis ac pro morum obsce- [Flod. III, 22.] nitate ab archiepiscopo Hincmaro, suo avunculo, districte in conventu sinodali impetebatur. Qui itaque secundum Affricanum concilium, iudices electos expetiit; inter quos etiam domnum Iohannem obtinuit.

57. *Sepultus est extra monasterium sanctae Mariae in aecclesia sanctae Crucis; sed* [Cap. 55.] *a Gerardo episcopo in monasterium translatus est.* Postquam autem ipse domnus Iohannes [879] dormitionem accepit in Christo, sepultus est in basilica, quae erat in honorem sanctae Crucis constructa iuxta monasterium sanctae Mariae ad australem plagam, ibique quievit usque ad tempus Gerardi episcopi, qui ei tredecimus in sedem successit. Nimirum predicta basilica iam ex parte corruerat; ex quo vero stare videbatur, ex vetustate ruinam minabatur. Quumque ipse domnus episcopus predictum monasterium ampliorari usque ad sepulcrum Iohannis episcopi disposuerat, condigna veneratione corpus de sepulcro levavit et infra monasterium sepelivit. Ubi nonnulla postmodum patrata probantur miracula, ubi frigoritici atque diversis aegritudinibus occupati venientes, optata merentur sospitate donari.

58. *Contractus homo ad sepulchrum sancti Iohannis salute donatur.* Superest ad- [Cap 56.] huc homo, Walterus nomine[b], cui membris adeptis langor a puero gressum, cetera quoque corporis officia negaverat. Nam marcentibus nervis talares cruribus adheserant, ut nullo conamine seiungi valerent. Hunc lectulo impositum mater ad sepulchrum viri Dei baiulari fecit, ibique per aliquot dies orationibus cum filio perstitit. Superveniente nativitate sanctae Mariae, quae 6. Idus Septembris agebatur, inter ipsa matutinalia officia, cum forte paululum obdormisset, vidit, ut ipse adhuc refert, senem quendam sibi

a) nobint 1. b) W. n. *auctor ipse superscripsit.*

91) error inest huic numero. Annus 35[us] Karoli incipit 20. Ian. 874; in successu Lotharii 5[us] incipit 9. Sept. 873; indictio 7[a] fuit anno 874. Quamobrem haec charta non potest conscripta esse nisi a. 874. aut 875. 92) explicatur loco Folcuini g. abb. Lob. 13: *Quartodecimo igitur regni sui anno* (Lotharius) *redditus villarum nostrarum describere iussit, quod polipticum vocant. Facta est autem haec descriptio a Iohanne episcopo.*

adsistere, cuius tactu consolidata sunt crura eius. Hic autem per aliquot annos ex stipendiis aecclesiae alitus est[a].

Cap. 57. 59. *De puero contracto, sed meritis beati pontificis sospitato.* Nec dissimile illud quoque videtur, quod iterum divina clementia meritis sancti viri contulerit. Quendam namque puerum, nomine Heribertum, ex familia sancti Gaugerici vivere adhuc cognoscimus, quem post suae nativitatis triennium tanta debilitas crusculorum[93], forte contractis nervis, obrepserat, ut alio poene triennio pedum officia non haberet. Unde mater sedulo gemens, unicum vehiculo impositum per multa loca sanctorum deportavit; sed nullius medicinae profectum adepta, tandem ante sepulchrum huius beati pontificis collocavit. Hunc itaque non multo post, operante divina clementia meritisque huius sancti episcopi medelam impetrantibus, ambulantem reduxit. Hoc ergo sancto viro reservari, Dei providentia dispensante credimus, ut quanti videlicet meriti sit, fatente quidem ipso miraculo, aperte videretur. Multi denique alii a variis langoribus curati sunt.

Cap. 58. 60. *De Rotrado episcopo.* Sancto vero Iohanni in episcopium Rotradus successit. A. Vedast. Hic fuit temporibus Arnulfi imperatoris[94], quem australes Franci, videntes quidem imperatoris Karoli, filii Ludu-vici Transrenensis, vires ad regendum invalidas, eo deiecto ad imperiale solium promoverunt.

Cap. 59. 61. *Hoc presule civitas Cameracus cum templo sancti Gaugerici a Normannis succenditur.* A. Vedast. Sub huius etiam diebus procellae Nortmannorum per omnem hanc viciniam miserabiliter intonabant, qui anno dominicae incarnationis 881. 5. Kal. Ianuarii Cameracum ingressi, incendiis et occisionibus civitatem omnem devastarunt; et ad cumulum furoris sanctum et venerabile templum sancti Gaugerici incendentes, cum infinita preda ad sua castra reversi sunt. Iterum vero remeantes circa sollemnitatem sancti Petri, urbem Atrebatum devenerunt; omnibus quos ibi repperere interfectis, circuita omni terra ferro et igne cuncta populantes, ad sua revertuntur. Inter huius sedi- 887. tionis tempestates vocatus episcopus, diem clausit; tumulatusque est in aecclesia sancti Autberti.

Cap. 60. A. Vedast. 62. *Sequitur Dodilo episcopus.* Post Rotradum regendae aecclesiae curam Dodilo suscipiens, anno Domini 887.[95] et 16. Kal. Aprilis episcopus ordinatur. Hic unam iuris sui villam, Buxerias[96] nomine, stipendiariis fratrum qui in aecclesia beatae Mariae famulabantur, delegavit.

Cap. 61. Flod. IV, 6. 63. *Multa scripta, quae Fulco archiepiscopus Dodiloni episcopo et aliis quibusdam miserit.* De hoc in gestis Remensium pontificum reperimus, quod Fulco eiusdem sedis archiepiscopus, scripta illi miserit pro placitis sibi ab eo datis, ad quae minime attenderat, monens et rogans, ut satagat venire ad proximum placitum, ubicunque rex Odo fuerit cum episcopis, quando rem, de qua tunc agebatur, de Hildegarde et Hirmengarde terminare deberent. Accusatores quoque ipsius Hirmengardis, eosque qui presbiterum luminibus privari ac suspendi iusserunt, cum his omnibus, qui eidem infandae iussioni paruerunt vel factores huius sceleris extiterunt, commoneri faciat[b] et canonice convocari, ut huic conventui se studeant presentare. Item pro eadem causa gratias referens, quia devote ipsius commonitionem susceperit, et ad constitutam diem paratissimus occurrerit. Illud vero succensere videtur, cur, cum de negotiis aecclesiasticis ageretur causa, non per clericum, sed per laicalis ordinis hominem sibi mandare voluisset. Ipse vero domnus Fulco, partim senioris servitio detentus, partim corporeae incommoditatis molestia prepeditus, iuxta condictum venire nequiverat. Admonet etiam eum meminisse debere, qualis ipse erga eum quondam extiterit, qualiter sine rege, sine ullo ipsius parti consulente modis omnibus institerit, ut ad hunc episcopalem perveniret honorem, cum adhuc perfecte notus non esset; ita tamen pro eo egerit, veluti pro fratre carissimo, quia crediderat et credebat in eo simplicem prudentiam, fidem non fictam, firmam et indemutabilem stabilitatem. Speraverat etiam in omnibus sibi cooperatorem et adiutorem fore. Per illam ergo sinceram dilectionem, quam in ipso credebat, eum se dicit monere, mandans, ut posthabita omni dilatione vel occupatione, ad condictum conventum episcoporum presens adesse studeat, nulla causa excepta, nisi tantum infirmitate corporea. Personas etiam premissas, quas per alteram significaverat epistolam, commoneri canonice faciat, ut preparatae ad sollemnem coetum episcoporum die prefixa se satagant presentare. Item cum ceteris coepiscopis Didone Laudunensi, Hetilone Noviomensi, Riculfo Suessorum, Herimando Morinensi, scribens huic presuli Dodiloni significat, hos premissos in urbem Remensem convenisse presules, ad tractandum de pervasione Balduini, de quo scripserat eidem Dodilo, admonere illum, ut resipisceret a pravo temeritatis suae fastu. Sed quoniam idem presul rescripserat, occurrere eisdem presulibus se nequivisse, quia suum iter Nortmannorum preripuit gladius, ceu de communi conpatitur exitio. Ceterum quod petierat de Balduino, in hoc adquiescit ei, ut admonendo, exhortando et increpando sedulo eum corripiat, ut a sua corrigatur pravitate, divinas ei proponens sanctorum sententias patrum. Litteras etiam eidem Balduino ab ipsorum episcoporum parte dirigi significat. De quibus hortatur, ut si fuerit in presens, ei recitentur; si absens fuerit, per suum archidiaconum ipsi transmittat, qui etiam eas illum intelligere faciat. Quodsi et eum ille nequiverit adire, litteras ipse publice coram se legi faciat in loco, ubi Balduinus religionem pervasit, et deinceps nisi resipuerit, non ei vel monachus vel canonicus vel quilibet rite christianus adiungatur, si non anathematis vinculo implicari voluerit. Si Hetilo quoque ad civitatem Adtrabatem venerit, Dodilo illi occurrat, ut de hac re quod agendum est, canonice peragere possint, et quicquid inde fecerint, litteris sibi significet. Hetiloni presuli litteris mandat, ut proficiscatur cum fidelibus regis ad Atrabatem, agens pro posse, quod in alio scripto agendum sibi repperit significatum. Item pro his, quae a Dodilone Cameracensi patiebatur episcopo, asserens, quomodo pro benefactis ab eo sibi contumeliosa retribuantur, adsciscensque hunc sibi testem, qualiter eundem Dodilonem paterno simplicique benignitatis affectu ad potiora provexerat; sed et quomodo Rodulfus vir devotus abbatiam quandam in huius Hetilonis parrochia sitam, Remensi delegaverit aecclesiae, committens simul eidem[c] corpus beati Calisti papae et martyris, quod impetratum a Romana detulerat urbe. Intimat ergo, qualiter precatus sit amicabiliter prefatum Dodilonem, ad Atrabatense castellum

a) Hic — est *auctor ipse addidit.* b) faciant 1. c) eiusdem 1.

93) i. e. crurium. 94) errat paululum in tempore; Rotradus obiit a. 887. ineunte, ut apparet e cap. 62, et Arnulfus regnum adeptus est mense decimum Novembri exeunte. 95) a. 888. secundum Ann. Vedast. 96) Boussy, inter Cambrai et Bapaume. COLV.

venire et inde pignera prefati martyris honorifice levare atque usque ad cenobium sancti Quintini deducere. Hunc etiam Hetilonem expetierat, ut ad ipsum cenobium occurreret, et tamdiu cum sacro comitaretur corpore, donec ipse domnus Fulco veniret, et decenter illud excipere usque ad Remensem valeret urbem deducere, ubi tamdiu servaretur, quousque pace reddita, loco proprio, ipsius Hetilonis parrochia sito[a], restitui posset. At Dodilo cum debuisset agere quod petebatur, e contra, filiationis ac fraternitatis posthabita reverentia, in medio occurrens viae et de manibus gestantium sanctum pignus abripiens, apud se reposuit, dicens, non illud se cuiquam redditurum, nisi eidem Hetiloni, in cuius dinoscebatur fuisse parrochia depositum; et hoc ipsum novae fraudis argumento gessisse, quo valeret prefatum corpus sacrum cuidam Hucboldo comiti tradere. Quocirca petiit hunc Hetilonem, ut missum suum ad eum dirigat et paterno ac fraterno amore ipsum redarguens corrigat, et in memoriam ei revocet, quomodo religionis solius et fidei, quam in eo fore credebat, intuitu illum absque regis aut principis alicuius expectatione in sede pontificali locaverit; moneatque ut a coepta temeritate pedem revocet, ne aliquid hunc eundem archiepiscopum contra se, quod idem nolit, agere conpellat. Hunc quoque precatur Hetilonem obnixe, ne illi assensum in re tali prebeat, sed iustae parti in omnibus faveat, et thesaurum celestem Remensi aecclesiae a prememorato viro traditum, urbi ac basilicae ipsius restitui non solum consentiat, sed etiam totis viribus adiuvet. Flod. IV,16.

64. *Preceptum, quod super res Sanctae Mariae ab Arnulfo rege firmari obtinuit.* Cap. 62.
Denique aecclesiam summo labore gubernans, multis commoditatibus munire exercuit. Illo etiam petente Alnulfus rex preceptum immunitatis huiusmodi sanctae Dei genitricis aecclesiae scriptum roboravit: *In nomine Domini nostri et salvatoris Iesu Christi, Arnulfus divina gratia rex. Cum petitionibus servorum Dei iustis et rationabilibus divini cultus amore favemus, superna gratia nos muniri non diffidimus. Proinde noverit industria seu sagacitas omnium fidelium nostrorum, tam presentium quam et futurorum, quia vir venerabilis Dodilo, Cameracensis urbis episcopus, obtulit obtutibus nostris immunitates beatae memoriae antecessorum nostrorum, regis videlicet Pipini ac imperatorum Karoli Magni seu Hludowici, in quibus continebatur insertum, qualiter predicti antecessores nostri reges denominatam sedem, quae est in honore sanctae Dei genitricis Mariae semperque virginis, ob amorem Dei et tranquillitatem fratrum ibidem consistentium, semper sub plenissima tuitione et immunitatis defensione habuissent. Pro firmitate tamen rei postulavit nos prefatus episcopus Dodilo, ut eorundem regum auctoritates in amore Dei et reverentia sanctae Dei genitricis Mariae nostra auctoritate confirmaremus. Quod ita per interventum venerabilis episcopi nostri Salomonis libenter adquievimus, et ita in omnibus concessimus atque per hoc preceptum nostrae auctoritatis roboravimus. Precipientes ergo iubemus, ut nullus iudex publicus vel quislibet ex iudiciaria potestate in aecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones predictae aecclesiae, quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem imperii nostri iuste et legaliter memorata tenet vel possidet aecclesia, vel ea quae deinceps a catholicis viris eidem collata fuerint aecclesiae, ad causas exigendas aut freda vel mansiones vel paratas faciendas, aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius aecclesiae tam ingenuos quam servos super terram ipsius commanentes nequaquam distringendos, vel ullas redibitiones aut inlicitas occasiones requirendas, nostris et futuris temporibus ingredi audeat, vel ea quae supra memorata sunt penitus exigere presumat. Sed liceat memorato presuli suisque successoribus res predictae aecclesiae cum cellulis et rebus vel hominibus sibi legaliter subiectis sub immunitatis nostrae defensione quieto ordine possidere, et nostro fideliter parere imperio, atque pro stabilitate nostra vel totius imperii a Deo nobis collati vel conservandi una cum clero et populo sibi subiecto libere Dei misericordiam exorare. Et quicquid exinde fiscus noster exigere poterat, in luminaribus ipsius aecclesiae concinnanda perpetualiter concessimus adhibendum[b]. Preterea constituimus, ne quis dux vel comes atque vicarius, seu quislibet ex iudiciaria potestate nostram vel antecessorum nostrorum regum auctoritatem[c] violare presumat. Quod si fecerit, causis regalibus sit obnoxius, et insuper solidis 600 culpabilis iudicetur; videlicet ut duae partes in archivum ipsius aecclesiae admittantur, et tertiam fiscus regalis noster recipiat, ut nullus tale quid audere[d] deinceps presumat. Quod ita et nos per hanc nostram auctoritatem confirmamus, ut sicut a beatae memoriae antecessoribus nostris predictae aecclesiae collatum atque firmatum est, ita et deinceps inviolabiliter conservetur. Et ut haec nostra auctoritas a fidelibus sanctae Dei aecclesiae et nostris verius certiusque credatur, manu propria subter eam firmavimus, et anulo nostro iussimus insigniri. Signum domni Arnulfi invictissimi regis. Wichingus cancellarius ad vicem Theotmari archicapellani recognovi. Data 8. Idus Iunii anno incarnationis Domini 894. indictione 12. anno 7. domni Arnulfi piissimi regis. Actum Wormatiae in Dei nomine feliciter. Amen[e].*



a) *deest spatio relicto* 1. 3. b) c. ad habendum *charta originalis quam vidit Colv.* c) *hanc vocem auctor ipse adscripsit; deerat in charta originali teste Colv.* d) uidere 1. 3. e) *Post hanc vocem auctor ipse signum posuit* [signum], *et in*

Cap 63. 65. *Consecrationi Herivei Remorum archiepiscopi interfuit.* Hic ordinationi Herivei archiepiscopi cum ceteris
Flod. IV,11. interfuit, scilicet Riculfo Suessorum episcopo, Otgario Ambianensi, Mantione Catalaunensi, Rodulfo Laudunensi, Otfrido
Cap. 64. Silvanectensi, ceterisque diocesaneis consensum prebentibus et decretum huius ordinationis corroborantibus. Hic autem exstructis muris, menia urbis in tantum ampliavit, ut monasterium sancti Autberti, quod extra erat, infra murorum ambitum cohiberet. Monasterium etiam Dei genitricis Mariae aedificatum Kalendis Augusti sollemniter consecravit, tabulamque altaris argenteam, quam nostris diebus vidimus, sciphumque argenteum, quem diebus festis subdiaconi in manibus ferunt, calicem quoque, cum aliis quoque ornamentis aecclesiae fecit. Monasterium etiam Laubiense adhibito secum Stephano Leodecensi episcopo con-
97 secravit[97]. Qui inter haec morte preventus, diem clausit, in ipsoque sanctae Mariae monasterio ad septemtrionalem plagam sepultus est.

Cap. 65. 66. *Stephanus sequitur, qui in sinodo cum Isaac comite coram archiepiscopo pacatur.* Dodiloni successit Stephanus in sedem pontificalem, vir tam aecclesiasticis quam secularibus disciplinis sufficienter instructus, qui res eiusdem sedis aecclesiae amplora-
b 19. vit et preceptis regiis confirmavit. Hic interfuit sinodo, quam habuit Seulfus Remorum archiepiscopus,
924. successor Herivei, in villa Troslegio. Cum episcopis Remensis dioceseos affuere nonnulli quoque comites. In qua et Isaac comes ad satisfactionem venit, pro his quae prave perpetraverat adversus aecclesiam Cameracensem, quoddam castellum Stephani, presulis eiusdem urbis, dolosa comprehensum pervasione succendens. Pro quo facinore vadatus in hac sinodo, centum libris argenti pacatur cum prefato Stephano episcopo, satagente Heriberto et aliis qui aderant Franciae comitibus.

Cap. 66. 67. ***Huius obtentu Karolus rex super prebendas fratrum Sanctae Mariae hanc im-***
911. Dec. 20 ***munitatem restauravit.*** Hoc etiam petente, Karolus rex super prebendas fratrum sanctae Dei genitricis aecclesiae preceptum, quod deflagrata civitate perierat, renovavit hoc modo: *In nomine sanctae et individuae Trinitatis Karolus divina propitiante clementia rex Francorum, vir illustris. Quotiens utilitatibus aecclesiarum et commodis Deo servientium rationabiliter providemus, hoc nobis tam ad corporis quam animae salutem, quamque ad stabilitatem regni totius nobis a Deo collati et conservandi, provenire posse per omnia confidimus. Porro autem nosse volumus omnium fidelium nostrorum strenuitatem, tam presentium, quam quoque futurorum, quod vir venerabilis Stephanus, sanctae Cameracensis aecclesiae presul, nostram adiens magnificentiam significavit nobis, clericos iam dictae sedis suae habere quidem res eiusdem episcopii suo victui delegatas, super quibus etiam regale preceptum, olim largiente Zuentebolcho rege, habuerant; sed eadem civitate deflagrata, preceptum quoque voracibus flammis absumptum est. Huius ergo rei negotio nostrae pietati supplicavit humiliter, quo illud dampnum nostra instauraremus munificentia. Quod etiam facere pro Dei amore ac fratrum inibi Deo famulantium libenti adquievimus mente, et ex rebus, quas hactenus quoquo ordine iuste et legaliter possident, hanc eis auctoritatem innovari pro tutamento iussimus. Precipientes ergo edicimus, quatinus prefatae clerici aecclesiae domos quidem proprias, quas habent in civitate, quibusque voluerint, in congregatione tamen eiusdem loci, hereditario duntaxat iure sive per venditionem et emptionem seu per commutationem aut plane per traditionem sibi invicem libere pro voto concedant. Porro territorium monasterii, quod fuit extra urbem; pariter et villas suis usibus deputa-*
98 *tas, scilicet pago quidem Cameracensi Carneres[98], Lis[99], Venzenzias[1], Muntiniacum[2], Gualtercurt[3], Gundreceias[4]; Hainoensi vero comitatu Oninium[a], Virmandensi autem Toriniacum; porro Suessonico Carisiolum; simul cum mancipiis utriusque sexus, cum terris cultis et incultis, pratis, aquis aquarumve decursibus, molendinis, cambis, silvis, et omnibus ad res fratrum predictas pertinentibus, modo et deinceps in perpetuum tam presentes quam et futuri eius loci successores clerici teneant atque possideant, habentes potestatem, iure tan-*

scedula assuta, eodem signo repetito, scripsit verba: Hic autem exstructis plagam sepultus est. *Sed statim postea ipse se corrigens, eodem atramento lineam duxit in margine ab illo signo ad vocem* corroborantibus; *ita indicans, additamentum illud non capiti 64, sed 65. adiungendum. Ad hanc lineam non attendens, 3. illud additamentum capiti 64. annexuit; 2. vel saltem Colvenerius exhibet quidem post c. 65, sed novum caput inde facit, de suo titulum addens, quem nec 1. nec 3. habet.* a) *ita charta originalis;* omnium 1.

97) cf. Folcuini gesta abb. Lob. 18. Facta est consecratio post a. 901, quo anno Stephanus Leodiensem episcopatum suscepit. Obiit igitur Dodilo inter a. 902—911. 98) Carnières. 99) aut Vieslis aut Neuveslis, ad rivum Selles, quatuor leucis a Cameraco distans. COLV. 1) Venzenzias, sive Venzelzeias quod habet charta originaria adhuc Cameraci extans, locus fuit ubi postea aedificatum est Câteau-Cambrésis. Fortasse autem significatur Vendegies-sur-Ecaillon. LE GLAY. 2) Montigny. 3) postea Wabiercourt, villa diruta inter Ribécourt et Marcoing olim sita, in agro cui adhuc nomen Wiercourt remansit. LE GLAY. 4) Honnechies, prope Câteau-Cambrésis. LE GLAY.

tum hereditario ex eis facere, quicquid communi decreto per unanimem consensum iuste delegerint. Sane si, quod minime arbitramur, aliquis huic nostro obvius decreto quidlibet aut iniuriam agere nisus fuerit, sexcentis solidis culpabilis iudicetur, ita ut duae horum partes eiusdem loci fratribus cedant, et tertiam fiscus recipiat regis; et insuper quod inique molitus est, evindicare nullatenus valeat, ut nemo iam tale quid usurpare presumat. Et ut huius edicti auctoritas ineluctabilem perenniter obtineat vigorem, manu eam roboravimus propria, et anuli nostri digna illustratione iussimus condecorari. Signum Karoli regis gloriosissimi. Hugo regiae dignitatis notarius ad vicem Herivei archiepiscopi subnotavit. Datum 13. Kal. Ianuarii, indictione 14, anno 19. regnante 911 *Karolo rege gloriosissimo, redintegrante 14, largiore vero hereditate indepta 1. Actum villa Cruztiaco in Dei nomine feliciter. Amen.*



68. *Preceptum, quod rex super abbatias, quas contulit*[a] *huic episcopo, confirmavit.* Cap. 67.
Idem etiam Karolus rex abbatias, Marellias[5] videlicet et Crispin[6], obtentu comitum quos 921. paulo post dicturi sumus, viro huic concessit, et super huius rei negotium preceptum Sept. 8. roboravit huiusmodi[b]: *In nomine sanctae et individuae Trinitatis Karolus divina propitiante clementia rex Francorum. Christianae conversationis religio bipertito videtur regimine subsistere, regali utique et sacerdotali. Ergo sacerdotale decet regiis augmentari ac sublimari honorum munificentiis, quod regalis diu dignitas resideat in solio regni sub aequitatis virga, iuxta quod Deus de se in sapientia loquitur: „Per me reges regnant et iudices legum decreta discernunt." Hac de causa noverit omnium sanctae Dei aecclesiae fidelium religiositas, quia comites venerabiles Hagano ac Rodulfus nostram adeuntes serenitatem humiliter expetierunt, ut sanctae Cameracensis aecclesiae, cui preest presul Stephanus, vir quippe totius regni strenuus, ad sanctam Dei genitricem Mariam largiremur*[c] *sub perpetua seculi subiectione, in pago Hainoense super fluenta Helprae abbatiunculam dictam Marellias*[d], *ubi iacet sanctus Hunbertus corpore, in aecclesia quae est in honore sancti Petri dedicata. Nos itaque illorum cognoscentes congruam esse petitionem, devote eandem abbatiunculam cum suis omnibus adiacentiis delegamus ad predictam sedem sanctae Mariae perpetualiter ibi habendam*[e]. *Dehinc et venerabilis comes Sechardus expetiit ipse, ut in pago prefato Hainou super flumen Hon abbatiunculam dictam Crispin*[6], *ubi iacet sanctus Landelinus in aecclesia honore sancti Petri dicata, quam abbatiunculam idem dictus Sechardus beneficio habebat, concederemus sanctae Mariae ad prescriptam sedem Cameracensem, perpetualiter ibi habendam*[e] *cum suis omnibus adiacentiis. Et ita fecimus. Verum precatu predictorum comitum permittimus ob remedium animae nostrae prescripto antistiti Stephano, in locis suae concessis aecclesiae*[f] *hoc est Marellias seu Crispin, mercatum statuere et teloneum inde capere. Et circum ista loca, quantum unius leugae tetenderit spatium, neque comes neque ulla iudiciaria potestas freda exercendi potestatem habeat; neque quilibet presentium vel succedentium de illis dictis abbatiunculis sanctae Mariae Cameracensis aecclesiae temptet facere abstractionem, subreptionem, divisionem, refragationem, inquietudinem, contradictionem, preiudicium, violentiam; sed cum villulis suis ac earum continentiis, videlicet aecclesiis, aedificiis, silvis, pratis, pascuis, terris, aquis aquarumque decursibus, farinariis, piscationibus, perviis, vineis, mancipiis desuper commanentibus, et quicquid ibi in omnibus rebus iuste et legaliter appendit, habendum possidendum*[g] *sanctae Mariae ad supradictam sedem tradimus; faciantque rectores eius aecclesiae*[h], *exinde, quodcunque sua suorumque poposcerit utilitas. Unde hoc preceptum firmitatis industria factum, manu firmamus nostra ad opus sanctae Mariae*[i], *et anulo nostro iussimus sigillari. Signum Karoli regis incliti, Gauzelinus notator vice Rotgeri archiepiscopi summique cancellarii recognovit. Datum 6. Idus Septembris, indictione 8, anno 28. regnante Karolo rege glorioso, redintegrante 23, largiore vero hereditate indepta 9. Actum in palatio Heristallo feliciter. Amen.*



a) commisit *e corr. manus s. XIII. habet* 1. 4. b) *charta ipsa intercidisse videtur; apographum s. XIII. vel XIV. vidi in archivo Insulensi; neque Colvenerius habere potuit nisi apographa duo in archivo Cameracensi.* c) committeremus 1. *ex corr. eiusdem manus saec. XIII; et* 3. d) *ita omnes codices, et alterum ex apographis chartae quae vidit Colvenerius.* Maricolas *apographum Insulense et alterum Colvenerii. Post hanc vocem eadem illa manus s. XIII. addit* tuendam; *idem habet* 3. e) respiciendam 1. *e corr. eiusdem manus s. XIII; et* 3. 5. f) *ita* 1. *scripserat. Sed manus illa s. XIII. erasis verbis* ob — aecclesiae, *in rasura scripsit* ob r. a. n. duabus prescriptis ecclesiis, hoc est M. *Idem habet* 3. g) *erasis* hab. poss. *manus illa scripsit* conservandum, amplificandum. *Idem habent* 3. 5. h) *erasis* rectores e. a. *illa manus scripsit* fratres ipsarum ecclesiarum. *Idem* 3. 5. i) *erasis* s. M. *manus illa scripsit* fratrum. *Idem* 3. 5.

5) Maroilles. 6) Crépin, prope Condé.

Cap. 68. 69. *Domnus Stephanus cursu consummato migravit a seculo.* Episcopus iste ex Alsatio pago natus, ex rebus sui iuris aecclesiam sanctae Dei genitricis Mariae, cui ipse Deo auctore preerat, heredem fecit. A regibus multa optinuit, quae eidem aecclesiae contradidit; familiam multam contulit; res preterea quasdam, quae in episcopio subtractae fuerant aecclesiae, redintegrari laboravit. Hic in terra nativitatis suae morte preventus, de qua se ad sedem propriam reportari iussit, clausit diem anno dominicae
7 incarnationis 934. 3. Idus Februarii[7].

Cap. 69. 70. *Subintroducitur Fulbertus episcopus.* Domino Stephano Fulbertus succedens, faventis et suffragantis Gisleberti ducis obtentu, cathedrae pontificalis praerogativam
8 adeptus est. Hic[a] ex pago Brabatensi, de villa videlicet Wiluva[8] ortus, vir quidem bonis moribus instructus, sanctae Dei aecclesiae sedem multis commodis munire semper laboravit.

Cap. 70. 71. *Contentio inter Isaac superbum comitem et Fulbertum episcopum; tamen victore episcopo comes expellitur.* Tunc temporis Isaac comes abbatiunculam beati Hunberti, cui,
c. 68. ut paulo superius diximus, episcopum Stephanum rex Karolus prefecerat, possidebat, ipsamque regiam ac locupletem abbatiam sanctissimi Gaugerici cum omnibus appendiciis sibi beneficiatam de regio iure tenebat[b], dimidium scilicet Cameracae urbis castellum, cum medietate quoque publicorum vectigalium simulque etiam cum altera moneta. Et quia urbs sub diversitate biremis dominii agebatur, ea siquidem naufragante aliquando rectores ipsi inter se ortis simultatibus collidebantur. Semper enim inter ministros eorum pro rebus exigendis audiebatur confragosa seditio, semper excrescebat violenta atque gravis utrimque tumultuatio; quae paulatim graviore motu excitata, eo usque processit, ut in arma plerumque moverentur. Haec itaque et huiusmodi comes magnanimus impatienter accipiens, in iras furibundus pre nimia indignatione excanduit, tantique turgoris cervicem adversus domnum pontificem erexit, ut eum quadam die una cum suis sede relicta mandaret quantotius aufugere, solus videlicet postea totius urbis indiscrete negotia possessurus. Unde presul perterritus, tamen Dei clementia fisus, tam superbae iussioni obtemperaturum se esse spopondit; sed ut tamen probrosus sui perfugii pudor populum lateret, vel usque in noctem indutias poposcit. Qui nec difficile ita accedit, eo sane tutior, quia nequaquam eum tanti estimabat, ut sua iussa auderet eludere. Hoc igitur impetrato, in diversas partes episcopus ancipitem animum rapit; quidnam prius in tantis et tam subitis perturbationibus intendere possit, quaerit. Nec mora, divino consilio usus, omnes amicos atque fideles infra indutiolam hanc cum omni studio iussit tacitus convocari, eorumque suffragio suae curae consuluit. Nam nox illa tanti copiam exercitus ei peperit, ut Deo volente, versa sententia hostem incautum diluculo extra civitatem compelleret, ipseque cum suis in propria sede conpos animi resideret. Post haec vero aliquot diebus interpositis comes reversus, collecta valida manu, resumptis viribus urbem repetiit, multasque inquietudines ingerens, episcopum aliquandiu lacessivit. Denique etiam alternis conflictibus gravis inter se contentio adolevit.

Cap. 71. 72. *Quod, ubi imperator Otto precibus regis Luduwici super hostes satisfecit, Caem-*
938. *raci Fulbertum visitavit.* Intera Gallorum princeps, Hugo videlicet qui dicebatur Magnus, Willelmus quoque Rotomagensium dux ferocissimus, regem suum Luduwicum assidua infestatione inpugnabant, diuque inter se utrinque sine intermissione dimicabant. Videns autem rex non posse se absque aliena ope inimicorum superare saevitiam, imperatorem, Ottonem videlicet Heinrici regis filium, cuius sororem Gerbergam matrimonio duxit, sibi adiutorem adstringere estimavit, missisque oratoribus ad id negotii cum precibus invitavit. Qui continuo fraternis monitibus familiariter accinctus, duces suos ac principes bello parari precepit; paratisque viaticis, absque dilatione iuxta precatum castra
946. movit; sicque primo Parisium, deinde Rotomagum usque perveniens, omnes vicinias

a) Hinc 1. b) possidebat — tenebat *in rasura auctor ipse.*

7) eundem diem habet Necrol. beatae Mariae Cameracensis s. XII. Sed Flodoardus in annalibus haec habet sub a. 933: *Artoldus archiepiscopus Fulbertum urbi Camaracensi praesulem ordinat;* cf. Flod. H. Rem. IV, 24. et Flodoardus annum ut noster a nativitate Christi, non a pascha incipit. 8) infra III, 49. *Wileve* dicitur. Fortasse est parochia Woluensis, ubi situm est monasterium Rubeaevallis. COLV. Rivus quoque prope Vilvorde Woluwe appelatur.

devastavit, ibique satis miserandam pestem edidit. Exin vero exhaustis ultione hostibus, 946. Oct. cum repatriare deberet, in ipso quidem reditu in urbem Cameracensium castra metari disposuit, visitaturus quippe, quomodo domnus Fulbertus episcopus in rebus aecclesiasticis se haberet.

73. *Otto imperator abbatiam sancti Gaugerici episcopo confert, et inde preceptum* Cap. 72. *subiectum corroborat.* Ubi cum perventum est, domnus episcopus quam familiariter eum excepit, amicisque obsequiis summa cum veneratione deserviens, de incussionibus a comite prelibato sibi inrogatis cum supplici querimonia proclamavit. Qui causis auditis, molestias episcopo illatas, sicuti pius, perinde atque episcopus ipse indoluit; suorumque competenti consilio usus, secundum legis publicae iudicium privato comite, abbatiam sancti Gaugerici ex integritate supradictarum rerum, unde videlicet contentio coeperat, sed et alteram abbatiam, quam supra diximus[9], sanctae Dei aecclesiae genitricis Mariae 9 in perpetuum habendas contradidit. Super quod scripta confirmavit huiusmodi: *In nomine* 947 *sanctae et individuae Trinitatis, Otto, divina propiciante clementia rex. Noverint omnes fideles nostri, praesentes scilicet et*[a] *futuri, qualiter pro Dei amore et sanctae et intemeratae semper virginis Mariae, genitricis eiusdem Dei et domini nostri Iesu Christi, necnon et animae nostrae salute, interventu quoque fidelium nostrorum, scilicet Fridurici archiepiscopi et dilecti germani nostri Brunonis et Cuonradi ducis atque Herimanni ducis et ceterorum fidelium, concedimus a die presente et hora sanctae Mariae ad sedem Cameracensis aecclesiae, cui venerabilis Fulbertus episcopus Deo annuente presidere videtur, abbatiam sancti Gaugerici omnem ex integro, cum omnibus rebus et possessionibus domi extraque pertinentibus, sicuti iuris nostri hactenus iuste ac legaliter visa est fuisse; concessa pariter omni publica functione vel exactione ad iam fatum sancti monasterii locum pertinente. Ut nullus comes vel quilibet rei publicae minister illic potestatem habeat aut mallum tenendi vel bannum vel freda exigendi aut aliquam districtionem faciendi, sed per omnia ita sub potestate sint episcopi, qui Deo prestante per successionem eidem prefuerit aecclesiae, deinceps et in perenni tempore, sicuti usque modo iuris fuerunt potestatis nostrae. Et ut haec nostrae concessionis auctoritas per succedentium curricula temporum inrefragabiliter firmiorem in Dei nomine optineat vigorem, manu propria nostra subtus eam firmavimus, et anuli nostri impressione corroborari precepimus. Signum domni Ottonis invictissimi regis. Brun cancellarius ad vicem Rotberti archicapellani recognovi. Data 2. Kal. Maii, anno dominicae incarnationis 947, indictione 6, regnante pio rege Ottone anno 13. Actum Aquisgrani palacii in Domino feliciter. Amen.*

74. *Amulricum comitem et filiam Isaac, quam matrimonio sibi duxit, episcopus pro* Cap. 73. *consanguinitate seiunxit.* Alter itidem comes ex pago Hainou, Amulricus nomine, vir genere nobilissimus et iuxta secularis gloriae pompam fortunatissimus, filiam Isaac aeque comitis prefati duxit uxorem. Multis autem internoscentibus atque deferentibus conperiens Fulbertus episcopus, eos, sponsum videlicet et sponsam, proximae cognitionis consanguinitate propinquos et ideo contra legem copulatos, facto consilio canonice ab invicem seiunxit, datoque poenitentiae modo, hoc tantum scelus admissum expiari precepit. Quod parentes atque amici moleste sed et dolenter ferentes, modo minarum asperitate episcopum perterrefaciunt, modo tamen precibus et preciosis muneribus conveniunt; quin etiam uberrimas hereditates sanctae Dei aecclesiae promittunt, ut sive scilicet eorum minis coactus, sive promissorum munerum affectatione in aliam sententiam flexus, disiunctos fortasse reconiungeret, inconvulsosque amodo manere permitteret. Huius rei suggestione episcopus commotior factus, quia in ipso timor Domini preponderabat, minas posthabuit, et ne a norma canonicae legis pretio emptus forte descisceret, promissa calcavit; immo et iuxta prophetae increpationem, nolens animas Ezech 13, 19. quae moriuntur vivificare, precibus eorum minime adquievit, sed totius auctoritatis iudicio in perpetuo segregavit. Unde liquido apparet, quod nullus turbo minarum a proposito legis movere valebat, nulloque appetitu munerum saecularium captabatur, quomodo hi, quos hodie aut terrore vel favore potentioris personae coactos, aut lucris avaritiae inhiantes, ausim dicere, aecclesiasticae institutionis disciplinam malis operibus depravare saepe conspicimus.

a) deest 1.

9) Marocilles, c. 68.

Cap. 74. 953. 75. *Quod Hungari hac vicinia devastata, ad urbem usque venerunt. Quam cum non possent expugnare, omne suburbium cum templo sancti Gaugerici combusserunt.* Sub isdem diebus Hungari per regiones huius provinctiae male saeviebant, christianos captivabant, profanatisque sacris cultibus, aecclesias incendebant. Quo perterritus Fulbertus episcopus, impigre imminentem ruinam previdens, urbem attentiore cura muniri exercuit, et in monasterium sanctae Mariae beatissimum Gaugericum, thesaurum videlicet preciosissimum, recondidit; presaga siquidem mente suspicatus, quod mox rei probavit eventus. Nam aliquot post diebus interlapsis, anno videlicet ab incarnatione Domini 953. 8. Idus Aprilis, ipsi Hungari promptiore impetu bellatoriam disciplinam preferentes, huic urbi advolarunt, triduoque immorati, totius generis pestem ediderunt. Siquidem nostris, quia adversum tot erant paucissimi, intra tuta murorum receptis, suburbana nullis resistentibus adurunt aedificia, diripiunt civium patrimonia; denique prosperis successibus laeti, studia prelii munitionibus urbis advertunt, temptantesque irruptionem, nostris tamen acriter defensantibus, minime proficiunt. Itaque fatigati, non procul ab urbe fixis tentoriis, in prata videlicet iuxta Scalth fluvium concedebant, quiete ciboque curandi, posthac urbis excidio reversuri. Non usquequaque tamen nostri octiosi fuere, nec inulta civitatis omnino passi dispendia. Ubi enim hostibus paululum remotis, nepotem regium, cuius nomen excidit, virum videlicet bellicis artibus preditum, cum paucis novissimum incedere de muris prospiciunt: mox quidem Odo, vir acris consilii et mente promptior, sociorum aliquot audaciores, quibus affectus patriae ruinae contemptum mortis infuderat, legit, hostemque in compendiario interceptum tramite subito persecuntur. Qui circumfusus multitudine, dum cedere pudoris estimavit, utpote vir animi immodicus, refugientibus sociis in prelium ruit; moxque a latere circumventus, nostrorum tamen dispendio, absciso capite obtruncatur. Unde victoriam adepti, caput astae defixum in summo muro, illis laetum, suis miserabile spectaculum, suspenderunt. Audito, rex Bulgio — sic enim dicebatur — furore accensus, casum amici miserabiliter ingemuit; solitoque acerbior nepotis mortem ulcisci gestiens, urbem cum suis repetiit. Tum vero satis acriter illis quidem foris furentibus, istis vero intus fortiter resistentibus, utrimque diu certatur, omnique genere telorum decernitur. Illos dolor fraterni capitis pertinaciter accendebat, his amor patriae et ultima spes audaciam ministrabat. Et dum id geritur, merens episcopus modo Dei genitricem precibus exagitat, coramque beatissimi Gaugerici feretro procumbens, dignetur esse defensor crebro ingeminat; modo vero per propugnacula cursitans, suos viritim confortat et instruit, viriliter dimicent, invincibiles pugnent; Dei enim esse contra alienigenas pugnam, illi futuram victoriam. Interea fessis dum ad interruptionem nihil succederet, solvere obsidionem consultius estimarunt; suamque fidem veniae et salutis obsidem offerentes, istam pactionem, incertum dolone an fide conpositam pretenderunt, ut si videlicet sibi caput redderetur, ipsi omnem predam et omnes captivos, sed et omnia quaecumque in hac vicinia rapuerant, usque ad minimum restituerent, posita deinde pugna pacem compposituri. Hi vero magis dolo suspecti, exorata refutant. Quo Hungari amplius et inrationabiliter efferati, incendere templum leviori negotio arbitrati sunt; murorumque expugnationem declinantes, ad fastigia templi tela ardentia certatim iaculantur. Ad hoc nostris tandem quaedam mentium fuit consternatio, gravisque pre timore defectio, prevalere hostes, non habere sibi locum defensionis. Sane illis sine intermissione iaculantibus, iam victor ignis pene inrecuperabiliter tecta teneret, nisi quidam ex clericis, Serraldus nomine, Dei credo virtute roboratus, sumpto secum aquae vasculo cito super templum ascenderet. Qui resti-
10 culis nixus, quas desuper trabibus clangorii[10] artificiose innexuit, sparso latice ignem extinguebat, volucrique studio super culmina cursitans, operam omnem hostium eludebat. Mirabile dictu. Sane in conspectu adversariorum discurrens et vulneri patens, sed quos res ipsa indicat, meritis beatissimae Dei genitricis et sancti Gaugerici interventione protectus, sua opera ab excidio templum eripuit. Hinc animi nostrorum erecti, divinum siquidem auxilium sentientes, formidinem ponunt, ac validioribus animis ad renitendum incombunt. Itaque hostes cum impossibilitatem vincendi ullo modo cernerent, cum pudore et dolore ab obsidione desistunt; sed quod in suburbio intactum ante reliquerant,

10) campanile.

cum furore perurunt. Si quos autem bello habiles forte deprehendissent, continuo iugulabant; quod vero neci et igni superfuisset, captivitati reservabant. Post haec etiam, quod gravius est et magis lugendum, decoram et venerabilem basilicam sancti Gaugerici, ut scilicet superbis edificiis exterius insignitam, ita etiam interius multis pecuniis rati refertam, facto agmine nitebantur irrumpere: sed obstinatissime renitentibus canonicis cum multitudine vulgi, non poterant effectum habere. Unde quidam incendendum minabantur; multi vero propter plumbea tecta difficultatem videntes, potius relinquendum estimabant. Cedebant ergo tantae difficultati, et iam abscedebant, cum furiosus quidam ex clericis in clangorio sedens, in medio sagittam contorserat. Quo acriter exasperati, ampliore numero pro ulciscenda iniuria ad monasterium refluunt; factoque diu impetu, tandem irrumpentes, multos de populo, quos intus reppererant, sternunt; ex clericis quoque Ansfridum, Anselmum, Grinbertum, Teodericum, Gentionem exanimant. Novissime vero intra laquearia ignem ponentes, venerabile templum tamen diuturno et difficili negotio subverterunt, adeo sane, ut ambustis sublimis structurae aedificiis, lamentabile dictu, culmina cum vasta ruina devolverentur, plumbique, quo summa desuper tecta cooperiebantur, liquefacti rivus huc illuc per declivia quaeque decurrens, plateis quidem natantibus, fossas impleret in circuitu. Posthaec congregatis captivis, cum infinita preda abscesserunt.

76. *Ubi sanctum Hermetem pristino loco restituere studuit.* Danis quoque circa istam provinciam non minus furentibus, et ut liquet ipsas historias legentibus, sanctas Dei casas incendentibus, beatus Hermes martir Christi, quem papa Alexander Romae baptizavit, de Ronasce[11] villa Brabatense, de monasterio videlicet quod beatus Amandus construxit, ad monasterium villae Ende[12], quae iuxta Aquisgranum sita est, primo asportatur; deinde vero Coloniam usque translatus, non pauco ibidem tempore demoratur. Unde intercedentibus aliquot annorum curriculis, inter utrumque clerum, id est inter Rotnascenses atque Endenses, magna exorta est disceptatio. Danis enim remotis rebusque sanctae Dei aecclesiae in prosperitate restitutis, Rotnascenses suum moliuntur referre patronum; Endenses vero unanimiter refragati, retinere contendunt, utpote videlicet preciosum thesaurum. Haec igitur altercatio inter se aliquandiu processit. Rotnascenses autem consilio saniore preventi, domnum Fulbertum pontificem suppliciter adierunt; suaeque deplorationis seriem inculcantes, obnixe implorarunt, ut quia de parrochia eius translatus fuerat, ibi etiam a violentis extortum sanctum martirem reportari cum omni labore contenderet. Horum itaque causam competentem previdens episcopus, omnimodo laboravit, quoadusque beati martiris glebam ad proprium locum referri coegit. Pro tanti ergo beneficii recompensatione predicti fratres villam, quae ab incolis Newehova[13] nuncupatur, sanctae matri aecclesiae Cameracensium libenter contulerunt.

Cap. 75.

11

77. *Otto rex immunitates sanctae Mariae renovans, teloneum huius civitatis cum moneta episcopo contulit.* Petente ipso pontifice, Otto imperator auctoritatem immunitatis, quam antecessor suus Karolus super sedem Cameracensium fixit, inrefigendam etiam confirmavit; eique insuper omne teloneum cum moneta ipsius civitatis contradens, postmodum omnes fiscalium functionum mutilationes per subiectam huiusmodi testamenti paginam sequestravit: *In nomine sanctae et individuae Trinitatis Otto divina propiciante clementia rex. Cum petitionibus servorum Dei iustis et racionabilibus, divini cultus amore favemus, superna gratia nos muniri nequaquam diffidimus. Proinde noverit industria seu sagacitas omnium fidelium nostrorum, tam presentium quam et futurorum, quia vir venerabilis Fulbertus, Cameracensis urbis episcopus, obtulit obtutibus nostris immunitates beatae memoriae antecessoris nostri Karoli, in quibus continebatur insertum, qualiter predictus antecessor noster Karolus rex nominatam sedem, quae est in honore sanctae Dei genitricis Mariae semperque virginis, ob amorem Dei et tranquillitatem fratrum ibidem consistentium, semper sub plenissima tuitione et immunitatis defensione habuisset*[a]. *Pro firmitate tamen rei postulavit nos prefatus episcopus Fulbertus, ut eiusdem regis auctoritatem in amore et reverentia sanctae Dei genitricis Mariae nostra auctoritate confirmaremus. Quod ita per*

Cap. 76. 940.

a) habuissent 1. 3.

11) Renaix, Flandrice Ronse; inter Oudenarde et Grammont. 12) Inda vel Cornelismunster. 13) Nieuwenhoven, prope Grammont et Ninove. COLV.

11 *interventum dilecti episcopi nostri Rihharii*[14] *libenter adquievimus, et ita concessimus atque per hoc preceptum nostrae auctoritatis roboravimus. Precipientes ergo iubemus, ut nullus iudex publicus vel quislibet ex iudiciaria potestate in aecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones predictae aecclesiae, quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem imperii nostri iuste et legaliter memorata tenet vel possidet aecclesia, vel ea quae deinceps a*[a] *catholicis viris eidem collata fuerint aecclesiae, ad causas audiendas, aut freda vel mansiones vel paratas faciendas, aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius aecclesiae tam ingenuos quam servos super terram ipsius commanentes nequaquam distringendos, vel ullas retributiones aut inlicitas occasiones requirendas, nostris et futuris temporibus ingredi audeat, vel ea quae supra memorata sunt, penitus exigere presumat. Sed liceat memorato presuli suisque successoribus res predictae aecclesiae, cum cellulis et rebus vel hominibus sibi legaliter subiectis, sub immunitatis nostrae defensione quieto ordine possidere, et nostro fideliter parere imperio, atque pro stabilitate nostra vel totius imperii a Deo nobis collati vel conservandi una cum clero et populo sibi subiecto libere Dei misericordiam exorare. Et quicquid exinde fiscus noster exigere poterat, in luminaribus ipsius aecclesiae concinnanda perpetualiter concessimus ad habendum. Insuper nostra largitione concedimus prefato episcopo et successoribus eius omne teloneum cum moneta civitatis suae Camaracensis, eo videlicet tenore, ut novem partes episcoporum usibus deputentur, decima vero pars ad usus fratrum eiusdem congregationis perpetualiter in elemosina nostra proficiat. Preterea constituimus, ne quis dux vel comes atque vicarius seu quislibet ex iudiciaria potestate nostram vel antecessorum nostrorum regum violare presumat constitutionem*[b]. *Quod si fecerit, causis regalibus sit obnoxius, et insuper solidis sexcentis culpabilis iudicetur; videlicet ut duae partes in archivum ipsius aecclesiae admittantur, et tertiam fiscus regalis noster recipiat; ut nullus tale quid audere deinceps presumat. Quod ita et nos per hanc nostram auctoritatem confirmamus, ut sicut a beatae memoriae antecessore nostro predictae aecclesiae collatum atque firmatum est, ita deinceps inviolabiliter conservetur. Et ut haec nostra auctoritas a fidelibus sanctae Dei aecclesiae et nostris verius certiusque credatur, manu propria subter eam firmavimus, et anulo nostro iussimus insignari. Signum Ottonis serenissimi regis.* (M.) *Bruno cancellarius ad vicem Rotberti*[c] *archicapellani recognovi*[d]. *Anno 5. regnante Ottone serenissimo rege. Actum est Ingeleheim*[e] *in Dei nomine feliciter. Amen.*

Cap. 77. V. Autb. 78. *Quod petenti regi sanctum Gaugericum et sanctum Autbertum episcopus sanctum Theodericum et alii viri corpus contulit.* Otto iste gloriosus princeps eo tempore circa instructiones ac restaurationes aecclesiarum exercebatur attentior; iamque quattuordecim pontificalis magnificentiae sedibus conditis, quandam etiam metropolim Magadaburch vocabulo struxit. Cui cum ab episcopis suis multa sanctorum pignera impetrasset, Fulbertum episcopum sanctorum Gaugerici videlicet atque Auberti corpora sibi dari postulavit; felicissimam sane arbitratus suam fore metropolim, si tantorum confessorum patrociniis fulciretur. Huius vero petitionem episcopus declinare formidans, incerto haesit; sed tamen beneficiis, quae multa iam ei prestiterat, ut diximus, ne[f] videretur ingratus, suae petitioni effectum promisit. Qua in re presul anxius, in diversa parte animum ancipitem flectit; vidensque difficultatem negotii, sive donet sive neget, utrumque sibi fore periculosum advertit. Si enim neget, imperatoris benivolentia offensum iri; si vero donet, suae provinciae futuram perniciem, utpote viduatae patronis, per quos et temporalem meruit salutem et celestem sperat beatitudinem. Inter haec medius pontifex, tandem sibi provida ratione consuluit, paucisque suorum quibus secreta credebat abhibitis, clam duorum sacerdotum corpora, sancti videlicet Teoderici episcopi, de quo supra diximus (c. 49.), et alterius cuius nomen excidit[15], detectis sepulchris accepit; feretrisque honorifice involuta, cum aliquot etiam articulis sancti Autberti, imperatori concessit. Quod si quis latius scire desiderat, librum quem Fulbertus doctor karissimus de vita sancti Autberti iubente domno episcopo Gerardo inscripserit, legat. Hoc autem absque Dei pia dispositione contigisse non dicam, cum etiam beatus vir Domini Theodericus hanc remunerationem a Domino et venerationem a populo mereretur, et ne nostra provincia suis defensoribus privaretur; quos etiam si subducere vellet, fateor quidem nullo modo posset. Quem enim sensum cives habituros existimas, si advocatum suum Gaugericum eripi sibi cernerent, per quem felix civitas Cameracus feliciter illustrata, nomen suum propagavit ubique gentium? Immo ne ipsi quidem imperatori, credo, vivi cederent.

a) *deest* 1. b) *deest* 1. 3. c) Ruodperti *charta orig.* d) *posthaec charta originaria teste Colvenerio habet:* Data III Kal. Iunii, anno autem ab incarnatione Domini nongentesimo XL. indictione XIII. *quae noster minus accuratus omisit. Sed in die errorem inesse oportet. Nam 4. Kal. Iun. Otto duas chartas dedit in civitate Salze, quare die sequenti non potuit apud Ingelheim versari.* e) ingele 1. f) *deest* 1.

14) Leodiensis. COLV. 15) Rotradi, secundum Molanum Natal. SS. Belgii 5. Aug.

79. *Quod in sinodo apud Engulenhein testimonio et auxilio Fulberti Artoldus restituitur, et Hugo expellitur.* Apud Cap. 78. Engulenhein sinodo congregatae coram ambobus regibus, Ottone videlicet et Luduwico, cum Marino Romanae sedis Flod. IV, 35. vicario unaque etiam cum multis coepiscopis Fulbertus interfuit; ubi series litis pro episcopio Remensium inter Artol- 948. dum et Hugonem ventilata est. Ubi vero cum ipse Artoldus, absente quidem Hugone aemulo, coram regibus et omnibus qui aderant suae reclamationis querelas protulisset, introgressus quidam Sigebaldus, premissi Hugonis clericus, attulit ib. 3. litteras, quas Roma detulerat, quasque iam in alia sinodo Mosomi propalaverat; asserens, easdem litteras sibi Romae ab ipso qui aderat Marino vicario datas. Qui domnus precepit[a] eas coram sinodo recitari. In quarum recitatione repertum est, prout ipsae litterae fatebantur, quod Wido episcopus Suessonicus, Hildegarius quoque Belvacensis, Rodulfus Laudunensis, Fulbertus Cameracensis, ceterique cuncti Remensis dioceseos episcopi, easdem litteras ad sedem delegaverint apostolicam pro restauratione Hugonis in sede Remensi et expulsione Artoldi. Post quarum lectionem exurgens Fulbertus cum prefatis ceteris presulibus, qui in eisdem litteris nominabantur, eas litteras refutavit, astruens quippe, eas antea numquam se vidisse vel audisse, neque in earum delegatione consensum prebuisse. Cui dum idem clericus contraire non posset, licet in eos calumniis obstrepens, precepit domnus Marinus suggerens universae sinodo, ut sibi consilium et rectum iudicium proferrent super huiusmodi calumniatore et calumniarum in episcopos delatore. At illi, postquam delator publice confutatus est falsa detulisse, lectis capitulis de huiusce calumniatoribus, iudicant et unanimiter censent, eum quo fruebatur honore privari debere ac secundum capitulorum tenorem in exilium retrudi. Diaconatus igitur quo fungebatur ministerio multatus, a conspectu sinodi reprobatus abcessit. Artaldo vero presuli, qui omnibus se sinodis presentabilem fecerat, non refugiens sinodale iudicium, episcopium Remense iuxta canonum instituta et sanctorum patrum decreta omnino retinendum atque disponendum decernunt, laudant atque corroborant.

80. *Post Fulbertum succedit Berengarius in sede pontificali.* Berengarius hunc in Cap. 79 956. episcopio secutus, summam regiminis sumpsit; vir siquidem ex nobili parentela Germaniae ortus[16], sed et Ottonis imperatoris proxime consanguineus. Qui quoniam magis 16 secularibus quam aecclesiasticis negotiis implicatus, per excellentis prosapiae sublimitatem animum quodam pulsu iactantiae attollebat, morum et vitae obpugnationibus sumpto officio contraibat. Hic etiam tantae feritatis extitisse dicitur, ut non modo lingua et natione, sed etiam moribus populo suo barbarus esse videretur. Quanto etenim regii generis ei aspirabat auctoritas, tanto ferocior populum saepe vexabat. Saepe itaque, partim propter eius animi immoderatam levitatem partimque propter civium repugnantium ferocitatem atque inobedientiam, inter se difficilis oriebatur seditio; aliquando vero intererat implacabilis congressio. Quod autem tantas infestationes edebat, quod tantas inquietudines irrogabat, hoc nimirum non potius episcopi, quam insolentiis suorum civium possumus imputare, quos semper pre ferocitate inobedientes omnibus suis episcopis audivimus atque rebelles existere.

81. *Ubi principum terrore, quos secum adducebat, cives humiliati episcopum rece-* Cap. 80. *perunt.* Quodam vero tempore, cum in Germaniam propter obsequium caesaris profectus aliquandiu moraretur, interim cives una eademque voluntate collecti, factaque unanimiter conspiratione, adeo sunt inter se constricti, ut pontificem reversurum negato ingressu ab urbe excluderent. Qui cum expletis rebus sedem pontificalem repeteret, in ipso quidem reditu ei innotuit civilis conspiratio. Statim ergo, quia suos tam virtute quam numero adversus tanti populi turbam inferiores videbat, cum grandis ignominiae probro iter factum remensus, Brunonem tunc temporis monarchiam regni sub fratre tenentem aggreditur; suisque causis declamando prolatis, obnixe deprecatur, ut suo videlicet iuvamine fultus, sedem clausam violenter possit irrumpere, debitamque ultionem pro accepta iniuria in populo rebellante exerere. Nec difficile copioso impetrato exercitu, Arnulfum quoque Flandrensem comitem adivit, villamque Lambras[17] pollicitus, eum 17 sibi consocium, immo et adiutorem adhibuit. Cives vero cum tanto auxilio reverti conperientes, sibi consulere estimarunt, longeque dissimulatis rebellionis motibus, absque suspicione veniret, nuncios ablegarunt. Cum suis itaque tantum, ceteris siquidem reversis, urbem est absque difficultate regressus.

82. *Comiti Arnulfo Lambras extorsit, et duas villas Coureng*[b] *et Ferroras ab eccle-* Cap. 81. *sia divulsit.* Nec multo post pre levitate suae insolentiae prefato comiti Arnulfo, cuius auxilio urbem repetiit, villam Lambras, qua eum conduxit, vi reextorsit, minatus sane, quod si eam vindicare presumeret, totas Flandras ei combureret. Preterea duas villas,

a) *haec vox deest* 1. qui d. e. c. s. r. iussit 3. qui d. Marinus proferens litteras, quas idem Sigebaldus Romam detulerat, p. *Flodoardus.* b) *in* 2. *superscriptum est* Condreng, *unde Colv. villam esse putat Gundreceias supra c. 67. memoratam.*

16) Flodoardi ann. s. a. 956: *Fulbertus Camaracensis episcopus defungitur, et ipsum episcopium cuidam Berengario transrhenensi clerico tribuitur, nepoti Bovonis Catalaunensis quondam episcopi, quique Remis ordinatur ab Artoldo archiepiscopo.* Necrologium beatae Mariae Cameracensis, s. XII. in. habet: 16. *Kal. Sept. obiit Fulbertus episcopus, qui dedit terram apud Durith, cantoris in usus.* 17) prope Duacum.

18 Coureng et Ferroras[18], ab aecclesia sanctae Dei matris divulsit et cuidam militi beneficiavit.

Cap. 82. 83. *Ubi cives invasit, et alios interfecit, alios excecavit.* Evoluto autem aliquo temporis intervallo, sibi a populo factae dehonorationis reminiscens, socia agmina evocavit, civesque incautos subita incursione invasit, palantesque feriendo usque ad monasterium sancti Gaugerici persecutus est. Novum genus spectaculi! Continuo namque armati limen sanctissimae aedis absque reverentiae modo irrumpentes, alios interfecerunt, alios truncatis manibus et pedibus demembrarunt; quibusdam vero oculos fodiebant, quibusdam frontes ferro ardente notabant. Deinde autem lanceas interfectorum et aliorum captas, sicuti furiosus erat, carpento ad cumulum inponi precepit, et ad insinuandam suae ultionis atque victoriae pompam ad predium suum, in villam videlicet cui nomen Betendorth[a], suis familiaribus mittere festinavit.

Cap. 83. 84. *Quod nocte a sancto Gaugerico percussus obiit.* Nec huius pontificis factum desino demirari, qui templum beatissimi confessoris violare non timuit, quem Walterus castellanus, tiro inhumanissimus, in simili negotio nostris diebus non revereri nescivit. Quadam namque die alicunde cum suis veniens, duos fratres, Aldonem videlicet et Balduinum sibi inimicissimos forte obvios habuit; moxque caballo cui insedebat calcaribus fosso eos involans, hastaque dorsis pene contigua iamiam imminens, iamiam mortem minitans, adusque radicem montis fugientes persequitur, distantes sane a monasterio fere novem passibus. Videns autem eos effugio sanctissimi templi propinquantes sanctumque confessorem auxilio geminantes, sequi ulterius formidavit, tandemque prorumpens in hac voce, ait: *Scitote vos hodie mihi ereptos beati Gaugerici suffragio!* Si ergo vir multae immanitatis ob amorem Dei et venerationem sui confessoris inimicis parcens habere tolerantiam didicit, quanto magis pontifex vel contemplatione sacerdotalis officii, quo fungebatur, debuerit? Attamen quia tanto sceleri effugium aut latebram vel per aliquem poenitentiae modum non quaesivit, dignum sane conpendium supplicii non longo post tempore solvit. Coloniam namque profectus cum quadam nocte in lectulo pausaret, apparuit ei semivigilanti beatus Gaugericus, quippe visus eum pro admissis increpare, bacculoque quem manu gestabat, postmodum graviter pulsare. Qui mox expergefactus, cum gravi planctu ingemuit, vocatisque cubiculariis visionem in ordine pandens, casum sui periculi indicavit. Ex qua percussione aliquandiu elaborans — certa res est — non multo post
20 interiit[19], in basilica quidem sancti Gereonis sepultus. Capellani vero, huius[20] videlicet aecclesiae clerici, nescio quibus insimulationibus temere suspecti, relictis quidem pontificalibus ornamentis aufugerunt.

Cap. 84. 85. *Engrannus substituitur.* Post huius excessum Engrannus, ante Corbiensis cenobii sancti Petri monachus, obtentu Brunonis prefati archipatris, cum quo pro rebus fratrum, quas trans Rhenum procurabat, notitiam et familiaritatem habebat, ad episcopale solium promovetur. Hic tam aecclesiasticis quam saecularibus disciplinis sufficienter instructus, mira erga gregem karitate pollebat; omnique mansuetudine plenus, tanto ambitu religionis episcopii dignitatem implebat, ut propositum monachi nullo modo excedere videretur. Semper namque in aecclesiasticae culturae studio insudabat, gregemque commissum exemplo vitae innocentis morumque bonorum informatione doctrinabat.

Cap. 85. 86. *Ad conventum generalem villam Perronam clamaturus perrexit, suoque clerico, quia secum preceptum non gessit, aecclesiam abstulit.* Hic etiam propriis rebus aecclesiam augebat, et si qua subtraherentur, publico iudicio evindicare et restituere satagebat. Siquidem eo tempore Bruno dux sive archiepiscopus conventum generalem cum multis
21 principibus et episcopis apud quandam villam, cuius nomen non subvenit[21], habuisse dicitur, in quo de pace et religione sanctae Dei aecclesiae statuque regni salubriter et competenter tractatum est. Ubi etiam Engrannus episcopus ire disposuit, clamaturus vide-

a) *ita* 1. 3. Betencorth *Colv. quod foret Béthencourt inter Cameracum et Câteau-Cambrésis.*

18) Ferrières prope Câteau-Cambrésis. COLV.

19) eum a. 958. adhuc vixisse, discimus e diplomate Ottonis I, quod primus protulit Leglay ex archivo Cameracensi, Coloniae Id. Iunii 958. concesso ecclesiae Cameracensi, *ubi venerabilis episcopus Berengerius praeesse cognoscitur.* Engrannus si revera triennio tantum sedit, ut noster c. 87. tradit, Berengerum obiisse oportet a. 962. vel sequenti. Diem autem obitus in necrologiis Cameracensibus, frustra quaesivi.

20) i. e. beatae Mariae Cameracensis.

21) fortasse Compendium, a. 959; conf. Flodoardi annales.

licet villam sanctae Mariae Perronam[22], quam Hasbanienses more beneficiali tenebant; precepitque Widoni suo cancellario, ut kartam eiusdem villae, quam in archivo aecclesiae reppererat, secum gereret, ut per hanc apertius certiusque clamare videretur. Quo cum perveniens et ad evolvendam declamationem paratus, kartam capellano rogaret: nimirum se erile preceptum oblivioni tradidisse advertens, ingenti stupore diriguit, tandemque se oblitum fuisse respondit. Unde confusus episcopus ad sua remeavit; hocque inpatienter ferens, capellano aecclesiam, quae est in villa Salliaco[23], abstulit.

87. *Clausit diem Engrannus episcopus, ab Hadulfo Noviomensium episcopo sepultus.* Cap. 86. Denique vero, cum monasterium sanctae Mariae cum totius studii accinctu ad occidentalem plagam ampliaret, culpis quidem civium exigentibus, morte preventus opus imperfectum reliquit; trienniоque aecclesiam moderatus, migravit ad Christum[24]. Huius funebritati interfuit Hadulfus Noviomensis episcopus, qui eum in monasterio sanctae Dei genitricis ad australem partem honorifice sepelivit.

88. *Huic succedit in episcopio Ansbertus, qui in aecclesia sancti Autberti octo canonicos constituit.* Cap. 87. Sequitur Ansbertus, vir videlicet literalibus disciplinis eruditus, qui tunc Atrebatensis monasterii aeque monachus atque Cameracensis aecclesiae archidiaconus, postmodum vero pro rebus sancti Vedasti, quas in pago Baduensi praevidebat, imperatori notus, culmen episcopalis cathedrae adeptus est. Ille vero propriis pro oportunitate collatis, quater binos canonicos in aecclesia sancti Autberti deputavit. Hic autem, ut antecessores iam diximus et ut successores posterius dicturi sumus, graves atque multas iniurias ab ipsis suis militibus sustinuit, adversumque eorum contumacias diu contendit. Ad horum itaque insolentias sopiendas, Arnulfum quendam illustrem comitem[25] multis beneficiis conductum sibi adscivit, illoque adiuvante cervicatos[26] superans, aliquandiu quievit. Rexit igitur quinque annis aecclesiam, ad patresque suos appositus, in aecclesia praefata, sancti videlicet Autberti, honorifice sepelitur.

89. *Wiboldus subrogatur, et ludus regularis quem fecit subscribitur.* Cap. 88. Sequitur Wiboldus, Noviomensis aecclesiae archidiaconus, vir videlicet tam secularibus quam aecclesiasticis disciplinis satis inbutus. Iste siquidem clericis aleae amatoribus regularem ludum artificiose conposuit, quo videlicet in scolis se exercentes, karitate vitia vincere assuescerent, saecularemque et iurgiosam aleam refugerent. Quem ludum hoc modo incepit[27]:

22) prope Binche, inter Mons et Charleroi. LE-GLAY. cf. c. 112. 23) Sailly. 24) Folcuinus abbas Lobiensis, testis de semetipso certe fide dignissimus, in gestis abb. Laub. c. 28. haec tradit a. 965 facta: *Folcuinum . . . . Coloniae in praesentia imperiali . . . . ordinari fecit. Ordinatus est ergo ab Ingranno Cameracensi episcopo, in ipso Domini natalicio,* quod festum Otto revera anno tantum 965 Coloniae egit. Hinc sequitur, Engrannum non ante d. 26. Dec. 965 obiisse. At nec multo post defunctus esse potest, si revera Ansbertus quinque annis sedit, Wiboldus uno, ut noster c. 88 et 91 tradit. 25) aut Arnulfum Iuniorem, Flandriae comitem inde a d. 27. Martii 965, aut eum qui infra c. 95. indicatur. 26) i. e. contumaces; cf. Ecclesiast. 16, 12. LE GLAY. 27) Sequens ludus, in codicibus ubi separatim legitur, ut in Bruxell. n. 2088, plerumque *Wiboldi alea regularis* dictus, originem debere videtur ludo Pythagorico seu Rythmomachiae, de qua egi in Annalibus nostris VIII, 383. 488, si tamen illa Wiboldo antiquior est. Hunc Wiboldi ludum carmine Gallico tractavit Houillon, *le jeu du seigneur Wibold.* Cambrai 1832. 8. 28) Constructio haec esse videtur: *ut isto* (numero) *contineri nequeat, quod illa* (sors) *examinare nequeat; neque hac* (sorte) *ostendi fas sit, quod hic* (numerus) *invenire nequeat;* et sententia: *aleae quolibet modo iactae nunquam numeros dare possunt, qui non etiam in una ex 56 sortibus inveniantur; neque quaequam ex his sortibus numeros exhibet, qui non etiam in aleis cadere aliquando possint:* seu ut breviter dicamus: *quot alearum combinationes, tot sortes habentur.* Boetius Epo, a Colvenerio laudatus, ita locum explicat: „Ait Wiboldus se cuique virtuti daturum numerum aliquem, qui uni soli congruat, quemque frustra alibi requiras. Id autem sic intellige, ut cuborum superficies superiores attendas, quarum singularum numeros in latere virtutum requirere cogaris. Ut si verbi gratia, iactis cubis habeas tres binarios, hos ad latus Compunctionis reperies, alibi nusquam. Alioqui si tres binarios pro senario numero accipias, eundem reperies in Iustitia et Pace.“ 29) Id est: principalis numerus, 1, currit ad senarium, primo per 1 ab 1 — 6, deinde per 2 a 2 — 6, tum per 3 a 3 — 6; et sic deinceps linea tripartita decurrens, 21 combinationes sive sortes efficit, quae continent 20 virtutes praeter matrem omnium Caritatem. 30) Id est: *Postque binarius, a Conpunctione inchoans, quindecim eiusdem* (sanctae matris Karitatis filias virtutes complectens), *Reverentiae* (fine claudetur); *hinc ternarius, a principio Pietatis* (inchoans), *decem* (virtutes complectens), *Exomologeseos* (fine claudetur); *sicque quaternarius, a Maturitate* (inchoans), *sex* (virtutes complectens), *Fletus* (fine claudetur); *ab Hilaritate quoque* (inchoans) *quinarius, tres complectens, Con-*

1. 1. 1.	*Karitas*	3.
1. 1. 2.	*Fides.*	4.
1. 1. 3.	*Spes.*	5.
1. 1. 4.	*Iustitia.*	6.
1. 1. 5.	*Prudentia.*	7.
1. 1. 6.	*Temperantia.*	8.
1. 2. 2.	*Fortitudo.*	5.
1. 2. 3.	*Pax.*	6.
1. 2. 4.	*Castitas.*	7.
1. 2. 5.	*Misericordia.*	8.
1. 2. 6.	*Obedientia.*	9.
1. 3. 3.	*Timor.*	7.
1. 3. 4.	*Providentia.*	8.
1. 3. 5.	*Discretio.*	9.
1. 3. 6.	*Perseverancia.*	10.
1. 4. 4.	*Bonitas.*	9.
1. 4. 5.	*Modestia.*	10.
1. 4. 6.	*Longanimitas.*	11.
1. 5. 5.	*Mansuetudo.*	11.
1. 5. 6.	*Benignitas.*	12.
1. 6. 6.	*Sapientia.*	13.
2. 2. 2.	*Compunctio.*	6.
2. 2. 3.	*Gaudium.*	7.
2. 2. 4.	*Sobrietas.*	8.
2. 2. 5.	*Delectatio.*	9.
2. 2. 6.	*Suavitas.*	10.
2. 3. 3.	*Astutia.*	8.
2. 3. 4.	*Simplicitas.*	9.
2. 3. 5.	*Hospitalitas.*	10.
2. 3. 6.	*Parcitas.*	11.
2. 4. 4.	*Patientia.*	10.
2. 4. 5.	*Zelus.*	11.
2. 4. 6.	*Paupertas.*	12.
2. 5. 5.	*Lenitas.*	12.
2. 5. 6.	*Virginitas.*	13.
2. 6. 6.	*Reverentia.*	14.
3. 3. 3.	*Pietas.*	9.
3. 3. 4.	*Indulgentia.*	10.
3. 3. 5.	*Oratio.*	11.
3. 3. 6.	*Amor.*	12.
3. 4. 4.	*Iudicium.*	11.
3. 4. 5.	*Vigilantia.*	12.
3. 4. 6.	*Mortificatio.*	13.
3. 5. 5.	*Innocentia.*	13.
3. 5. 6.	*Contricio.*	14.
3. 6. 6.	*Confessio.*	15.
4. 4. 4.	*Maturitas.*	12.
4. 4. 5.	*Sollicitudo.*	13.
4. 4. 6.	*Constantia.*	14.
4. 5. 5.	*Intellectus.*	14.
4. 5. 6.	*Suspiratio.*	15.
4. 6. 6.	*Fletus.*	16.
5. 5. 5.	*Hilaritas.*	15.
5. 5. 6.	*Compassio.*	16.
5. 6. 6.	*Continentia.*	17.
6. 6. 6.	*Humilitas.*	18.

Cleros eolice, latialiter sors dicitur; hinc cleronomia hereditas, cleronomus heres; inde clerici nuncupantur, eo quod sint de sorte Domini. Canon grece, latine regula; ab eo canonici regulares nominantur. Ergo quia idem canon — quoniam a perfidis et spe boni carentibus alea reperta atque prave usitata est — ut discordiam, periuria ceteraque vitia, clericos interdicit aleatores fore: opido condecet, ut relictis vitiis examussim sibi quique virtutes sortiantur. Libet itaque, ex eadem qua praefati sumus alea quendam clericalem et ut ita dixerimus regularem, non cavillandi aliquem causa, sed exercitandi gratia, comere ludum. Caritatem omnium principatum obtinere virtutum, nemo qui verba euangelii dicentis: „In his duobus universa lex pendet et prophetae,“ intelligit, nescit. Ubi ergo tanta profunditas manet, vastam uberrimamque virtutum propaginem de se profert. Itaque ponamus karitatem cum sua multimoda subole nominatam, et singularis quibusque numeros sortibus tali moderamine congruos aptemus, ut isto contineri, quod illa examinare, neque hac ostendi, quod hic fas sit nequeat invenire[28]. *A principali siquidem principalis principium inicians, perque binarium ac ceteros usque ad senarium currens, sumet eorumque revolutione tripartita,* 20 *sanctae matris contineat filias et in Sapientia limitet*[29]. *Postque binarius Conpunctione inchoans,* 15 *eiusdem, Reverentiae; hinc ternarius, a principio Pietatis,* 10, *Exmologeseos; sicque quaternarius a Maturitate,* 6, *Fletus; ab Hilaritate quoque quinarius,* 3 *conplectens, Continentiae fine claudetur*[30]. *Senarius vero ultimus, ut primus, simplicitate gaudens*[31]; *custodem virtutum possideat Humilitatem. Quae simul iunctae* 56 *fiunt. Et si diligentius respiciamus, intuebimur, quod haec progressio numerorum, a ternario ocdenarium scandens*[32], *singulae sibi virtutum, virtutes legat. Prima quidem, secunda, ultima et penultima singulas*[33]; *tertia et antepenultima binas; quaeque intra ipsa sunt, similiter a principio et fine usque ad quatuor mediasque senas iunctae, ternas, quaternas vel quinas recipiunt virtutes, et vigesimum primum in sese invicem semper exprimunt numerum. Sunt igitur* 3, 4, 17 *et* 18, *qui singulas metiuntur, Caritatem videlicet, Fidem, Continentiam, et Humilitatem;* 5 *et* 16, *qui binas, Spem et Fortitudinem, Fletum et Compassionem;* 6 *et* 15 *ternas, Iustitiam Pacem et Compunctionem; Confessionem Suspirationem et Hilaritatem;* 7 *et* 14. *quaternas, Prudentiam Castitatem*

Math. 22, 40.

tinentiae fine claudetur. 31) i. e. in alia sorte non occurrens; neque enim 6. 6. 6. neque 18. per to-

Timorem et Gaudium, Reverenciam Contricionem Constantiam et Intellectum; 8 et 13 quinas, Temperantiam Misericordiam Providentiam Sobrietatem et Astutiam, Sapientiam Virginitatem[a] *Mortificationem Innocentiam et Sollicitudinem; 9 et*[b] *10, 11 et 12 senas discernunt, Oboedientiam Discretionem Bonitatem Delectationem Simplicitatem et Pietatem, Perseverantiam Modestiam Suavitatem Hospitalitatem Patientiam scilicet et Indulgentiam, Longanimitatem Mansuetudinem Parcitatem Zelum Orationem quoque et Iudicium, Benignitatem Paupertatem Lenitatem Amorem Vigilantiam utique ac Maturitatem. Et ut per singula redeamus: cuius per ternarium, nisi sanctificatricis et in eiusdem redeuntis principii unitatem vocabulum signabimus Trinitatis? Quid autem per quaternarium, nisi quatuor euangelistarum tubas*[c]*? Hi simul collati, illam sanctissimam, plenam donis karismatum, septiformem gratiam demonstrant. Septenarius vero bis dictus, et assumpto ternario 17. quaternarioque 18, ecce qualiter 3, 7 atque 4 in sese redeunt. Possumus etiam 10, decalogi mandatum quod sub lege quondam et nunc*[d] *sub gratia operatur, et 8, octavam quae necdum agitur aetatem, asscribere. Sed haec tria modo amplius decuit commemorare. Ergo clangorem sancti euangelii tubarum, qui aure cordis sanctam Trinitatem intimo amore diligit gratiaque septiformi finetenus tueri cupit, caritatem, in qua universa lex impletur, fidem, sine qua*[e] Rom. 13, 8. *inpossibile est placere Deo, continentiam, ut abstineat se a vitiis, quo virtutes continere* Hebr. 11, 6. *valeat, humilitatem, qua*[e] *sine qui virtutes congregat, quasi in vento pulverem portat, habere* Greg. hom. 7. in ev. *quaerat; habita caritative, fideliter, continenter, atque humiliter exercere satagat, ut ad eorum cumulum pervenire queat. Quinario numero quinque sensus coniungere possumus; qui fluiter*[f] *ductus et unitate assumpta, in sextum decimum surgit. Si enim hos 5 per phisicam, logicam et ethicam castigamus, ut ad unitatem caritatis, quae Deus est, semper* 1 Ioh. 4, 8. *redeamus: has profecto virtutes, quae in duobus numeris insignitae videntur, naturaliter, rationabiliter moraliterque possidebimus. Senarius, cuius sexta pars, 1, in tertia medietas, 3*[g]*, quia perfectus est numerus, suis bene constans partibus, perfectio operis ei deputari potest. His igitur sibi replicatis*[h]*, ternario addito, 15 facit. Simus ergo perfecti operibus bonae actionis, et nitamur conscendere 15 psalmographi gradus, ut sanctam Trinitatem in* Ps 83, 8 *Sion cernere mereamus, et horum procul dubio numerorum expertes virtutum non erimus*[34]. *Adest iterum 7, gratia spirituali refertus, 14 depromens per binarium. Eundem itaque precemur Spiritum, ut per practicam nobis ad theoricam vitam pervenire largiatur, quatinus virtutibus eius ascisci mereamur. Sed*[i] *quia supra retulimus aeternitatem*[35]*, de qua titulus* 35 *psalmorum 6. inquit: „In finem pro octava," octenario posse conferri, sicut 10 inferius affore rebamur: huic utique si addantur 5, 13 explicabunt. Bene etiam quinque sensus octavae vitae supponuntur, quia non solum haec, nisi voluptuosus eorum appetitus*[k] *camo et freno spiritualis modo disciplinae coerceatur*[l]*, sed nec ea quae ab Abel singularum*[m] *datione stolarum, donec iustitia convertatur in iudicium sanctique in terra duplicia possi-* Esai. 61, 7. *deant, agitur, meretur*[36]. *Nunc autem 9, 10, 11 et 12 supremi remanent; quorum primus* 36 *novem celicolarum ordinibus, secundus*[n] *decem legalibus verbis, tertius dignis poenitentiae, fructibus, quartus novi duodenis testamenti praeconibus consecrati effulgent. Quintus, quoniam, ut scriptum est: „In multis delinquimus omnes", quisquis instituta decem praetergre-* Iac. 3, 2.

a) virginitatis 1. b) II. *omnes; correxit Colv.* c) euangelicas tubas 3. euangelistas turbas 1. d) ñ 1. n 5. non 2; *correxit Colv.* e) quę 1. f) *fortasse* scilicet ter *legendum.* g) IIIa *habet* 1. h) replicatos 1. 2. i) se 1. k) appetus 1. l) coexerceatur 1. m) singulorum 1. n) sedm 1. 3.

tam tabulam uspiam reperiuntur nisi in hac una sorte; uti quoque 1. 1. 1. et 3. semel tantum habentur, in una sorte prima. 32) i. e. quarta columna, summam cuiuslibet sortis continens. 33) scil. *recipiunt virtutes.* Prima summa (3), secunda summa (4), ultima (18), penultima (17) semel tantum quaeque in tota columna occurrunt, et singulas quaeque virtutes metiuntur; tertia (5) et antepenultima (16) bis quaeque occurrunt; 6 et 15 ter occurrunt; 7 et 14 quater; 8 et 13 quinquies; 9, 10, 11, 12 sexies. Simul vero hi numeri, si bini coniunguntur sibi correspondentes (primus et ultimus, secundus et penultimus, et sic deinceps), semper efficiunt 21. 34) i. e. non erimus expertes earum virtutum, quae his numeris exprimuntur. 35) i. e. *octavam quae necdum agitur aetatem*, ut supra noster eandem expressit. Non opus igitur est, ut cum Colvenerio scribamus *octavam aetatem.* 36) i. e. *nisi . . . appetitus . . . coerceatur, non solum haec* (octava vita, seu aetas, i. e. beatitudo aeterna corporis et animae) (non) *meretur* (wird verdient; „non" ex sequenti „nec" supplendum), *sed nec ea* (vita solius animae meretur) *quae ab Abel agitur singularum datione stolarum* (in albis — cf. Apocal. 6, 11; 7, 13. — usque ad adventum octavae illius aetatis, seu diem novissimum) *donec iustitia convertatur in iudicium.*

Exod 28,21. *diens in undecimo offendit, splendore* 12 *gemmarum iubaris redimitus, ut ad reparanda* 9 *pristina dampna succrescant, per denarii mandata regrediens, undenis aecclesiae cilicinis* Ps. 29, 12. *operiatur sagis, ut possit quandoque dicere cum psalmista*[a]*: „Convertisti planctum meum in gaudium", et reliqua.*


Igitur quia virtutes numerosque qualicumque modo ordinavimus, qualiter nunc sortiri debeant, censeamus. Tres itaque sumamus tesseras, quae singulae senas facies habeant, variis notatas numeris — quo maior, senarius; alii in ceteris uno semper minores usque ad assem; qui simul fiunt 21 *—; et nostris vocalibus quinque, videlicet A, E, I, O, V, singulas eodem ordine depingamus, ut quater replicatae eundem equiperent; eo tamen tenore, ut in prima A, in secunda E, tertia I, ab asse incipiens, directo semper scribatur tramine, et eodem apice finiatur ita:*

a	*o v a*	*a e i o v*
e i	*e i o v*	*a e i o v a*

e	*v a e*	*e i o u a*
i o	*i o v a*	*e i o v a e*

i	*a e i*	*i o u a e*
o v	*o v a e*	*i o u a e i*

His ita dispositis, volumus ut per has tres, sicut et in prefato solet ludo, numeri qui supputandi sunt, prout sors dictaverit[b]*, suo semper ordine requirantur. Y vero sextam Achivamque vocalem, non solum, quod modo eadem minime indigemus lingua et nostratum regulas orthographorum ad plenum non observamus, sed quia compendiose operis studemus vulgariterque nostri ridiculum exercere, praetermisimus*[37]*. Ceterum consonantes, — quoniam sedecim in alfabeto remanent, excepta Q, quam gramatici supervacuam nominant quamque*[c] *ideo non annumeravimus, quia ex currente sibi socia, videlicet V, sine qua vim litterae amittit, perfacile hic comprehendi potest, et septenusdecimus numerus ad peragendum quod volebamus, quasi embolismus videbatur, — igitur sicut vocales tetragonis, ita consonantes uni tantummodo trigonae piramidi, quae quattuor superficies haberet, inserere oportet ita:*



Quae tamen tali lege tenebitur, ut si vel una inferiorum eius consonantium in nomine virtutis, quae vocales secreverit, reperta fuerit, pro ceteris omnibus conputetur; et quod tetragoni sui superficie superiori, hoc ista inferiori, id est basi sua, demonstrabit[38]*. Nec inmerito; quippe cum corpus, cuius istae quae similitudinem illis animae figurantibus reti-* 39 *neant*[39]*, sive naturali conpositione sui decenter ornatum, seu aliqua portione diminutum, sive*[d] *monstruosa superfluitate aucmentatum, spiritum aut integrum aut nullum habere videa-* Eccles 12,7. *tur; et eo discedente, hoc imum, unde sumptum est, repetat ilementum, ille revertatur ad Dominum qui dedit illum. Sic proiectis simul e manu cubis cum triangulo, eorumque singillatim litteris perspectis, mox recurrendum erit ad marginem, numeros cum virtutibus continentem. Eodemque ut praefatum est, discretionem vocali uni similiter tripartitae reperto, virtutem quam*[e] *latere habebit, notare debemus, vocalesque illius apparentibus, si valemus,*

a) p. qduoq. dicem ps. 1. 4. b) ditaverit 1. c) remanet exceptaq. per gramatici s. n. quique 1. d) siu 1. e) quae *omnes; correxit Colv.*

37) iunge: *Y vero sextam Achivamque vocalem praetermisimus, non solum quod . . . . . non observamus, sed quia ridiculum* (iocum, ludum) *nostri operis compendiose vulgariterque* (ad captum vulgarem) *exercere studemus.* 38) i. e. in cubis iactis valent numeri seu potius litterae superficiei superioris, in pyramide vero litterae superficiei inferioris. 39) Significat, vocales animae, consonantes corpori comparari. COLV. Sed locus videtur corruptus, et *quae* mutandum, aut qi, i. e. *quasi*, hoc sensu: *cuius istae* (consonantes) *similitudinem retineant, illis* (vocalibus) *figurantibus quasi animae;* — aut, quod Pertzius proponit, in *equę*, hoc sensu: *cuius istae* (consonantes) *similitudinem retineant, illis* (vocalibus) *aeque animae figurantibus* (scil. similitudinem); quod multo magis placet.

conponere vocalibus, et ita privatim compotes[a] eius esse, ut pares nobiscum ludentes nequaquam eandem ulterius in eodem ludo sibi valeant vindicare. Tali utique disceptatione vicissim alternando gyramdoquæ iocantes, virtutes omnes sortibus partiantur; et si non equa lance mutuo dividuntur, hi qui vel una ceteris amplius superabundaverint[b], item prelaturam in ceteris sibi cessisse gaudeant. Ita dumtaxat, ut karitas, quae gemina est, si oportuerit[40] pro duabus computetur virtutibus. Quae etiam ob unius tantummodo litterae eclipsin, id est A, bina[c] post primam examinetur proiectione[41], quod de ceteris omnimodis fieri inhibemus. Et usque ad oram illius diei sextam eminentiores, inferiores sui discipulos vocantes, suadere debebunt[d], ut virtutes quae eis sorte desunt, bonis moribus satagant impetrare. Inferiores quoque niati tessere cognoscentes, ac velut sibi prelatis . . . . pedagogis[e], non aliter eos nuncupare audeant, quam magistros. At si contigerit, ut neuter neutrum superare queat, omnes equanimiter utrique in alterutrum possidentes virtutes, una semper sint caritate concordes, et fraterno gratulentur nomine. — Potest idem et alio[f] modo efficatior lubentiorque fortasse aliquibus fieri, quo quisque proiectis tribus tantummodo tesseris, non ad vim ilementorum sed ad summam simul collatam respiciens, quotquot tali repperit ut praelibatum est, numero redimitas, gloriabitur se possidere virtutes.

Haec taliter tibi, lector, proponimus, ut si quid stilus exigit, utiliter adnectas[g], aut corrigendo detrahas; nihil tamen blasphemiae inferas; et si laudare nolueris, ne disperdas. Quod si ludus vilescit aut animo tedium gignit, saltem numerorum utilis coaptatio virtutumque diligibilis inquisitio nec otiosa exercitatio mentem ad eum convertant; ut collatione numerorum exerciteris, virtutumque cumulo gratuleris. In quibus adquirendis si vincas, non elationem, si vincaris, non habebis confusionem. Si enim minus adeptus fueris, obediens, si plus, obedientem debes esse diligens. Omnibus has in Christo virtutes sectantibus, actu et moribus recolentibus, sit gratia et pax in aeternum.

Onoma dactilicis actoris quaeritur ipsis
Si numeris? primum faciunt, apicemque secundum,
Octavumque decem bis ducti, sicque novenis
Tertius ingeritur, quartus hinc esse duobus,
Quattuor et denis quintus, mox denique sextus
Undenis legitur, bis binis septimus, atque
Limitat in numeris ter senis ultimus ordo.
Queis simul illatis theorica summa sacratur
Virginitas animae, mandataque dena refulgent,
Quae qui custodit coeli sibi gaudia sistit[42].

Admonet hic ludus tabulatum pergere clerum,
Nomina virtutum condere quo valeant.

a) c̄potest 1. 4. b) *ita Colv.;* superabundavit it˜ prelaturam 1. 3. c) eclipsin. i ⁓a. bina 1. d) debe ut virtutes 1. *ita, spatio aliquot litterarum relicto, quas scriba in exemplari, quod descripsit, legere non poterat. Prorsus eodem modo* 3. e) satagunt impetrare. inferiores qq niati tessere c. a. v. s. prelatis pedagogis 1. *ita iterum spatio relicto; voces igitur post* quoque *et post* prelatis *scriba ipse legere iam non potuit. Eadem prorsus habet* 3. tessere *deest* 2. *fortasse* nominatim? f) alia 1. 3. g) acnectas 1. 3.

40) i. e. si ludentes parem virtutum numerum nacti sunt. COLV. 41) Karitas in suo latere habet tres unitates. Porro in aleis tres faciunt unitates in prima alea A, in secunda E, in tertia autem I. Nec potest contingere sorte Karitas, nisi aleae in superiore sua superficie has tres unitates teneant. Iam autem si exigas omnes vocales vocis *Karitas*, deficiet te unum A, nam constat duobus AA et uno I. Facit itaque potestatem Wiboldus iterum proiiciendi, et periclitandi, si iactis aleis dabuntur in harum superficie superiori bina AA, et unum I. Vel certe unica solum alea, quae vocalem E habet in monade, iterum iacienda est, ut si det vocalem A, confeceris quod attinet ad vocales vocem *Karitas*; sin minus, totus iactus fuerit inanis. COLV. 42) i. e. *Si onoma* (nomen) *actoris* (auctoris) *ipsis numeris dactilicis* (versibus hexametris) *quaeritur* (supple: *hic accipe:*) *Primum apicem* (nominis litteram) *et secundum et octavum faciunt decem bis ducti* (numeri i. e. vicesima alphabeti littera V); *sicque tertius* (apex nominis) *ingeritur* (scribitur) *novenis* (nona littera I); *hinc quartus esse legitur duobus* (secunda littera B); *et quintus quattuordenis* (O), *mox denique sextus undenis* (L); *septimus bis binis* (D), *atque ultimus ordo* (apex nominis) *limitat in numeris ter senis* (S). *Queis simul illatis* (quibus versibus decem simul scriptis) *theorica summa sacratur* (efficitur sacra summa mystica, scilicet vox) *Virginitas* („haec vox enim decem litteris componitur.“ COLV.) *animae mandataque dena refulgent* („decem versus numerum decalogi referunt“ COLV.); *quae qui custodit, coeli sibi gaudia sistit* (procurat). Ita efficitur VVIBOLDVS.

Cap. 89. 90. *Ubi primores Cameracensium Wiboldum sibi dari episcopum a rege petierunt.* Hunc primores Cameracensium — ex his enim originis claram propaginem trahebat — una eademque voluntate acclamant, directisque imperatori epistolis cum multo favore sibi donari episcopum expostulant. Nec difficile imperator, comperta bona opinione illius, mox precibus eorum voluntario affectu adquievit, assensumque tribuens, eorum legationem libenter implevit.

Cap. 90. 91. *Italiam pergit ad regem pro dono episcopii; sed aestivo itinere fatigatus, postquam reversus est, non multo post obiit.* Statim ergo Wiboldus de consensu imperatoris certior factus, pulsantibus etiam prefatae urbis primatibus, ad imperatorem, qui tunc 43 temporis in partibus Italiae morabatur[43], ad tantum munus suscipiendum ire festinat. Erat autem aestivum tempus, quod ei maxime ipso in itinere abitus et reditus obfuerat. Nam dum dignitatis tanto munere suscepto rediret, adeo quippe aestu torrente[a] fatigatus est, ut cum ad aecclesiam usque pervenerit, vix campanam[44], cuius tintinnabulo episcopii dignitatem vindicandam sibi indicare deberet, vix inquam pre molestia aegritudinis movere potuerit. Textum vero euangelicum auro et lapidibus pulchre insignitum, sed et multos codices, quos secum attulit, aecclesiae Dei matris concessit. Qui postea in ipsa valitudine in tantum laboravit, ut vix unius anni curriculo rexerit aecclesiam; migransque a saeculo, in eadem basilica sanctae Mariae ad meridianam plagam tumulatur.

Cap. 91. 92. *Precibus Rotberti monachi reiectis, Tetdo episcopus subrogatur.* Illo autem diem suae dormitionis cum patribus sortito, quidam Rotbertus nomine, monachus in villa Solemia, quae ab urbe hac octo millibus distat, res sancti Dyonisii procurabat. Qui depositionem episcopi audiens, honore quidem saeculari captus, primates civitatis pretio conveniendos estimavit, et ut illum communi suffragio episcopum sibi ab imperatore fieri postularent, magna largitus eis munera, multo maiora spopondit. Qui statim oberati[b], legationem imperatori miserunt, et ut sibi quem legerunt pontificem, ipse etiam consentiens dignetur concedere, rogaverunt. Videns vero imperator, quod quia antea Wiboldum secundum suam electionem facili assensu eorum precibus attribuit, ideo etiam[c] admittendi episcopum facultatem suo vellent fortasse arbitrio reservari: cum omni profecto refragatione eorum legationi effectum impertire negavit. Verum quidem altiore consilio preventus, Tetdonem, sacris moribus strenuum, non modice literatum, primis atque maioribus Saxoniae progenitum, Coloniensis aecclesiae sancti Severini prepositum, licet renitentem, quia pravos mores et ferocitatem audierat Cameracensium, conpetenter tamen ad pastoralis regiminis sublimavit officium. Ordinatione itaque peracta, vir Dei venerabilis conpositis necessariis rebus, sane gregem commissum visitaturus ad sedem sibi concessam devenit. Sed vix sermone poterit explicari, quot postea iniurias, quot contumelias, quot etiam adversitates a suis perpessus est.

Cap. 92. 93. *De iniuriis, quas episcopus a militibus suis sustinuit.* Sub eodem namque tempore erat vir quidam Iohannes nomine, potens tam Cameracensium quam Vermandensium genere, qui maiordomatu ceteris prestabat in urbe sub pontificali auctoritate. Sed quo maior ceteris atque potentior, tanto peior pontifici atque ferocior. Porro, ut de reliquis taceam, vir Dei presul venerabilis, lapidum congestiones et calcem, omnem quoque materiam paraverat, unde aecclesiam beatae Dei genitricis Mariae amplificare disposuerat. Sed inter agendum exigente rei necessitate ad imperatorem profectus est. Ubi

a) torrentem 1. b) oberrati 1. c) *post hanc una vox erasa in* 1.

43) Ibi fuit Otto a. 962—964 et 967—972 med. Quum autem Engrannus d. 25. Dec. 965. adhuc in vivis fuerit, eiusque successor Ansbertus teste nostro quinque annis sederit, porro Wiboldus unum, huius iter non cadere potest nisi in aestatem a. 971 aut 972. Quodsi annum 972 statuimus, Wiboldi obitus caderet in medium a. 973, itaque post obitum Ottonis I. Verum ab hoc ipso Ottone illi successorem adhuc datum Tetdonem legimus capite sequenti; unde Wiboldo annus 971 med. — 972 med. tribuendus videtur. 44) Haec campana Aldegundis vocata, quando episcopus Cameraci praesens erat, quovis vespere pulsabatur. Episcopus factus quum prima vice ecclesiam intrabat, ipse eam pulsabat, iureiurando confirmans, se illam restituturum quum forte fracta foret. Quod factum est a. 1396 et 1416; quo anno refusa hanc accepit inscriptionem:

Sera sono, dum praesul adest, eiusque periclis
Pendeo; tunc aliis pro causis obligo coetum.
Per prius Aldegundis erat, prout est mihi nomen.
Sum refici iussa, Plonchet fabricam moderante,
M semel et C quater octo per octo redactis.

LE GLAY.

vero dum moraretur, interim predictus castellanus ipsas materiales cumulos sibi convehi fecit, et ex his domum cum summo aedificio in eodem castro fundari. Hoc ubi factum reverso pontifici nuntiatur, altius ingemuit, divinamque clementiam diutina lamentatione ad ulciscendam tantae temeritatis audaciam excitavit. Nec multo post coacto copiosi exercitus auxilio, exterminavit eum ab urbis confinio. Qui fugiens in pagum Vermandensem, in castrum videlicet sancti Quintini, amicis quidem et cognatis suffragantibus, sub Alberto comite aliquandiu receptatur; ibique rogato auxilio, tantam satellitum copiam sibi coniunxit, ut aliquando occultis insidiis huc de improviso erumpens, villas huius viciniae misera populatione vastaret. Unde pontifex plerumque exterritus, quonam modo tantae inmanitatis latronem reprimere possit, diversae motibus meditationis excitatur. Haec illum cogitantem, Walterus quidam Lenensis castri[45] vasallus, iuxta eminentiam 45 secularis potentiae clarus, sed versutia[a] et calliditate ingenii plenus, factionum stipamine circumvenit, pollicitus sane, quod si filio suo aequivoco quicquid Iohannes tenebat beneficiaverit, eumque vice Iohannis adsciscere voluerit, totis viribus urbem constanter adversum impetum illius tyrannidis defensaret, ipsumque frequenti expugnatione devinceret. Quare letus episcopus illum recepit, sed et quod rogabat absque difficultate ei contradidit. Qui tamen postea verbis predictae promissionis fidem derogans, non tantum episcopum non iuvavit[b], sed etaim priore molestior, plures et diversas iniurias adversum pontificem et successores eius exercuit. Iohannes vero possessiones suas alieno herede pervasas ingemiscens, asperior factus non ante compescuit, donec episcopus crebra infestatione coactus, tantumdem paene beneficii ei restituit.

94. *De obitu Ottonis imperatoris et de successione filii sui Ottonis.* Eodem tem- Cap. 93. 973 Mai 7. pore Otto imperator sanctissimus, tutor fidissimus, norma iustitiae, cultor devotus ecclesiae, spes pacis, amator religionis, provectus aetate plenusque dierum feliciter migravit ad Christum. Post cuius excessum Otto filius suus gloriosissimus, licet primaevo flore tyrunculus, tamen consilio bonus, bello strenuus, et ut paucis concludam, patris tam et moribus quam nomine imitator simillimus, habenas imperii moderandas suscepit. Sed quia iunior erat, Henricus dux Baioariorum cum totis sed presumptis renisibus contra se cervicem erexit, dedignatus scilicet eius imperio subiugari. Unde aliquanto temporis intervallo inter se[c] contentio usque ad bellum processit; sed nec longo post, ut posterius dicam, illo ad deditionis iugum reflexo, facta pace concordia intercessit.

95. *De rabie Raineri et Lantberti contra imperatorem.* Audita igitur longe late- Cap. 94. que morte imperatoris, Rainerus atque Lantbertus, filii videlicet Raineri[46], quem vivente 46 adhuc imperatore archiepiscopus Bruno, qui sub fratre monarchiam tenebat, pro insolentiis, pro rapinis, pro aecclesiae incussionibus, pro multis etiam sceleribus saepe arguendo corrigebat, saepe beneficiis eius sevitiam placando leniebat; sed cum tamen eius feritatem siriatico turgore inflatam nullo modo premere potuerit, in exilio tandem perpetuo dampnatum fratri contradidit, terramque suam primum Richario[d] nobili viro, 957. sed hoc defuncto Warnero et Raynaldo, quibus etiam defunctis[47], Godefrido atque Arnulfo

a) versuta 1. b) iuuauit *corr.* iuuit 1. c) ense 1. 3. d) *ante* Richario *signo : facto, auctor ipse eidem voci:* duci Godefrido *superscripsit;* primum duce Godefrido Richario 2. 3. duci Godefrido alias Richario 5.

45) Lens. 46) tertii seu Longicolli, comitis Hanoniae. Eodem loco conquerentem lege Folcuinum in gestis abb. Lob. c. 26. Codici evangeliorum ecclesiae Cameracensis n. 309. saec. X. manus quaedam s. X. ex. vel XI. in. in fine haec inscripsit: *Haec sunt nomina malefactorum, qui ecclesias ms....re cum comite Rainero succenderunt: Albertus comes, Rainuwalo, Rotbertus, Tetwinus, Baldricus, Hildebrandus, Ratholo, Fastradus, Fulcuinus, Borgardus, Tetmarus, Sarawardus, Rotlandus, Lietselmus, Arnulfus, Iohannes, item Iohannes, Otmarus, Rotmundus, Tietselmus, Lochardus, Wiamarus, Stephanus, Euremarus, Amolricus, Gerardus, Gonterus, Amolricus, Fulcradus, Hubaldus, Arnulfus, Fredericus, Rotbertus, Landricus, Otselmus, ..ohuldus, Tietselmus, Goismondus, Gonzo et filius eius, Harduinus, Gontmarus, Gotselo.*

47) Contradicunt Annales Leodienses, Floreffienses et Marchianenses, ex uno fonte deducti omnes, a. 973. *Bellum fuit in Perrona inter Raginerum et Warnerum.* Haec cum nostro Sigebertus ita conflavit sub a. 973: *Raginerus et Lantbertus paulatim resumptis viribus a Francia redeunt, et cum Guarnero et Rainaldo, qui comitatum patris eorum occupaverant, bello apud Perronam confligunt, eosque cum multis perimunt, et super Hagnam fluvium castello Buxude munito Lotharingiam infestant,* in quibus nil nisi verba *eosque cum multis perimunt,* de suo addidit.— Hoc unicum est, quantum sciam, testimonium nostro contradicens. Quod si verum est, Godefridus atque Arnulfus non iam a Brunone comitatum Hannoniae accepisse possunt, sed ab Ottone II. demum. Godefridus iste Vetulus fuit comes Virdunensis; Arnulfum Delewarde hist. de Hainaut II, 208. putat esse filium Isaaci comitis Came-

comitibus nobilissimis contulit, filiosque eius praefatos a patriis finibus pro eisdem insolentiis eliminavit; — illi, inquam, audita morte imperatoris, revocantibus quidem quibusdam scelerosis pacem odio habentibus, filiis videlicet Belial, patrios fines regressi,
48 terram patris violenter volentes repetere, super Hagnam fluvium castrum Bussud[48] munierunt, ibique satis et super dum[a] licuit sevierunt. Hoc autem iuvenis imperator audiens,
974. Ian. collecto exercitu castellum obsidione clausit, diruit, captosque rebelles in exilio misit. Ad hanc etiam obsidionem Tietdo episcopus interfuit. His ita gestis, prefatum ducem Baiuvariorum, illi ut diximus resistentem, cum suis adiens invasit, sed Domino volente citissime victum et ad deditionem paratum imperio subiugavit.

Cap. 95. 96. *Ubi idem rapinatores contra fideles imperatoris in prelio congressi terga verterunt.* Interea vero predicti fratres Rainerus et Lantbertus, coacti inopia moresque patrios imitantes, rapinis insistebant, quietemque publicam interpolantes, minus potentes utcumque vexabant. Denique in partes Karlensium concedentes, Karolum, regis Lotharii fratrem pravis moribus deditum, pariterque Ottonem, Alberti Vermandensium comitis filium, cum aliis quoque multis raptoribus suo auxilio adsciverunt; suam quippe callide deplorantes erumnam: se videlicet exheredes et exutos patrimoniis factos extorres paternae habitationis, terram in qua nati sint sibi negari, ad ulciscendam ergo iniuriam socia arma precari. His ergo fulcientibus atque comitantibus, reformatis quidem bellicis usi-
976. bus, ad Montem castrum properato contendunt, ibique anno dominicae incarnationis 976 super fideles imperatoris, comites videlicet Godefridum atque Arnulfum, facto impetu irruerunt. Illi tamen non minore spiritu excitati, suis quos presentes habebant coactis, extra munitionem emergunt; preruptoque periculo sese offerentes, inexpectato omni nisi Dei tantum auxilio, manus conserunt, diuque utrinque certato, tamen fructu victoriae
50 potiuntur. His ad sua receptis, nec longum, Otto[49] predium illud Gogicum[50], quia sibi esset contiguum, Arnulfo presumpta vendicatione eripuit, ibique castello munito, urbem hanc, quia nec longe distat, frequenti incursione concitavit.

Cap. 96. 97. *Rex Karlensium Lotharius imperatorem Ottonem incautum invadit, et ideo Otto collecto agmine regnum ipsius devastavit.* Post haec autem imperator, iam pacato regno et omnibus sibi ante resistentibus virtute sedatis, quietus et cum prosperitate quae Dei sunt tractans, apud palatium Aquisgrani circa festivitatem sancti Iohannis morabatur;
978. cum repente Lotharius rex Karlensium, nepos videlicet suus, illum volens privare imperio, occulta expeditione adeo incautum paravit invadere, ut pridie antequam preoccuparetur, posset resiscere[b]. Qui quoniam huius rei inprovidus putabat se non habere in presens ad renitendum copiam, movens se a loco, cum omni secessit familia Coloniam; sane arbitratus se oportere quidem ad tempus cedere, ut postmodum ex industria potius posset resistere. Cum autem rex Lotharius illuc perveniens, suis quidem dispositionibus elusis illum minime offenderet, ibique Gallis bachantibus[c] atque latrocinantibus, multa populatione satis desevisset: illi nimirum revertenti Otto legationem dirigere festinavit, aperte videlicet denuntians, quod propter ultionem suae tantae perfidiae nullos ei dolos aut insidias innecteret, non fraude subriperet, sed sublatis omnibus fraudulentiis, Kalendis Octobribus ad debilitandum sui regni imperium procederet. Interea itaque imperator suae terrae duces et principes bello accinctos convocari precepit, vocatisque omnis rei causam cum gravitate proclamationis intimans[d], expeditionem super Lotharium ducere destinavit. Ad cuius exhortationem cuncti animos flectunt, indignantesque sibi factum dedecus, omnes unanimiter quasi vir unus invicem conspirationem faciunt, et pro fidelitate patris, qui eos familiariter enutrivit, usque ad exitum vitae sese deservitum ire promittunt. His ergo adscitis atque coactis, tantae copiae exercitum movit, ut nemo tantam postea vel ante vidisse se meminisse potuerit. Et ne sua premissa legatio regem

a) dum dum 1. b) resistere 2. 3. 8. rescire 5. c) i. francis debachantibus 8. d) insinuans 8.

racensis et Valentianensis. Comes Flandrensis, ut Meierus, Lipsius, alii volunt, esse nequit iam ob diploma Ottonis infra c. 112 relatum anni 1001. ubi item Arnulfus comes occurrit, quum Arnulfus Iunior Flandrensis iam a. 988. obierit. 48) Boussoit super fl. Haine, prope Binche. LE GLAY. Castrum d. 21. Ian. iam captum fuisse, ostendit charta Ottonis, quam Gandae in archivo S. Bavonis descripsi, *data* 12. *Kal. Febr. a. d. i.* 974. *ind.* 2. *anno regni d. O.* 13. *imp. autem* 4. *actum Bosgut in D. f. amen* (apud Miraeum I, 49. falso *Bosgrat* legitur). Natale Domini imperator adhuc Traiecti celebraverat. 49) Alberti Virmandensis filius. COLV. 50) Gouy en Arouaise. COLV.

Lotharium fallat, prescripta quidem die in regnum eius pervenit; prosperisque usus successibus, primo Remensium, deinde Laudunensium, sed et Suessionensium, novissime vero partes Parisiorum diversa peste vastavit. Paternis tamen moribus instructus, aecclesias observavit, immo etiam oppulentis muneribus ditare potius estimavit. Deinde vero ad pompandam victoriae suae gloriam Hugoni, qui Parisius residebat, per legationem denuncians, quod in tantam sublimitatem Alleluia faceret ei decantari, in quanta non audierit, accitis quam pluribus clericis *Alleluia te martirum* in loco qui dicitur Mons Martirum, in tantum elatis vocibus decantari precepit, ut attonitis auribus ipse Hugo et omnis Parisiorum plebs miraretur[a].

98. *Ubi Lotharius Ottonem insequitur, sed Axona fluvio intercurrente, pugna differtur.* Cap. 97. Qui cum[b] satis exhausta ultione congruam vicissitudinem se rependisse putaret, ad hiberna oportere se concedere ratus, inde simul revocato equitatu, circa festivitatem sancti Andreae, iam hieme subeunte, reditum disposuit; remensoque itinere, bono suc- Nov. 29. cessu gestarum rerum gaudens, super Axonam fluvium castra metari precepit. Sed tamen quia iste fluvius, si quando imbres incumbant, in tantum excrescere solet, ut absque navigio effretari non possit: suggerente atque exhortante comite Godefrido[51], ne 51 quid videlicet inpedimenti tantae copiae militum in difficili transitu contingeret, preterlegere festinavit, paucis tamen famulorum remanentibus, qui retrogradientes — nam sarcinas bellicae suppellectilis convectabant — pre fatigatione oneris, tenebris siquidem iam noctis incumbentibus, transitum in crastino differre arbitrati sunt. Sequenti vero die collectis quos potuit, Lotharius, licet inferior numero, ex pudoris tamen conscientia presumptionem colligens, occulte usque ad predictum fluvium hostes prosequitur. Cuius inproviso impetu ipsi rei bellicae portatores perterriti, dum sibi natatu consulere estimarent, subito excrescentibus undis, lapsis viribus mortui dimerguntur. Ipsa etenim nocte in tantum excrevit alveolus, ut difficultate inportuosi littoris neuter alteri manum conferre potuerit; hoc ita sane, credo, Dei voluntate disposito, ne strages innumerabilis ederetur utrimque. Licet enim inferior Lotharius, ut ferunt, sese certamini miscuisset, cepit tamen iumenta, comminuit vehicula, quae magis oneri quam usui in periculis habebantur. Parata vero navicula, per internuntios Otto Lothario mandat, ut si ei dimicandi sedulitas suppeteret, aut ille profecto sumptis obsidibus, ne forte videlicet aliqua suorum parte transacta, pluribus vero transigendis, dolo iter intercludendum suspicaretur, pugnatum transire festinaret; aut econtra ipse ab eo sumptis quoque obsidibus, remenso fluvio adversus illum remearet, commissaque invicem pugna, cui Deus annueret, laureatus regni imperio potiretur. Hoc audito comes quidam Goisfridus[52] nomine prorumpens in voce ait: *Quid tot ab utraque parte caedentur? Veniant ambo reges in unum tantummodo, nobisque procul spectantibus, summam periculi soli subeuntes una conferantur, unoque fuso ceteri reservati victori subiciantur.* Ad haec Godefridus itidem comes cum indignatione: *Semper*, inquit, *vestrum regem vobis vilem haberi audivimus non credentes; nunc autem vobismetipsis fatentibus, credere fas est. Numquam nobis quiescentibus noster imperator pugnabit, numquam nobis sospitibus in prelio periclitabitur. Haud tamen eum fore victurum diffidimus, si vestro cum rege conferretur singulari certamine*[c].

99. *Multis seditionibus Tetdo episcopus atque molestiis a suis vassallis concutitur.* Cap. 98. Hoc igitur modo regibus inter se discordantibus, iam dictu difficile est, quot procellis factionum intonantibus ab ipsis suis vassallis afficitur Tethdo episcopus. Quoniam namque imperatorem, malorum scilicet tortorem, in predicti belli negotiis occupatum noverant, ideo inpunitatis securitatem colligentes, episcopo, utpote simplici viro et linguae regionis ignaro, subdolis suggestionibus iniurias saepe irrogabant. Aliquando etenim Walterus, totius veritatis effoetus[53], praetenta per dolum fide devotionis terrorem veri- 53 similis causae incutiens illudebat; fraudulenter sane denuntians, Lotharium regem ad urbem incendendam collecta manu venire paratum, et omnem viciniam excidio collatu-

a) admiraretur 8. b) imperator dum 8. c) *hic* 8. *addit:* Inter haec quidam in reclusione multo tempore famulatus Deo predixit, quod nullus illorum, qui huius scandali auctores fuerunt, ultra septennium viveret. Quod et res probavit. *Cf. Alpertus (Mon. SS. IV. 697).*

51) Vetulo, comite Ardennensi et Hannoniensi. 52) Grisagonella; cf. Mon. SS. III, 623. 53) qui iam foetum edidit, iam nil amplius habet. COLV.

rum. Qua de re presul perterritus, Walterum multa mercede donabat, plus pollicitus, 54 si quovis modo tantae pestis molimina epacaret[54]. Qui fingens se mittere legationem ad amicos et propinquos in domo regia versantes, quasi ut regem mitigarent, interpositis aliquot diebus ad episcopum iterum veniebat, suisque precibus suoque ingenio paratam expeditionem, rege quidem mansuefacto, quievisse referens iactitabat. Hac fraude episcopi gratiam captans, maximam opulentiam donorum excipiebat, immo vero cum aliis beneficiis villam cui nomen Lambras extorserat. Id quoque Heriwardus aliquando. Hic ante pre infidelitate relicto episcopo, raptoribus quorum mentionem iam fecimus, Rainero videlicet atque Lantberto, se addidit; veruntamen sub his parum proficiens, postea ad episcopum sub specie fidelitatis remeavit. Qui etiam versutis factionibus atque adulationibus sub quadam specie familiaritatis gratiam episcopi sibi emercabatur, eique aliquando suspiciosa et verisimili commentatione dolos machinabatur, asserens videlicet, Raynerum atque Lantbertum ad bona episcopi devastanda parari. Hanc itaque false compositam suggestionem presul vere accipiens, haud mediocri sollicitatione constringebatur, illique, si quo genere ingenii eos mitigare valeret ne veniant, commutationem multae mercedis pollicebatur. Qui protinus ad falsitatis illatae suspicionem confirmandam illos quidem mitigandos adire se simulans, aliorsum declinat, et paulo post remeans quasi impetrata pace, promissa sibi reposcit. Huic itaque et aliis perniciose illudentibus tanta impendit, ut adhuc sedes episcopalis, sed et omnis parrochia, se divulsam ingemiscere videatur. Sub hac etiam specie ipse Heriwardus advocatias aliquantarum villarum quasi pro defensione presumpsit, sed plus quam inimicus praedo assiduis exactionibus devastavit.

Cap. 99. 100. *De obitu Tetdonis episcopi, et quid in celebratione missae divina pietas ad nutum eius operatur.* Sub huius autem tempore, Arnulfo sene Flandrensium comite mortuo, 55 mox irruens Lotharius rex[55], possessiones illius, abbatias videlicet sancti Amandi, sanctique Vedasti cum castello, Duvaicum quoque, sed et omnia usque ad fluvium Lis cum omni occupatione invasit. Quod certe maximum metum incussit episcopo, conicienti videlicet, illum regem mox fortasse suam etiam urbem, quod proxima esset, esse occupaturum. His igitur et huiusmodi motibus semper affectus, moerore tabescebat, sibique aliquando cum flebili querimonia improperans dicebat: *Quid tu, o miserrime Teddo, quid tu patria relicta inter barbaros devenisti? Ecce tuis plana, sed et digna reconpensatio meritis, quod tuum patrem sanctum Severinum reliquisti.* Inter haec ergo episcopus, a tanto naufragio enatare conatus, Coloniam revertitur; et ne diutius tantis verberibus quateretur, credo, Deo miserante morbo correptus migravit a saeculo, et in basilica sancti Severini sepultus est. Nec[a] pretereundum, quod ei a superna pietate concessum a certis relatoribus accepimus. Quadam namque die, dum in monasterio sanctae Mariae super altare sancti Salvatoris sacrum mysterium celebraret, et ubi ventum, quod corpus dominicum de more sacerdotali ad os offerre deberet: mox mirum in modum ipsa sacrosancti corporis confectio ad nutum episcopi caelitus sublevata, manibus eius, ministris mirantibus, insiluit.

Cap. 100. 101. *Karolus dux causa tuitionis Cameracum ingressus, multa mala edidit.* Quo defuncto, multo asperioris pestilentiae causa exoritur, multo tempestuosioribus procellis aecclesia Cameracensium naufragatur. Siquidem imperator a finibus sui regni procul

a) Nec — insiluit *auctor ipse postea in margine supplevit; sed quum codex a bibliopega concideretur, primae cuiusque lineae litterae abscisae sunt, in prima* Nec p, *in secunda* quod ei a, *in tertia* te con, *in quarta* relat, *et sic deinceps. Damus has lacunas, prout Colvenerius eas ex 2. supplevit; 3. ita habet:* Non p. quod superna p. c. a. c. maioribus a. Q. n. d. d. i. m. s. M. ante a. s. S. s. m. c. e. u. v. esset, q. c. dominicum more s. offerre d. mirum in m. de sacrosancti c. mysterio ad n. episcopi *reliqua desunt, unius lineae spatio relicto.*

54) i. e. omnino pacaret. COLV.

55) Hic quaedam confundit noster. Arnulfus senex obiit d. 27. Martii 965, et Lotharius Flandriam Gallicanam eodem anno invasit. Sed ut supra c. 87. certo constare vidimus, d. 25. Dec. 965. Engrannus adhuc Cameracensem sedem tenuit. Itaque nec mors Arnulfi, nec Lotharii incursio *sub Tetdonis tempore* accidisse potest. Fortasse cum hac priore Lotharii expeditione noster confundit alteram anno 978. Aquisgranum versus susceptam. Porro Tetdonem metu Lotharii Coloniam secessisse ibique defunctum esse narrat. Sed mense adhuc Ianuario a. 974. i. e. novem annis post illam incursionem, episcopus cum imperatore castrum Buxudis obsedit; igitur postea demum Coloniam secessisse potest; quod taedio incursionis a. 965. patratae anno 975 seu 978. facere, nimis foret ridiculum.

remotus, super Sclavones quos adversum ierat expugnandos morabatur; relictique principes Lothariensium, quidnam de restitutione episcopi facerent, ambigebant. Iam vero Lotharium regem res Atrebatensis episcopii occupasse audierant, ideoque illum fortasse subita incursione urbem Cameracensium pervasurum esse formidabant. Quare comites, Godefridus videlicet, quo dignitate morum alter illustrior, alter non erat consilio prestantior, Arnulfus quoque, admodum sollicitati, Karolum ducem regis Lotharii fratrem, quem Otto imperator multis beneficiis conductum, ut fraternis motibus secum fortior resisteret, citeriori Lotharingiae sub se prefecerat — huic inquam collato utrimque consilio adorsi monuerunt, ut urbem suo pastore orbatam festinanter ingressus, ab incursione fratris inmunem, sed a cunctis quoque pervasoribus defensaret, vasallosque eiusdem loci ad fidelitatem imperatoris sacramento et obsidibus constringeret, dum imperator reversurus in patriam, episcopum rediberet. Huic consilio Karolus libenter accessit, sed male tractans, non aequae executionis actu libravit. Nam copioso agmine comitatus cum prefatis etiam comitibus in urbem venit; sed tamen, sicuti erat inepti atque tardi ingenii, detestandas usurpationes exercuit, adeo ut raptor potius quam tutor, potius temerator quam observator esse videretur. Unde indignati prefati comites et in iras moti, illo quidem eo loci relicto, ad sua reversi sunt. Porro ille deinceps oportunitatem et gratiam loci atque sufficientiam totius alimenti nactus, uxorem sibi adfuturam esse mandavit, cui in cubiculo episcopi cum tota praesumptione lectum sterni precepit; omnesque opes in usibus episcopi exhibendas in superfluis commessationibus tota effusione consumpsit. Thesaurum aecclesiae dissipabat, prebendas vendebat, immo et aecclesiastici ministerii negotia emptus pretio largiri mercantibus usurpabat; sicque totius infamiae sarcinam tamdiu gessit, donec imperator reversus ad melius restituit.

102. *Rothardus episcopalem cathedram suscepit.* Iam vero brumalis intemperiei Cap. 101. pruinis incumbentibus, imperator revocata manu a bello, ad villam Polidam, propriam videlicet sedem, in natale Domini est reversus[56]. Ubi cum ei vacatio Cameracensis 979. aecclesiae suggeritur, communi suffragio, et aclamatione Lothariensium, immo et obtentu Nocheri Leodecensium episcopi, Rothardo ex prosapia nobili orto, piis moribus adornato, infulam presulatus impertivit; quippe aestimans, illum lenitudine ingenii sevitias Cameracensium posse pressurum[57]. Huius doni sublimitate adepta, circa initium quadragesimae commissum gregem visens, urbem petiit; nec multo post ab Alberone Remensium 980. archiepiscopo summa cum veneracione ordinatus est, utpote cum quo amicitiam et familiaritatem a puero tenebat, ex quo videlicet in scolis Gorgiensis[58] monasterii pariter condiscipuli extiterant.

103. *Quod idem episcopus castellum Vinciacum diruit.* Suscipiens itaque vir vene- Cap. 102. rabilis summam regiminis, contumeliarum exacerbationes multas et inexplicabiles repperit. Urbs etenim tota diverso modo non tantum exteris, sed etiam domesticis incussionibus, ut supra dictum est, laborabat; nulla pax interveniebat. Sed ut reliqua taceam, c. 93. 99. nihil gravius, quam contra Ottonem prefatum Gogicensis castri[a], ferebat, qui tanta et tam crebra incursione urgebat, ut omnes agricolas villarum, sed et totius urbis homines fecisset sibi tributarios. Quin etiam ut graviori infestatione premeret, iuxta vicu lum, cui nomen Vinciacus[59] — distat autem ab urbe hac quattuor milibus — castrum 59 munire festinabat; et fecisset quidem, ni episcopus tempore rescivisset. Illo namque id muniente et diversa operositate pertinaciter moliente, sinistro nuncio pontifex excitatus, nec mora, praefatis comitibus Godefrido atque Arnulfo cum aliis Lothariensibus legationem misit, ut coacto milite ad destruendum opus sibi inimicum venire festinarent. Qui caute absque comperendinatione sumptis cuneis nocte ad episcopum veniunt, eique auxilium nimis copiosum atque armis munitissimum ferunt. Mane itaque facto, episcopus tanta ope sustentatus, civibus quoque suis atque rusticis comitatus, locum munitionis invasit, castrumque turritum et iam pene perfectum Deo adiuvante, demolito aggere[b] coaequavit arenis. Hoc ei maximam virtutis gloriam peperit. Dein vero tyrannum modo viribus terrificans, modo muneribus lactans, novissime omnimodo devictum sibi pacavit;

a) *excidisse videtur* invasorem, *vel tale quid; cf. c.* 96. b) agere 1.

56) Otto II. in palatio Pölde bis natale Domini egit, a. 974 et 979. Verum contra Slavos non a. 974. profectus est, sed a. 975 et 977. Igitur hoc loco annus 979 intelligendus est. 57) werde zwingen können. 58) Gorzia. 59) Vinchy.

sicque pacem et quietem publicam reformans, pene omnium in se benivolentiam, preter
Walterum suum castellanum, convertit. Porro iste multas molestias adversus episcopum
excitavit, multas inquietudines irrogavit, quamvis ei episcopus multa donasset multisque
beneficiis suas possessiones auxisset. Postea pontifex venerabilis monasterium sanctae
c. 67. Mariae perfecit, quod, ut diximus, Engrannus episcopus coepit, sed eisdem prenotatis
seditionibus prepeditus ac statim morte preventus, inperfectum reliquit. Aram sanctae
Dei genitricis Mariae aurea tabula ex lapidibus preciosis insignita vestivit; calicem etiam
maiorem cum patena purissimo fecit ex auro. Geminas quoque campanas magnas atque
satis sonoras, quae adhuc in turri quam struxit dependent, ex propriis sumptibus fabri-
60 cavit. Villam vero quae dicitur Villaris[60], altari sancti Iohannis in usibus fratrum eius-
dem aecclesiae sanctae Mariae deputavit.

Cap. 103. 980. 104. *Imperator contra Sarracenos bellum iniens vincitur, nec multo post obiit.* De-
cursis autem temporum spaciis, Otto imperator et rex Lotharius inter se federati
pacantur, et utrumque regnum facta tranquillitate quievit. Interea Otto Romam pro-
981. fectus, Sarracenos per terras Apuliae desevire audierat; et sicuti iuvenis audax, manu
validus, animo exaestuat, moras precipitat. Qui nec mora, non multis quos presentes
habebat fultus, facto itinere illuc pertransiit; nec passus se expectare suos per intervalla
itinerum sequuturos, mox contra hostem prelium inconsulte commisit. Armabat enim
982. consuetudo vincendi et ignorantia cedendi. Siquidem congressu habito, licet numero
longe inferior, multam cladem hostium edidit, sed tamen gloriam victoriae superatus
amisit. Nam sine consilio fortitudo in temeritate convertitur. Qui[a] transfugio sibi con-
sulere aestimans, quia terra evadere non posset, velociter se misit in mari, visamque
naviculam inimicorum, quam preter ullam suspitionem forte non procul a litore con-
spexerat, alacri sed et difficillimo natatu ascendit. Hunc enim iam paene lapsabundum
miserati remiges, admoto navigio susceperunt, longeque dissimilem et ignotum arbi-
trantes, causas infortunii rogaverunt. Ille vero tandem eorum barbara collocutione
advertens se hostibus incaute oblatum, mox prae formidine fallere doctus, utpote inter
hostes vitae naufragus, quoquo modo potuit evasionis opem quaesivit. Finxit enim se
quendam fore hominem ex ipsa Bar maritima urbe multis opibus affluentem; verum
errore viae incidisse naufragium. Illos tamen ditatum iri pro conpendio, si illaesum
perducerent. Quo remiges empti cum ad votum caesaris predictae civitati admovissent
naviculam, statim laetus imperator Teoderico Mettensium episcopo caeterisque suis prin-
cipibus, qui in ipsius urbis tuitione recepti, regis periculum condolentes, ipsum quidem
captum putabant, totius rei seriem per internuntios tacite inculcavit, et ut quasi ad
remunerandos nautas sibi praemia afferrent, callide ammonuit. Qui mox inopina man-
data gaudenter amplexi, scrinia ceteramque supellectilem regiam ad navim imperatori
tulerunt, unaque etiam velocissimum caballum adduxerunt; nautis vero ad convecta
munera intendentibus, imperator extra naviculam vivaciter exilit, equoque ascenso, ita
delusis hostibus, preter spem, credo adiuvante Domino, illesus evasit. Unde cum pro-
bro abscedens, pudore succensus, meliori consilio militarem copiam sibi ad reparan-
983. Dec. 7. dum prelium quaerere estimavit. Verumtamen interim morte preventus, paulo post
intervallo occubuit, Romae quidem in porticu sancti Petri sepultus.

Cap. 104. 105. *Lotharius rex Karlensium et Einricus dux Baioariorum quisque pro se ten-
dunt ad imperium Lothariensium, puerque regius ab Einrico rapitur, sed postea vi eripitur.*
Quo passim comperto, repente gemina labes mali regno exoritur. Nam ut se habet
inquietudo morum, immo aut saecularis ambitio, Lotharius rex, Henricus quoque dux
Baioariorum, in prisca odia recrudescunt[b], pacem quidem bello mutantes, et quod patre
vivo non poterant, modo superstiti libero aequivoco regni praerogativam eripere nitentes,
ad usurpandi imperii potentiam intendere estimarunt. Huic enim proximitas loci, illi
vero necessitudo generis aspirabat. Dux nimirum Heinricus regium puerum factiose
raptum tenebat in custodiam, eique ceteris principibus invitis atque dolentibus imperia-

a) Qui - illesus evasit *primo non erant in* 1. *sed statim pergebat* convertitur. Unde cum probro *et cetera. Sed auctor ipse verba* Unde cum — estimavit *lineis transductis delevit, et signo* (∽) *post* convertitur *inserto, omnia illa* Qui — illesus evasit *in scedula assuta supplevit, praefixo eodem signo* (∽). *In* 2. 8. *verba* Unde cum — estimavit *desunt, sed* 3. 5. *habent ea.* b) retrudescunt 1.

60) Villers-Pol, prope Quesnoi. COLV.

lem gratiam adimebat. Interea mortuo Wifrido Virdunensium episcopo, multis profecto [982 vel 983.] episcopalium militum resistentibus, aliquot vero consentientibus, urbem cum presumpta vendicatione Lotharius ingreditur. Dein quoque episcopatum Cameracensium se occupa- [984.] turum esse minatur. Qua in re Rothardus pontifex haud mediocri terrore commotus, sapientissimo tamen consilio usus, regem humiliter aggreditur, et in tantum eius gratiam molli prece mercatur, ut prius urbe Leodecensium capta priusque aliquantis principum Lothariensium subiugatis, ipse quoque postmodum absque difficultate subiceretur. Pace itaque impetrata, spe tamen suspensa, interim quievit, dum Domino adiuvante puerum captum imperatoris filium sui principes de manu tenentis cum virtute extorserint et in iure paterno locaverint. Hic[61] postea tam virtute quam aetate proficiens adeo [61] viguit, ut ei rex Lotharius urbem Virdunensium captam et Godefridum comitem red- [985.] diderit[62].

106. *Epistola, quam Laubienses monachi miserunt episcopis Rothardo Cameracen-* [Cap. 105.] *sium, et Nochero Leodecensium.* Nec absurdum videri putamus inserere, quod Laubienses monachi, iam dudum pastore viduati, domnum Rothardum episcopum et Noche- [990.] rum Leodecensium epistolariter aggressi, subrogari sibi abbatem Herigerum scripto huiusmodi petierunt: *Dominis et patribus episcopis venerabilibus Rothardo et Notkero, humilis Lobiensium caterva devotissima fidelium orationum munia. Iamdudum pastore viduati, diutissime vero rectoris solliciti diligentia destituti, vestram convenimus paternitatem submissi, quoniam quidem alterum vestrum animabus, alterum Deus voluit subintendere corporibus*[63], *ut eum nobis provideatis abbatem, qui hoc sit, quod dicatur; id est, ut* [63] *et corporibus paterno affectu necessariam curam impendat, et animarum salutem pastoris vigilantia non neglegat; sitque interiorum curam in exteriorum occupatione non minuens, et exteriorum providentiam in interiorum sollicitudine non relinquens, ne aut exterioribus deditus ab intimis corruat, aut solis interioribus occupatus, quae foris debet, proximis non impendat; cuius iussio vel doctrina velut fermentum divinae iustitiae in discipulorum mentibus conspergatur; qui et studeat plus amari quam timeri, et in imperiis suis, sive secundum Deum sive secundum seculum, providus sit et consideratus, ceteraque a beato Benedicto deprompta pro possibilitatis humanae sollicitetur affectare convenientia. Ad quae utcumque affectanda nullum hoc tempore aptiorem invenire potuimus, quam domnum Herigerum, virum*[a], *Deo teste, non secundum suam sed secundum nostram estimationem, ante annos multos et nobiscum socialiter ut fratrem conversatum, multisque emolumentis nobis proficuum, pluribus vero nostrorum magistri et educatoris strenuę adimplentem officium. Cui licet desit sua attestatione catalogus virtutum a beato Benedicto in abbatem defloratus, tamen ad haec adspiranda bonae intentionis semper affuit intuitus, secundum illud euangelicum: „Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit“, id est quodlibet* [Matth. 6,22.] *sit opus in publico, bona tamen intentio maneat in occulto. In cuius electionem noveritis non deesse nostram unanimitatem, secundum nostrae regulae institutionem, quae praecepit vel omnino concordem in hoc fieri congregationem, vel saniori consilio etiam quamvis minimam partem. Nam etsi sit aliquis huic electioni non consentaneus, licet occultus, hic in se tulit sententiam, non refragante etiam vestra conscientia, quod omnino inutilis velit esse et inproficuus. Ad hoc autem animarum regimen aspirasse eum pecunia vel ambitione, quae prima est de quadripartita pastoralis curae subdivisione, Iesum testamur et tremendum eius iudicium, in nostra scientia non esse. Qualiter autem doceat, id est ut sciat unde proferat nova et vetera, certum est et vobis et nobis, ei sufficienter subesse. Sed et qualiter vivat, quod potissimum esse persensimus quod eius conscientiam remordeat, inculcavimus ei quique sanioris fuimus consilii, beati Benedicti consolatoria, quae sunt in haec verba: „Dum“ inquit „de alienis ratiociniis cavet, redditur de suis sollicitus; et dum de monitionibus suis emendationem aliis subministrat, ipse efficitur a vitiis emendatus. Nimis est enim ethnicus et publicanus, qui alios reprehendens, nolit inreprehensibilis esse, cum idem beatus Benedictus dicat: „Quaecumque discipulos docuerit esse contraria, in suis acti-*

a) *ita correxi;* verum 1. *rell.*

61) Otto III. 62) Godefridum reddere paratus fuit Lotharius, sed sub quibusdam tantum conditionibus. Quas quia Godefridus subire noluit, libertatem non consecutus est nisi mortuo demum Lothario. 63) in spiritualibus enim Cameracensi, in temporalibus Leodiensi episcopo subiectum erat monasterium Laubiense.

Psal. 33, 10. Prov. 10, 3. Psal. 36, 25. Matth. 6, 33. Greg. cur. past. I, 5.

bus iudicet non agenda." Et de minori substantia sollicitum „Nihil" inquit „deest timentibus Deum." Et: „Non affliget Dominus fame animam iusti." Et: „Iunior fui, etenim senui, et non vidi iustum derelictum nec semen eius quaerens panem. Propter hoc primum quaerite regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia adicientur vobis." Ad ultimum sub obtestatione divini timoris obiecimus illud beati papae Gregorii, de his qui prodesse possunt et preesse refugiunt. „Tantorum" inquit „in tremendo iudicio rei futuri sunt, quantis hic prodesse potuerunt." Ad haec praebente illo assensum, et nos sub vestro et ceterorum testimonio promittimus ei nostrae secundum regulam obedientiae bonum, et salva in omnibus vestra auctoritate satis nos ei facturos de nostra secundum propositum nostrum subiectione. Non autem existimet excellentia vestrae solertiae, in hac nos electione verbis tantum fucatis et coturno eloquentiae deservire voluisse, sed potius ea quae desolationi nostrae et ipsi electo scimus necessaria fore, ex vero et non ficto corde vestrae magnitudini deprompsisse.

Cap. 106. 107. *De inregularitate Fulradi abbatis, et quod inimicabat comitem Flandrensium et episcopum Rothardum.* In illo vero tempore Fulradus, falso nomine monachus, abbatiae preerat sancti Vedasti, qui inregulariter vivens, prolationem sancti nominis exuebat dignitate honoris. Curis namque pastoralis sollertiae male posthabitis, plus nimio saecularibus negotiis inplicabatur, ac lenocinante carnis desiderio, horreo dicere, speciem sancti habitus omnino mentiebatur. Quod enim in usibus aecclesiae sive fratrum deberet expendere, hoc nimirum, attat! per amicarum conciliabula turpiter profligabat. Qua de re ab episcopo saepe clam vocatus, districte iudicatur, graviter arguitur; sed cum incorrigibili rigore duratus, ab incepto minus desisteret, publice reprehensus, virga apostolicae auctoritatis iure feritur. Postea tamen speciem poenitentiae induens, ad satisfactionem recurrens, confessus culpam, rogans veniam, absolutione donatur. Procedente vero tempore pristinae pravitati rursus adhaerens, ut suis quidem feculentiis 64 laxior possit insistere, coepit inter episcopum et inter Arnulfum[64] Flandrensium comitem suosque fideles novam odiorum materiam interferre, ut presul videlicet inimicitiis comitis sollicitus, eius nequitias desinat corrigere. Hoc profecto versutus incentor ad ampliandas discordias cum subdola et verisimili assertione addebat, se habere videlicet sancti Vinditiani eiusdem sedis episcopi privilegia, apostolica auctoritate confirmata, in quibus decretum esset, monachos sancti Vedasti non debere habere[a] respectum ad pontificem aecclesiae Cameracensium; ex hoc sane falsam argumentationem trahens, quod beatus Vinditianus suo tempore omnes inquietudines a monasterio sancti Vedasti scripto precepto exclusit, ut quiete et secundum regulam sancti Benedicti monachi viventes Deo servirent; non ut inordinate[b] et turpiter conversantes, veluti iste cum suis, a proposito desciscerent. Porro iste qui contendebat disciplinam et increpationem episcopi declinare, et contra euangelicae et apostolicae institutionis auctoritatem a iugo episcopi cervicem deditionis excutere, male intelligebat sententiam sancti Benedicti, ubi tractans de ordinando abbate, inter cetera dicit: *Episcopus, ad cuius diocesim ipsum monasterium pertinet.* Quod quid sit, si cui octium est diligenter intueri, eiusdem voluminis scripta discutiat. Infelix quidem male ememor factus, quanta humilitate et quanta reverentia sui antecessores quondam dominum Theodericum eiusdem sedis episcopum adierunt, eo c. 41. videlicet tempore, quo Dani per viciniam huius dioceseos miserabiliter seviebant; inplorantes sane, ut quia tantae moli impares, tam arduam causam absque auctoritate episcopi attemptare formidabant, corpus sancti Vedasti quaesitum a loco moveret, et inpositum feretro pro metu Danorum ad deferendum aliorsum pararet. Qui suorum vota competenter previdens, quaeque rogabant familiariter implevit; studioque suae auctoritatis illo preciosissimo thesauro ad aecclesiam Belvacensium circumfusa multitudine plebis translato, ab eisdem fratribus laudes et gratiarum actiones maximas competenti 65 iure suscepit. Post dissitudinem[65] vero longissimi temporis, terris quidem Danorum abscessu quietis, cum idem monachi sanctum corpus ad pristinam sedem referre disponerent, beato pontifice Theoderico iam dudum defuncto, Dodilonem successorem eius quartum ad huius rei negotium invitare estimarunt; directisque ad eum precibus, aucto-

a) abere 1. b) inordinante 1.

64) Balduinum Barbatum potius, Arnulfo anno 988. successorem factum; hunc enim intelligendum, noster ipse ostendit infra c. 116. *inter ipsum et comitem Balduinum, ut supra diximus, falsas commentationes discordiarum seminabat.* 65) distantiam.

ritatem suae presentiae postularunt. Hic suorum desiderio satisfaciens, ad aecclesiam prememoratam Belvacensium perrexit; sanctoque thesauro summa cum veneratione ad suum locum relato, verbum inde faciens ad populum, annuam diem relationis sancti Iul. 15. corporis perpetuae celebritati sua episcopali auctoritate commendavit. Unde beatus pontifex ab eisdem fratribus obsequiorum exhibitione donatur, munificisque laudibus honorifice cumulatur. Has autem benivolentiae et subiectionis reverentias, quas sui antecessores omnibus episcopis huius dioceseos exhibebant, iste cum suis sequacibus Fulradus oblivioni[a] male tradebat, qui contra euangelica et apostolica decreta episcopo subiugari detrectabat. Postea tamen multa auctoritate subiectus esse convincitur; tandemque resipiscens ad deditionis iugum, quamvis invitus, reflectitur; quia quicumque iugum episcopi declinare contendit, etiam Christi refugere convincitur. Nemo enim absque episcopalis ministerii conditione ad unitatem aecclesiae colligitur; presertim cum ipse legislator Dominus cum suis discipulis subiectus fuisse sacerdotibus in euangelio multifarie reperiatur, ipso attestante qui ait: *Non veni legem solvere, sed adimplere.* Matth. 5,17. Ad discipulos autem subiectos pravis sacerdotibus dicit: *Quod dicunt, facite, quod autem faciunt,* Matth. 23,8. *nolite facere.*

108. *Immunitates super rebus sanctae Mariae corroborari regiis preceptis obtinuit.* Cap 107. Predium vero quod dicunt Fontanas[66], nec procul abest, aecclesiae sanctae Dei matris adquisivit, necnon et immunitates aecclesiae ab antecedentibus imperatoribus insignitas, ab Ottone etiam tertio corroborari per testamentum huiusmodi paginae: *In nomine* 991. *sanctae et individuae Trinitatis. Otto divina favente clementia rex. Cum petitionibus servorum Dei iustis et rationabilibus divini cultus amore favemus, superna gratia nos muniri diffidimus nequaquam. Proinde noverit industria omnium fidelium nostrorum tam presentium quam et futurorum, quia vir venerabilis Rothardus Cameracensis urbis episcopus obtulit obtutibus nostris immunitates beatae memoriae avi nostri Ottonis et eius aequivoci genitoris nostri imperatorum augustorum; in quibus continebatur insertum, qualiter predicti imperatores augusti nominatam sedem, quae est in honore sanctae Dei genitricis Mariae semperque virginis, ob amorem Dei et tranquillitatem fratrum ibidem consistentium semper sub plenissima tuitione et immunitatis defensione habuissent. Pro firmitate tamen rei postulavit nos predictus episcopus Rothardus, ut eiusdem regis auctoritatem amore et reverentia sanctae Dei genitricis Mariae nostra auctoritate confirmaremus. Quod ita per interventum episcopi ipsius aliorumque fidelium nostrorum, Hildebaldi Wormaciensis aecclesiae venerabilis episcopi, et Nothgeri Leodicensis aecclesiae honorandi presulis, adquievimus, et ita in omnibus concessimus atque per hoc preceptum nostrae auctoritatis roboravimus. Precipientes ergo iubemus, ut nullus iudex publicus aut aliquis comes vel quislibet ex iudiciaria potestate, in aecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones ipsius aecclesiae, quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem imperii nostri iuste et legaliter memorata tenet vel possidet aecclesia, vel ea quae deinceps a catholicis viris eidem collata fuerint aecclesiae, ad causas audiendas, aut freda vel mansiones vel paratas faciendas, aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius aecclesiae tam ingenuos quam servos super terram ipsius commanentes nequaquam distringendos, vel ullas retributiones aut inlicitas occasiones requirendas, nostris et futuris temporibus ingredi audeat, vel ea quae[b] supra memorata sunt penitus exigere presumat. Sed liceat memorato presuli suisque successoribus, res predictae aecclesiae cum cellulis et rebus vel hominibus sibi legaliter subiectis sub immunitatis nostrae defensione quieto ordine possidere, et nostro fideliter parere imperio, atque pro stabilitate nostra vel totius imperii a Deo nobis collati vel conservandi una cum clero et populo sibi subiecto libere Dei misericordiam[c] exorare. Et quicquid exinde fiscus noster exigere poterat, in luminaribus ipsius aecclesiae concinandis[d] perpetualiter concessimus ad habendum. Insuper nostra largitione[e] concedimus prefato episcopo et successoribus eius omne teloneum cum moneta civitatis suae Cameracensis, eo videlicet tenore, ut novem partes episcoporum usibus deputentur, decima vero pars ad usus fratrum eiusdem congregationis perpetualiter in elemosinam nostram proficiat. Preterea constituimus, ne quis dux vel comes atque vicarius seu quislibet ex iudiciaria potestate, nostram vel patrum*

a) oblioni 1. b) *deest* 1. c) D. m. *desunt, spatio sex fere litterarum relicto* 1. 3. d) concinanda 1. 3. e) largitionem 1.

66) Fontaine Notre-Dame.

nostrorum regum[a] *violare presumat. Quod si fecerit, causis regalibus sit obnoxius, et insuper solidis sexcentis culpabilis iudicetur, videlicet ut duae partes in archivum ipsius aecclesiae admittantur, et tertiam*[b] *fiscus regalis noster recipiat; ut nullus tale quid audere deinceps presumat. Quod ita et nos per hanc nostram auctoritatem confirmamus, ut sicut a beatae memoriae avo nostro et genitore nostro predictae aecclesiae collatum atque firmatum est, ita deinceps inviolabiliter conservetur. Et ut haec nostra auctoritas a fidelibus sanctae Dei aecclesiae et*[c] *nostris verius certiusque credatur, manu propria subter eam firmavimus et anulo nostro iussimus insigniri. Signum domni Ottonis gloriosissimi regis. Hildebaldus episcopus et cancellarius vice Willigisi archiepiscopi recognovi. Data 5. Kalendas Iunii, anno dominicae incarnationis 991. indictione 4, anno autem tertii Ottonis regnantis 8. Actum Novimago feliciter. Amen.*

Cap. 108.[d] 997. *In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Otto divina favente clementia rex. Si nos piis fidelium precibus facile prebemus exorabiles, credendum est, in principatu stabiles et aeterna beatitudine mansuros fore perdurabiles. Quapropter omnium fidelium nostrorum, presentium scilicet ac futurorum, noverit industria, qualiter nos Notgeri episcopi necnon et Hildeboldi ceterorumque fidelium petitionem adimplentes, dedimus unum forastum Rothardo episcopo Cameracensis aecclesiae, ad aecclesiam sanctae Mariae, ob remedium animae* 67 *nostrae nostrorumque parentum, tendens in longitudine a Sauvlonir monte*[67] *usque in illum locum, ubi duae Elprae cadunt in Sambram; in latitudine autem a villa quae dicitur Basius*[68], *et loco qui vocatur Gurgunces*[69], *ita ut Sambra decurrit et duae Elprae, usque ad interiorem ripam ulterioris Elprae. Nostroque banno firmavimus, ea videlicet ratione, ut nulla maiorum minorumque persona in bivangio predicti forasti, nisi cum licentia prefati episcopi Rothardi eiusque successorum, venari presumat; sed ipse eiusque successores ex nostro regio dono venationis potestative teneant, et quibuscumque placeat, venandi licentiam concedant. Et ut hoc nostrae donationis munus firmum consistat, hoc preceptum inde conscriptum sigilli nostri impressione signare iussimus, manuque propria, ut infra videtur, corroboravimus. Signum domni Ottonis gloriosissimi imperatoris. Hildiboldus episcopus et cancellarius vice Villigisi archiepiscopi recognovi. Acta 8. Kal. Maii, anno dominicae incarnationis* [e] *indictione 8, anno*[f] *autem 1. Ottonis imperantis. Actum est Granni*[70] *palatii feliciter. Amen.*

995. 109. *De obitu Rothardi episcopi.* Interea Rothardus episcopus ad remunerationem sui laboris vocatus, migravit a saeculo[71], sepultusque est iuxta monasterium sanctae Mariae ad australem partem. Super cuius tumulum quidam suus familiaris praepositus, cui nomen Godelinus, aedificavit oratorium apostolorum Simonis et Iudae et sancti Severini.

995. 110. *Erluinus succedit et Romae ordinatur.* Post hunc substituitur Erluinus, qui aecclesiae Leodecensium archidiaconus, tam et aecclesiasticis quam secularibus negotiis eruditus, qui saepe terendo limina principum, longe lateque emicuit clarus. Hunc Nocherus bonae memoriae episcopus ad Mathildem, cui ipse Erluinus familiaris erat, filiam videlicet Ottonis senis imperatoris, abbatissam aecclesiae Quitinaborch[72], monuit ire festinanter, ut suo suffragio ad episcopii dignitatem adtingeret. Quidam quoque 73 Azelinus nomine, de Truncinis[73] villa, Balduini Flandrensium comitis de concubina filius, postea tamen Parisiorum episcopus, Sophiam sororem iuvenis imperatoris pecunia adorsus est, ut eius obtentu pontificii culmen sortiretur. Ab utraque igitur parte imperator pulsatur, sed tamen, Deo disponente, magis alterius rogationi inflectitur. Nam sorore

a) *scilicet auctoritatem, cf. c.* 64. b) tertia 1. c) est 1. d) *Sequens diploma in* 1. *auctor ipse post addidit in scedula, iam deperdita, sed Colvenerio adhuc visa. Deest* 5; *sed legitur in* 2. 3. e) *numero spatium relictum in* 1. 2. 3. *Ex tribus huius chartae exemplaribus, Cameraci tempore Colvenerii servatis, duo habebant a.* 995. *tertium* 983. *Indictio* 8. *fuit anno* 995; *sed tunc Otto nondum fuit imperator, quippe qui coronatus fuit demum* 21. *Maii* 996. *Atqui mense Maio* 997. *Otto revera Aquis degebat; quare chartam huic anno adscriberemus, ni noster statim traderet, Rothardi in hac charta nominati successorem Romam profectum una cum imperatore, illuc etiam ad imperii culmen sublimando, et a Gregorio consecratum, qui ipse* 3. *Maii* 996. *demum papa consecratus est. Errorem igitur inesse oportet in diplomate.* f) anno — amen *desunt.*

67) videtur esse Montplaisir, prope Câteau. LE GLAY. 68) Barzy, canton de Guise. COLV. 69) Gourgonce, prope Barzy. COLV. 70) Aquisgrani. 71) Necrol. beate Mariae Camerac., iam bibl. Cam. n. 165. saec. XIII. ex.: 15. *Kal. Sept. obiit Rothardus episcopus.* 72) Quedlinburg. 73) Dronghene, prope Gandavum.

Sophia nesciente Mathildi amitae consenserat, atque Erluino in die solemni sancti Dionisii regimen pastorale commiserat. Oct. Qui tanto munere suscepto, urbem commissam petiit; sed bona antecessoris sui Rothardi a Waltero et ab aliis, qui milites aecclesiae esse deberent, vastata repperiens, ingemuit. Per idem vero tempus Arnulfus Remensium archiepiscopus pro multis sceleribus, et maxime pro infidelitate sui senioris[74], ab episcopali gradu depositus erat; 991. in cuius vice Gerbertus, quo litteratior postea nemo extitit, subrogatus sedebat. Hoc autem, ventilantibus tamen quibusdam episcopis, inventum est, quod quia absque scientia et auctoritate papae Romanae sedis erat degradatus, ad eandem sedem recursus legitime patere[a] valeret. Unde quia inter eos diuturna contentio habebatur, Romam cum domino imperatore illuc etiam ad imperii culmen sublimando 996. Mart. Erluinus profectus est a papa ordinandus. Sed paulo antequam ibi pervenirent, Iohanne papa defuncto, Gregorius, qui postea Bruno appellatus est, ad sedem apostolicam, Mai. 3. assensu Romanorum, promovetur. Ab hoc igitur consecratus imperator sumpsit diadema Mai. 21. imperii, Erluinus vero culmen pontificalis sacerdotii.

111. Exin vero inibi habita sinodo coram imperatore, papa residente cum episcopis abbatibus presbiteris, cum de necessariis[b] aecclesiae negotiis satis tractaretur: Erluinus episcopus surgens populatores suae parrochiae cum gravitate querimoniae indicavit, sed et quod nuper opes sui antecessoris, ut premisimus, a Waltero et ab aliis devastatas reppererit, in medio proclamationem extulit. Unde papa confirmante, immo episcopis, abbatibus, cunctis quoque qui ibi residebant assentientibus, caraxaturam fieri obtinuit huiusmodi[c]: [✠ *Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Herluino sanctae Cameracensis aecclesiae antistiti suisque successoribus in perpetuum. Curae pastoralis officium, summae sedis dignitas, qua nos licet indigni utimur, compellit nos non solum nobiscum manentia, verum etiam longe posita sanctae Dei aecclesiae misteria, Christo annuente, vigilanti sollicitudine custodire et gubernare. Quoniam vero, sicut omnibus paene notum est, interveniente hac re, quae inter Arnulfum Remensis aecclesiae archipraesulem et Gerbertum invasorem eius excrevit, idem praedictus Herluinus praesul illorum odiis Remis canonico more consecrari nequivit, eius consecratio ad apostolicam sedem usque ad nos haut iniuste pervenit. Quem consecrantes, lacrimabilem ab eo querimoniam audivimus: scilicet quod tempore antecessorum suorum idem episcopium multipliciter a malignis hominibus depraedatum sit. Unde et nos humillime imploravit, ut nostra apostolica auctoritate aliquod ei subsidium contra inimicos sanctae aecclesiae daremus. Cuius precibus annuentes, per istud nostrae apostolicae auctoritatis privilegium sanccimus, ut nullus dux, marchio, comes, vicecomes, seu aliqua magna vel parva persona dehinc praenominatae aecclesiae loca invadere seu depraedare presumat. Quod si presumpserit, sciat se a nobis, Christo auctore ac beato Petro apostolo, anathemate illigatum, quousque praedictae sedis antistiti satisfecerit, vel Romam veniendo, se ibidem purificaverit. Hoc quoque nobis similiter intimatum est, quod obeunte episcopo vel ceteris sacerdotibus praedictae sanctae Cameracensis aecclesiae, aliqui diabolico repleti spiritu, soleant res ecclesiasticas, quas vel episcopus sive etiam sacerdotes reliquerint, diripere ac devastare[75]. Quibus itidem apostolica censura, ne hoc amplius* 75 *agere praesumant, interdicimus. Quod si fecerint, cuiuscumque sunt ordinis vel dignitatis, sciant se anathematis vinculo perculsos, quousque hoc digna satisfactione correxerint. Illud quoque magnopere praeoptamus, ut fratres in cenobio eiusdem aecclesiae commanentes, cunctaeque congregationes ad eam pertinentes, quicquid iuste ac legaliter possidere debent, sine aliqua diminutione firmiter teneant atque possideant, ut temporalibus praesidiis sufficienter adiuti, sine murmuratione sempiterna fiducialius appetere valeant. Insuper eidem Herloino episcopo suisque successoribus imperpetuum per hanc nostri praecepti paginam concedimus et confirmamus, ut nullus dux, marchio vel comes seu alia quaevis magna vel parva persona aliquem districtum sive iudicium vel aliquod placitum in aliquo loco saepe nominati episcopii tenere audeat, nisi ab eiusdem sedis episcopo licentiam acceperit vel invitatus fuerit.*

a) *ita coniecit Colv.;* pa 1. *erasis postea quinque fere litteris.* l. prevaleret 3. b) nessariis 1. c) *post hanc vocem in* 1. *reliqua pars paginae vacua relicta est; sequens pagina summa incipit:* Novum castellum *etc. eodem prorsus calamo atque atramento. Deest igitur bulla, sed scriba eam supplere voluit. Idem plane factum est in* 3. *Colvenerius bullam dedit ex* 2, *quam hic inserimus uncinis inclusam, quippe quam auctor dandam sibi proposuerat, ut testatur verbo* huiusmodi.

74) i. e. contra dominum suum Hugonem Capet. 75) cf. Lamberti Audomarensis genealogiam comitum Flandrensium.

Sed liceat sibi de suis quemcumque voluerit, ad id officium peragendum ordinare. Si quis autem, quod non optamus, huius nostri apostolici privilegii violator extiterit, sciat se cum Iuda traditore et apostaticis angelis aeterno igne concremandum. Qui vero curator et observator fuerit, benedictionem et gratiam et indulgentiam peccatorum suorum ac vitam aeternam a Christo salvatore nostro consequi mereatur. Amen. Scriptum per manus Petrisgionis notarii et scriptoris sanctae Romanae aecclesiae, in mense Maio, et indictione 9. In Christo bene valete. ✠ *Anno pontificatus domni Gregorii summi pontificis et universalis*
76 *aecclesiae papae, anno 1, imperii vero domni Ottonis tertii imperatoris anno 11*[76].]

996. 112. *Novum castellum regia auctoritate firmavit.* His ita gestis ad sedem commissae aecclesiae pontifex remeavit, sedatisque militibus, quietam terram suae parrochiae repperit, preter paucas villarum circa silvam Terasciam[77], quas quidam ex Laudunensibus atque Vermandensibus perniciosissimi milites saepe occultis infestationibus inquietabant, saepe apertis invasionibus lacerabant. Unde praesul sollicitus, in Perrona villa[78] super Savum[79] fluvium, quam multo ante tempore huic ecclesiae subtractam, sed tempore
80 Dodilonis episcopi, ut ante retulimus[80], a Cendeboldo rege restitutam, rursum vero nescimus quomodo redivulsam virisque potentibus beneficiatam, mutuatis tamen rebus, quas
c. 54. Iohannes episcopus in pago Condrensi et Hasbaniensi huic aecclesiae adquisivit, Erluinus redemit; — in hac inquam villa, circa quam predicti raptores gravius grassabantur, castellum muniri imperiali praecepto obtinuit, ut hoc esset obstaculum latronibus praesidiumque libertatis circum et circa rusticanis cultoribus. Quod praeceptum immunitatis
1001. subnectere ratum duximus ita: *In nomine sanctae et individuae Trinitatis Otto superna favente clementia Romanorum imperator augustus. Si locis divino cultui mancipatis proprietates sublimare atque honores augere studuerimus, id non solum laude humana praedicandum, verum etiam mercede divina remunerandum scimus et vere credimus. Unde agnoscat multitudo omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum, quod nos Erluwino venerabili episcopo, ob interventum Leonis episcopi et caeterorum, dedimus ius fas atque licentiam faciendi statuendi ac construendi merchatum, cum moneta, theloneo, banno et totius publicae rei ministeriis, in quadam proprietate sanctae Kameracensis aecclesiae, in loco qui vocatur Castellum sanctae Mariae, quod vocabatur antea Vendelgeias, quod*[a] *situm*
81 *est in pago Kameracensi ac comitatu Arnulfi comitis*[81]. *Atque praedictum merchatum, monetam, theloneum, bannum, cum tota publica functione, in proprium concedimus sanctae Kameracensi aecclesiae, tali tenore, ut nullus dux, marchio, sive comes, seu aliquis homo ullam potestatem habeat super memoratum merchatum, nisi cum licentia episcopi Erlewini suorumque successorum. Unde imperiali iubemus atque statuimus potentia, ut omnes homines iam dictum merchatum visitantes, euntes, negotiantes atque commorantes, eundo et redeundo talem obtineant pacem, qualem iuste detinent negotiatores in merchato Kameracensis civitatis. Igitur quicumque praedictum merchatum frangere seu violare temptaverit, conponat talem nostri iuris bannum, qualem prout lex exigit, qui solvere debent, qui illud Kameracense merchatum temerarie inquietaverint. Et ut haec nostrae concessionis auctoritas firmior permaneat, hanc paginam manu propria roborantes, sigillare iussimus.* [Monogramma] *Signum domni Ottonis caesaris invicti. Heribertus cancellarius vice Willigisi archiepiscopi recognovit. Data* 11. *Kal. Mai. Anno dominicae incarnationis* 1001, *indictione* 14. *Anno tertii Ottonis regni* 17. *imperii* 5. *Actum Ravennae feliciter amen.*

113. *De iniuriis militum, et quod monasterium sancti Autberti ampliavit et episcopalem domum sublimavit.* Ab ipsis vero suis militibus, quos in sui castelli custodes ordinavit, plerasque iniurias excepit; sed tamen eisdem devictis, interveniente concordia et interposita pace quievit. Huius praeceptione Godefridus suus quidam archidiaconus monasterium sancti Autberti, quod intra muros urbis est, amplioravit; et ipse episcopus in stipendariis fratrum duas villas, unam Avesnas[82] videlicet reddidit, alteram vero Tiliodium[83]
83 contulit, ut servitus Dei augeretur, numerus fratrum multiplicaretur. Ipse etiam pontifex episcopalem domum superbis aedificiis sublimatam fundavit.

a) quę 1.

76) Falsum. Imperii fuit 1. regni 13. 77) La forêt de Thiérache s'étendait des sources de la Sambre aux limites du comté de Namur. LE GLAY. 78) hodie le Câteau; cf. c. 86. 79) Selle. LE GLAY. 80) errat noster; nil ea de re retulit. 81) de eo cf. supra c. 95. 82) Avesne-le-Sec, prope Bouchain. COLV. 83) Tilloi prope Cameracum. COLV.

114. *De obitu tercii Ottonis, et de succedente Einrico.* Interea vero obortis simulta-
tibus inter comites, Balduinum[84] videlicet Flandrensem atque Arnulfum Valentianensem, 84
asperrima excrevit discordia, quae usque ad bellum procedens, quietem huius civitatis
plerumque interpolavit. Nam quia Erluinus episcopus cum Arnulfo comite, utpote cum
communis deditionis sub imperatore consocio, familiaritatem habebat, Balduinus civitati
huic multas incommoditates irrogabat. Gravius etiam furori incubuit, ubi mortem impe-
ratoris tercii Ottonis audierit. Siquidem[a] eodem tempore imperator Romam profectus, 1000.
in antiquo palacio, quod est in monte Aventino versabatur; et sicuti iuvenis, tam viribus
audax quam genere potens, magnum quiddam, immo et inpossibile cogitans, virtutem
Romani imperii ad potentiam veterum regum attollere conabatur. Mores etiam aeccle-
siasticos, quos avaricia Romanorum pravis conmercationum usibus viciabant, ad normam
prioris gratiae reformare estimabat. Ut autem efficacius hoc perfecisset, summam fami-
liaritatis gratiam exhibebat Romanis; ipsosque, ut locorum accolas et morum ac consue-
tudinum gnaros suis Teutonicis preferens, consiliarios sibi habebat et primos. Nimirum
bene et satis caute dispositum, si effectum contingeret. Sed neutrum habitum. Quo
enim inclinatiorem Romanis prestabat gratiam, tanto cervicatiorem prodidere superbiam.
Plerumque etenim maxima familiaritas contemptum parit. Porro cum et legis observan-
tiam et iusticiae normam aequo moderamine exerceret, mox oborta indignatio, mox de
amore in odia efferati, ut se habet eorum effrenis inaequalitas morum, amicitiam sedi-
tione mutarunt. Tantoque processu crevit discordia, ut facto impetu Mazelinum quen- 1001.
dam preclarum iuvenem, imperatori familiarem, perimerent. Denique et ipsum[b] impe-
ratorem coacta manu valida in iam dicto palatio ita clausere per triduum, ut nec ei Iun.
alimenta ferri[c], nec quis aut exire aut introire ad illum potuerit. Vixque evasisset pe-
riculum, ni Einricus dux Baioariae, qui, ut in consequentibus liquet, post hunc infulas
regni induit, Hugoque marchio Italiae tempore subvenirent. Hii nimirum, sicut in suis
castris exterius[e] erant, subita rerum conversione attoniti, quid intenderent addubitant,
preruptamque hostium audaciam verbis consultius mitigandam, quam armis estimant
excitandam. Horum itaque furorem pacifice convenientes, verborum mollicie lactant,
dicentesque se pacem interpondituros[f], aditum soluta obsidione inpetrarunt. Qui ad senio-
rem ingressi, manum obsidentium invincibilem, nullam sibi tutam spem nisi aufugio[g]
intimarunt; ideoque ipsum clam hostibus foras callide eduxerunt. Sic itaque imperator
cum Gerberto papa, qui cognominabatur Silvester, una[h] egressus, Ravennam et alias
provinciae urbes peragrat, et ad ulciscendam irrogatam iniuriam eogit auxilium. Dum
haec vero intendebat, morbo correptus, morte preventus, anno dominicae incarnationis
1002[i] diem clausit. Ipse vero anno antequam moreretur, multa prodigia in caelo visa 1002. Ian. 24.
sunt. Nam quadam die IX. Kal. Ianuarii, circa horam 9. quasi quaedam facula ardens
fisso celo cum longo tractu instar fulguris terris delabitur, tanto sane splendore, ut non
modo qui foras in agris, verum etiam in tectis, irrupto[k] per quaeque patentia lumine,
oculi[l] ferirentur. Ipsa vero celi fissura dum elementis in se invicem propinquantibus[m]
sensim evanesceret, interim, mirabile dictu, quasi in similitudine serpentis, crescente
quidem[n] capite cum ceruleis pedibus visa est figurari. Et hoc non sine grandi admira-
tione multis spectantibus paulo post disparuit. Ipso etiam anno cometae apparuerunt.
Imperator contra Romanos cum multa expeditione committere bellum profectus, diem
obiit, sed inde a principibus suis, ducibus, episcopis honorifice revectus, in aecclesia
Aquisgrani sepultus in pace quievit. Post cuius decessum principes Lothariensium Hein-
ricum, Heinrici praemissi ducis Baioariorum filium, sibi legunt ad regni imperium, virum
videlicet moribus pium, consilio providum, bello strenuum, defuncti imperatoris proxime
consanguineum. — Ipse vero Balduinus interim multa manu collecta Valentianense
castrum obsedit, atque Arnulfo, quia longe numero erat inferior, expulso vendicare pre-
sumpsit. Quibus ita gestis Heinricus rex excitatus, Balduinum saepe ad iustitiam voca-

a) *Sequentia* Eodem — cometae apparuerunt *primo non fuerunt in* 1, *sed inter* Siquidem *et* imperator *una tantum vox septem fere litterarum legebatur. Hanc autem vocem auctor ipse delevit, deletaeque signum* ·:·:· *imponens, illius loco verba* Eodem — cometae *apparuerunt in scedula assuta adiecit. Hanc* 2. 3. *viderunt adhuc descripseruntque;* 5. *non iam habuit, neque quicquam inde nunc superest nisi foramina acu facta in membrana pauxillumque fili.* b) *deest* 4. c) darent 3. d) conuentibus 3. e) extrinsecus 2. f) ini::turos 3. g) transfugio 2. h) Roma 2. i) *numerus anni deest* 3. *spatio relicto.* k) irrumpens 3. l) oculos 2. m) remeantibus 2. n) qui 3.

84) Barbatum, a. 988—1036.

vit; sed semper renitens vocationes eius sprevit. Rex itaque paucis post diebus, multitudine suorum principum fultus, immo etiam cum Rotberto rege Karlensium, sed et
1006. pariter cum Richardo duce Rotomagensium idem castellum cum indignatione aggressus, super Balduinum irruit; sed exigentibus peccatis populi, immo et aliquot suorum fraude detrectantibus, frustrata spe nihil proficiens in sua remeavit.

115. *Timens Balduinum episcopus ad regem vadit.* Postea huius obsidionis incentorem Erluinum episcopum Balduinus existimat, ideoque in ipsum et in viscera totius urbis districtam ultionem se facturum esse minatur. Unde praesul perterritus, civitatis statum et rei publicae negotium archidiaconis et primis militum commendavit, et ne incaute ab ipso minace tiranno opprimeretur, regem expetiit. Ubi sane tamdiu demoratus
1007. est, donec videlicet rex coacto multo milite castrum Gandavum ad devastandam terram invadit, captisque aliquot ex Balduini primis militibus, adeo Balduinum perterrefecit, ut mox suus effectus, ad totius generis satisfactionem veniens, castellum Valentianense ei reddiderit, datisque obsidibus cum sacramento quoque fidelitatem et pacem ei servaturum esse inantea spoponderit. Postea tamen gravibus et multis seditionibus premitur, et ideo Balduino, ut sibi esset auxilio, castellum hoc Valentianense beneficiavit.

116. *De rabie Fulradi abbatis, et quod, deiecto illo, abbatia donatur Richardo.* Unde pontifex aliquandiu pacem adeptus, sed ab insolentiis premissi Fulradi minime feriabatur, qui easdem turpitudines, quas Rothardus sopierat, redintegrare nullatenus cessabat; et quia episcopus eum saepe vocatum districte et canonice arguebat, inter illum et co-
85 mitem Balduinum, ut supra diximus[85], falsas commentationes discordiarum seminabat, sane comiti deferens, habere se supradicta privilegia. Infelix ille, qui beatum Agustinum non advertebat memoriae dicentem, male illos disputare contra claves aecclesiae, qui auctoritatem aecclesiasticam, quam in episcopis constat fateri, contendunt adnullare; alioquin aecclesia quae in episcopali auctoritate habetur, potestatem ligandi atque solvendi neutiquam habere valeret. Ille autem sacros monitus episcopi parvipendens, magis magisque lenociniis insistebat et ab inceptis pravitatibus minime desciscebat. Unde ab Erluino non minus quam antea a Rothardo saepe publice reprehensus, sed constanter resultans et se procaci calliditate defendens, tamen vinculo anathematis obligatur. Preterea vero ad cumulum sui furoris et ad augmentum suae dampnationis, incentore quidem diabolo motus adversum pontificem, tanti turgoris cervicem erexit, ut multa manu coacta, consentiente comite Balduino, super bona eius quae in territorio Atrebatensi erant, incendia perpetraverit. Divina tamen clementia dispensante[a], enormitas suorum scelerum nequaquam diu latere potuit comitem; sed plane deprehensus, calumniarum precium luit. Comes namque illius nequitiarum studia tandem advertens, diu se circumscriptum fallaciis conscius indoluit; illiusque delationes magis dolo congestas quam fide suffultas intelligens, in ipsum delatorem omnes causas iure transfudit. Namque Atrebati
1004. in ipso claustro monachorum statuto consilio, episcopum, utpote preceptorem et magistrum aecclesiae, invitavit; ponensque rationem cum fratribus, qualiter Fulradus abbatiam eatenus moderatus est, episcopo audiente quaesivit. Conperto autem, quod nihil religionis interius doctrinaverit, exteriusque bona male dissipaverit, legaliter et canonice reprehensum in custodia episcopus misit, summamque abbatiae Heribertus boni testimonii monachus sumpsit. Hic perfectae et inreprachensibilis conversationis ac religiosae simplicitatis plenus, sed ad tanta reparanda et reordinanda, quae suus antecessor destruxit,
86 minus idoneus. Quare et huic amotam abbatiam Richardo religiosissimo viro[86] comes, providente episcopo atque ordinante, moderandam commisit. Qui in tantum fratres norma disciplinatae religionis extruxerit et in tantum res stipendiarias multiplicare exterius laboraverit, ut in nostris viciniis, Deo annuente, nulla abbatia religione sit praestantior aut opibus locupletior. Hic etiam extincta Fulradi malicia, semper domno episcopo cum tota reverentia subiectus extitit, eique in omnibus, sicuti decet, intemerato amoris signaculo obsecundavit[b]. Fulradus vero rapta secum pecunia, quam de rebus sancti Vedasti furto subtraxerat, aecclesiam Remensium expetit, deploratisque suarum erumnarum necessitudinibus, Arnulfum archipraesulem, qui tunc temporis aecclesiae pre-

a) despensante 1. b) *Sequentia usque ad finem capitis auctor ipse in margine supplevit.*

85) c. 107. *inter episcopum et inter Arnulfum Flandrensium comitem.* 86) abbati S. Vitoni Virdunensis, defuncto a. 1046.

erat, suo consilio oblatis muneribus flectere estimavit. Illum namque et ministros eius oppignoravit precio, ut sibi quasi per preiudicium deposito, forte recursus ad privatam gratiam ipsius auctoritate pateret. Erat enim ipse archiepiscopus degener animi; et quamvis supradictae institutionis consultibus preiudicare nullo modo valeret, tamen donorum avidus recipiebat oblata, suae quidem avaritiae magis quam illius consulens causae. In cuius ferendo suffragio dum aliquanto temporis intentionem spei suspenderet, in ipsa urbe turpem conversationem agebat, et cum Iudeis negotia exercebat. Interim tamen miser morte praeventus, divina ultione percussus, inpoenitens nec confessus diem obiit. 1004.

117. *De obitu Walteri castellani.* Interea Walterus castellanus gravi langore correptus, facta legatione episcopum precatus est, ut filio suo Waltero terram suam beneficiaret, eique filius salvo usu paternae hereditatis militaret. Episcopus vero patre intolerabili filium procul intolerabiliorem futurum, ut postea probavit eventus, existimans, quod rogabatur abnuit; sed tamen paululum flexus, ita facturum se esse respondit, si prius ei praevaricationes, quas contra aecclesiam et pauperes Christi fecerat, usque ad satisfactionem emendaret, immo et villam Salliacum, quam invito episcopo tenebat, redderet. Porro istam villam suae[87] uxori hoc pacto praestitit, ut ei[88] femineis operibus 87 deserviret, suique senioris[89] malitia quiesceret. Verum quia pontifex ipse neutrius ullam conmutationem habebat, id est neque uxor promissum obsequium exhibebat, neque viri eius sevitiam cessare videbat, villam reextorquere quaerebat. Ille autem quamvis morti, morbo inmedicabiliter fatigante, propinquus, tamen nullo modo emendacionis resipuit, suosque milites ad se vocans, ad fidelitatem sui filii sacramento constrinxit; monens quippe et cohortans, ut si forte moreretur, filium suum tota deditione cum fide et benivolentia observarent, adversusque episcopum pertinaciter sustentarent. Denique intercedente aliquo temporis, episcopum quoque infirmitate laborantem Balduinus comes visitare advenerat, quem Walterus ferme moriens, auxilio sui filii precibus attraxerat. Qui Walterus non multo post cum tanta malicia, dato fine malorum, in ipso langore vitam finivit.

118. *De eo*[a] *quod moriente episcopo, Walterus filius Walteri domum episcopalem invasit.* Pontifex quoque diutino morbo laborans, diem suae vocationis expectabat. Walterus vero tam sevitia quam natura patrissans[90], patrem etiam omnimodo referens, adver- 90 sus episcopum insanire nequaquam cessabat. Egritudine enim episcopi crescebat Walteri ferocitas. Quare praesul saepe graviter motus, usurpatoris insolentiam virga perpetuae dampnationis ferire disposuit; sed quorumdam suorum precibus, ac precipue Seiheri Lenensis, huius videlicet patrui, flexus, aliquamdiu distulit. Hic Seiherus, providus consultor nepotis superbiam modo prece modo minarum asperitate conprimens, iram vero episcopi iure excitatam precum lenitate humiliter lactans, eos nimirum pacavit; eo siquidem pacto, ut Walterus pro admissis viginti libras argenteorum revadiaret, ac inantea se quieturum esse promitteret. Deinde praesul blande ac leniter exhortatur, ut fidem dictis adhibeat, et si morte preventus in ipso langore hominem exiret, aecclesiam fideliter et viriliter teneat, donec alter pastor succedat. Hoc autem male oblitterans, subduxit effectui. Paucis namque diebus interpositis, invalescente morbo, ad dissolutionem corporis episcopi tota domus increpuit, ita ut mortuus foris estimaretur. Audito, Walterus continuo laetus, cum multitudine suorum armatus, fractis foribus domos clericorum furibundus irrupit, quas et stabula quoque episcopi raptis caballis direptioni contulit. Ad cuius furorem episcopus, iam quidem marcentibus oculis, viribus destitutis, cum nimia difficultate aures intendens, sibi adhuc viventi insultari, alto suspirio graviter infremuit, manibusque paululum celo directis, latronem hunc in die ultionis coram summo iudice condempnandum invocans, posthac cum hac indignatione 3. Nonas Februarii spiritum 1012. exalavit[91].

119. *De tumulatione episcopi.* Interea suis merentibus funus exequiali cultu paratur, corpusque in monasterio sanctae Mariae[b] cum debita veneratione defertur. In cuius depositione ceteris heiulantibus, Walterus prae gaudio perstrepens debachatur, totus

a) *deest* 1. b) memoriae 1.

87) i. e. eius; Walteri. 88) i. e. sibi, episcopo scilicet. 89) i. e. mariti. 90) i. e. patri similis. 91) Ann. Quedlinb. 1012: *obiit Erluinus Camerinus episcopus, cuius loco ordinatur Gerhardus.* Necrologium b. Mariae Cameracensis, iam bibl. Camerac. n. 219. saec XII. in. ex antiquiori descriptum: 3. *Non. Febr. obiit Erluinus episcopus, qui tertiam praebendam liberam dedit in fratrum usibus.*

siquidem direptioni et latrociniis deditus. Postremo vero, ne cuius nequitiae genus pretermitteret, Seihero fratre sibi adhibito, in monasterium ubi exequiae fiebant, cum furore armatus concessit, et nullius reverentiae intuitu revocatus, capellanos ultima obsequia reddentes stricto gladio usque ad altare sanctae Mariae miserabili spectaculo effugavit. His ita turbatis sepulturam distulit, donec Richardus praememoratus abbas Atrebatensis coenobii veniens, in monasterio sancti Autberti ad aquilonarem plagam tumulavit.

120. *De sevitia Walteri.* Iam vero difficile dictu est, quam gravis tempestas desolatae civitati incubuit, quanta ruina rei publicae statum involvit. Nam Walterus, totius tempestatis materia, intra urbem ingenita ferocitate seviebat, sibique ad tantam malitiam Rotbertum Perronensem adsciscens, domum episcopalem alienus heres occupare praesumpsit. Qui magis magisque efferatus, patriis usibus temeratis, intolerabiles iniurias miseris exercuit in civibus. Qui enim pecuniam non dabat, in vinculis rapiebatur. Nec minus etiam raptores exteri, liberam sibi latrocinandi securitatem in defunctione episcopi praesumentes, circa viciniam grassabantur, labefactabant omnia. Quod quam sit iniquum, iudicio omnium relinquo estimandum: ipsum videlicet, ut dominum, iuxta libidinem cuncta rapere, nec ab aliis saltem praedonibus defensare. Nemo etiam ab iniuriis Walteri feriabatur, nisi qui cum eo quovis modo sentire videbatur. Domesticos sane exsumptuabat, locupletabat alienigenas, ut per eorum scilicet predicationem in barbaros usque bonae opinionis gloriam propagaret. Creberrime deplorantium civium conquestiones invicem conferuntur, miseros se non habere patronum, sed expilatorem publicum; nullum aliud sibi futurum remedium, nisi longius aliquo secederent, et tantae bestiae furori vel fuga exemerentur. Videri enim sibi tolerabilius quodvis exilium, quam domicilium domesticum, ubi dies in direptione, noctes vero transiguntur in formidine.

121. *Ubi Seiherus frater Walteri ab episcopii spe decidit.* Ut etiam liberiorem furori auctoritatem pararet, praesumpta adinventione Seiherum fratrem ad imperatorem misit,
92 pontificio sublimandum. Qui vero in ipso processu itineris audito[92] alteri collatum, spe quidem frustratus, ad sua reversus est.

122. *Ab ambitione quoque huius episcopii legatio Azelini pellitur; Gerardo traditur.* Ad hoc quoque Azelinus ambitiosissime iam dudum anhelabat, quem post Rothardi deces-
c. 110. sum Sophia favente episcopatui inhiasse prediximus. Qui etiam paulo antequam domnus Erluwinus ex hoc seculo decederet, suae ambitioni consulere estimans, suos imperatori legatos dirigere festinavit, per quos eius benivolentiam fortasse empturus, ad episcopii prerogativam pertingeret. Huius itaque iussa exequentes, imperatoris praesentiam aggressi sunt; domnumque Erluwinum morti vicinum intimantes, promissis magnis muneribus donum episcopii Azelino expostulant, ut quod post Rothardum nequiverat, saltem post Erluinum inpetrare posse se gaudeat. Qui cum finem episcopi expectare rogati cum aliquantula spe repatriarent, inter repatriandum siquidem depositionem Erluini audientes, iterum remenso itinere imperatorem adierunt, praesulemque defunctum nuntiantes, oblatis preciosis muneribus donum honoris Azelino obnixe poposcerunt. His
1012. autem repulsis, communi suorum usus consilio, potius Gerardum suum capellanum estimavit donandum, de quo in tertio libro narrabitur.

EXPLICIT LIBER PRIMUS DE GESTIS EPISCOPORUM.

INCIPIT SECUNDUS DE MONASTERIIS QUAE INFRA EPISCOPIUM CONSTANT.

Praefatio.

De gestis episcoporum prout memoria occurrerit[a] dicto, et de diversis eorum actibus,
93 *quantum ariditas ingenioli patitur, usque ad postremitatem[93] domni Gerardi episcopi, qui nunc est, pertractato, primus liber finem expostulat. Secundus vero ut ab ipso domno episcopo incipiat, videtur ordo exigere. Sed eo ad tempus relicto, de monasteriis quae infra ditionem episcopii sunt, facta interim ordinis interruptione decrevimus disserere, monstrantes sane qui locus, qui cultus, quaeve sanctorum corpora, vel cuius generis sunt ser-*

a) occurrit 6

92) i. e. postquam audivit. 93) i. e. usque ad postremum episcopum. COLV.

vientes. Dicturi itaque de singulis, a monasterio beatae et gloriosae Dei genitricis Mariae exordium capiamus, ut quod videlicet capitali titulo ceteris prestat[a], *ceteris etiam iure preferatur.*

1. *Primo de monasterio sanctae Mariae, et de quodam homine inibi periclitato et postea sospitato.* Nimirum iste locus[b], divinis miraculis ad laudem et honorem matris Domini plerumque audivimus illustrari; sed per negligentiam scriptorum obsoleta, memoriae subtrahi condolemus[c]. Nos autem pauca de multis, quae aut a videntibus accepimus aut ipsi nuper vidimus, tacere non patimur. Nam tempore Erluini episcopi accidit, ut quidam cementarius sive carpentarius, Helfridus nomine, exigente rei necessitate campanarium monasterii huius scanderet, pede vero fallente per lubrica lapsus, semianimis in ipso choro multis spectantibus humi corrueret, tanto sane impetu devolutus, ut si quis ariolus eum victurum forte promitteret, scissura effossi[d] pavimenti, ubi cecidit, presagium procul dubio posse refellere videretur. Dissolutio enim pavimenti, quae diu affuit, testabatur difficultatem periculi, mortemque vicinam desperata omnino salute potius vadabatur. Ad hunc mox derepente cum stupore et affectu humanae miserationis concurritur, et in tam subito casu miserabiliter condoletur. Huius vero familiares maerore affecti, Dominum triste incusabant, ac maxime in sanctam Mariam eulogiose[94] fremebant, dicentes: 94 *Quare illi obsequium exhiberi, quae servientem sibi periclitari sustinuit?* Denique apprehensus in lecto ponitur, ac non spe salutis, sed potius affectu humanitatis medicinalibus curis diligenter et inpense perungitur, paulatimque refotus, postea tamen meritis credo sanctae Mariae subvenientibus saluti restitutus, longo post tempore vixit. Multos etiam a variis cladibus liberari fama certissima constat.

2. *De campanario cadente, sed meritis sanctae Mariae in erectione reducto.* Nuper 1021 vel 1023. vero[95] domnus Gerardus episcopus caput monasterii cum cripta ampliare, et ut iam poene consummato labore apparet, meliorare disponens, vetusta aedificia funditus iussit everti. Cum ergo operarii iuxta dispositum uno eodemque studio ad diruendos parietes diu luctarentur: iam parte siquidem convulsa, subito crebris ictibus vetustae maceriae prae antiquitate nutantes, culmine disrupto, plus estimato[96] usque ad locum campanarii vastam cum nimio fragore traxere ruinam. Quo fragore clerici ac laici, pusilli et magni omnes attoniti, subito a domibus prosiliunt, ac imminentis ruinae periculum conspicantes, magis in casu campanarii contristantur. Huius enim moles quo editior et quo amplius campanarum pondere gravabatur, tanto promptiorem, sed et graviorem ruinam minabatur. Adeo etenim in orientem se vertit pendula gravitate, ut nemo aspiciens iacturam illius propiore periculo dubitare potuerit. Populo autem clamante et Dei misericordiam postulante, mox mirum in modum, meritis ut credimus et intercessione gloriosae Dei matris, suspenso paululum casu in erectione[97] reducitur, tectumque reliquum cessante fusura[98] solidatur. Trabes vero de superioribus aedificiis divellitur, et super cornu altaris sanctae Mariae, quod episcopus intactum manere praecepit, omne comminuit. Quo fuso, pignera sanctorum, quae olim in consecratione ipsius altaris posita fuerant, divino nutu illesa repperiuntur.

3. *De fratre episcopi inibi curato.* Illic etiam modernis diebus Elbertus frater episcopi, de laico monachus factus[99], ut nos ipsi palam vidimus, de longa infirmitate sospitati redditus est. Hic nimirum gratia fraternae visitationis Cameracum venire disponens, dum iter carperet, tanto langore corripitur, ut pervenire non posset, sed in ipso itinere apud monasterium Preiecti martiris[1] exceptus a fratribus, diutinum tempus sub intole- 1 rabili dolore exigeret. Ut vero parum medicinali ope refotus vix equo insidere potuerit, ad fratrem, non facile tamen, fecit se baiulari; ubi etiam diu tam graviter elanguit, ut

a) preest 4. b) *ita* 1. 2. 3. 5. *et a prima manu* 6. *sed hic correxit* istum locum. c) *Sequentia usque ad c. 4. omisit* 6. d) effosi 1.

94) i. e. elegiose. 95) *Domnus Gerardus a.* 1021, *pontificatus vero sui* 10. *caput monasterii s. Dei genitricis Mariae Cameraci* 8. *Kal. Apr. ingenti et mira apparatione construere cepit,* dicit Chron. S. Andreae Castelli Cameracensii I, 8. Sed noster ipse infra III, 49: . . . *seditionibus impeditus, usque ad a. d. i.* 1023. . . . *inchoare non potuit.* 96) i. e. magis quam aestimaretur. COLV. 97) i. e. statum rectum. 98) i. e. ruina, ut statim infra *quo fuso* pro *quo ruente.* COLV. 99) S. Andreae Castri Cameracesii; obiit a. 1047. secundum Chron. S. Andreae Cam. 5. Id. Mai. secundum Necrol. S. Mariae. 1) St. Prix prope St. Quentin. COLV.

mox moriendum assererent. Contigit autem, ut post longam egritudinem nocte solemni
beatorum confessorum, scilicet Vedasti atque Amandi, matutinos celebraturus, monaste-
rium sanctae Mariae sumptis baculis ingredi estimaret. Qui mirabiliter a Deo visitatus
adeo convaluit, ut dimissis paululum baculis, quibus sustentabatur, erectus, ipso die
remedium morbi non sine multorum admiratione sentiret. Quod donum meritis sanctae
Dei matris et prelibatorum confessorum posse adscribi, non dubium est.

4. *De situ monasterii sancti Gaugerici patris gloriosissimi.* Post monasterium sanctae
Mariae beati etiam Gaugerici, gloriosissimi confessoris Christi et eiusdem urbis episcopi,
secundo in loco non inconvenienter subnectere estimavimus[a]. Multum etenim decet et
bene congruum est, ut cuius patrocinio sub prelatione matris dominicae civitas Kame-
racensis sustentatur, cuius nominis praeconio illustrata sublimatur, eius quoque domum
in hoc opusculo iuxta domum eiusdem dominae Virginis consequenter ponamus. Tem-
2 pore namque huius pontificis, ut ipsius vitam[2] legentibus liquet, in vertice montis, ubi
nunc monasterium est, habebatur veteris dementiae lucus, ritibus videlicet demonicis
priscis temporibus ad subversionem animarum ab idolatris dedicatus. Unde vir Domini
gaudenter memorandus, divino consilio afflatus, lucum succidere estimavit, atque idolis
c. 600. stirpitus eversis, basilicam in honore beati Medardi construxit. Sicque locum spurcitiis
deditum fecit orationis et sacrificii domum, sane sibi previdens inibi suae dormitionis
mausoleum et gratae mansionis habitaculum[b]. Cum enim post trigesimum nonum sui
episcopii annum cunctipotens Rex, sed et dispunctor largissimus suum militem fortissi-
mum sudoribus suis responsurus ad remunerationem vocasset: in eadem basilica, ut
ante destinaverat, honorifice tumulatus resurrectionis diem expectat. Mox igitur reges
et principes ac potentissimi quique, signis et prodigiis quibus ante obitum multifarie
coruscaverat excitati, ac multo amplioribus, quae per eius merita misericors et miserator
Dominus post obitum indesinenter operari dignatus est, attoniti, ad sanctissimi viri sepul-
chrum diversis ex partibus confluxerunt, tantique viri patrocinio sese iuvari implorantes,
opulentissima munera obtulerunt. Statimque ex affluentia rerum cum omni sedulitate
monasterium ampliatur, fratrumque numerosa cohors ad serviendum Deo et suo sanctis-
simo confessori imperpetuum delegatur. Haec autem domus in montis supercilio sita,
aperte insinuare videtur, ipsum videlicet mansorem egregium semper terrena calcasse,
caelestibus toto desiderio inhiasse. Exin vero locus ex diversi generis ope ditatur, mul-
tisque beneficiis virorum bonorum adeo augmentatur, ut non modo circum et circa vici-
niam crassiores uberioresque villarum colonias, verum in longe remotis regionibus, ut
scripta quae in archivo aecclesiae sunt attestantur, diversa et ut ita dicam totius generis
emolumenta donarent. Qui locus olim tam eligantia quam tota oportunitate preeminens,
universae provinciae gratiam multiplicem et maximum honorem prestabat, urbemque
excellentia suae dignitatis quamplurimum insignibat. Erat enim veneranda atque regalis
abbatia, ex omni sufficientia florens, cuius multiplici gratiae nihil conferre putares. Sed
postquam, ut in primo libro breviter tetigimus, sub persecutionibus primo paganorum,
deinde Hungarorum, cum ceteris quoque Galliarum aecclesiis, mortalium culpis exigen-
tibus, cum omni thesauro miserabiliter populata subvertitur: non solum ad gratiam prio-
ris status reformari non potuit, verum et quod dolendum est, magis magisque deiecta
in praecipitium ruit. Quia enim rectorum imbecillitas tam varias et tam in diversis
partibus possessiones longe diremptas et prope positas sua providentia simul cohibere
non poterat: vicini raptores improbissimi quique vitiato iam quidem saeculo, quod boni
pro salute et remediis animarum contulerant, ut se habet amor humanae ambitionis, abs-
tulerant. Quod etiam peius est, ne ipsi quidem rectores quidam, quin raperent, clepe-
rent[3], detraherent, fraudulentiae tecnam declinaverant. Et quid dicam? Olim frequen-
tior numerus fratrum, nunc ad quinquagenos prae inopia derivatur, qui domno Gerardo
episcopo satagente, cotidianum victum in refectorio communiter sumunt. In huius autem
patris nostri memoria et veneratione monasteria, sed et frequentiores basilicae, non tam
in prope quam in longe positis regionibus constructae sunt, ubi beneficia petentibus
divina praestantur, et ad laudem et gloriam confessoris sanctissimi multa et inenarra-

a) estimamus 6. b) *sequentia usque ad c. 9. desunt* 6.

2) antiquiorem, in Actis SS. Augusti II; Actis SS. Belgii II, 276. Ex ea *in vertice — sacrificii domum* ad verbum descripta sunt. 3) i. e. furarentur.

bilia virtutum prodigia divina clementia operari dignatur. Ea vero quae huc aut a certis relatoribus contigisse accepimus, aut nos contingere semper cernimus, modum pre pluralitate excedunt, nec ullo numeri termino claudi possunt. De quibus maximam partem invidae aurae se rapuisse laetantur[4]; paucissima vero, quae non potuere celari, in primo c. 15. libello succincte perstrinximus; plenissime tamen in illo volumine, quod de vita ipsius inscribitur[5], si cui libet, poterit invenire.

5. *De inergumino sanato.* Sed ut haec pagina sanctum et gaudiosum nomen se habere laetetur et rideat, pauca ex his quae vel ipsę iuvenculus moderno tempore vidi, annectere ratum duxi. Preter quamplurimos namque utriusque sexus freneticos, quos illuc videram sospitatos, unum seorsum dicam, cui nullum prae nimietate furoris estimo comparandum. Iste namque ore spumans, dentibus frendens, licet manus post terga revinctus et a suis misere caesus, vix tamen teneri poterat, quin ex totis viribus omni bachaniae inperterritus, diabolo violentiam suggerente, vacaret. Semper enim illicita loquebatur, derepente insiliens, homines incautos plerumque mordebat. Ad monasterium vero beatissimi confessoris magna difficultate perductus, non minus per aliquot dies sevire videbatur, ita ut nemo se illi obvium dare auderet. Nec longum tamen, pio intercedente patrono a superno medico misericorditer visitatus, sanae et integrae mentis opem recepit, suisque cum gaudio ad sua reversis, ipse Gerardus — hoc enim illi vocabulum — in monasterio Deo et suo sanctissimo confessori famulaturus manere estimavit. Ubi cum diu summa devotione familiariter deserviret, contigit, ut eum quadam die gratia[6] visitandi paternam coloniam invitaret. Ad quam cum tenderet, nec longe quidem adhuc distans, sacerdotem canitie decorum, vultu habituque venustum, ut ipse referre solebat, obvium habuit, qui eum interpellans verbis huiusmodi: *Quo tendis?* inquit. Et ille: *Iam dudum est, domine mi, quod sanctissimo patri Gaugerico pro collatis beneficiis deservio, nunc autem parentes quid faciant visitaturus, ad patriam remeare exaestuo. Melius est*, inquit, *tibi, ut maneas, ne forte collati beneficii videaris ingratus.* Hic autem conceptis paternae gratiae affectibus, datos postponens monitus, dum paululum procederet, mox multo peius quam antea a demonio corripitur, adeo videlicet dementatus, ut occurrentes sibi quosque lapidare prorsus intenderet. A multis vero non facile captus, loris nexus ad monasterium iterum attrahitur, et quia contra fidem catholicam convitia diabolo doctore iactabat, nunc minis tunditur, nunc flagellis quatitur; nemo tamen rabidi oris falsificam garrulitatem conpescere potuit, donec inter flagella et vincula ante sancti viri sepulchrum prostrato[a] ex lassitudine somnus obrepsit. Qui cum vero post aliquantulum expergefactus surrexisset, mox divinitus mente recepta, cunctis admirantibus et prae gaudio illacrimantibus, cum magna confusione pudoris et poenitentiae ante sepulchrum prosternitur; confessus culpam, veniam erroris deprecatur. Denique compos animi omnino effectus, monasticis se obsequiis fideliter mancipavit, non ausus quoquam ultra secedere, donec post multum temporis a fratribus sumpta licentia, Romam obtinuit pergere. Notandum vero, beatum Gaugericum procul dubio extitisse eum scilicet sacerdotem, quem illi paulo ante diximus occurrisse.

6. *De contracto sanato.* Est adhuc homo in monasterio serviens, Hildebertus nomine, quem post longam aegritudinem meritis sancti viri sospitatum cognoscimus. Hic nimirum per totum fere anni circulum nescio cuius generis morbo adeo angebatur, ut maxima parte corporis premortua, circa humanorum usuum studia nullo officio fungeretur. Huius pro restitutione salutis pater in frequentibus medicorum conductionibus portionem suae substantiolae absque ullo profectu se erogasse dolebat, nec quid intenderet reperire valebat. In hac itaque maestificationis perturbatione sollicito occurrit tandem sanum ac salubre consilium, ut beati videlicet Gaugerici expeteret medicinale suffragium; sane ubi infirmi persaepe solerent accipere sanitatem, inergumini quique sive lunatici liberarentur. Statim ergo facta deliberatione, aegrotum vehiculo inpositum ad monasterium attulit; ponensque ante sepulchrum, ipsum quidem, si saluti redderetur, obsequiis beatissimi Gaugerici inperpetuo mancipandum devovit. Cur producam sermunculum?

a) s. s. v. s. pr. *inter lineas auctor ipse.*

4) cf. I, 28. 5) auctore nostro, in Actis SS. Augusti II; Actis SS. Belgii II, 278. 6) i. e. studium, affectus, ut I, 7.

paululum iacuit, divinae medelae adeptus est gratiam; pro tantique beneficii conpendio monasticis usibus deserviens, postea in monasterio conversatur.

7. *De incendio meritis sancti Gaugerici extincto.* Anno dominicae incarnationis 1027.[a] Id. Iulii oborta est in ipsa civitate vasta pestis incendii, quae iam civitatis magna parte combusta, furentibus siquidem flammis, ventis agitantibus, invalescens ad domos etiam prope sancti viri monasterium sitas usque pervenerat, ac inevitabiliter correptas edaci populatione involverat. Iam vero maioris metus causa de suspecta templi conflagratione exoritur. Non enim fortasse dubium, quin si proxima domicilia cremarentur, ipsum et monasterium igne raperetur. Flammis autem invalescentibus, metus amplior incubuit, globisque volantibus, totus tam populus quam clerus sublato in caelum clamore infremuit. Moxque duo ex clericis de sententia ceterorum, sanctum sepulchrum celeriter adeuntes, presumpta quidem de timore audacia, thecam argenteam sanctissimi corporis extrahunt, cursimque tollentes, flammis furentibus obviam ferunt. Statim ergo divina clementia operante meritisque sancti viri suffragantibus, ita totus ignis submisso furore obtorpuit, ut rorulento desuper imbre respersum estimares. Multa etiam occurrunt referenda, sed angusta brevitas libelli non patitur. Quid vero de multitudine diversorum languentium loquar, qui illuc cotidie confluentes sanitatem recipiunt? Quid haec dicam, cum amplius visu quam dictu semper appareant? Nuper sane et me ipsum febribus intolerabiliter laborantem sospitati, Deo gratias, restituit.

8. *Scriptor suam subinfert molestiam.* Maxima incommoditas febris, quae me diu tenuit, verba modo succingere cogit. Licet enim modo pulsa molestia, Deo gratias, paulisper in corpore convalescam, adhuc tamen ipso recenti dolore mens sauciata labascit, nec ei virtus integra ad plene scribendum sufficit. Huius ergo opusculi negotium stricto kalamo interim prosequamur.

9. *De sancto Autberto.* Sancti Autberti monasterium ad paucos canonicos situm est intra menia urbis. Ubi siquidem petentibus divina praestantur beneficia, et Deo cooperante, ad sui confessoris gloriam multa fiunt prodigia, quae raritate scriptorum et ignavia memoriae certum est esse sublata.

10. *De Hunulchort.* Transeamus ad monasterium sancti Petri in villa Hunulchurt[b], ubi sanctam Pollinam requiescere, scripto repperi. Hoc nimirum illustris vir, Amalfridus
677. nomine, cum uxore Childebertana fundavit, deputatisque sanctimonialibus filiam suam Aurianam praefecit; fuitque olim religione florens et opibus, nunc autem, postquam viris militaribus beneficiatum est, ad paucos canonicos derivatur.

7 11.[c] *De villa Barala.* In vico etiam, qui Barala[7] ab incolis nomen accepit, monasterium canonicae congregationis extitit, a Clodoveo quidem rege ut ferunt conditum, et a beato Vedasto in honore sancti Georgii consecratum. Illic enim brachium eiusdem martiris habebatur. Hoc autem locupletissimum et venerabile columnae marmoreae et antiqua pulchra aedificia, quae adhuc supersunt, fuisse testantur. In diebus autem Dodi-
c. 881. lonis episcopi videntes canonici, Normannorum bachaniam circa istam provinciam ubique desevire, et ut superius memoravimus, profanatis sacris cultibus sanctas Dei casas incendere, sacras reliquias cum suis quibusque necessariis in nostram aecclesiam attulerunt, ab ipso nimirum episcopo humane suscepti. Ubi per aliquod temporis demorati, cum iam adversariorum decessionem arbitrantes, ad sua repedandi licentiam flagitassent, nolens episcopus eis adquiescere, ad tempus monuit differendum; sane hostium precavere perfidiam, eorum reditus suspectos doli; ne temere crederent vanae opinioni, certam securitatem potius expectarent. Audientes ergo sic episcopum, manserunt aliquandiu. Paucis vero post diebus interpositis, iterum adeunt episcopum, asserentes hostem excedere, omnia tuta, securum etiam sibi patere recessum. Ad quos episcopus *Quaenam*, inquit, *vos movet temeritas? Quod asseritis, non credo, sed fortasse vos fallit opinio; manete adhuc, moneo, state, nihil apud me vestris usibus interim defuerit. Porro gens illa ferox est et callida, nulli parcens; si incauti incideritis, maturior ausus seriorem luet poenitentiam.* Illis autem contra obnixe flagitantibus, et omnia tuta procul dubio astipulan-

a) Ī°. XX° VII° *habet* 1. *ubi incertum, utrum* VII° *ad annum pertineat, an sit dies Iduum. Idem prorsus habent reliqui.* b) Hunulchurh 1. 3. Honulfocurte 6. Honulficurte 2. c) *hoc caput primo septem lineis comprehensum, auctor postea in rasura atque scedula annexa ita ampliavit.*

7) Baralle, inter Cambrai et Arras. COLV.

tibus, adiecit: *Cum haec ita sit vestra sententia, esto! in vestra manu deliberationem constituo; illud tamen pignus preciosi brachii apud me retinebo;* hoc quodam presagio ita disponens, ne, si videlicet, quod postea probavit eventus, adversarii incursarent, thesaurus tanti ponderis disperiret. Accepta itaque huiusmodi licentia, paratis viaticis, cum tanta obstinatione remeare coeperunt, dementes, qui suprapposito pontificis non adquievere consilio. Necdum enim tribus milibus iter ab urbe confecerant, cum ab inprovisis hostibus intercepti, gladio ciciderunt. Monasterium quoque suum diruitur; tota vicinia circum et circa, praeter munitiones, male deripitur. Aecclesiolae vero reaedificatae unus tantum sacerdos postea prefuit, illudque sacrum brachium apud nos taliter hodie usque remansit.

12.[a] *De villa Sanctis.* Nec procul hinc apud Sanctos[8] — id loco vocabulum — puellarum basilica, ubi sancta Saturnina quiescit, traditur extitisse. Porro haec virgo de Germania praeclaris natalibus orta, a pueritia suam virginitatem Domino vovit. Quam cum parentes iuxta ritum saecularem maritare disponerent, integritatem pudoris caelesti sponso servare mallens, viriles thalamos procul abhorruit. Videns autem, quia aut voluntati parentum non posset resistere aut protervi sponsi appetitum evadere, a paternis aedibus latenter egressa fugam iniit, et ad hanc viciniam usque perveniens, iuxta predictum vicum cursum vitae martirio consummavit. Nam vir ille, cui pacta a parentibus erat, palantem usque ad ipsum locum persecutus est. Quem cum post tergum virgo venerabilis eminus prospexisset, tota intremuit, et quomodo se morsibus infestantis bestiae exemeret, nescit. Quid enim faceret? Mox, uti erat animal simplex, pastoribus qui illuc gregem pascebant, abscondenda se interserit, taliterque quaerentem latere estimavit. Quod tamen iuvenis aucupatus, ut lupus esuriens super innocentem oviculam irruit, evaginatoque gladio decollavit. Quae mox, ut antiquitas relatorum audet asserere, proprium caput manibus sumpsit, populoque spectante usque in aecclesiam, quae in ipsa villa in honore sancti Remigii aderat, deportavit. Ad cuius ergo venerationem a fidelibus christianis facto monasterio, puellaris congregatio delegatur, sed predictis causis intercipientibus, ad unius presbiteri obsequium redigitur. Est autem antiqua relatio, quod longo post tempore Saxones, incertum qua causa, ad hanc viciniam devenerunt, et per ipsum vicum transeuntes, audita quidem sacra opinione, partem corporis sacrae virginis asportarunt.

13. *De monasterio sanctae Mariae Atrebatensium.* Veniamus nunc ad Atrebatense territorium. Monasterium namque sanctae Mariae, ubi quondam pontificalis cathedrae principatus fuerat, quadraginta canonicos habet. Illud vero modernis diebus Rodulfus, ipsius aecclesiae thesaurarius, consilio domni Gerardi episcopi ampliavit; essetque locus venerabilis et minus indigens, nisi fastuosa Flandrensium comitis excellentia, quae iuxta supereminet, adversari aliquando consuevisset. Ibi vero iuxta altare Dei genitricis Mariae, quod beatus Vedastus suis diebus consecraverat, anno quidem secundo Gerardi 1013. episcopi, multae et multum preciosae sanctorum reliquiae inventae sunt, ad quarum illustrationem diversa miracula per tres circiter annos divina clementia operata est. Leprosi enim mundati, contracti humanis usibus solidati, multique a diversis langoribus curati, sospitate donantur.

14. *De sancto Vedasto.* In castro vero Atrebatensi monasterium sancti Vedasti, quod supra diximus a sancto Auberto fuisse constructum, monachorum religione letatur, I, 20. multisque virtutum prodigiis caelitus illustratur.

15. *De duabus basilicis.* Huic etiam infra idem castrum duae basilicae iuxta subiacent canonicorum, una videlicet in honore sanctae Mariae, altera vero sancti Petri apostoli.

16. *De Maraculo.* Est etiam in vico Maraculo[9] monasterium canonicorum, ubi sancta quiescit Bertilia, quae hoc ipsum suum predium sanctae Mariae tradidit.

17. *De Albiniaco.* Rursus vero in vico Albiniaco[10] monasterium est canonicorum, sancti videlicet Chiliani, qui Scotus fuisse traditur.

18. *De monasterio sancti Vinditiani.* Item in Monte sancti Eligii — sic enim locus

a) *Hoc caput primo quatuor lineis comprehensum auctor ipse in rasura et in margine ita ampliavit.*

8) Sains-les-Marquion. LE GLAY. 9) Maroeul d. Atrebat. 10) Aubigny, arrondiss. de St. Pol. LE GLAY.

dicitur — canonicorum quoque est monasterium sancti Vindiciani Cameracensium episcopi, quod postquam viris militaribus infiscatur, pro immunitione rerum ad raritatem fratrum redigitur.

11 19. *De Lucau et Pas.* Preterea in viculis Lucau[11] et Pas duae basilicae sunt canonicorum, quae postquam quoque militaribus viris in beneficiis traduntur, ad inopiam elapsae sunt.

20. *De Cella sancti Salvatoris.* Est autem vicus ex rebus sancti Vedasti, nomine Berclaus[12], in paludibus quidem situs, pecori ex sufficentia pascuae aptus, omninoque
13 etiam monachorum usui oportunus. Illuc ergo Leduwinus abbas[13], considerata rei oportunitate, monasterium fundare disposuit, siquidem ei episcopalis auctoritas aspiraret; quippe duplici usu satis competenter proviso: quod inibi videlicet partem ex monachis, qui ad coenobium sancti Vedasti frequentiores confluxerant, delegaret; et bona aecclesiae circumiacentia tutius possiderentur. Itaque domnum Gerardum episcopum in conventu sinodali conveniendum estimavit, suaeque deliberationis effectui coram omni sinodo licentiam postulavit. Cuius auctoritate nec difficile impetrata, monasterium aedificare festinavit, consummatumque ab ipso domno episcopo consecrari obtinuit. Loci autem vocabulum episcopus inmutavit, sicque Cellam sancti Salvatoris statuit nominari.

21. *De Duwacensi castro.* Preterea etiam apud castellum Duwaicum[14] monasterium est canonicorum, ubi corpora sanctorum iacent Morantii[15] atque videlicet Amati. Sciendum est autem, quod ante constitutionem huius castelli usus telonei, quod nunc pro imminentis Flandrensium comitis potentia in ipso castello mutato pristino ritu sumitur, apud Lambras villam sanctae Dei genitricis solvebatur. Erat enim regius fiscus, sed tempore Stephani episcopi a Karolo rege sanctae Mariae donatur habendus. Illo etiam tempore portus illuc habebatur; postquam vero incolatus huius castelli coeperat, illic navigii usus derivatur, et huic nostrae villae tantum dimidia portio telonei solvitur. In
16 hac autem villa rex Childebertus forte[16] sepultus est. Cui, cum ad obsidendum fratrem suum, qui tunc temporis Tornaco morabatur, ire pararet, beatus Germanus Parisiacensis episcopus praesago[a] spiritu praedixerat, non posse se consummatum ire illiusmodi negotium, si germanae neci eo spiritu intenderet. Hic autem verbis surdescens, exequi parat dispositum. Sed ne beati pontificis irritum haberetur presagium, in ipso itinere morte preventus, in predicta villa Lambras subterratur.

22. *De Lenensi monasterio.* Apud castrum Lenense[17] habetur quoque monasterium canonicorum, ubi sanctus quiescit Vulganius, qui Scotus traditur extitisse.

23. *De villa Henim.* In vico etiam, quem dicunt Henim[18], est basilica in honore sancti Martini, antehac unius tantum presbiteri regimine acta. Nuper vero Rotbertus
1040. Atrebatensis de remedio animae tractans, consilio Gerardi episcopi, expensis propriis rebus duodecim canonicos inibi deputavit.

24. *De vico Belgico.* Item vero in territorio Atrebatensi, in vico videlicet qui Bel-
19 gicus[19] ab incolis nuncupatur, extat basilica canonicorum sancti Remigii, ubi divina saepius miracula caelitus fieri dicunt. Notandum vero, quod locus iste antiquitus adeo preminebat, ut ab eo omnis nostra regio etiam usque in presens Belgica diceretur.

25. *De vico Hasnum.* In vico etiam, quem dicunt Hasnum, abbatia fuerat regalis olim atque ditissima, ubi ex maxima parte requiescunt corpora sanctorum Marcellini et Petri. Nunc autem degeneris saeculi moribus viciatis, ubi tunc clerici pauci deserviunt, desolatam et inopem condolemus.

a) presaga 1. 2. *sed hic corr.* 4.

11) Lucheul, prope Doutens. 12) Billi-Berclau, ad fl. Deule. COLV. 13) S. Vedasti, c. 1022 — c. 1041. 14) Douai. 15) i. e. Mauronti, St. Morand. COLV. 16) i. e. casu fortuito; nam *postea Suessionas in basilica sancti Medardi . . . translatus, iuxta Chlotachorium patrem suum sepultus est,* teste Gregorio Tur. IV. ult. unde sequentia huius capitis omnia noster sumsit, verbis quidem multum mutatis. In nomine autem errat noster; Sigebertus enim fuit, non Childebertus. 17) Lens en Artois. COLV. 18) Hennin-Liétard, inter Douai et Lens. 19) iam incognitus. Nec Belgeville, nec Belge ad fl. Ternoium, nec Blangiacum esse, iam Colvenerius docuit eo, quod hi loci nunquam fuerunt dioecesis Atrebatensis. Idem affert Bellovacum Artesiae, et Belle prope Aubigny, et Berlette ad fontem Scarpae; sed monet, in his nulla ecclesiae collegiatae monasteriive existere vestigia. Sequens nominis Belgici etymologia hac una nostri auctoritate nititur. Isidori Orig. XIV, 4: *Belgis civitas est Galliae, a qua Belgica provincia dicta est.* Cf. Annales nostros T. IX. p. 305.

26. *De Marceniis.* Apud villam quoque Marcenias[20], virgo[a] Dei gloriosa Rictrudis 20 ex propriis opibus et praediis consilio sancti Amandi, qui tunc temporis insignis habebatur, monasterium struxit, ubi sanctimonialibus ad serviendum delegatis, ipsa etiam abbatissa habenas regiminis moderata est. In cuius vita plurimum, et post vitam aliquantulum religio crevit, ususque aecclesiasticus regulariter adolevit. Seculo autem semper, ut diximus, in deterius viciato, ipsarum etiam puellarum ordo viciari et depravari coeperat; iamque magis ac magis depravatus mos in degeneri posteritate usque in presens duraverat. Nuper vero iamdictus abbas Leduwinus, Gerardo episcopo et marchione Balduino satagentibus, feminas turpiter viventes mundato loco exturbavit, ac monachos qui melius et religiosius[b] Deo et prelibatae virgini, quae ibidem quiescit, deserviant, constituit.

27. *De Hamatgia.* Nec procul hinc, in villa Hamatgia[21], beata quoque Christi 21 famula Eusebia, predictae scilicet virginis filia, ex rebus hereditariis aecclesiam struxit, quam sanctimonialibus constitutis, etiam ipsa abbatissa pro modo facultatis multa ope dotavit; quae nunc per saecularitatem multum delapsa, vix paucos canonicos habet.

28. *De Duneng.* Rursus quoque in vico Duneng[22] beata Rainfredis ex sui iuris rebus cellam fundavit, et sanctimonialibus constitutis, ipsa etiam abbatissa regimonium duxit. Hanc[c] autem postea incumbente inopia inclinatam pauci canonici incolebant, donec consilio domni Gerardi episcopi et Leduwini abbatis, moderno tempore Balduinus comes ad pristinum statum restituit, ibique monialibus regulariter institutis, abbatissam nomine Ermentrudem praefecit.

29. *De villa Haspro.* Quo tempore Normanni maxime quidem Rol tyranno incentore per hoc regnum, ut per alia, desevierint, et ceu supra diximus, culpis christianorum exigentibus aecclesias sanctorum passim combusserint: tantae formidinis tempestate I, 61. corpora sanctorum, Aycadri videlicet atque Hugonis, de Gemegio[23] cenobio, quod super 23 fluvium Sequanam non procul ab urbe Rotomago situm est, ad villam Hasprum, quae ab urbe nostra non plus quam decem milibus disparatur, allata sunt. Quam villam utrum abantea possessam subiacuisse praelibato monasterio, an tunc temporis aut a rege aut a quolibet principe pro remedio animae receptationi sanctorum traditam fuisse dicamus, incertum est. Ex his certe beatus Aycadrius, a sancto Filiberto eiusdem cenobii abbate probatissimo abbas etiam constitutus, regimen sacrum agebat, vitaeque moribus et virtutum coruscatione fulgebat. Ad cuius piam conversationem sanctus vir Domini Hugo Rotomagensis episcopus, Karlemanni regis filius, divina inspiratione succensus, relictis siquidem episcopatus habenis curisque secularibus abdicatis, disciplinam monachorum et habitum ex toto desiderio appetivit; sacrisque magistri moribus informatus, omni virtutum genere perfectus emicuit. Ambo autem qui et quales extiterint, eorum vitas legentibus evidenter occurrit. His nimirum apud hanc villam posthac remanentibus, monasterio facto, monachis delegatis, ad laudem eorum pius et misericors Deus multa, immo et celeberrima virtutum prodigia dignatus est operari, in tantum sane, ut nemo ex vicinis potentibus aut in expeditionem aliquando transeuntibus, ullam presumptionem antehac audeat irrogare. Sed quia monachorum abbas longe aberat, eosque rarissime pro difficultate longinquitatis visitare solebat, in libertate soluti saeculum sectabantur, inregulariterque viventes usque ad tempus Gerardi episcopi, utpote absque rectore, periclitabantur. Quod videns episcopus, abbatem ut hoc corrigeret saepe commonuit; sed quia, ut diximus, longe aberat, correctionem morabatur. Con-

a) *erasum* 1. *expunctum* 2. Marc. gloriosa matrona Rictr. 5. *cf. infra III, 8. et Ducange s. v. Virgo.* b) *ita* 2. 6. religiosus 1. c) *hoc caput in* 1. *primo ita desinebat:* Hanc autem . . . . canonici. *Sed scriba ipse, non auctor, erasis quinque vel sex vocibus, quae inter* autem *et* canonici *fuerant, rasurae superscripsit* postea i. i. incli, *reliqua* natam — prefecit *in margine supplevit eodem prorsus atramento, quo reliqua omnia.* *Vocem* canonici *delere oblitus est. Sequenti vero tempore quum codex a bibliopega conciderelur, primae cuiusvis lineae litterae abscisae sunt, scilicet* natam, nici, donec, mni Ge, Leduwi, moder *etc.* '*Haec* 2. 6. *legerunt adhuc atque exhibent, prouti supra dedimus;* 4. *iam manca ita exhibet:* p. i. inclinantem p. c. incolebant . . . . consilio d. G. e. et . . . . . abbatis . . . . . tempore . . . . DE VILLA *etc.;* 3. *habet:* p. i. inopia pauci c. i. cum consilio domni G. e. et L. a. m. tempore comes ad pristinum statum reduxit ibique m. r. i. a. n. E. p. *Denique* 5. *totum locum ita exhibet mutatum:* Sed postmodum consilio domni Gerardi episcopi et Leduini abbatis Balduinus comes ad pristinum statum monialium reduxit, ibique moniales sancti Benedicti, cum ante fuissent regulares, introduxit, quibus abbatissam E. p.

20) Marchiennes. 21) Hamage, prope Marchiennes. 22) Denain, inter Douai et Valenciennes.
23) Iumièges.

tigit autem, episcopum pro aecclesiastica sollicitudine forte per hanc villam transitum facere, praefatoque abbati Leduino — comes enim erat itineris — obscenam monachorum conversationem indicare. Salubri etiam, immo competenti consilio hortatus est illum, ut si quas res sancti Vedasti in vicinia prelibati cenobii haberet, eas siquidem pro hoc monasterio, quod sibi esset contiguum, conmutaret, huncque[a] locum pro conpendio aeternae remunerationis meliorare satageret. Qui inter huiusmodi colloquia incerto haesit, et tamen acsi difficile recusavit. Nec multo post autem temporis intervallo abbas salubriter consultus, bene et diligenter considerata oportunitate, notum fecit episcopo, se executorem fore monitionis, si ab ipso abbate Teoderico commutationem impetrare valeret. Unde letus episcopus, continuo directa legatione abbatem Teodericum adorsus est, monstrans animae periculum, ni tempore sibi consuleret. Cum longe esset positus, locum commutare deberet; quod si nollet, adiuncto sibi Balduino marchione falsos monachos expelleret, locumque emendare cum omni auctoritate satageret. Super quod abbas conpetenti consilio usus, mandatis episcopi satisfacere estimavit, rebus-
1024. que sancti Vedasti, quae in sua vicinia circumiacent, susceptis, villam Hasprum Leduino abbati contradidit. Haec autem commutatio coram Rotberto rege Francorum coramque comitibus, Balduino videlicet Flandrensium et Ricardo Rotomagensium, facta est, et eis-
25 dem corroborata[25]. Abbas itaque Leduinus, ut edificator videlicet idoneus, locum cum summo studio ad laudem et venerationem sanctorum, qui ibidem quiescunt, emendavit, novisque edificiis et claustro regulari insignire exercuit.

30. *De Valentianis.* In castro Valentianensi monasterium est canonicorum, quod
26 Arnulfus comes consilio et auctoritate Rothardi episcopi[26] in honore sancti Iohannis baptistae construxit, rebusque pro oportunitate collatis, duodecim canonicos deputavit.

31. *De monasterio sancti Salvii.* Nec procul hinc olim quidem sancti Martini aecclesiola, nunc autem monasterium canonicale in veneratione etiam sancti Salvii episcopi
V Salv. et martiris constat. Ipso namque tempore sanctus Salvius, totus supernae patriae inhians, causa peregrinationis habenas reliquit episcopii, profectusque peregre, praedicationi operam dare estimavit. Igitur de loco ad locum procedens, verbum Dei populo suggerebat, et maxime celebrationibus missarum instabat. Verum ubi ad ipsam viciniam deveniret, ac quadam die de Valentianense portu ad vicum Condatum transiret, a quodam pestifero factis insidiis captus, in custodia religatur, raptisque indumentis sacerdotalibus et ornamentis episcopalibus, quae secum portaverat, obtruncatur. Sepultusque a viris religiosis in supradicta sancti Martini aecclesia, tunc ad praesens et postea multis preconizantibus miraculis, quanti et qualis meriti extitisset, apparuit, ut plenissime in libro suae passionis repperitur. Unde attonitus princeps regionis Karlomartellus, pro salute animae de ipso fisco Valentianense et de aliis rebus locum augmentavit, sumptumque stipendiarium deputans, canonicos constituit.

32. *De Marecolis.* Sanctus quoque vir Dei Huntbertus, sanctitate conspicuus et non
27 modice prediatus, ex patria Laudunense decedens, in villam Mareclias[27] locum suae sanctae conversationis elegit; ibique de rebus propriis et praediis monasterium in veneratione sanctae Dei genitricis et sanctorum apostolorum Petri et Pauli apostolica auctoritate construxit[28]. Illucque fratribus ad deserviendum statutis, ipse etiam Domino serviens, virtutum signis et doctrinae vitaeque meritis satis clarus emicuit, ibique laborem huius vitae consummans, sepultus in pace quiescit. Hanc siquidem abbatiam primus
29 Otto imperator, Heinrici regis filius[29], ut in primo libro latius digessimus, tempore Fulberti episcopi habendam tradidit sanctae Dei matris aecclesiae Cameracensium.

a) duncque 1.

25) Hanc commutationem anno 1044. adscribit Miraeus ob chartam Leduini, editam in Opp. diplomat. I, 265. ubi haec leguntur: *Principi aeternitatis . . . . . . Ego Leduinus abbas . . . . Sed nostro tempore, dico a. i. summi et veri pontificis I. C. millesimo quadragesimo quarto, per Gerardum Cameracensem et Atrebatensem episcopum quaesitum est, quaerendo atque retractando alterutrum sic peractum est, ut nos consilio seniorum et vicinorum necnon nostrorum fratrum, cellam quae dicitur Haspra, a comite Richardo et Theoderico abbate Gemeticensis coenobii dono acciperemus, quia vicinior nobis erat; ipsi quoque Anglicurt cellulam viciniorem sibi nostra donatione possiderent. Testes huius rei fuerunt: Richardus comes, qui donationem . . . Robertus archiepiscopus frater eius. Richardus filius Richardi. Robertus frater eius. Wairinus Belvacorum presul, nostrae congregationis frater. Actum Rodomis, mense Ianuario in octava epiphaniae, indictione* 6. *regnante serenissimo rege Francorum Roberto, anno imperii sui* 28. Verum illud *quadragesimo* aperte mendosum est, et mutandum in *vigesimo;* annus enim 28us Roberti est 1024; porro Robertus archiepiscopus obiit a. 1037. Warinus a. 1030. et Theodericus abbas iam ante annum 1030. Recte igitur Colvenerius annum huius commutationis 1024. esse statuit; et iam Iacobus de Guisia eundem a. 1024. tradit (ed. Fortia IX. 246.). 26) igitur intra annos 979—995. 27) Maroilles. 28) cf. I, 27. Acta SS. Belgii IV, 117. 29) errat noster; supra enim I, 68. ipse narravit, Karolum regem eam tradidisse Stephano episcopo, anno 921.

33. *De villa Waslero.* In villa quoque Waslero[30] beatus Landelinus monasterium 30 ad paucos fratres condidit, cui sanctum Dodonem bonae memoriae virum prefecit. Hic nimirum sacris moribus cluens, vitae innocentiam duxit, ibique deposito onere fragilitatis, feliciter in pace quiescit.

34. *De villa Fescau.* In villa etiam Fescau[31] monasterium est, ubi sane sanctus vir Domini, Hetto videlicet Scotus, divina providentia dirigente deveniens, aliquanto tempore conversatus est; tandemque cursum suae peregrinationis finiens, migravit ad Christum. Ad cuius meritum declarandum divina pietas multa dignata est operari documenta virtutum. Unde quidam ex religiosis viris sancto viro tantorum emolumenta bonorum tradiderunt, ut aliquot canonicos admitterent.

35. *De monasterio, quod est in villa Alto Monte.* Nec praeteream vicum, quem Altum Montem[32] dicunt, nec inmerito sic nominatum; cum beatus Vincentius, cum mul- 32 tis viris religiosis, qui cum eo fuerant, sua conversatione reddiderit sublimatum. Porro V. Autb. iste Vincentius comes egregius, videlicet sanctae Waldetrudis maritus, iuxta quidem saecularem eminentiam et rebus et genere potentissimus, eruditione tamen et crebris monitionibus beati Autberti pontificis informatus, saecularis militiae pompam procul abhorruit, Deique obsequiis mancipare se potius estimavit. Igitur dum de loco suae conversationis expetendo sollicitus curam gereret, non defuit divina pietas, sancti viri desiderium completura. Nam quadam nocte pluit Dominus nivem, et omnem regionem circum et circa niveo rore respersit, excepto paululo loci, quod in supradicto vico in modum videlicet crucis respergendum reservavit. Quod vir Dei suo desiderio celitus contigisse altiore consilio intellexit; divinoque indicio certior factus, mox eodem in loco monasterium ex proprio sumptu fundavit; quod etiam suus magister Autbertus, viris secum religiosis adhibitis, in honore apostolorum Petri et Pauli dedicavit. Ibique vir sanctus feliciter conversatus, laudabilis vitae sanctitatem ducere adstuduit. Ad cuius piam conversationem multi viri religiosi confluxerant, traditisque praediis et propriis rebus cum sacro viro degentes, ad vitae regularis normam sese constrinxerant. Cum autem locus a regibus et principibus augmentari et frequentia fratrum populosus coepisset haberi: ut liberius Deo vacaret, in secretiorem locum secessit, quem etiam locum paulo posterius dicam. Huius vero forma et exemplo religio monachorum postea multo tempore adolevit, sed per incursus gentilium, immo et per crebras seditiones domesticorum subripiente inopia, ordo monachalis ad canonicalem redactus, sic ad tempus domni Gerardi episcopi usque remansit. Quod vero cernens episcopus, praecepto Heinrici imperatoris consilioque Herimani comitis[33], ac voluntate sui fratris Godefridi, fratris vide- 1016. licet episcopi, qui ex parte Herimanni comitis ipsum locum in fisco tenebat, emelioravit, et facto abbate Fulcoino, in pristinum ordinis statum reformavit. Hic autem vir bonae memoriae abbas cum summo studio et labore nominis sui officium librans, et usum regulae interius docuit, et locum omnem pro modo temporis, utpote adhuc videlicet novitium, pulchris aedificiis et usui monachorum necessariis exterius insignivit.

36. *De Melbodiense monasterio.* Dicendum est quoque in Melbodio[34] monasterium puellarum, quod beata Christi virgo Aldegundis ad opus suae conversationis ex propriis prediis struxit; quod etiam V. Autb. beatus Autbertus, multis viris secum adhibitis, dedicavit. Haec nimirum virgo laudabilis, soror sanctae praelibatae Waldetrudis, a beato Autberto doctrinata velamen piae religionis accepit, ibique cum plurima turma sororum purae vitae innocentiam ducens, deposita corporis gleba, celesti sponso cum ardenti lampade obviam perrexit.

37. *De Laubiensi coenobio.* Transeundum est ad Laubiense cenobium[35], quod sacris initiis sancti Landelini ad tanti honoris, qui nunc est, paulatim pervenerat titulum. Hunc nimirum Landelinum in primeva quidem aetate a beato Autberto pontifice litteris et moribus sacris imbutum, V. Autb. postea vero fallente diabolo pii magistri profugium, spreto clericatu manui praedatoriae in libro vitae ipsius legimus sociatum. Hunc, inquam, postquam magister benignissimus diuturna lamentatione et iugi prece ab errore revocatum quasi pater filium suscepisset, ac saucium dulci correctione ac benivola consolatione recreasset, in praelibato loco tunc temporis solitario secedere monuit, ut disciplinatius videlicet errata corrigeret et emendatius viveret. Peracto itaque habitationis aedificio et in veneratione apostolorum Petri et Pauli consecrato[36], — paucis siquidem viris nitidae vitae 36 secum receptis, — monitiones et mandata magistri aequa lance moris et operis adimplevit, et de die in diem proficiens, ad vitae sanctissimae culmen transcendit. Ubi vero locus viri sancti pia conversatione florere coepisset, et ex munificentiis regum sive potentum quorumlibet quanto rebus exterius, tanto etiam numero monachorum interius habundaret: mox inde remotus, siquidem ut Deo strictius manciparetur, secretiorem locum, quem paulo post dicemus, expetere esti-

30) Wallers-St. Hilaire, sive Wallers en Faigne. Secundum Fulcuinum autem cap. 4. non Landelinus hoc monasterium condidit, sed Ursmarus. 31) Fussiaux, prope Avesnes. LE GLAY. 32) Hautmont prope Maubeuge. 33) Eihamensis sive Virdunensis; cf. III, 6. 34) Maubeuge. 35) Lobbes. 36) secundum Folcuinum in gestis abb. Lob. 4. Ursmarus demum hoc fecit, anno 697.

689. mavit. Secessurus autem, eo loci praefecit beatum virum Dei Ursmarum, piis moribus praeditum, in functoria tantum
V. Ursmari. praedicatione[37] sacratum episcopum. Hic etiam vir de villa Fleon[38], quae infra silvam Terasciam[39] sita est, oriundus, formam innocentis vitae fratribus exhibuit, diesque suos in bonis operibus egit. Hoc igitur doctore, et dein beato Ermino succedente, de quorum monasterio subsequenter narrabimus, effloruit locus, et ad Dei gloriam, ut usque in presens apparet, mos plene adolevit aecclesiasticus.

38. *De monasterio sanctorum Ursmari et Ermini.* Horum itaque beatorum Dei confessorum dormitionis habitaculum subiungamus. Erat namque aecclesia parochialis subiacens prelibato cenobio, quae iuxta, scilicet in vertice montis, sita est; ubi ipsi monachi, sed et omnes collimitanei circum et circa degentes, tumulandi ferebantur. Ad hanc etiam beatissimi viri Ursmarus atque Erminus, cum defuncti sunt, portantur humandi; quorum meritis declarandis divina pietas multa miracula dignata est operari. Sed quia
c. 37. supra de sancto Ursmaro parum tetigimus, non incongruum, si de sancto quoque Ermino
V. Ermini. aliquid explicemus. Hic nimirum vir vitae laudabilis, et non parum praediatus, de pago Laudunensi oriundus extitit, et de die in diem in bonis operibus proficiens, omnium virtutum cluebat commertiis. Quem quia odor bonae
40 opinionis illius longe lateque increbuit, beatus Ursmarus, supradictum monasterium[40] regens, sepius accersivit, diemque
711. suae vocationis imminere intelligens, ipsum rectorem monasterii[a] officiique sui post se supparem et ministrum pontificemque delegit. In functione igitur vicaria subrogatus, totum se in divinis cultibus propensius mancipavit, suique magistri forma instructus, de creditis sibi ovibus curam sollicite gessit. Illud etiam predium suum Ercli in
713. usibus fratrum expendit. Postquam vero ambo ad remuneracionem vocati, primo qui-
737. dem beatus Ursmarus, dein vir Dei Erminus, in iam dicta parrochiali aecclesia tumulati fuissent, tot et tantis munificentiis locus ille donatur, ut modernis temporibus monasterio facto, canonici mitterentur.

41 39. *De Monte Castriloco.* In villa Castriloco[41] duo quoque monasteria habentur,
V. Autb. unum quidem puellarum, quod sancta Waldetrudis, coniunx sancti prelibati Vincentii atque soror beatae Aldegundis, edificavit. Cum enim vir suus beatus Vincentius, relicto mundi naufragio, monasterii portum expetierit, ipsa quoque divina clementia inspirante, calcare seculum estimavit, sanctoque debriata spiritu, a beato Autberto confortata, habitum sancti velaminis sumpsit. Deinde vero ex suis dotalibus beneficiis et propriis prediis ipsum monasterium in honore sanctae Mariae, ex sententia et auctoritate sancti Autberti patroni sui, condidit. Ubi etiam adscitis non paucis familiaribus feminis puritatem vitae laudabilis ducens, celesti sponso obviam itura, lampadem lucernae sibi inextinguibilis preparavit. Alterum vero monasterium est canonicorum sancti Germani.

40. *De cella sancti Gislani.* Nec procul hinc, in loco videlicet quem dicunt Cellam
ibid. monasterium est monachorum, sancti Gislani. Iste nimirum, angelica visione monitus, ab Athenis di-
c. 640. gressus, cursum suae peregrinationis in ipsa parte direxit, illudque monasterium auctoritate sancti quoque Autberti, sed et sancta Waldetrude, cui tunc temporis familiari dilectione inhaeserat, opitulante, fundavit. Qui quantus vel qualis vixerit, liber qui de vita ipsius componitur, largiter edixerit.

41. *De Crispinio vico.* In vico Crispinio[42] monasterium canonichorum, ubi sanctus
c. 37. vir Dei Landelinus, ut iam paulo superius diximus, pro frequentia fratrum relicto Laubiensi coenobio, commendato viro Dei Ursmaro regimine suisque rite ordinatis rebus, secessit, viteque nitidioris perfectione exacta migrans ad Christum, in pace sepultus
I. 68. multis virtutibus coruscavit. Haec autem abbatiola, ut in primo libro in preceptis regalibus videri potest, sanctae Dei matris aecclesiae Cameracensium subiacere debere traditur; sed infestationibus gentium subripientibus, aut in mutatione regni modo divulsa, militaribus viris beneficio infiscatur.

43 42. *De villa Condato.* Apud villam quoque Condatum[43] olim regalis et dives in honore sanctae Mariae abbatia fuerat puellarum; nunc autem est monasterium, prae inopia, paucorum canonicorum. Ubi sane sanctus vir Dei Wasnulfus, genere Scotus, cursu
c. 700. peregrinationis consummato, sepultus cum patribus in pace obdormivit, huiusque meritis omnem locum illustravit miraculis.

43. *De villa Lutosa.* Est monasterium quoque canonicorum in honore apostolorum Petri et Pauli, in vico qui dicitur Lutosa[44], quod construxit beatus Amandus; et est dives abbatia, ubi vir Dei venerabilis Baidilo requiescit, qui corpus sanctae Mariae Magdalenae de Hierusalem in Burgundiam in loco Vercelliaco attulisse fertur.

45 44. *De vico Rotnasce.* In vico Rotnasce[45] est monasterium canonicorum, a sancto

a) monasterium 1.

37) i. e. ad Dei verbum praedicandum gentibus, non autem peculiari alicui loco adscriptum. COLV. 38) Floyon. 39) forêt de Thièrache, in finibus Picardiae. 40) Laubiense. 41) Mons. 42) Crépin. 43) Condé, ad Scaldim. 44) Leuze, inter Ath et Tournai. LE GLAY. 45) Renaix, inter Oudenarde et Grammont.

quoque Amando in honore eorundem apostolorum constructum, ubi martir Dei preciosus Ermes quiescit. Hoc autem demiramur, quod hunc locum tam antiquum et tam opulentum Ludowicus Pius Endensi coenobio[46] subiacendum donavit. 46

45. *De villa Iham.* Est etiam locus super Scaldum fluvium, quem dicunt Iham, ubi modernis temporibus honorabilis vir comes Godefridus[47] et uxor sua Mathildis, matrona videlicet memorabilis — erat enim suum predium, suis usibus oportunum — castro quidem munito, navigium, mercatum, teloneum, ceteraque negotia statuerunt; infra castrum vero monasterium in honore sanctae Mariae, deputatis canonicis, fundaverunt. Extra autem Herimannus filius duo monasteria struxit, unum sancto Laurentio, alterum vero sancto Salvatori. Nunc igitur locus, utpote noviter instructus, ex omni sufficientia floret, et tamen esset uberior, nisi crebro hostili incursione quateretur, quod maxime ab inimicis Dei patitur pro stabilitate regni et fidelitate imperatoris.

46. *De villa Sumgeias.* Repetamus etiam locum, quem relictis quidem in Altomonte fratribus, expetiisse beatum Vincentium prediximus Hic profecto ab incolis Sungeias[48] nuncupatur. Ubi ipse vir Domini a frequentia populare remotus, fratribus sociatis, monasterium struxit, ibique exactis huius vitae cursibus feliciter, sepultus cum filio suo Landrico Meldensi episcopo in pace quiescit. V Anth

47. *Monasterium in loco Maslinas.* Apud Maslinas[49] quoque monasterium est canonicorum, ubi quiescit preciosus Dei martir Rumoldus, genere Scotus, qui vitam eremiticam ducens, inibi martirizatus est. Hoc autem monasterium ab antiquitate constructum, regalibus emolumentis maxime augmentatur. 49

48. *Monasterium sancti Guntmari.* Nec procul hinc est monasterium[50] canonicorum, quod ex propriis praediis vir Dei Guntmarus illustris laicus struxit, ibique sepultus diem resurrectionis spectat[a]. c. 775.

LIBER III.

DE REBUS GESTIS GERARDI EPISCOPI[b].

1. Domnus imperator Heinricus, ut superius diximus, suorum principum unanimi consilio usus, Gerardo suo capellano, adhuc diacono, non infimis parentibus Lothariensium atque Karlensium edito[51], apud Arvitam[51*] villam Saxoniae Kalendis Februarii donum largitus est episcopii[52]. 1012. Hunc in puericia Albero Remensium archiepiscopus, pro consanguinitate, sed et pro praediis quae ex parte matris in ipsa terra habebat hereditario iure tenendis, secum permissione parentum abduxit, et sub regula canonica degentem familiariter educavit. Sub cuius liberali eruditione et normam aecclesiasticae religionis et mundanae disciplinam satis viderat honestatis. Episcopali vero munere infulatum[53] ipso quidem die et crastino, purificationis scilicet gloriosae Dei genitricis Mariae, Febr. 2. secum imperator detinuit; tertio vero die licentiam discedendi accommodans, abbatibus

a) *Hic desinit* 1. *in media pagina penultima quaternionis integri, nullo ex eius foliis deficiente, folio ultimo recto. Alia manus coaeva statim subiunxit:* Ex decretis beati Gregorii pape, quod monachi ubique sacerdotali officio ministrent *etc. quae codicis paginam ultimam et dimidiam penultimae a scriba vacuas relictas adimplent. Eadem hoc loco in* 4. *leguntur, sed recentior manus deletis ascripsit:* Haec sunt omittenda ut extranea. Erant enim alio charactere adscripta in ms. exemplari S. Gisleni. — *Tertii libri in* 1. *iam ne vestigium quidem apparet; at Colvenerius adhuc vidit edidilque; cuius in edendo atque annotando fidem egregiam atque vere accuratam fuisse quam primo atque secundo libro docti simus,* [illegible] *sequimur testem fidedignum in annotandis codicis* 1. *lectionibus per librum tertium, qui hodie superest tantum in* 2*. 3. [illegible]*ed fuit etiam in* 1. 2. 5. b) *ita Colv. ex* 1. *ut videtur; cf. I,* 122. *Titulo omnino caret* 4. *In* 3. *ita legitur:* Domnus Gerardus in episcopum Cameracensem creatur. Iste est qui ecclesiam Cameracensem perfecit et dedicavit. Liber tercius. *Capitum inscriptiones Colvenerius per totum librum de suo adiecit quas nos eiecimus; in codicibus enim non extant.*

46) Inda seu Cornelismünster prope Aquisgranum. 47) filius Godefridi Ardennensis. Cf. Auctarium Affligemense Sigeberti a. 1005. 1033. 48) Soignies, inter Mons et Brüssel. 49) Mecheln. 50) Lierre, ad Netham, prope Mecheln. LE GLAY. Cf. Acta SS. Oct. V, 678. 51) patre Arnulfo Florinensis coenobii fundatore, matre Ermentrude. COLV. 51*) hodie Erwitte in Westfalia, ubi igitur imperator a. 1012, minime vero a. 1013, moratus est. PERTZ. 52) Colvenerius, et multi post eum, Gerardi successionem anno demum 1013. adscribunt, quum Kal. Febr. ab imperatore episcopio donatus dicatur, Erluinus autem 3. Non. Febr. demum obierit. Sed quae in sequenti capite narrantur, a. 1012. facta esse inter omnes constat; atque Heinricus qui teste nostro I, 122. iam ante Erluini obitum per legationem Azelini episcopum morti vicinum esse didicerat, facile iam tum Gerardo potuit concedere, quod Azelinus quoque vivente adhuc episcopo sibi petere non incongruum censuerat. Diplomata Gerardi edita auxilii nihil afferunt; in charta a. 1046. a Miraeo opp. dipl. I, 55. prolata legendum esse patet *Henrici regis anno VIII. presulatus domni Gerardi XXXV.* 53) i. e. donatum; ordinatus enim fuit Remis, cf. cap. sq. LE GLAY.

54 videlicet Richardo[54], et Berthaldo Endensi, sed et Herimanno comiti[55], per legationem precepit, ut Gerardum comitantes ad urbem commissam usque deducerent. Hiis ergo comitantibus, cum iter faciens Valentianense castrum pene subiret, Balduinus comes[56], audito rei exitu, etiam comitaturus occurrere festinavit; tantaque copia fultus in urbem pervenit, a populo videlicet et clero cum leta et officiosissima celebritate susceptus. I, 120. Missi vero regii predictam Walteri sevitiam audientes, mordaciter illum et cum indignatione reprehendunt; immo et quo spiritu cum aliis malis etiam domum episcopalem occupare presumpserit, rogant. Qui mox falsam defensionem obiciens, fallaciter conposuit, quod ita se facere non causa rapinae, sed tuitionis adversus Balduini comitis impetum, cui male suspectus erat, disposuit. Hoc autem longe a rei veritate seclusum, ac magis dolo quam fide suffultum fore respondent, presertim cum suas opes intactas reliquerit, episcopales vero abnormi effusione consumpserit. Tandemque cum asperitate 57 erroneo consulunt, monentes ut melioratus ab insolentiis desisceret[57], correctisque praeteritis, fidelitatem episcopi in reliquum observaret. Id continuo quam sancte promisit, sed ut posterius multis modis videbitur, fidem sermonibus derogavit.

1012. Mart. 2. Procedente vero aliquo temporis, ipse domnus Gerardus, ordinatis suis rebus vassallisque ac clericis sibi sacramento constrictis, ad imperatorem in villam videlicet Novimagum[58] se contulit, et cum aliis imperatoris fidelibus etiam Balduinum comitem 59 pariter duxit; ubi ei imperator villam[59] Walcras beneficiavit. Hoc autem in loco ipsum domnum Gerardum in sua presentia fecit ordinari presbiterum. Denique ipsi accommodata remeandi licentia, mandat, ut in die sancti paschae sibi famulaturus, Waltero secum pariter adducto, ad aecclesiam Leodecensium adveniret. Sic reversus, multa iterum mala repperit; quippe querulis pauperum clamoribus triste pulsatus, quorum Walterus alios verberabat, alios insuetis exactionibus semper vexabat. Super haec ergo tirannum increpans, animae pericula monstrat. Verum ille inobedienter audiens monitus saluberrimos omnino depravat. Cum autem pascha propinquante ad prefatam aecclesiam episcopus imperatori serviturus secundum monitum ire disponeret, cum suis fidelibus etiam Walterum, ut secum pergeret, parari precepit. Quo renuente, ipse praesul cum suis aliis in urbem Leodecensium, praescripto termino[60], imperatori occurrere festinavit, debitumque obsequium exhibens, super Walteri iniuriam et inobedientiam exclamavit. Post haec vero monuit illum imperator, ut secum ad novum episcopium dedicandum, in civitatem videlicet Bavenberg, una proficisceretur, ibique in sua presentia a 61 missis apostolicis multisque coepiscopis sive abbatibus, qui illuc ad encenia[61] templi convenire deberent, ordinaretur episcopus. Qui etsi honorabilius et disciplinatius coram regia pompa et Lothariensi sollertia sciret se ordinandum: tamen loci amore, quo nutritus fuerat, captus, a nullo quidem nisi a metropolitano Remensium archiepiscopo se ordinatum iri velle respondit; quippe satis provide ac conpetenter causam considerans, ne forte videlicet eo etiam ipse consuetudini sedis metropolitanae contraire videretur, I, 111. quod domnus Erluinus episcopus ob supradictam contentionem, Romae ordinationem susceperat. Quo audito imperator altioris consilii illum advertens, libenter acquievit, dataque reditus licentia, largitus est ei librum consecrationes clericorum et ordinationem episcopi continentem, ut per hunc videlicet consecratus, haud fortasse quidem indisciplinatis moribus Karlensium inregulariter ordinaretur. Unde mox ad sua cum honore et prosperitate concessit. Nec multo post paratis viaticis cum suorum primoribus, excepto Apr. 27. Waltero, aecclesiam Remensium petens, summa cum veneratione pontifex ordinatur[62]. Sic itaque sublimatus, oves sibi commissas revisit quantocius; sed nequaquam ab insolentiis Walteri feriatur. Ceterum aures suae querimoniis pauperum non vacabant, eorum scilicet quos Walterus, ut dictum est, iniuriose torquebat; quos etiam pessime affectos, direptis substantiolis, in vinculis mancipabat. Unde imperator exclamante iterum epi-

54) S. Vitoni Virdunensis. 55) Eihamensi; cf. II, 35. III, 2. 4. 6. 8. 9. 56) Flandriae, Barbatus. 57) i. e. descisceret. 58) Nimwegen. Ibi rex mense Martio a. 1012. commoratus est. 59) insulam potius. 60) Ann. Hildesh. 1012. *rex . . pasca Laodicie celebravit. Inde . . . . Babenberg progressus est; ibi venerabile monasterium . . . 2. Non. Maii consecratum est.* Ann. Leod. 1012. *Heinricus rex pascha celebravit Leodii.* 61) dedicationem, a καινός, novus. 62) Chronicon S. Andreae Castelli Cameracesii, anno 1133. conscriptum, haec habet I, 3: *episcopalem benedictionem 5. Kal. Maii adeptus est.*

scopo. graviter excitatus, sed et recordatione huiusmodi controversiarum, quas in Erlui- 1012.
num quoque dudum exercuerat, efferatus, illustres viros comites, Godefridum scilicet[63]
postea ducem, fratremque Herimannum, huic urbi direxit, et ut ad se tantae immanitatis
virum facerent ire, mandavit; certe satis admirans, quod cum se castellanum advocatum-
que civitatis aiebat, numquam aulam regiam frequentaret. Qui comites herilibus obtem-
perantes iussibus, Walterum conveniunt, ac pristinae reconciliationis ingratum et inso-
lentiae reum haud mollibus indignationis motibus redarguentes, plurimum dequesti sunt:
eum videlicet non solum promissam emendationem irritam fecisse, sed ad augmentum
suae tirannidis iram episcopi amplius provocasse. Sibi enim totius rei prepotestatem
penitus usurpare, episcopo vero solum nomen ac speciem honoris relinquere. Ad distri-
ctum ergo iudicium imperatoris contendat, monuerunt. Ad haec ille perterritus, mox
incredibilis poenitentiae speciem induit, et quem crederes ulterius nequaquam esse lapsu-
rum, obsidibus quidem cum sacramento oblatis, congestis etiam precibus, ad totius[64]
generis satisfactionem tota se humilitate deiecit; adeo sane, ut etiam ipse domnus epi-
scopus miseratione pulsatus, iratos comites precibus mitigaret. Quo petente comites
emolliti, suspectum omne praetergrediuntur[a], susceptisque quinque maioris pretii obsidi-
bus, Walteri precibus accedere estimarunt; eo videlicet pacto, ut ni infra constitutum
placitum episcopo satisfaceret, iudicandus postmodum presentiam imperatoris adiret. Hoc
autem et ipsi obsides coram omni populo deierarunt, quod si pactum ullo modo solve-
ret, mox episcopum secuturi, illum omnino desererent.

3. Hiis ita gestis, nec longo post, Walterus non solum evacuavit promissum, sed 1012.
etiam multo peius sui furoris ampliavit incursum. Nam dum episcopus Gerardus ad
obsidionem Mettensium civitatis aliquamdiu cum imperatore moraretur, Walterus nescio Aug.
quid male suspectans, mox fide mutata, bona episcopi exteriora vastavit, immo et sub-
urbium civitatis igne consumpsit. Quod ubi delatum foret episcopo, cur hoc fecisset
satis superque obstupuit, presertim cum ipsum nichil laederet, verum inviolato fidei
pacto condictum placitum expectaret. Walterus autem soluti federis pretendens poeni-
tentiam, suae praesumptioni oportuna calliditate praevidit. Quo enim gravius advertit se
offendisse episcopum, tanto altioris praesidii quaerit sibi suffugium[b]. Nam Rotbertum
regem et Odonem comitem[65] precatores sibi et adiutores paravit, et ut domnum episco- 65
pum placaturi, „suae temeritati veniam rogarent, obtinuit. Verum hii circa negocium
aliud occupati, Harduinum Noviomensem episcopum cum aliis etiam oratoribus usu vica-
rio ad Gerardum pontificem delegarunt. Qui tempus acceptabile poenitentibus aucupati,
circa initium quadragesimae reducto Waltero precatum venerant, ac precum delinimento[c] 1013.
iram episcopi mitigantes, omnes in preces descenderant. Horum itaque rogationes epi-
scopus, quem putares obstinatissimum et inexorabilem, non vilipendere[d] ratum duxit,
sed domesticarum necessitudinibus aerumnarum altrinsecus deploratis, eorum precibus
assensum porrexit, huiusmodi tamen conventionibus suorum amicorum sacramento collatis.

4. Tunc etiam temporis in monasterio sanctae Mariae Atrebatensium iuxta altare 1013.
multorum sanctorum reliquias preciosas contigit inveniri. Ad quarum quidem merita cf. II,13.
propalanda divina clementia diversi generis signa et prodigia operante, non solum ex
vicinis, sed etiam longe positis regionibus per totum fere biennium multitudo maxima
confluebat.

5. Ipso vero in tempore, cum post Nocherum sanctae memoriae episcopum, Baldri- 1008.
cus Leodicensis aecclesiae adeptus est dignitatem, Lantbertum comitem[66] assumere in
amicitiam estimavit, utpote consanguineum et ideo adiutorem patriae futurum. Huius
autem perfidiam Gerardus episcopus plerumque compertam intimavit, et ne illum sibi
adscisceret, exortatur; hominem esse enim subdolum, fide vacuum; timendas eius calli-
ditates. Quod profecto postea ita probavit eventus. Episcopus enim cum in villa
Huvardas[67] castellum muniret, ad firmitatem videlicet pacis, ad maleficos territandos: 67
ipse Lantbertus, furoris sui obstaculum videns, mox fide mutata, congregata valida manu,

a) *ita* 4. 5. precorgrediuntur 1. 2. 3. b) suffragium 4. c) delimento 3. delimente 2*. d) *ita coniecit Colv.*; vili pondere *codd.*

63) filium Godefridi Vetuli, comitem Virdunensem, postea ducem Lotharingiae inferioris. 64) i. e. cuiusvis, *jeder Art.* 65) Campaniae. 66) Lovaniensem, de quo cf. I, 96. 67) Hougard prope Tirlemont. Cf. vitam Balderici Mon. SS. IV, 727.

1013. Rotberdo[a] Namurcensi comite sibi adhibito, non erubuit praesulem invadere; omnibusque
Oct. 10. fugatis, Herimannum tantummodo comitem[68], cui erat pudori fugere, ibi in aecclesia
sancti Gorgonii, ubi quidem spe resistendi sublata, quia fugerant cuncti, secesserat, captum
Rotberdi comitis custodiae commendavit. Quod quamvis amicis eius, multum dolentibus
ne diu teneretur, suspectum foret: divina tamen clementia, quae vota omnium superva-
69 dit, in melius prosperavit. Rotbodi namque comitis mater[69], sano usa consilio, Heri-
mannum comitem suis amicis se redditum ire promisit, si pro tanta commutatione sibi
gratiam amicorum ipsius Herimanni et imperatoris, quem offenderat, resarcirent. Quod
cum rescirent episcopi Gerardus atque Baldricus, imperatorem in loco qui Confluentia
dicitur sinodum celebrantem[70] et de episcopo Mettensium, qui inimicis suis inhaeserat,
tractantem aggressi sunt, et ut comitissa poscebat, ei imperatoris gratiam inpetrarunt.
Sicque comes Herimannus nesciente Lantberto a captione solutus est.

6. Est autem monasterium in pago Hainou, in villa[b] quae dicitur Altusmons, quod,
71 ut posterius[71] lectori occurrit, sanctus Vincentius, beati Autberti predicatione de laico
monachus factus, ex rebus sui iuris sub monachorum religione construxit, ac sub regia
manu per multos annos non mediocriter floruit. Supervenientibus autem causis diver-
sarum tempestatum, quas legimus, comitibus in beneficium traditum est, et ad tantum
casum paulatim devolvitur, ut monachis quidem egestate coactis, paucorum clericorum
custodiae mandaretur. Procedente vero tempore contigit Arnulfo, patri domni episcopi,
a comite Herimanno in beneficio conpensari. Hic profecto audito de antiquitate et summa
veneratione loci, sicuti vir sanus, ad pristinum gradum voluit reformare; sed subripien-
tibus causis bellorum non potuit. Post cuius excessum, cum Arnulfi[c] filio[72] here-
ditarie cessit, huius nimirum meliorare volentis desiderium divina clementia secundavit.
1012. Ipso enim tempore frater suus ad pontificium sublimatur; cuius tam consilio quam auxi-
1016. lio pulsis quidem canonicis, domno abbate Ricardo[73], monachorum religio revocatur.
Qui Ricardus postea Fulcuinum abbatem sibi substituere estimavit. Hunc ergo domnus
episcopus Gerardus unaque abbas Ricardus imperatori presentarunt abbatia donandum.
Nullum enim abbatias praeter imperatorem aut episcopum largiri, cuiquam fas est, quam-
vis advocatiae earum laicis commendantur. Subrogatus itaque Fulcuinus, multo labore
monasterium, quod desertum invenerat, domno episcopo adiuvante, tam claustro et cete-
ris aedificiis quam regulari fratrum servitute munivit. Quod ita innovatum, Kalendis
Maii in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ut ante fuerat, domnus episcopus
consecravit. Abbas autem clericorum incursus, qui eiecti fuerant, ferre non poterat,
nisi domnus episcopus virtute compesceret.

1013 vel 7. Eodem vero tempore defuncti ducis[74] Ottonis, filii Karoli, Godefridus antea dictus[75],
1014. intercessione Gerardi episcopi et obtentu maiorum fidelium imperatoris, adeptus est
dignitatem. Inter quem et Lantbertum comitem iamdudum vetus fervebat discordia;
quos Gerardus episcopus, licet Lantberti profluviam fidem et instabilem animum noverat,
tamen ne qua calliditate Godefrido in tam novo honore officeret, interposita pace ami-
cavit. Hic itaque ad tantum culmen promotus, cum honore et maxima virtute fidelitatem
imperatoris agebat; sane adeo, ut nemo melius pacem patriae dilataret, bella sedaret.
Illo siquidem rectore consilii, imperator superborum cervices subigebat hostesque vincebat.

76 8. Iuxta castrum Montem fonticulus est[76], per multos annos ab incolis sanctae
Waldetrudis veneratione servatus, ubi infirmi perfusi sospitatem meritis sanctae Virginis[d]
recuperare feruntur. Ubi cum eo tempore quaedam femina pergeret pro infirmitate
lavatum, repperit quasi recenti cruore respersum, et dum lavaretur, visa est facie san-

a) *ita hic et secundo loco* 1. Rotberto 3. 4. Roberto 5. Rotbodo 2. Rotboldo 2*. *In tertio loco autem* Rotbodi 1. 2. 3. 4 Rotboldi 5. b) valle 2*. c) *ita correxit Colv.* Arnulfo *codd.* d) matronae 3. *cf. II,* 26.

68) Virdunensem seu Eihamensem, fratrem Godefridi ducis; cf. c. 1. 69) Ermengarda, filia Caroli ducis. 70) Ann. Quedl. 1012: *Heinricus rex ad festa s. Martini Confluentiae veniens, magnam synodum habuit, Thiedoricum Metensem . . . causa damnandi.* 71) i. q. *retro;* scilicet prouti enim lector in legendo procedit, praecedentia post se relinquit. 72) Godefrido Florinensi. cf. II, 35. 73) S. Vitoni Virdunensis. 74) Lotharingiae inferioris. Sigebertus Ottonis mortem a. 1005. ponit, falso, uti ex nostro apparet. 75) c. 2. Virdunensis, filius Godefridi Vetuli, frater Herimanni comitis Eihamensis seu Virdunensis. 76) Hic fons S. Waldetrudis etiamnum exstat in magna silva Montensi a dextris viae, qua Bruxellam itur, uno prope milliario ab urbe Montensi, iuxta antiqua murorum rudera, quae muri paganorum appellantur, in pago cui nomen castrum. Neque hodie sine veneratione est. COLV.

guinolenta. Quo prodigio domnus episcopus bella inminere predixit; quod ita ipsa res postea indicavit.

9. Denique vero tempore procedente, Lantbertus iam dictus cum Rainero nepote 1015. suo, Raineri filio, inimicitiam adversum ducem Godefridum et Herimannum fratrem soluto foedere iterum excitavit, alternisque pulsibus contentio invicem eo usque processit, dum in campum Florinensem convenientes, asperam pugnam committerent; Dei Sept. 12. tamen iusto iudicio Lantbertus cum multa quoque suorum strage caesus occumberet. Postea idem Rainerus et Heinricus Lantberti filius, paternos quidem mores omnino imitati, super fideles imperatoris plerosque impetus faciebant, ac humanis[a] operibus morumque insolentiis imperatorem male offenderant. Videns autem Gerardus episcopus domnum imperatorem circa alia negotia occupatum, in quantum potuit salutem patriae sapienter previdit; sibique coepiscopis Albaldo[77] videlicet et Haimone[78] adhibitis, gratiam imperatoris 77 ipsis malefactoribus pace interveniente optinuit.

10. Hiis ita gestis, Rainerus ad integrandam amicitiam filiam Herimanni comitis sibi quaesivit matrimonio copulari. Sed hoc, pro consanguinitate quae dicebatur, esse illicitum Gerardo episcopo estimanti omnino displicuit. Et tamen postea consilio coepiscoporum usus, invitus siluit, quippe proponentium beati Gregorii monitus suo discipulo Augustino collatos. Cui, cum Anglos predicatione dominici verbi erudiens ad fidem christianae religionis excoleret, si virum ac mulierem seu quartae seu quintae propaginis iunctos inveniret, iunctos etiam si nollent[79] pateretur, ammonuit, gratia videlicet propagandae 79 novae christianitatis. Prolem enim esse futuram, quae melius legem servarent. Hoc ergo potius consentire deberi, ne forte aliquid esset dispendium antiquae christianitatis. Si enim tanti viri gener fieret, spem fore pacis; sin autem, naufragium patriae.

11. Item etiam comes quidam Gerardus[80], secundum secularem pompam male fastuosus, plerisque assultibus imperatorem irritabat; illique quasi capiti et domino omnium malorum, cuncti rebelles et infideles imperatoris subiecti, cuncta mala perpetrabant. Qui parata valida manu, circa viciniam ducis Godefridi, illum quidem incautum estimans, quadam die cum incendiis et depraedationibus desevire accessit. At subito dux nuntiis excitatus, collectis quos presentes habebat, in fidelitate imperatoris sed et in Dei clementia fisus, adversum hostem ierat; bellumque iniens, Gerardo fugato et unico filio[81] 1017. Aug. 27. vulnerato capto, postmodum vero defuncto, victoriam adeptus est. Quae causa reliquis infidelibus magnum incussit timorem, ac patriae intulit pacis et quietis tranquillitatem.

12. Dehinc vero in campo Florinensi factum est bellum, ubi Lantbertus comes 1015. Sept. 12. caesus, finem fecit suae tirannidis, una etiam non paucis altrinsecus interfectis. De quo quia quiddam mirum ac memorabile domnus episcopus referre solebat, notare congruum estimavi. Ipsa namque nocte, cum ad Florinas tenderet bellaturus, incestus siquidem apud Nivellam cum quadam moniale dormivit, quae ei in fibula suae camisiae reliquias preciosas innexuit, ut per earum merita videlicet in ipso prelio periculum evasisset. Ubi vero cum ventum est, super ceteras vestes etiam loricam induitur, et, ut moris est bellantium, capiti inpositam[82] loricae strictim commisit, subtus quidem reliquiis in fibula camisiae 82 ex industria reservatis. Quo munimine fretus, inpenetrabilis ferro bellum agebat, donec ex Dei voluntate sanctae reliquiae per medias vestes et per loricam subito erumpentes, procul acervo lapidum insiderent, in albo quidem panniculo involutae. Statim comes viribus destitutus, occubuit caesus. Quomodo vero reliquiae exiluissent, unus ex persequentibus comitem intuitus, dum ceteri interficiunt hostem, inventas in sua ocrea festinanter abscondit. Post bellum vero rediens domum, in ipsa coxa coepit graviter infirmari, morboque crescente coactus, qualiter illud sanctum pignus invenerit, confessus est. Quod cum fama comitis Herimanni, cuius miles erat, auribus detulisset, cum omni desiderio reliquias quaesitas habuit; et tamen postea imperatori has roganti concessit. Domnus autem episcopus illud incestum superius dictum credere non potuit, donec ipse cum Baldrico episcopo in eodem monasterio causam diligentius ventilavit. Ubi quidem monialis rubore suffusa, tandem culpam est confessa.

a) *ita codd.* inhumanis *coniicit Colv.*

77) seu Adelboldo Traiectensi. 78) Virdunensi. 79) scil. disiungi COLV. 80) primus, comes Alsatiae, filius Everhardi comitis ex Eva, sorore Cunigundis imperatricis. 81) Sigifrido; cf. de hac pugna Thietmar. VII, 45. 82) *galeam* excidisse videtur. COLV.

1017. 13. Post bellum vero Gerardi quod iam diximus, illas seditiones, quas sororii im-
83 peratoris[83] contra statum regni saepius incitabant, domnus episcopus duxque Godefridus
una cum aliis fidelibus imperatoris multo labore sopierant; ducique Baioariorum Heri-
Dec. manno[84], qui privatus fuerat, ducatum postea impetrarunt.

1018. Iul. 29. 14. Eodem tempore mortuo Baldrico Leodicensium episcopo, Vulpodo subrogatur,
ac iubente imperatore a Gerardo episcopo ad eandem aecclesiam ductus, dono episcopii
intronizatur. Iste siquidem omni religione praeditus, normam iustitiae suis exibuit,
morumque ac vitae innocentis exempla reliquit.

1007—1020. 15. Sub hiisdem diebus Engebrandus monachus abbatiae Laubiensis aecclesiae prae-
erat; sed sub specie regularis habitus seculariter vivens, nomen officii inpugnabat.
Nichil enim religionis interius doctrinabat, et exterius bona aecclesiae turpiter dissipabat.
Unde quidnam agerent ambo episcopi, Gerardus videlicet et Vulpodo, invicem consulen-
tes, iste quia in sua parrochia est aecclesia, ille quia in suo abbatia est territorio, eum
1020. eicere moliuntur, et tandem effectum adepti, sed non sine magno labore, pepulerunt.
Qui postea depositum se absque legali iudicio attestans, tamdiu adversus episcopos cla-
mores excitavit, dum indicto placito idem episcopi iterum cum multis abbatibus conve-
nirent, illumque coram omni populo confessum et devictum canonice ab officio iure
privassent. In cuius vice Richardum summae religionis virum[85], divina gratia praeordi-
Sept. 22. nante substituunt, qui et spiritualibus doctrinis monachos aedificaverat, et res exterius,
ut videri nunc potest, multiplicare studuerat.

16. Ea etiam tempestate Richardus abbas, ut et liberius Deo servire potuisset, et pro caelesti potius quam pro humana affectatione se onus sumpsisse cunctis notificaret, a regimonio Atrebatensis aecclesiae se relaxare disposuit, consilioque Gerardi episcopi in sua vice Leduinum, ex laico piae religionis monachum factum, substituit.

1021. 17. Defuncto autem Heriberto venerabili Coloniensis aecclesiae episcopo, Peregrinus
Iun. 30. subrogatur, in ipsaque aecclesia in natali apostolorum Petri et Pauli, coram imperatore,
adstantibus quidem multis episcopis pariterque etiam domno Gerardo episcopo, ordinatur.
Post quam ordinationem imperator Noviomagum petiit, ibique suis, quos Greci in parti-
bus Apuliae, circa urbes videlicet Salernam, Beneventum, Capuam debachantes preme-
Aug. bant, se subvectum iri disposuit. Paratis ergo viaticis iter arripiens, domnum Gerar-
dum episcopum usque ad monasterium Sanctas[86] secum adduxit, ipsumque magnis et
optimis muneribus, in auro videlicet, in palliis, in precioso etiam vase argenteo, honori-
fice donans, cum amore et benivolentia ad sua remeare permisit. Exin vero emenso
1022. Mai. itinere super Grecos inruens, Troiam civitatem obsidione vallavit[a]; illucque domni
Gerardi episcopi mentionem faciens, ei munera iterum misit, sane mandans totius beni-
volentiae commercia.

18. Episcopi vero patre defuncto, ipse domnus episcopus apud Florinas, pro reve-
rentia siquidem loci quo natus fuerat, immo et pro salute animae patris, et illud mona-
sterium sancti Gingulfi, quod pater inperfectum reliquerat, ad finem perduxit, et alterum
sancti Iohannis ex rebus suis et fratrum suorum non tam pulchra aedificiorum quam
87 forti operositate fundavit. Sed hoc quidem[87] clericorum, illud vero monachorum, utrum-
que annuente Baldrico Leodicensium episcopo, in cuius parrochia sunt, consecravit.
Denique illa abbatia[88] domni abbatis Richardi regimonio commendata, sed et magni

a) *Sequentibus omnibus omissis 5. abhinc statim ad c. 49. transit ita:* Omissis quidem ergo multis infestationibus ab ipso Waltero domino Gerardo illatis, ipse domnus Gerardus, postquam primum urbem commissam *etc.*

83) Gerardus eiusque fratres, filii sororis imperatricis. Haec habet Thietmar. VIII, 9. sub a. 1018: *Godefridus dux et Gerhardus comes imperatoria potestate pacificati sunt.* 84) errat noster; Heinricus fuit, frater imperatricis; cf. Thietm. VII, 39. 48. 85) S. Vitoni Virdunensis et S. Vedasti Atrebatensis iam abbatem. 86) Sains-les-Marquion, cf. II, 12. 87) scil. Sancti Gengulfi; apud Sanctum Iohannem enim ab initio regulam S. Benedicti viguisse satis constat. In codice Sigeberti originario Gemblacensi manus una saeculi XII medii haec notavit ad a. 1010: *In cenobio Florinensi pro clericis, qui ad hoc usque tempus deserviebant ibi, monachi sunt constituti;* ad a. 1015: *Baldricus episcopus Florinensem abbatiam adquisivit ei cui preerat Leodicensi episcopatui;* et ad a. 1088: *Monasterium sancti Iohannis in Florinis concrematur anno 62° suae consecrationis,* unde sequeretur, illud consecratum esse a. 1026. Sed hoc falsum est, quum et ex nostro, et ex vita Balderici ep. Leod. (Mon. SS. IV, 726.) sciamus, illam consecrationem factam tempore Balderici episcopi, qui obiit d. 29. Iul. 1018. 88) sancti Iohannis. Richardus est celeber ille abbas S. Vitoni, S. Vedasti et S. Petri Laubiensis.

imperatoris Heinrici auctoritate firmata, coepit florere, ac postea magis magisque, Deo gratias, tam affluentia rerum quam sanctitate monachorum effloruit.

19. Erat etiam locus quidam silvis ac paludibus inhabitabilis[a], qui ab incolis Mereweda[89] nomen accepit, ubi videlicet Mosa et Wal fluvius de Rheno effluens pariter cor- 89 rivantur. Nullusque ibi praeter venatores ac piscatores habitare antea consueverat, eratque episcoporum Trevirensis videlicet ac Coloniensis, sed et aliquot abbatum, in piscatione et venatione communis possessio. Huc nimirum Theodericus, Arnulfi Gandensis filius, — qui participium monarchiae Frisonum tenebat —, quia Frisones pro morte patris quem interfecerant, suspectos habebat, secesserat; factoque quodam municipio, alienus invasor ipsam terram praesumpserat possidere, sed et negotiatores inibi navigantes, gravissimo censu constringere. Unde imperator Henricus clamore excitatus ac 1018. maxime Albaldi episcopi[90], cui maior portio de ipsa communi possessione cedebat, monitione conpulsus, duci Godefrido, sed et episcopis Coloniensium, Treiectensium, Leodicensium, ut exercitum adunarent, edixit. Qui cum iuxta decretum regium iter facerent, inter agendum accidit prodigium, quod mihi non videtur esse silendum. Baldricus enim episcopus in vico Treiectensi in monasterio sanctae Mariae condidit criptam, desuper iam altari erecto. Unde cum ipso die post orationem egressus, cum in navim intrare deberet etiam cum ipso exercitu profecturus, mirabile dictu, fuso altari totum illud opus diruitur. Hinc ergo malum omen multi opinabantur, sive publicum sive privatum episcopi, ut paulo post probavit eventus. Ipse enim cum aliis etiam arrepto itinere, mox infirmitate preventus, in villa quae Herewardus[91] dicitur[b] remansit. Ceteri vero cum 91 innumerabili multitudine permeantes, Teodericum cum paucis Frisonibus quos secum habebat, adorti sunt[92], procul dubio se victuros esse putantes. Quis enim tantum ac Iul. 29. tantae virtutis exercitum prevalere ambiget[c], presertim cum usu bellico et disciplina militari prestarent, et imperatori studio placendi inniterentur? Cum ergo comminus conflixissent, derepente incertum quis diabolico instinctu vexatus in hac voce bis horrendum erupit: *Fugite, fugite.* Quo Lotharienses exterriti, nescimus quo Dei occulto iudicio, omnes fugam inierunt. Ex quibus quam multa ac quam miserabilis caedes facta est, non est presentis negotii explicare. Nec tam tamen ab hostibus ferro quam timore vexati, inter naves dum fugerent in numero[93] periclitabantur, manifesto quidem quod scriptum est: 93 *quia unus mille, et duo fugarunt decem milia.* Dux autem Godefridus, quem secunda Deut. 32,30. bellorum accenderant, undique circumfusus, dum fugere pudoris estimat, fugientibus sociis solus in prelium ruit; caesisque quos adversum ierat, a latere circumventus, tamen capitur[d] vulneratus. Timens autem Teodericus tantae magnitudinis virum in captione tenere, suae temeritati consuluit, eumque, ut sibi imperatoris gratiam emercetur, abire concessit. Ipso vero die, et ut multi coniectant, eadem hora qua bellum factum est, Baldricus episcopus in predicta villa[94] hominem exivit, Letgiam tamen ad sepeliendum devectus. Ad quem tumulandum domnus Gerardus episcopus per legationem vocatus, ire non distulit, sed fraterno ductus amore per totam noctem celeriter equitavit. Cum vero circa Montem castrum iter carperet, adhuc quidem prelii quod fuerat factum ignarus, tunc primum de prelio et de captione ducis acceperat. Duplici ergo merore affectus, viam metire festinat, semperque quoscumque habebat obvios, de prelio consulebat. Antequam vero Letgiam pervenisset, adrumatur ei, ducem redisse. Mox ergo repentina rerum conversione non solum episcopus, sed et multi alii, merorem quem de obitu episcopi conceperant, gaudio quod habebant de ducis incolumitate, mutarunt. Ad quem festinus episcopus in castrum videlicet Argentolum[95] permeavit; a quo quidem honorifice 95 susceptus, omnem ordinem belli audivit. Sciendum tamen, quod ante illud prelium[96] fere per quatuor menses cometa visa est, solito tamen mirabilior, in modo videlicet quammaximae trabis.

a) *post* incolis *collocant* 2*. 3. 4. b) *ita Colv.* 2*. fertur 3. Herewarda ut fertur 4. c) ambigeret 2*. *et ex corr.* 4. d) *ita correxit Colv.* capere 1. 2. 2*. 3. tandem capite 4.

89) Merwede, inter Gorkum et Dordrecht. Ad totum caput cf. Alpertus de div. temp. II, 20. Thietmar. VIII, 13. 90) Traiectensis. 91) Herwerden. 92) ad Vlaardingen, prope Schiedam, in dextra Mosae ripa, ubi mare influit. 93) sc. magno. 94) at Thietm. VIII, 13. *obiit in Tiele, eodem die.* 95) Argenton, inter Gemblours et Namur. 96) contradicit Alpertus de div. temp. II, 20: *Antequam hoc prodigium in coelo appareret, circa litus oceani bellum coortum est.*

II, 40. 20. In illis diebus, monasterio sancti Gisleni in villa Cella, unde supra mentionem
fecimus, preerat quidam abbas nomine Simon, qui seculariter vivens, res aecclesiae
1015. distrahebat. Post cuius excessum ad tantam paupertatem deduxit, ut vix quatuor mona-
chi remanerent. Domnus autem episcopus hoc previdens, quaesivit abbatem; sanctum-
que virum Wenricum nomine imperatori obtulit dignitate donandum. Quamvis enim
1015 abbatia pauper sit et exigua, pendet tamen de manu regia. Qui abbas factus, cum ad
vel 1018. commissum monasterium pervenisset, omnia dissipata miratur; et non tantum praesentia
dampna deplorat, verum etiam multas incursiones latronum, qui illuc quamplurimi con-
versantur, postea perpessus est. Quorum unus, nomine Aldo, nominatissimus raptor,
multas inrogabat iniurias, in tanta quidem presumptione sublatus, ut infra claustrum
97 cum rapinis et armis aliquando versaretur. Unde episcopus comitem Rainerum[97] fre-
quenti clamore pulsavit, sane surdum, quia et ipse raptor, raptoribus favere consueve-
rat. Contigit autem, domnum episcopum alio tendentem per illud monasterium transitum
facere. Ubi cum pervenisset, predictum latronem invenit, captumque Albaldo Treiecten-
sium episcopo commendavit. Post unius vero anni curriculum, domnus episcopus mul-
torum precibus delinitus redire permisit, promittentem videlicet et sancte deierantem,
quod rapinis se subtraheret, fidelis aecclesiae cum omni devotione mansurus. Hoc vero
irritum faciens, postea ab insolentiis non cessavit. Sed paulo post per misericordiam
Dei morte correptus, in ipso tamen cimiterio, multo suorum precatu, sed nesciente epi-
scopo, tumulatur. Quod quam nefarium fuerit, divina clementia propalavit. Post bien-
nium enim, cum alii humando ipsius tumulus foderetur, de toto certe corpore nullum
vestigium praeter unum subtolarium[98] reperitur. Per hoc ergo cunctis intelligere datur,
quantae dampnationi in tartaro impii deputantur.

21. Post obitum vero domni abbatis Wenrici duos abbates, alterum post alterum,
comes Rainerus substituit; hoc siquidem modo abbatiam vendicare presumens. Quod
c. 6. quia nefas esset, domnus episcopus sua auctoritate reiecit, cum, ut supra diximus, abba-
tiam quamlibet nullus preter imperatorem aut episcopum debeat commendare. Postea
99 vero imperator quem voluit, Herbrandum videlicet qui nunc est[99], monente domno epi-
scopo, ut dignum est, sublimavit. Hic etiam multa mala perpessus est a comite Rainero.

22. Inter hoc etiam illud memoriae commendandum est, quod in ipsis diebus in
vico quodam Treiectensis dioceseos accidisse domnus episcopus nobis narrare solebat
sibi certe ab episcopo Albaldo[1] relatum. Quia namque Aquaticorum Frisonum circa
ipsam parrochiam moris est, aut vix paucos aut nullos eucharistiam in die sancti
paschae velle gustare: ipsa siquidem die sacerdos in quodam videlicet vico eiusdem dio-
ceseos, populum celesti alimonia refecturus, plebeculam ammonere curavit, ut ad perci-
piendum celestis vitae sacramentum venirent. Quibus de more cunctantibus, unus qui
maior ceteris aderat, instinctu diabolico agitatus, misterium Christi blasphemare non
timuit, dicens malle sibi peccarium[2] plenum cervisiae, quam illud celestis epulum men-
sae. Ut autem maiorem haesitationem intulisset ceteris, addidit, omnes ipso anno mori-
turos, quotquot essent ipso die celestem alimoniam assumpturi. Quo nimirum omnes
exterriti, sicuti rudes, dominicae mensae se subtraxerunt. Ille vero blasphemus ad quan-
dam tabernam de more profectus, cervisiam nimiam inconcavit; sicque debriatus ascenso
equo, dum alio cum suo armigero tenderet, mox divina ultione percussus de caballo
4 corruens, collum siquidem fractus spiritum exalavit; in atrio[3] tamen, quia maior[4] erat
villulae, subterratus. Quod quantum nefas fuerit, divina clementia non multo post mi-
rabiliter indicavit. Sed nec pretereundum, quod armiger in ipsa hora, qua dominus
suus de caballo corruit, divinitus sit excecatus, sed postea penitens, Dei miseratione
lumen recepit. Tunc temporis vero Albaldus episcopus apud imperatorem Henricum in
Saxonia morabatur. Ubi cum audita huiusmodi causa, ipsius blasphemi tumulationem in
atrio accepisset, altius ingemuit, satisque hoc indignum iudicans, ut infidelis sit particeps
fidelium defunctorum, statim detumulari praecepit. Sed quia hoc nemo prae timore
ipsius parentelae facere auderet, ipse episcopus ab imperatore discedens, per eundem
vicum transitum faciens, blasphemum defodi fecit, defossumque per pedem fune ligato

97) Montensem. 98) calceum; inde Gallica vox *soulier*. 99) obiit c. 1045. 1) Adalboldus episcopus fuit a. 1010—1027. 2) *becher*. 3) i. e. coemeterio. COLV. 4) *meier*, *maire*.

longe trahi precepit. Qui cum traheretur, licet quindecim fere diebus sub tumulo iacuisset, per spatium unius miliarii, mirabile dictu, cervisiam ac si recens bibisset, evomuit. Quod quia domnus episcopus saepe narrabat, scribere ratum duxi, ne posteros latuisset, ut infideles quique quaterentur terrore, fideles vero merito letarentur.

23. Item quam mirificum sub illis diebus Alberto Vermandensi comiti, fratri videlicet Ottonis, qui nunc est[5], dignum quidem reconpensante divina clementia, accidisse, domno episcopo narrante cognovimus, nolumus praeterire. Hic nimirum comes omni malitiae deditus, officium linguae in detractione, in periuriis, in scurrilitate, sed et in omni genere pravitatis exercuit. Quod cum diu fecisset, iusto Dei iudicio tandem gravi et intolerabili languore percussus, poenas luit, et ex consideratione suorum scelerum perterritus, — pie siquidem monente monacho Walerano, qui tunc sub Richardo abbate monasterii sanctae Hunegundis[6] prepositus erat, nunc autem, Deo gratias, boni testimonii abbas — falsam poenitentiam induit, postea sub monachali habitu Domino serviturus. c. 1010. Tonso igitur capite, adsumpto habitu, ex illa infirmitate aliquantisper convaluit; moxque instinctu diaboli, cui totus inhaeserat, relapsus ad vomitum, consilio matris aliorumque fautorum, qui hoc eum per insaniam fecisse dicebant, militari clamide iterum sumpta mutavit cucullam. Statim vero iterum inevitabili morbo corripitur, et ut digna meritis suis recompensatio omnibus appareret, lingua eius divino igne succendi reperta est. Cui cum hora exitum maturasset, stulti canonici corpus Domini detulerunt. Quod cum gustasset, mox in hiis verbis ultissimis spiritum exalavit: *Ferrum*, inquit, *quod mihi clerici*[a] *detulerunt, me occidit.* Quem visitaturus cum iamdictus monachus iterum adveniret, latentem ignem in ore volens cognoscere, moribundum os difficillime cultello reclusit, et linguam usque ad palatum, miserabile visu, crematam matri ac fratri et ceteris adstantibus aperte monstravit; certe insinuans manifestum Dei iudicium, et hoc meritis suis digne compensum, qui quoad vixit, linguam omni malicia depravavit. Quod quia certus relator, ipse videlicet monachus, domno episcopo intimavit, ad honorem domini nostri Iesu Christi memoriae commendavi, ut quicumque audierint inprobi terreantur, boni vero merito gratulentur.

24. Ea tempestate cum aliis multis coepiscopis interfuit etiam domnus episcopus consecrationi Beroldi Sessonensium episcopi, in ipsa videlicet aecclesia Sessonensi. Ubi siquidem Azelinus Laudunensium episcopus Harduinum Noviomensium episcopum omni calliditate et fraudulentia criminatus, procul extorrem[b] et indignum fraterna conventione coram coepiscopis qui aderant exclamavit. Ad cuius rei experientiam litteras ex nomine domni apostolici falso signatas in medio publicavit, in quibus Harduinum pro multis criminibus anathematizatum esse contendit. Ad quod roborandum aliquot coepiscoporum fraudulenter illectis, etiam domnum episcopum illicere estimavit. Domnus autem episcopus eius commenta declinans, quamvis Harduini lapsus aliquot non nesciret, longe dissensit, iudicans certe, Harduinum nequaquam iudicio eius debere dampnari, cuius consilio obiecta crimina perpetrasset. A capellanis enim eorum, Harduinum hortante Azelino quaedam turpia fecisse audierat. Quorum vero contentio diu invicem ventilata, eo usque processit, ut instinctu diabolico in arma volare excandescerent. Domnus autem episcopus partim blandimento verborum lactans, partim canonicis ferulis alterutrum pungens, ad tempus difficillime tranquillavit.

25. Defuncto A.[7] Remensium archiepiscopo, Azelinus Laudunensis quendam laicum Ebulonem nomine, antea suum secretarium et suae calliditatis conscium, acclamavit, et ut rex concederet, suis adulationibus inpetravit; virum sane nullius disciplinae, nihil etiam litterarum preter pauca silogismorum argumenta scientem, quibus idiotas ac simplices quosque ludificari solebat. Sub specie vero litterarum ad tanti honoris fastigium multo ante tendebat, spemque suam multa pecunia cumulabat, quam usuris turpiter acervabat. Hoc quoque Azelinus multo ante quaesivit et nunc maxime insudabat, quatinus per eum suas calliditates liberius exerceret. Ad cuius ordinationem et conse-

a) canonici 2. b) extorret *Colv.*

5) obiit 25. Mai. 1045. 6) Humolariae, Homblières prope St. Quentin. „Walerannus abbas obiit a. 1043 exeunte, et successor eius Bernardus sedit eodem anno 1043. quo Otto comes Virmandensis confirmavit Humolariensibus donationem praedii apud Carcellas.“ Gallia Christ. IX, 1077. 7) Arnulfo, qui obiit a. 1023. vel secundum Ann. Mosomag. a. 1021.

crationem vocatus domnus episcopus, altius reclamavit, et hoc indignum, ut postea pro- 1 Tim. 3, 6. bavit eventus, et contra divina eloquia factum iuxta illud apostoli: *Non neophitum*, viva contradictione redarguit.

26. Postea tamen procedente tempore videns quia emendari non poterat, fraterna siquidem coepiscoporum quibus inhaeserat ammonitione ductus, ad quandam sinodum, quam in Monte sanctae Mariae [8] celebraturi essent, convenerat. Ubi nimirum Azelinus timens obiectiones Harduini, quem suspectum habebat, illius commenta pervertens sibi consuluit, epistolamque, quam de Harduini culpis inscripserat, uni episcoporum porrexit legendam. Quae cum alta voce in medio legeretur, auditum est anathema esse inter eos, Harduinum videlicet ibi adstantem. Quo lecto sinodus perturbatur, magnaque altercatio facta, tamen diligentius discutienda in alteram sinodum usque differtur.

27. Ipso in tempore videntes episcopi Beroldus Suessionensium, et Walerannus Belvacensium, prae inbecillitate regis peccatis quidem exigentibus statum regni funditus inclinari, iura confundi, usumque patrium et omne genus iustitiae profanari: multum rei publicae succurrere arbitrati sunt, si Burgundiae episcoporum sententiam sequerentur. Hii nimirum totius auctoritatis expertes, commune decretum fecerunt, ut tam sese quam omnes homines sub sacramento constringerent, pacem videlicet et iustitiam servaturos. Huiusmodi igitur commento predicti episcopi excitati, superioris quidem Galliae coepiscopis conspirantibus, etiam domnum Gerardum episcopum, ut secum sentiret, pariter monuerunt. Qui altius causas advertens, procul rennuere estimavit, cunctisque perniciosum consilium ac inpossibile intelligens, nullum assensum porrexit. Hoc enim non tam inpossibile quam incongruum videri respondit, si quod regalis iuris est, sibi vendicari presumerent. Hoc etiam modo sanctae aecclesiae statum confundi, quae geminis personis, regali videlicet ac sacerdotali, administrari precipitur. Huic enim orare, illi vero pugnare tribuitur. Igitur regum esse, seditiones virtute compescere, bella sedare, pacis commercia dilatare; episcoporum vero, reges ut viriliter pro salute patriae pugnent monere, ut vincant orare. Hoc ergo decretum periculosum esse omnibus: omnes videlicet aut iurare aut anathemati subiacere. Omnes enim communi peccato involvi, si commento huiusmodi uterentur. Itaque episcopum dissentientem ceteri coepiscopi occultis reprehensionibus improbabant, dicentes eum non esse pacis amicum, qui pacem volentibus dissentiret. Postea vero suorum crebro hortamine circumventus, sed maxime abba- 10 tum, Leduini [9] videlicet et Rotrici [10], precatu coactus, adquievit invitus. Sed quod ante reclamabat, postea probavit eventus. Vix enim paucissimi crimen periurii evaserunt.

28. Sic itaque domnus episcopus divina eruditione scutatus, leges aecclesiasticas, prout poterat, viriliter tuebatur, cunctisque adversantibus obviabat invictus. Leodicenses ergo archidiaconos, qui aut amore pecuniae aut amicorum gratia ducti, excommunicatos ab ipsis cunabulis totum vitae spatium in omni pravitatis genere consummantes, inter fideles quidem christianos concedebant pariter tumulari, iuste redarguit, et ut hoc abhorrerent, fraterna correctione ammonuit hoc modo: *Gerardus gratia Dei, licet inmeritus, episcopus, sanctae Leodicensis aecclesiae archidiaconis, illud supplere moribus inoffensis, quod exigit prerogotiva nominis. Quoniam quidem semper de caritatis vestrae actibus fraterna affectione sollicitor, salvo caritatis proposito vos monere cupio, ne aliquam inrationabilem novitatem usurpare velitis, per quam ab aecclesiasticae et apostolicae institutionis consuetudine discrepare videamini, in eo specialiter, quod prophetica et euangelica auctoritate necnon apostolica et sanctorum patrum traditione firmiter et inrefragabiliter confirmatum est: videlicet ne eos, qui ab ipsis cunabulis totum vitae suae spatium in pravis actibus consummantes et adversum sanctam Dei aecclesiam vesano furore intumescentes, nequaquam a suae malitiae proposito mansuescere potuerunt, sed nec ulla rerum conversione, etiam in ipso suae vitae exitu, ullam penitudinis correctionem praetendentes, indurati et excommunicati cum ipsa pravae voluntatis intentione finem vitae acceperunt, et iusto iudicio a sanctae matris gremio exclusi et fidelibus debito privati sunt sepulcro, eos, inquam, absolutionis gratia donandos et inter fideles indivisa communitate sepeliendos iudicetis. Quod quidem non temere a vobis fieri confido, si unde consecrationem honoris accipitis, inde legem totius vestrae observantiae sumere velitis, et beati Petri apostoli sedes, quae vobis sacerdotalis*

8) Mont-Notre-Dame, prope Bazoches, non procul ab urbe Suessionensi. 9) Vedastini. 10) Bertiniani.

mater est dignitatis, aecclesiasticae vobis sit magistra rationis. Ad quam vos promovere, pro exiguitatis meae sollicitudine presentis occasione temporis, siquidem sustinetis, moneor, premissis paucis quidem sed non vitandis sententiis, ex propheticis et euangelicis decretis. Nam quid apertius contra huiusmodi aut quid efficacius occurrere poterit, quam illud quod per Iezechielem prophetam Dominus increpando denunciat „Si averterit iustus“ inquiens Ez. 18, 24. *„se a iusticia sua, et fecerit iniquitatem secundum abhominationes quas operari solet impius, numquid vivet? omnes iustitiae eius quas fecerat non recordabuntur; in praevaricatione sua, qua praevaricatus est, et in peccato quod peccavit, in ipsis morietur.“ Et paulo post „in iniusticia sua“ inquit „quam operatus est, morietur.“ Unde vobis estimandum propono, si illi preteritae iusticiae, quae fortasse aliquae fuerant, nihil proficiunt ad evacuandam sequentium malorum maculam, quanto minus, immo nihil, huic illae, quae nullae quidem fuerant in omni vita, cui certe nullum tempus praeteriit a malitiae studiis alienum? Sed et ipse Dominus prophetarum et mediator Dei et hominum a beato Petro interrogatus de peccante fratre, modum correctionis sub hoc fine conclusit: ut si per se* Matth. 18, 16 sqq. *solum moneri non posset, unum aut duos adhibendos putaret; quibus minime proficientibus, continuo aecclesiae commonendum deputaret; quam si minus audiret, fore sicut ethnicum et publicanum. Cui sententiae continuo subiunxit: „Amen dico vobis, quaecunque alligaveritis super terram, erunt ligata et in coelo;“ et „iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quamcumque petierint, fiet illis a patre meo.“ Quod igitur ex sententia veritatis in celo ligatum est per eos, qui auctore Deo principatum superni iudicii sortiuntur, ut vice Dei ligandi auctoritatem accipiant; quis tam precipitatae mentis atque exorbitatae intelligentiae est, ut ligationis huius censuram irritam, non dicam facere, sed confiteri praesumat? Verum quia saepe accidere solet, ut erga quemlibet proximum odio aut gratia moveatur pastor, inde recte per prophetam dicitur: „Mortificabant animas quae* Ez. 13, 19. *non moriuntur, et vivificabant animas quae non vivunt.“ Unde beatus Gregorius in homiliis suis „non morientem“ inquit „mortificat, qui iustum dampnat; et non victurum vivifi-* In ev. 26. *care nititur, qui reum supplicio absolvere conatur.“ Causae ergo pensandae sunt, et tunc ligandi atque solvendi potestas exerenda. Videndum itaque, quae culpa aut quae sit poenitentia subsecuta post culpam; ut quos omnipotens Deus per conpunctionis gratiam visitat, illos pastoris sententia absolvat. Tunc enim vera est absolutio presidentis, cum interni arbitrium sequitur iudicis. Quod bene quatriduani mortui resuscitatio illa significat, quae videlicet monstrat, quia prius mortuum Dominus vocavit et vivificavit, dicens: „Lazare, veni foras!“ et postmodum qui vivens egressus fuerat, a discipulis est solutus. Illum porro discipuli viventem solvunt, quem magister resuscitaverat mortuum. Si enim discipuli Lazarum mortuum solverent, fetorem magis ostenderent quam virtutem. Ex qua consideratione intuendum est, quod illos nos debemus per pastoralem auctoritatem solvere, quos auctorem nostrum cognoscimus per resuscitantem gratiam vivificare. Quo contra considerandum est, nostro non posse arbitrio solvi, quos internus arbiter nullo spiritu satisfactionis animavit. Quid autem ipse dilectus Domini Iohannes de talibus dicat, audiamus, ipse inquam qui ait: „Omnis qui odit fratrem suum homicida est. Haec est“ inquit „fiducia quam habe-* 1 Ioh. 3, 15. 5, 14 sqq. *mus ad Deum, quia quodcumque petierimus secundum voluntatem eius, audit nos. Scimus etiam, quia petitiones habemus, quas postulamus ab eo. Qui scit peccare fratrem suum peccatum non ad mortem, petit, et dabit ei vitam peccanti non ad mortem.“ Et continuo subiungit: „Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis;“ ac si aperte dicat, quia orare quidem pro peccato non ad mortem, voluntatis eius est, qui non vult mortem peccatoris. Et hoc consequenter approbat, cum dicit: „quia audit nos“. Quod autem contra intulit: „Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget quis,“ profecto vult intelligi, quia pro huiusmodi orare, divino est potius iudicio repugnare, sicut ait beatus Augustinus: „Pro aperte impiis orare, quid aliud est, quam Deum ad iracundiam provocare?“ Nam et ipse per prophetam Dominus dicit: „unumquemque in viis suis iudicabo.“* Ez. 33, 20. *Et alibi: „Qualem te invenero, talem te iudicabo.“ Et beatus Gregorius in dialogo suo* Ez. 24, 14. *dicit: „Quia qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio presentatur;“ licet paulo post* IV, 39. *quasdam leviores culpas, ut est ociosus sermo, immoderatus risus, posse relaxari dicat. Et scriptura dicit: „Lignum si ceciderit ad austrum aut ad aquilonem, in quocumque loco* Eccl. 11, 3 *ceciderit, ibi erit.“ Quale igitur sit pro huiusmodi orare, psalmista per spiritum terribiliter insonuit dicens: „Oratio eius fiat in peccatum“. Et Dominus sub specie plebis Iudaicae pro* Ps. 108, 7.

Ier. 7, 16. *talibus prophetam ab oratione conpescit, dicens: „Ne assumas laudem pro eis et orationem.“ Ceterum quid[a] apostolus in prima epistola ad Corinthios scribat, sane notum vobis esse* 1 Cor. 5, 9. *non dubium est: „Scripsi“ inquit „vobis in epistola, ne commisceamini fornicariis; non utique fornicariis huius mundi aut avaris aut rapacibus; alioquin debueratis de hoc mundo exisse.“ Deinde subinfert: „Si is qui frater nominatur, est fornicator aut rapax cum huiusmodi nec cibum sumere.“ Qua in re pensandum est, si apostolus tam districta animadversione horum consortia devitanda moneat, quanam nostri arbitrii spe illum communioni fidelium restituendum estimemus, qui usque ad ipsum vitae exitum nullo umquam maliciae genere caruit, qui numquam a seditionibus, ab effusione sanguinis, ab incendiis, numquam a sacrilegiis, numquam etiam manus a rapinis continuit; quin potius in ipso vitae extremo, pleno ventre rapinis, spiritum vacuum iusticiae alimentis emisit; qui manifesto Dei iudicio percussus, nec confessionis venialem gratiam meruit, nec viaticum salutis percepit; quem nos quidem, culpis exigentibus, frequenti monitione ad satisfactionem vocatum, sed obstinatius repugnantem, apostolicae auctoritatis virga percusseramus; unde nec in extremo mortis positus, veniae mentionem aut signum ostendit? Unde ne diutius vos moremur, animadvertat caritas vestra, quid de hiis, id est excommunicatis, et ita defunctis* Ep. a. l Rustic. 92, 9. *Leo papa in decretalibus suis dicat: „Horum“ inquit „iudicio Dei causa reservanda est, in cuius manu fuit, ut talium obitus usque ad communionis remedium differretur.“ Nos autem quibus viventibus nec communicavimus, mortuis communicare non possumus. — Sed fortasse cuilibet subripi potest, ut absolutionis mercedem et sepulturae, aut pecunia aut prediis in usibus aecclesiae contraditis quaerendam arbitretur, asserens, ex huiusmodi rebus palatia stare, aecclesias instaurari. Sed hanc eius sententiam qualiter Ambrosius Autbertus refellat, paucis audite: „Hiis,“ inquit, „qui talia dicunt, nos veraciter respondemus; quia inde magis palatia ruunt, aecclesiae subvertuntur, unde secundum vestram sententiam stare videntur. Inde gens super gentem venit, inde regnum in regnum consurgit, inde clades, inde fames, inde excidia, inde oriuntur discrimina; et unde terrenus dominus placatur, inde Dominus celestis ad iracundiam provocatur.“ Verum quoniam non latet noticiam vestram, quosdam sub obtentu aequi et recti pretendere, tale aliquid factum a modernis senioribus: idcirco vos, fratres mei, et inter vos domnum Iohannem carissimum nostrum singulariter convenio, ne hanc malae consuetudinis normam tamquam ab auctoribus sibi servandam ascribat. Non enim auctores dicendi sunt, qui non ea quae a Domino et sanctis patribus tradita sancta aecclesia retinet, sed libitu suo quaecumque voluntati occurrunt, servanda instituunt. Consideret potius, quid Dominus scribis et pharisaeis iurgantibus, quod* Matth. 15, 3. *discipuli eius transgrederentur praecepta seniorum, responderit: „Quare“ inquiens „et vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?“ Et paulo post: „Sine causa“ inquit „colunt me, docentes doctrinas et praecepta hominum.“ Sed si fortasse obicitis, vestrum parrochianum fuisse, et ea gratia liberam absolvendi potestatem vobis vendicatis: de hoc in Meldensi concilio quid sancitum sit, in medium proferatur, quod est huiusmodi: „De hiis qui infra parrochiam beneficium aut hereditatem habent, et alterius episcopi parrochiani sunt, et dum de loco ad locum iter faciunt, rapinas et depraedationes peragunt, placuit nobis, ut excommunicentur nec ante ex parrochia exeant, quam quae perpetrarunt digne emendent. Quorum excommunicatio seniori eorum et proprio episcopo significanda est, ne eos recipiant, antequam illuc redeant, ubi rapinam fecerunt, et omnia pleniter emendent.“ — Verum de hoc satis ad praesens dictum. Iam vos fraternae caritatis amore hortamur et petimus, ut quia huc usque a vobis et a loco isto bonus usus et cuncta quae ad generalem aecclesiasticae dignitatis observantiam pertinent, servata sunt, quod residuum temporis est, summa curetis vigilantia, ne antiquae religionis nobilitas aliqua adinventionis novitate inposturetur; sed ne seniori vestro, fratri autem et gratia Dei coepiscopo nostro, aliquid praeter aequum et bonum, quod fortasse ille adhuc minus providit, suaderi delectet. Quod nos quidem iure incusamus a vobis non adeo curatum, pro Erleboldo scilicet, quem ut ipsi nostis, nos a seniore vestro et fratre nostro commoniti excommunicavimus ob incestum, quod cum sanctimoniale commiserat, atque pro aliis malis, quae in nostro episcopio multa perpetraverat; quem nunc frater noster absolutum ad communionem sine nostro consilio et monitu suscepit. Sed et parrochiani nostri, quos pro aecclesiis quas incenderant,*

a) quid *addidt Colv., deest codd.*

et rapinis quas exercuerant, a communione sequestraveramus, de nostra parrochia in vestram, id est in Nivellam, nobis reclamantibus sublati, ad sepulturam admissi sunt. Vestri etiam, de quibus apud vos planctum habuimus, pro incendiis quoque et aliis culpis similiter a nobis excommunicati, tamen nec satisfactione purgati nec absolutione donati, in eodem loco adhuc iacent sepulti.

29. Dehinc vero Adalberonem Laudunensium praesulem, qui episcopium, quo fungebatur, Widoni clerico, nepoti videlicet Beroldi episcopi, vendere usurpavit et secum in sede pontificali collocare putabat, hoc scripto correxit: *Domno Adalberoni sanctae Laudunensis ecclesiae episcopo Gerardus gratia Dei coepiscopus. Etsi hucusque vario de vobis plebis rumore nihil movebamur, dum quidem et aecclesiasticae disciplinae cultibus et publicae administrationis actibus haud mediocriter sapere videbamus: nunc tamen stupor quidam mentem nostram perturbat et ut ita dicam pene exanimat, cum a vobis tam mirandum atque inusitatum nefas in sancta aecclesia esse audimus, ut videlicet unius regimen aecclesiae duobus cedat pastoribus, et vos eligendae successionis vobis arbitrium adscribatis. Quod quidem nec in omni veteris testamenti canone aut apostolica aecclesia ipsi*[a] *bene scitis nulli donatum fuisse. Verum etsi aliquem ex sanctis per spiritum de successore prenunciasse audivimus, non nostrum est, in exemplum trahere, quia, ut ait beatus Gregorius, miracula Dei non sunt in exemplum trahenda, sed ammiranda. Precamur igitur caritatem vestram, ne tanto dispendium honoris mutando propositum estimetis, quanto divinae ordinationi contraire formidetis; neve scripturam vobis, sed vos scripturae submittatis; ne nimis amando sententiam vestram, posteris relinquatis occasionem usurpandi sacerdotii, cui revera succedet materia seditionis. Nihil enim defuturum arbitramur, si huiusmodi usus increverit, ut non sedes aecclesiae venales existant et summa sacerdotii mercaturae compendiis venundetur, sicque pecuniosus quisque ad culmen pastoralis regiminis aspiret. Quod autem caritatis fraternae affectu vobis dicimus, precamur ne indignari debeatis.*

30. Item ad archiepiscopum Ebulonem qui hoc consenserat, ita scribit: *Ebuloni archiepiscopo Gerardus nullius meriti coepiscopus. Quoniam quandam execrandae usurpationis novitatem infra diocesim vestram coalescere audivimus, videlicet ut una aecclesia duos habeat episcopos, et alter alterum ad instituendum sibi successorem liberum habeat arbitrium, quod sane nullius auctoritatis constat pondus habuisse: videmur iam intueri quoddam quasi baratrum patens, de quo fumus temerariae usurpationis erumpens, portendit quoddam scismatis incendium futurum, per quod, subeuntibus discidiis, aecclesia a suae pacis unitate solvatur. Nos vero quoniam nullum vos huic sententiae prebuisse assensum audivimus, gratias agimus Deo, de cuius hoc vobis munere venit, ne vos in hoc heresiae precipitium pertrahere quis potuerit. Quare paternitatem vestram premonemus, obtestantes per eum qui nos pastores in aecclesia sua, licet indignos, esse voluit, ne umquam vos huic adinventioni, quae quidem contra Spiritus sancti ordinationem et totius est aecclesiae catholicae institutionem, consensum praebeatis. Quod autem nuper nos convenire velle vos ad colloquendum mandastis, illud vestrae voluntati reservavimus, et maturius agendum censemus, quia inde tanta sanctae Dei aecclesiae discrimina oriuntur, unde negligentius eius commodis in commune consulimus.*

31. Ad episcopum Suessonensium, unde supra: *Beroldo nomine et merito episcopo Gerardus nullius meriti coepiscopus, quicquid ab beate vivendum praestantius. Quoniam quandam execrandae consuetudinis novitatem infra sanctam aecclesiam coalescere audivimus, videlicet ut una aecclesia duos habeat episcopos, et unus alterum ad instituendum sibi successorem liberum habeat arbitrium, quod sane nullius auctoritatis constat pondus habuisse: videmur iam intueri quoddam baratrum patens, de quo fumus temerariae usurpationis erumpens portendit quoddam scismatis incendium futurum, per quod, subeuntibus discidiis, aecclesia a suae pacis unitate solvatur. Verum quoniam si in hanc rem assensum adhuc prebuistis nondum auditur a nobis, fraternitatem vestram premonemus, obtestantes per eum, qui nos aecclesiae suae ministros et pastores esse voluit, ut si hoc vestro constat esse consilio, divinae ordinationi cedendum potius estimetis, quam proprio arbitrio impendatis; ne tam vos carnalis amor in sinistrum rapiat, quam spiritualis fervor in zelum rectitudinis accendat. Sin autem, numquam in hoc heresiae precipicium quis pertrahat,*

a) ipse 3.

ut huic adinventioni, quae quidem contra Spiritus sancti ordinationem et totius est aecclesiae catholicae institutionem, consensum prestetis.

1029. 32. *Gerardus nomine, non merito episcopus Leduino abbati et omni congregationi sancti patris nostri Vedasti sub eo degenti, et omnibus hanc paginam devote legentibus, et vita et pax a Deo multiplicetur, qui est vita et gloria cunctis in se credentibus. Quoniam sanctae matris aecclesiae cognovimus vos esse filium, imitando patrem vestrum misericordem Deum, qui ad suae bonitatis similitudinem vos sibi in adoptionem procreavit filium, Deo et caritati vestrae gratulamur multum. Prae ceteris enim filiis eidem aecclesiae matri ad presens Dei iudicio afflictae per conpassionem animi honorem exhibuistis debitum. Legimus enim in libris regum, David regem et prophetam benedixisse viros Iabes Galaad, qui* 2 Reg 2, 5. *Saul regem sepelierunt, quamvis deiectum et a Deo reprobatum, dicentem: „Benedicti vos Domino, quia fecistis misericordiam cum domino vestro Saul, et sepelistis eum.“ Si enim illi benedictionem a rege et propheta David promeruerunt, qui quamvis deiecto et a Deo reprobato Sauli misericordiam fecerunt: multo magis vos, qui fecistis misericordiam cum domina vestra omnium matre, sancta videlicet aecclesia. Si enim Dei Patris caritas ostenditur in Filio, qui per mortem carnis animam suam posuit pro genere humano: eiusdem Filii imago monstratur et in illo, qui necessitatem patienti suo miseretur proximo. Si vero hoc caritatis commercium ei conceditur, qui consolatur proximum, quanto magis illi qui honoravit misericorditer aecclesiam, generalem matrem fidelium, et insuper Mariam genitricem Dei Redemptoris omnium? Sed ne diu meae mentis vobis celetur affectus, non longis vobis patefaciam sermonibus. Subrepit namque michi plus solito timor et dolor, qui licet sit michi per usum vetus, fit tamen semper per augmentum novus. Nam si aliquando me ipsum secundum qualitatem vitae aspicio, in amaritudine versor, quia in bonis deficio, in malis perduro. Si quando vero ad ea quae in mundo sunt, perspicienda mentis oculum attollo, cuncta quia in maligno sunt posita video; quanto mundus feriatur gladio, quibus populus intereat percussionibus, manifeste considero, ac per hoc adhuc maiora venire timeo, quia nostro sacerdotali peccato haec fieri confiteor; sicut scriptum est, testante beato Petro* 1 Petr. 4, 17. Ezech. 9, 6. *apostolo: „Quoniam tempus est, ut incipiat iudicium de domo Dei“ et in Iezechiele: „A sanctuario meo incipite.“ Verbi gratia, veluti in presenti sanctae Mariae Atrebatensium manifestum est aecclesia, quam 3. Kal. Augusti*[11] *ignis adveniens de coelo totam combussit videntibus cunctis. Unde timeo nimium, divinae animadversionis hoc fuisse iudicium venientis super filios hominum, ut sicut olim ante adventum Domini, ob signum misericordiae, eo in loco alba vellera duo leguntur cecidisse*[12]*, ita ob significationem ultionis divinae, quae ventura est super diffidentiae filios, ignis veniret cum sulphure, qui terrendo moneret electos, ut possent a facie arcus fugere, et exureret impios et peccatores, qui Christo semper detrahunt filiis aecclesiae. Solent enim de nobis dicere ministris aecclesiae: „Hii sunt pastores populi, qui non vere pastores sunt, sed lupi. Comedunt enim peccata populi, quia fructus aecclesiae in stipendio cotidiano percipiunt; sed nec orationis studio nec praedicationis verbo nihil penitus insudant;“ ac per hoc, quicquid adversitatis fit in saeculo, videlicet mortalitatis, pestilentiae, famis, dicunt promereri et incipere a sanctuario. Et vere a sanctuario, quia secun-* Thren. 4, 1. *dum illud vaticinium Hieremiae dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum. Sed sive sit hereticus sive falsus christianus, qui haec opponit fidelibus, ei respon-* 1 Pet. 4, 17 sq. *deatur, quod ait in epistola sua beatus Petrus: „Si haec primum a nobis, quis eorum finis, qui non credunt euangelio Dei? Et si iustus vix salvabitur, impius et peccator ubi parebunt?“ Et iterum, quod ait Dominus Galilaeis in euangelio, qui ei nuntiaverant, quia san-* Luc. 13, 2 sq. *guinem suorum miscuerat Pilatus cum sacrificiis idolorum; quibus respondens dixit: „Putatis quod hii Galilaei prae omnibus Galilaeis peccatores fuerunt, qui talia passi sunt? Non, dico vobis; sed nisi poenitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.“ Et iterum, quod ait de decem et octo supra quos turris in Siloa cecidit et eos occidit: „Putatis quod ipsi debitores fuerunt praeter omnes habitantes in Hierusalem? Non, dico vobis; sed si poeni-*

11) anno 1029. secundum chronicon S. Andreae Castelli Cameracesii; anno 1030. secundum Annal. Elnonenses minores. 12) Nondum mihi alius occurrit auctor, in quo hoc legerim. Hieronymus in chron. haec habet ad a. 371. *Apud Atrebatas lana e coelo pluviae mixta defluxit.* Orosius VII, 32 sub a. 367: *Eodem anno apud Atrebatas vera lana de nubibus pluviae mixta defluxit.* Quae lana in hodiernum usque diem in aecclesia cathedrali religiose asservatur et solemniter veneratur dominica secunda post pascha. COLV.

tentiam non egeritis, omnes similiter peribitis." Quid plura? haec namque, fratres carissimi, secundum euangelium Dei et apostolum Petrum eorum respondenda sunt stultitiae propter fidelitatem et honorem aecclesiae. Et tamen non possumus negare, quia vera sunt multa, quae de nobis cotidie insultando stupent diffamare. Sicut enim ait beatus Gregorius: „Mundus est plenus sacerdotibus, sed tamen in messe Dei rarus invenitur." Et iterum: „Qualis populus talis sacerdos." Unde necessarium duximus, ut quia per vitae nostrae exemplum grex Christi proruit ad interitum, per vitae nostrae meritum revocetur ad Christum, predicando illud euangelicum, ut faciant omnes poenitentiam qui ciderunt per culpam. Vos ergo, fratres carissimi, qui iam seculo renunciastis, stantes in portu Domini, subvenite nobis laborantibus in mari, orantes Deum orationibus et ieiuniis, ne veniat super nos iudicium irae Dei. Hom. 17. Matth. 3.

33. *Gerardus episcopus nomine non merito, G. abbati virtutum roborari incrementis. Leodicenses archidiaconi nuper de Hezelino et nepte nostra, uxore eius dicta, habuerunt concilium, unde miramur, postquam ex veritate cognovimus, quod et quemadmodum inter eos fecerunt iudicium. Audivimus enim, eundem Hezelinum nunc primum dixisse, quia semel cum ea concubuit; quod factum hactenus tacuit, dum apud pleraque conventicula proinde interpellatus extiterit; a quibus etiam pro inpossibilitate eiusmodi, rubore verecundiae aspersus crebro rediit. Ubi revera suum tacere nihil aliud fuit, quam contradicentibus assensum prebere. Ergo non ultra debuerat audiri in hoc apud sinodale concilium, ubi a magistris concilii attentius inquirenda est probata veritas, vel refutanda falsitas prolatorum verborum. Sed esto, semel cum ea concubuit; quid autem de reliquo? videlicet quod cum ea octo annis aut plus eo conversatur, nec ulterius eam cognovit, neque spes est ulla, ut in futurum debeat aliter expectari? In quibus discernendis audiatur doctor aecclesiae Paulus apostolus, qui ad Corinthios scribens, ait: „Uxori vir debitum reddat, similiter autem et uxor viro." Et dehinc prosequitur: „Nolite fraudare in invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi; et iterum revertimini in id ipsum, ne temptet vos satanas propter incontinentiam vestram." Quam sententiam de talibus iudicantes exponant nobis, quid apostolus vult intelligi dicens: „nisi forte ex consensu;" aut si debitum uxoris per octo annos semel coeundo ex consensu eius potuit exolvi. Si vero nituntur ultra aliquid quaerere, audiant, quid alias idem dicit apostolus: „An experimentum Christi capietis eius qui loquitur in nobis?" Quod vobis scribendum estimavimus, ut hanc apostolicam sententiam eis proponatis evidentius, qui aliter quam legitime noverint iudicare de talibus. Cui aut concedant, aut eam detestantes, quid rationabilius invenerint praetendant.* 1Cor. 7, 3 sq. 2Cor. 13, 3.

34. *Domino Ambianensium episcopo Fulconi Gerardus gratia Dei Cameracensium coepiscopus, et huius vitae innocentiam et coelestis*[a] *cum angelis gloriam. Quod confrater noster Terwanensium episcopus Drogo a comite Balduino tantis iniuriis inpulsatur, plorandum est non solum nobis confratribus suis, verum etiam cunctis fidelibus christianis. Quod certe ut audivimus, non aliter quam ille qui patitur, fraternae intuitu caritatis aegre portamus. Quis enim tam sevus aut duricors, qui sedem aecclesiasticam vivo pastore non defleat viduatam? Ergo monemus vos in Dei nomine atque precamur, ut fratri deiecto, quocunque modo potestis, succurrere satagatis. Nullus enim, Deo gratias, melius potest, et certe debetis, quia olim vester fuit clericus, ac vestro suffragio ad tantae dignitatis pervenit*[b] *gratiam sublimatus. Decet enim vos meminisse, quam obnoxius sit et canonicis et apostolicis sanctionibus, quicumque episcopum quemlibet naufragantem distulerit adiuvare, si possit. Vestram itaque caritatem humiliter imploramus, ut domno archiepiscopo una cum fratribus ceteris coepiscopis convocatis, ad suffragium fratris regem fortiter excitetis; quippe hoc ei intimantes, quia si sanctam aecclesiam mutilari permittet, celestis ira regnum suum discindet.*

35. Sub hiis diebus, cum forte imperator Henricus in Aquisgrano palatio tam de aecclesiasticis quam et de secularibus pertractaret, in ipsa interim aecclesia provincialis sinodus ab episcopis celebrata est. Ubi siquidem inter archiepiscopum Coloniensium Pilegrinum et Durandum Leodicensium pontificem altercatio non parva incanduit, pro monasterio videlicet Burcitho[13], quod uterque suae parrochiae subicere contendebat. 1023. Iul. 13

a) celestem 3. b) *deest* 2. 2*.

13) Burtscheid.

Domnus autem Gerardus episcopus, ut testimonio veritatis litem compesceret, viva voce increpuit, quod episcopi Leodicenses quinque abbates illius monasterii sine ulla contradictione archiepiscopi consecraverunt; immo et ipse, imperatore rogante et Baldrico episcopo Leodicensi petente, in presentia domni imperatoris in Aquensi aecclesia sanctae Mariae prefati monasterii clericos ordinavit, ipsumque monasterium cum archiepiscopo Poppone Trevirensium et Haimone Virdunensium consecravit. Eo ergo sibi videri rectius Leodicensi quam Coloniensi regimonio subiacere. Quod ita quoque ceteris testificantibus, archiepiscopus preter ullam sinodalem reverentiam ira commotus abscessit.

1023. Iul. 36. Sed nec oblivioni tradendum, quod per aliquot dies, dum sinodus celebraretur, tanta siccitas aeris et intemperies aestus excanduit, ut multi mortalium prae nimio ardore deficere putarentur, sed et aliquot animalia subito laberentur extincta. Econtra vero columnae marmoreae ipsius aecclesiae uberrimis et insuetis madoribus visae sunt insudare, adeo ut quorumvis manibus forte lavandis sufficere posset; pavimenta quoque marmorea veluti scatentia tanto liquore natabant, ut ex industria respergi ab ipsius aecclesiae custodibus putarentur. De quo multi sapientes attoniti, quid conicerent nesciebant, sed pro humano intuitu imminere ruinam aliquorum principum presagabant, quos ab aecclesiae fidelibus constaret esse plorandos. Et vere utique; cum paulo post primo 14 quidem dux[14], deinde imperator interierunt; quorum casibus sancta aecclesia, ut posterius dicturi sumus, desolationem conparasse deplorat.

Aug. 37. Hinc autem imperator egressus, ad Evosium[15] villam pulcherrimam, quam beati videlicet Gaugerici nativitas illustravit, cum primoribus quidem suorum palatinorum intendit, ibi scilicet cum[a] Rotberto rege colloquium habiturus, sed et de statu imperii, ac non tantum de mundanis verum de spiritualibus locuturus; sapienter quippe disposito, ut in eo loco, ubi beatissimum Gaugericum noverat ortum, eius gaudiosam festivitatem, quae 3. Idibus Augusti est, celebrare veniret. Qui nimirum quanto maior tanto humi- 16 lior, regi Rotberto, cum ad se veniret, in villa Mosomo[16] in die festo sancti Laurentii occurrere estimavit; in crastino vero sancti Gaugerici venientem ad se cum summa veneratione suscepit. Hoc autem tam speciale colloquium et tantae sollemnitatis conventum non est meae parvitatis evolvere; ubi quidem diversarum nationum duces ac satrapae, ubi summorum et illustrium virorum, tam episcoporum videlicet quam et abbatum, in numero confluxere personae. Ad hoc autem plurimi convenerunt, ut dignitatem imperatoriam mirarentur, quam tantopere fama laudabat. Ibi certe pacis et iusticiae summa diffinitio mutuaeque amicitiae facta reconciliatio; ibi quoque diligentissime de pace sanctae Dei aecclesiae maxime tractatum est, et quomodo christianitati, quae tot lapsibus patet, melius subvenire deberent. Exin vero sese invicem consulentes, ubinam iterum conventuri domnum etiam apostolicum una cum tam citra quam ultra Alpinis episcopis secum habeant, nusquam aptius quam Papiae decernunt. His ita gestis, cum ab invicem discedere debuissent, ac vero quis tanta ac tanti ponderis munera sufficienter poterit estimare, quibus vicissim imperator regem donavit, ab archiepiscopo videlicet Coloniensium et a domno Gerardo episcopo, sed et a duce Godefrido simul oblatis? Rex imperatorem donare cupiens, quaecumque potuit munera ut susciperet praesentavit. Qui omnibus cum gratiarum actione remissis, utpote ditissimus, dentem tantummodo sancti Vincentii martiris, ne immunis videretur, retinuit. Nec solum autem imperator regem putavit donandum, verum etiam omnes tam episcopos quam abbates, sed et maiores quosque preciosis muneribus accumulans, nullum poene indonatum reliquit. Quicumque ergo illuc convenerant imperatoriam magnificentiam cognituri, mirati profecto quae viderant, dicebant se plura vidisse quam rumor fuisset. Nullum enim regem aut Persarum aut Arabum huic conferre audebo, quamvis eos cunctis gentibus opibus prestare legissem.

Sept. 8. 38. Inde etiam imperator procedens, Virdunum perrexit, nativitatem sanctae Mariae celebraturus, legatis quidem regiis secum deductis, qui ibi responsionem comitis Odonis audirent, quomodo se ab obiectis Rotberti regis, a quo arguebatur, defenderet. Ipsa vero in die domina imperatrix, quia eam in processionem domnus episcopus addextra-

a) *deest* 3. 4.

14) Godefridus Lothariensis. 15) Ivoi, ad fl. Chiers. 16) Mouzon, in Ardennis.

vit[17], ei stolam auro gemmisque contulit insignitam. Ibi etiam domnus imperator motus [17] aliquamdiu inter Odonem et Theodericum Tullensem[18] accensos, castellis dirutis, quae Odo iniuste condiderat, interposita pace sopivit. Praeterea monasteriis[a] totius civitatis, primum quidem capitaneo, deinde ceteris, preciosa munera erogavit. Dein vero Mettis perveniens, per singula monasteria multas opes distribuit, nullumque bonum aut clericum aut monachum preteriit indonatum, veluti quodam praesagio imminentem diem, qui nimium vicinus erat, sui obitus praevideret. Novissime vero domno Gerardo episcopo commeatum, ut ad sua reverteretur, accommodans, aurum plurimum didragmavit[19], ac postea valedicens, sanctae Mariae duo pallia, unum simplex, alterum in modo crucis aurea superficie insignitum, transmisit per eum.

39. Reversus itaque domnus episcopus, a consuetis malis Walteri minime feriatur. Inter quae plurima, iuvenem suum quendam Rotbertum nomine, tam nobilitate generis quam virtute praestantem, quia suspicabatur eum suae tirannidi obstiturum, coepit paulatim odio insectari. Sed non quievit, donec eum, quamvis sub interpellatione domni pontificis, qui eos foederare quaerebat, in tribuis[20] positum, etiam die dominica inter- [20] fecit. Pro qua re et aliis huic similibus eum exterminavit ab urbe. Sed paulo post, culpis christianorum exigentibus imperatore defuncto, aliis quidem causis coactus, in Castellum recipere estimavit, sub conventione tamen sacramento subnixa. Sed quia sepissime periurium incidens, non raro culpas solitas iterabat, conventiones illas saepissimas, quas domno episcopo, dum reconciliaretur, callide promittebat, ratum duximus subnectendas, ut lector videlicet pius patientiam episcopi conpatiens admiretur, et immensam tiranni sevitiam cum admiratione deploret. Sunt autem huiusmodi:

40. *Fidelitatem sicut tibi promisi adtendam, quamdiu tuus fuero et tua bona tenuero; et postpositis Karlensibus custumiis*[21], *talem honorem tibi observabo, qualem Lotharienses* [21] *milites dominis suis et episcopis. Et si quid contra te peccavero et ex parte tui de satisfactione facienda monitus fuero, talem iustitiam tibi, nisi mihi indulseris, faciam, qualem supradicti Lotharienses milites suis dominis et episcopis faciunt.*

41. Sacramentum quod Odo, Rotbertus, Anselmus, Lantbertus, petente Waltero iuraverunt: *Ab hac hora inantea non erimus tibi in damno, de vita, de membris, de Cameracensi episcopio, de terris, de castellis, neque de ceteris bonis, quae hodie tenes et per nostrum consilium inantea adquisieris, salva fidelitate dominorum nostrorum, quos hodie habemus. Et pro hoc pacto destruendo dominum non faciemus, neque militem adquiremus. Et si Walterus contra te peccaverit, et ni infra duas quadragesimas*[22] *emendaverit, ex parte nostri contra te adiutorium non habebit. Et si monueris, per rectam fidem te iuvabimus sine malo ingenio.*

42. *Notae sunt omnibus conventiones, quas iterum habemus cum Waltero nostro; sicut etiam dudum culpas inauditas, quas contra nos commisit, pro Dei amore amicorumque suorum dimisimus, eo videlicet pacto, ut sic permansisset deinceps in fidelitate nostra, sicut tunc ipse et sui amici iuraverunt. Quamquam hanc promissionem horribiliter et inaudite infregisset, ita iterum eo tenore ei indulgemus, et pro Dei amore et petitione regis Rotberti et episcopi Harduini*[23] *atque comitis Balduini et comitis Odonis, nec non et Otto-* [23] *nis, Rotberti, et aliorum amicorum suorum, qui hoc placitum fecerunt, quatinus melius prioribus has alteras promissiones conservet. Nobis erit ita obsequens in omnibus, sicut in primo promisit. Clericis et laicis nostrae aecclesiae, si aliquid super illum clamaverint, aut secundum legem aut secundum concordiam in ratione*[b] *et iudicio erit; et insuper de quibus iusticiam facere potuerimus illi, iusticiam quoque faciet per nos, si clamaverint, illis omnibus. De civitate nostra nullam guerram*[c] *faciet, quae ad dampnum veniet nobis et episcopatui nostro, nisi licentia nostra. Si hanc promissionem infregerit et admonitus de iusticia fuerit, sicut iam dictum est, infra duas quadragesimas emendationem faciat, ubi duo vel tres sint amici, qui hoc placitum fecerunt; et si sonia*[24] *eos tenuerit, probetur ipsa,* [24]

a) monasterium 3. monasterii 2*. b) *ita legendum, monente iam Colvenerio;* iuratione *codd.* c) uuerram 3.

17) i. e. ad eius dextram ivit. 18) ducem Lotharingiae superioris. LE GLAY. 19) i. e. plena manu divisit. 20) i. e. treviis, unde Gallica vox *trebves, trèves* i. q. treugae. 21) *coutumes de France.* 22) i. e. *quarantaine*, spatium 40 dierum. 23) Noviomensis. 24) sive sunnis, impedimentum; unde Gallicum *soin.*

et infra aliam quadragesimam placitum expectabimus. Hanc conventionem ex utraque parte servabimus per rectam[a] *fidem sine malo ingenio.*

43. *Si iste filius Walteri, nunc obses noster, mortuus fuerit, alterum pro eo nobis dabit, talem per quem nos securos de suà fidelitate reddet; et quicquid iniuste super nos invasit, dum ammonitus a nobis fuerit, secundum iudicium fidelium nostrorum determinabitur. Si Walterus mortuus fuerit, et adhuc filius eius in potestate nostra fuerit, reddemus illum militibus suis et bona sanctae*[b] *huius aecclesiae, quae per rectitudinem*[25] *pater tenet, servato tamen pacto ab eo nobis promissò, et domino nostro imperatore et me de fidelitate sua redditis securis. Et si ego Gerardus vocatus episcopus, antequam reddatur filius, mortuus fuero, reddetur patri, servatis tamen conventionibus supradictis, et si regi Lothariensi talem securitatem fecerit, unde securus esse possit.*

44. *Non diu in supradictis promissis permansit, sed de malo in peius ruens, aecclesiam mihi commissam in direptionem et conculcationem habuit, et ita contra me se erexit, ut tribus diebus me in hac civitate cum suis satellitibus armatus obsideret, et ne quis meorum hinc exire auderet. Qua de causa Heihampus ad me venit, ubi comitem Herimannum mecum habui, et ut haec ei perdonarem petivit. Ego eius petitioni suorumque amicorum annuens, haec omnia ei dimisi, et de hiis quae emendavit, omnes leges perdonavi, et ut restauraret pauperibus quod iniuste eis abstulit, iussi; quod annuit, sed non adimplevit. At ille iterum, ut prius, domino meo et mihi sacramento fidelitatem promisit, et quia sicut Lotharienses milites suis dominis et episcopis obediunt, mihi obediret, iuravit.*

45. *Walterus, malis assuetus, omnia sacramenta postposuit, et deterius quam umquam fecisset, postmodum fecit. Quam maliciam diu sustinui, et ut se emendaret semper monui. Cumque videret me diutius talia non passurum, statuto placito inter me et illum, comitem Ottonem duxit secum. Qui de tantis malis missus ad rationem, iterum evictus omnia emendavit, et quia pauperibus sua restauraret promisit, et quia mihi subiceretur, sicut Lotharienses milites suis dominis et episcopis subiciuntur, ut prius promisit. Ego vero comitis Ottonis petitione omnes leges ea conventione ei dimisi, ut non amplius in me delinquere quid deberet; si autem deliquisset et ad iusticiam venire admonitus esset, infra tres hebdomadas mihi iustificaret. Qua de causa mihi comes Otto Godefridum et Ivonem obsides dedit, ut si Walterus haec non observasset, ex sua parte adiutorium non haberet; si autem ipse comes hoc infregisset, ipsi obsides in potestatem meam, si essent ammoniti, venirent. Quod ipso comite Ottone iubente mihi firmavit iureiurando uterque obses. In ea conventione, quae in me commisit ipse Walterus et sui propter eum, ab illa die dimisi, ut si amplius in me delinqueret, quod emendare nollet aut non posset, praeterita futuris iungerentur, et iudicium quod sui aequales de beneficio prius iudicaverunt, esset stabile, et sine dilatione excommunicare. Quod autem ad poenitentiam et ad christianitatem pertinet, non dimisi, sed in conventionem habuit, ut inde ipse et sui rationem redderent.*

46. Promisit Otto comes Deo sanctaeque Mariae et episcopo Gerardo in manu sua, ut si Walterus umquam ab illa hora contra episcopum aecclesiamque sibi commissam in aliquo deliquisset, quod emendare nollet, aut non posset, numquam ab illo aut de suis auxilium sive consilium sive receptaculum, quod ad dampnum veniret episcopo, aecclesiaeque sibi commissae; nec suus esset, nec suum beneficium teneret sine consilio episcopi[c]; et iuravit, quod hoc secundum suum scire per rectam fidem attenderet sine malo ingenio. Ivo iuravit, quod comes Otto suo consilio non dimitteret, quin sacramentum supradictum attenderet, et si exire vellet, per rectam fidem sequi faceret si posset; et si in culpam caderet, quam emendare nollet aut non posset, consilium sive auxilium sive receptaculum ei non praestaret, quod esset ad dampnum episcopo Gerardo aecclesiaeque sibi commissae; et quod hoc per rectam fidem observaret sine malo ingenio, salva fidelitate domini sui.

47. Duodecim obsides Walterus dedit episcopo Gerardo, quorum haec sunt nomina . . . .[d] qui iuraverunt, quod non dimitteret eorum consilio ipse Walterus, quin hanc fidelitatem attenderet; et si in culpam caderet, quam emendare nollet aut non posset, postquam ammoniti essent, infra octo dies ad iustitiam ducerent si possent. Quod ni faceret, infra alios octo dies ad episcopum cum beneficiis eorum, si ammoniti essent,

a) s. perfectam 3. b) *deest* 3. 4. c) *scil.* obtineret, *vel* reciperet. d) *nomina desunt omnibus; in* 2*. 3. 4. *ne spatium quidem iis relictum.*

25) *de droit.*

per rectam fidem venirent, et numquam ei consilium sive auxilium darent, quod ad dampnum episcopo aecclesiaeque sibi commissae esset, et episcopum iuvarent contra eum per rectam fidem.

48. Haec est quoque conventio novissime apud Schelmas[a] oppidum facta, quam, ut cunctis innotesceret, semilatino sermone huiusmodi domnus episcopus promulgavit: *Hic siquidem, quia eum pro culpis innumerabilibus excommunicavimus, in tanta dementia adversum nos insurrexit, ut quosdam nostrorum, quia partibus eius non favebant, quaereret interficere, militesque suos, qui secum erant excommunicati, maiorem aecclesiam sanctae Mariae, aliasque aecclesias violenter conpelleret introire. Et ideo magna necessitas nobis incubuit, ut aecclesias a divino officio faceremus cessare. Multa quoque mala nobis et nostris fecit, quae longum est enarrare. Tandem non valens eius insaniam diutius ferre, nihil de suo auferentes, expulimus eum a nostra civitate. Expulsus autem cepit adversum nos amplius sevire, villasque nostras cum aecclesiis quas potuit depraedari atque igni concremare. Postea iussu nostri senioris a comite Balduino et filio eius Tornacum conductus, ubi interfuerunt dux Gozelo et episcopus Leodicensis, nullam nobis iusticiam fecit, sed fraude sua omnibus manifestata, in malicia perseveravit. Sed ut tandem cogente necessitate oportunitatem invenit, hoc placitum in presentia Hugonis episcopi*[26], *comitis quoque Balduini et filii* 26 *eius, necnon Ottonis et Eustachii, nobiscum firmavit*[b].

49. Ex quo domnus episcopus Gerardus urbem commissam primum intravit, videns quidem tam angusta quam vetusta monasterii sanctae Mariae aedificia, ac annosorum parietum fissuram suspectans, mox animum ad meliorandum intendit, si forte, Deo praestante, tempus ei suppeteret oportunum; sed quia, ut supra retulimus, tam intestinis II, 2. quam extraneis seditionibus inpeditus, usque ad annum dominicae incarnationis 1023, sui vero praesulatus [c] inchoare non potuit. Tunc vero divina misericordia fretus, ac multorum fidelium Dei orationibus quibus fiderat roboratus, tam antiquas moles parietum demoliri precepit. Quo facto, omni studio accinctus, utpote sapiens architectus, incepto labori sollicitus instat, et[d] necessariis sumptibus prudenter expensis, ad reedificandum tantae difficultatis opus anhelat; quippe timens, ne aut morte preventus aut qualibet alia causa coactus, opus inperfectum relinquat. Ad hoc vero difficilius nihil esse, quod suum desiderium remoretur, advertit, quam lenta convectio columnarum, quae procul ab urbe fere in trigesimo miliario caedebantur. Divinam ergo clementiam deprecatus, ut sibi propius solamen aliquod praestare dignetur, quadam siquidem die ascenso equo, per nostram viciniam in multis locis abdita terrae scrutatur; tandemque Deo opitulante, qui numquam deest sperantibus in se, in vico quem dixit antiquitas Lesden[27], qui quarto miliario 27 ab urbe secedit, aperta terra, iuxta votum lapides columnares invenit. Nec solum ibi, sed etiam propius, in villa videlicet Nigella[28] fodiens, aliud genus bonorum lapidum se reperisse laetatur. Unde Deo gratias reddens, totum se studio pii laboris accinxit; ac ne amplius demorer, operante divina misericordia, opus immensum septennio, anno videlicet dominicae incarnationis 1030[29] reddidit consummatum. Exin vero, quod consequens erat, prout decuit, 29 15. Kalendas Novembris sollemniter et ut ita dicam plus quam sollemniter dedicavit. Quis enim tantae gloriae pompam digne sufficit enarrare, aut quis dicacissimus verborum ambitu tantam dignitatem poterit cohibere? ubi videlicet sanctorum corpora nostrae dioceseos cum plebe et clero in unum congregata, ubi choros tam monachorum quam et canonicorum catervatim commixtos, ubi etiam non tantum urbem interius, verum et campos exterius passim utriusque sexus multitudine pernatare videres. Quomodo autem sanctorum corpora circa altare domnus episcopus ordinasset, summae pietatis est memorare ac piis auditoribus salutare. Ipse namque pariterque abbas Richardus, ambo videlicet sec-

a) *ita* 1. 2. 2*. Schelinas 4. Chelmas 3. *Sequentia* oppidum — ornamenta adhibuit *deerant in* 2. *folio exciso. Eadem desunt* 2*, *spatio trium litterarum relicto, et margini inscripto:* desunt reliqua. b) „*Verba placiti, exciso etiam folio in exemplari Sancti Ghisleni, desiderantur, et ut verisimile est, alia nonnulla de fine Walteri*" *dicit Colvenerius. Sed quum neque* 2. *nec reliqui quicquam hic exhibeant eiusmodi, immo ne vestigium quidem lacunae in ullo appareat, nil excidisse in* 1. *credimus. Nam quod Colvenerio folium excisum videbatur, hoc iam scriba ipse delevisse potest, antequam conscriberet; quod saepe factum videmus.* c) *numero spatium relictum in codd.* d) *deest* 3.

26) Tornacensis. COLV. 27) Lesdain. COLV. 28) Noyelles, in sinistra ripa Scaldis. LE GLAY. 29) a. 1027. 15. Kal. Nov. consecratum dicit Chronica S. Andreae Castelli Cameracesii I, 21. ex annalibus eiusdem monasterii, ut videtur, hoc describens.

30 mentati[30], beatissimum Gaugericum, utpote pontificem summum et sanctae dedicationis magistrum precipuum, cum summa devotione tollentes, laudibus decantatis, clero quidem ac populo prae gaudio dum haec spectarent illacrimantibus, in cathedra pontificali, sicut ante fuerat, collocarunt. Iuxta quem medium sanctos quoque pontifices Autbertum, Vindentianum, Hadulfum, qui et ipsi eiusdem altaris comministri fuerant, altrinsecus statuerunt, interposito etiam baculo sancti Vedasti cum reliquiis suis. Deinde vero ceteros, id est martires confessores ac virgines, unumquemque iuxta ordinem suum, in circuitu prout decebat conposuit. Porro sic conpositos quisquis spiritualiter senserat, procul dubio sanctae consecrationis studio credidit incumbentes. Sed quid de nundinis sollemniter institutis? quid etiam de ceteris sollemnibus ornamentis? Quod nimirum facilius admirari possumus, quam referrê. Consecrato ergo monasterio, multa ornamenta adhibuit[a]; auream tabulam ampliavit, utrisque lateribus argenteas subrogans; cruces aureas cum ventilabris[31] aeque aureis renovavit; calicem aureum, pallia quoque et casulas addidit, et in aliis quibusque utensilibus curam apposuit. Ad luminare procurandum eo loci,
32 ubi sancti Iohannis constat oratorium, duos mansus in Andrelec[32] deputavit; et cum necesse fuerit, inservient resarciendo operi eiusdem oratorii. Praeterea in[b] Wileve[33] praedium Fulberti episcopi his adnumeravit. Restaurationi novi operis octo mansus in Letfringen[34] cum aecclesia sua delegavit. Medietatem de villa Ireneias[35] cum aecclesia ad usus pauperum dedit. Ad prebendam fratrum aecclesiam in villa Maionis, quae Fontanas dicitur[36], et alodium Gertrudis addidit. Villam Pescant de parentum hereditate cum familia utriusque sexus stipendiis eorundem contradidit. Cuius censum ita bipertivit, ut in dedicatione aecclesiae medietatem eius insumerent, reliquamque in die ordinationis suae, quoad viveret, perciperent, eoque seculo subtracto, predictam ordinationis
37 diem in anniversariam transitus sui commutarent. Praedium Rolaincurt[37], quod a Ragnelino accepit, episcopio adiunxit; itemque[c] aliud in Bragbant ad Hadonis crucem. Quartam quoque partem Perronensis fisci, quam a quattuor ingenuis hominibus adquisivit, Rotberto scilicet atque Hubaldo, Athelino, Suevo, mensae episcopi ad Castellum sanctae Mariae, cui circumiacet, destinavit. Sancti Andreae oratorium inibi a fundamento construxit[38], tertiamque partem quartae partis supradicti fisci contulit congregationi monachorum, quam pia sollicitudine fovit quamdiu vixit. Alodium Theoderici montis, quod
38 Hervardus miles et Fulco nepos eius hereditabant, eis[39] manere voluit, et Watineias[40], quam de suo iure Hervardus iamdictus possederat, et quicquid in Briasto[41] Fulcuinus atque Resino habere videbantur; villamque insuper quae Fontanas dicitur; et in Petrosa tertiam partem cum aecclesia; praediumque in Solman a Fagala acceptum, aliudque in Bermerenc[42] a Gonthone milite; itemque in villa quam Mansum sancti Andreae nominare voluit, medietatem; aecclesiamque de Ferrerias[43] concambiatam[d] a fratribus sanctae Mariae; aliamque sancti Benigni; et de Ors, et de Wasvilare[44], et de Viseto, et apud
45 Bragbant alodium quoddam Ham cum aecclesia; aecclesiam de Liniaco[45]; de Furnis[e] aliam; in Cameraco aliam sancti Martini cum furno; medietatem telonei novi castri cum ambabus aecclesiis et molendino uno.

1024. Iul. 13. 50. Diebus posthaec abiisse[f] datis, sors dedit ultima Henricum regem divae memoriae diem obire. Cuius a vita recessus quantum desolationis fuerit hominibus, pro nobis

a) *in hac voce* 1. *desinebat tempore Colvenerii, ut ipse dicit, ultimo quaternione deperdito. Qui quaternio exeunte saeculo XII. adhuc extans — tunc enim* 2. 7. *eum descripserunt — iam s. XIV. deperditus fuit;* 3. *enim non iam habuit, sed in voce* adhibuit *desinens, eodem calamo statim subiungit brevissimam continuationem:* Post istum — Savine, *quam infra subiiciemus. Etiam* 4. 5. *in voce* adhibuit *desinunt, in media pagina; nil deperditum. Sequentia igitur non damus nisi ex* 2. *quem Colvenerius, et* 2*. *quem nos habuimus.* b) *deest* 2*. c) item 2. d) Fereria cambiatam 2*. e) Furnes 2*. f) *ita* 2. 2*. ab hisce *coniecit Colv.*

30) i. e. vestibus segmentatis, acu pictis, induti. 31) vexillis. 32) Anderlecht prope Bruxellas. 33) cf. I, 70. 34) fortasse Ledringhem, arrond. de Dunkerque. LE GLAY. 35) fortasse Ivergny, arrond. de St. Pol. L. 36) Fontaine N. D., vel Fontaine-au-Pire, vel Fontaine-en-Beauvois, vel Fontaine-l'Evêque. L. 37) Raillencourt, arr. d'Arras, aut Roellecourt, arr. de St. Pol. L. 38) 10. Kal. Oct. 1025. dedicatum dicit Chron. S. Andreae Castelli Cameracesii II, 19. Ad sequentia cf. diplomata Gerardi atque Conradi II. apud Miraeum opp. dipl. I, 55. 39) sc. monachis. 40) Wattignies, arr. d'Avesnes. L. 41) Briastre, arr. de Cambrai. L. 42) Bermerain, sur l'Escaillon, arr. de Cambrai. L. 43) Ferrière, arr. d'Avesnes, aut Ferrière, près du Câteau. L. 44) St. Benin, Ors, Basuel, canton du Câteau. L. 45) Ligny, arr. de Cambrai. L.

melius loquatur mundus in suis calamitatibus. Tandem collecti principes Saxonum apud [1024. Sept. 8.] Maguntiam, prefecerunt sibi in regem Conradum. Quorum ordinationi dux Gothilo, princeps videlicet Lothariensium, contraire voluit; episcoposque Coloniae, Noviomagi, Virduni, Traiecti, Leodii allocutus, sacramentum a singulis accepit, nonnisi eius consensu manus se ei daturos neque ad eum ituros. Hoc idem dux[46] Theodericus comesque Haynocensium Raginerius cum sibi conplicibus sacramento firmaverunt. Quod episcopi primi infregerunt, qui se primos dederunt, canticumque populi malum facti sunt[47]. His omnibus pactionibus non accesserat domnus episcopus, sed conabatur eos ad pacis redigere[a] gratiam, postquam cognovit eorum minus bene sanam sententiam. Interim suspendit suum a regis praesentia gradum, ne ipsis fieret[b] scandalum offensionis; directis tamen officiose legatis, macula se exuit suspicionis. Nihilominus regem Francorum placare muneribus studuit, ne sibi primitus usurpationem inferret, quam toto regno facere ad consilium habuit. Balduinum preterea comitem repressit modeste, ne sibi munitiones construeret Cameraci, Walteri corruptus fraudulentiis. Ducibus tandem post annum et fere medium ad pacem flexis, cum eis ad Aquas Grani palatii ivit, seque deditioni regis [1025. Decb.] libens obtulit. Processu temporis Balduinus, filius Balduini, cupiens se aequare patri, ab eo dissidium fecit; adiensque imperatorem, per eum se speravit posse consequi a domno episcopo, ut sibi propugnacula liceret construere in Cameraco, adversus patrem rebellaturo. Qua spe privatus est, contradicente episcopo[c]. . . . . . .

51. Triburiae secus Maguntiam imperator Conradus de diversis partibus episcopos [1036. Mai.] convocavit, ut quae utilitatis et religionis sunt, ad invicem conferrent. Qui post aliqua dictorum suorum hoc habuerunt capitulum, ut si quando ieiunium primi mensis in ea hebdomada, qua constat caput ieiunii[48], sicut solet, eveniret, amborum ieiuniorum celebritas una officii expletione conpleretur. In hoc rursus moderatissimus pastor antiquam patrum consuetudinem servari monebat, et in altera hebdomada officium primi ieiunii celebrandum, pro consuetudine antiqua, censebat. Cuius oblata sententia visa est congrua, et ab eis decreta est tenenda.

52. Istiusmodi decretum a Franciae episcopis datum est servari subiectis sibi populis. Unus eorum celitus sibi delatas dixit esse literas, quae pacem monerent renovandam in terra. Quam rem mandavit ceteris, et haec tradenda dedit populis: Arma quisquam non ferret, direpta non repeteret; sui sanguinis vel[d] cuiuslibet proximi, ultor minime existens percussoribus cogeretur indulgere; ieiunium in pane et aqua omni sexta feria observarent, et in sabbato a carne et pinguamine; soloque hoc contenti ieiunio in omnium peccatorum satisfactione, nullam se scirent ab eis aliam addicendam poenitentiam. Et haec sacramento se servare firmarent; quod qui nollet, christianitate privaretur, et exeuntem de saeculo nullus visitaret nec sepulturae traderet. Alia quoque inportabilia quam plurima dederunt mandata, quae oneri visa sunt replicare. Hac novitate pulsatus mandati presul noster, infirmitatique peccantium condescendens, secundum decreta sanctorum patrum ad singula suum formavit eloquium. Genus humanum ab initio trifariam divisum esse monstravit, in oratoribus[49], agricultoribus, pugnatoribus; horumque singulos alterutrum dextra laevaque foveri, evidens documentum dedit. *Oratorum a saeculi vacans negotiis dum ad Deum vadit intentio, pugnatoribus debet, quod sancto secura vacat otio; agricultoribus, quod eorum laboribus corporali pascitur cibo. Nihilominus agricultores ad Deum levantur oratorum precibus, et pugnatorum defensantur armis. Pari modo pugnatores, dum reditibus agrorum annonantur*[50] *et mercimoniis vectigalium solatiantur armorumque delicta piorum quos tuentur expiat precatio sancta, foventur ut dictum est mutuo. Quibus — dum Abraham et Iosue et David ex voce Domini arma tulisse in prelium vetus ostendit pagina, et sacerdotes gladio accingunt reges, règnante gratia in nostra matre aecclesia Dei sponsa — officium non est in culpa, si deest peccatum in conscientia.* Hos et

a) *ita coniecit Colv.*; redire 2. 2*. b) ferret 2*. c) *Post haec duarum linearum spatio relicto, 2* margini ascripsit* Desunt. *De 2. nil annotavit Colvenerius.* d) licet 2*.

46) Lotharingiae. 47) cf. Thren. 3, 14: *factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die.* COLV. 48) Caput ieiunii vocantur quatuor dies a feria quarta Cinerum usque ad primam dominicam quadragesimae. COLV. Cf. Sigebertum de ieiunio quattuor temporum, apud Martene thes. I, 298. 49) i. e. orantibus, seu sacerdotibus. Haec tripartitio Noae tribuitur, filiis suis dicenti: *Tu supplex ora, tu protege, tuque labora.* 50) i. e. annona nutriuntur.

Rom. 13, 6 *apostolus ministros Dei appellat, ita dicens: „Minister enim Dei est, vindex in iram[a],“ subinferens: „Non enim sine causa gladium portat.“ Rapinas reddere debere, ut vetus[51] sileat* Luc. 19, 8 *mandatum, Zachaei satis est exemplum, dicentis ad Dominum: „Si quid defraudavi, reddo* Luc. 6, 30. *quadruplum.“ Nec peccant qui repetunt, licet audiant: „Si quis quae tua sunt tulerit, ne repetas.“ Duo enim legimus: et tacuisse Dominum[b] interrogatum, et non[c] interrogatum, fuisse locutum. Cuius silentium ita non est otiosum, quemadmodum est salutiferum eius verbum. Ut enim laudavit Zachaeum de rapinarum redditione, ita siluit de earum repetitione pro inevitabili necessitate. At ubi dixit: „Ne repetas,“ permisit perfectis, quod habebant in voto, pro resecanda cupiditate; non imperavit, ut dixi, pro necessitate. Itaque illic non prohibuit repetere, et hic concessit non repetere. Inde reges per sanctos patres edocti, statuerunt firmas leges, ut res suas iniuste sublatas aecclesia vel quilibet iuste repeteret; quas legaliter cogeretur qui rapuerat, restituere[d]. Similis stat sententia inter percussorem hominis et ultorem proximi. Percussor enim debet ultorem satisfactione placare et muneribus, quem laesit et offendit subtractis amici mortui consolationibus. Neque cogi debet abs-* Matth 5, 23 sq. *que placatione ad ignoscendum, cui Dominus misit ab altari reconciliatorem[e] munus offerentem, quem utinam minus perfectum, haec a poenitente oblata trahat[f] benivolentia. Ieiunium in sexta vel et septima feria generaliter non est omnibus inponendum[g], quibus nec una est sanitas corporis nec aequaliter remordet accusatio peccati; sed nec sufficiens est omnibus peccantibus haec satisfactio credenda. Crescentia enim[h] in dies crimina purganda sunt secundum euangelii apostolorumque et canonum atque pontificum decreta, nec est conveniens, ut alia his contraria, qui praesunt, iubeant[i] populo; eisque concordent, qui organa facti Spiritus sancti, per eius flatum sonuerunt sua verba, vel scripta, ne videantur destructa. Excommunicatione quoque non sunt feriendi, qui haec sacramento firmare[k] noluerint, cum de servando uno mandato satis infirma sit[l] fragilitas humana, nedum periurio in omnibus his neglectis teneatur astricta. Quando autem ab hoc saeculo ad aliud quis habet ire, mens eius naturaliter habens oblivisci et memorari, magnitudine seu novitate viae nimis extra se sparsa et propterea aliquantulum sui oblita, consolationibus piorum debet revocari, ut poeniteat de peccatis, etiamsi tunc usque fuit obdurata; ne dicam, ut ei postulanti haec, quod absit, denegetur misericordia. Mortuum etiam quemlibet peccatorem terrae tradere,* Eccl. 3, 20. *Dei dixit auctoritas, ex quo peccator omnium peccatorum, occisor, audivit: „Terra es, et in terram ibis.“[m] — De dictis nostris hoc volumus repetere, ne quis inprovidus nos putet non satis aperte[n] verba euangelica protulisse contra episcoporum statuta; quia Dominus quaedam sua mandata dedit imperfectis pariter et perfectis, quaedam solis perfectis. Quod* Luc. 18, 20. *sufficiat ad testimonium; quia cum dixisset iuveni cuidam „Mandata nosti?“ subinferens: „Non occides,“ ceteraque huiusmodi, illeque respondisset: „Haec omnia custodivi a iuventute mea,“ ait: „Si vis perfectus esse, vende quae habes et da pauperibus.“ Alio quoque* Matt. 19, 12. *in loco de eunuchis disputans, „Qui potest,“ inquit, „capere, capiat; non enim omnes capiunt.“ Nec nos fugit, posse dicere quemquam, quod regnum celorum non ingreditur nisi* 1 Cor. 15, 41. *perfectus quisquam. Cui nos digito insinuamus, „quia stella a stella differt in claritate“,* Ioh. 14, 2. *et verba Domini replicamus: „In domo patris mei mansiones multae sunt.“ Quarum ut ita dicam secundum nos inaequalitas nonnisi ad eius omnipotentem facta est voluntatem. Quibus ut una servetur in aequalitate quantitas, inviolabilis data est ad alterutrum karitas, quod est in singulis, communicans omnibus, cum quicquid factum est[o], sufficiens sit ad omnia per hoc quod habet in propria natura. Et de nobis dicimus similia, quorum imper-* Psal. 62, 4. *fectionem supplet, cui dicit propheta: „Melior est misericordia tua super vitas.“ Per quam fit, ut quod habebunt singuli in caelesti vita, sufficiens sit gloria, participabuntque cunctorum laetitia, karitatis perfectione pleni, ut fiat aequalitas.*

53. Causa post haec fuit, qua Duacum petiit. Ubi conventus populi vocibus de sta- Hebr. 13, 8. tuenda pace falsa, respondit pro tempore, quod perceperat ab eo qui est idem heri et

a) ira 2*. b) Deum 2*. c) *deest* 2*. d) restitucionem 2*. e) reconciliationem 2*. f) tutabat 2*. g) ignoscendum 2*. h) *ita* 2*. quidem *Colv.* i) *ita Colv. deest* 2*. k) confirmare 2*. l) *deest* 2*. m) *Sequentia huius capitis omnia in* 2. 2*. *post* redierunt *demum in fine c.* 54. *leguntur. Sed quum appareat, ea ibi sensum non habere, sed arctissime cum hoc nostro capite cohaerere, ea huc transposui. Error scribae* 2. *inde natus erit, quod in* 1. *haec omnia* De - aequalitas *ab auctore ipso in scedula assuta adiecta erant procul dubio, quam scedulam scriba* 2. *loco non suo inseruit.* n) sapere 2*. o) sit 2*.

51) i. e. Veteris Testamenti.

hodie nec immutatur crastino tempore. Suggesserat in aures omnium Walterus, qui
erant foris et intus, episcopum paci nolle adquiescere; non quia erat filius pacis, sed
quia liberius quaerebat studere artibus suae malignitatis. Collegerat duo superius dicta: c. 52
ne quis arma ferret, nec direpta repeteret; studebatque, ut preteritae vitae rapinis et
caedibus, quibus pastus fuerat, silentium daretur, et extunc licentius, nullo ferente arma,
assuetis malis frueretur. Quod praesciens episcopus, sedato populo calliditates illius
exposuit, utque paci non esset contrarius, debita sua multiplicia illi indulsit, tantum ut
in reliquum populus de eo pacem haberet. Tunc deinde turba coepit episcopum benedicere, quia iam cognoverat, eum omnium pacem in veritate quaerere, etiam cum dampno,
si per hoc posset fieri, propriae substantiae, qui illi, ut dictum est, pro[a] hoc universa
relaxaverat debita.

54. His ita gestis, Balduinus tunc temporis Flandrensium comes hortari coepit episcopum, ut populo favens, pacem sacramento firmare iuberet. Ille ne tunc quidem a
sensu bono deficiens, non alia quam quae lex et euangelium adnuntiat, iubere professus
est. Tandem taedio victus, inter confines Cameraci et Atrebati multis sanctorum corporibus delatis, cum maxima turba ad locum designatum venit. Sed ne hic quidem feriabatur[b] Walterus, nunc circumcirca, nunc foras et intra ambulans et mussitans, hunc
repugnare paci, in tantum ut populum commoveret prope ad inferendam vim. Qui
minime fractus, hunc publice tali modo pro confutanda[c] eius malitia allocutus est, dicens:
*Pictura insinuat imaginem diaboli ad aurem stare Simonis, suggerentem quae voce proferret adversus Petrum apostolum contendens. Nec tua te refert actio, qui ad malum ad
quod non sufficis, commoves ceteros.* Deinceps[d] populum ad audiendum sedat, et quam
inter se pacem quaererent, qui commanducare eum volebant, edocet. Factoque verbo
de salute animae, quae christianitatis lex iubet sua sponte se servare[52], promittere 52
monet; et cum deviarent, ad poenitentiam redirent. Alacres itaque facti, dicta eius pro
vero tenentes, unanimes promiserunt, et ad propria cum pace redierunt.

55. Italiam Conradus imperator adiit, ut ad votum de regno ageret, et arma ferentes impugnaret. 1036.
Cumque inibi degeret, quosdam Longobardorum episcopos partibus 1037.
Odonis[53] faventes inreverens factus in vincula coniecit. Mediolanensium autem archiepiscopus[54], re pro alia pari modo captus, fuga sibi consuluit. Contra quem exasperatus, Mart.
loca quae late patebant, incendio absque homine fecit. Nam id consilii cum Longobar- Mai.
dis habuerat, qui in commune decreverant iuramento potentes cum infimis, nulla ratione
se passuros quemlibet dominum, qui aliud quam vellent, contra eos ageret. Supervenit
tandem dies pentecostes, quae poscebat, inter missarum sollempnia pro consuetudine Mai. 29.
coronari regem. Igitur quaesita, nulla reperta est aecclesia, praeter unam parvulam
secus ipsam civitatem. Et ecce! a mane coeperunt audiri tonitrua, coruscare fulgura
tam gravia, ut plures in domibus mente excederent, aliquanti exhalarent inter missarum
officia[e], sicut Bruno episcopus[55], qui missam cecinit, testatus est. Bertulfus etiam quidam secretarius regis sanctum se vidisse dixit Ambrosium, pro his quae rex male gerebat, indignatione commotum. Posthaec relicto hoc negotio inperfecto, iter convertit cis 1038. Aug.
Alpes, nec multo post languore afflictus est[f]; et vita apud Traiectum privatus, Henricum 1039. Iun. 4.
filium suum regni et laboris dimisit heredem. Ad quem saepedictus pontifex iens, manibus se illius commisit, pariterque dux Gothilo, qui aliquantulum denegare disposuerat.
Cuius Conradi mortem haec precesserunt signa. Anno ante transacto, mense Aprili, data
8. Idus, visa est in celo inter orientalem et australem plagam quasi ignea trabes
magnae magnitudinis, quae currens super solem iam ad occasum vergentem, visa est
in terram cadere. Cuius vestigia diu potuerunt videri, sicut fit ubi nubes clauduntur
post coruscationem. Hoc ipso[g] autem quo diem clausit anno eclipsis solis[g] fuit pridie
Idus Maii[56]; et 2. Nonas Iunii, ut dixi, ipse obiit.

56. Subsequente autem mense Augusto cum ipso rege Traiectum[57] venit domnus 1039.
episcopus, et rogatu episcopi Nithardi[58] levavit corpora sanctorum confessorum Gondulfi

a) per 2*. b) quid feriebatur 2. c) consueta 2*. d) deinde 2*. e) a. e. tres etiam i. m. solempnia 2*. f) *deest* 2*. g) ipso *et* solis *desunt* 2*.

52) i. e. servaturos. 53) Campaniensis. 54) Heribertus. 55) Mindensis. 56) errat noster; fuit d. 22. Aug. 57) Mastricht. 58) Leodiensis.

1039. et Monulfi, acceptis sibi inde reliquiis; et consecrata est ibi aecclesia in honore sancti Servatii. Mettis postea consecrata est aecclesia sancti Stephani prothomartyris, ubi etiam interfuit precatu Theoderici, eiusdem urbis episcopi, qui ei dedit preciosas reliquias ipsius martyris Christi, quas secum detulit.

57. Aldonem de Vido, qui ecclesiam[a] sancti Gaugerici in advocationem tenebat, quam nimis affligebat, multis[b] convictum nequitiis a civitate expulit. Erat enim frau-
59 dulentus valde, et alienus a veritate et fidelitate ipsius. Campum[59] contra eum accepit, unde se recredidit[60], et legaliter fecit[c], dum suum adiudicatus perdidit[d]. . . . . . .

58. Domnus Gerardus[e] episcopus dedicationem aecclesiae in honore sanctae Dei genitricis Mariae[61] facturus, removit altare a proprio loco; et effossa terra, quae circa erat, multae sanctorum reliquiae ibidem repertae sunt; insuper brachium confessoris Christi Vedasti, et non modica pars de capite eius et quibusdam membris. Consecrata est igitur ipsa aecclesia sollempniter 2. Non. Ianuar., apportato sancti Vedasti corpore cum aliis sanctis a monachis eiusdem loci.[f] . . . .
. . . .

59. Paucis ante transactis diebus, Lietduinus, ex laico monachus et abbas monacho-
c. 1044. rum post factus, a saeculo abiens laudabiliter, et ad aliud perveniens ut speramus feliciter, tristes reddidit, quos ad omne bonum instruxit. De quo ut aliquantulum dicam: per indoctam Dei sapientiam, stultam ostendit grammaticorum inflatam doctrinam, dum quicquid seculi fuit, sollicitus cavit, et quae Dei sunt, fidelis operator adimplevit. Hic abbatem Richardum, religiosum admodum virum, et Fredericum, comitis Balduini avunculum[62] a saeculo conversum, prudentem et iustum[g], introduxit, per quem locus ille in
63 sancta religione et mundi facultate coepit pollere, et ab eo[63] loco subrogatus, nobiliter,
1031. ut decuit, in omnibus bonis permansit. A fundamento monasterium restauravit et omnibus utilitatibus ampliavit, et in omnibus iustificationibus Domini sine querela vixit. Huic, postquam eum Deus tulit, abbas Iohannes successit, electus a fratribus, domno episcopo Gerardo favente cum comite Balduino[h].

60. *Domino Heinrico augustorum serenissimo, Gerardus episcoporum ultimus et servorum Dei servus, pacis et salutis perpetuae munus*[i]. *Peccatis meis hoc reputo, ut solatium qualecumque, quod mihi seni iam fesso de vobis hucusque promittebam, in vitae tempore ultimo subtraxerit Deus, non vos, cui incessanter pecco. Breviter tamen hoc vestris auribus suggero, quia de fidelitate servanda ad communis regni statum apud vos in culpa non*
1042. *habeor. Triginta annos ducimus, quo in nostra urbe inter pagensium nostrorum gladios vivimus. Quibus quam multa data sunt ab aecclesia nostra, cotidiana distributione, quaeque ab Ottone et Heinrico divae memoriae regibus, praedecessoribus meis episcopis collata, mihi etiam, et a patrimonio sunt reperta, non sunt suggerenda. Et sicut liberalitas vestra sacellarium*[64] *habet, qui causis supervenientibus cotidianas expensas faciat, ita et ego sacellarius eorum sum, ut dilatio mortis, ne dicam vitae requies eorum qui mecum sunt*
65 *acquiri valeat, quod virga disciplinae vestrae habuerat*[65] *facere. Et haec cuius nisi regni gratia? E contra*[k] *adgravata est manus plagae vestrae super nos, quando parvitas nostra minus idonea est habita apud vos. Hoc tamen domino dico, ut de me mala quaelibet estimet, de utilitate vero et causa quasi provisionis nostrae non quibuslibet pias aures praebeat, sed eos consulat, quibus gens et patria est cognita, plusque utilitati quam suggestioni credat. Nec tamen regiae congruit personae, inpugnatores hactenus pacis familiares habere, et eos per quos viguit procul abicere. In vero mihi credite, quia suasio ista res est simulata, non vera, et idcirco vobis obedire distuli, quia nec vobis nec nobis quies ultra maneret.*

a) *in 2. teste Colvenerio* „*Huius capituli quinque priora verba erant erasa, sicuti et finis; unde magna cum difficultate ea legere potui.*“ *In 2*. ubi iam inde a c. 49. nulla est capitum distinctio, locus ita legitur:* secum detulit qua ferebatur sancti G. *spatio uni voci relicto.* b) nimis 2*. c) *ita 2*. cui* dum *deest.* fiet *Colv.* d) *posthaec in 2 quaedam erasa erant. In 2*. duarum vocum spatium relictum.* e) *posthaec duarum vocum spatium reliquit 2*.* f) *posthaec in 2. erasae erant 14 lineae; in 2*. lineae et dimidiae spatium relictum.* g) et Fr. — iustum *desunt 2*.* h) „*Post finem huius cap. cum in 2. vacaret semipagella, aliquis recentiori manu adscripsit haec verba:* Anno 1148. 8. Idus Septembris Cameracensis ecclesia S. Mariae, et ecclesia S. Autberti, totumque Castellum uno eodemque incendio perierunt.“ COLV. i) *post* usque *ponit 2** k) nisi res in g. contra 2*.

59) i. e. duellum. 60) se reddidit, victum se professus est. 61) Atrebatensis. 62) cf. Mab. Acta SS. Bened. saec. VI, 1. p. 190. 63) sc. Richardo; cf. c. 16. COLV. 64) sive saccellarium, *Säckelmeister*, a *saccus*. 65) i. e. debuerat, *avait à faire.*

Sane non adeo mirum, si ab re plus iusto mihi indignemini, sicuti[a] *Mauricius Gregorio, quamvis longe infra Gregorium. Verenda vero quam subiit Mauricius vindicta, dum est* Greg. ep. IV, 31. *heri et hodie, cuius potimur vicaria persona. Per eum qui formavit et adunavit aecclesiam de latere suo, vos precamur, ne scindatis*[b] *et dissipetis eam; ne, quod absit, extra eam inveniamini per purgationem ventilabri Dei. Loquaces adolescentes cum Roboam ne admittite, quin potius per silentem Chusi, David sapientissimus princeps inter tres, quasi te* Heb. 13, 8. 2 Reg. 23.

. . . .[c]

GESTA LIETBERTI EPISCOPI[d].

1. Huic quidem Gerardo pontifici domnus Lietbertus in episcopatum successit, qui ex Brachatensi patria[66], nobili ortus prosapia, a progenitoribus[67] educandus puer commissus est sub ipsius Gerardi pontificis[68] disciplina. Puer igitur iste docibili ingenio praeditus et assidua pii magistri doctrina informatus, gemina scientia affatim imbuitur. Quem videns pius pater bonis studiis crescere et per dies singulos ad meliora conscendere, coepit eum vehementer diligere et consiliorum suorum participem facere; et ut amplius in scientia eum confirmaret, regendas scolas sanctae Mariae matris aecclesiae ei commisit, qui honor propter laborem rarus[e] nobilibus committitur, sed quanto rarior, tanto magis[f] honorabilior conprobatur. Huius igitur ministerii exercitatione perfectioris scientiae culmen iuvenis ille cepit attingere, et inter sapientes sapienter pollere. Cognita vero episcopo scolastici industria, separavit eum a puerorum doctrina, faciens illum semper consistere in presentia sua, et lateri suo adhaerere, et in iudiciis suis tam publicis quam privatis auditorem in primis, et mox iudicem insistere. Sicque factum est, ut iuvenis ille parvo post tempore in divinis et in humanis efficacissime clareceret. Quem videns episcopus bonis virtutibus[g] abundare et castitatem inviolatam conservare, coepit eum diligere prae omnibus, et privata et publica facere ex consilio ipsius. Et quia eum divina clementia et sapientia et virtutibus exaltaverat, commodum duxit eum episcopus magnificare, conferens ei archidiaconatum et praeposituram et cetera maiora ministeria aecclesiae. His[h] acceptis honoribus ita utebatur, ut maioribus perfruendis dignior iudicaretur. Cap. 61. 68

2. Post aliquantum vero temporis ipsi Gerardo pontifici, vergentibus annis ad occasum, senectus obrepsit, pro qua debilior iam fiebat a priori statu, tam in divinis misteriis quam in humanis negotiis. Sed Lietbertus quem a puero nutrierat[i], quem honoribus exaltaverat, in utroque valde eum iuvabat. Accidit interea, ut Gualterus Cameracensis castellanus ab inimicis suis interfectus interiret[69], unicumque filium cum uxore Cap. 62. 1041.

a) si ab re plus mihi i. mihi iuste s. 2*. b) si nudatis 2*. c) *In* 2. *post* quasi te *teste Colvenerio „desunt duae circiter lineae. Quae sequuntur ad finem usque Lietberti alia manu, eaque paulo recentiori scripta sunt; phrasis tamen similis eundem redolet auctorem.“ Scriba* 2*. *margini adscripsit:* desunt paucula; *tunc eodem calamo pergit sine ulla distinctione:* Huic quidem *etc.* d) *hunc titulum de nostro supplevimus; in* 2. 2*. *non adest.* Incipiunt excerpta ex libro gestorum Cameracensium pontificum. De domno Lietberto successore Gerardi episcopi 7. *qui hic incipit. Ex eo capitum distinctionem instituimus.* e) rarius 7. f) *deest* 7. g) operibus 7. h) Sic 7. i) *ita* 7. nutriebat 2. 2*.

66) est terra de Alost, ubi Brakele. COLV. 67) Necrologium beatae Mariae Cameracensis in bibl. Camerac. n. 219. saeculo XII. in. ex antiquiori descriptum, haec habet: 5. *Kal. Febr. obiit Lietbertus pater Lietberti episcopi.* 8. *Idus Sept. obiit Osburgis mater Lietberti episcopi.* 68) *carnis genere sibi propinqui,* addit Rodulfus in vita Lietberti. Sed dubium efficit, quod noster nil ea de re notavit. 69) *Cameraci . . . . ad ostium monasterii sanctae Mariae, dum oraret, ut aiunt — nos id parum compertum habemus — a quattuor viris ad hoc ipsum conventione facta paratis interficitur.* Chronic. S. Andreae Castri Cameracesii II, 8. Annales Elnonenses minores haec habent: 1041. *Walterus Cameracensis castellanus ad ianuam aecclesiae sanctae Mariae dum oraret, interfectus est. Tamen vero antequam morti debitum persolvisset, quod iniuste fecerat, Deo et sanctae Mariae atque episcopo aecclesiae voluit emendare. Episcopo autem rennuente quod obtulit, iuxta sententiam episcopi excommunicatus obiit, et sepultus est secus Oisium in monte Erni. Quod quidem ad tantum mali pervenit, ut omnis regio Cameracensis fere igni combusta, iussu uxoris suae Ermentrudis penitus vastaretur. Huius itaque mortem comes Flandrensis Balduinus dolens, graviter tulit, quod ab atrio sanctae matris aecclesiae corpus eius iniuste ab episcopo sequestratum fuisset, et ideo iniuste, quia moriens coram astantibus se culpabilem Deo reddidit. Qua de re ab archiepiscopo et a comite Balduino episcopus coactus, eum iuste absolvit, quem iniuste ligavit; et sic corpus eius a loco superius nominato dissepultum, ad*

sua superstites sibi relinqueret. Quae quidem uxor, Ermentrudis nomine, ab insania mariti sui non cessavit, sed per peiora quaeque oberrans, mariti sui nequitias superexcellit. Et quia malitiam per se, ut volebat, exercere non potuit, — filius enim eius puer erat —, tirannum quendam nomine Iohannem, advocatum Atrebatensem, sibi in coniugium copulavit, suique et filii sui patronum esse constituit. Filius autem ille mox
Psal. 36,28. mortem obiit, secundum quod scriptum est: *Generatio impiorum peribit.* Iohannes vero, cui mater pueri nupserat quique per matrem beneficium pueri invaserat, nitebatur aut vi aut dolo illud sibi transducere, quod lex nulla sibi permittebat. Porro ut res faciliores haberet effectus, coepit ipsum Gerardum pontificem magnis sollicitare promissionibus, et pecunia corrumpere necessarios et familiares eius. Huius quidem consilii Lietbertum, inter fideles pontificis sapientissimum, participem esse noluit, timens ne prudentia et fidelitate eius ab incepto repelleretur. Unde ut eum a consultu pontificis longe faceret et a civitate procul expelleret, confictis causis inimicitias ei insimulabat; quibus si locus esset, mortem etiam ei collaturum plerisque revelaverat. Interea Gerardus episcopus infirmabatur, et cum aetatis decrepitae molestia acutae febris valitudine angebatur, ita ut a domo sua nisi alterius manibus exportatus exire non valeret, neque disponere, quid sibi vel rei publicae utile esset. Domnus vero Lietbertus cum eo assidue esse non poterat, propter simultatem et invidiam, quam adversus eum Iohannes inferebat; ideoque apud novum castrum sanctae Mariae custodiae eius deputatum morabatur, nisi aliquando episcopum refocillationis gratia visitaret, congregato constipatus exercitu. Gaudebat igitur Iohannes de eius absentia, sed nihil tamen impetrare ab episcopo valebat, eo quod ab amicis Lietberti dissolverentur et ad nihilum traherentur omnia petitionis suae ingenia.

Cap. 63. 3. Cum haec agerentur, superveniente suae vocationis tempore praesul Gerardus
1051. Mart. 14. defungitur[70]; Iohannes tamen in civitate remanet, castellatura indonatus. Porro sepulto honorabiliter sicut decebat Gerardo pontifice, Henricum regem[71] Lotha-Karlensium[a] adeunt domnus Lietbertus praepositus et archidiaconus aliique archidiaconi cum casa-
72 tis[72] Cameracensis aecclesiae, reportantes baculum pontificalem, et nuntiantes episcopi

a) *ita* 7. ariensium 2. riensium 2*.

S. Amandi monasterium secus Elnonem fluvium situm translatum est, et sepultum est in claustro monacorum ante fores aecclesiae. Epitaphium eius:

Continet haec fossa Gualteri principis ossa,
Quem Cameracensis orantem perculit ensis.

70) Diem obitus 2. Idus Mart. esse, in eo conveniunt Necrologia S. Gaugerici (in bibl. Camerac. n. 55. descriptum s. XI. ex. ex antiquiori), beatae Mariae (bibl. Camer. 219. s. XII.), Aquicinense (bibl. Duac. n. 825. s. XII. in.) et Chron. S. Andreae Castelli Cameracesii, anno 1133. compositum. Annum plerique statuunt 1050, alii 1048. Sed Colvenerius affert diploma Lietberti episcopi monasterio S. Autberti concessum anno Domini 1057. *et praesulatus ipsius anno septimo*, et Miraeus opp. dipl. I, 153 et 155 duo alia *anno* 1064. *praesulatus domni Lietberti anno* 14°, unde sequitur, Lietberti primum fuisse annum 1051. Rodulfus porro in vita Lietberti, ante annum 1131. conscripta, haec habet c. 10: *Convenit in unum Cameracensis ecclesia, pari consensu electura d. Lietbertum . . . . . Post haec Henricum regem adeunt novus electus, scilicet domnus Lietbertus praepositus et archidiaconus a. a. c. c. C. a. n. destructionis suae casum flebilem et e. s. d. Illis quippe diebus apud Agrippinensem Coloniam excubans, super observationis quadragesimae diem resurrectionis dominicae praestolabatur dominicum, consulturus ibidem nobile suorum palatinorum suorum consilium . . . . . cui quidem in hac re sollicito suggestum est a Cameracensibus, quod Lietbertus . . . . . electus esset ab omnibus . . . . . Electus est in die sancto paschae domnus noster Lietbertus ab imperatore cunctisque palatinis principibus . . . . Actum est Agrippinae in palatio imperiali, confirmatum in ecclesia s. Petri principis apostolorum.* Atqui imperatorem Coloniae pascha celebrasse a. 1051. scimus ex Herimanno Augiensi (a. 1048. fuit in Bavaria; a. 1049. Goslariae; a. 1050. Traiecti). Idem Rodulfus ecclesiam S. Sepulchri consecratam dicit *anno* 1064. *indictione* 2. *anno quoque pontificatus domini nostri et patroni Lietberti* 14°. eundemque mortuum dicit *anno pontificatus sui* 26°. *dominicae incarnationis* 1076°, qui loci ambo dant annum consecrationis 1051. Eundem denique annum 1051. indicat Chronica S. Andreae Castri Cameracesii II, 12. ubi v. notata. Cf. etiam Acta SS. Iunii IV, 585. — Mirum itaque est, quod Simon abbas S. Bertini in chartulario S. Bertini, ed. Guérard p. 184. exhibet diploma Balduini comitis Flandrensis, datum *anno d. i.* 1056. *indictione* 9 . . . *die sancto epiphanie, astantibus huius rei testibus*, inter quos tertius est: *Signum Gerardi Cameracensis episcopi.* Nomen Gerardi falsum esse, luce clarius apparet; sed indictio quadrat. Fortasse in charta fuit: *Signum L. Cameracensis episcopi,* quod *L* pro *G* legens, Simon *erardi* e coniectura supplevit pro *ietberti.* 71) imperatorem potius; iam enim 25. Dec. 1046. Romae coronatus fuerat. 72) attachés à la maison, *domestici.* A Cambrai cette dénomination s'appliquoit surtout aux 24 *francs fiévez*, in-

sui depositionem. Audiens imperator obitum tanti viri, pie ei, eo quod omnibus amabilis erat, condoluit, cepitque quaerere diligenter, quem in loco eius similem subrogare potuisset. Cui quidem hac in re sollicito, occurrit animo[73], quod Lietbertus eius- 73 dem Cameracensis aecclesiae prepositus, qui suus iam dudum capellanus[a] erat, quem fidelissimum sibi et aecclesiae illi saepe necessarium in multis probaverat, ad regendam aecclesiam Cameracensem idoneus enitebat*.

*) *Hoc potissimum loco addere libuit excerpta Cameracensia apud Iacobum de Guise obvia: edit. Paris.* t. VIII. p. 450. Cuius (*scil.* Herluini) audito decessu, imperator Gerardum, capellanum suum, ad sedem ipsam destinavit. Qui multas iniurias ab hominibus suis illatas, non minus post ecclesiae collata beneficia [passus], carnis solutus ergastulo, nutritum suum, dominum Libertum, dereliquit successorem. Sed ipsius Gerardi temporibus, in ecclesia Attrebatensi iuxta maius altare reliquiae sunt inventae, quae ibidem hodie conservantur. Ad quarum inventionem multa infirmis sunt per tres annos continue collata beneficia. Dominus Libertus ecclesiam Beaurim[74] cum decima canonicis Attrebatensibus dedit et Berle[75], et ecclesiam sancti Sepulchri in civitate 75 Cameracensi fundavit, in qua cum multo honore sepultus requiescit. Dominus Gerardus iunior Liberto successit.

p. 454. Verum quia superius in capitulo immediate praecedente digressi sumus a coordinatione vera ac successione episcoporum Cameracensium, a tempore obitus videlicet Gerardi, qui ultimus extitit episcopus tam Attrebatensis quam Cameracensis ecclesiarum, et dimisimus coordinationem episcoporum Cameracensium insequendo episcoporum Attrebatensium successiones; hic consequenter, Deo duce, prout reperire valui, ad Cameracensium episcoporum catalogum revertor. Nam in ecclesia Cameracensi primus post dictum Gerardum, cuius temporibus facta fuit episcopatuum dictorum divisio, successit Gerardo Manasses, solus regnans in solo episcopatu Cameracensi. Manassi successit Walterus. Waltero successit Odo. Odoni successit Burgardus. Burgardo successit Lietardus. Lietardo successit Nicholaus. Nicholao successit Petrus. Petro successit Robertus. Roberto successit Alardus. Alardo successit Rogerius. Rogerio successit Iohannes. Iohanni successit Nicholaus electus. Nicholao successit Hugo electus. Hugoni successit Petrus de Corbolio[76] episcopus. Petro successit Iohannes de Bethunia. Iohanni successit Godefridus de Condato in Hannonia. Godefrido successit Guiardus. Guiardo successit Nicholaus de Fontanis. Nicholao successit Ingelramnus. Ingelramno successit Guillelmus de Hannonia. Guillelmo successit Guido de Collo-Medio[77]. Guidoni successit Philippus de Margny. Philippo successit Petrus de Milapi[78]. Petro successit Guido de Babylonia[79]. Guidoni successit Guido de Venthadorio. Guidoni successit Petrus Andree. Petro successit Robertus de Gebennis[80]. Roberto successit Gerardus de Dainvilla. Gerardo successit Iohannes Cherclaus, tempore 80 schismatis ecclesiae. Iohanni Cherclaus successit Andreas de Sancto-Paulo, frater comitis Sancti-Pauli.

Tom. IX, p. 464. *Ex historia Cambracensi.* Hoc anno (1047.) fuit maxima mortalitas Cameraci, ratione cuius episcopus Gerardus benedixit magnum cimiterium extra muros civitatis Cameracensis, et incoepit ecclesiam parvam in honorem sancti Nicholai episcopi atque sancti Sepulchri, sed eas non perfecit: et illuc sepeliebantur defuncti, quia cimiteria civitatis erant omnia repleta[81].

ib. p. 466. *Ex Sigeberto.* Eodem anno (1049.) moritur Gerardus, episcopus Cameracensis. *Ex hist. Cameracensi*[82]. Anno Domini 1049. Henricus imperator dedit dominium temporale totius civitatis Cameracensis Lieberto noviter electo in episcopum Cameracensem; et[83] eodem anno Iohannes expulit canonicos extra ecclesiam beatae Virginis et clausit portas civitatis ante Liebertum episcopum, et tenuit contra ipsum. Sed tandem Balduinus comes Flandriae reposuit dictum episcopum in pacifica possessione totius civitatis, et exulavit dictum Iohannem. Hic episcopus Liebertus a Guidone archiepiscopo Remensi fuit consecratus una cum regina Franciae, uxore Henrici regis Francorum[84]. 84

ib. p. 470. *Ex historia Cameracensi.* Hoc anno (1052.) incoepit fundare Liebertus episcopus Cameracensem abbatiam in honore sancti Andreae in Castello Cameracisii.

ib. p. 472. *Ex Sigeberto:* Eodem anno (1054.) Liebertus, episcopus Cameracensis, terram

a) *ita correxit Colv. ex Vita Lietberti;* manibus 2. 2*. 7.

stitués pour connaître, sur le *conjurement* du grand bailli, des affaires féodales, civiles et criminelles, qui étaient de la jurisdiction de l'évêque. LE GLAY. 73) Paulo aliter Rodulfus loco supra indicato narrat, Lietbertum iam domi electum fuisse a clero atque populo, antequam Coloniam irent; hanc electionem imperatori suggestam et ab eo confirmatam. 74) Beaurain. 75) Berles. 76) Corbeil. 77) Colmieu. 78) Mirepoix. 79) *Balonia.* Mss. de S. Germain; Gui d'Auvergne. FORTIA. 80) Pierre de Genève? FORTIA. 81) cf. Rod. c. 46. 82) Rod. c. 13: — *donavit civitatem Cameracum cum suis appenditiis omnibus domno Lietberto imperator Romanorum Henricus secundus.* 83) cf. Gesta Lietberti infra p. 492. 84) cf. Chr. S. Andreae Cam. et Rod. c. 19. 20.

Cap. 64. 1051. 4. Vocatis[a] itaque Cameracensis aecclesiae legatis, tam clericis quam laicis, suae voluntatis sententiam eis aperuit, Lietbertum videlicet prepositum se preficere velle episcopum aecclesiae Cameracensi, quem ad regendam aecclesiam illam utilem esse credebat, suaeque commodum fidelitati. His auditis omnes assensi sunt, praeter unum archidiaconum, Guonem[b] nomine, qui mox convictus est contradixisse invidia potius, quam Mart. 31. ulla alia ratione. Sicque annuente isto cum aliis omnibus, donavit episcopatum Cameracensem domno Lietberto imperator Romanorum Henricus secundus. Videres igitur omne palatium gaudio repletum esse et exultatione, et incipientem ipsum etiam imperatorem *Te Deum laudamus*, prosequi episcopum cum clero et populo usque in aecclesiam, cum huius ymni iubilatione. Magnificatus est pontifex a rege et principibus eius in magna gloria, et receptus est a suis cum gratiarum actione et letitia magna. Pontifex, facta fidelitate imperatori, et omnibus competentibus adimpletis, satagebat ad 85 civitatem suam reverti[85].

5. Sane Iohannes ille, qui ei infensus Cameraci remanserat, audivit praecurrente fama, quod factum fuerat, quia domnus Lietbertus accepto episcopatu laetus remeabat. Hac pro causa valde irascitur, secumque diu reputat, quid facto opus sit[c]. Postea satellites in unum convocat, eisque secretum animi sui insinuat, dicens, se Lietberto nuper episcopo facto nullum introitum civitatis Cameracae indulgere, nisi se castellanum prius ipsius civitatis voluerit facere. Precepit igitur omnibus illis, paratos esse semper in armis, ad repellendum episcopum illum, nisi sibi[d] hoc in dono satisfecerit. Dein matrem aecclesiam sanctae Mariae violenter invasit, et eiectis canonicis, thesauros aecclesiae et quodcumque intus invenit, ditioni suae mancipavit, custodesque suos armatos inibi posuit. Basilicam itaque pontificalem cum militibus suis introiit, et uxorem suam in camera pontificis introducens, stratum suum in lecto pontificali parari fecit, sibique et 86 satellitibus suis de pontificalibus sumptibus precepit ministrari[86].

Cap. 65. 6. Interea dum haec agerentur, novus civitati appropinquat episcopus. Cui Iohannes cum parato occurrens exercitu, portas clausit, et longe reppulit[e] ab introitu. Episcopus itaque ad novum Castellum sanctae Mariae divertens, cum honore et laetitia recipitur a suis.

sanctam et sanctum sepulchrum visitare voluit, prout potuit, cum sumptibus magnis[87]; sed dum esset in Cypro, coactus a Sarracenis, invitissime repatriavit.

ib. p. 476. *Ex historia Cameracensi*[88]. Hoc anno (1064.) Liebertus, episcopus Cameracensis, fundavit ecclesiam sancti Sepulchri Cameracensis, et eam dotavit et dedicavit, et monachos apposuit.

Tom. XI. p. 158. *Ex historia Cameracensi.* Modicum ante tempora ista (1080.), Hugo dominus d'Oisi cepit episcopum Cameracensem Lietbertum proditorie de nocte in lecto suo, postquam fessus dedicaverat quamdam ecclesiam et magnum populum confirmaverat, et interfecit camerarium episcopi et multos nobiles qui erant cum episcopo volentes eum adiuvare. Dictus autem Hugo cepit dictum episcopum nudum[f] in lecto, et incarceravit eum in castro suo d'Oisi. Richildis autem comitissa Montensis, audiens quod eius pater spiritualis sic tractatus fuerat, congregavit aciem magnam in Hannonia, et mandavit filio suo Arnoldo, tunc comiti Flandriarum, quatenus ad ipsam accederet cum decenti comitiva. Quae post paucos dies una cum Arnoldo proprio filio Cameracisium per Duacum subintrantes, totam terram Hugonis devastantes, Hugone fugiente, castrum d'Oisi ceperunt, et, cunctis interfectis, dominum Lietbertum episcopum vinculatum repererunt, quem cum honore permaximo ad civitatem Cameracensem reduxerunt, et in propria sede reposuerunt cum magnificentia[89]. Pares Cameracisii cum civitate considerantes victoriam, honorem et commodum a comitissa Montensi et eius filio Arnulpho (*sic*) eis impensa, tractare coeperunt comitissae de satisfactione pecuniaria et expensis persolvendis; sed comitissa respondisse fertur sola benedictione episcopi contentari; et[90] superaddidit ecclesiae beatae Virginis et episcopo terras, possessiones et iocalia quam plurima: tandem reversa est ad propria in suo castro Montensi.

a) advocatis 7. b) *ita* 2. 7. *Vita Lietb.* Chunonem 2* c) *ita* 7. *Vita Lietb.*; opus sit factu 2. 2*. d) *deest* 7. e) *ita* 7. *Vita Lietb.* repellit 2. 2*. f) nondum *ed.*

85) Haec omnia Coloniae acta fuisse in die paschae narrat Rodulfus in Vita sancti Lietberti. 86) idem supra I. 101. narratur de Karolo duce. 87) cf. Chron. S. Andreae; Rod. c. 41. 88) cf. Gesta ep. Camerac. pag. 497. Rod. c. 47—49. anno 1064. Reliqui annorum numeri in fontibus desiderantur. 89) brevius in Gestis episc. Camerac. p. 396 indeque in Rod. c. 56. 90) cf. Gesta ep. Camerac. p. 396 et Rod. c. 56.

7. Ibique aliquandiu mansit, donec Flandrensium comes Balduinus a rege Francorum revertens et per ipsum Castellum transitum habens, eum ibi invenit[a], et de episcopio eius laetus effectus, usque ad civitatem Cameracensem eum secum deduxit. Comes vero dum ad civitatem propinquaret, mandavit Iohanni, ut ipse et sui a civitate exirent, et liberum introitum episcopo venienti permitterent. Iohannes autem quia contradicere ausus non erat, adimplevit comitis domini sui mandatum per omnia, sicut iussus fuerat. Intravit igitur episcopus civitatem suam duce comite cum magna gloria, et expulsus est adversarius eius Iohannes cum magna ignominia.

8. Pontifex vero eiecto Iohanne precavens in futurum, et timens, ne vel ille Iohan- Cap. 66. nes vel quilibet tirannus huic similis in castellaturam illam aut vi aut ingenio intraret, et postea iustus heres eam repetens inde turbas faceret, ultro Hugonem Gualteri castellani defuncti nepotem, eo quod legitimus heres erat, ascivit, eique castellaturam illam concessit. Et quia iste Hugo adhuc puer erat, sed propinquum quendam Ansellum[91] nomine, moribus et armis egregium, habebat, huius custodiae puerum cum bono eius[92] commisit; quem Ansellus ille usque ad praefinitum tempus optime et fideliter rexit.

9. Iohannes igitur, castellatura quam iniuste usurpaverat privatus, nec quicquam mali adversus episcopum proinde presumens facere — prohibitus enim erat a comite — ipsum comitem Balduinum, cuius ligius[93] miles erat, dereliquit, et ad imperatorem 93 Romanorum Henricum se contulit, quem sciebat tunc temporis inimicum esse Flandrensi comiti. Huius quidem miles effectus, sciens quia imperator secundam profectionem in Flandriam adversus Balduinum[b] pararet, promisit ei, quod exercitum suum illuc deduceret, si a Lietberto, cui noviter episcopatum dederat, castellaturam Cameracensis civitis dari sibi fecisset.

10. His auditis imperator, quia in terram comitis depopulaturus venire desiderat[c], Cap. 67. laetus efficitur, estimans se facile impetraturum ab episcopo, quod a Iohanne postulabatur. Denique nec multum temporis interfuit, cum imperator, parato exercitu et Iohanne 1054. ductore constituto, ex pacto et petitione eius, ut in Flandrensem patriam[d] deveniret, iter aggreditur. Pertransiens igitur omnia interiacentia sui regni loca, pervenit ad Maen[94], vicum quendam super Scaldum fluvium, non longius quam duobus milibus a Valentianis, ubi pontes volebat facere, et sic in terram Balduini, quae[e] presens transito flumine occurrebat, intrare. Sed Balduinus comes alteram partem ripae cum suo exercitu iam preoccupaverat, per quam imperator in terram eius transire parabat. Sedentibus itaque imperatore et comite e diverso, neque altero alteri nocere valentibus propter altitudinem intercurrentis fluvii, pars quaedam ab imperatorio exercitu clanculum segregata, per Cameracum civitatem transiit, volens comitem adversus imperatorem sedentem inparatum[f] offendere, et sic ex improviso superare. Quod quidem factum fuisset, nisi ad ultimum per legatum monitus comes cum suis fugeret, et custodiam littoris vacuam derelinqueret[g].

11. Hoc viso imperator Scaldum fluvium, paratis pontibus, transiit, et terram Bal- Cap. 68. 1054. duini[h] hosti[95] suae devastandam distribuit; sicque depopulando eam praeda et igni, usque ad Debullientem rivum[96] cum exercitu suo pervenit. Quo in loco praefatus Iohan- 96 nes, acceptis secum satellitibus suis coram imperatore veniens, rogavit eum, ut castellaturam Cameracensem sibi donari fecisset secundum promissum suum, si vellet amplius a se et a suis habere conductum.

12. Igitur imperator vocavit ad se Lietbertum episcopum — presens enim erat —, et postulare cepit, ut Iohanni castellaturam donaret Cameracae civitatis. Hiis auditis, Cap. 69. episcopus usque ad animam conturbatur, cum iam eam iusto heredi donasset, et sevissimus tirannus iniuste eam repeteret. Respondit tandem, se non posse facere quod imperator imperabat, quia Hugoni legitimo heredi[i] secundum legem patriae iam eam donaverat. Imperator propter instantem necessitatem volebat petitioni Iohannis satisfacere; episcopo autem videbatur, quod fecerat, nullo modo se posse dissolvere. Imperatori quod petebat leve videbatur et modicum; episcopo quod petebatur grave et mor-

a) invenerit 2. 2*. b) comitem *addit* 7. c) desiderabat 7. d) provintiam 7. e) quem 2. f) inimparatum 2. g) dereliquisset 7. h) comitis 7. i) l. h. *deest* 7.

91) de Ribodimonte. 92) *son bien*, i. q. possessiones. 93) ledigman. 94) Maing. LE GLAY. 95) i. e. exercitui. 96) Le Boulenrieu, prope Evin, arrond. de Béthune. LE GLAY.

tiferum. Si enim infandum hominem contra ius aliena petentem in civitatem suam reciperet, neque intus pacem prae tirannide eius haberet, neque foris exheredatum et parentes eius sustinere posset. Humiliatus igitur et conturbatus episcopus usquequaque, vivificationem petebat a divina miseratione, volens donum suum legitime perfectum inviolabiliter permanere. Sentiens igitur imperator, se blanditiis impetrare non posse quod petebat, coepit abuti violentia, precipiens episcopum a militibus rapi, et extra 97 potestatem[97] eius positum in custodia reservari. Tandem episcopus coepiscoporum et amicorum[a] liberrimis consiliis correptus, sciensque, quod secundum apostolum regi Rom. 13, 1. debeat esse subiectus, annuit imperatori de Iohanne quod petebat, sicque in suam potestatem rediit, liberatus ab omni custodia.

Cap. 70. 1054. 13. Quo facto, accinxit se rursum Iohannes ad deducendi negotium, volens, si fieri posset aliquo pacto, per clausulam illam ducere imperatoris exercitum. Laboranti igitur homini et quaerenti id ipsum perficere, portae clausulae illius apertae sunt de media nocte; sicque clausulam illam introivit imperator, facta inimicorum suorum resistere volentium non minima caede. Pertransiens autem clausulam illam, et interfectis a dextris et a sinistris occursantibus sibi, ad Islense castellum[98] pervenit, ubi Lantbertus comes Lensensis cum multis ei occurrens, interfectus occubuit. Ab eo quidem castello divertit ad Tornacum civitatem, ubi in quodam municipio inclusit non parvam militum electorum fugientem multitudinem, quos obsidione et ad ultimum fame oppressos conpulit ad deditionem. Illis igitur acceptis et per ergastula militum suorum in custodia reclusis, imperator cum gloria ad civitates regni sui rediit. Sed nos a proposito deviavimus, dum opera imperatoris prosequentes, aliquantisper a gestis domni Lietberti pon- 99 tificis siluimus. Remittamus igitur bella imperatoris et magnifica facta edituis[99] eius, et nos ad gesta pontificis quae restant redeamus.

Cap. 71. 1054. 14. Recedente imperatore in regni sui patriam, recessit quoque domnus Lietbertus episcopus Cameracum in civitatem suam. Qui Hugonem puerum, quem castellanum fecerat, non a se reppulit, sed non minori cura quam ipse Ansellus, constitutus custos eius et tutor, fovet eum et enutrit, ducens in irritum donum illud castellaturae, quod per violentiam imperatoris donare coactus est Iohanni. Hoc autem factum imperator pie pertulit, nullaque iniuria proinde episcopum affecit; quin potius donum illud, quod ab illo Iohanni factum fuerat, suis muneribus alioque beneficio restauravit, pacisque concordiam inter episcopum et ipsum reconciliavit. Sciebat enim factum fuisse nutu consilii sui, quod episcopus ipsi Hugoni primum castellaturam donaverat.

15. Episcopus igitur letificatus adepta imperatoris gratia et de superata Iohannis quaestione iniusta, civitatem suam Cameracum exaltare omnimodis satagebat. Cives itaque, qui diutinae seditionis oppressione paupertati redacti fuerant, pacis dulcedine vivificati quasi de sepulchro mortis resurgebant. Prae labore enim et studio pontificis, Psal. 84, 11. in civitate Cameracensi et circumquaque in omnibus appenditiis misericordia et veritas sibi obviabant, iustitia et pax oscula libabant. Aperta et reserata sunt omnia, nec fur inventus neque rapax neque iniurians quisquam[b], qui alicui dampna inferat. Clerici in aecclesiis opulentia referti, laudes Deo referebant; laici cum omni pace officia sua exercebant; beatum dixerunt populum cui haec sunt, immo beatiorem episcopum, per quem tanta pacis gaudia pullularunt.

Cap. 72. 16. Interea Hugo castellatura donatus aetate proficiebat, tempusque proximum instabat, quo Ansellus regimine eius carere et ipse bonum suum[1] recipere debebat. Porro Ansello videbatur, quia ad regendam[c] castellaturam iuvenis ille nondum esset idoneus; ideoque protelare volebat custodiae suae officium, si sibi permitteret episcopus. Sed quamvis pontifex de inperfectione Hugonis id ipsum sentiret cum Ansello, nolebat tamen ipsum fraudari a prefiniti temporis spatio, putans iuvenem per disciplinam suam ad veritatis viam posse revocari, si caecitatis suae ignorantia a recto deviaverit. Sic sic Ansellus nullatenus impetrare valuit prece vel precio, quin Hugo castellaturam suam non reciperet in die suo. Adepto itaque Hugo honoris sui gubernaculo, continuo palam fecit omnibus, quod claudebat in animo. Antea enim quomodo eum cognosceres, cum

a) suorum *addit* 7. b) quisque 7. quilibet *Vita Lietb.* c) regendum 7.

97) i. e. terram suae ditionis. 98) Lille, cui originem dedit Balduinus a. 1066. fundata ecclesia sancti Petri. 99) ostiariis. 1) *son bien.*

prohiberent simul aetas, metus et magister? Modo vero suae potestatis compos, totius magisterii et disciplinae contemptor, fasque nefasque confundens, post pravitates cordis sui et illicitas voluptates graditur sine respectu aliquo. Potestne respectum iustitiae tenere, qui in civitate domini sui et in foro eius lignarium[2] per angariam[3] colligit[a]; cum id unquam antecessor eius non fecerit, et contradictio reclamet et prohibeat domini sui? Factum est autem hoc lignarium a Hugone castellano in civitate Cameracensi, et positum est in inclastro[b. 4] sancti Autberti ad contradictionem Lietberti pontificis; et haec fuit prima causa de iniuriarum eius primitiis.

17. Secunda iniuria talis extitit, quod Ermenaldo villico et cubiculario episcopi decem vaccas abstulit et in civitate sua se praesente adduxit et comedit, ipsumque Ermenaldum ad ultimum comprehensum alligavit catenis. Quod cum episcopo nuntiatum esset, valde indoluit, venitque ad domum castellani, volens scire, quare cubicularium suum teneret in vinculis. Ille vero mox ut advertit domum intrasse dominum suum, fuga lapsus est per alterum domus ostium. Vociferante igitur episcopo et adiurante in sacramenti nomine, ne abiret, sed stans de Ermenaldo quem ceperat[c] rationem redderet: stare noluit, sed ascenso equo aufugit. Hoc viso, episcopus Ermenaldum vinculis mancipatum repperiens, fecit absolvi, et secum quasi ab orco subtractum laetum reduxit.

18. Postea vero Hugo infecta pace domum rediit, et ab incepta perversitate non cessans, prioribus malis peiora superaddidit. Cives namque meliores et ditiores contumelia et iniuriis afficiebat, alios indempnatos et iniudicatos in cippo[5] vilissimo concludens, et inter dedecora plurima barbam aliis evellens. Evremarum namque, de ditioribus civibus unum, inhoneste traxit ad cippum publicum; Geraldum quoque, inter mercatores intus et foris satis cognitum, corpore quidem et aetate provectum, tirannis etiam reverendum. Pro hiis et aliis huiusmodi saepe correptus ab episcopo, et emendari nolens, sed in peius corruens, excommunicatus est ab eo. At ille et hoc etiam contempsit, nullamque misericordiam quaerens vel meliorationem promittens, ad comitem Sancti Quintini abiit, ibique aliquandiu versatus, quicquid mali potuit, adversus episcopum et aecclesiam eius fecit.

Cap. 73. 19. Post paucos autem dies in Cameracensi pago non longius a civitate quam decem milibus, apud quendam locum Porrivallem dictum, municipium firmavit, in quod introiens cum satellitibus suis, res vicinas devastabat episcopii, transeuntes diripiens, circumquaque manentes afficiens rapinis. Hoc autem episcopus diu ferre non potuit, sed collectos equites et pedites ad municipium illud direxit. Municipium vero illud assultu[d] opprimitur, et coangustatum et igne succensum ad terram prosternitur; sicque locus ille a satellitibus et a latrunculis emundatur. Hugo igitur ille destructo municipio ad aliud divertit, cui Inceium[6] antiquitas nomen imposuit, paredasque et mala plurima in episcopum repetivit. Quod etiam episcopus moleste accepit, copiosamque armatorum multitudinem ad locum illum deduxit; fuissetque continuo municipium illud solotenus subversum, nisi Rotbertus de Perrona cum suis dolo obstitisset, qui venerat in pontificis auxilium. His ita incassum decursis, Cameracenses infecto negotio ad civitatem suam sunt reversi.

Cap. 74. 20. Interea Hugo ille quandam iuvenculam, Adam nomine, neptem videlicet Richeldis Montensis comitissae, cepit amare eamque in coniugium sibi velle cupide copulare. Sed quia excommunicatus, quomodo quaque ratione id perficeret, nesciebat. Incendio siquidem carnalis amoris devictus, ad Richeldem comitissam progreditur, obnixe obsecrans eam, ut sibi in matrimonium coniungeret Adam neptem suam. At illa precibus eius devicta, ad ultimum annuit quod petebat, si prius absolutus esset anathemate, quo ab episcopo Cameracensi vinctus erat. Quid faceret? Absolutionem non curabat magnopere; quaerit tamen eam ab episcopo per internuntios, desiderio ardens concupitae puellae. Porro episcopus fatigatus multimodis iniuriis eius, absolvere eum nolebat, nisi prius dimissionem manu propria — quod et vulgo werpire dicitur — faceret ex omni beneficio, quod infra ambitum Cameracae civitatis habebat. Hugo vero ad ultimum

a) collegit 7. b) est in claustro 7. c) acceperat 2. 2*. d) *ita* 7. *Vita Lietb.* a saltu 2.

2) *magasin de bois.* 3) i. e. violentam exactionem, de lignis quae ad comburendum in civitatem advehebantur. COLV. 4) *enclos*, i. q. *enceinte.* 5) *le cep*, ferrum quo captivorum pedes includuntur; tum pro carcere ipso. LE GLAY. 6) Inchi-en-Artois, canton de Marquion. LE GLAY.

ambitione iuvenculae inflammatus, fecit episcopo secundum optionem eius: werpivit palam omnibus, praesente episcopo suisque militibus, praesente comitissa Richelde suisque principibus, quicquid habebat beneficii infra civitatem ipsam Cameraci; sicque absolutus, fidelitatem episcopo fecit de reliquis castellaturae bonis, et inde obsides dedit.

21. Haec autem fidelitas non diu est ab ipso Hugone observata, quia in natali[a] sancti Andreae iureiurando promissam, infregit eam 2. feria post palmas. In hac enim 7 feria maioris ebdomadae[7], Atrewasiam[8] silvam penetrat, et omnia quae ibi repperit iumenta Cameracensium, ablata iniuste abduxit secum. Qui cum saepius moneretur ab episcopo in fidelitate iurata, ut ea redderet, noluit, sed et in ipso absolutionis die, Cap. 75. qui est ante parasceuen, diffidentiam[9] domino suo mandavit. Postea Cameracum derelinquens, divertit ad Oiseium[10], malumque[b] quod potuit, sicut primitus facere instituit adversum[c] episcopum. Mandavit igitur episcopus ei non semel sed plus vice tertia, ut 11 ante conspectum eius veniens, praesentibus comparibus suis in rectum[11] staret de iniustitia sua. Ipse vero crebro sub nomine terrae suae et in[d] fidelitate quam iuraverat commonitus, ad ultimum ante conspectum domini sui presentibus comparibus suis venit; sed de quibuscumque interpellatus est rectum facere nolens, iniustior quam venisset, recessit. Unde compares eius et alii quamplurimi nobiles, qui communi utriusque causa huic placito interfuere, Hugonem reum vocantes, terram quam de episcopo tenebat, ei abiudicavere.

22. Hugo autem ad municipium, quod apud Oiseium sibi paraverat, abiudicata terra sua rediit, et malum adversus episcopum facere non cessavit. Episcopus tamen patienter ferens haec omnia, abiecto timore parrochiam suam circuibat, aecclesias quae consecrandae erant benedicens, et cetera ministerii sui opera perficiens. Accidit autem, ut cum huius laboris exercitio ad quandam villam Buricellum nomine deveniret, aecclesiamque villae eius consecrandam benediceret, et post consecrationem in confirmandis etiam hominibus[e] fatigatus, ibidem pernoctaret. Prefatum vero Hugonem sermo huius rei non latuit; qui acceptis secum complicibus suis ad domum illam pervenit, in qua iam lecto receptus episcopus lassata membra commendabat quieti. Fractis[f] domus huius ostiis, et quibusdam resistentibus interfectis, pervenit ad cameram, in qua[g] pontifex cubitabat cum Wiboldo praeposito suo et capellanis suis. Sentiens Wiboldus dolos et violentiam huiusmodi, ostio camerae quasi pro obice sese opposuit; sed unus pluribus resistere non valens, fracto ostio ab ipso Hugone interemptus occubuit. Denique episcopum, sicut in lecto iacebat, cum camisia tantum ille insanus homicida non timuit accipere, et ad Oiseium municipium suum ita nudum asportare, clausumque in custodia retinere.

Cap. 76. 23. Hac igitur fama Arnulfus comes Flandrensis, et mater eius Richeldis excitati, sumptis militibus suis continuo ambo ad Oiseium venere, et requirentes episcopum in sapientia et fortitudine, sine mora inventum reduxerunt eum Cameracum cum grandi gloria et honore, donantes insuper muneribus aecclesiam sanctae Mariae aliaque monasteria civitatis Cameracae. His itaque digne et laudabiliter perfectis, Flandrensium comes cum matre sua in patria sua laetus rediit. Episcopus igitur perfecto odio[h] in Hugonem incitatus, eum insequi non cessavit, quoadusque destructo Oiseii municipio, eum procul pelleret a Cameracensium finibus. Expulsus taliter a Cameracensi patria, de omni clamore siluit adversus episcopum in omni ipsius episcopi vita; terra[i] quoque requievit a facie malignitatis eius.

Cap. 77. 24. Interea episcopus superveniente senio coepit corpore languescere[k], sed de aeterna vita sollicitus, in animo convalescere; hereditatemque[l] preclaram, quam ab antecessoribus possidebat ad mundi huius gloriam, transferre studuit ad nanciscendam aeternae vitae letitiam. Tantum enim de hereditatibus et sui iuris reditibus ad aecclesiam sanctae Dei genitricis Mariae Cameracensis aecclesiae per cartarum instrumenta contulit, ut inde

a) natale 7. b) malum 7. c) adversus 7. d) *deest* 7. e) populis 7. in chrismandis turbis *V. Lietb.* f) autem *addit* 7. g) c. ubi p. 2. 2*. h) i. toto animo 7. totis animi viribus *V. Lietb.* i) t. q. r. a. f. m. e. *desunt* 7. terra — hereditatemque praeclaram *desunt* 2*. k) lassescere 7. l) hereditatem 7.

7) i. e. Char-Woche. 8) La forêt d'Arouaise commençait vers le château d'Encre, et s'étendait jusqu'aux sources de la Sambre. LE GLAY. 9) défi, herausforderung. 10) Oisy, prope Arras. 11) zu rechte.

refectionem cibi et potus habeant canonici per omnes dominicas totius anni; ita tamen, ut in omnibus secundis feriis a congregatione generaliter missa celebretur pro anima eius et pro cunctis fidelibus defunctis. Et quia de caritate erga aecclesiam sanctae Mariae et canonicos eius illata disserui, non reticebo penitus, qualem se aliis civitatis monasteriis exhibuerit. Monasterium sancti Sepulchri ab ipso fundo aedificavit[12], et posito inibi abbate[a] cum monachis, locum illum possessionibus et commodis rebus decenter, sicut presens tempus probat, ditavit. In aecclesia vero sancti Autberti regulares 1066. canonicos cum abbate constituit[b, 13]; altaria valde bona et possessiones preclaras super- 13 addidit; canonicis eiectis, qui ibidem negligenter deserviebant, prebendas magnifice de suo proprio restauravit; Erleboldum, qui aecclesiam sanctae Crucis aedificavit, et rebus et consilio multum iuvit, et in eligendis et ponendis canonicis numerum et electionem adhibuit. Ecclesiam sancti Vedasti, quam fecit idem Erleboldus, fecit consilio et auxilio eius. Monasterium sancti patris nostri Gaygerici non pretermittam, cui dedit in Athene[c] huius civitatis decimam, et cum rebus aliis valde bonis ad pedem montis eiusdem sancti Gaugerici cambam unam. Clericos vero et laicos suos ita diligebat, sicut gallina, quae congregans pullos suos, fovet eos sub alas suas. Nulli igitur de civibus suis nocuit, cum omnibus prodesse studuerit. Civitatem itaque, quam episcopus factus pro werrarum seditione desertam invenit, populosam et opulentam moriens dereliquit. Novum vero castrum sanctae Marie et abbatiam sancti Andreae apostoli et cenobium sancti Humberti de Maricolis in melius semper exaltare non cessavit. Preterea congregationi sanctae Mariae Atrebatensi ecclesiam de Belreim tradidit. Et in monasterio sancti Vindiciani apud montem sancti Eligii sito canonicos regulares constituit, et eiectis inde canonicis illis, qui antea ibi negligenter deserviebant, multa de suis bonis superaddidit. Tandem inter huiusmodi bonorum operum exercitia decidit in infirmitatem, quam per tres fere annos cum multa patientia sustinens, in vigilia sancti Iohannis baptistae plenus dierum 1076. obiit mortem[14]. 14 Sepultus est autem in multa gloria, cum dolore tamen filiorum, in sancti Sepulchri aecclesia, quam ipse edificaverat et abbate et monachis decenter adornaverat.

GESTA GERARDI II. EPISCOPI.[d]

1. Sub tempore quo secundus[15] Henricus Romanum tenebat imperium, successit 1076. secundus Gerardus ad Cameracensem episcopatum post avunculum suum Lietbertum, habita cleri et populi Cameracensis omnium electione, cum assensu et dono regalis potentiae. Qui mox sacratus a Hugone Diensi, precepto Hildebrandi tunç apostolici, apud Augustidunum, regrediens honorifice susceptus est a commisso sibi populo Cameracensium. Cum autem in suo introitu suscepti officii iura voluit exercere, et sibi commissis

a) *ita* 7. posuit i. abbatem 2. 2*. b) *Hic desiit* 2. *ultimo folio deficiente.* 2*. *ita desinit:* constituit. Abbatia valde. Interea episcopo superveniente senio coepit corpore lacescere. Vita solicitus in animo convalescere hereditatem. Hic finitur liber Athrebatensis ecclesiae s. Mariae. 1482. *Sequentia igitur unus nobis servavit* 7. *quocum conferenda est Vita Lietberti c.* 57. c) *ita correxi;* d mathene 7. d) *titulum capitumque distinctionem supplevimus; non erat in* 7. 7*, *e quibus haec Gesta damus.*

12) *consecravit* 25. *Oct.* 1064. Vita Lietb. c. 49. Cartam fundationis habet Miraeus opp. dipl. I, 155. 13) *quarta Maii MLXVI* inserit Vita Lietberti. Cartam dedit Miraeus opp. dipl. I, 157. 14) *anno* 1076 secundum Auctarium Aquicinense ad Sigebertum; 9. *Kal. Iul.* 1076 secundum Ann. Laubienses et Necrologium S. Sepulcri Cameracensis s. XII; *tradidit spiritum* 26° *ordinationis suae anno . . . et . . .* 10. *Kal. Iulii decedente sole migravit ad Christum. . . . Ante quinquennium quam vita decederet, effodi sepulcrum sibi fecit, quod certis diebus revisens, et primo quidem desuper incumbens, lacrimis et gemitibus fossam perfundebat; deinde pane vel carne vel aliis cibariis implebat, quae pauperibus erogari mox faciebat. Sepultus est autem cum gloria et honore pontificali anno pontificatus sui* 26°. 9. *Kal. Iulii, dominicae incarnationis a.* 1076. Vita Lietberti. Necrologium S. Mariae Cameracensis s. XII in.: 9. *Kal. Iul. obiit Lietbertus sanctae memoriae et religionis episcopus. Qui altare de Andreleth cum appenditiis suis, et tertiam partem in Lietscinis, et dimidiam villam Ogeii, sicut in carta sua scribitur, ad usus nostros libere et legitime tradidit; et in Cameraco decimam monetae et materam quam iniuste perdideramus, reddidit; et in vico de Pasquerthrau cambam unam, et in Bolengria furnum unum, et in foro gavalum unum nobis de proprio comparavit; et legitime cum his multa alia nobis et aecclesiae nostrae, sicut bonus pastor, confirmavit, et ne quis infringeret, excommunicavit.* Notula historica s. XII. quam dedi in Annalibus nostris VIII, 428, aperte mendosa est. 15) imperator, rex tertius.

debitam dilectionem conferre, et pacem de inimicis acquirere, inprimis Hugonem castellanum, quem usque in finem suus predecessor Lietbertus sibi passus est inimicum, per
16 comitem senem Robertum et per principes Flandriarum preparavit sibi hominem[16] et amicum, tam per fidem quam per sacramentum. Retinuit tamen episcopus in suis manibus redditus castellani, quae continebantur infra urbem Cameraci. Ex illa vero concordia
17 terrae quae incultae erant, negociantur[17]; rerum abundantia citius reformatur, quod inopia retrohabita tota obliviscitur.

2. In plenitudine ergo pacis et gaudii clero et populo intus et foris posito, decrevit episcopus imperatorem adire, de quo ipse honorem receperat sanctae Cameracensis ecclesiae. Sed non longe adhuc multum recesserat, cum cives Cameraci male consulti conspirationem multo tempore susurratam et diu desideratam iuraverunt communiam. Adeo sunt inter se sacramento coniuncti, quod nisi factam concederet coniurationem, denegarent universi introitum Cameraci reversuro pontifici. Quod et factum est. Episcopus enim adhuc per Lobias transiturus, a suis fidelibus audivit, quod fecerat iniquitatis populus; statimque revertens atque suos homines adversus tot cives videns numero esse impares et virtute inferiores, accepit secum amicum suum, scilicet Balduinum Montensem comitem, ad arcendam civium superbiam et ad delendam eorum profanam communiam. Cui non sine militia comitis Cameracum intrare volenti, populus conspiratus contradixit ingredi. Veruntamen episcopus stultitiae plebis suae malens misereri quam ulcisci, optulit illis fidem facere, quod in curia sua tractaret aliquando de facta contra eum conspiratione. Data itaque fidutia, cives domum leti reversi sunt, quasi sedata et oblita eorum iniuria. Sed suis fortasse peccatis exigentibus, inscio presule, sublato rei auctore, a militibus pecuniam civium superborum rapere desiderantibus in suis domibus subito invaduntur, et ut quisquis obvius fuit inimico inimicus, aut vulneratur aut interficitur. Sic casu repentino cives attoniti, in aecclesiam sancti Gaugerici confugiunt universi, sed ad ultimum devicti, ultro in captione deliberantur episcopi. Expoliatur itaque civitas, cives amittunt pecunias, ultionem patitur iniquitas, destituitur tota coniuratio, facta iterum fidelitas iuratur episcopo.

3. Post hanc exterminatam communiam, mox machinata est quedam iniquitas adversus pontificem, quae per Dei providentiam non habuit radicem nec venit ad perfectionem. Quidam civis venerabilis, nomine Wibertus et mercator per multas terras cognitus, in prefata communia quendam fratrem suum Fulbertum, concivem et commercatorem prudentissimum, inter occisos interfectum perdiderat. Unde iram continuam et mortale odium super episcopum occulte ferebat. Quapropter pactionem habuit cum inimicis episcopi, quod eis traderet civitatem Cameraci. Sed quomodo accidit de cogitata proditione, non solum presentibus, sed etiam posteris volo significare. Idem enim Wibertus illam fieri dispositam confessus est episcopo proditionem, ab eo quippe non machinatam, sed per eum fieri ab inimicis episcopi sibi latenter quesitam. Quos quia noluit nominare pontifici, iudicatum est illum tandiu debere plecti, donec proditores illos cogatur confiteri. Ergo Wibertus ille per iudicium ad stipitem ligatur, duabus virgis crudeliter flagellatur, et tamen nichil amplius confitetur. Quare servientes episcopi ipsum nudum ligatis manibus post tergum per mediam civitatem sicut latronem, sicut proditorem, extra muros duxerunt, linguam abscidentes oculos eruerunt; novissime interfectum sui parentes pudibundi et dolentes secus viam publicam sepelierunt. In homicidio itaque, quod fit pro virtute tenenda iusticiae, testatur Augustinus episcopum non peccasse; ait enim: *occidere hominem non semper est criminosum, sed malitia et non legibus occidere est criminosum.*

4. Sedata igitur predicta civium coniuratione, brevi adhuc preterito tempore, a prelibato Hugone castellano renovata est malitia de castellania, quam infra Cameracum retinuerat episcopus in manu sua. Bona nanque episcopi apud Atrebatum tam circa quam infra, et apud Mariolum et ubicunque potuit, omnia dissipavit; bona etiam aecclesiarum Cameracensium ubique depopulata combussit et consumpsit. Extensa igitur per annos plurimos castellani persecutio et terrarum continua vastatio indesinenter compellit rusticos villas dimittere, rebusque ablatis vagos et exules per aliena mendicare. Cuius

16) vasallum. 17) *cultiver* versio Gallica.

malum intolerabile sapiens episcopus non valens tolerare, secundo Roberto Flandriarum comiti marcas argenti ducentas tribuit, propter miseriam inopum et gemitum pauperum, ut illum Hugonem a castellania omnino exhereditaret, et a finibus Cameracensium, immo Flandriarum, procul expelleret. Quid dicam ultra? factum est ita; fugatum Hugonem recepit Anglia. Ibi exilium, ibi paupertatem, ibi multa sustinuit contraria. Nunquam sibi ad patriam revertendi occurrit animus, quandiu vir providus domnus Gerardus vixit episcopus.

5. Dum vero videret episcopus in futuro providentissimus, quod terrae suae de inimico Hugone pacem concesserat Deus, in tempore pacis laboravit fieri, ut si aliquando vel ille Hugo vel alii contra se exurgerent inimici, saltem in urbe tam ipse quam sui contra hostes existerent fortes et securi. Ecce bona provisio, ecce paterna sollicitudo, ecce opus optimum civibus et rusticis valde necessarium, scilicet preparare et fideliter operari, ut domus suae corpora et substantiae ab impugnatione hostili infra urbem possint defendi. Unde eisdem civibus auxiliantibus, totam in circuitu civitatem, vallo ligneo prius compositam, ipse episcopus munivit muro lapideo fortius, fossatis relevatis et plurimis inter murum coedificatis turribus. Castellum etiam infra civitatem, in quo erant et aecclesia beatae genitricis Dei et cenobium sancti Autberti, muro excelso firmavit, fossato relevato alto et terribili.

6. Intento igitur in bonis actibus episcopo, gratia Dei facti sunt conversi milites duo in tempore illo. Walterus vero unus dicitur, et alter Sicherus, ambo ingenui, bonis ornati moribus, ambo repleti fervore divini spiritus. Ardentes ergo per spiritum sanctum, seque confitentes habere unam voluntatem et unum animum, confidenter mandaverunt ipsum episcopum venire illis apud Duacum. Volebant enim eius consilio locum eligere, ubi Deo possent servire. In suo itaque alodio qui Aquiscinctus dicitur, in loco quidem horroris et vastae solitudinis, quandam edificaverunt aecclesiam assensu et consideratione eiusdem pontificis, immo auxilio, de suis rebus propriis. Ab initio enim usque in finem fuit illis militibus in cunctis edificationibus aecclesiae coedificator episcopus. Tandem parata ecclesia, et his quae ad cultum aecclesiasticum pertinent decenter compositis, et ibidem deputatis abbate et monachis, consecravit eam presul venera- 1079.
bilis in die scilicet sancti Dyonisii martyris, sub nomine et honore sancti Salvatoris Dei omnipotentis. Tunc predicti milites Walterus et Sicherus tradiderunt ad usus monachorum inibi Deo famulantium alodia sua, terras suas, servos et ancillas et quicquid possidebant in terra. Tradidit quoque ibidem Ansellus de Ribodimonte villas duas, Verethum et Obercicurtem; quod quidem fecit annuente episcopo, utpote quas in feodo tenebat de illo. Fecerunt ibi alii multi multa donaria, quae idem episcopus perpetuavit fratribus per privilegia. Ipsa vero Aquicinensis aecclesia Cameracensi aecclesiae eternam promisit obedientiam et subiectionem. Promisit pariter episcopus, se ibi nunquam positurum abbatem, nisi per eorundem monachorum electionem.

7. Post hoc opus beatum et memoriale, studuit episcopus diversis conatibus in presenti vita preparare, quod pertinere intellexit ad profectum et salutem animae suae. Quapropter pro sua et parentum suorum salvatione deputavit alodia sua de Lietscinis et de Wilrehem in aecclesia beatae Mariae. Dedit etiam altaria; quorum cartae habentur[18], et necesse non est ut hic nominentur.

8. Hospitale pauperum, quod est secus atrium sanctae Crucis, prostrato veteri, sicut nunc apparet, renovavit, et capellulam quae inheret hospitali; quam in sollempnitate omnium defunctorum cum venerabili expensa cibi et potus consecravit, et ut ibi cantaret parrochialis presbiter dominica et quarta et sexta feria, duos modios tritici de elemosina hospitalis per singulos annos dari sibi constituit; ita ut presbiter idem et infirmos visitaret, et in Christo consultos et communicatos mortuos sepeliret.

9. Adhuc unum opus, ut sapiens architectus, fecit idem episcopus, quod laudandum est ab omnibus presentialiter aspicientibus. Venerabilem aecclesiam beatae Mariae olim combustam et dirutam a capite superiori usque ad chorum sancti Iohannis pulchre et honeste reformavit. Ipsa enim laquearia, plastrum, brevesque fenestras longiores renovavit, capita columpnarum in utroque latere turpiter fixa et corrupta decenter coronavit.

18) apud Miraeum opp. dipl. I, 75

Comparaverat etiam colores optimos ad agendam picturam per totam aecclesiam; sed heu! inter agendum accidit, quod morte preventus reliquit inceptam. Sed quia voluntas bona apud Deum opus est perfectum, secure cum psalmista potest dicere: *Domine, dilexi decorem domus tuae et locum habitationis gloriae tuae.* Et credimus, quia eius Deus miserebitur, cum dicat divina lectio: *Ubi te invenio, ibi te iudicabo.* Rexit episcopatum
1092. per annos sedecim atque dimidium. Obiit pridie Kalendas Augusti[19], sepultus in medio aecclesiae matris Domini. Divina igitur miseratione anima eius requiescat in pace. Amen.

GESTA MANASSIS ET WALCHERI

EXCERPTA PER MONACHUM SANCTI GAUGERICI[a].

20 1. Post[20] mortem Gerardi episcopi multa et gravia mala intra et extra urbem Cameracum longo tempore acciderunt, quorum scilicet malorum omnium causa et origo fuit ambitio, superbia, necnon insolentia matris aecclesiae canonicorum. Qui dum se alterutrum preferre contendunt, dum sibi alium nisi ad suum libitum seu commodum preferri non patiuntur, discordia eorum actum est, ut quattuor personae eligerentur, quae postmodum eodem honore privarentur; non solum autem, sed etiam ipsa mater Cameracensis aecclesia filiae suae, hoc est Atrebatensis aecclesiae, subiectione et obedientia orbaretur[b]. Quae videlicet omnia multaque alia mala si quis plenius nosse voluerit, Gesta pontificum requirat. Nos autem successiones pontificum ab illo tempore usque ad presens tempus per annos ferme centum, hoc est ab anno incarnati verbi 1090 usque ad annum 1180 summatim designare intendimus.

1092. 2. Igitur Gerardo secundo defuncto, qui a beato Vedasto 32[us] Cameracensi atque Atrebatensi aecclesiae prefuit, Cameracensis aecclesiae clericis, ad quos nimirum specialiter eligendi episcopum cura pertinebat, diversa inter se sentientibus, cives adversus illos animo concitati dixerunt, quod nemo erit episcopus, nisi quem imperator et melior pars cleri et populi elegerit. Quibus auditis, prepositus aecclesiae preparavit se ad defendum imperatori pontificalem baculum. Cui custos aecclesiae occurrens ex adverso in faciem ei restitit, iuris sui id esse adserens. His ergo pro hoc ad invicem litigantibus, unius anni spacium et eo amplius transiit, ignorante imperatore, defunctum esse Gerar-
21 dum episcopum. Quam ob rem cives[21] egre ferentes, quod tamdiu civitas et patria rectoris careret patrocinio, quendam Francigenam nomine Manassen elegerunt. Super quo clerici valde indignati convenerunt in unum, et prepositum nomine Mascelinum elegerunt. Civibus autem huic electioni contradicentibus, clerici sensu et virtute cordis infirmi, facillime cesserunt[22]. Deinde cives duo candelabra argentea 30 marcas pensantia et calicem aureum 7 marcarum ab aecclesia tollentes, electo suo Manasse dederunt; quae ille accipiens, perrexit ad cesarem. A quo non inventa gratia, cum quali veste fuerat profectus, cum tali etiam est reversus. Iure nanque ab augusto est repulsus, quoniam a populo canonice nequaquam fuerat electus. Propterea gravior discordia civium adversus clerum facta est, arbitrantium, quod factione illorum factum esset, ut electus suus Manasses a
23 cesare repudiatus fuisset[23].

3. Veruntamen dum sic secum rixantur, dum ita contra se disceptant, inopinatum malum et onus nimis grave utrisque advenit. Atrebatenses etenim occasione huius tam
1093. diutinae dissensionis elevati, consilio inter se habito, episcopum elegerunt nomine Lambertum. Quo facto Cameracenses indignati sunt, conturbati sunt, commoti sunt; pudor

a) *titulum supplevimus. In 7. 7*. haec omnia praecedentibus Gestis Gerardi continuo calamo subiciuntur, discrimine nullo, quasi unum esset opus.* b) vel orbata est *superscriptum in* 7.

19) 2. *Id. Aug.* secundum Necrologium Aquicinense s. XII. 20) hoc caput integrum deest versioni Gallicae; non igitur fuit in Gestis, sed excerptori Gaugericiano debetur. 21) *cum casatis* addit Abbrev. Cameracens. cap. 5. procul dubio ex Gestis. 22) haec Abbr. Camerac. c. 5. ita habet: *Mas. sacerdotem et prepositum, qui tamen ad declinandum populi furorem gratis cessit.* 23) Abbrev. Camerac. c. 5. addit, ex Gestis procul dubio: *ex hoc graviter clericis longe a civitate dipulsis, nisi sacrosanctis tactis iurassent, quod nec per epistolam nec per nuncios Manassen apud imperatorem impedissent.* Posthaec in versione Gallica sequuntur quaedam, quae in Gestis fuisse, sed ab excerptore Gaugericiano omissa esse videntur, scilicet totum c. 2.

et dolor apprehendit eos, quia filia in matrem, discipula super matrem presumpserat erigere cervicem; nempe a multis retro temporibus, et fortassis a diebus beati Gaugerici, qui quartus a beato Vedasto utrique sedi prefuit, tale quid ab eis nequaquam fuerat presumptum.

4. Beatus[24] siquidem Gaugericus, qui, ut prediximus a beato Vedasto quartus utrique 24 sedi prefuit, urbem Cameracensem amplius quam Atrebatensem dilexit, frequentavit, et habitare in illa potius sibi placuit, quia profecto et clerus honoratior et populus in ea numerosior habebatur. Hinc est, quod sedes Cameracensis quinque habet archidiaconos, Atrebatensis vero nonnisi duos. Sed et ipsa civitas prae aliis urbibus pulchra est et decora, sicut hi qui Ierosolimam petentes diversas urbes conspexerunt, attestantur. Sunt quidem plures aliae longitudine et latitudine atque divitiis nobiliores, sed situ et domorum compositione non ita, quamvis crebris incendiis deturpata sit. Asserunt etiam, quia urbi Iherosolimae nulla similior existat. Nam sicut urbs Iherosolima ab oriente habet montem Oliveti, sic etiam urbs Cameracensis ab oriente habet montem qui vocatur mons sancti Gaugerici. Et sicut dominica in ramis palmarum rex et patriarcha cum clero et populo procedunt ascendentes in montem Oliveti, ibique palmas accipiunt, quibus acceptis veniunt in vallem Iosaphat, ubi legitur euangelium et sermo fit ad populum: ita profecto et in urbe Cameracensi eadem ipsa die cuncta civitatis turba in unum collecta, cum clericis pariter et monachis procedentes, supradictum montem ascendunt, ibique palme benedicuntur et distribuuntur. Dehinc descendentes pergunt ad sanctum Sepulchrum, et in atrio eiusdem ecclesiae quasi in valle Iosaphat stationem faciunt; ibi etiam legitur euangelium, et sermo fit ad populum. In latere autem predicti montis, quasi in Bethania, aecclesia sancti Lazari habetur, iuxta quam habitant leprosi. Porro in ipsa urbe aecclesia est sanctae Dei genitricis, aecclesia sanctae Crucis, aecclesia sancti Sepulchri, et aliae septem. Ultra pontes vero extra portam aecclesia est sancti Salvatoris. Quid[a] autem de libertate huius urbis dicam? non episcopus, non imperator taxationem in ea fecit, non tributum ab ea exigitur, non denique exercitum ex ea educit, nisi tantummodo ob defensionem urbis, et hoc ita, ut eadem die ad domos suos valeant reverti. Nuper quidem tempore Petri filii Theoderici comitis Flandriae, qui post Nicholaum fuerat electus in episcopatum istius urbis, — non quidem canonice, nam infra aetatem, infra ordines erat — huius inquam tempore Fredericus imperator in expeditione adversus Italiam profecturus, mandavit sibi pecuniam mitti; sed hoc neque ipse, neque alius ante vel post illum fecisse perhibetur.

5. Notandum interea, quia beatus Gaugericus sepedictum montem a quodam burgario comparavit, et illic aecclesiam sub honore et nomine beati Medardi construxit, adunatisque monachis fratrem suum nomine Landonem illis prefecit. In eadem quoque basilica beatus Gaugericus sepultus est, et sepulchrum eius hodieque venerationi habetur. Si autem aliquis querat, quomodo ab ordine monastico ad clericalem venerit, paucis expediam. Deus omnipotens, diligens iustitiam et odio habens iniquitatem, flagitiis et facinoribus christianorum offensus, ad correptionem illorum arripuit virgam furoris sui et baculum, gentem videlicet paganorum, hoc est Hunorum, Normannorum et aliorum similium. Qui diversis temporibus a suis finibus exeuntes, terras Galliae atque Germaniae invaserunt, urbes et castella subvertentes, viros cum mulieribus interemerunt. Ecclesias quoque ac monasteria virorum pariter et mulierum incendentes, eos necaverunt. Denique in cenobio nobis vicino, hoc est Altimontis, trecentos simul monachos trucidaverunt, qui in uno poliandro illic sepulti requiescunt. Simili modo etiam cenobium sancti Medardi, quod, ut prediximus, beatus Gaugericus in supradicto monte construxerat, destructum fuisse a maioribus accepimus. Verum ne quis tunc crederet vel adhuc credat, quod sua virtute et non potius Dei voluntate atque permissione tantam urbium et aecclesiarum destructionem tantamque stragem christianorum, non solum peccatorum, sed etiam iustorum perpetraverint, et ut peccatoribus quidem ad purgationem, iustis vero ad coronam talis tantaque afflictio proveniret: Huni sabbato sancto urbem Mettis circumdederunt, sed murorum firmitate diffidentes recedere disposuerunt. Cumque dis-

a) Quid — perhibetur *in scedula assuta exhibet* 7.

24) Hoc caput et duo sequentia non fuerunt in Gestis, sed a nostro addita sunt. Eorum loco versio Gallica habet quaedam c. 3: *archediacre* — *meismes*.

cederent, statim nutu divino muri coram eis corruerunt. Ipsi autem intrantes urbem succenderunt, habitatores eius interemerunt. Veruntamen aecclesiam beati prothomartyris Stephani incendere nullatenus valuerunt. Voluerunt quidem, sed quia Christus noluit, non potuerunt. Alio quoque tempore Normanni similiter sabbato sancto urbem Namnetem invadentes, episcopum sacrum baptisma celebrantem una cum clero pariter et populo peremerunt.

6. Castigatis igitur filiis, et eis per quos castigati fuerant duplici contritione contritis, suscitavit Dominus viros sibi devotos, temporali potentia sublimes, divitiis et facultatibus locupletes, qui ea quae inimici eius sua feritate et malitia, licet Dei iustitia et permissione, destruxerant, ipsi sua devotione et divitiarum abundantia sibi a Deo benigne concessa repararent. E quibus duo potentissimi fuerunt, Gerardus scilicet comes de Rosscelon et Karolus rex cognomento Calvus, qui tunc temporis Francis pariter atque Germanis imperabat. Quorum primus novem aecclesias in honore sanctae Dei genitricis aut fundasse aut reparasse narratur; quarum una est Viceliacensis, in qua corpus beatae Mariae Magdalene ab urbe Aquensi delatum et illic sepultum magna christianorum devotione frequentatur. Alter vero, hoc est rex Karolus, tredecim aecclesias in honore beati Petri apostoli similiter aut construxit aut restauravit; quarum scilicet una est supradicta basilica, quam, ut iam diximus, sanctus Gaugericus in honore sancti Medardi construxerat, sed a paganis vastata fuerat. Hanc ergo rex Karolus restaurans, nomini et honori beati Petri apostoli intitulavit; centum quoque canonicos ibidem posuit, et eis centum prebendas delegavit. Iccirco anniversarium eiusdem regis per annos singulos in eadem aecclesia 2. Non. Oct. sollempniter agitur. Hoc igitur modo isdem locus ab ordine monastico ad clericalem devenit, et a nomine sancti Medardi ad nomen beati Petri transivit. Quod autem nunc beati Gaugerici nomine vocitatur, ideo fit utique, quia isdem beatus confessor in eadem basilica sepultus fuerat; deinde miraculis clarescentibus corpus eius de sepulchro elevatum et in feretro argenteo reconditum, retro altare beati Petri in eminenti loco, sicuti in presentiarum cernitur, honorabiliter collocatum est. Altare quoque in eius honore ante feretrum ipsius consecratum est; sed et aliud altare in cripta iuxta sepulchrum illius dedicatum est. Veruntamen honor atque dignitas principalis altaris necnon etiam totius aecclesiae beato Petro apostolo remansit et permanet usque in hodiernum diem. Hinc est quod in rogationibus monachi aecclesiae dominici sepulchri ad eandem basilicam procedentes in ingressu eiusdem aecclesiae antiphonam imponunt: *Tu es pastor ovium;* et ita cantando in chorum convenientes, subiungunt vigilias et collectam de eodem apostolo.

7. His ita occasione separationis Atrebatensis aecclesiae a matre sua Cameracensi aecclesia interpositis, ad propositum revertamur. Dolens igitur Cameracensis aecclesia, Atrebatensem a se esse separatam, domnum Walcherum archidiaconum suum in episcopum elegit, sperans procul dubio, prudentia atque instantia illius predictam divisionem
25 posse redintegrari[25]. Electus autem iuxta morem perrexit ad cesarem; qui quoniam a clero et populo canonice fuerat electus, ab augusto quoque est gratanter atque honorifice receptus. Donavit etiam ei episcopatum pariter et comitatum urbis Cameracensis. Verum Walchero ad imperatorem pergente, Atrebatenses quoque cum suo electo Roma-
1094. Mart. 19. num pontificem adierunt, et consecrationem ipsius ab illo optinuerunt. Quibus acceptis, uterque cum gratia, Walcherus quidem cesaris Henrici, Lambertus vero pape Urbani, reversus est; et a suis, ille scilicet Cameraci, iste autem Atrebati cum honore susceptus est[26]. Quibus gestis, Walcherus a Remensi archiepiscopo gratiam suae consecrationis humiliter requisivit. Archiepiscopus autem absque licentia summi pontificis qui Lambertum iam consecraverat, hoc facere non presumpsit. Tunc Walcherus Urbanum papam
27 petiit, et apud eum gratiam invenit[27]. Denique litteris illius et duobus testibus, hoc est Turonorum archiepiscopo et abbate sancti Basoli, perceptis, Remorum archiepiscopo se presentavit; quibus ille acceptis, ad consecrationem Cameracensis episcopi se preparavit.

25) Hic paucula de Walchero omisit noster ex Gestis, quae supplenda sunt ex versione Gallica c. 3. *et disoient — riens de l'eglise.* Cf. Abbrev. Camer. c. 6. 26) iterum noster plura omisit, supplenda ex vers. Gall. c. 4. *Adont — joyeusement.* Ea in Gestis fuisse, ostendit etiam Abbreviat. Camerac. c. 7. ubi quaedam ex his leguntur. 27) iterum omissa quaedam, supplenda ex vers. Gall. c. 5. *Puis monstra — evesques;* atque: *Et si — excumenioit.*

In ipso autem consecrationis articulo sepedictus Manasses supervenit, et eandem consecrationem fieri contradixit. Qui a metropolitano et coepiscopis eius examinatus, excommunicatus est et ab ecclesia expulsus. Consecratione igitur sollempniter peracta, Walcherus cum pace et gaudio ad propria revertitur, et a suis cum honore et letitia recipitur, cantantibus clericis antiphonam, *Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur*[28].

8. Postmodum[29] autem Walcherus episcopus Urbanum papam adiit, et querimoniam 29
de amissione Atrebatensis aecclesiae fecit. Cui Urbanus affectum compassionis non vere, sed sicut postea claruit, ficte demonstrans, utrisque episcopis, Walchero videlicet et Lamberto, diem et locum designavit, ubi de hoc tractare deberet. Quibus convenientibus, Romanus pontifex a Cameracensi episcopo trecentas marcas sibi dari petiit. Episcopo autem hoc recusante, indignatus papa submonuit nefandum Manassen — nam presens aderat — repetere episcopatum Cameracensem. Quod dum fecisset, Walcherus ad omnia sapienter atque rationabiliter respondit, dicens Manassen a laicis contra canones intrusum et ideo ab imperatore iuste repudiatum, a metropolitano quoque et coepiscopis eius examinatum et excommunicatum; se autem a clero et populo canonice electum, ab augusto et papa approbatum, a metropolitano et coepiscopis eius legitime consecratum, eodem papa hoc per litteras iubente, Turonorum archiepiscopo et abbate sancti Basoli testibus. Quibus dictis, summus pontifex denegat omnia. Stupentibus qui aderant, et dicentibus secundum canones agi debere, dominus papa respondens *Cessent*, inquit, *canones; meae leges erunt auctorizabiles* [a].

9. Hic[30] apparet, quia omnia papa erat, et „sic volens et sic iubens" quando sibi 30
placebat, „erat ei pro ratione voluntas." Si enim timorem illius, qui aufert spiritum principum, pre oculis tunc habuisset, utique Cameracensi episcopo rationabiliter dicere potuisset: *Frater, habes unum episcopatum, et illud certe magnum sufficere tibi debet; et quamvis ab initio usque nunc utraque sedes uni episcopo paruerit, tamen quia modo iam duo sunt episcopi consecrati, ita permanere perpetuo ratum esse decerno, quoniam episcopatuum sedes mutare, coniungere, seu disiungere solius apostolicae sedis est prerogativa.* Si hoc summus pontifex dixisset, nemo eum ob hoc iuste calumpniari, quin potius laudare debuisset, si videlicet singulis sedibus singulos dedisset pontifices. At vero quia propter negatam pecuniam episcopum canonice electum et illius precepto consecratum tam abrupte et tam impudenter deiecit, et ei hominem cunctis execrabilem superposuit, omnibus patet, hoc eum irrationabiliter fecisse. Certe si Walcherus pecuniam postulatam dedisset, ipse quidem detrimentum animae suae et famae et etiam pecuniae passus fuisset, et tamen aecclesiam amissam nullatenus recuperasset, sed de die in diem diversis consiliis et tediosis dilationibus animum illius Romanus pontifex afflixisset. Quod nimirum sepe accidisse novimus, et cotidie accidere non dubitamus. Veruntamen quid miramur hominem summae sedis et ideo potestatis excessisse, cum videamus alios longe inferioris potestatis, non solum in ecclesiis sed etiam in monasteriis, in auferendis seu largiendis honoribus vel officiis non meritum aut scientiam subiectorum attendere, sed suum aut odium aut amorem privatum adimplere? Unde et beatus Ieronimus de talibus tractans, *Illis*, inquit, *tribuunt clericatus gradum, quorum sunt obsequiis deliniti;* et beatus papa Gregorius *Sepe*, inquit, *contingit, ut erga quemlibet proximum odio vel gratia moveatur pastor;* et subiunxit: *Iudicare autem digne de subditis nequeunt, qui in causis subditorum sua vel odia vel gratiam sequuntur.*

10. Igitur Walcherus Cameracensis episcopus, qui pro recuperanda Atrebatensi aecclesia sedem apostolicam supplex adierat, non solum eam minime recepit, sed etiam episcopatum Cameracensem, quem canonice acceperat et habebat, amisit, nulla omnino alia culpa interveniente, nisi quia pecuniam, cui nimirum omnia obediunt, summo pontifici dare noluit. Quam ob rem tristis et merens pro iniuria iniuste sibi illata a concilio recedens, Cameracum reversus est. Cunque civitati appropinquans processio ei pararetur, ut moris est, quociens episcopus ab apostolica sive imperiali curia revertitur:

a) *Hic Briali tempore desinebat 7*; sequentia uni 7. debentur.*

28) omissa paucula, supplenda ex vers. Gall. c. 5: *et fu mis — volentiers.* 29) Hoc caput a nostro decurtatum est, in Gestis fuisse videtur tale quale in versionis Gallicae c. 6. legitur. Cf. etiam Abbrev. Cam. 7. 30) Hoc caput totum deest in vers. Gall., fortasse igitur a Gaugericiano nostro fuit additum.

bene consultus renuit tunc cum processione suscipi. Mandavit tamen, ut sequenti die personae ad se convenirent, quatinus eius relatione agnoscerent, quid in concilio de predicto negotio actum fuisset. Quod dum presentibus per singula retulisset, stupore maximo repleti sunt omnes. Audientes igitur quod pro pecunia[a]. . . . .

GESTA PONTIFICUM
ABBREVIATA PER CANONICUM CAMERACENSEM[b].

Gesta Gerardi 1. 1. Post **beatum istum Deo et hominibus commendabilem** Gerardus nepos eius **moribus et genere**, communi Cameracensium electione et assensu Henrici II imperatoris, mandato apostolici tunc apud Augustudunum **commorantis**[31], ab Hugone Diensi episcopo est consecratus in episcopum; et ad sedem suam reversus, interveniente Roberto Flandriarum comite, Hugonem castellanum suum a domno Lietberto prius eiectum, in hominem recepit et ib. 2. amicum; retentis tamen in manibus suis redditibus castellani, qui infra muros civitatis continebantur. Unde cives in unum conspirantes, episcopo absente, diu desideratam coniuraverunt communiam. Episcopus autem cum gravi multitudine, pace simulata, revertens, et ad iudicium curiae suae coniuratores invitans, civitatem est ingressus, et ecce milites ipsius pecuniam civium desiderantes super incautos irruunt et occidunt, et direpta multorum substantia, viventes in fide- ib. 3. litatem episcopi, abiurata communia, reducuntur. Coniuratione tamen iterum facta contra episcopum, Wibertus quidam, qui fratrem suum in praedicta seditione perdiderat, eam episcopo propalavit; sed quia iuratores prodere noluit, virgis flagellatus et ligatis a tergo manibus, abscissa lingua, oculis erutis, percussus gladio in via publica est tumulatus.

ib. 4. 2. Hugone autem castellano episcopi interim episcopum et suos enormiter infestante, Robertus Flandrensis muneribus **et beneficio gavalli**[32] provocatus, ipsum iure castellaniae penitus privavit, et Anglia profugum et quaerentem ib. 5. refugia tuto suscepit latibulo. Ut vero civitas interius secura quiesceret, muro lapideo et vallo a terrae visceribus elevato, decenter episcopus eam munivit, et castellum intra civitatem, relevatis fossatis et turribus multipliciter implexis, firmavit artificio quodam commendabili.

ib. 6. 3. Sub diebus illis fundatum est Aquiscintense coenobium Dei specialiter inter homines habitaculum, per duos milites, Walterum scilicet et Sigerum. Quorum propositum diligenter promovens episcopus, de feodo suo et beneficiis suis locum concessit locupletari. **Haffliginense quoque monasterium, Dei secretarium, predicti pontificis auctoritate per homines laicos et idiotas ad eum deductum est religionis cumulum, quod usque in hodiernum prerogativam obtineat monastici ordinis, et privilegium quotidianae in pauperes erogationis.**

ib. 7. 4. Praeter haec omnia, providens sibi in futurum episcopus, allodia sua de Lestines et de Wolrehem et altaria ib. 8. plurima, sicut in privilegiis eius invenitur, in usibus canonicorum suorum contulit liberaliter; et hospitale pauperum ib. 9. iuxta ecclesiam sanctae Crucis de novo reparavit; ecclesiam quoque beatae Dei genitricis olim combustam et dirutam a capite superiori usque ad chorum sancti Iohannis multis impensis et expensis reformavit in melius. Et ita regens episcopatum per sexdecim annos et dimidium, ad patres suos appositus, sepultus est in medio ecclesiae sanctae Dei genitricis.

cf. Exc. Gaug. 2. 5. Gerardo episcopo ad meliora translato, gravis dissensio nata est inter clerum et populum. Clericis enim per multum tempus ex intestina discordia eligere dissimulantibus, cives cum casatis quemdam Manassem Francigenam elegerunt in episcopum; et clerici communi voto instituerunt dominum Maselinum sacerdotem et praepositum; qui tamen ad declinandum populi furorem gratis cessit, et multi ex clericis Manasse adhaeserunt. Quare paratis omnibus itineri suo necessariis, asportatis secum de thesauris ecclesiae aureo calice et duobus candelabris argenteis, ad imperatorem est profectus[33]; sed non impetrata ipsius benevolentia, sine beneficio regalium ad suos redivit inglorius: ex hoc graviter clericis longe a civitate depulsis, nisi sacrosanctis tactis iurassent, quod nec per epistolam nec per nuncios Manassen apud imperatorem impedissent.

ib. 3. 6. Sub hoc rerum tumultu Attrebatenses, quod diu ante conceperant opere complentes, proprium sibi de mandato summi pontificis praefecerunt episcopum, et a subiectione Cameracensis ecclesiae suam cervicem, occasione discordiarum quae Cameracenses graviter affligebant, nullis se opponentibus, excusserunt. Casati etiam ad libitum suum omnia diripientes, munitiones plures circumquaque erexerunt, praestantes hominium comiti Flandriarum, ut securius quae invaserant obtinerent. Talibus rerum muta- ib. 7. tionibus quasi de gravi somno evigilantes tam cives nostri quam clerici, mutato in melius proposito, Remorum archiepiscopi consilio et assensu imperatoris, Walcherum ecclesiae suae archidiaconum, ob defensionem iniuriarum suarum, in pastorem elegerunt et episcopum.

a) *hic desinit* 7. *in fine quaternionis, sequenti deperdito; cf. Waitzium in Annalibus nostris VII,* 442. b) *titulum de nostro supplevimus, damus ex Dom Brial XIII,* 534. *qui expressit codicem* 9. *iam deperditum, sed initium operis, de Lietberto episcopo, omisit.*

31) error, natus inde, quod virgulam inter verba Gestorum Gerardi *apostolici* et *apud* ponendam neglexit noster. 32) *gabelle.* Gesta Gerardi habent tantum: *comiti marcas argenti* 200 *tribuit.* 33) Manasses.

7. Ipse vero confisus in Deo salutari suo, collectis amicis suis et solidariis, castrum [Vers. Gall 1.] de Goy in Arroasia et de Rumilly, Manasse perempto, speluncam quoque latronum Saucit diruit et terrae coaequavit. Primos suae vocationis dies istis futurae probitatis dedicavit argumentis. Postmodum vero cum litteris apostolicis Rainaldo suo metropo- [Exc Gaug 7] litano praesentatus est, ut ei munus consecrationis impenderet; sed Manasses eius adversarius superveniens et domnum papam appellans, ne promoveretur interdixit. Walcerus vero nihilominus consecratus in episcopum, quod ad securitatem patriae reliquerat imperfectum, subiiciens adversarios, suos defendens, multa complevit sagacitate. Inter- [ib 8] ea proficiscens ad generale concilium, quod domnus Urbanus papa apud Claremontem celebrabat, contra praesumptionem Atrebatensium declamaturus, Manassem adversus ipsum plurima proponentem incautus offendit, et non expectato iudicio a concilio recedens, sententiam excommunicationis incurrit, et Manassae confirmata est electio auctoritate concilii per contumaciam adversarii, licet minus haberet canonicae institutionis.

8. Ex hoc ergo coniurantibus cum Walcero clericis et civibus quod eum nulla [Vers. Gal 7.] ratione desererent, promissam ei semper exhibendo operam, Manasses Remensium archiepiscopus, electi Manassae avunculus, interdicto totam terram subiecit, quae Walceri cognoscebatur obedire mandatis. Unde multi qui sanum sapiebant ex clericis et [ib. 11] laicis, ab eius fidelitate sive familiaritate recesserunt, impetrantes ab archiepiscopo ut consecrationis honorem Manassae nepoti suo conferre non differret. Quo facto, licet [ib. 12.] domnus Walcerus gravius sibi periculum instare cognosceret, castellum tamen Ogeyum, Busiginium et de Busseniis, assultibus infinitis et bellorum virtute vicit et diruit, in pace gratissima civitate sua et suis in integrum restitutis. Clericis tamen quam maxime propter interdicti sententiam ab eius latere defluentibus, ad imperatorem Henricum con- [ib. 14 15.] silii causa et auxilii divertit, et Manasses cum gloria susceptus est in sede pontificali. Non multum tamen gloriatus est in subditorum devotione; quia, revertente Walcero cum nunciis et militibus imperatoris, paucis comitantibus timore supervenientium, civitatem cui solo praeerat nomine, re spoliatus, specie tenus militans, deserens exivit, et quasi de novo cives et clerici domno Walcero per imperatoris mandatum sunt confoederati.

9. Procedente vero tempore Roberto Flandrensium comite ex mandato archiepiscopi [cf. ib. 16] in peccatorum suorum remissionem, quia diutius erat excommunicatus, contra Cameracenses arma movente, rex Henricus in ultionem illarum iniuriarum partes istas aggres- [ib 18.] sus, et ceciderunt ab impetu exercitus sui castella ista, Marconium, Paluels, Incenium, Esclusa, Bulcenium; sed tempore hyemandi imperatore in terram Germaniae recepto, Robertus Cameracensibus imminet, et iacturam suorum penitus in ipsos refundit: ea [ib. 19] tamen conditione pax demum intercessit, quod nisi imperator tempore graminis superveniret, ipsum Robertum et successores eius in dominos et patronos in aeternum susciperent.

10. Sic igitur sub nomine pacis bello suspenso, mandant Cameracenses archiepi- [cf. ib. 20.] scopo, quatenus ad ipsos veniret beneficium collaturus absolutionis; quod et factum est, Walcero interim apud Estruem praesidium suum commorante, quod per maiores terrae [1103 ib. 21.] ab alto deiectum adhuc ruinarum suarum servat indicia. Walterus autem suorum patrocinio fortior effectus, ad civitatem denuo, pacato sibi Godefrido filio Anselmi, quem Cameracenses sibi contra episcopum praefecerant, adhuc excommunicationis portans notam penetravit, translato interim domno Manasse ad Suessionensium episcopatum, [ib. 22 32] qui tunc temporis pastore carebat. Igitur pro domno Walcero supplicaturi Cameraci maiores et canonici domum Remensem adierunt; sed ipse domini papae quas de novo receperat litteris in medio publicatis, praecepit in virtute obedientiae ut statim episcopum eligerent, quia Walcerus episcopatus dignitatem sine retractione demeruerat.

11. Electus itaque est ab omnibus domnus Odo Sancti Martini Tornacensis abbas, [[illegible] 32] et post triduum electionis suae ab eodem archiepiscopo in episcopum consecratus; et reversus Tornacum celebravit ordines et synodum, nihil habens de regalibus, licet Cameraci receptus, sed solum militans fidelium suorum stipendiis quae ipsi gratis offerebantur. Walcerus autem omni spe destitutus, ad Obertum Leodiensium episcopum [[illegible] 23.] se contulit, et post apostolorum limina visitans, ab apostolico in eum statum quem [ib 27.] habuerat ante episcopatum ex integro est restitutus, et ad extremum omnibus pro Christo [1104. ib. 31.]

derelictis, in monasterio sancti Nicolai de Sylva sub habitu et religione monachorum
Vers. Gall. 24. degens, correctis vitae prioris excessibus, actus suos fine bono conclusit. Odo autem
episcopus per Robertum Flandrensem, qui Cameracum de manu imperatoris Henrici in
feodo tenebat, intra urbem receptus est; sed imperatoris Henrici qui patrem suum per-
sequebatur potentia longius eiectus, quia Flandrensium comes imperatori reconciliatus
ib. 26. civitatem nostram ipsi libere reddiderat, apud Inciacum mansionis suae invenit diverti-
ib. 29. culum, donec mediante summo pontifice, imperator Henricus per virgam et annulum,
ib. 30. sicut ipsi papa concesserat, Odonem de episcopatu liberaliter investivit. Sed revocato
privilegio talis concessionis, quod contra canones domnus papa imperatoribus indulserat,
Odo episcopus propter formam et modum suae investiturae depositus, Aquicinctum per-
veniens sub obedientiae mandato dormivit in Christo.

ib. 33. 12. Domnus Burchardus, imperatoris familiaris et intime notus, communi electione
1118. et dono imperatoris successit Odoni; sed propter discordiam inter papam et imperato-
rem super investitura per virgam et annulum, per biennium consecrationem obtinere non
potuit, multis ei suam deiectionem comminantibus. Sed tandem interveniente merito
vitae, quo specialiter inter comprovinciales enitebat, et impetratis super hoc domini
papae litteris, quod diu desideraverat, oleum consecrationis est consecutus, et quicquid
distractum fuerat de mensa episcopali, theloneum scilicet, monetam et molendinos,
multa pecunia redemit de manu creditorum, modis omnibus elaborans ut dispersa colli-
ib. 34. geret, diruta aedificaret, inventa non minus fideliter reservaret. Novum etiam castel-
lum quod de dono imperatoris, sicut superius dictum est, ecclesiae Cameracensi appen-
det, de manu Balduini et Caroli comitum Flandriae liberum mira sollicitudine recepit,
licet Robertus ultimus et Balduinus filius eius illud de manu imperatoris sibi beneficia-
ib. 38. tum et in feodo tenuissent. Perempto etiam Carolo comite apud Brugas horrenda pro-
ditione, Hugo castellanus castellaniam Cameracensem, quam de praedicto comite tene-
bat, ab episcopo, sicut decebat, hominio facto et fidelitate praestita, suscepit, demolito
prius castello quod in Crevecoeur in receptaculum praedonum fuerat ab eodem Hugone
constructum.

ib. 37. 13. Istius episcopi monitis et consilio Werimboldus cives quidam iter perfectionis
arripiens, in hac civitate Cameracensi multa pecunia pedagium redemit, et demum in
hospitali pauperum iuxta sanctae crucis ecclesiam pauperibus pauper pro Christo effectus
humiliter curam exhibuit. O vere commendabilem episcopum! qui in locis valde a sua
sede remotis genitus, et apud Cameracenses advena, plus suis per industriam contulit
quam nobiles nostri vel pompa saeculi vel amplitudine carnalis generationis. Itaque
post infinita beneficia suis et ecclesiae suae collata, sicut in gestis et scriptis eius legi-
tur, plenus operibus bonis et elemosinis, in consortium fidelium virtutum pennis trans-
migravit.

ib. 40. 14. Eodem tempore papa Innocentius cum multitudine episcoporum et cardinalium
1131. per Cameracum transiens, descendit Leodium cum Lothario rege et principibus Germa-
Mart. niae, multa de statu ecclesiae collaturus, in qua collocutione obtentu regis Lietardus
Cameracensium episcopus efficitur. Post suam consecrationem quasi nihil amplius spe-
rans vel timens, sibi plene deditus, minus intentus liberalitati, omnibus factus est odio-
ib. 41. sus. Unde Gerardus cognomine Maufillastres adversus episcopum insurgens Novum-
castrum cepit et incendit, et cum multitudine inhabitantium et sanctorum reliquiis quin-
que ecclesiae ignis violentia deperierunt; episcopi autem bona circumiacentia sine con-
ib. 42. tradictione Gerardus suis distribuit, reliqua vero ad nutum suum possedit. Solus Simon
de Oisy, filius castellani, dolens super desolatione episcopatus, adversus Gerardum wer-
ram viriliter movit, et tandem reduxit in amicitiam episcopi Cameracensis, tali satis-
factione praemissa, quod miles daret quinque solidos et quilibet peditum viginti dena-
rios ad restaurationem ecclesiae beatissimi Andreae; et sic omnes praedictae iniquitatis
participes sunt absoluti, sed pro contemptu episcopi nihil horum datum est executioni.

ib. 43. 15. Prepositus etiam domus episcopalis, quem propterea, ut in ore multorum erat,
destituere conabatur episcopus, ut infra proprium domicilium licentius suis abuteretur
voluptatibus, cum quibusdam clericis et civibus domno Remensi manifeste suggessit,
quod episcopus declinans palatium propter enormem suam libidinem, ad domos diverte-
batur privatorum, quod praebendas venderet, et ecclesias nonnisi condicto pretio con-

secraret. Domnus ergo Remensis sub praesentia tantum quinque episcoporum paterne conveniens Lietardum, ex ore ipsius quae proponebantur non esse falsa intellexit, mandans et consulens ut infra proximam epiphaniam, ne publice convinceretur, quasi spontaneus recederet et ibidem ultra non compareret: quod se facturum sub praesentia coepiscoporum suorum Lietardus episcopus confirmavit. Sed digressus ad imperatorem, postulabat ut per eius interventum misericordiam apud domnum papam et archiepiscopum inveniret, ibique impetravit privilegium quod praepositus praedictus et servientes episcopi non feodati, invito episcopo, ministeriis eius se ingerere non praesumant. Dissimulante autem episcopo post elapsum terminum quod promiserat, supervenerunt litterae archiepiscopi et summi pontificis auctoritas, ut festinanter ab episcopatu recederet, plangendus per omnia quod vir litteratus et venustate corporis commendabilis praedicta notabilis infamia cum vultus sui confusione et nominis opprobrio a sede episco- 1137.
pali turpiter deiiceretur.

16. Deposito Lietardo, Cameracenses Othonem quemdam Praemonstratensis ordinis canonicum elegerunt, ea conditione si imperatori placeret facta electio. Sed ipso nullo modo praebente in hoc assensum, missi sunt duo abbates Walterus Sancti Autberti et Parvuinus Sancti Sepulcri, ut per gratiam imperatoris idoneum ecclesiae Cameracensis episcopum providerent. Electus est itaque per Dei providentiam domnus Nicolaus eiusdem ecclesiae praepositus, a primis ibidem annis enutritus, cunctis acclamantibus et imperatoris favore super hoc plenissime gratis impetrato. Multitudo namque principum qui tunc in curia constituti fuerant, ipsum electum et amicum et consanguineum suum recognoscebat. Susceptus igitur cum gaudio inaestimabili a clero et populo, quantus futurus esset in prima sui vocatione monstravit. Gerardum namque Maufilastre qui Novum-castrum episcopi et bona episcopatus violenter occupata tenebat, cum a colloquio Simonis de Oisy minus cautus reverteretur, episcopus eum apud Thunium villam suam, nulla pro libertate ecclesiae timens subire pericula, cepit, et usque intra civitatem captum adduxit cum multitudine armatorum copiosa. Ibi receptis obsidibus et multis iuramentis de fidelitate sibi servanda in posterum, recepto etiam Novo-castro cum suis appendiciis, Gerardum dimisit, collocatis insuper hominibus suis in castro de sancto Auberto, ob maiorem terrae suae et suorum securitatem.

17. His ergo primitiis commendabilis honorem suscepit consecrationis, solum dans operam circa ecclesiae suae exaltationem, cui se totum tota sollicitudine impendebat. Cunctis itaque sub tranquillate pacis gaudentibus, praedones quidam de familia Gerardi Maufilastre, terram istam depopulantes, dignam maleficiis suis poenam a Cameracensibus receperunt. Quare Gerardus, rupta pace quam diu invitus simulaverat,* werram episcopo indixit et civibus, validis terram suam firmans munitionibus; et episcopus Novum-castrum vallo et turre firmissima munire non supersedit. Collecta itaque gravi pugnatorum copia, Gerardus castrum obsedit praedictum, sed manifesto Dei iudicio, dum prae caeteris ferventior instaret, nullo suorum vulnerato vel lapso, solus corruit, et intra muros uncis ferreis protractus, multisque confossus vulneribus et lapidibus obrutus, prius terribilis, nunc occubuit miserandus; pro cuius nece miserabili maiores terrae gravius episcopo comminantes, multis et variis tumultibus ipsum tandem ad hoc induxerunt, ut illos omnes qui manus extenderant in Gerardum, a finibus terrae suae procul eliminaret.

18. Sed pace foris reformata, seditiones interius oriuntur. Cives etenim Cameracenses comitem Hannoniae intra muros suos contra episcopum receperunt, cum eo foedus facientes; quia castrum de sancto Auberto Simoni nepoti suo de Oisy contra consilium eorum et voluntatem in feodo tenendum concesserat. Unde etiam domum Simonis infra urbem in contemptum episcopi diruentes, sententiam excommunicationis et interdicti et comes et cives canonico iudicio incurrerunt. Omnibus tamen his turbationibus per Dei gratiam et auxilium comitis Flandriarum[34] in pace terminatis, post famosam illam stra- 34
gem apud Crievecuer factam, et haereditas sua filio Gerardi, facta fidelitate et hominio, est restituta, et competens satisfactio facta est episcopo pro excessibus supranominatis. Evoluto postmodum non multo temporum curriculo, comes Flandriae Simonem de Oisy adversus eum rebellantem multum coepit werris affligere et munitiones eius occupare;

34) Theoderici.

sed domnus episcopus, vir moribus praedicabilis, ipsum sicut hominem suum, sicut nepotem suum et amicum suum, coepit consilio et auxilio super omnes defendere, non timens iras maiorum ob suorum protectionem in se provocare. Tandem ipso mediatore in hanc pacis formam convenerunt, quod comes Flandrensis de manu episcopi suscepit in feodo Osyacum et castellaniam Cameracensem, quam immediate prius Simon de episcopo tenuerat, et Simonem de praedictis comes saepedictus feodavit provida circumspectione, quod in modo pacis de iure episcopi nihil deperiit, sed potius hominium Flandrensis accrevit.

1160. 19. Exorto interim famoso schismate in Romana ecclesia inter Alexandrum et Octavianum, imperator Fredericus cum universo imperio suo partes secutus est Octaviani; Francia tota cum reliquo terrarum orbe Alexandri electionem sequente, gravis exorta est in ecclesia Dei dissensio, unitatem Christi dividentibus illis qui sua sequuntur et non quae Iesu Christi. In hac autem divisionis varietate cum digna memoria recolendus Nicolaus episcopus ita se gessit medium, quod nec ab obedientia Remensium, quibus in spiritualibus obnoxius erat, Alexandro subiectus resiliret, nec imperatoris offenderet partes, quibus de regalibus suis fidelis et devotus esse tenebatur. Itaque sub hac rerum incertitudine operibus, magnanimitate praeclarus episcopus, in cordis contritione et confessione oris domino Deo suo satisfactionem (quia qua ingemuerit hora peccator, exauditur) apud Sanctum Quintinum aegritudine gravatus, et in monte sancti Martini circa 1167. finem suae dioecesis exemptus est a terrenis. Relatus est igitur ad sedem suam suorum manibus, et gloriosam in ecclesia Dei genitricis in parte occidentali, nunquam postmodum visurus occasum, consecutus est sepulturam. Sub specie etenim saecularitatis vir iste militans, inter saeculares omnibus se pro tempore conformans, licet aliquando terrenae contagionis maculas contraxerit, multitudine tamen benefactorum quae diversis in locis liberaliter contulit, delictorum suorum sarcinam in subditos suos misericors per Dei misericordiam abiecisse credatur, quia nullum bonum a bonorum retributore manet irremuneratum.

20. Domnus Petrus, Philippi nobilissimi Flandriarum comitis frater couterinus, Sancti Audomari praepositus et Flandriae cancellarius, obtentu fratris sui, cuius terror per terras finitimas et fama nominis per longe positas late se diffuderat, electus est in episcopum, multis electionem approbantibus, quamplurimis, licet factum displiceret, opponere se non audentibus. Imperatoris etiam factae electionis accessit assensus, quia quamplurimis internunciis comitis fractus, licet in primis pubertatis annis consisteret electus, acquievit, ratum habens quod curia Romana dispensans de aetate et ordinibus, non improbabat. Dum vero moras innecteret electus in adeundo imperatorem, Cameracenses sibi volentes providere in futurum, ne novae circumquaque surgerent munitiones, Thunium-Episcopi, quod domnus Nicolaus episcopus construxerat, penitus diruerunt; sed electo viriliter eos expugnante, coacti sunt demum multa pecuniae erogatione restituere, quod sicut gens indomita destruxerant contumaci praesumptione. Sed diebus electi istius civitas nostra cum finitimis suis circumquaque quievit, nullis audentibus vel valentibus Flandrensium impetum sustinere, quorum potentia et viribus suos et sua solo electionis nomine militans domnus Petrus protegebat. In omnibus autem suis actibus, sicut iuvenis et nobilis, multis erat commendandus, nisi quod de patrimonio Christi suae satisfaciens nobilitati, nunquam ad sacros ordines et consecrationis honorem aspiravit, episcopi portans non onus, sed honorem, abhorrens officium, sed cum omni integritate episcopatus quaerens emolumentum. Quare post plures electionis suae 1174. annos prorumpens ad hoc quod diu affectaverat, abiecta dignitate suae electionis et clericalis professionis libertate, habitum induit militarem, ad lasciviam saeculi et pom- 1175. pas mundi relapsus, ducens uxorem comitissam Nivernensem ut filios carnis procrearet, repudiata sponsa Christi quae sine sui corruptione filios parit spirituales. Non multum tamen delectatus est in terrenis, quia non est flatus hominis in manu ipsius, sed in eius potestate qui terribilis est apud reges terrae, in terra uxoris sublatus de medio, 59 in multa delictorum suorum poenitentia, apud Hilsodunum[35] sepultus, nostrae mutabilitatis exemplum immatura morte praeventus viventibus dereliquit.

35) Issoudun, in Biturigibus.

21. Robertus Ariensis praepositus et in Atrebatensi ecclesia obtinens praerogativam 1174.
electionis, vir mirabili fortunae prodigio de modico et humili in praeclaros dignitatum
gradus sublimatus, utpote Turonensis thesaurarius, sancti Audomari, sanctique Amati
Duacensis et beati Donatiani Brugensis praepositus, Flandrensium comiti Philippo singu-
lariter familiaris, multis clericorum reclamantibus, in Cameracensium pastorem est electus
ab illis qui fortunae beneficium in eo mirantes, sperabant quod ecclesiam suam singu-
lariter exaltaret, qui singulariter exaltatus mundo stuporem incusserat. Imperator etiam
ut investituram regalium susciperet ad preces descendens, offerendo prius ipse prae-
venit, et regalibus nunciis multo uberius praemissis, ad sedem suam cum multa gloria
suscipiendum destinavit. Constitutus ergo in sede vocationis novae, plurima praeter
fidem et spem audientium promittebat, et auream se redditurum ecclesiam suam polli-
cebatur, ex abundantia rerum affluentium sibi praesumens, ignorans tamen quid pararet
sibi dies post futura. In his igitur sibi prospere succedentibus, maiorum adversum se
odium provocavit et invidiam, in tantum quod apud Condatum dioecesis suae vicum,
dum multitudine modum excedente transiret, a paucis ipsi insidiantibus percussus occu-
buit, miserabiliter a suis derelictus, crudeliter a nefariis interfectus, subita mutatione 1174.
manus altissimi de summis relatus ad ima: ipsa rerum experientia docens nos efficaci-
ter, nullam rebus humanis, quantumcumque applaudant, adesse constantiam. De loco
igitur occisionis suae Ariam relatus, ubi multa munificentiae suae monumenta relicta
sunt oculis intuentium, gloriose sepultus faciem conditoris sui in extremo suscitandus
praestolatur intuendam.

22. Domnus Alardus Cameracensis archidiaconus et thesaurarius, vir omnium rerum 1174.
affluentia ita divino munere superabundans, ut promptuaria eius plena eructarent ex
hoc in illud, et beatum dicerent omnes dominum et domum cuius haec essent, quibus
reclamantibus, in pastorem et episcopum et meritis suis et maiorum suorum obtentu
fuit electus. In Italiam proficiscens, ut munus regalium de manu imperatoris susciperet
— quod, licet de maioribus quidam reclamarent, efficaciter obtinuit —, et ad sua reversus
vir sine dolo, sed et mitissimus in populo suo evidenter apparuit, expertus in succes-
sorum doctrinam et exemplum, quod in potentia multitudinis et in praelationis dignitate
pax hominis et abundantia rerum non existit, sed beneplacitum est Domino super timen-
tes eum et in eis qui in mediocritate sua sperant per misericordiam eius. Sic tamen
se exhibuit in diebus senectutis suae, in quibus et vocatus ad altiora fuit, ut se prae-
beret diligendum omnibus, et ad exequendum quod susceperat episcopatus officium prae-
ter vires corporis multotiens exhiberet officiosum. Consummatus autem in brevi, ne 1177.
malitia cor eius immutaret, apud Valcellas se sepeliri decrevit, ut religiosorum obtineret
precibus quod sibi de propriis meritis provenire non praesumebat.

23. Post transitum domni Alardi domnus Rogerus de Waurin, archidiaconi et the- 1178.
saurarii obtinens dignitatem in ecclesia Cameracensi, communiter electus est, et sine
difficultate investituram recepit de manu imperatoris, quia quondam gratiam eius pro-
meruerat, cum ipsum et dominum Alardum episcopum pridem in pacis unitatem revo-
casset. Consecratus etiam fuit solemniter Romae in monte Aventino in ecclesia sanctae
Sabinae, a D. Willelmo Remorum archiepiscopo et ibidem cardinali creato in concilio
Lateranensi a domino papa Alexandro, prius mitratus quam consecrationis obtineret digni-
tatem. Suis vero postmodum cum omni iocunditate restitutus, cum summa pace rexit
ecclesiam, hoc solum excepto quod comes Flandriae, episcopo moram Romae faciente,
praeposituram Novi-castri, ipso nesciente, multa pecunia comparavit, occupaturus totum
ius episcopi ratione suae portionis, nisi provida sollicitudine remedium episcopus tantae
praesumptioni sedulus adhibuisset. Nulla namque timens pericula vel mortis vel exilii,
maioribus Flandriae et ipso comite contra eum insurgentibus, hoc multis expensis et
laboribus exhaustus tandem evicit, quod praepositura post mortem comitis libera ad
ius episcopi devolveretur, et comes eam dum viveret, iure suo tantum contentus, assigna-
tis in morte sua cui placeret septingentis libris, quiete possideret; et huiusmodi trans-
actio confirmata est imperatoris et regis Franciae et maiorum quorumlibet, quorum in
hoc testimonium valere potuerit, privilegiis.

24. Orta postmodum inter ipsum et cives suos discordia, quia communia civitatis
minus licenter et libenter contra libertatem clericorum manus extendebat, ad caesaris

audientiam fuit appellatum: ubi maioribus curiae pontifici adnitentibus, quia communiae coniuratio omnibus ecclesiae libertatem diligentibus est odiosa, ab imperatore sollemniter communia Cameracensis fuit abiudicata, concessaque fuit episcopo imperatoris edicto potestas ordinandi de civitate et civibus, prout ecclesiae tranquillitas et episcopi sententia decrevisset; et super hoc privilegium fuit indultum et principum testimonio consignatum, et omnia communiae insignia fuerunt penitus exterminata. Domino autem episcopo minus discrete quoddam iugum servitutis gravissimae civibus suis se impositurum comminante, cum potius a severitate foret temperandum, cives ad imperatorem festinantius, cum multa pecunia recurrentes, eliminato communiae nomine quod semper abominabile existit sub nomine pacis, cum tamen pax non esset, contra episcopum et clericorum libertatem, sicut hodie est experiri, privilegium sua voluntate et seditione plenum reportaverunt. O primam felicitatem magno permutatam infortunio, dum privilegium libertatis in quaedam servitutis instituta commutatur.

25. Werris praeterea et multiplicibus tum familiarium suorum persecutionibus, tum amicorum suorum causis et necessitatibus, quasi in area tritici trituratus episcopus, in illa famosa peregrinatione quando a Saracenis novissime subiugata fuit Iherusalem, cum caeteris iter arripuit peregrinandi, desiderans laboribus et sudore proprii corporis diluere quod inter nos conversatus ex episcopalis negligentia regiminis contraxerat et humanae culpa contagionis. Multis autem exhaustis periculis, ad sanctae civitatis perveniens obsidionem, coepit gravius infirmari, et apud Tyrum relatus, episcopatum resignans
1191. et pauper effectus pro Christo, sub habitu canonicorum regularium migrans a saeculo cum planctu omnium familiarium suorum ei assistentium in sanctae Crucis ecclesia monumento receptus, extremà sui abiectione poenitendi monimentum suis deseruit, conferens in refectionem canonicorum quotidianam regeriam quatuor mencaldorum farinae per hebdomadam, ut indeficiente pane, eorum orationibus in aeternum reficiatur.

26. Quot autem et quanta patres praedicti contulerunt ecclesiae nostrae beneficia, licet ex privilegiis nobis indultis perpendere manifestius, quia nobis ipsorum largitione quotidiani panis abundantia confertur, ea conditione ut fideliter iura matris suae servantibus etiam coelestis retributio conferatur. Sed ecce in die Domini, infidelitatis timemus argui, quia, nobis quasi nescientibus, de integritate et dignitate episcopali quaeque pretiosa deperierunt, castra videlicet ista Paluel, Oisy, Haveraincourt, Crivecuer, Wallaincourt, Busignies, Saint-Obers, Hordain, et facta sunt nobis quasi clavus in oculis, cum deberent esse propugnacula securitatis; forastrum[a] quoque regium quod episcopis datum est in usus venandi, et deputatum in defensionem marcae imperialis, ita penitus deperiit, quod nec sylvae penitus vestigia retineat, nec aliquod praebeat obstaculum incursantibus: in quibus omnibus revocandis, prout tempus exigit, unicum restat consilium, ut evaginato gladio Petri, alius quem adhuc vagina concludit, efficaciter conseratur[b].

GESTORUM VERSIO GALLICA.

cf Excerpt. Gaug. 2. 1. Apres la mort l'evesque Gerard ot[36] dissention et grant discorde entre le cler-
1092. giet de Cambray. Si[37] n'eslirent evesque en grant tamps. Si estoient moult hay et moult blamé du peule[38], et quant vit li peules que li cannone ne faisoient mie evesques, si qu'il devissent, si assemblerent contre Dieu et les drois de sainte eglise, et tinrent une
39 audience, et jurerent entr' iaux[39] qu'il ne seroit evesques ne chilz ne chiulz aultres, mais chiulx que li empereres y envoyeroit. Puis ot li peules consel qu'il envoyeroient le croche l'evesque a l'empereur Henry le tierch. Dont fu pres del porter un gentiulx homs qui ot nom Masselins, prevos de l'eglise; et dist que c'estoit ses droits. Mais moult tost le contredi **Erlebaus**, coustres de l'eglise, et dist que c'estoit li siens drois. Ainsi escrimerent longtamps pour porter le croche, et ne fu pas portée. Ainsi passa uns ans entiers, qu'il n'y ot evesques; et ne sçavoit li empereres, que li evesques

a) i. e. forestum. b) *Hic desinit* 9. „*quae ibi adhuc sequuntur, scripta sunt alia manu, sed adeo mutila, ut ex eis certi quidquam vix elicere fas sit.*" BRIAL.

36) gallice *eut*. 37) *ainsi*. 38) *peuple*. 39) *eux*.

Gerars fust encor mors. Après se assembla li peules et eslirent evesque contre Dieu
et contre les drois de sainte eglise, qui ot nom Manasses, homs jones[40] d'ans et de 40
meurs. Quand ce vis li clergies, si furent durement tourblé, et vinrent en capitle, et
eslirent par divine inspiration un noble homme, sage, religieux, prevost de l'eglise, qui
ot nom Masselins. Quant ce oïrent li lay, si furent plain aussi comme de foursenerie,
et contredirent terriblement à l'eslection que li capitles avoit faite, et jurerent que Me-
nasses seroit evesques, celui qu'il avoient eslit. Apres jurerent que se aucuns des clers
leur contredisoit, que il l'ochiroient. Adont se apparilla li eslis Manasses d'aler à l'em-
pereur, et li bourgois par force tolirent du tresor de l'eglise 7 candelabres de pur
argent, qui pesoient 30 mars et un calice de pur or de pois de 7 mars, qui estoit
aournés de moult de pierres précieuses. Ainsi envoyerent li bourgois leur eslit à court,
mais pas ne le rechupt li empereres, ains revint à confusion. Lors crut haine et dis-
corde entre le clergiet et le peule. Car li bourgois disoient que li clerch avoient envoyet
letres à l'empereur, qu'il ne rechupst mie leur eslit, et moult d'aultres causes y ot de
haine et de dissention. Ainsi fu li eglise de Cambray long tams veve, desolée, sans
pasteur, et estoit en grant tribulation.

2. A cel tamps avoit un mal homme à Cambray, qui ot[41] nom Foulkes; si estoit 41
vidame de la cité. Ichiulx comme il vit que l'eglise estoit sans deffenseur, si entra el
palais l'evesque, o lui moult de chevaliers, et saisi les rentes de l'evesquiet[42], et en
vivoit outrageusement, et poi curoit[43] du domaige de l'eglise, et ne vosist pas que elle
euist un boin evesque. Quand ce virent li anemi de l'eglise, si furent moult esjoi[44];
si orent consel ensamble, et fremerent[45] castiaux pour apresser la cité. Entre lesquels
un chevaliers, qui ot nom Amouris, en fit un a Gouy, et Manasses un a Rumilly. Puis
alerent al comte de Flandres Robert, et releverent leur terres de lui, contre leur serment
et les droitures de l'evesquiet. Puis guerrierent le païs à grant forche[46], si que la cité
qui devant avoit guerres de langues et de tenchons[47], l'ot après d'armes, de fu[48] et d'es-
pée; et gasterent si le païs que à paines y demeura-il ahaniers[49] qui les terres cultivast. 49

3. En cel tamps que la cités avoit discorde dedens, et de ses anemis si grant ib. 3
oppression dehors, si li avint un grans maulx qui n'ot point de recouvrier. Car li
clergiés d'Arras, comme il virent que chil de Cambray ne faisoient mie evesque, si qu'il
devissent, si orent consel ensamble, et eslirent evesque Lambert archediacre de The-
ruwane — che fu fait l'an de grace 1095.[50] — et fisent ainsi chief del membre.
Quand ce oïrent le clergiet de Cambray, si furent trop iriet[51], et alerent à l'archevesque 51
de Rains Regnault, et li prierent consel qu'il poroient faire; il leur respondi, qu'il elu-
eussent evesque preudomme, sage, qui peuist l'eglise soubstenir en si grands tribula-
tions. Adont avoit en l'eglise uns archediacre de moult grant valour, et dist au capitle,
que s'il li voloient aidier, il estoit appariliés d'aler à Rome contre Lambert l'eslieut[52]
d'Arras; mais cascuns ressongna le travel d'aler à Rome, et disent: „*Chiulx qui est eslis,
y voist, et se deffenge si comme pour soi meismes.*" Puis fu li clergiés mis à grant ib. 7.
angouesse de doleur, en tristece, en tribulation, et ne sçavoient par cui il peuissent
estre delaiset de leur anemis. Dont penserent et heurent consel ensamble, qu'il ne
sçavoient clerch plus ydoine, de plus grant valour pour l'eglise relever de ses posses-
sions, que l'archediacre messire Gaucher; et disoient qu'il estoit bien dignes de plus
grant honneur. Car il estoit nés de noble lignie, plains de grant clergie[53], bien instruis
des sept ars. Aultre raison avoit aussi qu'il fust eslis; car li empereres leur avoit
mandet par lettres qu'il le eslisissent. Dont fu eslis messire Gauchiers par le commun
assent de tous, et sans riens de l'eglise il ala a l'empereur Henri le tierch, qui le
rechupt[54] à grant honneur, et se assenti à l'eslection, et li ottria la seigneurie de 51
Cambray; dont ot grant joie el palais le roy, et li rois meismes commencha Te Deum
laudamus.

4. Endementiers que li esliux Gauchiers estoit o l'empereur, li papes Urbains li 1094. Mart. 19.
seconds sacra Lambert l'eslit d'Arras, et par son commandement fu il rechups à Arras
à grant honneur. Puis revint li esliux Gauchiers à sa cité, où il fu rechups à moult

40) *jeune.* 41) *eut.* 42) *évêché.* 43) paucum curabat. 44) *joyeux.* 45) *fermerent,* i. q. *fortifièrent.* 46) *force.* 47) *tençons,* certamina poetica. 48) *feu.* 49) *laboureurs.* 50) potius 1093. 51) irati. 52) *élu.* 53 i. q. *savoir.* 54) *reçut.*

grant leeche[55]. Adont vint li visdame Fouques à l'evesque, et devint ses homs lieges par foi et par serment. Puis li jurerent feuté et clerch et lai. Ainsi comme li boins evesques Gauchiers fu de nouvel venus à s'eglise, si s'efforcha moult durement de amer ses subgis, de vivre en pais entr'eux, d'aquerre amis à s'eglise; mais li orghieulx et li malisces des caseis del païs estoit vers lui trop grans, et croissoit forment. Car Hues, Amouris, Manassès et Anseaux, desquelx nous avons deseure dit, rebellerent briefment contre lui, pour ce qu'il cremoient perdre les castiaux qu'il avoient fremés entour Cambray pour la cité destruire, tant qu'elle fust sans evesques. Il se cremoient aussi, pour ce qu'il avoient fait hommage al comte de Flandres et relevé leurs terres de lui. Dont chil quatre devant dit faisoient adont trop de grieftés al païs par le force le comte de Flandres Robert. Quand ce vit li evesques, si ot tre grant pitié des poures qui perdoient leurs possessions, dont ammonesta humblement par douches parolles ses anemis, et leur pria qu'il se atargaissent de faire mal à sen eglise. Mais rien n'en fisent. Après sa proyere, il leur promist grans dons, si abatissent les castiaux qu'il orent fais contre lui, et euissent à lui pais; et tout ce il despiterent. Quand vit li evesques qu'il ne les pooit avoir amis par dons ne par promesses, si assembla grant plenté de saudoyers, et fit tant qu'il ot 700 chevaliers, et deffendi lors son païs moult vigheureusement contre ses anemis. Adont fist il assalir un castiel à Goy en Arouaise, et fu pris à grant forche par l'aide de Dieu, et y fu pris Amouris ses grans anemis, qui le castiel avoit fait, et le tint en prison par un an entier; et il se repenti des maulx qu'il ot fait à l'eglise, et devint amis à l'evesque, et li jura feuté, et ainsi fu mis hors de la prison. Puis fist il assalir le castiel de Rumilli que Manassès ot fait faire, et y fisent longtamps; car li ville estoit fort fremée de haulx murs et de profons fossés, de quoi moult s'enorguillirent chil de dedens, et convoitoient moult qu'il puissent le païs destruire. Mais un poi de tamps après les gens l'evesque l'assalirent de si grant vertu, que par la volenté de Dieu li castiaux fu pris, et Manassés iluec occis! Lors fist li evesques le castiel abatre et arraser, et tout mettre à fu et à flame. Puis fist assalir un aultre castiel qui ot nom Sauchis, qui estoit fosse de larrons; si le prist par l'aide de Dieu, et y heut pluisieurs des reubeurs occis et aucuns pris, et ainsi fu li païs delivrés de ces malfaiteurs. Quand li eslis vit que li païs estoit auques en pais, si donna moult de biaux dons à ses saudoyers, et ainsi se partirent de lui moult joyeusement.

Albr. Camerac. 7.

Exc. Gang 7.

5. En icel tamps fut li eslis si occupés de mettre pais en sa terre, qu'il n'avoit heut espasse de lui faire ordenner, et n'estoit pas prestres. Si comme il vit avoit un poi de repos, si ala à Rains à l'archevesque Rainaut, et li pria qu'il l'ordenast à prestre, et il lui refusa jusques à tant qu'il en aroit commandement du pape. Lors ala li esliux à Romme et supplia au pape Urbain le second qu'il fust ordenné à prestre, et li pape le rechupt benignement. Puis monstra li esliux Gauchiers au pape les grieftés que le quens de Flandres Robers avoit fait à l'eglise de Cambray. Puis fist aussi sa complainte de l'eslection de Manassés, comment il avoit estet eslieux du peule contre droit, et comme grant tribulation li avoit fait puis se eslection: et de toutes ces complaintes furent tesmoing devant le pape li archevesques de Tours et plusieurs aultres evesques. Quand li papes oï ces coses, si confrema monsieur Gauchier l'esluit, et le renvoya par ses lettres à l'archevesque de Rains, et commanda qu'il l'ordennast, et par le commandement du pape ala o lui li archevesques de Tours et li abbés de S. Basle, et si commanda aussi li papes qu'il ne souffrist pas que chiulx Manassès fesist plus de griefs à l'eglise de Cambray pour se eslection, car elle estoit nulle. Si commanda aussi li papes à celui Manassès qu'il rendist le tresor de l'eglise, qu'il avait mauvaisement portet, ou se chou non, il le excumenioit. Quand li archevesques vit la grant grace que li papes faisoit à l'eslit Gauchier, si fist ce que li papes mandoit. Puis assigna li archevesques jour de beneir l'eslit à Laon, o lui moult d'evesques. En l'eure qu'il devoit estre sacrés, si parvint Manassés et le contredi. Con grans tenchons et con grans dissentions il fit iluec, long seroit à dire. Dont orent consel li evesque assemblés de ces eslections, et disent par sentence diffinitive que li eslection monsieur Gauchier estoit bonne et loyaulx, et Manassés fu forment des evesques excumeniés, fournigiés et boutés hors de l'eglise, et lors fu messire Gauchier sacrés en grant reverence. Puis

55) laetitia, *liesse, joie.*

vint à sa cité, et fu rechus à très grant honneur, et fu mis en sa chayere de l'evesque de Laon Elynant. Puis fu commandé de par le pape que tout obeissent à lui grand et petit. Puis manda li papes et li archevesques au comte de Flandres Robert qu'il cessast dore en avant de faire griefs à l'eglise de Cambray, et qu'il ait à lui bonne pais, et qu'il aime l'evesque Gauchier, garde honneur et soubstiegne; et s'il ne le fait, il le excumenie; et li quens le fist volentiers.

6. Quand li evesques vit qu'il fu confremés el siege, si ot très grant desirier de relever l'eglise, et pensa premiers de Lambert qui avoit ostet tel membre qu'est Arras de l'evesquiet de Cambray; lors manda au pape Urbain par solempnel message qu'il li assignast jour contre Lambert qui avoit ainsi Arras, et iluec estoit evesque; et li papes li remanda moult admiablement qu'il li aideroit, et li assigna jour pour la seconde domée de l'avent, et en certain lieu à Clermont, et manda aussi à Lambert adversaire l'evesque 1095.
qu'il fust là à tel jour. Dont ala au jour li evesques moult efforchiement, et li papes le rechupt à fause acolée, si que puis apparu. Car Lambert estoit ja venus au pape en secret et li avoit donné très grans dons, pour ce qu'il ne fust desposés, et ainsi avoit le pape atrait par ses douces parolles. Puis tempta li papes l'evesque Gauchier, s'il li volroit plus donner que Lambers, et demandoit trois cent mars d'argent; mais li evesques les denoia, et pour itant perdi il sa querelle. Car sitost que li evesques Gauchier prist à parler devant les evesque qui iluec estoient en concile, et il faisoit sa complainte de Lambert evesque d'Arras, et disoit que contre les droits de se eglise li papes l'avoit confremé evesque; li papes fu forment iriés et s'escria moult durement: „Laissiés ester Exc. Gaug. 8.
vos droits et vos canons; car toutes les lois que jou ay données seront auctorisables.“ Lors commanda à Manassen qui iluec estoit presens, qu'il fesit sa complainte, oïans tous, de se eslection. Adont furent si esbahi li evesques et tout le clergiés de ce que li papes commandoit, que ne le poroie dire. Puis se leva Manassen, et commencha à dire que Messire Gauchiers n'estoit mie evesques selong droit, mais il meismes deuist estre evesque qui fu premiers eslis, et moult d'autres choses mist avant chilz Manassés. Et li papes argouoit moult l'evesque Gauchiers qu'il repondist tost à Manassen; et il moult sagement demanda un poi de respit. Après un poi fist li evesques Gauchiers sa narration, comment Manassés fu eslieux contre droit sans l'assent du clergiet, et fu refusés de l'empereur, et fut excumenié à Laon en plain concile de evesques; mais il meismes fu esliux selong les droits de saincte eglise, et par le commun assent du clergiet, et confremés de l'empereur qui li donna la seignorie de la cité, et confremés aussi du pape par ses lettres, et sacrés et beneis de l'archevesque de Rains; et de ce il l'appelloit en tesmoignage, car il estoit iluec presens. Lors se leva li archevesques de Rains, et dist que c'estoit verités; mais li papes nel crei. Après monstra li evesques Gauchiers les lettres de sa confremation saillées du pape meismes, et il tout denoia. Si que li papes ot oy aus deux les parties, si commanda à rendre jugement et messire Gauchiers se cremi, si s'en parti devant sentence rendue. Dont fist li papes rendre sentence par le consel d'aucuns evesques, ne mie de tous, et restauli Manassen evesque, et excumenia monsieur Gauchier, sans ammonester si que faire ne deubt. ib. 10.

7. Puis revint messire Gauchiers à se eglise, et la pourcessions vint contre lui, et le voloit recepvoir à grant honneur; mais pour ce qu'il estoit tristes et dolans et en grand tribulation, si leur deffendi à faire joïe, et lendemain manda tous ses amis, et leur conta ce que fait estoit el concile à Clermont. Quand se oy li clergiés et li peules, si furent moult tourblé, et hairent le pape durement, et consillierent à leur evesque qu'il ne obeeist plus au pape, s'il ne rendoit Arras à la cité de Cambray, et ot aussi consel que il ne cessast mie de faire office d'evesque; mais puis li tourna à contraire.

8. Après ces coses Foukes li Visdame de cui deseure avons dit, et Amouris que li evesques mist hors de prison, et moult d'aultres li plus grant de la cité prisent à haïr leur evesque et recepvoient lettres et messages de Manassen; et il leur promettoit or, argent, villes et possessions, mais qu'il s'acordaissent à lui, et lui manderent par lettres qu'il fust contre yaulx à Avesnes en Haynau à parlement; et il si fu, et leur donna moult de grans dons, et il le rechuprent à seigneur et à evesque, et releverent de lui leur terres et leur fiefs. Puis consillierent à Manassen qu'il alast à l'archevesque de Rains, et messist en ban l'eglise de Cambray et tout le païs, et ainsi fu fait pour accroistre le confusion l'evesque Gauchier.

1096. Ian. 21. 9. En cel tamps trespassa de cest siecle Rainaus archevesque de Rains. Si fu après archevesques Manassès, oncle de celui Manassen de cui nous disons, et pour ce qu'il trouva l'eglise et le païs en ban, si li tint aussi: dont furent moult esjoi tout li anemi monsieur Gauchier. Mais après ce fisent-il merveilles. Car il n'eslongierent pas l'evesque, ains buvoient et mangeoient o lui, et li donnoient conseil de ses besongnes, et en derrere le traïssoient, et ne se targoient de faire mal à l'evesque, fors que pour le menue gent qui moult amoient l'evesque, pour ce qu'il estoit doulx et piulx, et toujours ama et quist pais; et li grant le haioient pour ce qu'il vouloient les poures fouler, et li evesques les deffensoit.

10. A icel tamps avint à l'evesque grans adversités, car il fu excumenié de Romme et de Reims; et quand li clerc virent que li grant del païs l'assaloient ensi, si s'eleverent aussi contre leur evesque, et avint adont que li archevesque de Rains leur menda par ses lettres qu'il laissassent le canter et le service de Dieu, s'il ne recepvoient Manassen à evesque et li faisoient obedience; et chil tantost cesserent. Quand ce oy li evesques Gauchiers, si fu moult esmervilliés et parla moult douchement à ses cannones, et dist qu'il voloit faire par leur consel si que par ses boins fiulx et ses boins amis, mais qu'il volsissent à lui obeir et reprendre le chanter; et il repondirent en grand desdaing que rien n'en feroient. Puis furent-il si tourblé par ire, qu'il prisent les corps sains és eglises, et voloient les saintuaires porter hors du païs. Si comme il en aloient o toutes les reliques, si monstra dieux grant miracle, car si très grans habundance de pleue et si grans horreurs de vens chaï sur eulx, que mouvoir ne se porent. Dont coururent après yaulx chevalier et sergant de l'evesque. Si que li clerch les virent, si furent moult esbahi, et li clerch s'en coururent forment, et laissierent les reliques, et li sergant les raporterent és eglises à grant honneur.

11. Entre ces coses se dolu moult li evesques des adversaires que si canonne li faisoient, et il s'assamblerent en l'eglise S. Gery, et furent iluec aussi que en lieu de refuge. Adont leur manda li evesques moult humblement, et les ammonesta par trois fois moult douchement, qu'ils ne creissent pas malvais consel, mais demoraissent en la cité, servissent Dieu et à lui, si qu'il devoient en bonne foy, et obeissent; et chil riens n'en fisent, ains prierent à l'evesques qu'il leur ottriast qu'il peuissent issir de la cité sauf leurs corps et leur avoir. Et li evesques leur repondi moult debonnairement cf Abbr. Cam. 8. qu'il voloit qu'il fuissent asseur où qu'il demouraissent. Lors alerent li canonne à l'archevesque de Rains Manassen, dire que s'il voloit beneir Manassen et sacrer à l'evesque, il lui feroient obedience et guerpiroient l'evesque Gauchier; et ainsi fu fait.

12. Quand Manassès fut beneis evesques, si crust grant paine à l'evesque Gauchier; mais nequedent pas ne s'effraya, ains s'efforcha de lui plus exerciter en bonnes oeuvres. Car entre ces grans tribulations il fist assailir le castiel d'Oisi qui estoit très fors de murs, de tours et de fossés, et dedans manoit uns vaillans chevaliers qui ot nom Gossuins, cousins à l'evesque et lieges homs; et pour ce que li castiaulx estoit au domage de tout son païs, il n'espargna pas son cousin, ains sist tant devant le castiel, qu'il l'afama et prist par force. Puis fist tout abatre et arraser à terre, pour le desirier qu'il avoit de ses gens tenir en pais, et chiaulx qu'il trouva dedens sauva la vie pour Dieu. Puis assist un autre castiel qui ot nom Busegnies, et le prist par forche. Puis assist un aultre qui ot nom Boussies, et le prist aussi. Puis prist-il par forche aultres castiaux, cases, maisons, et tout ce qu'il veoit qui gesnoit à son païs. De ces coses deseure dictes fu li evesques moult amés et durement prisiés des grans et des petis, et de ce qu'il tint ses subgis si bien en pais, fu il moult commendés, meismes de chiaulx qui le haioient.

13. Après ces coses prist li evesques Gauchiers vengance des canonnes qui estoient alet à Rains pour lui desposer. Car il leur toli leurs provendes et leurs possessions, et les donna as clercs qui en s'eglise demouroient. Puis les fist li evesques chanter et faire le service de Dieu moult devotement, et il meismes les visetoit souvent et les incitoit de bien faire, et multiplioit leurs biens temporeulx, si que il leur donna quatre auteulx, l'auteil de Çantaing, celui de Riewe, celui de Wambais, celui de Wethie, et moult d'aultres biaus dons. Ainsi fu li evesques Gauchiers o ses clercs un poi de tamps en pais et en soulas, si que le oïrent li canonne qui estoient alet à Rains, et veoient qu'il avoient laissiet leur eglise trop fole-

ment, et chil qui estoient demoret croissoient espirituellement et temporalement; si se repentirent forment que pour Manassen avoient guerpi le boin evesque Gauchier. Lors orent consel qu'il venroient à lui et querroient misericorde — car il le sçavoient douch et piu — et qu'il leur laissast repairier à leur eglise; et il le fist moult benignement, et leur rendi leurs prouvendes et leurs dignités tout entierement, si que devant avoient heu, et moult leur pria qu'il servissent Dieu devotement. Puis li jurerent-il feuté de nouviel, et il leur pardonna tous mautalens, et les ama pour Dieu qui commande en escripture qu'on doit amer ses anemis.

14. Adont obeïrent li canonne à leur evesque un poi de tamps, et le servirent par amour fainte. Mais ne passa mie uns ans qu'il brisierent toute la feuté qu'il li avoient devant jurée, et par le incitement du diable fu entre yaulx grans discorde semée. Car li clergiés et tous li peules rebelerent contre lui, et vinrent ainsi que d'une volenté en sa presence et li disent: *Sire Gauchier, nos sires, vous estes rebelles à l'eglise de Romme et à cele de Rains. Si ne voulons plus souffrir de vous, mais alés tost querre reconciliation et poir de faire office de evesque, ou se ce non, jamais ne repairiés.* Quand ce oy li evesques, si fu moult esbahis et se cremi de la mort. Dont leur pria moult humblement respit; car il desiroit à estre hors de leurs mains, et la merchi Dieu il li ottryerent. Puis ala dedens trois jours à l'empereur d'Allemagne Henri, et li racompta tout ce qui fait estoit, et moult li pria qu'il li fesist pais de si grans injures. Dont le retint li empereres o lui grant tamps. cf. Abbr Cam. 8.

15. Endementiers que li evesque Gauchiers estoit iluec, si s'assambla li clergiés et tout li peules, et rechuprent Manassen à evesque contre les droits de l'evesquiet et de l'empereur. Si que Manassès fu rechups dedans la cité, si se tint comme evesques, et tint senne, et fit ordenes, et demoura iluec par trois mois, et toli les benefices à ceulx qui estoient de la partie l'evesque Gauchiers, et les donna à ses amis. Ainsi que ce fu fait, si vint la nouvelle que li evesques Gauchiers repairoit de court o lui grans princes de par l'empereur. Quand ce oy Manassés, si fui hors de la cité, et li evesques Gauchiers y entra, et li prince l'empereur aussi, qui estoient venu pour sçavoir liquel estoient obeissant à l'evesque et liquel non. Dont, commanderent li prince de par l'empereur, oïant tout le peule, que tout obeissent à l'evesque Gauchier, et qui ne le feroit, il seroit anemis à l'empereur. Dont s'en partirent li aucuns des clers, li aultres remesent. Lors demanda li evesques à ceulx qui demorerent, leur foi et leur serment, et qu'il li feissent hommage, et il si fisent tout et clerch et lay sans contredit, en la presence des princes l'empereur. Mais je prise poi telle feuté, car en derrere ils font tout le contraire. cf. ib.

16. Par icel tamps Robers quens de Flandres, pour ce qu'il vit si grand dissention entre le clergiet et le peule, si saisi la terre de Cambresis, jasoit ce que ce fust contre les droits de l'empereur. Car li archevesques de Rains Manassès li avoit mandet par lettres qu'il destruisit Cambrai et confondist cheux de la partie l'evesque Gauchier, aussi com se il fuissent païen. Puis ces lettres veues, vint li quens Robers en Cambresis à grant ost, et pilla le païs et fist grans arsis, si que la terre demora sans ahaniers et furent vuit de beufs, de vaches et d'aultre bestialle, et s'enfuirent homs, femmes, grant et petit, et mendioient par diverses terres. Puis fist-il fremer un castiel, pour le cité plus appresser, à une ville qui ot nom Marcoing, sul la riviere de l'Escaut à deux miles près de la cité. Ainsi leur tolli leur issue, et pais, pain, char, vin, sel, buche et tous aultres fruis de terre. Quand virent li bourgois qu'il estoient en si grant tribulation, et qu'il n'avoient nul secours de par l'empereur, si vinrent à leur evesques, et disent qu'il ne poroient la cité garder, ne contrester al comte de Flandres, s'il n'avoient aide. Lors envoia li evesques à l'empereur, et fist sa complainte en grant doleur de cuer, et li prioit pour Dieu secours; et li empereres le fist volentiers. Car il y envoia le comte de Louvaing o 200 chevaliers et l'evesque de Liege o 300, et li manda qu'il meismes venroit et li feroit pais du comte Robert. Ainsi fu fait, car li quens laissa le païs en pais par un poi de tamps, et li chevalier devant dit r'alerent en leur païs. cf. ib. 9

17. Si comme il furent repairiet en leur terre, si se cremirent moult li bourgois. Car la cité yert poure et poi y ot de gens d'armes et deffensables, et moult doubtoient le revenir du comte. Dont parlerent une fois ensamble et disent: *Pourquoi souffrons*

nous si longhe mort, recepvons le comte à seigneur, et ainsi ayons repos. Lors disent à l'evesque Gauchier qu'il leur laissast faire commugne et conjuration ensamble pour son profit meismes; car aultrement il ne povoient la cité et yaux meismes deffendre. Quand li evesque oy che, si se dolu trop durement, nequedent pour ce que la cités euist plus grant aide, il le souffri. Lors jurerent ainsi: *Nous bourgois de Cambray jurons tout ensamble par Dieu et par ses saints, et promettons par nos foy, et confremons par chartre que nous garderons monsieur Gauchier notre evesque fevement de sa vie, de se honneur, de ses membres, tant qu'il sera à la court l'empereur Henri et son fil et ses successeurs, ainsi que li evesques de l'empire jugeront. Et si jurons par nos crestiennetet, que ja ne lui faurons, et ne recepverons abbet, moisne, clerch, lai, qui soit contre lui, et que nous li garderons ses droits selonc les lois et les costumes des evesques devant lui.* Moult d'aultres coses ilz jurerent, puis aidierent leur evesque fiaulment et garderent le pays à leur pooir; car il avoient grant esperance de la venue l'empereur.

cf Abbr. Cam. 9. 18. Adont vint li empereres Henris en ces parties à très grant ost, et entra en la terre le comte à grand forche, si que li quens ne pot à lui contrester et ne deubt; car il étoit ses homs lieges, et par fol consel avoit-il empris sur lui et sur son empire. Ainsi comme li empereres chevauchoit o sa grant ost, si n'y remanoit castiau ne fortreche qui ne fust prise par forche ou par paour, et abatut à terre, si que cinq en y ot ainsi destruis, li premiers fu Marcoing, l'autre Paluel, le tierch Ynchi, le quart l'Escluse et le cinquıeme Bouchaing. Mais le castieau de l'Escluse fu pris par forche d'assault et par fu, et y ot occis plusieurs de la gent le comte. Adont ot li empereres grant desirier d'aler avant en la terre le comte, mais il ne pot; car il faisoit un fort hyvier de plueves, de vens, de gresil, et la terre estoit si fresque, que le grant ost n'y pooit chevauchier. Dont repaira li emperrees par Cambray puis cette victoire, et conforta moult les citains. Puis r'ala en son païs, et fist jurer tous gens de l'ost qu'il revenroient à l'estet sur la terre de Flandres. Dont prist li empereres très efforchiement soi appariller à revenir en Flandres; si fist faire moult grandes nefs, car il proposoit à assalir Flandres par mer et par terre.

cf. ib. 19. Mais ce ne pooient pas attendre chil de Cambray qui estoient en grant griefté; car li empereres les avoit laissiés sans aide, et il avoit le comte trop blechiet, et pour ce se doubtoient li bourgois qu'il ne venist soudainement et destruisist la cité, et par un poi qu'il n'avint ainsi. Car li quens vint par nuit à grant gent armée, et entra en la cité aceiée et y bouta le feu, de quoi li bourgois furent trop esbahi, si que nes ils ne se misent à deffense. Lors y fist Dieux grans miracles par les merites saint Gery; car chil de l'ost cachierent meismes li uns l'autre hors de la cité, ainsi s'en partirent et laissierent les bourgois en pais. Quand ce virent li bourgois, si rendirent grant graces à Dieu et au saint. Après ces coses ne furent mie li bourgois bien asseur, si manderent au comte Robert qu'il euist pitié d'iaulx et leur donnast trieuves et respit d'essi à la venue de l'empereur; et s'il ne revenoit et les secouroit, si comme il ot convent, il li bailleront la cité et la seignourie, et obeiront à lui, et devenront si homme féal. Tout che ottria li quens volentiers; et leur donna trieuves d'essi à la nativité notre Dame en Septembre. Et pour ce que ce fust cose estable, fu donnée fiance par leur fois d'une part et d'aultre. Lors espera li quens qu'en brief tamps la cité fust soie, mais ne fu pas ainsi; car assés tost après il oy dire que li empereres repairoit vers Flandres à très grant effort. Dont se cremi moult qu'il ne fust deshiretés, et demanda consel as plus grans de Flandres qu'il poroit faire, et chil li respondirent que ainsi qu'il avoit empris sour l'empire, il avoit par ce l'empereur forment tourblé, ainsi desoremais il requesist sa grace et sa misericorde, et li fesiste amende et satisfaction. Lors creï li quens leur consel, et vint à Liege où li empereres estoit, o lui dux, princes, comtes et evesques, et fu iluec la pais faite à grant joie; et fist li quens hommaige à l'empereur, et jura feuté à lui et à son regne, et dist, oyant tous, que doreenavant il honerera l'evesque de Cambray Gauchier, et le soubstenra contre tous a son pooir, et commandera que on li donist toutes les rentes de l'evesquiet. Dont furent à l'empereur rendu li prisonnier qui estoient pris de sa partie, et au comte aussi li sien, et li evesques rendi aussi chiaulx qu'il ot pris, et ainsi fu bonne pais partout, et promist li quens grant aide à la cité de Cambray.

20. Ainsi comme li evesques Gauchiers estoit en grant tranquilité, et moult estoit amés de ses subgis, si en orent envie si anemi et rebellerent contre lui, et li disent par dures parolles qui n'estoit mie obediens à l'eglise de Rains, si qu'il devoit, et voloient recepvoir des canones qui estoient alet encontre lui à Rains; et il leur deffendi tantost qu'il n'en recheussent nul; car il estoient anemi à l'evesquiet et à tout l'empire. Puis celle deffense si se parti li evesques de Cambray; car il voloit esprouver que li peules feroit: et il tantost aussi comme par conspiration manderent à l'archevesque de Rains qu'il fesist revenir les canonnes à Cambray, encore fust ce contre la volenté cf. Abbr. Cam. 10. l'evesque, et manderent aussi qu'il envoiache de par lui aucun qui absoile la cité de la sentence, de quoi elle estoit en ban. Ainsi fu fait. Car li archevesques meismes vint à Cambray o lui l'evesque de Laon et l'evesque de Theruwane, et assemblerent le clergiet et le peule à l'entrée de la ville. Che fu fait l'an de l'incarnation nostre Seigneur 1103, le vigile S. Mathieu. Puis entra en la cité, et reconcilia eglises, auteulx, et fist li clergiet et le peule par foi et par serment enconvenenchier qu'il seroit obedient à l'eglise de Rains. Puis excumenia l'evesque Gauchier, et ne le tenoit pas pour evesque, ains haoit tous ceulx qui li aidoient, et commanda que prestre, diacre, sous-diacre et tous li aultrez clergiés qui estoient de la cité monsieur Gauchier, laissassent le chanter. Dont repaira li peules et li archevesques à Rains, et nequedent demorerent li canonne qu'il avoit fait faire revenir à Cambray, pour lesquels li lai estoient parjure.

21. Endementiers estoit li evesques Gauchiers à un castiel qu'il ot fait faire, qui ot cf. ib. 10 nom Estruen; si fu ses refuges iluec par moult de tamps, et li chevalier del païs, li franc et li vilain obeissoient à lui si comme à leur propre seigneur. Quand ce virent si mal anemi qu'il estoit si honnerés de grans et de petis, si penserent par quel art il le peuissent cachier hors de ce castiel. Lors prisent Godefroi fil Ansiel deseure nommet, et fisent leur seigneur, et l'esleverent si que deffenseur de la cité. Puis li ottrierent qu'il recheuist les rentes de l'evesquiet, et tenist chevaliers à ses saudes, et gardast le païs et contrainsist l'evesque Gauchier qu'il ne leur peuist grever. Dont s'aloia à celui Godefroi par sa foi en celle male besogne messire Hue de Inchi, et li fist hommage, et li requist le castellerie, et chiulx Godefrois li ottria, nequedent l'avoit-il perdue par jugement el temps l'evesque Gerard le second. De cel don fu grans ammiration par tout le peule. Puis assemble chil Godefrois très tout le peule de la cité, et assali le castiel d'Estruen, et le prist par force et l'arasa à terre. Ainsi escachierent leur evesque de son hebergage; mais li bourgois dou castiel en Cambresis le rechurent à grant honneur. Ainsi fu la terre de Cambresis par longtamps griefment tourblée par celuy Godefroy; et li evesques Gauchiers fist sa complainte à l'empereur et au comte de Flandres, qui en furent moult iriet, et manechoient forment à pugnir Godefroy; et il s'en repenty de ce qu'il avoit empris sur l'empire; et creï consel de preudhommes, et ramena l'evesque en sa cité, et le remist à honneur en sa maison. De quoi li clergiés et li peules moult s'en dolurent, mais contredire ne l'osoient. Adont s'efforcha li evesques Gauchiers moult de se faire amer de ses subgis, et toute la doucheur que pars doit avoir à fil, il leur monstroit par oevres.

22. En icel tamps vint à Cambray qui aporta bonnes nouvelles. Car li evesques de ib. 10 Soissons estoit trespassé de cest siecle, et li papes avoit fait Manassen iluec evesques, dont furent moult esjoi li ami monsieur Gauchier. Lors envoya li evesques Gauchiers à Manassen archevesques de Rains un moult vaillant archidiacre qui ot nom Ansiaux, et prioit li evesques moult humblement misericorde, et qu'il euist pitié de lui, et li pardonnast ses meffaits. Quand ce oy li archevesques Manassés, si fu trop forment iriés, et respondi cruelment à Ansiel, et dist: *Pour ce que tu m'aportes telz nouvelles, je te excumenie, et pour ce que tu oses parler devant moy du fil antecrist.* Dont fu chilz Ansiaulx trop espoentés, et requist moult humblement absolution, et se cremit que jamais ne puisse repairier. Adont fut renouvellée la haine et la contention sur l'eglise de Cambray, si qu'elle avoit estet au concile à Clermont. Puis commanda li archevesques qu'il esluissent autre evesque à Cambray sur monsieur Gauchier. Pour ces coses alerent à consel li canonne de Cambray à Rains, et disent à l'archevesque: *Biaux doulx peres, pour l'amour Jesu Christ, ne nous constraingniés pas à eslire aultre evesque. Car li nostres est preudons, sages et discrets; si nous aime que boins peres, soubstient, nourist,*

et par nous il vous prie merchi, et se vous ne li faites pardon, il nous semble que c'est injure. Car la lois divine dist: „Qui merchi prie, merchi doit avoir.“ Lors ne fist riens li archevesques à la requeste des canonnes, ains respondi qu'il estoit moult liés de ce qu'il les tenoit en sa presence, et les ammonesta que il tantost esluissent evesque. Adont li aucun qui orent plus sain consel pour ces oppressions, appellerent à Romme;
ib. 11 li aucun qui voloient avoir le faveur l'archevesque, demorerent iluec, et esluirent l'abbet de S. Martin de Tournay qui ot nom Oedes, et fu sacrés au tierche jour, et li fisent chil canonne feuté. De cette cose fu trop li peule esmerveilles. Dont ala li eslius à Tournay, et fist ordenes iluec et tint senne. Puis vint à Inchy, et demoura iluec par deux ans, et le servoient et honneroient chil du pays entour; car fust à tort ou à droit, il estoit evesques. Et puisque li archevesques l'avoit beneit, chil du païs ne l'osoient contredire.

ib. 23. Or dirons de monsieur Gauchier qui souffroit si grans adversités en très grant patience, et point ne s'en vengoit, ains atendoit la justice notre Seigneur. A le parfin quand il vit quil estoit agrevés de si grans oppressions, si laissa la terre de Cambresis, et ala à l'evesques de Liege qui ot nom Obiers, et chilz le rechupt à grand honneur, et le retint courtoisement o lui par grand tamps, et l'amoit et honneroit durement.

ib. 24. En icel temps avint que li empereres Henris donna à Robert comte de Flandres la cité de Cambray, et qu'il le tenist de lui à sa vie; et chilz si fist et rechupt les pourfis quant que li empereres vesqui. Adont amena li quens Robers dedens Cambray l'evesque Oedon, et le mist el palais, mais aultre benefice n'ot de toute l'evesquiet que l'ostel, et qu'il celebroit comme evesques. Après avint que li empereres Henris fu excumeniés, et ot moult de adversités par le souffrance de Dieu. Car il estoit excumeniés, et ses filz qui ot nom Henris se leva contre lui, et li toli à la couronne de l'empire,
1106. la lanche, le septre, le pooir et le glore del regne. Puis fu-il cachiés et reprouvés de tous les princes, et ainsi mourut à Liege sans honneur de roy. Après ces coses tint Henris ses fiulx l'empire paisiblement; et messire Gauchiers ala à lui et fist sa complainte du comte Robert de Flandres, comment il avoit tourblé son empire, saisi Cambray et mis ens l'eslit Oeden. Dont fu li empereres forment iriés pour les miseres l'evesques Gauchiers et pour les injures le comte et l'esluit Oedon. Lors s'apparilla li
1107. empereres moult efforchiement pour venir en Flandres, et y vint à très grant ost, et assist le castiel de Douay qui trop estoit fors de murs et de fossés. Adont furent chil de Flandres moult espoenté, et li saudoyer que li quens avoit mis pour garder Cambray, se cremirent forment; si guerpirent la cité et s'enfuirent. Dont entra li quens dedans Douay, et garni et hourda moult deffensablement toutes les fortreches, et prioit à tous moult bonnement qu'il se deffendissent vigheureusement. Au tierch jour après li empereres fist un très grant assaut, et li quens merveilles bien se deffendi, si qu'il y ot plusieurs des chevaliers occis de la partie l'empereur, et ainsi laissierent l'assaut. Dont orent consel tout li grant prince de l'ost l'empereur ensamble; car il veoient que riens ne profitoient et que pas ne prendroient le castiel, et li disent qu'il rechupst à amour le comte de Flandres, et il li feroit hommage et service par sa foi. Lors rechupt li empereres le comte de Flandres à homme, et furent bon amit ensamble, et li empereres li donna le castellerie de la cité et la ville du castiel en Cambresis seulement à un terme, desi à tant qu'il euist mis propre evesque à Cambray qui fust en bonne pais.

25. Après ce vint li empereres à Cambray moult terriblement, mais devant sa venue s'enfui Oedes, et grans partie du clergiet et du peule qui se sentoient coupable. Dont s'enfuirent pluisieurs femmes o leurs enfans as eglises et en tours, et les pucelles se repouvoient quand elle virent tant de chevaliers Alemans, Esclavons, Lotharyens, Saisnes. Adont rechuprent l'empereur à moult grand honneur li partie du clergiet qui pas n'estoit contraire à l'evesque Gauchier, et li evesques meismes estoit o l'empereur, et avoit moult s'amour et sa grace et de tout sa gent aussi, et estoit compains de sa table. Adont fist l'empereur cryer que tout li caseit et li bourgois venissent en sa presence: et il y vinrent moult émus; car il se cremoient de perdre la vie ou leur membres, et nequedent contredire ne l'osoient. Lors parla li empereres moult durement à yaulx, et forment les blastenga, et dist comment ils estoient si oset qu'il avoient fait tant de coses contre les drois de l'empire, conjurations, commugnes, nouvelles loys, et que plus est qu'il avoient rechupt nouvel evesque dedens la cité contre Dieu et contre la seignorie

de l'empire. Quand il oïrent l'empereur ainsi parler, si furent trop espoenté, et ne sçavoient qu'il peuissent respondre. Et pour ce qu'il se sentoient coupable, il se humilierent durement, et prierent à l'empereur merchi. Dont prist li boins evesques Gauchiers moult benignement à pryer pour ses subgis, et chaï a piés le roy et disoit: *Trez doulz empereur, ne destruisiés pas nos bourgois si cruelement et en si grant severité: car bien les poés corriger en plus grant doucheur.* Dont prierent aussi li prince de l'ost o l'evesque, et disoient qu'il euist pitié de tant de larmes. Quand ce oy li empereres, si refranist un poi de se ire, et creï le consel de l'evesque et des princes, et ne les pugni mie si qu'il proposoit par righeur de justice. Nequedent ne les espargna pas du tout; car il commanda tantost qu'il apportaissent en sa presence la charte del commugne qu'il orent faite, et chil si fisent; et li empereres tantost le deffist, et leur fist jurer devant tous les princes que jamais aultre ne feroient. Ainsi fu deffaite celle commugne, et leur fist l'empereur jurer feuté à luy par foi et par serment. Et pour ce qu'il les ot trouvés poi estaules, muables et de legier corage, si dit qu'il donnaissent ostaiges, et feissent seurté que à tousjours demoureroient si fiable. Quand ce oïrent li bourgois, si furent trop iret, mais n'oserent contrester; ains delivrerent en ostage devers l'empereur les fiulx des plus grans de la cite. Quand li rois les ot rechups, si ne les mist pas en prison; mais il les bailla à plusieurs de ses princes, et les fist bien garder par divers lieux.

26. Après ces coses repaira li empereres en son païs, et messire Gauchiers ala o 1108.
lui, et fu moult honnerés de lui et de ses princes. Dont revinrent à Cambray li canonne qui s'en estoient fu contre la venue l'empereur. Mais li eslius Oedes ne por entrer, car li bourgois li véerent l'entrée. Lors ala-il à son hostel à Inchi, et demora iluec. ib. 11.

27. En cel an li empereres ot pourpos d'aler à Rome parler à l'apostolle Pascaut, 1110.
si envoia devant solemnes messages, preudhommes et discrets, qui monstraissent au pape ses besognes; et messire Gauchiers y ala, et fu ainsi que chiulx d'iaulx tous maistres et kefs. Si comme il vinrent en la presence du pape, si dist messire Gauchiers la parolle, et monstra moult avenamment le querelle l'empereur: de quoi li papes moult l'ama, et en ot grant reverence, et le tint pour saige homme. Après le besongne l'empereur, fist messire Gauchier sa complainte au pape pour soi-meismes, et li dist les grans griefs que li clergiés et li peules li avoient fait, et comment il li avoient tolut le evesquiet de Cambray par tant de fois, pour ce qu'il tenoit bien justice et aidoit les petits qu'ils ne fuissent grevet des grans, les orguilleux il rappressoit, les ravisseurs si escachoit, les robeurs condampnoit; et pour ces coses li avoient-il fait tant de persecutions, qu'il n'avoit estet en pais un jour en se evesquiet pour le malice de ses anemis. Quand li papes oy les grans miseres monsieur Gauchier, si l'en prist grans pitiés, et ib. 11.
volentiers l'euist restabli evesque, mais pour l'eslit Oedon le laissa qui encor vivoit. Lors li fist li papes grans graces, et li ottria qu'il euist en l'eglise de Cambray tous les benefices qu'il y ot onques, et aucuns benefices li donna de nouviel, si qu'il fu canones, coustres, archediacres de Braibant, et le confrema li papes par chartres et par son séel; et pour ce qu'il ne se cremist de perdre ces dignités, il le baisa en signe d'amour, et manda à l'archevesque de Rains par ses propres lettres qu'il le remesist en ses dignités d'ariere. Che fut fait l'an 1104.

28. L'autre an après Gervaises fiulx Huon, le comte de Rethest, saisi l'eglise de Rains, et volt estre archeves- Walerius.
ques contre aucuns del clergiet. Car li archevesques Manassés, de cui deseure avons dit, avoit laissiet sa croche et estoit devenus canonnes rieulles en l'abbeie S. Denis à Rains et iluec trespassa de cest siecle. En l'an après li papes Paschaus vint à Troies, et tint iluec grant concile; et condampna Gervaise qu'il n'estoit pas dignes d'estre archevesques, et confrema un qui ot nom Raous. — Li empereres Henris par deux ans après prist à moullier le fille le roy Henri d'Engleterre qui ot nom Mehaux, si n'avoit que 8 ans. — Une estoille apparut el mois de Juin, qui ot nom chomete, et getoit ses rais par devers miedi. — Bauduins, fils Robert comte de Flandres, prist à moullier le fille Alain comte de Bretaigne. — Robers quens, fiulx Robert le comte de Cassiel, morut et fu enfouis à Arras en le eglise S. Vast. Si fu Bauduins ses fieulx quens après lui.

29. En cel an li empereres Henris ala à Romme, et mena grant ost moult sage- 1111.
ment par grant visiuté; et encor euist-il juré feuté au pape Paschal et as Rommains, nequedent il entra à Romme secretement, et prist le pape par sa force en l'eglise S. Pierre et les cardinaulx et aucuns evesques, car il lez assali en traïson, et les trouva despourveuement. Quand ce oïrent li Rommain, si prisent a combattre très efforchiement contre l'empereur, si que d'une part et d'aultre en y ot moult de occis. A la parfin li Rommain le cachierent par leur force hors de la cité, et il nequedent mena o

lui le pape pris, et le tint en assés estroite garde par tout un quaresme. Puis la seconde domée après pasques fu faite boine pais et concorde entre le pape et l'empereur, et chaï li empereres as piés du pape, et pria moult humblement absolution de ses pechiés, et le pape l'assaut. Puis vint à l'eglise S. Pierre, et iluec le couronna li papes de couronne d'empereur à grant léeche. Che fu fait l'an de grace 1111. Après li donna li pape pooir qu'il donnast les croches à tous les evesques esliux en son païs et en son empire, et pour ce que ce fust cose estable, il le confrema par privileges. Puis dist li papes à l'empereur qu'il voloit qu'il recheust à homme l'eslit Oedon, homme simple et preudomme, et qu'il l'amast et tenist cher, pour ce qu'il l'avoit confremé evesque. E li empereres moult s'esjoi quand il vit que le pape li prioit, et moult desiroit à accomplir sa priere. (cf Abbr. Cam. 11.) Dont repaira li empereres en son païs; et assés tost après il donna à Oedon l'evesquiet et les seigneuries de Cambray; et chilz li fist feuté, et puis l'envoia li empereres o ses messages solemnés à Cambray, et ainsi fut rechups à grant reverence.

(ib.) 30. Quand ce oïrent li evesque de l'empire, li abbet, li religieus et tous ordenes du clergiet, que li papes avoit ottryet à l'empereur tel don, si se dolurent moult griefment; car bien leur sembloit que c'estoit contre Dieu. Lors alerent li aucun des evesque isnellement au pape, et parlerent à lui moult durement, et le reprisent aigrement de ce qu'il avoit fait telle pais à l'empereur et si malle convenance pour paour de son corps, et disoient que telle convenance ne faisoit pas à tenir. Ainsi fu deffaite celle paction, et li boin evesque en la presence du pape derompirent le privilege, et l'appieloient pravillege. Puis enorterent tant le pape que l'empereur fu excumeniés de toute sainte eglise. Dont convint que li papes deposast tous les evesques qui avoient rechupt leur croches en tel tempore de l'empereur. Ainsi fu demis li evesques Oedes de l'evesquiet.

31. Après se assemblerent li canonne pour eslire evesque. Tout orent en memore les miseres, les paines, les travaux, les domages qu'il orent eus par les descordes de leur eslection. Si leur sembla que mieulx ne poroient avoir pais, que s'il rapelloient monsieur Gauchiers. Tos s'y assentirent; puis porterent la croche à l'empereur, et li empereres volentiers si assenti. En icel tamps demoroit monsieur Gauchiers en la cité de Tournay, et vivoit iluec moult honnerablement. Lors li manda li empereres qu'il venist à lui, et rechevist la seigneurie de Cambray de luy. Mais messire Gauchiers le refusa, pour ce qu'il sçavoit trop grant discorde entre le pape et l'empereur, et il se cremi de courechier le pape et de perdre sa grace, et il meismes se sentoit foibles et anchien, si que nulz ne le poroit inciter à ce qu'il fust mais evesques. Après ces coses vesqui messire Gauchiers par un poi de tamps; mais Dieux le fist venganche de ses anemis: car il morurent tout ains qu'il morust. Dont rendi graces à Dieu, et dist: *Loés soit Dieux de ce qu'il m'a fait. Or veul-je volentiers morir, puisque Dieux m'a de mes anemis vengiés.* Puis ot-il bon consel, et ala à S. Nicolas dou Bos et se rendit iluec moisnes, et vesqui moult saintement, et fist grant penitance, et ainsi trespassa de cest siecle. — (Waterl.) En icel tamps fu occis Gaudris evesques de Laon des bourgois de sa cité.

32. Or vous dirons comment li evesques Oedes fu eslius el tamps de la discorde deseure dite. A icel tamps que li papes Paschaus fist Manassés evesque de Soissons, qui devant avoit estet eslis de Cambray par discorde, mais en la cité ne pot entrer; et l'archevesque de Rains Manassés, qui ses oncles estoit, ot demis monsieur Gauchier pour son cousin faire evesque, mais ne pot à chief venir: dont alerent à Rains li canonne (cf. Abbr. Cam. 10.) de Cambray, quand il sorent que Manassès estoit evesques de Soissons, et voloient monsieur Gauchier recepvoir à evesque, si que leur boin eslit, et l'archevesque Manassès pour la haine qu'il ot à lui, le contredi, et leur commanda par obedience et sur excumeniement qu'il esluissent aultre; mais riens n'en fisent, ains appiellerent à Romme. Puis repairierent à Cambray, et aucun des canonnes qui demorerent, renonchierent à (ib. 11.) monsieur Gauchier, et esluirent Oedon, abbet de S. Martin de Tournay. Si le sacra li archevesques; mais ne fu pas rechups adont à Cambray, ains ala à Tournay, et demoura en l'esglise S. Martin par deux ans. Après vint Robers quens de Flandres à lui, et par le consel d'aucuns du clergiet il l'amena à Cambray. Si vivoit du sien propre, et ne mie des biens de l'evesquiet. Chilz Oedes fu uns homs bien lettrés, maistres de grant science, patiens, deboniaires, humbles à tous, plains de saintes meurs. Il honnoura moult clergiet et toutes ordenes. Il antoit sainte eglise par jour et par nuit, ainsi

comme uns autres canonnes. Il acrut moult les possessions temporeles. Il paissoit ses subgis de saintes doctrines. En la fin li avint grans encombriers; car pour ce qu'il avoit rechupt la seignourie de Cambray de l'empereur qui estoit excumeniés, encor l'euist-il fait par simplece et sans malice, li papes le tint à grant excès, et en fu moult iriés pour la discorde qui estoit entre lui et l'empereur, et pour itant li manda li papes par ses lettres qu'il cessast de gouverner l'evesquiet, et li deffendi toutes droitures que evesques doit faire. Et li preudons gisoit moult malades et prochains de la mort, quand la sentence du pape parvint à lui, et il obeï moult douchement à Dieu et au pape, et morut en sainte obedience, et fu enfouis en l'eglise d'Anchin. Ce fu l'an de grace 1113. Iun. 19. — En cel an el mois de May li soille et aucun arbre furent ars de fu qui vint du chiel, et n'orent point de fruit, et Walteri. aucunes forres sechierent. — En l'an après, Bauduins rois de Iherusalem, freres Godefroi de Bouillon, prist à moullier le femme le duc de Sezille Rogier, qui mors estoit. — En cel an mourut li evesques d'Arras, Lambert.

33. Après l'evesque Oedon fu eslis evesques messire Bourchars par le commun assent du clergiet l'an de grace 1114. cf. Abbr. Cam. 12. Si fu homs simples, discret, honnestes, et prestres moult religieux. A cel tamps estoit pape à Rome Paschaus et empereres Henris le IIII, qui moult volentiers s'assenti à celle eslection. En icel tamps avoit grant discorde entre le pape et l'empereur, et excumenioit li papes l'empereur et toutes ses oeuvres; et s'aucuns evesques estoit eslis en l'empire et recepvoit regale et sa croce de l'empereur, li papes li véoit son sacre et sa beneïchon. Pour lequel cose messire Bouchars encor fust-il eslit de Cambray et recheus de l'empereur et de la terre de Cambresis, et li euissent fait feuté: nequedent il attendit deux ans, et doubta à requerre la confremation du pape, et son sacre de l'archevesques de Rains. Lors se mist-il endementiers en orisons et en veilles, et moult se exercitoit en boines oeuvres, si que par sa grant humilité il ot grace du clergiet et du peule. Ainsi fu espandue loing la fame de sa conversation, et parvint à Raoul archevesque de Rains qui moult se tint en grant chierté, et le manda qu'il venist à lui, et le rechupt moult reveremment, puis li carcha ses lettres, et l'envoia au pape Pascaut en grant esperance d'empetrer che qu'il queroit. Quand li pape oy le grand tesmoignage de l'archevesques, si rechupt monsieur Bouchard moult benignement, et li fist grans graces, et volentiers le confrema; puis le renvoia à l'archevesque pour benir, et il le sacra à Rains à moult grant reverence et mois de Julle. Puis revint à Cambray, et fu rechups à moult grant léeche, et li archevesques meismes le meist en la chaiere d'evesque moult honnerablement. Après ce qu'il fu du tout confremés, si fist un sermon moult devotement as caonnes et à son clergiet, et les ammonesta douchement qu'il servissent Dieu de cuer vray, et qu'il gardaissent bien l'estat de sainte eglise, et sievissent les fais des preudommes qui furent devant yaulx, et moult d'aultres parolles de bonne exortation si leur dist. Après parla et dist: *Je vous renck tous les drois que vous devés avoir en sainte eglise, et vous otri benignement toutes les boines coustumes que clergiés doit avoir anchiennement, et le conferme qu'il soit gardés sur excumeniement; vous promech à traitier douchement et à amer comme boins peres, et les biens de sainte eglise croistre à mon pooir.* Puis ala au palais comme evesques, si le trouva si wit de tous biens, qu'il n'ot dequoi vivre, ne si clerch, ne si chevalier, ne la maisnie, si qu'il affresist à evesque. Dont se mit moult efforchiement à requerre les possessions de l'evesquiet et rassembler ce qui estoit espars, ressartir ce qui estoit reû, racheter ce qui estoit vendut. Car li evesque devant lui par legiereté ou par necessité avoient donné ou mis en gage villes, bos, yauwes, terres ahanables et moult d'aultrez possessions, et li caseit et li chevalier de Cambresis les tenoient contre droit, et li boins evesques par l'aide de Dieu les retrait à levesquiet, et les molins et les tonlieus.

34. Après s'efforcha moult li boins evesques de ravoir le castellerie de Cambray cf. ib. et le castiel en Cambresis; car li empereres Henris li tiers avoit donné jadis au comte de Flandres Robert le second le castellerie de Cambray et le don du castiel en Cambresis, pour itant que li quens gardast diliganment et soubtenist loyaument les evesques, quand li empereres les envoyeroit à Cambray, et pour ce qu'il gardast fiablement le partie du royaume qui appartient à son empire. Ensi tint li quens Robers par long tamps en sa main le castiel en Cambresis, et Hues d'Oisi, fiulz le castellain Huon, rechiut le castellerie du comte, et l'en fist hommage, et li jura à garder feuté. Pour ces

coses deseure dites venoit li quens maintes fois à Cambray, et leur aidoit en leurs nécessités. Après un poi de tamps ala li quens à un tornoiement à Miaulx, et fu iluec estains entre la chevalerie. Après lui fu quens de Flandres Bauduins ses fiulx, et tint la terre ainsi comme ses peres l'ot tenue, et pour ce volt-il tenir le castiel en Cambresis, et Hues devant dit rechupt le castellerie de lui, et li jura feutet; et pour ce que ces coses deseure dites estoient faites contre Dieu et contre l'eglise Notre Dame de Cambray, li evesques Bouchars excumenia le comte Bauduin, et cascun jour faisoit faire grant complainte et proclamation à cloque sonnant devant corpus Domini pour l'injure du comte. Après un poi de tamps avint que li quens devant dis ala en Normendie à moult grant ost, et fu en bataille griefment navrés el chief, si que oncques n'en pot avoir garison. Mais Dieux qui est misericords, li presta espace de vie tant qu'il ot grant repentance et fist humblement sa confession. Quand li evesques Bouchars oy que nulz ne avoit esperance de la vie le comte, si envoya ses messages à lui, et li pria moult humblement qu'il rendist à s'eglise le castiel en Cambresis et le castellerie de Cambray, et pour le absolution et le remission de ses pechiés il ne souffrist mie que chil qui seroit quens après lui les tenist à tort. Quand ce oy li quens, si rechupt les messages l'evesque moult benignement, et fu moult contris et repentans de vrai cuer, et pour la paour qu'il ot de Dieu et del jugement, il clama quitte l'evesques l'une et l'autre possession, et ainsi li rendi le castiel et le castellerie. Puis le absolst li evesques moult devotement, et ainsi trespassa de cest siecle en vraie penitance et en parfaite devotion, l'an de grace 1118.

35. Après le comte Bauduin fu quens de Flandres uns siens cousins qui ot nom Charles, fiulx le roy de Dannemarche, homs puissans et très sages. Si volt tenir toute la terre ainsi comme cil devant lui l'avoient tenue, et pour chou il rappiella le don que li quens Bauduins à sa mort avoit fait à l'evesque Bouchard de le castellerie de Cambray et appella Huon d'Oisi, et li rendi le castellerie, et chils Hues le rechupt de lui en fief, et l'en fist hommage et feuté. De che se dolu moult li evesque, et vint au conte Charle en grant humilité et moult s'efforcha d'acquerre sa grace, et supplioit devotement par ses amis que li quens li volsist rendre le castellerie. Mais de ce ne volt li quens oïr. Nequedent par proiere de ses amis et pour 200 mars que li evesques li bailla, il li rendi le castiel en Cambresis, par telle condition que li quens y eust son repair aussi comme li evesques, et fust iluec ses refuges quand lui plairoit.

36. Après ces coses prist li evesques à demander consel à ses amis qu'il poroit faire de le castellerie qui ainsi li estoit tolue. Lors ot consel qu'il ammonestast le castellain Huon qu'il recheuist et tenist le castellerie de lui, ainsi que si predecesseur avoient tenu des evesques de Cambray; mais chilz le refusa, et li evesques tantost le excumenia et mist toute sa terre en ban: dont fu li castellains trop iriés et hai l'evesque de haine
[Albr. Cam. 12.] mortel. Lors fist li castellains fremer un castiel à Crievecoeur, car il desiroit à destruire l'evesque et sa cité. Puis entra el castiel o moult de chevaliers et plentet de ses hommes, et ainsi roboit le païs, ardoit villes, prendoit ahaniers, occioit pluisieurs, et si toloit la vitaille à ceux qui le portoient en la cité, bled, vin, char, poissons, buche et aultres fruits. Ainsi fist-il à l'evesque par longtamps tout les maulx qu'il pot. Quand ce vit li evesque, si ne pot plus souffrir, si assambla isnellement chevaliers et grans gens d'armes, et ala moult efforchiement à Oisi, pour ce que li castellains iluec plus se fioit, et prisent la ville dehors la frimieté, et misent tout à fu. Puis arsent villes et gasterent le païs entour. Lendemain alerent à Crievecoeur à grant vertu, et assalirent la ville très aigrement et la prisent, et fu arse dessi au castiel. Quand ce vit li castellains, si recognut sa coupe, et dist que à boin droit avoit tant à souffrir, pour ce qu'il avoit guerroiet son seigneur droiturier, et avoit fait si grans maux à sainte eglise et as povres. Lors se repenti durement, et envoia messages à l'evesques et pria moult humblement, et li offri à faire hommage et jurer boine feuté, s'il le povoit impetrer de son seigneur le comte Charle. Quand ce oy li evesques, si fu moult esjoïs; car il desiroit pais.
[ib. 12.] Lors absolst le castellain par telle condition qu'il remetteroit le castiel de Crievecoeur en tel fourme et en tel maniere que la ville avoit esté anchiennement, et que dès ore mais le castiel il ne referoit sans l'assent de l'evesque et des bourgois de Cambray. Puis li jura Hues feuté, et ainsi furent boin amy ensamble.

37. A icel tamps ot un bourgois à Cambray qui ot nom Wirembauz, d'onneste Abbr. Cam. 13 parage, raemplis de boines meurs; si estoit moult amés de toute la cité, et prist à moullier le fille d'un prudhomme, et vesquirent ensamble par longtamps moult loyaulment en mariage, et engenrerent enfans qu'il nourirent en timeur de Dieu. Si estoient li enfant avenant et moult amable. Chilz preudons devant dis et sa femme ooient souvent la parole de Dieu. Si orent volenté de laissier le sieucle pour l'amour de Dieu, et voerent chaasté en le main l'evesque Bouchard, et departirent ainsi leur mariage pour servir Dieu plus devotement. Puis rendi li peres deux de ses filz en l'abeie saint Aubert, et leur donna bieaux dons, le tierch fil en l'abbeie de S. Sepulcre, et y donna grans possessions; sa fille rendi à Rains où il donna 12 besans d'or et plusieurs aultres dons; si que chilz Wirembaux et sa femme et ses enfans mis par abbeies, si se mist efforchiement à faire oeuvres de misericorde. En icel tamps ot un passage cruel, fel et destroit, à Cambray à le porte de Selles qui est d'en costé le castiel, et le tenoit de l'evesque en fief uns chevaliers qui ot nom messire Foucars. Cilz passage estoit si griefs, que nulx ne pooit iluec passer, s'il ne donnoit grans deniers. Lors veissiés iluec souvent plourer les povres; car s'il n'avoient l'argent prest, li sergant du passage qui estoient trop felon, leur toloient cape ou mantiel, ou cotte, ou bresce qu'il menoient au markiet, ou aultres gages. Quant li boins Wirembaus vit les larmes, les douleurs des angoinsses cf. ib. que soubstenoient iluec li povre, si donna tant de son avoir à l'evesque et au chevalier deseure dit, qu'il rachata cel passage et l'enfranki à tous jours, et le confrema li evesques Bouchars par privilege, et li bourgois donna iluec de son heritage grant partie pour faire les pons. Puis converti Wirembaus s'entention à l'hospital des povres de saint Julien qui est d'en costé l'eglise S. Croix; car li bien de celle maison estoient alet à perdition par male pourveanche. Et li preudons y donna tant de ses possessions, qu'il remist la maison en boin estat, et fist faire grans édifices et pluisieurs lis pour couchier povres, et il meismes menistra iluec par longtamps as malades moult devotement, et vesqui saintement et ainsi trespassa de cest siecle.

38. En icel tamps estoit li boins evesques Bouchars en grant transquillité, et sa terre en bonne pais. Mais en brief tamps rebella contre lui un chevalier qui ot nom Gerars, et gasta cruelment le païs de Cambresis, et arst villes et maisons jusques au castiel en Cambresis, et destruist et arasa tout. Li chevalier aussi d'Ostrevant venoient souvent et gastoient aussi Cambresis. Dont fu li evesques et sa gent trop esbahi, et pour ce qu'il ne pooient contrester à leur anemis, il prierent au comte de Flandres Charlon qu'il recheuist la seignouire de Cambrai, et aussi les tensast contre leurs anemis: et il si fist, et si assenti li empereres Henris et l'en donna le don; de laquelle cose il ot moult grant joie à Cambray. Dont vint li quens à Cambray par maintes fois, et prist grant vengance de ses anemis, et les tint en grant pais. Ce fu l'an de grace 1122. Après un poi de tamps avint à Cambray grans encombriers; car li quens Charles par cui si grans pais estoit al pays, Waterl fu occis à Bruges en l'eglise S. Donasse el tamps de quaresme, le sexte None de March, et deux de ses princes o lui. Si l'ochirent si homme meismes, si qu'il oroit devant l'autel et ooit messe et avoit fait offrande à le main du prestre, et fu l'an 1127. Quand certaine nouvelle vint de la Abbr. Cam 13 mort le comte, si vint le castellain Hues deseure dis à l'evesque Bouchard, et recognut qu'il estoit ses sires lieges, et rechup de lui le castellerie de Cambray, si que drois estoit, et li fist hommage et feuté, et li jura boine pais, et en donna hostaiges.

39. Après ce vesqui li evesques Bourchars par long tamps, et se exercita moult en bonnes oeuvres, et trespassa Waterl de cest siecle le tierche Nonne de Jenvier l'an de grace 1130. — En cel tamps la maladie du fu qui vient de Dieu, fu moult griefs à Chartres, à Paris, à Soissons, à Cambray, à Arras et par moult d'aultres lieux. Mais par la vertu de la glorieuse vierge Marie et sa douce priere il fu merveilleusement estains. — Li empereres Henris morut, puis fu eslis Lothaire dux des Saines, qui fu saiges homs. — En le ville d'Alost fu occis li quens Guillaumes, homs preux as armes, et ne mie preux de bonnes meurs. Si fu quens après lui Thieris fiulx le dux d'Ausai, cousins au comte Robert. — Philippes fiulx le roi de France Loeis fu sacrès à Rains el jour de pasques en la presence son pere et sa mere. — La cité de Cambray fu arse le 11. Kal. d'Aoust, et la cité d'Arras fu aussi arse le 18. Kal. d'Ottembre. En cel an fu grans mortoilles de biestes. — Li papes Innocens vint à Cambray, canta messe en l'eglise S. Aubert le lundi après le seconde domée de quaresme. Foulkes li quens d'Ango fu rois de Iherusalem. — L'eglise de S. Richier en Pontieu fu arse, et tous li castiaux et plusieurs gens aveuc.

40. Après la mort l'evesque Bouchard vint li pape Innocens à Cambrai, o lui moult cf. Abbr. Cam 14. de cardinaulx et moult d'evesques de France. Puis ala à l'empereur d'Alemaigne Lothaire, qui fu moult gentiulx homs et preux en armes, et moult Dieu honnera. Lors 1131. Mart. fist assembler li pape un concile à Liége en la presence l'empereur, et li empereres

rechupt le pape à très grant reverence. Iluec fu faite pais et concorde entre sainte eglise et l'empire, et moult d'aultres saintes besoignes furent iluec ordennées. Puis noncha li empereres au pape qu'il n'avoit point d'evesque à Cambray, et li pria qu'il volsist donner l'evesquié à un sien clerch qui ot nom Liethars. Quand ce oy li papes, si se cremi du faire; car pas ne sçavoit s'il estoit dignes de tel honneur. Nequedent il s'assenti à la priere l'empereur, et ainsi fu Liethars eslis de Cambray, et le sacra l'archevesque de Rains le sixte Kal. de Mai l'an de grace 1131. Si comme il fu fais evesques, si ne se maintint pas si saintement ne si honnestement qu'il afferist à evesque. Car il n'amoit pas ses subgis si qu'il deuist, ne les atraioit par douce amour; ains les cachoit en sus de lui par dures parolles. Si estoit avarisse si plantée en son cuer, qu'il ne povoit souffrir compagnie ne belle maisnie entour lui. Après fu si souspris d'avarice, qu'il laissa l'ostel d'evesque et ala à S. Gery, et demoura iluec en l'ostel d'un petit canonne, et ne demandoit nul service de sa maisnie. Quand ce vit li clergiés et li peules, si se dolut moult que li evesques vivoit si deshonnestement, et fisent ainsi que par force que li evesque revint à son propre hostel. Après un poi de tamps par sa grant ire guerpi son palais et vint manoir à S. Aubert, et commanda que nulz de sa maisnie n'alast o lui, et pour ces coses estoit-il forment hait.

cf. Abbr. Cam 14. 41. A icel tamps estoit uns homs moult puissans en Cambresis qui ot nom Gerars Maufillastres. Si fist à l'evesque moult de maulx et rebella contre lui, et prendoit ses hommes et les mettoit en prison, et toloit leur possessions. Quand ce vit li evesques, s'en fu moult iriés, et requist à celui Gerard qu'il li rendist ses hommes. Mais chilz riens n'en fist, ains demanda triuwes à l'evesques tant qu'il peust parler bouche à bouche à lui. Et li evesques par mauvais consel li refusa. Dont fu chilz Gerars trop foursenés, et isnellement assembla moult de chevaliers, grans gens d'armes et gens de piet, et assailli le castiel en Cambresis, et le prist par fu et forche, et furent iluec ars que hommes que femmes plus de cent, et la ville fu arse et 5 eglises aussi, et reliques d'aucuns sains, et en une eglise fu ars un prestres. Puis prirent et roberent chil de l'ost toute la ville, d'argent, de vestures et de chou qu'il peurent. Après ce tint chieux Gerars le castiel en sa main par longtamps, les appendises et tous les pays entour. De ces coses estoient moult tourblé chil de l'evesquiet, et disoient que tout chil mal estoient avenu par l'evesque, pour ce qu'il ne vault donner triuwes à Gerard.

cf. ib. 42. A icel tamps estoit uns puissans homs qui ot noms Symons, fiulx Huon castellain d'Oisi. Si li prist grans pitiés de chou que chilz Gerard faisoit tant de maulx à l'evesque Liethard, et que nulz n'en prendoit vengance. Lors assembla grant ost, et prist o lui chiaulx de Cambray, et ala contre celui Gerard, et gasta sa terre, et mist tout à fu et à flame, dont fu chilz Gerard si povres et si mis au desoubz, qu'il requist pais et amour à celui Symon. Adont ot consel li castellain Hues et la commugne de Cambrai ensamble, et li ottryerent pais. Quand ce sot li evesques si le contredit durement, et dist que ja n'assauroit Gerard ne tous les siens de l'escumeniement dessi à tant qu'il restablieche les eglises qu'il ot arses, et qu'il aroit rendu dix mille mars, et li aroit fait satisfaction des cent personnes et du prestre qui avoient estet peri ou fu, et viegne à mercy humblement, et rechoivent leur penitence. Quand ce oïrent li bourgois, si le despiterent et ne vaulrent riens faire. E li evesques respondi que pourtant se lairoit-il cachier à tousjours hors de son evesquiet, qu'il ne fust amendé à l'onneur de Dieu et de sainte eglise. Quand il oïrent ce, si li promisent grant pecunne par fraude et par boisdie, si que puis apparut; car ains denier n'en ot. Les convenences à tener jura li quens de Haynau et tout li sien qui orent estet à ardoir le castiel. Puis absolst li evesques le comte et tous les siens par telle condition que li chevaliers donroient 5 sols et li homme de piet 2 sols; puis leur enjoinst li evesques grant penitence, mais pas ne le fisent, ne ne donnerent pecunne, ainsi furent-il tout parjuret. Puis fu li evesques moult haïs de ses citoyens et de chiaulx dehors. Puis fu assali de toutes pars, et orent si anemi grant volenté qu'il ne fust pas longhement evesques.

cf ib. 15. 43. A icel tamps fu-il semons à Rains. Si ala après lui li proûvos de la court et pluisieurs des cannones. Si le diffamerent griefment à l'archevesque de chou qu'il vendoit les prouvendes et prendoit deniers de beneir eglises. Si le accuserent aussi d'avarise et d'aultres visces, et dirent tout le mal qu'il porent de lui. Quand ce oy li arche-

vesques, si traist d'une part l'evesque Liethard, et parla à lui en secret en la presence et el tesmoignage de cinq evesques, et li dit moult admiablement: *Or oés, bieaux doulx peres, com grans maux et quelles deffaultes vostre adversaire dient contre vous tout en apert, et reprendent vostre vie. Pour lequel cose je vous prie pour Dieu que vous recognissiés vostre coupe, car vous ne poés longhement vivre en pais avec tel gent.* Dont recoignut li evesques sa coulpe devant l'archevesque, et convint qu'il lairoit l'evesquiet, et pria moult humblement à l'archevesque qu'il li volsist ottryer que il recheust les pourfis de l'evesquiet tressi à la Tiephane, et li archevesques li ottria volentiers, par itel convent qu'il ne demourast pas en l'evesquiet puis le jour devant dit. Ceste cose fu si celée, que nulz ne le sot fors le 5 evesques. Après si repaira en son païs, et ala isnellement à l'empereur en esperance d'estre restablis en son evesquiet par lui. Lors ala après lui li prouvos et aucun bourgois de la cité, et l'accuserent de moult de coses devant l'empereur, et qu'il voloit ses hommes deshireter; et li evesques respondi moult vigheureusement et fist sa complainte à l'empereur comment chil de Cambray l'avoient villement traitiet et tolu ses rentes. Quand ce oïrent li prince de la court, si se cremirent que leur subgit ne les traitassent ainsi, et enorterent à l'empereur qu'il confremast par privilege que nulz n'euist service en la court son seignour contre la volenté son seignour meismes, et il le fist volentiers. Dont fu trop durement tourblés li prouvos de Cambrai; car il voloit son seignour servir contre sa volenté. Puis repairierent chil de Cambray en leur païs moult triste pour ce privilege, et ce celerent tant qu'il porent. Or avint si qu'il chevauchoient entre Haspré et Cambray, pour leur pechiés, par aventure que chilz Gerard Maufillastres les prist et tint en grief prison, et prist d'iaulx 11 vingt mars d'argent ains qu'il les laissast hors. De ce furent forment iriet chil de Cambray, et disent que cel encombrier avoient-il par l'occoison leur evesque. Puis revint li evesques à Cambray moult joyeux pour son privilege de la prouvosté, qui estoit mise en son plaisir. Après ce excumenia li evesques tous ceulx qui orent pris ses bourgois, et qui consel y orent mis. Puis chanta messe, et maudi ceulx qui iroient contre le privilege de la prouvosté en l'an ***. 1135.

CONTINUATIO ANDREANA[a].

Post istum Gerardum, qui in ista ecclesia[56], ut fuerunt prius, monachos restituit, 1051. fratremque suum Eilbertum abbatem prefecit, domnus Lietbertus vir omnino sanctitate conspicuus in episcopatu successit. Post hunc alter Gerardus; post hunc Manasses, Suessionensis ecclesie clericus; post hunc Galcherus, Tornacensis ecclesie canonicus; post hunc Odo; post hunc Burgardus; post hunc Lietardus; post hunc domnus Nicholaus Gosvini de Montibus frater, qui anno Domini 1167 apud Valcellas obiit, sed ad Cameracum tumulandus honorande translatus, sepultus est in vestibulo ecclesie beate Marie, ante altare sancti Iohannis baptiste. Domno Nicholao successit Petrus, filius Theodirici comitis Flandrie, et rexit ecclesiam annis 4; sed postea, ut erat iuvenis, clericatum deposuit et electionem episcopi dimisit, et uxore accepta comitissa . . . .[b] Cui in episcopio Cameracensis ecclesie Robertus, qui dicebatur prepositus Arie, successit, et rexit in electione ecclesiam Cameracensem per 5 menses, et a complicibus Iacobi, ut fertur, apud Condatum inter duos pontes interfectus est, et apud Ariam tumulandus translatus. Roberto Alardus archidiaconus eiusdem ecclesie successit, et rexit ecclesiam anno et dimidio, et mortuus est plenus dierum. Huic successit Rogerus frater Hellini de Wanrigavo, vir totius bonitatis et honestatis moribus adornatus. Hic anno Domini 1179. concilio Romano ab Alexandro papa celebrato interfuit, et ibidem in episcopum consecratus est a Willermo Remensi archiepiscopo et apostolice sedis 1179. legato, in ecclesia sancte Savine.

a) *hanc continuationem codex 3. Gestorum libro III, 49. medio subiungit, calamo atque atramento continuo, novam tantummodo lineam incipiens, titulo nullo.* b) *dimidia linea in codice vacua relicta.*

56) S. Andreae Castri Cameracesii; cf. Chronicam S. Andreae statim sequentem I, 20. II, 9.

CHRONICON S. ANDREAE

CASTRI CAMERACESII

EDENTE V. CL. LUDOWICO BETHMANN PH. D.

Auctor sequentis Chronici monachus fuit S. Andreae in Castro Cameracesii, Walcheri episcopi ad concilium Claromontanum a. 1095. *comes atque consilia-*
1 *rius*[1]. *Scripsit apud S. Andream a.* 1133.[2] *historiam sui monasterii atque regionis potissimum Cameracensis, tribus libris, e quibus primum atque secundum ad verbum fere desumsit ex Gestis Lietberti, e Rodulfi vita eiusdem, atque ex Annalibus non iam notis*[3]*; de suo pauca tantum addit, sed inter haec scitu quaedam dignissima*[4]. *Tertius liber inde a.* 1076. *ea narrat,* quae nostra aetate
5 partim vidimus et audivimus[5]; *in eo auctor, perpaucis exceptis, suis vestigiis incedit.*

Liber magnae utilitatis ad novissima usque tempora plane incognitus remansit. Codicem unicum et procul dubio autographum, qui olim S. Andreae fuerat, a. 1787. *in archivio Maricolensi repperit Dom Bevenot, tunc temporis monachus S. Andreae, post decanus Melbodiensis, qui fragmenta inde proposuit in Actis SS. Belgii V,* 193. *Codex ille postea evanuit, neque quo devenerit, hucusque potuit extricari. Sed Dom Bevenot eum a.* 1787. *accurate transscripserat, quod exemplar medico doctissimo Le Glay iterum describendum communicavit. Hic primus a.* 1834. *post Baldericum p.* 353. *sed tertium tantum librum edidit; duos priores vir aestumatissimus nobis a.* 1841. *ipsum Insulis visentibus, ea qua excellit humanitate, edendos concessit, immo gratiose ipse obtulit, ita ut nunc prima vice integrum prodeat opus, quod ad historiam utile fore speramus, Le Glayo vero grati semper animi nostri monimentum esse volumus.*

L. C. BETHMANN.

1001. 1. *De statu ecclesiae et imperio urbis Romae.* Sanctae et apostolicae sedi Romanae ecclesiae Gregorio V, et 74° a beato Gregorio Theologo anno Dei Christi 1001. laudabi-
V. Lietb. 1. liter presidente, Ottho iunior Romani principatus imperiale solium militari brachio strenuissime gubernabat. Qui cum donis ac beneficiis ingluviem Romanorum quae semper insatiabilis est et fuit, saturare[a] nequiret: adeo vesania eorum inferbuit, ut imperator non sine morte suorum ab urbe Roma pelleretur. Ille repulsam sui graviter ferens,

a) salutare *copia.*

1) III, 19. 2) III, 42. 3) I, 5. 6. 8. 21. II, 8. 9. 15. 16. 30. 4) ut narrationem de expeditione imperatoris in Flandriam a. 1054. II, 18 sqq. 5) III, prol.

dum ad iniurias suas vindicandas imperiales militum cogit copias, defungitur, atque cum luctu et moerore suorum honore regio in ecclesia Aquisgrani sepelitur. Post haec Henricus, Bavariorum ducis Henrici filius, nutu et providentia Dei ex consilio Lothariensium purpura vestitus regia, armis insignitur imperialibus. Qui quam prudenter, quam fortiter, quam pacifice, quam catholice suum rexit imperium, monstrat nominis ipsius intitulatio, per quam non modo augustus et imperator, sed insuper orthodoxus atque pacificus attitulatur.

2. *De Remensi archiepiscopo et Cameracensi episcopo.* His fere diebus post Alberonem (cf. Gesta ep. Cam. I, 112) vitae venerabilis virum Arnulphus a beato Remigio 21us Remensem archiepiscopatum tenebat; Cameracensem vero ecclesiam Erluinus 29us a beato Vedasto, qui a beato Remigio Atrebatum civitatis et Cameracensis episcopus extitit. Hic itaque cum ex diversis crebro ad se clamantium querelis cognosceret, totam Cameracensem et maxime hanc finitimam regionem quorumdam raptorum ex hac proxima silva, quae est Arida Gamantia, et ex vicinis castellis frequenter erumpentium gravi perturbari infestatione — nam et die ac nocte villas et domos invadentes cunctaque deripientes, ipsos quoque viros vinctos rapiebant — tunc virtutem egregiam virilis animi concepit industriae, aliquod scilicet parare eis obstaculum, quod incolis tuitio certumque refugium et ad repellendas hostium insidias invincibile fieret munimentum.

3. *Quis, cur vel quando hoc Novum Castellum extructum.* Igitur ad id peragendum aptum diu perquirens locum, tandem in hac quae tunc temporis circa ecclesiam beati Quintini martiris villula erat et Perona nomen antiquitus habebat, et ubi fluvius[6] subterfluens quasi limes quidam Cameracensem et Haynoensem patriam dirimit, accita non parva manu prope sive longe manentium, fortem quamvis ligneam munitionem extruxit firmoque vallo circumdedit. Inde paratis militibus, qui necessarii erant, equitum ac peditum praesidia, prout opportunum erat, inibi collocans, sopito prisco nomine, Novum Castrum vocavit. Sic et tunc et deinceps quoad vixit sedatis raptoribus, omni coloniae Cameracensi pax firma provenit.

4. *De ordinatione Erluini episcopi.* Multa et praeclara de huius episcopi gestis poterant commemorari, sed quia ad aliud propositum tendens coepta festinat oratio, in hoc diutius non vacat immorari. Hoc tamen solummodo breviter inserendum, quod tam ecclesiasticis quam saecularibus negotiis eruditus, primo Leodicensis archidiaconus exiterit; dein vero dono Cameracensis (ib. I, 110) episcopi sublimatus, Romae una cum Othone imperatore a praedicto papa Gregorio episcopus ordinatus fuerit; ea scilicet de causa, quia tunc temporis Remensem ecclesiam gravis agitabat contentio. Arnulpho siquidem pro quibusdam malis infamationibus ab episcopali sede deiecto, et quodam Gerberto scolastico in loco eius iniuste substituto, sed episcopis Remensis subiectionis hoc negotium diu inter se ventilantibus: tandem ad hoc ventum est, ut quia saepefatus Arnulphus sine notitia et auctoritate domni papae degradatus fuerat, rursus in sede episcopali iudiciali sententia restitueretur. Quod et factum est.

5. *De successione apostolicorum.* Postquam praedictus papa Gregorius anno 1, mensibus 5 ecclesiam rexit, diem clausit extremum, et Iohannes succedit. Qui etiam postquam 10 mensibus sedit vitam turpiter finivit. Inde Gerbertus, qui et Silvester, quem supra memoravimus, substituitur. Hic cum imperatore Othone Roma expulso egressus, comitando cum eo Ravennam venit; vir liberalium artium disciplinis satis superque eruditus, geometriae quoque adeo peritus, ut spatia locorum vel in terra vel in aere solo intuitu facile metiretur. Quod liquido patet ex quibusdam eius opusculis et epistolis, quarum una super commentum Macrobii ad Alcuinum magistrum extat, in qua de ratione et quantitate cuiuscumque sphaerae et de diametro eius, de cubis, de soliditate, de area, de arithmeticis argumentis, probabiliter disputavit. Rexit igitur ecclesiam annis 4, mense 1, diebus 19, et mortem sibi vicinam sentiens, hoc versu se ipsum compellasse fertur: *Nil abacus mathesisque tibi, Gerberte, iuvabunt.* De hoc sat dictum.

6. *De obitu Herluini episcopi.* Anno vero Dei Christi 1002° obeunte Otthone, sicut primo capite plenius descripsimus, Henricus imperii culmen sortitur. Et post Silvestrem Iohannes Sicco ecclesiam suscepit. Qui etiam post menses 5 et dies 25 diem obiit. Item Iohannes Fanassus sedit anno 1 et vitam finivit. Monasterium sancti Gengulfi consecratur. Post Iohannem Sergius, qui vocatur Osporci, sedit annis 3. Inde Benedictus sedit annis 11, mensibus 10, diebus 21. Huius anno 6° domnus Erluinus episcopus post multos (ib. I, 118.) labores, post et creberrimas quas a Waltero Deo odibili castellano, Walteri viperee radicis filio, perpessus fuerat tribulationes, tandem morbo correptus lectoque decubans, instantis resolutionis suae tempus et horam migrandi attentius prestolabatur. Sed interim predictus tirannus a malignitatis suae rabie minime vacabat. Audiens enim episcopum ad mortem infirmari, laetus et solito efferatior effectus, domos clericorum infringens irrupit, et quaeque sibi placita diripuit. Quin etiam stabula irruens, equos episcopi rapiens abduxit. Addidit preterea magis execrabile facinus; quia cum depor-

6) Savus, la Selle.

tato defuncti corpore episcopi in ecclesiam sanctae Mariae clerici et capellani ex more exequias debiti funeris exequerentur, ille novo furendi genere stimulatus, nudatis gladiis eos appetens, usque ad altare fugatos insequitur. Sicque corpus inhumatum mansit, donec Richardus abbas Attrebato adveniens, in ecclesia sancti Autberti ad aquilonarem plagam tumulavit. O quae lingua tam diserta cuiusvis oratoris effari, cuiusve calamus scribae tam velociter scribentis enumerare possit, hic Walterus et pater eius[a] Walterus et nepos eius Hugo quanta mala fecerint quattuor sibi succedentibus episcopis, scilicet Erluino, Gerardo, Lietberto atque Gerardo. Sed de his dicta sufficiant; qui plenius nosse cupit, in gestis eorum reperire quibit; nos brevitati studentes alia promere curamus.

V Lietb. 2. 7. *De domno Gerardo episcopo.* Igitur imperator Henricus, quem Othoni successisse supra diximus, audiens obiisse Herluinum episcopum, suorum usus consilio, Gerardo suo capellano, Lothariensium atque Carlensium 1012. parentibus edito, se facilem libenter praebuit super electione de eo facta Cameracensis episcopii. Qui et episcopalem benedictionem 5. Kalendas Maii adeptus est. Factus itaque pontifex, quam sancte vixerit, quam cano- 7 nice ecclesiam sibi commissam rexerit, testes sunt sacrae religionis homines[7], testes instauratio et restauratio domorum sanctae matris ecclesiae. Ecce videas lucernam super candelabrum positam in domo Domini splen- G. ep. Cam. III, 1. dere et radio eius omnem episcopii plebem illustratam gaudere. Sciendum autem de eo, quod Albero[b] Remensium archiepiscopus puerum pro consanguinitate secum permissione parentum abduxit, et sub regula canonica degentem familiariter educavit.

8. *De ecclesia sanctae Mariae.* Benedictus papa, ut supra dictum est, annis 11, mensibus 10, diebus 21 sacerdotio functus, vita excessit, et Iohannes successit. Remensem vero ecclesiam defuncto Arnulpho domnus Ebalus suscepit. Domnus vero Gerardus anno 1021, pontificatus vero sui 10, ad initium bonorum omnium, caput monasterii sanctae Dei genitricis Mariae Cameraci 8. Kalendas Aprilis ingenti et mira apparatione con- 8 struere cepit[8], et sicut hactenus et perpetuo cernitur venustissime decoratum implevit.

ib. 9. *De saevitia Walteri castellani.* Verum interim Walteri malitia, quam in diebus Erluini episcopi exercuerat, nequaquam minuebatur, sed maioribus atque gravioribus flagitiis insistens, rabies eius in dies augebatur. De quo quamvis taedeat nos aliquam iterum mentionem facere, quia tot et tanta[c] eius existunt scelera, ut si scribantur, proprio ib 39. egeant codice; tamen quin de eo aliquid vel breviter dicatur, nolumus praeterire, quo scilicet domno episcopo in vexatione tanta a maligno hoste pateat animum non defuisse, et probata virtus eius patientiae aequanimiter cuncta ferens admirationi omnibus et exemplo possit haberi. Nam post civiles seditiones, post incendia, post rapinas, post incarcerationes civium et pauperum, quae vel absente vel praesente episcopo tirannus ille patrarat, cum a domesticis et paribus, aliquando vero ab extraneis potentibus, quin etiam ab imperatoris[d] legatis, quos conquerentibus petente episcopo ib 2. imperator ad compescendam eius vesaniam illuc direxerat frequenter pro nephandis ausibus argueretur: ille subito quandam simulationem assumens, speciem fictae correctionis praetendebat; sicque gratiam episcopi exorans, obsidibus datis, ib 3. iuramentis factis de conservanda pace, veniam impetrabat. Sed mox ut exercendi soliti furoris occasio oblata fuisset, omnia promissa citius adnullata dissipabantur, et in deteriora facta erumpebat.

10. *De ecclesiis a domno Gerardo constructis.* Sed inter haec adversa mens episcopi bene conscia a statu rectitudinis et ab intentione verae religionis nullo modo deici poterat; imo in con- V. Lietb. 2. struendis coenobiis et reparandis sanctorum ecclesiis continuo affectu insistebat. Quod quidem monstrat Cameracensis sedes ope studioque ipsius nobiliter decorata, necnon in capite sedis eiusdem pontificaliter exaltata; testatur Attrebatensis ecclesia, post conflagrationem caelestis incendii per eumdem pontificem melius pulchriusque quam fuerat restaurata. Patet etiam hoc ex Florenorum illustri coenobio, quod ipse utpote claro genere inde oriundus erat in honorem Dei et memoriam sancti Iohannis baptistae sumptibus suis construxit paternisque haereditatibus ditavit. Quid de aliis coenobiis, quid de Maricolis, quid de cella sancti Gisleni, quid de Alto Monte referendum, ubi iam lapsum et ad lubricos clericorum usus devolutum monachalem ordinem in pristinae religionis normam studiose reparavit, et sectatores bonorum operum abbates regulari tramite inibi instituit? Sed horum narratio suum teneat locum; nos autem sicut in prima fronte huius operis proposuimus, ad enarranda quolibet modo ecclesiae nostrae primordia deinceps verba vertamus.

11. *Quod domnus Gerardus turrim huius villae construxit.* Diximus in primis, episcopum Erluinum ad repellendas raptorum infestationes in hac, quae tunc aut nulla aut parva villula erat, locum munitum, id est Novum Castrum, primo condidisse, ac per hoc incolis totius provinciae pacem et quietem non modicam acquisivisse. Postea vero domnus Gerardus successor eius considerans hoc ipsum probabili et necessaria factum esse industria, ipse quoque diligenter custodire et in maiorem statum episcopali providentia studuit augere. Nam post aliquot annos predicta lignea domo depulsa, turrim excelsam lapide quadrato, usque hodie sicut cernitur permanentem, non sine maioribus expensis ibidem aedificavit. Insuper et causam intentionis suae tantique laboris in una grandi lapide muri ipsius formatis litteris insculpi precepit hoc modo: *Sanctae Dei genitrici[e] Mariae Gerardus episcopus domum hanc ad tuitionem et refugium pauperum. Quam qui ad hoc servaverit, benedictionem, qui autem aliter fecerit, aeternam accipiat maledictionem.*

a) cuius *cop.* b) Alberto *cop.* c) quanta *cop.* d) imperatoribus *cop.* e) genitricis *cop.*

7) *nostris adhuc temporibus superstites* addit Vita Lietberti; unde apparet, eam a nostro descriptam esse, non ex nostro fluxisse. 8) a. 1023. secundum Gesta episc. Cam. III, 49.

12. *Quod ecclesiam hanc aedificare cogitaverit.* Post haec meditatio cordis eius a conspectu divinae pietatis ad hoc inspirata est, ut quia contra visibiles hostes domus refugii temporalis constructa esset, etiam contra invisibilium nequitias spirituum et principes tenebrarum altera domus spiritualis eximiis quidem lapidibus prope aedificari deberet; in qua custodes ac vigiles tales habitarent, qui utroque tempore diei et noctis Deum in saecula laudarent; et sicut illa protectio corporum et rerum periturarum, ita ista praesidium fieret animarum nunquam moriturarum. Hoc autem eo cogitante, Deus qui dives est in misericordia, quo inspirante quae recta sunt cogitantur, et quo operante eadem peraguntur[a], qui ei velle dedit, etiam et posse contulit, preparans ei opportunitatem huiusmodi optata patrandi.

13. *Quomodo hoc monasterium construxerit.* Erat tunc temporis miles quidam Heriwardus, genere nobilis, qui ob insolitae[b] robur virtutis Ferreum brachium cognominabatur; a quo etiam Heriwardi Vallis nuncupatur. Cuius mansio apud Basuellum[9] quam 9 fuerit fortis, ex ipsius situ loci adhuc facile potest agnosci. Qui cum multis circa se diffusis ex paterno iure polleret alodiis, interpellatus a domno episcopo, partim pro aliqua facta commutatione, maxime autem pro anima sua et parentum suorum necnon et filii sui Hervardi et nepotis sui Fulchonis, alodium de Theoderici monte, de Wateneiis[c], quin etiam terram hanc et locum nostrae habitationis et culturas de foris contradidit. Tunc domnus episcopus voti compos effectus, sicut prius animo conceperat, oratorium in honorem sancti Andreae apostoli et amici Dei, cui se prae caeteris sanctis commendabat attentius, efficaci studio construxit, et viginti quatuor monachos ibidem sub sacra religione et regulari norma servituros delegavit, fratremque suum domnum Elbertum, vitae venerabilis virum, abbatem eis prefecit[10]. 10

14. *De nephandis factionibus Walteri castellani.* Cogor per singulas pene huius operis sententias Walteri mentionem repetere, quia ita quodammodo narrationis ordo videtur exigere. Donec enim domnus episcopus supradictis et aliis bonorum operum exercitiis insudabat, ille vesano spiritu agitatus nec parumper a malignitatis suae debachationibus vacabat. Quapropter saepius ab episcopo et ab imperialibus legatis admonitus imperatoris curiam Gesta ep. Cam. III, 2 adire, ille cuiusvis praetendens casum excusationis, promittendo verbis formam resumebat simulatae correctionis, sed non multo post in deteriora labens, amplius iterabat culpas consuetae pravitatis, adeo ut quemdam Robertum militem epi- ib. 39 scopi tam nobilitate generis quam virtute iuventutis strenuum, quem suae tyrannidi obstiturum suspicabatur, quamvis sub interpellatione domni presulis, qui eos federare cupiebat, in travia[11] positum dominica die interficeret; ipsum quo- ib 44. que episcopum intra domum suam tribus diebus armis ita includeret, ut nec ipse nec quisquam suorum egredi pre timore mortis auderet[d]. Sed iam de hoc magis libet reticere, quam plura tam perversi hominis malefacta referre, quippe quantum de eo dicimus, acsi de torrente vas aquae hauriamus tot et tantae eius existunt malitiae, quas adversus sanctum virum et civitatem non est veritus exercere.

15. *De profectione domni episcopi ad curiam imperatoris.* Interea pro hoc et pro aliis negociis causa extitit, qua ib 35 domnus episcopus assumptis secum illustribus viris, comite quoque Haynoensi, Heinricum imperatorem adiit, qui diebus illis Aquisgrani forte morabatur. Ubi archiepiscopo Coloniensi et ceteris venerabilibus sancti ordinis ministris provincialis sinodus celebrabatur, in qua ab ipso imperatore et a supradictis personis tam de ecclesiasticis quam de secularibus, de statu et pace sanctae ecclesiae legaliter ac sufficienter tractatum est. Ibi etiam domnus episcopus gravissimam litem, quae inter prefatum archiepiscopum Pilegrinum et Leodicensem praesulem Durandum diu versabatur, pro quadam scilicet villa quae est Burcii, quam uterque parrochiae suae contendebat adscribere, probabili atque sinodali iudicio diremit. Iam vero imperator quanta et quam preclara dona omnibus qui innumerabiles ibi confluxerant episcopis, abbatibus, clericis pauperibus et cunctis boni testimonii viris distribuerit, nec scripto nec verbis facile potest numerari; quippe cuius tanta in erogando diversa munera liberalitas extitit, ut nulla antiquorum sive exterorum regum munificentia potuerit comparari. Sed nos ista breviter perstringendo ad alia properamus.

16. *De largitate imperatoris.* Soluto denique supradicto conventu, imperator cum primoribus suis rursum contendit ib. 37. villam sancti Gaugerici nativitate illustratam, instantem predicti confessoris festivitatem celebraturus, quae est 3. Idus Augusti Inde digrediens Virdunum petiit, ibique sanctae Dei genitricis Mariae nativitatem devotissime celebravit. Ipsa ib 38. die imperatrix, quia eam domnus episcopus in processione addextravit, ei fercula auro gemmisque contulit insignita. Inde[e] vero Mettis perveniens, per singula monasteria multas opes distribuit, nullumque bonum aut clericum aut monachum praeteriit non donatum, veluti quodam praesagio imminentem diem qui nimium vicinus erat sui obitus praevidebat.

17. *Quod preclara ei dona imperator dederit.* Et vero domnus Gerardus pre ceteris 1023. episcopis eius obsequiis adhaerens, cum inter cetera se novam congregationem monachorum in honorem sancti Andreae construxisse amica ei collocutione suggessisset: ille

a) perabuntur *cop.* b) insolutae *cop.* c) *ita restitui ex Gestis ep. Cam. III*, 49. Tilchonis alodium de . . . . monte de Watenesis *copia.* d) ederet *cop.* e) Idem *cop.*

9) Basuel, prope le Câteau. 10) cf. Gesta ep. Cam. II, 3. Obiit 5. Id. Mai. 1047. 11) i. e. trevia, treuva, treuga.

ib. 39. velut sanctae religionis amicus benigno favore piis eius studiis adgaudens, *prolata de thesauro suo duo non parvi pretii pallia sanctae virgini Mariae,* tria vero pretiosa munera nostrae per eum transmisit ecclesiae, duas scilicet parvas cruces aureas, pallium quoddam rubei coloris, et quod iis pretiosius atque super aurum et topazion desiderabilius, reliquias sancti Andreae, apertis capellae suae scriniis os proferens de corpore sancti ipsius apostoli, quod sibi Constantinopolitanum imperatorem protestatus est olim contulisse. Novissime plurimum auri illi tribuens, commeatum ut ad sua rediret accomodat, observans ut in hoc loco dies obitus eius, qui est 3. Nonas Iulii, in memoria aeterna haberetur.

1024. 18. *De obitu Henrici imperatoris.* His igitur regiis donatus muneribus domnus episcopus ad propria cum pace et laetitia cum suis rediit. Sed non multo post gravis ei tristitia successit. Nam saepedictus imperator Henricus orthodoxus atque pacificus viginti
ib. III, 50. annis imperio feliciter administrato, pontificatus domni Gerardi anno 12. *diem clausit extremum. Cuius mors qualem sanctae ecclesiae desolationem non dictu facile est quantumque Romanae rei publicae plebique intulerit detrimentum. Tandem collecti principes Saxones apud Maguntiam Conradum sibi praefecerunt in regem,* et eodem anno ibidem benedictus est in nativitate sanctae Mariae.

1025. 19. *De dedicatione huius ecclesiae.* Domnus interim episcopus munera, quae ut dictum est acceperat a rege, retentis duabus crucibus, quae usque hodie preferuntur ad processionem sanctae Mariae, data pro eis una aurea[a] et pretiosis lapidibus fabrefacta, quae apud nos hactenus servatur, corpus etiam sanctae virginis et martiris Maxelendis partemque corporis sancti Sarii, magna cum veneratione et cleri et populi multitudine in ecclesiam hanc honorifice adportavit. Et multa corpora sanctorum, constituta dedicationis die, id est 10. Kalendas Octobris anno Dei Christi 1025. cum clericis et monachis convenerunt, videlicet sanctus Gaugericus, sanctus Aubertus, preciosus quoque martyr Salvius, sanctus Aycadrius, sanctus Gislenus atque sanctus Wasnulfus; cum quibus etiam beata virgo Maxelendis[b]; quos ad salutem habitantium et loci ipsius munimentum provida episcopi industria fecit convenire.

*20. *De rebus huic monasterio collatis.* Igitur constituto et consecrato abbate fratre suo quem supra nominavimus Elberto, villas alodia sufficienter huic contulit monasterio,
G. ep. Cam. III, 49. *scilicet tertiam partem quartae partis fisci Peronensis quem a quattuor generosis viris adquisivit, Roberto scilicet atque Hubaldo, Ascelino atque Sueno. Reliquas partes ipsius fisci mensae[c] episcopi ad castellum sanctae Mariae cui circumiacet destinavit.* Contulit etiam inter cetera allodium sibi hereditarium in villa Haynau, quae
12 est Bussud[12] cum appendente familia sancti Philiberti. Sane quia haec et alia eius beneficia huic ecclesiae collata[d] in privilegiis nostris[13] descripta habentur, de his plura loqui superfluum esse duximus, ne sint onerosa legenti. In ipso vero tempore miles quidam ingenuus, Tigerus nomine, cum multa predia circa Basuellum ubi degebat possideret, et herede careret, consilio et obtentu domni episcopi cunctis possessionibus suis et ea quae dicitur Tigeri silva, ecclesiam hanc adhereditavit, ut Deus et sanctus Andreas hereditatem eius in terra viventium restituant ei.

1026. 21. *De consecratione Cameracensis ecclesiae.* Iohannes papa, quem supra capitulo octavo Benedicto successisse retulimus, rexit ecclesiam annis 9 mensibus 9. Cui successit Benedictus Theophilactus. Monasterium Florinacense dedicatur a domno Gerardo, consentiente Rainardo episcopo Leodicensi. Anno autem sequente, qui est dominicae
14 nativitatis 1027.[14] dedicatur monasterium sanctae Mariae honorifice constructum a domno
ib. III, 50. Gerardo, 15. Kalendas Novembris, ubi multa corpora sanctorum interfuerunt. *His rite peractis, accepto salubri consilio domnus episcopus dignum duxit, secundum morem antiquitatis curiam invisere novi imperatoris, Conradi scilicet, quem supra diximus regalia insignia sumpsisse post obitum Henrici. Nam ab eius presentia iam aliquanto tempore suum suspenderat gradum, ea videlicet de causa, ne Lothariensibus scandalum fieret offensionis. Quia dux Gothilo, episcopus Coloniae, Noviomaci, Virduni, Traiecti, Leodii et dux Theodoricus comesque Haynoensium Raginerus, eius, id est Conradi, ordinationi restiterant, et sacramento facto condixerant non ei manus se daturos nec ad eum ituros, quia nolebant eum regnare super se. Ducibus tamen supradictis et episcopis post annum et dimidium ad pacem flexis cum eis domnus episcopus ad Aquisgrani palatium ivit, seque deditioni regis libens obtulit.*

ib. 51. *22. De concilio Triburiae habito. Triburiae secus Maguntiam imperator Conradus de diversis partibus episcopos convocavit, ut quae utilitatis et religionis sunt ad invicem conferrent. Ubi cum inter cetera dictorum suorum decreta de renovanda pace, de ieiuniis, de neganda excommunicatis communione, de non sepeliendis quibusdam, multa et importabilia dedissent mandata, quae viderentur oneri replicare: moderatissimus pater Gerardus eorum minus sanas studuit*

a) *ita correxi;* antea *copia et codex ipse ut apparet ex Actis SS. Belgii V,* 193. b) *deest et copiae et codici, spatio relicto.* c) *deest copiae, spatio relicto; supplevi ex Gestis ep. C. III,* 49. d) collocata *cop.*

12) prope Binche. 13) Conradi imperatoris atque Gerardi episcopi diplomata edidit Miraeus Opp. diplom. I, 55. 14) a. 1030. consecratum dicunt G. ep. Cam. III, 49.

reprimere sententias, et oratione habita ad eos, post aliqua sic ait: *Ieiunium in sexta vel septima feria generaliter non est omnibus imponendum, quibus nec una sanitas corporis nec aequaliter remordet accusatio peccati.* Multa sunt praeterea quae peroravit; et finito concilio permissione accepta remeavit ad propria.

PRIMI LIBRI FINIS.

PRINCIPIUM LIBRI FERT PROLOGUS ISTE SECUNDI.

Magnarum rerum amplam materiam succincte describere et famosos actus illustrium personarum brevi sermone comprehendere, non minoris constat esse laboris quam parvam narrationem latis extendere verbis. Utrobique enim difficile est disertum evadere, si quis aut ea quae parva sunt attollere gestiens, maiora viribus suis attentare presumat, aut ea quae larga indigent relatione, brevi dictatu nitatur constringere. Quorum quidem unum e duobus contigisse mihi perpendo, qui de multimodis regum, episcoporum, principum gestis aliqua quibusdam sententiolis decerpere presumo. Ex qua tamen mea presumptione veniam fortasse me spero promereri, qui tantummodo primordia ecclesiae nostrae et quibus largitionibus aucta ad hunc statum pervenerit, pandere curavi. Ergo ad id peragendum necesse est per scripturae campum discurrere, et hoc opusculum de diversis floribus collectum contexere curavi. Adsit igitur ille et faveat operae nostrae, qui se florem campi et lilium convallium esse proclamat, ut cuncta nostra operatio ab Cant. 2, 1.
eo coepta et per eum finienda ipsi et amico eius sancto Andreae fideliter deserviat.

1. *De conflagratione Attrebatensis monasterii sanctae Mariae.* Anno nativitatis dominicae 1029.[15], presulatus domni Gerardi 19. in civitate Attrebati monasterium sanctae 15
Mariae miro sed vero Dei iudicio 3. Kalendas Augusti fulmine concrematum est. Unde domnus episcopus gravi moerore affectus, Leduino abbati Sancti Vedasti admirandae sanctitatis viro epistolam transmittit, in qua tristitiam cordis sui aperit, ita inquiens post aliqua: *Subrepit mihi plus solito timor et dolor, qui licet sit mihi per usum vetus, fit tamen semper novus per augmentum.* G. ep. Cam. III, 32.
Nam si aliquando me ipsum secundum qualitatem vitae aspicio, in amaritudine versor, quia in bonis deficio, in malis perduro. Si quando vero ad ea quae in mundo sunt perspicienda mentis oculum attollo, cuncta quae in maligno sunt posita video; quanto mundus seviatur gladio, quibus populus intereat percussionibus, manifeste considero, ac per hoc adhuc peiora[a] *venire timeo, quia nostro sacerdotali peccato haec fieri confiteor, sicut scriptum est testante beato Petro apostolo: „Quoniam tempus est, ut incipiat iudicium de domo Dei.“ Et in Ezechiele: „A sanctuario meo incipite*[b]*.“*

2. *De velleribus albis Attrebati de caelo lapsis. Verbi gratia veluti in presenti sanctae Mariae Attrebatensium manifestum est ecclesia, quam 3. Kalendas Augusti ignis adveniens de celo totam combussit videntibus cunctis. Unde timeo nimium, divinae Domini adversionis hoc fuisse indicium, venientis super filios hominum; ut sicut olim ante adventum Domini ob signum misericordiae eo in loco alba vellera duo leguntur cecidisse, ita ob significationem ultionis divinae, quae ventura est super diffidentiae filios, ignis veniret cum sulphure, qui terrendo moneret electos, ut a facie arcus possint fugere, et exureret impios et peccatores, qui Christo semper detrahunt et filiis ecclesiae. Solent etiam ministris ecclesiae de nobis dicere: „Hi sunt pastores populi, qui non vere pastores sunt sed lupi. Comedunt enim peccata populi qui fructus ecclesiae in stipendio percipiunt quotidiano; sed nec orationis studio nec praedicationis verbo nihil penitus insudant.“ Ac per hoc quicquid adversitatis fit in saeculo, videlicet mortalitatis, pestilentiae, famis, dicunt promereri et incipere a sanctuario* etc. Haec et alia verba sunt domni episcopi querimoniam agentis et super tam insolito casu praedicti incendii graviter dolentis. Sed postea quo studio, quo labore, quantisque expensis ecclesiam ipsam reaedificaverit, magis ex ipsa structura quam verbo vel scripto alicuius potest agnosci. Sed his omissis ad nostra redeamus.

3. *De chartarum instrumentis a domno episcopo hic collatis.* Eodem vero anno 1030. Febr.
Conradus imperator cum exercitu magno in Hungriam ivit. Domnus autem episcopus coeptum opus cupiens ad perfectum deducere, ne quid huic nostrae ecclesiae deesset, quod utilitati nostrae religionis commodum foret; providens etiam ut contra infestationes, si quae aliquando futurae essent, regio tueretur munimine: imperatorem pro quibusdam ne- 1036. Mai
gotiis adiit, qui tunc Triburiae concilium habuit cum episcopis; cui domnus Gerardus honorifice ab eo susceptus interfuit. Ibique cunctas res, quas huic loco contulerat, ut privilegii sui authoritate corroboraret petiit et impetravit. Quod quidem privilegium sigillo regio signatum et huc delatum, hactenus apud nos servatur. Addidit etiam ipsa beneficia suo confirmare privilegio; quod cui cura legendi inciderit, quanto affectu locum hunc dilexerit et auxerit, quantam monachis benignitatem exhibuerit, satis compertum habebit. Quin et praefatum abbatem domnum Elbertum et successorem eius concelebrantes sibi et intimos capellanos semper fore constituit[c].

a) *ita coniicio*, perona *copia;* maiora *G. ep. Cam.* b) incipiente *cop.* c) constituerit *cop.*

15) a. 1030 secundum Ann. Elnonenses minores.

1039. 4. *De obitu Conradi imperatoris.* Postquam saepefatus imperator Conradus imperii
G. ep. Cam. III, 53 gubernacula sedecim annis tam scientia quam armis strenuissime sustemptavit, iter convertit cis Alpes. Nec multo post langore adflictus et vita apud Traiectum privatus, Henricum filium suum regni et laboris dimisit heredem. Ad quem saepedictus pontifex iens, se manibus illius commisit, pariterque dux Gothilo, qui aliquantulum denegare disposuerat. Cuius Conradi mortem multa praecesserunt signa, quae quamvis digna relatu, brevitatis causa praeterimus.

ib. 59. 5. *De obitu Lietduini abbatis.* Contigit post hoc biennium, Lietduinum ex laico monachum factum et abbatem Attrebatensis cenobii postea, scilicet domni Richardi successorem, ab hoc saeculo abiisse et laudabiliter ad aliud pervenisse, ut speramus feliciter, et tristes reddidisse quos ad omne bonum instruxit. Hic abbatem Richardum religiosum admodum virum introduxit, per quem locus ille in sancta religione et mundi facultate cepit pollere. Sed quum de domno Richardo admirandae religionis abbate occasio se obtulit mentionem faciendi, iustum arbitramur de tam venerabilis monachi memoria aliquid altius referre.

6. *De domno abbate Richardo.* Hic itaque Virduno oriundus, dein vocabulo et re abbas factus in aula imperatoris Henrici, Conradi de quo supra diximus patris[16], nominatissimus, ipsi
ib. III, 1. quoque imperatori admodum familiaris extitit, adeo ut quando domno Gerardo episcopalia insignia supradictus imperator apud Arntiam villam Saxoniae Kalendis Februarii contulit et secum detentum in purificationis sanctae Mariae tertia die licentiam accomodans abire permisit, duobus abbatibus, scilicet domno Richardo et Bertaldo Endensi, sed et Hermanno comiti, mandaret, ut eum comitantes usque civitatem Cameracum perducerent.

c. 6. 7. *De coenobiis sibi commissis.* Procedente vero tempore abbatiam Altimontis, quae diversis causis existentibus, quas enumerare piget, omni monachali religione destituta erat, petentibus domno Gerardo et fratre eius Arnulpho ipsius
c. 15. loci advocato regendam suscepit. Dein vero Laubiense cenobium interpellantibus domno episcopo Geraldo et Leodicense episcopo Walpodo itidem regendum suscepit; quod scilicet Engbrandus monachus, qui eidem ecclesiae praeerat, seculari-
c. 16. ter vivens nihil interius religionis doctrinabat et exterius bona ecclesiae turpiter dissipabat. Attrebatensem quoque ecclesiam ante annos aliquot regebat. Sed postea, ut liberius Deo servire posset et pro celesti potius quam pro humana assectatione se onus sumpsisse cunctis notificaret, a regimine Attrebatensis ecclesiae se relaxare disposuit; consilioque Gerardi episcopi in sua vice praedictum Leduinum, Alto vero monti Fulcuinum venerabilem virum substituit. Hic autem abbas Richardus sanctae religionis ferventissimus, monastico ordini iam pene lapso et ut ita dicam adnullato, velut lampas et lucerna quaedam repente emicuit; et non tantum commissa, sed etiam circumquaque provinciarum cenobia usu regulari secundum regulam sancti Benedicti illustravit. Haec breviter de tanto viro perstrinximus, de quo plura digna laude dici poterant. Sed quia id non est nostri propositi[a], ad alia transeamus.

8. *De interfectione Walteri castellani.* Igitur Romanam ecclesiam Benedictus Theophilactus rexit annis 13, post quem Silvester Sabinensis episcopus sedit diebus 56; cui successit Gregorius, qui et Iohannes et Gratianus, annis 2 mensibus 6. Sub iisdem fere
1041. diebus Cameraci Walterus castellanus reprobis actibus circumquaque famosus ad ostium monasterii sanctae Mariae dum oraret ut aiunt — nos id parum compertum habemus — a quattuor viris ad hoc ipsum conventione facta paratis interficitur. De cuius morte
Gesta Lietb. 2. civitati et omni patriae sive episcopali curiae requies aliqua sed non diu provenit. Uxor quippe eius Ermentrudis cum unico filio parvulo relicta, Hiezabel maleficae non impar, ab insania viri sui non cessavit, sed nequitias eius superexcellens tyrannum quemdam Ioannem advocatum Attrebatensem maritum duxit, ut eius fulta praesidio castellaturam recipere posset. Sed mox eius filio obeunte nihil profecit.

9. *De domno abbate Waldrico.* Post Gratianum Romanam sedem Suigerus qui vocatur Clemens tenuit mensibus 9, diebus 7; post quem Popo, qui et Damasius, sedit diebus 23. Cui successit Bruno, qui et Leo nonus, annis 5, mensibus 2, diebus 7. Hic de Roma veniens, Remis habito magno concilio, monasterium sancti Remigii dedicavit, domno Widone archiepiscopo Ebali successore. Eodem tempore Henricus Conradi filius Romae imperatoria dignitate intronizatur. Cameraci donno episcopo Gerardo annis ad occasum vergentibus senectus
1047. obrepsit, pro qua debilior iam fiebat a priori statu. Hic autem donnus abbas Elbertus anno Dei Christi
Mai. 11. 1047. cursu vitae feliciter peracto diem clausit extremum. Post quem domnus Waldricus, ex vico Bracbatensi qui dicitur Lutosa oriundus, et clericus illustris factus, dein Castrilocensis comitis Rainneri capellanus, postea vero Florinis monachus effectus, tandem a domno episcopo Gerardo abbas huius ecclesiae ordinatur. Qui quanta religione locum hunc rexerit, quantis commodis auxerit, quantave cura subditos foverit, testatur usque nunc egregia fama nominis eius, testantur res adquisitae procuratione ipsius.

G. ep. Cam. II, 43. 10. *De villa Lutosa.* Quoniam autem de villa, quae est Lutosa vel ut quidam volunt Laudosa, mentio incidit, hoc sciendum, quod in ea est monasterium canonicorum in honore apostolorum Petri et Pauli, quod construxit beatus Amandus, et est dives abbatia, ubi vir Dei venerabilis Baidilo requiescit, qui corpus sanctae Magdalenae de Hierusalem in Burgundiam in loco Vercelliaco attulisse fertur.

11. *De quibusdam monachis huius loci.* Sed et hoc non supervacue advertendum, quod predictus abbas domnus Waldricus quosdam generis sui de patria sua, tres equidem nepotes suos, Deo militaturos huc miserit: Balduinum scilicet monachum, quem huius

a) prepositi *cop.*

16) immo praedecessoris.

ecclesiae vidimus edituum mira caritate praeditum, cuius obitus dies 7. Kal. Ianuarii; Stephanum quoque, huius loci prepositum tam litteris quam secularibus negotiis eruditum, cuius obitus dies est 15. Kal. Aprilis; et eius fratrem Wilelmum, innocuae vitae laicum, qui omni equestri obsequio monachis in vita sua deservivit; ex cuius semine multi manent usque adhuc. Domnus item episcopus Gerardus quendam generis sui Socleramum[a], innocentis et simplicis vitae monachum, huc adduci fecit; qui inter cetera omni vilitate contentus corporisque sui curam omnino postponens, nunciandis horis operis Dei solerter vacabat. Quem iam senio curvum artusque baculo sustentantem vidimus, nec tamen a proposito sancto vel psalmodia continua cessantem. Talibus aliisque ministris, tali quoque sustentata abbate sub tanti suffragio pontificis ecclesia haec beatissima tunc predicabatur ab omnibus. Plura de his referre vitamus, ne forte legenti fastidium ingeramus.

12. *De obitu donni Gerardi episcopi.* Quinto igitur ordinationis saepefati abbatis 1051
anno, domnus episcopus Gerardus superveniente vocationis suae die, anno praesulatus sui 40, felici ut credimus morte resolutus, eius ad quam tot ac tantis laboribus exercitatus totis viribus anhelabat largiente Deo adeptus est consortia vitae. Obiit autem 2. Idus Martii anno Dei Christi 1050.[17] et in media ecclesia sanctae Mariae ipsius est cor- 17
pus digna veneratione sepultum. Qui quantum suis dilectus extiterit, designat eius sepulchrum diversis lapidibus aureisque litteris insignitum. Eo autem tempore Balduinus, filius comitis Flandrensis, Richildem comitissam, quae antea Hermanno nepoti ipsius comitis nupserat, uxorem duxit.

13. *De electione donni Lietberti et profectione ad regem.* Igitur domno episcopo Gerardo cum reverentia et honore V. Lietb 10
decente sepulto, Cameracensis cleri plebisque curia tanti patris amissione perturbata convenit, et domnum Lietbertum, quem ex Brachatensi provincia nobili prosapia editum domnus Gerardus diligenter ac religiose, utpote generis sui pro- ib. 3
pinquum, educaverat, quem etiam per singulos gradus ecclesiastici ordinis ad archidiaconatus et prepositurae Cameracensis ecclesiae honorem provexerat, quique ei semper maximeque in diebus senectutis suae, vicis eius supportando, adiutor et cooperator extiterat, pari consensu eligunt; et facto grandi apparatu, illustres viri tam milites quam clerici electum pre- ib. 11.
sentari ad imperatorem Henricum cum exultatione deducunt, qui tunc forte apud Agrippinensem Coloniam observationi sanctae quadragesimae vacans morabatur. Quo postquam perveniunt, presentiam regis adeuntes, destitutionem urbis suae et totius provinciae morte tanti patroni ei notificant, baculumque pastoralem quem secum detulerant, lacrymando presentantes, de electione domni Lietberti paucis ei reverenter suggesserunt. Audito imperator memorati pontificis decessu, quem in magna veneratione et delectione semper habuerat, pie condoluit. Tamen quia dies sanctae parasceues aderat, qua dominicae passioni et peccatorum recordationi vacandum erat, de hoc negotio per triduum omnino siluit. Verum ne diutius verba protraham, in die sanctae resurrectionis domno Lietberto iamdudum fideli sibi notissimo, coram ib. 13.
tanta multitudine assistentium archiepiscoporum et reliqui ordinis sancti, necnon et optimatum palatinorum procerum, donum episcopii largitus est; et ad ostendendum, quanta mentis devotione id ageret, hymnum *Te Deum laudamus* ipse incepit, et a palatio imperiali usque in ecclesiam beati Petri omnis curia prosequitur cum hymnis et iubilatione. His rite peractis et legatis nostris miro gaudio repletis, accepta missione et omnibus competenter adimpletis properabat domnus Lietbertus comitesque eius ad civitatem suam reverti.

14. *De expulsione Iohannis a Cameraco.* Post haec fama precurrente Iohanni, quem supra capite octavo ib. 14.
diximus Ermentrudem Walteri castellani uxorem in matrimonium duxisse, nullum tamen castellaturae donum a donno Gerardo potuisse impetrare, et ideo domno Lietberto in hac re sibi obsistenti insidias mortis saepius molitum fuisse, nunciatur quod factum fuerat. Qua de causa nimium perterritus, clam diuque reputat quid facto opus sit. Consilio itaque cum suis accepto, nullum civitatis introitum venienti episcopo deliberat, nisi sibi castellaturam concederet, quam anxius ambiebat. Matrem ergo ecclesiam dominae nostrae sanctae Mariae violenter invasit, et eiectis clericis thesauros ecclesiae et quodcumque intro repperit, ditioni suae mancipavit, militesque suos armatos inibi posuit. Aulam pontificalem superbus intravit; uxorem suam in cameram pontificis introducens, stratum suum in lecto pontificali fecit parari, sibique atque satellitibus suis de sumptibus episcopii praecepit ministrari. Dum haec agerentur, domnus Liethertus appropinquat civitati; cui Iohannes cum parato occurrens exercitu, portas clausit et longe reppulit ab introitu. Divertens itaque ad hanc villam receptusque a suis honorifice, hic aliquandiu mansit, donec comes Flandriae Balduinus rediens a ib. 15
rege Francorum, inventum eum secum Cameraci deduxit. Quod cum nunciaretur Iohanni, fuga lapsus liberum introitum domino venienti consensit; et sic domnus Lietbertus civitatem in pace possedit.

15. *De ordinatione domni Lietberti.* Leoni papae ut supra capite 9. retulimus post annos quinque et menses duos Giehardus succedit, qui et Victor, seditque annis 2 mensibus 3 diebus 13. Remensi metropoli Wido antistes vitae laudibilis praesidebat. Ad quem domnus Lietbertus levita, qui quidem sacerdotii ib. 16.
gradum nondum attigerat, cum honesto suorum tam laicorum quam clericorum comitatu profectus, et gratanter susceptus, ab eo Catalaunum a domno Rogero episcopo ordinandus dirigitur. Indeque regressus, postera die episcopali consecra- ib. 17.
tione decenter insignitur. Ubi quanta laetitia quantusque congratulantis cleri plebisque concursus extiterit, cum dictu facile non est, silendum nobis esse censemus, maxime qui destinatum opus exequi contendimus

16. *De adventu imperatoris in hanc terram.* Victoris supradicti papae successor Fredericus, qui

a) *utrum sic, an* Soeleramum, *an* Sceleramum *legendum, discerni nequit in copia.*

17) a. 1051. potius; conf. quae ad Gesta Lietb. 3. monuimus. Error fortasse est copiae, non auctoris; nam *annus quintus Waldrici abbatis*, a. 1047. ordinati, ut c. 9 noster dicit, est a. 1051. Porro *annus* 40us *praesulatus Gerardi*, Kal. Febr. 1012 baculo donati, est Kal. Febr. 1051—1052.

et Stephanus, sedit menses 7 dies 29. Post quem Benedictus Beliternensis episcopus sedit menses 11 dies 20; cui succedens Gerardus, qui et Nicolaus, sedit annos 2 menses 5 dies 25. Gesta Lietb. 9. Imperator Henricus comiti Flandrensi Balduino, quem iam olim terram eius depopulando sibi subiugaverat, iterum rebelli eo tempore graviter iratus erat. Domnus Lietbertus in sede sua prospere locatus, exclusum ut diximus Iohannem ut ab omni spe castellaturae deiceret, adolescentulum quendam Hugonem castellani Walteri nepotem ea investivit, et eum cuidam Anselmo propinquo eius moribus et armis egregie commisit educandum. Quem tamen postea sevum expertus est et perpessus inimicum. Hoc Iohannes comperto, mox ira fervens ceu[a] saucia tigris, vel ut serpens accepto ictu flexuosis orbibus toto corpore involvitur, sic effera mente concepit dolorem et diversa molimina fraudis anhelo pectore versans tandem peperit iniquitatem. Quid plura? ad imperatorem se contulit; ut super comitem Balduinum veniat audacter, hortatur. Ducem exercitus eius strenuum utpote locorum patriaeque gnarum se fore pollicetur, si donum castellaturae Cameracensis ab episcopo Lietberto ib. 10. sibi faciat conferri. Ad haec gavisus imperator, qui iam secundam profectionem in terram comitis parabat facile fieri reputans, quod Iohannes petebat spopondit. Denique multiplici secundum regiam potentiam in ea expeditione apparatu anno Dei Christi 1054°, regni vero sui 15°, paratis exercitibus ad proficiscendum castra movit, pertransiensque interiacentia loca per regiones ad villam quae est Maen, duobus fere milibus a Valentianis distans, super Scaldam fluvium castra metatus consedit.

17. *Quod comes imperatori resistere conatus sit.* Cumque ad transeundum pontes fieri imperasset, ecce ex alia parte fluminis comes Balduinus cum multa militia obvius adfuit. Sicque uterque hic unam, ille alteram tenuit ripam, donec clam ab imperatore missis per Cameracum exercitibus, territus comes loco cessit; et sic imperator libere transiit, et dextra laevaque incendio cuncta devastans, transito ponte de Cheri prope locum qui Bulliens Rivus dicitur, suis tentoriis resedit.

1054. 18. *De imperatoris transitu in Melentosum.* Quem locum tam clausula angustae viae quam rivis aquarum seu profonditate fossarum munitissimum cum paucis armatis Iohannes noctu adiit, et se quempiam fuga lapsum simulans atque dolosis precibus aperiri sibi inclamitans, tandem sermone blando deceptis custodibus, aperta ianua introiit; et interfectis ianitoribus multisque aliis, in aurora diei dans signum in sono tubae exercitum advocavit. Et sic turmatim transeuntes, Melentosii terram ingrediuntur, ac circum-18 iacentia cuncta depopulando igni tradentes, in villa quae est Falempin[18] castra metantes resederunt.

19. *De quodam clerico a comite misso.* Multa et praeclara in hac expeditione imperatoris gesta describi digna forent; sed quia id non est debiti nostri nec propositi, saltem ad ostendendam eius miram clementiam pauca de multis perstringendo memoramus. Nam cum clericum quemdam Radulfum ad imperatoris castra explorandi gratia et auscultandi consilia comes ut . . . .[b] misisset, illeque se contractum fingendo scabellis repens ad imperatoris elemosinam in tentorio inter pauperes consedisset: intuitus Iohannes agnovit eum sicuti virum sibi antea notum. Siluit tamen, sed post aliquam deambulationem coram imperatore et optimatibus eius ad iacentem accessit, dansque ei manum erexit, et in conspectu omnium iubet adsistere rectum et currere sanum. Stupor apprehendit intuentes; fit murmur admirantium quasi facto miraculo, et ultra quam credi potest admirans imperator, quid lateat percunctatur. Postquam manifestata res est, suspendii reus et mortis iudicatur. Virgas allatas ad se suspendendum ipse sibi torquere iubetur. *Sed prius,* ait imperator, *comedamus; postquam comederit, laetior suspendetur.* Apponuntur cibi regii; sed quis vel parum gustaret, qui sibi vicinam mortem imminere videret? Tandem vocato eo ante mensam suam, imperator multa super comite rogitans, cochlear argenteum quod tenebat ei porrigit, novisque vestibus eum indui et equo precepit imponi, *ut qui nos,* inquit, *speculari venit pronus in scabellis, sublimus in equo redeat a nobis.* Ita regressus quanto gaudio ut ereptus a morte tripudiaverit, quanta laude magnificentiam imperatoris etiam apud hostes extulerit, ipse longo post tempore iam senio curvus nobis narrare solebat.

20. *De obsidione Tornaci ab imperatore.* Sed et iam ad propositum revertamur. Apud Islense castellum comite Balduino commorante et regionem suam coram se in igne et praeda devorari cominus aspiciente, maxima pars exercitus eius et multi nobiles ad ib. 13. perturbanda castra imperatoris egressi sunt. Sed mox Lambertus comes Lensensis interfectus occubuit, ceteri vero fugae praesidio sibi consulentes, caedentibus terga hostibus villam ipsam intrare non valentes ac velut trepidae volucres ante faciem accipitris diffugientes, fugam suam versus Tornacum dirigunt, et ab insequentibus oppressi, in quodam municipio includuntur. Quo perveniens imperator, posita apud Sanctum Brixium mansione sua eos gravi obsidione et fame constrictos ad deditionem compulit, et acceptos per ergastula militum suorum in custodia reclusit.

a) seu *copia.* b) *unius vocis spatium reliquit copia.*

18) Phalempin, inter Lille et Douai.

Sicque victor oratorium suum ingressus, hymnum *Te Deum laudamus* concinentibus sibi sacri ordinis ministris devotissime decantans, grates Domino exsolvit.

21. *Quod vas aureum nuncio cuidam dederit.* Ferunt et aliud memorabile eum ibi fecisse, quod cum quidam legatus de regno eius veniens nuntiaret, nuper natum ei filium, illum videlicet Henricum qui post quinquaginta annos in hanc terram venit et castella Bulcen, Sclusam, Incy, aliasque munitiones imperiali virtute diruit — cum hoc inquam nunciaret, auream cuppam, quam ad bibendum manu forte tenebat, ei dono porrexit. Et peractis omnibus cum gloria ad civitates regni sui remeavit. Domnus vero episcopus Lietbertus accepta Gesta Lietb. 14. missione urbem suam cum suis repetivit.

22. *De profectione domni episcopi Lietberti in Ierusalem.* Sed ecce dum ex occasione Iohannis castellaturam recla- ib. 13. mantis adventum imperatoris vias eius et aliqua gesta eius describere curavimus, a textu coeptae narrationis et a gestis domni Lietberti longius evagati sumus. De qua castellatura hoc solummodo inserendum, quod eam episcopus licet invi- ib. 12. tus et reluctans, sed cogente imperatore Iohanni reddiderit; quam tamen ille diu non tenuit, quia Hugo, de quo supra diximus, a custode suo Anselmo iam adolescens eam recepit; et Iohannes tam donis q u a m m i n i s ab imperatore c o a c t u s exinde de ea siluit. His ita peractis, cum civitas et patria Cameracensis sub tali rectore abundantia pacis et ib. 29 prosperis floreret augmentis, episcopus sanctae intentionis ardore Hierosolimam intendit adire. Cui eius devotioni cum resistere conata[19] nequiret, paratis sumptibus, assumptis comitibus, domno scilicet Walchero archidiacono et curiae pre- ib. 30. posito, Hugone quoque capellano postea Sanctae Mariae decano, cuius sanctitatem monstrant claustra canonicorum et Aquicinense coenobium, Erlebaldo iudice et civitatis procuratore, Erlebaldo etiam Rubeo ecclesiae sanctae Crucis instauratore, necnon et Fulchero archicapellano et Attrebatensis ecclesiae vicedomino, aliisque multis profectus[20], preterlegens civitates et oppida, itinerum discrimina, barbaram quam colunt Huni transmeat patriam. Transito itaque Danubio, ad ib. 31. regem Pannoniarum pervenit; et pretergressus eius patriam, vastas ingreditur solitudines, quas deserta Bulgariae vocant, quasque latrunculi Scythicae gentis inhabitant. Hi degentes more ferarum, nullis coercentur legibus, nullis continentur urbibus; sub dio manent, quas nox coegerit sedes habent, praetereuntes obsident, obvios interficiunt, ceteros depredantur[21].

23. *Quod domnus episcopus Corynthum devenerit.* Cum igitur inter tot mortiferas feralium hostium insidias domnus ib. 34. episcopus sub periculo mortis sociique eius trepidi pendulo corde transirent, septima die inter condensa silvarum vident cristatis vittatisque capitibus ac seminudo corpore pallia trahentes et latas caligas; pendebant ex humeris pharetrae et laxos arcus et hastilia longa ferebant. Quibus visis terrentur ceteri; sed quia iustus ut leo confidit, episcopus se hilarem magis exibuit. Cerneres itaque Dei nutu omnem illorum furorem viso episcopo adeo mitigatum esse, ut quod dictu mirum est, loco cederent, viam transeuntibus quodammodo demonstrarent. Sic domnus episcopus sociique eius lethiferam regionem latronumque domicilia pertransivit incolumis. Ingressus Dalmatiam locisque peragratis, in quibus olim Diocle- ib. 35. tianus thermas aedificando diversa mortis intulerat supplicia Christi martiribus, cursum flectit Isauriam versus. Quam preteriens, devenit Corynthum[a]; illicque audiens Demetrii sancti inter martires preclari corpus quiescere, sepulchrum expetiit.

24. *De Fulchero aegrotante usque ad mortem.* Inde progressus ubi ad Laoditiam Syriae pervenit, comperiens ecclesiam dominici sepulchri christianis eiectis a rege Babiloniorum violenter obseratam, viamque paganorum metu per terram penitus interclusam, per tres menses in eadem civitate moratus est. Cum autem eundi per terram omnis spes ablata esset, marino itinere domnus episcopus Hierusalem disposuit adire. Ad quod peragendum magistris inquisitis, dum armamenta navalia disponuntur, dum victualia necessaria praeparantur, domnus Fulcherus aegritudinem maximam incurrit, quae ipsum episcopum omnesque comites gravi merore concussit. Cumque per dies languor usque ad mortem ingravesceret, et iam aptum navigationi tempus adesset, mentem pontificis metus cum desiderio torquebat, comitemne fidelissimum desereret an tempus navigationis differret.

25. *Quomodo iam morti proximus sanctum Andream invocaverit Fulcherus.* Cum autem de vita iacentis iam omnino ib. 36 desperaretur, et a nautis advolantibus ad portum proficisci episcopus cogeretur; revisit tamen aegrotum et velut in mortuo corpore ultimum quodammodo trahentem spiritum. Quem modo voce modo nutibus compellans quomodocumque poterat, missionem petebat. Sed aeger quamvis iam seculo traderetur alteri, voces atque singultus recognoscens pontificis, resumpto spiritu oculos aperuit; cumque[b] gravi difficultate verba loquentis intelligens similiter petit et ipse missionem tanquam qui recederet a saeculo. Quem venerabilis pontifex cum maximis lamentis totoque mentis affectu Deo commendans, sancto commisit Andreae apostolo atque gloriosae reginae Mariae genitricis Dei meritis et precibus. Nec mirum, quod eum quem diligebat, illis familiarius deposuerit quos prae ceteris omnibus attentius excolebat. Post haec velut ultimum valedicentes et osculum pacis dantes ad invicem, domnus episcopus abscessit.

26. *De lacrimis et prece Fulcheri.* Hinc aeger a medicis desperatus, a comitibus derelictus, sed benedictione episcopi refocillatus, quantulumcumque respiravit. Dehinc apud se recolens verba, quibus eum pontifex sancto commiserat Andreae, quibusque imploraverat sanctam Dei genitricem pro se, intima cordis trahens suspiria, lacrimis obortis ait, ut ipse postmodum testabatur: *O sancte Andrea, cuius me tutelae dominus meus Lietbertus episcopus commisit, cuiusque memoriam in cenobio quod est apud Novum Castellum situm excolit: si tu vere es ille Andreas decorus, virilis apostolus Christi, amicus Dei, quem Dominus dilexit in odorem suavitatis, succurre, festina, miserere, digitumque tuum intergens in oleo misericordiae, genitricis Dei dominae nostrae sanctae Mariae precibus tuis animam deficientem sustenta, laborantem adiuva, succurre, amice Dei per secretum Christi magistri tui. Iam morior. Quod non possum per me, matrem posce pietatis, qualinus mihi subsidietur, non meis meritis, quibus poena mortis debetur, sed eius qui me vobis commisit lachrimis et precibus.* Noctem illam pontifex duxit insomnem, se suosque Deo commendans gemitibus solitis, votisque supplicibus morientis amici protelabat vitam.

a) Chorinerum *V. Lietb.* b) quumque cum *cop.*

19) sc. civitas. 20) 1054[to] *dominicae incarnationis anno* Vita Lietb. c. 31. 21) *gregatim vadunt, omnia sua secum portantes cum tota supellectile, parvulis et uxoribus. Nullius heresis nominata secta, nullius religionis divino cultu tenentur; tamen sicut ex eorum interfectis vidimus, more Saracenorum circumciduntur; barbari, crudeles, homicidae, sine affectu, sine pietate* addit Vita Lietb. c. 33.

Gesta Lietb. 37. 27. *De apparitione sanctae Mariae et sancti Andreae.* Iamque propinquabat noctis quarta vigilia, cum ceteris qui in domo erant, in qua decumbebat languidus, soporatis, visus est sibimet quasi semivigilans obdormiisse. Et ecce videt binos daemonum spiritus coram se stare, ferreum tridentem flammivomamque velut de fornace erutam ferentes, quam sicut idem retulit, mortis aculeum nominabant. Dicebant enim, se ad hoc detulisse, ut eam cordi eius affigerent et sic animam eicerent. Quis timor ille, Deus! quis dolor, quae angustiae! laborabat aeger, laborabat et deficiebat; aspiciebat ictus ferire minantium, penitusque dissolvebatur singultiens; dissolvebatur, et inter singultus tantum sonabat: *Sancta virgo virginum, mater Iesu, sancte Andrea.* In hoc tanto tamque terribili tribulationis articulo, inter caligines et umbras mortis, celitus effulgurans irradiat locum sua sanctissima presentia stella maris, mater pietatis, cuius precatu pietas Dei parcit peccantium culpis. Adest, inquam, spes miserorum, salus debilium, daemonum forte lamentum; ferens dextra qua Christum pannis involvens reclinavit in praesepio, vivificae crucis signum, sinistrorsum acclinis super sanctum Andream apostolum. *Quis*, inquit, *nequissimi spiritus tantus terror vestri furoris tantaque vos generis tenuit fiducia vestri, ut eos qui nobis commissi sunt, vobis vindicare velitis? Quid vobis et aegro, quem filius meus reddit sospitati huius sancti Andreae precibus? Abite hinc quantocius, abite!* Cuius ad imperium dicto citius evanescunt illi daemonum spiritus.

ib. 38. 28. *De sospitate per sanctam Mariam et sanctum Andream Fulchero reddita.* Tunc mater pietatis aegrum respexit vultu serenitatis, vultu quo inter convivantes suggerebat deficere vinum, illo inquam vultu, quo dolentem respexit Theophilum, vultu dulcedinis et gratiae, eo inquam vultu languidum iam paene mortuum daemonum manibus erutum respexit, et ut surgeret pontificemque suum sequeretur imperando significavit; sicque recessit. Recedente visione, qui sibi dormire videbatur aeger oculos aperuit, et ita se sanum sospitemque repperit, acsi nil mali pertulisset. Mox acclamato puero, qui sibi ad hoc remanserat, si moreretur ne insepultus maneret, precepit ut quantocius vestimenta sibi deferret, viaeque pontificem sequuturae necessaria cuncta pararet. Illo eum amentem putante, protinus surrexit ipse, dominum domus vocavit, quantum pro impendiis sibi collatis debeatur quaesivit; computatis et redditis, equos suos quam celeriter parari iubet, puerumque suppellectilis suae nihil oblivisci monet. Quem non solum paterfamilias, in cuius hospitio manserat, miratur incolumem, sed omnis vicinia gaudet ipsius sospitate. Gaudet et cuncta civitas et applaudit, quoniam quem precepto euangelico statuerant morientem sero sepelire, cernebant mane velocibus equum suum passibus emittere. Ipse vero cunctis quaerentibus laetus referebat, quanta sibi per suam gloriosam genitricem sanctumque Andream apostolum fecisset Dominus Inde gradu citissimo, suo comitatus cliente, festinat consequi pontificem, quem pietas et providentia Dei adhuc detinebat in littore.

ib. 39. 29. *Dum per littus episcopus deambulat, Fulcherus sospes advenit.* Sol etiam exoriens crinitis radiis futuram signabat tempestatem; quod providi nautae caventes differebant navigationem. Inter haec hora diei tertia, dum pontifex in littore deambulans secum defleret casum derelicti fidelis, nunciatur ei a prospicientibus, domnum Fulcherum venire. Primo stupefactus, dein mentem recolligens, inquirit, qualiter id scirent? Illis referentibus, equos quos ille equitare solebat et vestimenta eius se veraciter vidisse, suspirans ait: *Potest esse; non est Fulcherus sed fortasse puer ipsius, qui sepulto domino nos prosequitur. Nam Fulcherum nisi sola Dei clementia iam non spero videre. Attamen non diffido de Christi misericordia, quae sororibus reddidit Lazarum, viduae unicum filium.* Dum haec secum loquerentur, et intenti venientes illos prospicerent, adest Fulcherus. O quantum fuerit gaudium, quanta laetitia noverit mens humana. Quid qualiterve contigisset, sibi non erat referre licitum; tantus erat tumultus atque tanta frequentia sese complexibus eius ib. 40. ingerentium. Recepto comite iussu nautarum domnus pontifex navem conscendit cum suis. Nautae remis insurgunt totis viribus,

prosequitur surgens a puppi ventus euntes.
Linquunt Laoditiae portus pelagoque volant
crebrisque legunt freta concita terris.
Vela pandunt et cava trabe curritur aequor.
Postquam altum tenuit navis nec iam amplius ullae
apparent terrae, caelum undique et undique pontus
illis caeruleus, supra caput adstitit imber
noctem hyememque ferens et inhorruit unda tenebris
Continuo involvunt venti mare nigraque surgunt
aequora.

ib. 41. Periclitantes itaque tempestate valida quassata ad insulam Cypri appulerunt[22]. Ubi cum iterum Hierosolimam proficisci parant, rursus ad Laoditiam revehuntur. Sed cum iam nulla spes eundi Hierosolimam superesset consilio Laodicensis episcopi redeundi iter moestus arripuit[23].

30. *De ecclesia sancti Sepulchri.* Post Nicolaum papam, ut supra cap. 16. retulimus, Romanam sedem Anselmus qui et Alexander rexit annis 9 menses 6. Domnus Lietbertus episcopus regressus ab infecto ib. 47. itinere, quo Hierosolimam ut dictum est cupiebat adire, sed obstantibus diversis periculis terris iactatus et undis, compulsus est retrorsum abire, alias intendit animum, ecclesiam scilicet in honore sancti Sepulchri, sicut hactenus cernitur, ib. 49. extra murum Cameraci aedificare[24]. Et quod egregia mente concepit, devotissime ad finem usque complevit. Nam

22) *Quem princeps illius insulae, quem Katapant, hoc est, secundum dominum, vocant, timens ne in manus paganorum incideret, a pridie Non. Iul. usque ad pridie Kal. Aug. detinuit* addit Vita Lietb. c. 41.

23) Vita Lietb. c. 42. addit: *In regnis Lothariensium necnon Francorum simultationibus exortis quampluribus, imperator Henricus et rex Francorum Henricus, ut eas sedarent, ad colloquium convenerunt, sed imperfecta pace discesserunt. Nec multo post Henricus imperator presente papa Victore, qui pro causis papatus per Romanos male tractatus, apud ipsum conquesturus venerat, diem clausit extremum. Post eius mortem cum filio eius Henrico et regina, domno papa arbitro, sed et iudicibus episcopis et principibus regni, pro simultatibus quas contra patrem habuerat, reconciliati sunt uterque comes Balduinus, pater scilicet et filius. Cui placito interfuit domnus pontifex Lietbertus, intonsus adhuc sicut a peregrinatione rediens ad suam civitatem nondum venerat; qui familiariter ipsum comitem ab exordio sui pontificatus dilexerat.*

24) Vita Lietb. c. 46 haec ita exhibet: *Illud oratoriolum qua de causa constructum fuerit, plenius exequemur. Temporibus domni Gerardi s. memoriae episcopi, huius d. Lietberti predecessoris, exorta fames Cameraci, sed et in regionibus circumquaque adiacen-*

decenter constructam, accitis multorum corporibus sanctorum, ministrante sibi domno abbate Waldrico, anno Dei Christi 1064. solemniter dedicavit; et monachos inibi Deo servientes velut mulieres ad Christi sepulchrum excubantes instituit[25]; necnon et sepulchrum in eadem ecclesia, in quo et conditus est, sibi parari fecit[26].

Vita Lietb. c. 43.

31. *De donis Fulcheri sancto Andreae oblatis.* Nec praetermittendum est, quod episcopus a via de qua supra diximus noluerit intrare Cameracum, ni prius reviseret Novum Castellum, sui principatus fidele municipium, quod ob sancti Andreae memoriam diligentius excolebat. Quo perveniens domino comitatus Fulchero cumque ceteris suae familiae comitibus, officiosissime suscipitur ab omnibus, susceptusque in templo sancti Andreae ducitur ad orationem. Prostratus solo non quaesivit in oratione lacrimas, quas semper familiarissimas habebat. Deinde surgens dedit benedictionem Quos in tempore potuit exosculatis, processit palam, cunctisque refert, quantos viae pertulerit casus. Tunc dominus Fulcherus eo praesente procedit ad altare, narrans quae quantave per suam gloriosam genitricem sibi fecisset Dominus sancti Andreae meritis et precibus. Post capitis deditione videntibus cunctis sese sancto tradidit Andreae offerens super sanctum eius altare duas uncias auri purissimi. Utque in eodem loco ad honorem Dei et memoriam sancti Andreae pro se perpes servitus esset, filium suum nominatum Fulconem tradidit ibidem. Quo monacho facto, victualibus fratrum magna donaria contulit, quae privilegiorum iure pontificis auctoritate firmavit, altare scilicet de Lelycis, et in emendo allodio de Maretz ipse domnus episcopus decem uncias auri dedit. Alium quoque filium Fulcherus Attrebati monachum effecit, quem postea venerabilem Hunocurti abbatem vidimus.

1066.

32. *De bello in Anglia facto.* Anno autem Dei Christi 1066. ad occidentalem plagam unus ex cometis admodum visu terribilis crinitos radios velut flammigeras hastas emittens, vespere solem sequens per octodecim dies apparuit. Quod genus syderis, quod erunt bella, aut famem aut pestilentiam portendere solet; hoc regni etiam mutationem ipsa sua apparitione praesignavit. Nam Wilelmus Normannorum comes, parata non parva classe, assumpta magna militia, mare pertransiit. Qui terrae applicans, naves omnes penitus concedi fecit, scilicet ne suis superesset ulla spes refugii. Itaque rex Anglorum Heroldus, olim contra predictum comitem Wilelmum periurus — nam filiam[a] eius se accepturum iuraverat, tunc forte regressus a nece fratris sui Tostini, qui captando partem regni eius contra eum arma commoverat — tunc inquam sinistris excitus nunciis, collecta ingenti copia Anglorum Norwicorum ad prelium paratus contra Normannos, qui iam sibi tres munitiones prope littus maris extruxerant, progreditur. Quid multa? inito certamine Normanni victores existunt, Angli terga vertunt, maxima pars utrobique interit; rex quoque Heroldus interfectus occubuit; sicque comes Wilelmus regnum obtinens, die nativitatis Domini in Londonia ungitur in regem.

1071.

33. *De prelio apud Cassellum facto.* Bellum quoque in Flandria gestum apud villam quae est Cassellum, ex quo cetera bella circumquaque per terras et multa mala pullularunt, hic dignum duximus inserendum. Rotbertus namque, qui et Friso dictus, pro eo quod in Frisia est nutritus, audiens comitem Balduinum fratrem suum obiisse et duos filios Balduinum et Arnulfum heredes post se reliquisse, dolensque nimis se iamdudum omni honore Flandriae a patre suo et fratre exclusum penitus esse, quia vide-

a) filium *cop.*

tibus, adeo invaluit, ut morientium corpora capere non valerent cimiteria Cameracensis urbis. Incidit igitur ipsi domno Gerardo rationabile consilium, ut extra muros civitatis fodere faceret polyandrium, quod receptui foret tot corporibus condendorum pauperum; iuxta quem locum ecclesiam postea in honore dominici sepulchri constructam consecravit, ut propter reverentiam tanti nominis sepultura ibi esset pauperibus et peregrinis. Quam temporum labente curriculo dum meliorare disponeret, diurno fessus senio defunctus est. Ipse vero domnus Lietbertus, predecessoris ac magistri tali ac tanto animatus exemplo, devotas ipsius primitias laboraturus intravit; et quoniam parva erat ecclesia, intactam reliquit, et iuxta eam ampliori et meliori scemate monasterium, sicut in presenti cernitur, aedificavit. Huic tanto operi exequendo cooperatores et ministros constituit domnus pontifex eos, quos in peregrinatione Iherosolimitani itineris adnotavimus fuisse socios, domnum Walcherum archidiaconum videlicet et Erleboldum, iudicem civitatis et ministrum. Quae ad verbum omnia excepta sunt ex Lietberti diplomate apud Miraeum Opp. dipl. I, 155. 25) Vita Lietberti c. 49. addit: *Actum et consecratum d. i. a.* 1064. *indictione* 2, *anno quoque pontificatus domini nostri et patroni Lietberti* 14. *Romae presidente papa Alexandro. Et ne monasterium extra civitatis ambitum remaneret, studuerunt ampliare moenia, circumdantes omne illud monasterii aedificium vallo et fossa cum civitate tota. Quod duabus ex causis eos fecisse constat: ut civitas amplioribus aedificiis et plurimis habitatoribus nobilitaretur, et circummanentes ipsi loco civitatis firmitate munirentur. Ecclesiam vero, quam diximus mansisse intactam, postea multorum labente temporum cursu Walterus abbas eiusdem loci, quoniam nimia vetustate decidebat, ampliare meliorando studuit, additisque sanctorum pignoribus memoriam sanctissimi Nicolai ibidem constituit.* 26) Vita Lietb. c. 66: *Ibi quoque ante quinquennium quam vita decederet, effodi sepulchrum sibi fecit; quod certis diebus revisens, et primo quidem desuper incumbens, lacrimis et gemitibus fossam perfundebat, deinde pane vel carne vel aliis cibariis implebat, quae pauperibus erogari mox faciebat.*

licet eum non legitime conceptum fuisse suspicabatur: non tulit ulterius, sed clam Flandrenses oras ingressus, quorumdam nequam hominum dolis aliquas munitiones et castella occupare cepit, et usque ad Cassellum terram sibi vindicavit. Iis auditis, vidua comi- c. 12. tissa Richildis, quam defuncto Hermanno priori marito supra diximus nupsisse comiti Balduino, collectis multis[a] exercitibus cum duobus supradictis filiis Balduino et Arnulfo, Feb. 22. parato quoque rege Franciae in eius auxilium Philippo, eo procedit[27]. Quid plura? commisso prelio Friso validus animo et armis seu ferocibus sociis primam aciem adversariorum audacter irrumpens contrivit, ceteros vero interfecto nepote suo Arnulfo in prima flore adolescentiae posito et necdum militiae usibus apto, multaque strage peracta, in fugam compulit. Ipse etiam rex frena vertit et abiit. Tandem ipse Friso captus a comite Eustachio, apud Sanctum Audomarum in custodia servatur; sed non multo post a Flandrensibus vi magna liberatus, comitatum totius Flandriae potenter obtinuit.

34. *De donariis domni Lietberti ad ecclesiam sancti Andreae.* Ecce dum gesta imperatorum seu comitum productiori sermone prosequimur, a proposito coeptae narrationis longius evagati sumus. His ergo omissis, ad domni Lietberti quam erga ecclesiam hanc tenuit liberalitatem commemorandam paulisper animum intendamus. Nam ea altaria allodia et cetera beneficia quae contulit, nonne haec scripta sunt in privilegio quod ante quinque annos obitus sui in capitulo nostro veniens corroborari fecit? Altare vero de Lambris quomodo nobis provenerit, libet paucis aperire. Cum apud Hainoensem comitissam Richildem, matrem Arnulphi quem in praelio Cassellensi a patruo suo Frisone diximus interemptum, domnus abbas Waldricus non parvam gratiam et locum intimae familiaritatis obtineret: illa se ab eo saepius visitari congaudens, salubri eius consilio frequenter utebatur, et prout secularis cura permittebat, monitis eius parere nitebatur. Interea quidam Rogerus, famosae nobilitatis clericus, quippe Sancti Audomari et Sancti Amati Duacensis prepositus, ipsius comitissae obsequiis fideliter inserviebat, et cuncta eius negotia, utpote totius procurator curiae, disponebat. Qui domni abbatis paulatim et silenter considerans continentiam et per omnia religiosam perpendens eius esse vitam, maiori affectu ei adhaerere coepit, adeo ut multa donaria et tapetia, quae in presbiterio pendere solebant, quin etiam altare de Lambris, domno episcopo Lietberto gaudenter annuente ecclesiae nostrae conferret, et in capitulo veniens, socie-

a, nullis *cop.*

27) Vita Lietb. 58: *Sed Flandrensibus, quorum dolo Robertus ille Flandrias intraverat, dolose pugnantibus et terga vertentibus, ipse puer Arnulfus occiditur; quo mortuo, fugataque matre, totus marchionatus cessit Roberto. Hoc eventu belli nimis efferatus, in tantam prorupit insaniam, ut dominatum Cameracenae civitatis imperio preripere vellet imperiali et suae submittere ditioni. Unde collecto frequenti exercitu, villas civitati proximas depopulans, per cunctam viciniam bachabatur. Quod dum non semel, sed bis annuatim faceret, totamque Cameracensem patriam penitus in solitudinem redigeret: domnus pontifex per internuntios eum saepe commonebat, et ut ab incepto desisteret, nunc prece nunc pretio saepius orabat. Sed ne quidem audire valens, fastu superbiae secularis inflatus minabatur non modo a devastatione regionis non cessare, sed ipsam quoque civitatem, nisi sibi eam redderet episcopus, ad nichilum redigere. Inter hos laboriosos vitae mortalis sudores, inter prescripta sanctorum operum operta exercitia, Deo dignus pontifex fatigatus in infirmitatem decidit, quam per tres continuos annos mira patientia devicit, sustinuit. Quem tirannus ille audiens aegrotare, tamquam de pastoris absentia gratulabundus rursus infremit, rursus in caulas dominici gregis insanit, collecto maximo exercitu velut ex improviso ad civitatem advolat, tamquam expugnaturus eam. Quod factum domnus pontifex gravissime tulit, et ultra quam dici potest indoluit. Precepit quantocius, ut in lecto gestatorio levaretur, et per medias acies bellatorum usque ad tentorium ipsius tyranni portaretur. Tantis siquidem podagrae doloribus angebatur, ut nullo modo in pedes subsistere posset. Delatus ex sententia usque ad tentorium comitis, postquam vidit eum, graviter infremuit, et cum magna severitate scelestos ausus presumptionis eius increpavit, utque de terra dominae suae Mariae discederet, auctoritate pontificali commonuit. Suus enim parrochianus erat, in quantum comitatus Atrebatensis sibi cedebat, quoniam Cameracensis et Atrebatensis ecclesia tunc temporis uni pontifici parebat. Quo non curante, sed mente superba pontificis obiurgationes quasi quaedam ludicra subsannante, pontifex manibus sese sustentans, resumptis viribus in lecto resedit, ut sibi virga pastoralis cum stola sacerdotali porrigeretur imperavit. Quibus acceptis impresentiarum, protinus ipsum comitem cum omni exercitu eius usque ad satisfactionem excommunicavit. Videns comes tantam in viro Dei mentis et iustitiae constantiam, reveritus aetatem et reveritus pontificis auctoritatem, quodque verius est terrore divino percussus, cum esset hora diei nona, movit castra, et licet infrendens, licet minas ingeminans, quantum dies concessit, extra terram quae sibi contradicebatur concessit.*

tatem fratrum et ut anniversarius obitus eius dies, quem agimus 13. Kal. Iunii, semper celebri memoria ageretur impetravit.

35. *De villa Lambris.* Quia vero predictae villae, id est Lambris, mentio facta est, hoc sciendum quod fiscus G. ep. Cam. II, 21. regalis fuerit, sed tempore Stephani episcopi a Carolo rege Francorum sanctae Mariae donatus sit. In ipsa autem villa rex Childebertus forte sepultus est. Qui cum ad obsidendum fratrem suum, qui tunc temporis Tornaci morabatur, ire pararet, beatus Germanus Parisiensis episcopus presago spiritu predixerat, non posse se consummatum ire illiusmodi negotium, si germanae neci eo spiritu intenderet. Hic autem verbis surdescens, exequi parat dispositum. Sed ne beati pontificis irritum habeatur presagium, in ipso itinere morte preventus, in praedicta villa Lambris subterratur.

36. *De Hildebrando venerabili papa.* Post Alexandrum papam Hildebrandus, qui et 1073. Gregorius VII, Romanam sedem suscepit. Hic zelo domus Domini ferventissimus, multa decreta dedit. Super incontinentiam presbiterorum sententias promulgavit, ne quis scilicet missas eorum audiret; filii eorum sacros ordines nullo modo perciperent; investituras ecclesiasticarum dignitatum de manu laici nullus omnino perciperet; qui transgredi presumeret, sacris ordinibus omnino privaretur. Qua de re non solum inter eum et imperatorem grandis exorta est contentio, verum etiam per orbem exinde grave scandalum sancta pertulit ecclesia. Quae controversia usque ad tempora Calixti papae post eum quarti permansit.

37. *De obitu donni Lietberti.* Remensi metropoli post Widonem Gervasius preficitur, vir sane utraque scientia preditus, qui rebus bellicis operam dans, militari manu maxime patriam suaque tuebatur. Hic inter cetera ingentis corporis cervum conflatilem cuprinum, qui hactenus in curia archiepiscopi stans cernitur, opere fusili fieri sua arte excogitavit. In pectore huius cervi hactenus hi versus leguntur:

Dum Cenomannorum saltus lustrare solebat
Gervasius, cervos tum sufficienter habebat.
Hunc, memor ut patriae sit semper, condidit aere.

Domnus Lietbertus post gravissimas infestationes quas ab Hugone castellano de quo multa referuntur perpessus est — Vita Lietb. 22 sqq. nam et ab eo captus interfecto Wiboldo praeposito et in custodia positus, sed per Richildem comitissam liberatus est — tandem senio fessus et Dei servitio fatigatus per triennium gravi languore aegrotavit, sed ministerio domni Waldrici nunquam carere voluit. Itaque anno episcopatus sui 26to, 10. Kal. Iulii, astantibus et orantibus clericis, 1076. feliciter diem clausit extremum.

FINIS SECUNDI LIBRI.

TERTIUS HIC LIBER EST; PRAECEDENS PROLOGUS HIC EST.

Hactenus de gestis trium episcoporum, domni scilicet Erluini, Gerardi, Lietberti, aliqua perstringendo magis quam enumerando descripsimus; et ut poetarum libri ferunt, aurea quodammodo quae in diebus eorum erant secula rememoravimus. In quo opere dignus mihi videor redargutione, qui tantorum virorum vitas et actus qualicumque scripto presumpsi annotare. Constat enim, quoniam qui talia agit, non solum imperitiae suae et presumptionis vitium ostentat, sed et eorum de quibus loqui nititur, verbis ineptis laudes obscurat. Nam pro eo, quod virtutem et gesta Achillis orator descripsit Homerus, veniens ad tumulum eius felicem tali precone eum appellavit Alexander Magnus. Precedentibus duobus libellis de tribus episcopis pauca locuti sumus; nunc in tertio quarti, id est domni Gerardi secundi, mentio agenda est; sub quo iam ad argentea, et post eius obitum ad ferrea saecula nos devolutos esse graviter sentimus. Igitur exequendum est promissum opus, et ad ea quae nostra aetate partim vidimus et audivimus, dirigenda est oratio.

1. *De domno Gerardo episcopo secundo.* Defuncto Lietberto episcopo et in ecclesia 1076. sancti Sepulchri, quam ipse a fundo aedificaverat, cum maxima cleri plebisque lamentatione decenter sepulto, convenit universa civitas, et domnum Gerardum, Bracbatensem archidiaconum, supradicti episcopi Lietberti genere propinquum, totius plebis assensu electum, ad imperatorem dirigunt. Qui acceptis ab eo episcopalibus insigniis, glorianter rediit. Deinde Romam benedictionis gratia expetiit; quem papa Hildebrandus, cognito adventus eius negotio, nec videre voluit, protestans eum excommunicatum, quia contra apostolica sanctorumque canonum et sua decreta, de manu laici et excommunicati, utpote male diffamati imperatoris — qui etiam, quod detestabilius esse probatur, Romanae ecclesiae subditus non erat — baculum pastoralem et annulum accepisset. Quum ergo domnus Gerardus hac obiectione constrictus insignia episcopalia ipsi papae reddidisset,

et pro hac comites eius maximeque Alardus archidiaconus et prepositus, quem postea 28 conversum Martianis[28] vidimus abbatem, nimio merore afficerentur; tandem papa miseratus precatu suorum et cardinalium, gratiam suam ei contulit, et consecrandum ad Hugonem de Diis[29], venerabilem Lugduni archiepiscopum et totius Galliae legatione functum, transmisit. A quo de more ecclesiastico decenter consecratus, prospere cum suis gaudentibus repatriavit.

2. *De vastatione Cameraci.* Nec multo post causa extitit, qua curiam imperatoris adire eum oportuit. A qua rediens cum ad oppidum quod est Laubias devenisset, nunciatur ei cives Cameracenses coniuratione facta statuisse, quod nullus ei intrandi civitatem daretur locus. Iis auditis perturbatus episcopus, quid facto opus sit, animo tractare coepit. 30 Deinde accita non parva amicorum copia, comite quoque Balduino[30], versus Cameracum vias dirigunt. Quid plura? Appropinquantes portis et illis ad resistendum paratis, dolo simulant iurantes se cum pace venire; et sic permissi intrare, citius fidem rumpunt, domos invadunt, cellaria diripiunt, scrinia confringunt, et omnia direptioni tradentes, aurum, argentum, vasa, vestes, et quicquid delectabile erat auferentes, certatim multimodis onerati spoliis, multisque hominibus captis, ad sua quisque repedarunt. Et sic domnus Gerardus in sua relocatur sede.

3. *De quodam homine Ramihrdo.* Contigit post haec episcopum ad villam Lambras, quae tunc sui iuris erat, devenisse, et ibi aliquantulum demoratum esse. Ubi cum ei a narrantibus intimatum esset, hominem quendam nomine Ramihrdum, apud proximam villam quae est Scherem manentem, multa preter fidem dogmatisare, et iam sub doctrina sua multos discipulos maximamque utriusque sexus plebem sibi consentaneam adquisivisse: tunc sine mora adductum de vita et de doctrina eius sciscitans, cum eum ad obiecta respondere videret, ad sedem Cameracensem pertrahi eum iubet, ut ibi super his plenius discuteretur. Certo itaque die accitis abbatibus et clericis sapientibus, productus in medio de fide catholica exquiritur. Sed ille verae credulitatis sanctionem per omnia profitetur. Cumque ad hoc confirmandum dominici sacramenti particeps fieri ab episcopo moneretur, refugit, dicens a nullo abbatum nec sacerdotum nec etiam ab ipso episcopo hoc se percepturum, quod aut symoniae aut alicuius avaritiae noxa adstricti tenerentur. Hiis verbis omnes in ira commoti, pro heresiarcha eum indicant haberi; et ita discessum est. Quidam vero de ministris episcopi et alii multi deducentes eum in quoddam tugurium inducunt, et non reluctantem, sed intrepidum et ut aiunt in oratione prostratum, admoto igne cum tugurio combusserunt. Qui multa fecerat et docuerat, hic finis eius. Plurimi tamen, qui ei adhaeserant, de ossibus et pulvere eius aliquid sibi rapiebant. De cuius secta per quaedam oppida multi manent usque adhuc. Et eius nomine censentur textrini operis lucrum exercentes[31].

1079. 4. *De Aquicinensi coenobio.* Sub iisdem fere temporibus duo viri genere nobiles, Sigerus de Lohes, Walterus filius Ursionis, cum sociis multis, relicta saeculari militia 32 Deo militare disposuerunt; et locum quendam secretum religioni aptum super Ischarb[32] fluvium, aqua cinctum, ad habitandum delegerunt. Inde domnum episcopum Gerardum Cameraci, quia locus ille eius erat parrochiae, expetunt, et habitandi licentiam et construendi ecclesiam ab eo deposcunt. Ille autem non tantum quae petebant annuit, sed etiam adiutor eorum et cooperator aedificationum, quae monachis essent habiles, esse coepit. Hugo quoque decanus Sanctae Mariae omni cura totoque animo eo coepit intendere, pecuniam altaria ceteraque necessaria largiendo toto affectu ministrare, adeo ut in brevi locus ille a Deo sublimatus, ecclesia clericis probisque viris repleretur, et

28) Marchiennes. 29) Die en Dauphiné. Ita enim correxi, quod copia habebat: *Hugonem Oediis.* 30) Montensi. 31) Hac de re loquitur Gregorius VII. in epistola 25. Mart. 1077. data ad Godefridum Parisiensem episcopum, quam affert Le Glay ex Greg. reg. IV, 20: „*Item relatum nobis est, Cameracenses hominem quendam flammis tradidisse, eo quod simoniacos et presbiteros fornicatores missas non debere celebrare, et quod illorum officium minime suscipiendum foret, dicere ausus fuerit. Quod quia nobis valde terribile, et si verum est omni rigore canonicae severitatis vindicandum esse videtur, fraternitatem tuam sollicite huius rei veritatem inquirere admonemus; et si eos ad tantam crudelitatem impias manus extendisse agnoveris, ab introitu et omni communione ecclesiae auctores pariter et complices huius sceleris separare non differas, et nobis huius rei certitudinem, necnon quicquid de superioribus causis effectum fuerit, per litteras tuas, quam citissime poteris, indicare stude*“. 32) Scarpe. Ampliorem huius fundationis historiam videsis in Auctario Aquicinensi ad Sigebertum, Mon. SS. VI, 393.

studiose ac religiose servitus Dei ibi ageretur. Quae congregatio in tantum Dei nutu excrevit, ut etiam domnus Alardus Hasnoniensis monachus abbas ibi preficeretur, et nobiles quique pagenses vel ex aliis provinciis saeculo renunciantes, ibi sub norma sanctae religionis confluerent. Hoc itaque coenobium usque hodie rebus saeculi dilatatum, omni floret religione, et circumquaque monasteria multa sanctitatis illustrat odore.

5. *De obitu domni Waldrici abbatis.* Rexerat domnus abbas Waldricus ecclesiam hanc[33] annis 36, seque boni operis exemplum subditis per omnia prebuerat, multasque 33 possessiones, altaria, allodia, suo studio adquisierat. Superveniente igitur die, quo divina pietas eum ab aerumnis saeculi disponebat eripere, subita corripitur aegritudine; et decidens in lectum, convocatis fratribus post salutaris monita exhortationis ultimum valedicens, plenus dierum anno Dei Christi 1083, Idibus Iunii, diem clausit extremum, et in medio ecclesiae sepelitur cum maxima lamentatione fratrum et aliorum.

6. *De electione abbatis Guiffridi.* Convenientes fratres ad eligendum abbatem, quattuor de suis eligunt, et eos cum baculo pastorali ad episcopum dirigunt, ut cuicumque eorum abbatiam daret, ceteri laudarent. At ille eiusmodi electionem perpendens non esse probabilem, distulit, et acceptis induciis eos redire precepit. Interim domnus Petrus abbas Belvacensis pro fratre suo domno Guiffrido, et eius petitione episcopus Laudunensis, precatorias litteras domno Gerardo episcopo transmiserunt. Hugo quoque castellanus[34] cum aliis multis pro hoc ipso precator accessit; et hiis animatus precibus 34 episcopus Gerardus abbatiali dignitate sublimavit. Quam ille susceptam per aliquot annos strennue rexit, sed postea continuis imminentibus guerris et maxime fame magna, ecclesia haec devoluta est paupertati.

7. *De bello apud villam Castenerias facto.* In illo tempore apud Cameracum inter Oilardum preclarum militem et Iohannem Ottonis filium, pro quadam villa Vinciaco[35], gravissima exorta est contentio, adeo ut ab invicem separati, alter eorum, id est Iohannes, cum Fulchone nepote suo Cameraci manens, bella pararet; alter vero, id est Oilardus, in hanc villam[36] veniens, conductorum militum sibi copiam adsumeret. Quadam autem die tempore messis, cum hinc atque illinc egressi ad villam Castenerias[37] venientes sibi obviassent, armati congrediuntur; et commisso gravi prelio, pauci ex parte Oilardi, sed multi ex Cameracensi exercitu corruerunt. Ibertus quoque nepos episcopi, et Ado de Belen[38], egregii viri, interfecti sunt; Fulcho quoque cum multis famosis viris 38 captus est. Et sic Oilardus victoriam adeptus, gaudens recessit, et spolia equos et captivos militibus suis largissime divisit. Et predictum Fulchonem, sororium suum, in captione anno uno detinuit; sed postea per episcopum et Theodericum de Avesnis concordati, amici permanserunt.

8. *De muliere a demonio vexata.* Quod autem sub occasione predicti Oilardi hic vidimus contigisse, nemini sit onerosum vel legere vel audire. Hic siquidem cum virtute militiae circumquaque famosus viribus et armis Cameracensem tueretur patriam, contigit eum aliquando more suo in pago Viromandensi predationem multam fecisse, et capta preda plurimisque captis hominibus, prospero successu citius remeare. Forte mulier quaedam, coniugis sui captionem graviter plus aequo dolens et acuti doloris impatiens, quam concito cursu poterat sola sequebatur. Sed non erat facile, ut consequeretur. Igitur inclinata iam die, imminente vespera, nox facta erat, cum illa proximam silvam deveniens, nusquam progredi valens, oppressa scilicet noctis tenebris, merore et lassitudine corporis, se sub reperta arbore lassata volens requiescere membra . . . . .[a]

9. *De apparitione maligni spiritus.* Haec diu semivigilans iacuerat, cum repente malignus spiritus sub aliqua visibili specie coram ea adstans, et ut ipsa nobis postea retulit, quasi cappam unam in manu deferens, induit eam, et sic eam ex toto possedit. Illa mox effera et sui omnino nescia prosilit, et quod reliquum erat noctis, silvam peragrans, tandem mane facto e silva progreditur. Diuque vaga per agros discurrens, ab incolis comprehensa ligatur, et magis ferinis quam humanis vocibus inclamitans, ad hoc monasterium verberibus agitata perducitur.

a) *excidit una vel altera vox.*

33) S. Andreae. 34) de Oisy. 35) Vinchy, prope Cambrai. 36) le Câteau. 37) Cattenières, arr. de Cambrai. LE GLAY. 38) Bellain, arr. de Valenciennes. LE GLAY.

10. *De liberatione mulieris daemoniacae.* Quae dum liminibus ecclesiae propinquaret, velut immane precipitium precavens, retrocedere, et ne intraret toto annisu reluctari; sed a presentibus impulsa, immo illata, in medio templi sparso stramine collocatur. Ibique quamvis stricte ligata, miserabiliter huc illucque volutabatur. Horrida facies, flammantes oculi, horrorem quodammodo intuentibus ingerebant. Nam et ore spumans linguamque dentibus masticans sanguineam salivam in aspicientes expuebat, ut aperte daretur agnosci exterius, quo habitatore vexaretur interius. Nos vero diris eius clamoribus et strepitu vulgi concurrentis permoti, post aliquot horas accessimus; et maligni hostis in ea habitationem perpendentes, simulque eius calamitati compatientes, prolatam aquam reliquiis sancti Andreae reverenter signavimus, et sumendam ori eius obtulimus. Illa vero, ac si mortiferum quid abhorrens, quantum potuit a se indignanter repulit. Sed adstantes supinatae eique dentes stringenti instanter ori eius infundere coeperunt, donec ipsa anhelitum retrahens, aliquantulum ex ipsa aqua perciperet in gutture ac deglutiret. Quo facto cerneres in momento sicut ignem extingui aqua, totum furorem eius omnino mitigatum deferbuisse, et ipsam velut alteram effectam, et iam immutatam, leni vultu, blandis oculis nos respicientem, et lenta voce loquentem. Porro nos, cum circumstante plebe voces laudis emittente, nec a laudibus nec a lacrimis cessare poteramus, quippe qui divinam gratiam presentem ibi meritis sancti apostoli operatam esse videbamus. Protinus illa soluta a vinculis, erigit se, et quassata membra sustentans, pedetentim gressus movere coepit, admirans unde huc venerit, vel quis eam desub arbore tulerit, aut quomodo cappa, de qua supra diximus, exuta fuerit. Sed ab hiis qui aderant, quae circa se gesta erant certius agnocens, et ad se plenissime reversa, ante altare cum lacrimis prosternitur, et se ancillam sancti in aeternum esse devovit. Ac postea refecta cibo — nam in triduo nihil victus sumpserat — recepto quoque marito, gaudens et sana remeavit ad propria.

11. *De discordia regni et sacerdotii.* Hildebrandus papa Romanae sedi cum omni religione presidebat. Sed imperator Henricus Romanae ecclesiae et decretis apostolicis concordare nolebat; immo excommunicatus omnes subditos papae episcopos graviter insequebatur. Nam et antecessores suos talibus decretis numquam consensisse dicebat, quia et episcopalia insignia omni tempore dedissent. Preterea elatum eum faciebat victoria, qua Rodulfum quendam, quem Saxones sibi contra eum regem prefecerant, ante annos quamplures in bello interfecerat. Filius quoque eius Henricus iuvenis et marchisa Mathildis frequenter ei quamplurima bella parabant. Igitur post prefatum
1088. Hildebrandum Odo, qui et Urbanus, in Romana sede successit, vir sapientissimus, prius Remensis canonicus, postea Cluniacensis monachus, dein papa est effectus. Hic per omnia predecessoris sui in ecclesiasticis sanctionibus secutus est vestigia. Remensem vero ecclesiam post Gervasium Rainoldus, Turonensis ecclesiae custos, regebat. Domnus vero Gerardus Cameracensi bene presidebat. Patriam autem eius miles Oilardus, quem supra memoravimus, virtute sua et prudentia pacatam undique et opulentam faciebat. Sed quomodo vel quo infortunio tantum defensorem plebs amiserit, paucis intimandum.

12. *De morte Oilardi.* Hic itaque cum quadam die de curia Flandrensi revertere-
39 tur, et terram Hugonis castellani, postea monachi[39], pertransire vellet, Symon filius ipsius Hugonis cum militari manu eum prosecutus, in ecclesiola villae quae est Chaun, cum uno tantum comite — nam ceteri relicto eo dispersi fugerant — inclusit, et mira virtute gladio pugnantem, clypeo se protegentem donec ferientium ictibus concisus e manibus laberetur, multis confossum vulneribus interfecit. Sicque mortuus delatus ad nos, in claustro nostro sepultus, sub marmore clauditur uno. Hic finis eius, omni patriae dolendus. Ab ipso etiam habemus allodia multa, quae hereditarie possidebat,
41 de Mediolanis[40], de Beccheniis, de Buhen[41], de Formeiis, de Fontanis.

1089. 13. *De plaga ardentium.* Anno Dei Christi 1089, celebri memoria ubique terrarum innotuit, et libris annalibus traditum describitur, cum iusto Dei et aperto iudicio, peccatis superbae plebis exigentibus, sicut ignis ira Dei exardesceret in his regionibus, maxime Bracbatensi: miserabilis plaga facta est ardentium, in quibus restinguendis, in plerisque sanctae Dei genitricis ecclesiis, et maxime Tornaci, piis eius meritis et gloriosa inter-

39) Valcellis, quam abbatiam fundavit a. 1131. LE GLAY. 40) Melun. LE GLAY. 41) Bohain. LE GLAY.

cessione facta sunt praeclara miracula. Tunc ex diversis terrae partibus, non solum vicinis sed et longe positis et etiam transmarinis, plebs innumerabilis utriusque sexus ad ecclesiam Tornacensem confluebat pavida. Nam quod de aliena carne videbat, hoc unusquisque in se fieri pendulo corde verebatur. Intrantibus vero ipsam ecclesiam plenam utique languentibus, stupor ingens et lacrimabile fiebat spectaculum, cernere scilicet alios miserando gemitu rugientes adhuc plaga ignis graviter cruciari, aliorum vero pedum, quorumdam autem tibiarum, usque ad genua vel usque ad coxas consumptis carnibus, ossa arida pendere; quosdam autem iam extinctos velut truncos, huc illucque iacere, et nusquam nisi portatos progredi valere. Sed de his pro tempore iam satis dictum, quamvis pro hac vel alia peste semper et ubique metuendum, et divina iudicia nobis iugiter imminere sit credendum.

14. *De quadam muliere hic sanata ab igne.* Eodem tempore mulier quaedam, predicto igne in summitate pedum accensa, ad ostium nostri monasterii curru subvecta deponitur; et lacrimosa suspiria diris permixta clamoribus emittens, suorum manibus, comitante turba multa — nam de simili poena sibi quisque timebat — prope altare sancti Andreae collocatur. O cui tam saxeum pectus tamque ferrea mens tunc inesse posset, quem illi fletus, illi dolores miserae mulieris sanctum apostolum iugiter invocantis, vel usque ad lacrimas non emollirent? Nam cui humana presidia nullo modo poterant subvenire, hoc solum restabat solatium, pro ea respectum divinae pietatis implorare. Tunc antiquiores seniorum nostrorum cum reverentia reliquias sancti Andreae accipiunt, et locum diri vulneris ex eis signantes, ter pedibus eius modum crucis circumtulerunt. Quod ut factum est, illa paulatim a clamoribus quiescens, summatim visa est dormire; viditque virum canis crinibus decorum, hilari et reverenda facie, veste quoque candida sibi adsistere, et sicut antea reliquiis, similiter eodem modo locum doloris manu sua signare, et sic omnem ardorem extinctum esse. Mox illa excitata, abeuntem sequi conata, exclamat voce magna, sanctum Andream adesse, et non fallitur integre restituta. Ad hanc concurrimus omnes, et ultra quam credi possit, gaudentem et quasi resumpto spiritu suscitatam intuemur, et quid sibi acciderit, attentius perscrutamur. At illa visionem gratanter commemorans, Deo et sancto apostolo sanctaeque Maxellendi laudes et gratias agebat. Sed plebs occurrens quantas pre gaudio lacrimas fuderit, et quanto iubilo ymnum *Te Deum laudamus* cecinerit, magis credendum quam sermone pandendum.

15. *De quodam fratre Alberto.* Huius rei spectaculo intererat et ministrabat quidam frater noster Albertus, utpote sacrorum vasorum custos et ecclesiae minister; qui quod monachali pretendebat habitu, vitae et morum probitate complebat, prout humano iudicio vel experientia potest comprobari. De cuius conversatione pauca et non cuncta quae vidimus, nemini sit onerosum si hic breviter inseramus. Hic siquidem sub domno abbate Waldrico habitum nostri ordinis suscepit. Dein psalmos aliquos addiscens, et in dies ad meliora proficiens, tandem vasa altaris tractare et huiusmodi obsequiis iussus est deservire. Hic custos oris sui et contemptor corporis sui, veste cilicina usque ad talos subtus utebatur; a vino omnino et cibis lautioribus abstinens, pane contentus servitorum, portionem suam vini et reliquarum escarum languidis et infirmis exportabat. Certum eius lectum aut vix aut nullatenus quisquam noscere quibat; sed ante altaria, ubicumque somnus vel lassitudo corporis coegisset, prostratus humi quiescebat. Ubi etiam sanctos apostolos Petrum et Andream sibi apparuisse et quaedam sibi dixisse, de quibus non est dicendum, per singula uni ex fratribus nostris confessus est, domno scilicet Dodoni, compatriotae et familiarissimo sibi, quem postea abbatem et construendi operis huius templi procuratorem habuimus. Quid referam, prefatum Albertum saepius fasciculos lignorum noctu ostiis pauperum apposuisse, et in via lupos eum multoties comitatos fuisse? Audivimus, eum etiam fuisse confessum, quia dum quadam nocte de Waldoniscuria quendam solus in humeris crucifixum afferret, omnes arbores secus viam se ei inclinasse; nimirum quia congruum erat, creatoris imagini creaturam prosterni. Sed ne plus verba protraham, tandem impetrata a domno episcopo Gerardo et capitulo nostro licentia, Iherosolimam pia intentione et dominici sepulchri desiderio cum uno tantum socio intendit. Nobis tamen incognitum, quid de eo acciderit.

16. *De obitu domni Gerardi episcopi.* Domnus episcopus Gerardus, anno pontifica- 1092.

tus sui 16, in hac villa morbo correptus, in domo sua superveniente vocationis suae
42 hora defungitur[42], et Cameraci delatus, in medio ecclesiae anno 1092. tumulatur. Post cuius mortem undecumque pessimi quique coeperunt emergere, et multiplicata sunt mala in terra Cameracensi, omni defensore viduata, quae enumerare nec haec nec aliqua sufficit pagina. Multoties igitur Cameracensis cleri plebisque concio ad eligendum pontificem conveniebat. Sed dum quisque pro velle suo loqui presumebat, omnes in commune nihil proficientes, discedebant. Denique post multas perturbationes clericum quen-
43 dam Manassem canonicum, Suessionensis comitis[43] fratrem, eligunt et cum magno apparatu ad imperatorem transmittunt. Sed furtivis litteris post eum missis accusatus, inanis rediit, et a spe fraudatus remansit.

1093. 17. *De Atrebatensi ecclesia.* Interim Atrebatenses clerici, tempus opportunum sibi post maximam disceptationem Cameracensium habentes, quo de iugo Cameracensis episcopi subiectionis colla excuterent, Romam adeunt, Urbano papae causam suam suggerunt; ut Atrebatensem ecclesiam tanto tempore ancillatam iam miserando liberam efficiat, lacrimabiliter implorant. At ille crebris multorum maximeque regis Francorum precibus exoratus, predictam ecclesiam amodo et usque in saeculum cardinalem episcopum habere dato privilegio constituit; et ad hoc corroborandum, clericum quendam religiosae vitae, Lambertum Islensem, episcopum ibi ordinari praecepit; sicque ecclesiam
44 Atrebatensem a Cameracensi divisit[44].

18. *De electione Walcheri.* Manasses itaque repulsam suam graviter ferens, ad archiepiscopum Remensem se contulit, et ut opem ei conferat, per amicos suos obnixe precatur. Ille vero recitatam secundum compertam veritatem veracium testium tam Cameracensium quam aliorum eius electionem, in conventu Remensis capituli confirmavit. Preterea Cameracenses Walcherum, Brachatensem archidiaconum et Tornacensis seu Noviomensis ecclesiae custodem, in episcopum eligunt. Qui missus ad imperatorem, in die sancti Andreae donum episcopatus ab eo suscepit, et auctoritate Romani pontificis Urbani ab archiepiscopo Remensi consecratus, civitatis Cameracensis regimen optinuit. Hic multa preclara gessit; castella atque municipia multa Cambrisiacum et civitatem opprimentia viriliter diruit; iustitiam quaerentibus faciens, omnem provinciam subactis hostibus pacificavit.

1095. 19. *De concilio Arvernensi.* Urbanus papa a Roma in Gallias deveniens, anno Dei Christi 1095. apud Arvernensem urbem, quae est Clarusmons, concilium innumerae multitudinis aggregavit, ubi multa decreta relatu digna dedit, viam Ierusalem instituit, de statu sanctae ecclesiae satis et sufficienter tractavit. Tunc Manasses stans in medio clamorem fecit de domno Walchero, electioni suae iniuste subintroducto, episcopatum videlicet Cameracensem, sibi invasione detestanda usurpante, et ut uno verbo eius utar, *intrusit se,* inquit, *in meam electionem.* Finito clamore et Walcheri dicta responsione, admirati iudices tandem simul in hoc concordantes protulere sententiam: primam scilicet electionem ratam, secundam vero, id est Walcheri, irritam esse debere. Porro Walcherus iam de concilio recesserat, quia nos qui cum eo ieramus, hac et illac auriculantes, tale ei iudicium fore predixeramus. Data sententia, Manasses in ipsa sede Walcheri ut episcopus substituitur; Walcherus si se deinceps de episcopatu intermittat, excommunicatur. Multa de ipso concilio, plura quae de ipsis postea contigerunt, et quomodo eorum[a] Cameracensis patria omnino devastata et civitas pene fuerit desolata, quamvis sint stupenda, preterimus, qui iam amplius haec rememorari superfluum esse et inutile ducimus.

1096. 20. *De ordinatione Manassae episcopi.* Rumoldo Remensi archiepiscopo obeunte, Manasses prepositus succedit, parum quidem litteratus, sed elemosinis et curae pauperum studiose deditus; a quo supradictus Manasses in episcopum est ordinatus.

1096. 21. *De via Hierusalem.* Anno 1096, per admonitionem saepefati papae Urbani,

a) *excidisse videtur* discordia, *vel* causa, *vel tale quid.*

42) 2. *Idus Aug.* secundum Necrologia beatae Mariae et S. Sepulchri Cameracensis, et S. Salvatoris Aquicinensis, 3. *Idus Aug.* secundum Necrol. Fidemiense, in bibliotheca Cameracensi 730, *pridie Kal. Aug.* secundum Contin. Gaugericianum cap. 9.

43) Iohannis I. LE GLAY.

44) Gesta huius separationis cum omnibus chartis eo spectantibus ex codice Atrebatensi iam Boloniensi s. XII, de quo cf. Annales nostros VIII, 406. edidit Baluzius Miscell. V, 237.

habitantes terram viam Ierusalem aggredi coeperunt, et usque in fines orbis terrae sonus et amor eundi percrebuit. Comites, principes, nobiles, vulgusque promiscui sexus ire certabant; portenta et signa in coelo se videre multi asserebant. In qua via quanta pericula, quot corporum incommoda, quantas fames, quanta prelia, maxime in Antiochia pertulerint, quo labore, quibus pressuris ad Hierusalem pervenerint, qua arte, qua industria quadragesimo obsidionis die, interfectis multis milibus Sarracenorum, eam ceperint, quanto studio sepulcrum Domini et loca sancta mundaverint, non est nostrum describere; quae magis proprii et lati codicis indigent inscriptione, presertim cum de eis et cantica ubique diffusa et carmina quaedam descripta habeantur.

22. *De domno Odone episcopo.* Postquam episcopi duo, Manasses et Walcherus, diutina dissensione per longa tempora defecerunt, Odo Aurelianensis scolasticus, Tornaci monachus effectus — nam ipsum coenobium eius predicatione coepit aedificari —, postea vero abbas ipsius loci, ad episcopatum Cameracensem eligitur et consecratur. Sed quia 1105.
donum ab imperatore propter excommunicationem quaerere nolebat, intrare in civitatem minime licebat.

23. *Quod imperator in hanc terram venerit.* Henricus imperator, crebra et impor- 1102.
tuna Cameracensium pulsatus flebili querela, quod scilicet Robertus comes Flandrensis, dominatum Cambrisiaci usurpare sibi volens, multas irruptiones in hanc provinciam hostili manu fecerat, ipsam demum civitatem exercitu nimio circumdans, per septem dies obsederat, paratis septem ut fertur milibus armatorum, anno 1102. in hanc terram venit, multa viriliter et prospere gessit, castella Bulcen, Incy, Sclusam aliasque munitiones comburens igni, solotenus precipitavit, pavorem sui hostibus circumquaque incussit; sed opprimente hieme citius repatriavit. Nec tamen comes ab infestatione Cambrisiaci . . . .

24. *De cometis.* Anno 1106. unus ex cometis regni mutationem presagientibus mense Martio per octo dies apparuit; vespere post solis occasum radios terribiles emittens, multis prudentibus terrorem ingessit. Imperator Henricus, quem filius suus sub occasione apostolicae sententiae regno eiectum usque in exteros fines expulerat, apud Leodium defungitur; sed propter praedictam excommunicationem in atrio non sepelitur. Filius vero eius Henricus imperium, quod sibi pater vivens concesserat et benedici iusserat, obtinuit.

25. *De concilio apud Trecas habito.* Post Urbanum Romanam sedem suscepit Rai- 1099.
nerus, qui et Paschalis, vir per cuncta laudabilis, antecessorum suorum firmiter decreta tenens, sed avaritiae minus intendens. Hic in Gallias veniens, apud Trechas concilium 1107.
magnum celebravit, et postea Romam rediit.

26. *De adventu Henrici tertii imperatoris.* Tertius[46] Henricus imperator, in hanc ter- 1107. Oct.
ram veniens adversus comitem Robertum, qui sibi Cameracensem patriam vindicaverat, Duacum obsedit; sed illis deintus viriliter pro se et pro patria pugnantibus et comitis presentia roboratis, nihil profecit. Tandem ergo compacta concordia — nam se alterutrum metuebant — imperator concessit quaecunque pater suus dederat ei tenere, scilicet hanc villam[45] et alia quaedam. Dein per Cameracum iter faciens remeando, duo- Dec
decim de filiis potentium civitatis, obsides videlicet ne quando cives ipsi ab eius fidelitate defluerent, abduxit secum, sicque repatriavit.

27. *Quod imperator Romam perrexit.* Qui non multo post Romam perveniens, 1111.
obviis sibi civibus Romanis, simulata pace sub iureiurando nulli eorum aliquam iniuriam se facturum spopondit, et in introitu templi sancti Petri hoc ipsum apostolico iuravit. Febr. 12.
Sed citius ingressus templum, cuncta promissa rupit. Nam ipsum apostolicum, ad eum benedicendum et divina peragenda paratum iamque procedentem, iniectis manibus nihil tale suspicantem accepit, et captum extra civitatem ad castra exercitus sui, quem ibi reliquerat, transduci fecit. Quid seditionis, quid perturbationis, quae divisio regni ac sacerdotii tunc fuerit Romae, quod nemo potest, non est nostrum explicare. Tandem coactus papa, quicquid rex precepit sacramento firmavit. Et sic conficte et dolose concordatis, discessum est. Postea tamen rogabatur papa a Romanis periurum regem excommunicare; sed ille rennuit, et numquam eum amplius videre voluit. — Verum

45) le Câteau. 46) immo quartus, rex quintus.

nos intermittentes ea, quae tunc Romae gerebantur, ad nostra redeamus. Igitur comes Robertus, ut dictum est, hanc villam adeptus, frequenter hanc invisere, venationem agere, circumiacentium locorum coepit delectari opportunitate. Denique maximam partem turris quae ceciderat, et murum in circuitu, sicut hactenus cernitur, reparavit, excepta aula cum ecclesia, quam domnus Gerardus II. aedificavit. Nam et ipse amplas et honestas domos, quae hodieque manent, unam scilicet iuxta ecclesiam Atrebatensem sanctae Mariae, alteram vero in Bracbant apud villam quae est Melun, lapideo opere construxit. Comes itaque, quoad vixit, sicut dictum est, hanc villam tenuit et possedit.

1106. 28. *De obitu domni Odonis episcopi.* Manasse Remensi metropolitano carne exempto, Rodulphus preclarae scientiae clericus et prepositus, in sede substituitur. Sed quidam clericus Gervasius, vi regia fretus, ipsam sedem sibi usurpans, introitum eius primo
1113. satis impedivit; sed postea morte preventus quievit. Domnus autem Odo Cameracensis episcopus, aegritudine gravi preventus, ad monasterium Aquicinense se deferri fecit; ibi-
Iun. 19. que defunctus, in medio ecclesiae sepelitur. Cuius sepulchrum inciso lapide decoratum
46 usque in hanc diem demonstratur[46].

29. *De adventu domni Burchardi.* Hoc ita finito, cum in Cameracensi ecclesia nulla pro dissensione obloquentium fieri posset rata electio, aditur imperator, qui reperto consilio, clericum unum sibi fideliter obsequentem Aquisgrani, Burchardum nomine, cum legatis suis ad episcopatum Cameracensem transmisit. Qui susceptus et electus, fere per biennium propter excommunicationem imperatoris inconsecratus mansit; sed tandem miserante apostolico, quia donum episcopatus de manu regis non acceperat, adeptus est benedictionem. Hic a comite Balduino iuvene, dum aegritudine diutina, quam ex vulnere insanabili contraxerat laboraret, non sine pretio magno consiliariis eius collato, hanc villam cum turri recepit, et deinceps liberam Cameracensi ditioni restituit. De hoc comite Balduino paucis dicendum, quod iuvenis optimae indolis, cultor fuerit iustitiae et pacis, adeo ut pro conservanda quiete patriae iuvenem unum furti reum inaudita et miserabili morte apud Brugias in chaldaria fecerit bullire; cum admirantibus turbis et flentibus, nec ipse a lacrimis posset temperare; unde et terror eius per omnes provincias malefactores fecit omnino quiescere. Sed cum in Normanniam, quam crebris exercitibus opprimebat, profectus esset, accepto letali vulnere reversus, per annum fere unum aegrotavit, et sic demum apud Sanctum Bertinum effectus monachus, et paulo
1119. post defunctus, ibi requiescit.

1117. 30. *De domno Gerlando abbate.* Interea domnus abbas Guiffridus, tum hostili furore qui totam patriam depopulabatur, tum fame quae vehementer omnem terram premebat fatigatus, velut magna tempestate quassatus amisso clavo navim vagantem mediis fluctibus, ecclesiam hanc detinebat; sed tandem in se reversus portum quietis adiit, et prelationis onus deposuit. Nos statim habito concilio, Aquicinensem monachum, magnae religionis et humilitatis virum domnum Gerlandum, eligimus, et a domno episcopo Burchardo Cameraci benedictum, anno Dei Christi 1117 abbatem suscepimus. Qui quam strennue, quam prudenter susceptam ecclesiam rexerit, si ei diu vivere datum fuisset, et ipsis quotidianis nostrarum rerum argumentis patuisset.

1118. 31. *De successione apostolicorum.* Paschalis Raineri, de quo supra retulimus, in sede Romana [successor[a]] Iohannes Gaitanus, qui et Gelasius, sedit vix anno uno, et
1119. veniens in Gallias, apud Cluniacum defunctus sepelitur. Huic Wido, qui et Calixtus,
Febr. 1. Viennensis archiepiscopus, ad sedem apostolicam provehitur, vir tam probitate morum laudabilis quam etiam illustris dignitate generis; frater scilicet Clementiae Flandrensis comitissae, matris utique comitis iunioris Balduini, de quo aliqua supra diximus. Hic
Oct. papa famosissimum concilium Remis anno Dei Christi 1119.[b] celebravit, in quo non tantum de tota Gallia, sed etiam de Lotharingensibus, archiepiscopi episcopi abbates et clerici catervatim confluxere. Tunc quidam Fredericus, frater comitis de Namu, post
47 multas contentiones de episcopatu[47] inter eum et quendam Alexandrum, ab apostolico ibi consecratur. Ad cuius post biennium defuncti sepulchrum multa signa facta ferun-

a) *tale quid excidisse videtur.* b) MCXVIII *copia*

46) cum hac inscriptione:

Hic tegitur presul Odo,
Qui perspectus omni modo
Fuit exul Deo fidus,
Fulget coelo quasi sidus.

47) Leodiensi. LE GLAY.

tur; quae assertores eius, viri quoque legales, vera, detractores vero falsa esse contendunt. Sed soli cognitori omnium utrum vera an falsa fuerint innotescit.

32. *De obitu Gerlandi abbatis.* Domnus abbas Gerlandus cum fere per quinquennium decenter gregem sibi commissum in hac ecclesia rexisset, aderat dies vocationis suae; et gravi[a] febre correptus, 14. Kal. Maii, feria 3. paschae defungitur, et ante altare 1123 sanctae Mariae sepelitur. Huius tempore Gerardus Infans[48] allodium de Fontanis, pro sua et patris sui anima, ad altare sancti Andreae tradidit; cuius partem araturae Gerulfus quidam, monachus noster effectus, a canonicis sanctae Mariae nobis redemit. Sepulto itaque domno Gerlando, domnus Dodo, vir honestae vitae monachus, Flandrensis natione, in loco eius substituitur. Hic caput monasterii nostri iam aedificare ceperat.

33. *De obitu Henrici tertii imperatoris.* Imperator Henricus, post multa prelia, post 1125. plures per quas sibi rebelles multos fecerat expeditiones, tandem domno papae Calixto concordatus, diem clausit extremum, et apud Spiram cum patribus suis sepelitur. Cumque cognati eius Conradus et Fredericus hereditarie regnum sibi vellent usurpare, congregati principes terrae, relictis illis, quendam ducem Saxoniae Lutharium nomine ad imperii dignitatem promovere. Hic vir tam religiosae quam virtutis militaris pollens efficacia, non minus religiosam uxorem et elemosinariam habebat.

34. *De obitu comitis Flandrensis.* Supradicti Henrici tempore contigit, Calixtum 1123. papam Romae generale concilium anno Dei Christi 1123[b], mense Martio, in Lateranis celebrasse, ipsumque et imperatorem post diutinam regni sacerdotiique, ut supra diximus, dissensionem firma pace concordasse. Tunc etiam domnus Burchardus apud papam super diremptione Atrebatensis ecclesiae a Cameracensi gravem querimoniam intulit. Cuius clamorem ille benigne suscipiens, tempus tractandi de hoc negotio illi constituit. Sed morte occupatus, quendam episcopum Offensem[49], Lambertum quem et Honorium, 1124. Dec. successorem accepit. Qui nihilominus clamorem episcopi libenter attendens, se determinaturum causam eius spopondit; sed regis Francorum multorumque intervenientibus epistolis, parum profecit. — Domno Rodulfo Remensi metropolitano carne exempto, Rai- 1124. noldus Andegavensis episcopus in loco eius substituitur. — Iisdem fere temporibus comes 1127. Mart 2. Flandriae Carolus, cum apud Brugias in templo prostratus oraret, a quibusdam militibus suis, ad hoc ipsum antea coniuratis, multis confossus vulneribus perimitur; necnon et quidam castellanus eius, dum sese ferientibus ictibus pro liberando domino medium obiceret, similiter gladiis eorum super ipsum interemptus occubuit. Protinus fama tanti sceleris percurrente, moeror ac timor universam terram perculit. Et mox ad ulciscendam tanti principis iniustam necem, potentes quique, maximeque quidam nobilis Daniel ira frendens, unanimiter insurgunt; nec prius quievere, quam homicidos illos omnesque complices eorum diversis ac turpissimis mortibus deditos, omnino de terra delerent. Porro quis luctus, quis dolor Flandrensem populum attriverit, quae prelia, quae seditiones, quae incendia totam patriam devastaverint, non nobis vacat, quia impossibile est verbis vel scriptis commemorare. Super huius comitis morte multi multa carmina flebili voce finxere. De quibus monachus unus lugubre carmen, sed memoria dignum, metricis versibus composuit, quod nos ob auctoris laudem et lectoris admirationem hic etiam inserere curavimus:

Huc ades, Calliope, vires mihi suggere!
Carmen fingo lugubre nobili de principe,
Quem produxit Dacia, satum stirpe regia.
Mater fuit Athala, Frisionis filia.
Pater cuius, hostia factus in ecclesia,
Mortem pro iustitia pertulit in Dacia.
Noster autem Carolus, clam sublatus hostibus,
Fugit ad avunculum, comitem Flandrensium.
In qua proles regia marchionis curia
Crevit sapientia atque morum gratia.
Ubi vero inclitus obiit avunculus,

a gravis *cop.* b) MCXIII *copia.*

48) de Crèvecoeur. LE GLAY. 49) Ostiensem.

Balduinum patrio statuunt in solio.
Hic vicinis regibus terror fuit omnibus,
Cultor suae patriae, hostis iniustitiae.
Morbo insanabili fracta carne fragili,
Sithiu fit monachus, et successit Carolus.
Quo regnante, Flandria viguit militia;
Cuius sub imperio floruit religio.
Auxit patrum gloriam, comitum potentiam.
Plurimas Flandrensibus terras iunxit finibus.
Heu, heu! magne marchio, digne regni solio,
Forma digna principe, digna tanto nomine!
Heu, pater ecclesiae, nostrae decus Flandriae,
Ultor iniustitiae et munimen Franciae,
Dux bonorum previus, cleri defensor pius,
Monachorum clipeus, terror malis omnibus!
Te Flandrorum comite, quiescebant semitae,
Nec audebat quis tuam conturbare patriam.
Preda nunc efficimur, undique diripimur;
Fit pastore mortuo ovium direptio.
Nemo iustum sequitur, paxque tecum moritur,
Et abscisso capite, membra pugnant undique.
Dole, plange, Flandria, quasi patrem filia.
Nulla sunt solatia, perit tua gloria.
Ad lamentum convoca quaeque regna proxima,
Et ad tua funera planctus pulset aethera.
Cum facit iustitiam, passus est invidiam,
Et pro causa pauperum pertulit martirium.
Ergo pro iustitia coronatur gloria;
Et laetandum potius, sed tamen non possumus.
Cogit nos continuo flere desolatio,
Cuius in absentia conturbantur omnia.
Flent pontus et Anglia totaque Normannia,
Te plus his, o Francia, sed minus quam Flandria.*
Flandria, tu misera, tua tunde pectora,
Scinde genas unguibus, neque parcas fletibus.
Hinc dolet Italia totaque Sicilia,
Duraque Germania atque Lotharingia.
Nostra nam miseria terrae pulsat intima,
Doletque cum Dacia Thule remotissima.
Glacialis Rhodope stupet tanto scelere.
Geticusque Ismarus et exclusa Bosphorus
Ploret, et Hispania iuncta cum Galatia;
Nec laetetur Graecia, lacrimante Flandria.
O Flandrenses miseri, porta patens inferi
Devoret vos penitus, nec evomat amplius.
Quae vos, servi, furia compulit ad talia?
Sicut Iudas proprium tradidistis dominum.
Superatis nimium facinus Lemniadum,
Danaique funera vestra vincunt scelera.
Ergo Iudae perditi facti estis socii;
Secum in supplicio vos expectat mansio;
Immo pene miserum fecistis innoxium.
Tradens enim Dominum, implet vaticinium;
Multis quippe profuit, Dominum quod tradidit;
Sed vestra traditio multis est perditio.
Fecit ergo nescius quod prodesset pluribus;

*) Tu *tege.*

Sed vestra vesania multis erit noxia.
Quae iam vestro sceleri poena possit fieri
Quaerere non desino, nec tamen invenio.
Non est tam sacrilego poena digna populo.
Vos expectant omnia tormentorum genera;
Tantalus purgatus est; vester eius locus est.
Et nocentum agmina cedunt vobis omnia.
Ixion iam exilit; rotam vobis deserit;
Saxumque volubile vos oportet volvere.
Stupet mundi machina; pavent Ditis abdita;
Horrent coeli sidera tam nefanda scelera.
Et nos exhorrescimus, unde finem facimus,
Ne sordescant saecula talium memoria.

35. *De comitibus Flandriae.* Hoc ita finito, post multimodas patriae perturbationes,
rex Francorum Atrebati veniens, iuvenem quendam nobilissimae indolis, Willelmum Nor- Mart. 20.
mannum, Roberti comitis Normannorum fratrisque regis Anglorum filium, comitem Flan-
driae constituit. Qui non multo post, cum viriliter contra resistentes ageret et castellum
quoddam[50] sibi repugnans obsidione gravi opprimeret, subito lethali vulnere in manu
accepto, vita privatur, et apud Sanctum Bertinum non sine magno dolore suorum, cum 1128.
planctu etiam hostium sepelitur. Post hunc Theodoricus quidam de Alsait, de genere
Flandrensium comitum, qui iam aliquas partes Flandriae sibi vindicaverat, eo mortuo
totam terram possedit, ac sic demum Flandria quievit.

36. *De obitu domni Burchardi episcopi.* Domnus episcopus Burchardus, posteaquam 1129.
sedecim annis Cameracensem ecclesiam rexit, anno Dei Christi 1129. pridie Nonas Ia-
nuarii vita excedens, in monasterio sanctae Mariae sepelitur. Et post eum ecclesia ipsa
mensibus quindecim episcopali caruit administratione.

37. *De adventu Gregorii in hanc terram.* Ipso quoque tempore Honorium papam, 1130. Febr. 14.
Romae noctu defunctum, pars quaedam cardinalium mox in ipso crepusculo lucis quasi
furtive sepelierunt, et unum ex suis, Gregorium, quem et Innocentium vocaverunt, in
cathedra Romana constituunt. Quod ubi cardinales ceteri parsque civium compererunt, Febr. 15.
raptim convenientes, sepulti corpus effodiunt, ac debita funeris officia complentes, apo-
stolico more denuo sepeliunt; ac deinde unum ex suis scilicet Petrum Leonis, quem et
Anacletum dicunt, papam constituunt. Et sic uterque, ille scilicet et predictus Gregorius,
ausu nefario sedem sanctam sibi non est reveritus usurpare. Commota plebs Romana
dum duorum contentioni turpiter adulando bipertita seditione tumultuatur, multae fiunt
caedes hominum, et pro pontificali sede adipiscenda in ipso templi aditu execranda per-
petrantur homicidia. O dolenda ecclesiastici ordinis miseria! o miserabilis et caeca lit-
teratorum vecordia, dum periti divinae legis violenter nec sine effusione sanguinis recto-
res ecclesiae affectant esse, et quod gravius est, apostolici! His ita sacrilego spiritu
concertantibus, alter eorum, id est Petrus, fortiori Romanorum genere prevalens, sedem
obtinuit; alter vero, id est Gregorius, a Roma diffugiens in Gallias devenit, et a Re-
mensi metropolitano maximeque abbate Claraevallis[51] ut papa susceptus, in has provin- 51
cias pervenit. Et per Cameracum iter habens, atque ad colloquium imperatoris Leodium
tendens, sumptibus suis ecclesias, nostram quoque, admodum gravavit. In ipso conventu
Leodii, domnus Liettardus Traiectensis prepositus, episcopus electus, urbi Cameracensi 1131 Mart
dirigitur; et Remis 6. Kal. Maii a domno metropolitano honorifice consecratus, in epi-
scopali sede locatur.

38. *De discessione domni Petri abbatis.* Sub iisdem fere diebus, domnus abbas no- 1131
ster Petrus episcopum Liettardum adiit, et abbatiali dignitate deposita, absolutus dis- vel 1132
cessit. Cui post menses sex, domnus Adam, Sancti Vincentii Laudunensis monachus,
anno Dei Christi 1132 successit, et 13. Kal. Iulii in ecclesia beati Aichadri, quae est
Hasprae, a domno episcopo Liettardo honorifice sacratus, eodem die a nobis honore
debito est susceptus septimus abbas huius loci.

39. *De vastatione huius villae, et conflagratione ecclesiarum nostrarum.* Sequenti 1133.
vero anno, cum in pace et religionis quiete, omni quoque rerum opulentia nostra flore-

50) Alost. 51) S. Bernardo.

1133. ret ecclesia, ipsa quoque villa domibus amplis opibusque largis dilatata in pace habitaretur et laetitia: Gerardus Malusfiliaster cognominatus, iam olim ab ipso pueritiae suae tempore hostis pessimus huius villae, et adhuc in eam spirans nequitiae suae, 5. Kal. Maii, collecta peditum militumque innumera multitudine, accersito etiam Haynoensi comite, villam invadit, tuguriisque extra positis ignem admoveri fecit. Cui etiam ad supplementum malitiae suae, divino tamen ut credimus iudicio, ventus vehemens ab austri partibus repente in adventu eius exurgens, famulando ut ita dicam voluntati eius, adeo videbatur deservire, ut arreptum ignem flando et vires ei addendo per totam villam diffunderet. Quo graviter exardescente et circumquaque solotenus debachante, celerius quam credi possit, domus omnes funditus consumptae sunt. Ecclesia autem nostra cum omnibus aedificiis, sancti Martini, sancti Andreae cum domo episcopali flammis furentibus exusta, deforme sui spectaculum prebuere. Interea viri cum mulieribus, iuvenes cum pueris, pressura flammarum circumsepti, huc illucque a facie sevientis ignis diffugiunt; donec in castello tutum sibi fore refugium frustra sperantes, gregatim irrumpunt, nec tamen mortis discrimen evadunt. Nam cum ignis pervolans domum episcopi ceterasque aedes occupasset, infra ambitum castelli omnes qui confugerant, furentibus flammis angustiati, nullum effugii aditum habentes, fortiores quique utriusque sexus, alii per murum exilientes saltibus evadebant; alios vero videas de muro precipites, quassatis membris, vix posse resurgere; alii autem, id est pueri, nusquam progredi valentes, sed se mutuo complectentes — o miserabile visu! — usque ad duodecim uno in loco ita sunt igne devorati, ut, cum postea requirerentur, vix tantum capita et grossiora eorum ossa reperirentur; ac in vase uno delata, in atrio nostro sepeliuntur.

40. *De eiectione prepositi Adam de Turri.* Adam itaque, quem prepositum et custodem turris prepositus socer eius, Hierusalem adiens, prefecerat, tanto discrimine presentis incendii et hostilis gentis — nam et armata manus hostium circumiens urgebat — videns nihil sibi iam superesse, quo scilicet Gerardi viribus vel artibus valeret resistere, facto pacto libere egrediendi, turrim reddidit. Sicque Gerardus, quod semper male affectaverat, pessime possedit. Qui voti compos, non tantum in circumiacentem regionem malignitatis suae vires[a] effudit, sed et ipsam Cameracensem vexando saepius urbem, viciniam omnem depopulans, villas incendit, rapinis crebris et taxationibus plebem oppressit. Et ne plura loquar, in omni patria per manum eius multiplicata fiunt gravia mala et homicidia. De his iam taedet plura referre.

41. *De admirandis interdiu ortis tenebris.* Post haec, mensibus tribus emensis, 4. Non. sequentis Augusti, feria 4, hora 6. diei, subito visibiliter obscurato sole, in omnem terram factae sunt tenebrae, et nobis divina agentibus, fere dimidiae horae spatio permansere. Quae res cum omnium mentes admiratione simul ac stupore concuteret, quidam quasi prudentiores eclipsim solis ex oppositate lunae dicebant accidisse. Quod
52 nequaquam fieri posse, ratio patet[52] — solem scilicet eclipsim a luna, nisi in interlunio, pati posse —: cum constet, ea die lunam 27am fuisse. Quidam vero probabilius asserebant, hoc signum tenebrarum aliquid novi prodigii presignare. Dictum est multo post a redeuntibus de Hierusalem, ipsa die, ea hora tenebrarum, quadringentos quinque minus milites de templo a Sarracenis trans flumen esse peremptos. Nec mirum, si in suorum membrorum occisione placuerit Deo tenebras mundo inducere, in cuius morte solem et totum mundum constat obtenebratum fuisse.

42. *Operis peroratio.* Fiunt itaque ab exordio mundi usque in presentem annum, qui est ab incarnatione Domini 1133us annus decennovennalis cycli, Romani imperii sceptrum tenente Luthario, in sede apostolica dissidentibus Gregorio dicto Innocentio, et Petro Leonis, Francorum rege Ludovico, Rainoldo Remensi archiepiscopo, domno Liettardo Cameracensi episcopo — fiunt inquam anni 6227. Residuum seculi tempus humanae investigationi incertum est. Omnem enim de hac re inquisitionem dominus Iesus abs-
Act Ap. 1, 7. tulit dicens: *Non est vestrum, nosse tempora vel momenta, quae pater posuit in sua pote-*
Matth. 24, 36. *state.* Et alibi: *De die autem illa et hora nemo scit, neque angeli coelorum, nisi solus*
Eccl 7, 40. *pater.* Unusquisque ergo de suo cogitet transitu, sicut sacra scriptura dicit: *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in aeternum non peccabis.* Quando enim unusquisque de saeculo migrat, tunc illi consummatio saeculi est.

a) *lege* virus PERTZ.

52) Fuit eclipsis solis totalis per Europam, Africam, Asiam, 2. Aug. 1133. LE GLAY.

LEONIS MARSICANI ET PETRI DIACONI
CHRONICA MONASTERII CASINENSIS

EDENTE W. WATTENBACH PH. D.

Casinensis coenobii, quod nostri imperatores prae ceteris pia cum veneratione coluerunt, cuius labantibus rebus plus semel strenue succurrerunt, monumenta litteris consignata, quae in tertio huius collectionis volumine plurimis mendis purgata prodierunt, longo iam intervallo sequitur chronicon a Leone et Petro conscriptum. Iacentia enim post Saracenorum irruptionem litterarum studia non ante medium saeculum XI. in beati Benedicti plantatione ad novum vigorem sunt resuscitata: quod ne pluribus mihi sit persequendum, docta et ingeniosa de litterarum studiis apud Italos primis medii aevi saeculis *dissertatione*[1] *cavit* 1
V. Cl. Wilh. Giesebrecht. Multa ibi invenies de eximio illo virorum coetu, qui florentissimis sub Desiderio abbate coenobii rebus litterarum quoque artiumque liberalium studiis Casinum reddiderunt celeberrimum, primamque inter eos, quae hucusque latuerat, Leonis nostri mentionem. Multa semper cum Marsorum comitibus Casinensibus fuerat coniunctio, quorum stirpe progeniti tunc inter eos conversabantur Oderisius, Theodinus, Transmundus. Leonem autem, cognomine *ut ipse ait*[2] Marsicanum, *cum eis vel consanguinitate vel affinitate fuisse coniunctum, admodum probabilis est Giesebrechtii coniectura*[3]. *Alfanum audiamus,* 3
Salernitanorum archiepiscopum, qui Theodinum[4] *exhortatus, ut socios in paradisum, postquam ipse praemia virtutum acceperit, adducat, postremo addit:*

Ut sit in hoc horto sed et ipse Leunculus opto.

Et ad Pandulfum Marsorum episcopum, patruum Theodini, postquam aliorum eius propinquorum meminit:

Integra sit pueri bonitas tibi grata Leonis,
  Nec tibi displiceat, hunc ut ameris ama;
Dilige[a] quo semper te diligat, atque libenter
  Obsequium possit solvere saepe tibi.
Mente satis miti devotus in ordine vivit,
  In quo perficitur cunctipotentis opus.

Quibus locis nostrum designari Leonem, certum quidem non est, at quam maxime verisimile. Certe quum superius carmen scriberetur, ad Theodinum iam

1) Berolini 1845. 4. p. 25 sqq. 2) Prol. l. I. 3) l. l. p. 50. 4) card. diaconum; carmen igitur post annum 1061 scriptum esse oportet, v. Chr. Casin. III, 24.
a) *ita Gies.* Ut tibi *Ughellus.*

cardinalem diaconum, fratribus Casinensibus eum adscriptum fuisse constat.
Ipse autem quam amanter de Theodino, quam leniter de Transmundo loquatur
videsis in Chr. Cas. III, 17. 24. 25. *Fratrem habuit Iohannem monachum*
Casinensem, cuius Petrus diaconus meminit in sermone de Octava sancti Bene-
dicti c. 3. *Avunculum suum ipse commemoravit Iohannem Soranum episcopum*[6],
7 *monachum Casinensem*[7]*: fortasse non diversum a praeposito illo Casinensi,*
cuius inter Theodini amicos l. l. meminit Alfanus[8]. *Episcopus est consecratus*
a Gregorio VII, primo pontificatus eius anno[9].

Leo igitur Marsicanus vixdum 14 *annos egressus in Casinensi monasterio*
a Desiderio abbate[10] *est susceptus, instructus, enutritus ac provectus*[11]. *Magi-*
stro in conversione usus est Aldemario, quem olim fuisse dicit[12] Capuanae civi-
tatis prudentissimum ac nobilem clericum et Richardi principis notarium. *Eo*
13 *siquidem munere fungens* 23. *Aug.* 1059. *subscripsit litteris principis*[13]*; anno*
1063 *vel* 1064 *abbas in Sardiniam missus, post reditum ab Alexandro II. S.*
Laurentii abbas cardinalis est constitutus. Unde efficitur, Leonem novitium
fuisse intra annos d. i. 1060 *et* 1064[14]. *Quod si II,* 16. *legimus, eum quum*
puerulus esset, vidisse presbyterum quendam plus centum annos natum, qui
excaecationem Mansonis abbatis Iohanni Sorano episcopo confiteri solitus fuerit,
15 *non possumus quin Iohannem tunc nondum episcopum fuisse statuamus*[15]. *Utut*
hoc fuit, bonae indolis puer a Desiderio inter familiares mox receptus et arcta
cum eo necessitudine coniunctus, universis fere eius usque ad obitum negotiis
interfuit[16]*; cuius erga se merita grato semper animo recolens, in summa eius*
memoriam habuit veneratione. Quo factum est, ut Oderisius, qui illi successit,
vitae Desiderii scribendae officium ei iniungeret, quod Alfanum[17] *olim ut susci-*
18 *peret frustra rogaverat*[18]. *Sed Leo per totum illum annum otium ad scriben-*
dum minime nactus est, quum plurimis semper distineretur negotiis. Nam quum
Petro teste[19] sanctitate et monasticis disciplinis ad plenum *esset* imbutus, et in
divinis scripturis apprime eruditus, *mature ut videtur se convertit ad rerum*
gestarum historiam atque vetera monumenta cognoscenda, et bibliothecarius
20 *monasterii*[20] *factus, non solum in causis huius loci gerendis, verum etiam in*
apostolicae sedis negotiis saepe fuit adhibitus. Continuas autem Casinensibus
pro possessionibus monasterii lites fuisse orandas, ex ipso hoc chronico disci-
mus, quae per quantum temporis singulae duraverint, quanta iis facessiverint
negotia, ex uno aestimare licet exemplo. Leo enim ipse scripsit relationem de
causa Sanctae Sophiae in Benevento[21] *quam ex Petri regesto edidit Gattula*
Hist. Cas. p. 54. *Eius igitur loci dominium coenobio suo vindicaturus, quum*
primo apud Romam in synodo venerabilis papae Gregorii[22], et postmodum apud
23 Melphim (1089. *Sept.* 10.) et Troiam[23] (1093. *Mart.* 11.) et iterum Romam in

6, II, 16. 7) III, 34. 8) Sed distinguendus ab eo est alter Iohannes, cognomine Marsicanus, quem quum in Capuano monasterio praepositus esset, fuerunt qui mortuo 1055. Richerio abbatem eligere vellent. Hic, ut videtur, e praeposito Casinensi 1058. factus est abbas S. Vincentii ad Vulturnum, seditque annos 22, menses 4, dies 15; v. Chr. Cas. II, 89. 97. Desid. Dial. I, 6. Chron. Vult. p. 514. 9) Reg. Greg. VII. apud Mansi, Conc. XX. p. 125. 10) 19. Apr. 1058—1087. 11) Prol. l. III. 12) III, 24. 13) Gattula, Acc. ad Hist. Casin. p. 161. 14) Certe verba l. l. aliam interpretationem admittere vix videntur, eam scilicet, ut reducem e Sardinia Aldemarium Leonis magistrum fuisse statuamus. 15) eodem modo quod addit *sanctae memoriae* intelligendum est. 16) v. prol. l. III. Dedicationem ecclesiae 1071. se praesentem vidisse ait III, 25. 17) ob. a. 1087. 18) Prol. l. I. 19) de viris ill. c. 30. 20) Chr. Cas. III, 42. Etiam presbyterum fuisse apparet e Petri Diac. de ortu et obitu Iustorum Casin. c. 51. Decanum dicit I. B. Marus in notis ad Petr. D. de viris ill. 30. nescio quo iure. 21) *frater Leo bibliothecarius s. Cassinensis coenobii, qui hoc ipsum memoratorium scripsit,* quae ibi sunt verba eius. 22) 1078. ut videtur; v. infra III, 42. et Binium ap. Mansi, Conc. XX. p. 511. 23) IV, 7.

synodo rev. papae Urbani cum super diversis ac plurimis aliis[24] tum super hoc praecipuo negotio sollemnem proclamacionem fecisset, et nichil ex his usque ad hanc diem iusticiae recipere potuisset, contigit ut quadam die ex imperio domni abbatis Oderisii ad ipsius apostolici curiam pergeret qui tunc temporis (apud) Beneventum morabatur. *Ibi exorta altercatione cum Madelmo abbate Sanctae Sophiae, papa* ad proximum synodum apud Barum habendam *eos cum* munimibus *adesse iussit, ibi tandem ad finem causam perducturus.* Venitque tempus concilii ferme post mensem (1098. *Oct.* 1.)*; sed ne tum quidem sententia prolata, papa Beneventum post dies aliquot reversus, iterum partes audivit, nec tamen sententiam protulit.* Post dies aliquot, *pergit Leo,* simul cum illo nobis in servitium eius pergentibus, et super hoc eodem negotio rursus iterumque apostolicam sententiam repetentibus, scripsit Anzoni, *Beneventanorum domino,* a Ceperano epistolam, *qua eum vice sua Casinensibus iustitiam facere iuberet. Ea data est* 3. *Non. Novembris.* Sequenti anno papa defunctus est; Anso post biennium perdidit Beneventum; negotium eapropter remansit infectum[25]. *Similibus eum causis gerendis occupatum fuisse existimes, quum abbatem Capua redeuntem* pro officio suo *comitaretur*[26]*: cui de mandato sibi Desiderii vitam scribendi munere sciscitanti, se nondum opus aggressum esse respondit.* Et quando, *inquit,* huic tuo parere imperio potui? quando toto fere hoc anno cum in servitio domni apostolici ex iussione tua per Maritimam atque Campaniam, tum quoque in tuimet ipsius negotiis occupatus, vix per octo dies continuos in monasterio constiti. *Accepta excusatione Oderisius iam universam ei coenobii historiam scribendam demandavit et summa cum diligentia Leo mox totum se ad magnum et multo gravius hoc opus convertit: otio ut apparet sibi concesso, ut post annum illum* 1098. *scribendi initium fecisse videatur. Sed coeptum opus non absolvit, neque ultra annum* 1075. *produxit: quamquam ne tum quidem calamum deposuisse videtur, quum ad dignitatem episcopi Ostiensis*[27] *et S. R. E. cardinalis a Paschali II. esset evectus*[28]. *Quod quo tempore factum sit, ignoramus. Anno* 1101. *Mart.* 31. *Odo decessor eius inter vivos fuit*[29]*; Leo autem nomen suum praeceptis papae subscripsit post Crescentium Sabinensem, Petrum Portuensem episcopum: Cononem Praenestinum praecedit; unde nescio an concludere liceat, eum post illos, sed ante Cononem fuisse ordinatum. Quorum Petrus quidem Mauricio, qui a.* 1100 *Hierosolyma petierat, a.* 1102 *iam successerat*[30], *Cono autem mense Maio* 1107. *in concilio Trecensi familiaris papae effectus, mox Romam petiit: ubi episcopus ordinatus et Hierosolyma est directus. Nam a.* 1107 [31] *Praenestinus episcopus ibi fuisse traditur, Cono a.* 1111.

24) e. g. de eccl. Cinglénsi, v. infra IV, 18. 25) Cf. Chr. Cas. IV, 48. 60. 26) v. prol. l. I. 27) et Velletrensis. Nam utrumque episcopium post Mincii illius tempora ita fuisse coniunctum, ut episcopus ab una alterave diocesi nullo discrimine facto appellaretur, evicisse mihi videtur Al. Borgia, *Istoria di Velletri* p. 214 sqq., quicquid contra proferat F. A. Maroni, *de eccl. et ep. Ost. et Velit. Romae* 1766. 4. p. 71. 28) Certe quum in catalogo abbatum cod. 1. Oderisio, cui opus suum inscripsit (ob. 1105.), anni regiminis non adscripti sint, codd. 3 et 4. Girardo (1111—1123.) annos non adsignant. Tamen non nego, hos abbates ab eodem addi potuisse, qui Oderisium II. adscripsit. Petro teste, prologo l. IV. opus *morte praeventus explere nequivit.* 29) Gatt. Hist. Casin. p. 54. 30) Falco Benev. initio. 31) Acta SS. Ian. I. p. 833. Ekkeh. Uraug. ad a. 1116. Baronii Ann. a. 1107. c. 18. Ceterum hic adnotare libet, quae apud antiquiores scriptores de horum temporum cardinalibus disputantur, duobus erroribus omnia esse infecta: primo quod portio quaedam actorum concilii Later. a. 1112. a Martenio primo editore (Thes. IV. p. 127.), quem ceteri secuti sunt, negligentia quadam cum actis concilii Guastallensis sit coniuncta, altero quod subscriptiones falsissimae praecepti Paschalis II. a. 1105. Dec. 27. pro genuinis sint acceptae. — De epitaphio Bernardi ep. Praenestini, quod Baronius non bene a. 1107. adsignavit, v. Giesebrecht. de litt. studiis p. 37.

Anno Domini 1111. *Febr.* 12. *Leo Romae fuit, quum Heinricus V. rex
urbem intraret, et capto cum ceteris cardinalibus papa, ipse cum Iohanne Tus-
32 culano episcopo habitu plebeio indutus evasit*[32]*, et Iohannem quin in animando
ad resistendum populo adiuverit, non est quod dubitemus. Sed quum neque
captus fuisset, neque conventioni isti a papa extortae subscripsisset, tamen coro-
nationi regis, ne omnia denuo turbarentur, deesse non potuit, et quum vice Al-
banensis episcopi primam orationem dixisset, deinde proprio fungens officio
Heinricum ad confessionem apostolorum perductum, unxit inter scapulas et in
33 brachio dextro*[33]. *Quod quam malo animo fecerit, aestimare licet ex eo quod* 3.
Non. Iul. Paschalis a Tarracina Iohanni Tusculanensi et Leoni Velletrensi[34]
episcopis et cardinalibus in unum congregatis *scribendum duxit. Ubi quod
Velletrensem appellat Leonem, ideo factum esse arbitror, ne vel iuniori episcopo
seniorem, vel Ostiensi, primae post Romanam ecclesiae, Tusculanensem videretur
postponere. Scribit autem:* Id quod in personam nostram, imo in patrem ve-
strum praeter ipsius ecclesiae iudicium atque praesentiam vos egistis, etsi
vobis ex zelo Dei visum est, non tamen ut mihi videtur canonico tramite ince-
pistis. Non enim charitas sed aemulatio id dictasse perspicitur. *Quos deinde
ita adhortatur:* Vos autem pro ecclesia in ecclesia agite, ut illum ecclesiae Dei
zelum, quem habetis et habere ostenditis, ipsa experiatur ecclesia. *Hac igitur
summi pontificis admonitione Leo noster ab amicorum consortio videtur esse
35 revocatus*[35]*: qui potius operam papae praestandam esse putavit contra socios
hostibus acerbiores, litterisque a Paschali acceptis Casinum venit et Brunum
Signiensem episcopum ut abbatiae renuntiaret coegit*[36]. *Quo negotio mense
Augusto vel Septembri eiusdem anni peracto, Romam rediit, ubi in Pallariae
monasterio Casinensibus subiecto hospitabatur*[37]. 1112. *Ian.* 24. *in ecclesiae
sancti Laurentii in Lucina altari craticulam huius martyris sollemniter depo-
38 suit, Kalendis Febr. altare principale dedicavit*[38]. *Deinde* 15. *Kal. Apriles in
concilio Lateranensi primarias partes egit, et quod per vim et inordinate geri
papa noluerat, iam consentiente eo fecit. Nam cartam illam qua extortum a
papa privilegium de investituris ecclesiarum condemnatum est, a Gerardo Engo-
lismensi, Leone Ostiensi, Gregorio Terracinensi, Galone Legionensi episcopis,
Roberto tit. S. Eusebii et Gregorio tit. Apostolorum presb. cardinalibus* com-
40 muni aliorum consilio dictam[39] *fuisse legimus*[40]*; id est, ut opinor, verbis con-
ceptam. Vides Leonem socium strenuorum ecclesiae propugnatorum, separatum
tamen a Iohanne et Bruno, qui ea die ne affuerunt quidem concilio*[41]. — *Post
haec Leo anno* 1113. *Febr.* 11 *et* 13. *Beneventi praesens fuit, quum lis quae-
dam Casinensium cum Terrae maioris abbate diiudicaretur, sed a sententia
dicenda, utpote monachus Casinensis, abstinuit*[42]. 1114. *Febr.* 25. *Lateranis pri-
vilegio ecclesiae Marsicanae subscripsit*[43], *Iul.* 5. *ibidem alteri, quod canonici
Sanctae Mariae in Portu Ravennae acceperunt*[44]. *Obiit ante annum* 1118. *quo
46 Lambertum episcopum Ostiensem fuisse constat*[45], *die* 11. *Kal. Iunias*[46].

Scripta Leonis opera enumerantur a Petro diacono libro de viris illustribus Casinensibus c. 30. *his verbis:* Fecit sermones de pascha. De nativitate.

32) Chr. Casin. IV, 38. 33) Guil. Malmesbur. V, 423; cf. infra IV, 37. n. 34) ita cod. Vat. teste Al. Borgia p. 214. hist. Vel. 35) nisi epistolam illam in alium annum reponere mavis, quod mihi minus placet. 36) Chr. Casin. IV, 42. 37) IV, 81. 38) Baronii Ann. ad h. a. 39) an *dictata?* 40) Mart. Thes. IV, p. 128. Mansi XX, 1212. 41) Nam ita coniungenda esse verba Mon. Legg. II. B. p. 182. equidem persuasum habeo; cf. Guil. Malmesb. V, 426. 42) Gatt. Acc. Hist. Casin. p. 714. 43) Ughell. I. p. 892. 44) Bull. Lateran. p. 5. 45) Mart. 21. electioni Gelasii interfuit. Pandulf. Pis. in Murat. SS. R. It. III. p. 381. 46) Necrol. cod. 47. ap. Gattulam, Acc. Hist. Casin. p. 855.

Leonis chronicon Casinense.

Cod. autographus Monacensis

fol. 120'. manus Leonis

fol. 135

fol. 136

fol. 146

fol. 180.

fol. 187.

W. Wattenbach scripsit.

Steind. v. J. G. Schwab Hann

Historiam peregrinorum. Historiam Casinensis archisterii divisam in libros 4. Vitam sancti Mennatis, et alia quamplurima, quae in nostram non venere notitiam. *Ex his alia periisse videntur, vita autem sancti Mennatis inedita remansit, quum prologum et epilogum cum initio translationis Gattula e cod.* 413. *ediderit, Hist. Cas. p.* 188. 911. *Scripserat eam iubente Oderisio I. abbate, rogatu Roberti comitis filii Rainulfi, qui* nuper *sancti ossa Caiatiam transtulerat, a. D.* 1094. *Sermonem quoque festo translationis die* 2. *Kal. Apr. habendum Io. Mabillon e cod. Cas. eruit et Leoni adscripsit, editum in Martenii et Durandi Coll. ampl. VI,* 979—984, *cui inserta est accurata translationis historia, simplici sed nitido stilo scripta, et qui Leoni nostro optime conveniat. — Chronico autem Casinensi prolusisse videtur narratione, quam de consecratione ecclesiarum a Desiderio et Oderisio in Monte Casino aedificatarum scripsit. Eam Leoni tribuendam esse, iam Cam. Peregrinius probavit*[47], *neque ut mihi quidem videtur, cuiquam dubium esse potest. Auctor enim qui post a.* 1094. *sub Oderisio abbate scripsit*[48], *sed iam maioris ecclesiae consecrationem a.* 1071. *praesens vidit*[49], *aperte profitetur se Gesta Desiderii scribenda sibi proposuisse, quum post brevem ecclesiae descriptionem dicat:* Quantitatem autem ipsius ecclesiae, et qualitatem, seu ornamenta, quoniam non fuit mei propositi ex integro in hoc sermone describere, et alio loco cum reliquis operibus praedicti domni abbatis latius Deo volente, comite vita pandentur, id tantum quanta gloria quantaque frequentia sit consecrata, pro posse narrabo. *Et ultima verba:* Quorum omnium nomina cum reliquarum ecclesiarum pignoribus pariter suis in locis Domino iuvante scribemus — *ea inquam faciunt ut credam, eum iam tum de chronico scribendo cogitavisse. Quo ad ea tempora usque perducto, multa ex hoc opusculo eisdem plerumque verbis — nam scribendi genus in utroque plane idem est — inseruit: sequentibus Petrus diaconus usus est. Extat in cod. Casinensi* 47, *unde descriptum edidit Ant. Caracciolus in Chronologis antiquis quatuor. Neap.* 1626. 4. *cum quibus iterum prodiit in L. A. Muratorii SS. Rerum Ital. Vol. V. p.* 76. *Nos partem posteriorem Leonis chronico adiunximus.*

Restat ut de chronico Casinensis coenobii accuratius dicamus, quod quo melius fieri possit, primo loco proponenda esse videtur codicum manuscriptorum descriptio. Extant igitur praeter codices editionis Ambrosianae, de quibus mox dicendum erit[50],

1) *Cod. reg.* M o n a c e n s i s, *inter Benedictoburanos* 123. *mbr. in* 4. *Continet Cantica Canticorum, Librum Sapientiae, Ecclesiasticum, Sermones diversos, postremo foliis ut nunc numerantur* 85—189. *chronicon Leonis, quod cum illis recentiore tempore colligatum est per hominem imperitum, qui non pauca marginibus foliorum inscripta resecuit. Priora illa in Germania exarata sunt, chronicon autem manu Beneventana admodum pulcra et constanti, cuius specimina dedimus*[51]. *Quaterniones* 14, *quorum tamen* 5. *et* 14. *duerniones sunt, secundus folio inserto auctus est, manu non valde antiqua in ultimis foliis signati sunt. Membrana fortis, satis alba; decem priorum quaternionum rescripta, ita ut lineae cum Leonis verbis non conveniant, et antiquioris scripturae vestigia inter versus*

47) Series abb. Casin. in Oderisio I.

48) ante a. 1103, ut videtur, quum dedicationis ecclesiae s. Stephani (Chr. Casin. IV, 23.) nondum meminerit.

49) nam ipse ibi ait: *Haec omnia ita fuisse nemo legentium ambigat, quae utique non ab aliis tradita, sed revera propriis oculis visa descripsimus.* Cf. Chron. Cas. III, 25.

50) Cave ne ex loco Ludovici Tosti, Storia della badia di M. C. Napoli 1842. 4. II, 317. Velitris cod. Leonis esse coniicias. Nam ibi nullum invenies. I. B. Marus ad Petr. diac. de viris ill. c. 30. commemorat exemplar Leonis, in quo Lucas Holstenius plurium mss. exemplarium variantes lectiones adnotavit. Sed hoc in biblioth. Vat. frustra quaesivit Bethmannus.

51) i geminatum duobus tantum locis lineolis insignitur, quibus praeterea caret.

appareant. Ea saec. XI. esse videtur, char. Romano. Ultima 4 folia eiusdem membranae sunt, lineis iam signatae, sed litterarum vestigia non apparent. In ceteris paginis, quibus paulo crassior est membrana, lineae vicenae binae stilo ductae sunt, quas in utroque margine binae de summo ad imum currentes finiunt. In imo margine folii 1. manu saec. XV. scriptum est: Benedictn̄ peirn et in fine libri: Iste liber attinet huic monasterio Benedicten Peiren. Sed ad Burenses ex alio pervenit monasterio; est enim Casinensis et quidem ipsum Leonis autographum, quod ex toto eius habitu patet. Nam continet primum ut ita dicam operis nucleum, brevem satis narrationem, diversis scriptorum manibus exaratam, quam deinde sua manu Leo et correxit et innumeris additionibus auxit; magna saepe folii parte erasa et minutioribus litteris rescripta. Primo scribae 6 priores dedit quaterniones, qui primum librum continent, et secundi in tribus ultimi folii partibus initium: quod Leo quum iam aliquot locis correxisset et auxisset, totum expunxit. Nam iterum scriptum extat initio quat. 7. alterius scribae manu, quem deinde f. 154 verbis Quae omnia (II, 43.) tertius excepit. At ultima 4 folia sua Leo manu scripsit, litteris minutioribus, margine fere nullo. Folia quoque 120. 121, erasis quae ibi scripta erant omnibus, ipse denuo scripsit. Nonnumquam etiam quum margines foliorum ad additiones inscribendas non sufficerent, schedulas assuisse videtur, quae postea perierunt, quum signa in textu posita non semper habeant quae sibi respondeant, ut I, 45. II, 7. et II, 9, quo loco in nullo codice quidquam insertum legitur. — Nos quae in hoc codice ab initio scripta fuerunt 1. signavimus; quae auctoris manus addidit, etsi non eodem omnia tempore, 1[b]; interdum 1[c] quae alio tempore superinduxit. Finitur narratio II, 92. electione Friderici abbatis, in media pagina, ita ut nihil periisse appareat. Eorum autem quae in marginibus foliorum scripta bibliopegi nobis eripuit stultitia, nonnulla servata sunt in apographo, quod iam s. XII. in mon. Burensi factum est, scil.

1*) Cod. reg. Monac. inter Benedictobur. n. 146. in 8. min. Codicem enim autographum iam circa a. 1137. Burum delatum esse existimo per abbatem Engelscalcum, qui Innocentium II. frequentasse et Lotharium imp. secutus 52 esse dicitur[52]; Burenses autem illum, quum lectu esset difficilior, descripserunt, in membrana alba, crassa, lacunis vitiosa littera, Romana cuius specimen adiicimus; satis accurate, sed eorum quae in margine scripta sunt nonnullis omissis, iis praecipue quae pallidiore atramento scripta erant. Sed quae recepta sunt ostendunt, codicem tunc adhuc integrum fuisse et illaesum. Hoc autem apographum iam mature male habitum est. Is enim qui c. a. 1250 indicem librorum Burensis ecclesiae scripsit, nostros hoc modo designavit: Liber de situ Montis Cassini. Item XVI coternuli de Monte Cassino. (Pez Thes. III, 3. p. 622. 623.) Scil. 16. est ultimus quaternionum qui supersunt, sed in medio c. II, 4. desinit. Praeterea autem quat. 1. 2. 15. desiderantur: quae omnia manus s. XV. diligentissime supplevit, annexis et insertis foliis et foliolis chartaceis, et laesa membranae folia ubique agglutinatis laciniis sarsit. Desumpsit haec ex cod. 1. iam tunc ita ut nunc est truncato; quare nullius ea sunt utilitatis ad editionem nostram.

2) Cod. Casinensis mbr. 851. nunc 450. saec. XIII. litteris Langobardicis exaratus, continet Leonis chronicon cum continuatione Petri diaconi, et chron. anonymi Casinensis 1128—1212: eadem omnia manu scripta. Primam eius paginam nitide pictam historia Casinensis Ludovici Tosti lapidi inscriptam

52) Monumenta Boica T. VII. pag. 36. 97.

Leonis chronicon Casinense

2. Cod. regius Monacensis olim Benedictoburanus. N° 146

fol. 18'

nom̄e beate di genitricis
7 semp uirginis mariæ. qđ

fol. 26.

Hic fuit tēporib; p̄dicti
c̄stantini ipatoris, 7 leo
nis filii ei' 7 stephani pp
tcii et p̄fati gisulfi du-
cis. Qui c̄pleto sui tēpor'
cursu defunct' ē ii. non
ian. atq; iuxta p̄decesso

fol. 75. manus quaternionis XI

P ide tēp' defuncto iā dicto
lothario. pentifarie regnū
francoꝝ diuisū ē. Na ut
sup' diximꝰ. ludowic' & karl'
germani ipsi'. Baioariā &
aq̄taniā regebat. Primoge
nit' ū fili' ei' ludowic' nōie
ē sortit' italiā. Secđs lotha
ri' potit' ē aq̄s. Tercī aut kar

fol. 92

s. angli & fettano. s. pet' ipenula.
curtem de casa penđ. vicendas
duas magna' nec n̄ 7 seruos et an
cillas multas diuersis in locis.
et alia plurima q̄ suis mum
minib; continent' Postmodū
ū ide ip̄i rediens capuā cū p
fo eāa tp̄e raduald gastaldus in agnensi
uilla secꝰ ponte anceum castellū costrenxit.
qđ ui? ab eius posteris sine et occupaue. pons
tunc' nō retinuit.

W. Wattenbach sc.

3. Cod. Casinas N° 450.

cenobium locum desertum esse
mises fac sont illa sua o'mipo
tentissima festuit facte. Sce
nobiale instaucone quel lu
de p'ncipiu sumpsit fac t'ex

L. C. Bethmann sc.

4. Cod. Casinas N° 202.

sctissimo uenerabilis cenobii CASINENSIS abbati ODERISIO.
fr̄ Leo cognomine marsianus. debite obedientie famulatum.
Iniunxerat m̄ iā dudū urā beatitudo pat' uenerandissime.

L. C. Bethmann sc.

5. Cod. regius Stuttgardiensis.

ssime adorari et adoratū reuerent' exostulari

E monastio ptere a barregensi cū a p̄dicto fr̄e suo pa-
dulfo p̄ncipe. idē abbas p̄ceptū cū oībꝰ suis ptinētys
recepisset. quendā ibi frēm huiꝰ cōgregatōis ualde r̄-
ligiosū ꝗrazo dicebat' ut eiꝰ r̄stauratōi ac r̄cōciliatōi
studeret trāsmittere, ptmꝰ studuit. Nā ex eo tēpe quo sar-
racenī a marsis pelignisq; supati atq; fugati ibidē se cōtulerit

W. Wattenbach sc.

Mon. Germ. SS. T. VII. tab. V. ad pag. 556.

Steind. v. J. C. Schwan Hann.

exhibet 1, 347. *Ex hoc codice diligentissime expressa est editio Angeli de Nuce*[53], *restituta tantum suis locis diphthongo pro simplici* e; *signavit eum* A, 53 *addiditque varias lectiones codicis* B, *i. e.*

3) *Cod. Casinensis* 202. *mbr. saec. XII. litteris Latinis, solius Leonis, qui subsistit in fine cap.* 34. *l. III. post verba* apostolorum principis Petri. *Cuius in lectionis varietate adnotanda quum Angeli fide standum esset, quem tamen nonnulla praetermisisse appareret, eas lectiones quae ex eius silentio codd.* 2. *et* 3. *communes essent*, ed. *signavi.*

4) *Cod. regius Stuttgard. chart. saec. XV Leonis chronicon ad eundem cum* 3. *terminum deducit, additis verbis* fundata est *ubi nulla rubrica facta partem c.* 45. *l. I. adsuit, post quam scripsit* Deo gracias; *deinde rubricator haec addit:* Scripta est hec Cronica per me fratrem Andream ysengrin de lantsperg iuxta fluvium lici, dyocesis Augustensis monachum professum et presbiterum in monasterio Blawbůrgensi·dyocesis Constantiensis non longe post annum sue professionis videlicet circa Annum domini Millesimum quadringentesimum septuagesimum septimum. plus vel minus. quam professionem fecit venerabili patri, patri V̊dalrico Kůndig abbati huius monasterii blawbůrgensis. *Nomen monasterii corruptum utroque loco eraso g purgatum est. Sed remanent alia eiusmodi menda in primis capitum litteris admissa, nec desunt in ipsis Leonis verbis, ut fr. Andreas quae scripsit intellexisse non videatur: exemplari ut apparet usus litteris Langobardicis scripto, quum non semel pro* t *ponat* at *vel* it, *pro* eius que *vel* qui, *pro* k lc. *Quin integros versus omisit et dimidias diversarum vocum partes composuit e. g. I,* 35. *Quo fit ut consulto quidquam mutavisse minime sit credendus, et quum levioribus scribendi vitiis abundet, ceterum exemplar suum accurate expressisse videatur*[54]. 54

Quatuor igitur hi codices ita inter se sunt diversi, ut operis formam nobis exhibeant tribus vicibus plurimis in locis mutatam et plane aliam: de quo profecto quid sentiendum esset, incertum maneret, nisi cod. 1. *auctoris autographus optatam nobis praeberet criticae normam, et totam Leonis scribendi rationem ante oculos poneret. Siquidem primam ibi habemus et adhuc tantum incohatam operis speciem. Quod tamen et hic diligenter scriptum est, et litteris maioribus rubricisque distinctum, sed ita ut pro absoluto nondum haberi possit. Adhuc enim pauca tantum continet eorum quae in prologo auctor se daturum esse pollicitus erat, privilegiorum et aliorum documentorum de singulis monasterii possessionibus. Itaque nactus nitidum coepti operis exemplar, primo quae scriptorum negligentia vitiata erant correxit*[55], *deinde in suis ipse verbis plurima* 55 *mutavit, quo melius oratio procederet, tum in rebus correxit minus vera et nova addidit: praecipue autem documentis archivi Casinensis perlustratis, ubicumque in marginibus foliorum spatium suppetebat, summas eorum adscripsit, quas*

53) quod hic pro *k* ubique posuit *hc*, mirus error est e litterae forma natus, qualem in tabula expressam invenies.

54) In primo folio codicis vacuo haec manibus coaevis scripta extant: *A. D.* 1503. *V̊lricus dux de Wirtenberg und dictus graf zu Mimpelgart regimen suscepit quarta feria ante festum Marie Magdalene annorum* 17, *cum consensu omnium provincialium suorum. A. D.* 1503. *sub Maximiliano Romanorum rege aparuerunt cruces in vestimentis hominum et etiam in corporibus multiplicis forme et coloris in tota Germania, et etiam alia signa passionis.* In fragmento folii membr. quo liber antiquitus ligatus fuit, manus s. XVI. scripsit: *Due cronice famose in hoc libro continentur Prima de sancto benedicto vita ac regimine ipsius ac successorum eius in monte cassino et aliis monasteriis Secunda de friderico magno imperatore et successione ipsius.* Et in fragmento chart. agglutinato: *Ludwig hasperger maisterlin.*

55) e. g. *lanbardiam* corr. *lamb.*, *inpostorem* c. *imp.*, *huius cerei* c. *huiúscę rei*, *atto* c. *Otto*, *sepulchro* c. *sepulcro*, *mixtis* c. *mistis*, *guiscardus* c. *uisc.*, *guacco* c. *wacco*, *ędificiis* c. *edif.* et alia plurima.

56 *deinde signis positis suis quasque locis assignavit*[56], *multa dum scriberet ipse statim corrigens, alia addens, quae si omnia adnotare voluissem, nullus variarum lectionum modus esset. Sufficere videbatur ad cognoscendam eius scribendi rationem specimen in tabula adiectum quum quaecunque alicuius momenti esse viderentur, religiose indicavissem; eorum tantum quae ipse dum scriberet statim eodem calamo correxit, leviora omittens. Sed quum ita omnia Leo addendo et corrigendo implevisset, ut novo exemplari opus esset, librum ita correctum et auctum describendum curavit, quo facto similiter in expoliendo eo et ampliando perrexit, et continuationem usque ad a.* 1075. *adiecit*, deinceps reliqua descri-
57 pturus[57]. *Eiusmodi codicem nactus Petrus diaconus qui continuandi operis curam susceperat, nonnulla de suo addidit, quum miracula aliqua e Desiderii dialogis petita, tum nonnulla de gentilium suorum, comitum Tusculanensium, rebus, quae nos in imam paginam reiecimus. Cetera autem quae ipse in verbis Leonis mutavisse arguitur ab Angelo de Nuce, in priore operis parte paucis locis exceptis iam in ipso Leonis autographo invenimus, ut etiam in sequentibus fidem eius in hoc criminari non liceat. Solum cap. III,* 34. *liberius tractavit, quippe quod ab auctore nondum satis elaboratum esset. Nonnulla vero menda scribae codicis nostri aliquantum posteriori attribuenda sunt, quamquam et hic*
58 *satis diligenter opera sua functus est*[58]. *Leo vero ipse calamum nondum deposuit, sed eodem modo pergens novam chronici editionem paravit, quam cod.* 3. *praebet, immunis a Petri additionibus, sed scribae negligentia saepe vitiatus. In ea editione verba plurimis locis mutata sunt, ordo etiam capitum non semel inversus, sed in rebus pauca vel mutata vel addita; II,* 56. *integrum caput resecuit. Eius generis codicem in usus suos verterunt auctor chronici Casinensis quod sub Anastasii nomine fertur, editum in Cl. Murat. SS. II,* 351. *et auctor chron. Vulturnensis. Etiam Petrus diac. de octava s. Bened. Leonis c. I,* 20. *e cod.* 3. *mutuatus est.*

Sed Leoni nondum satis placebant quae scripserat, et quum nova quae
59 *adderet non haberet*[59], *in verbis denuo plurima perpolivit, itaque novissimam paravit editionem, qualem praebet cod.* 4. *Is enim iis quidem locis, quibus* 2. *et* 3. *discrepant, fere semper cum* 3. *facit, at in aliis iisque plurimis orationem exhibet magna cum diligentia rursus emendatam. Qui quum admodum recens sit, dubium esse poterat, annon alius quispiam hanc Leoni operam navasset. Verum totus orationis color Leonis est, et quae mutavit eundem prorsus stilum sapiunt, quo inde a principio usus est: scilicet praecipue cavens ne idem verbum intra breve spatium bis occurrat, praeterea eleganti et numeroso sermoni studens, adeo ut vel ipsos Karoli ad Paulum versus mutare ausus sit. Omnem autem eximit dubitationem, quod eandem hanc chronici editionem iam paucis post Leonem annis vulgatam fuisse apparet. Nimirum ipse Petrus diaconus quum multa scriberet, ea saepius usus est quam sua editione et in sermone de oct. s. Bened. chronici Cas. II,* 69. 75; *de Iustis Cas. II,* 1. 2. 30. 57. 59. 63. *III,* 8. *ex huius generis codice mutuatus est. Accedit quod suppositae Za-*
61 *chariae*[60] *et Benedicto VIII.*[61] *bullae, quae iam in regesto Petri extant, et integra fere Leonis capita continent, eundem cum cod. Stuttg. textum exhibent*[62]. *Quas ex Leone sumptas, non vero ab hoc exscriptas esse, inde apparet, quod*

56) Sed non semel accidit, ut ea loco alieno insereret, vel non bene orationis filum interrumperet, quod postea aliquot locis correxit. Evidens mendum habes I, 16. 57) III, 17; *cetera deinceps plenius exequemur* III, 18. 58) non raro omittendis verbis peccavit. 59) I, 58. de S. Sophia accuratius loquitur; c. 60. addit *Teanensis;* II, 1. *nobili.* 60) ap. Vicentinum et Breulium in App. Chronici. Margarini Bull. Cass. 1, 3. Tosti 1, 82. 61) ib. Margarini 1, 7. Tosti 1, 251. 62) v. Chr. I, 5. II, 43.

in codd. nostris verba diversis vicibus mutata esse videmus, quum ille in fontibus adhibendis plane contrario modo procedat, dum prima vice ipsa eorum verba ponit, deinde suae ea orationi similia efficit. At fieri potuit, ut vel ipse Petrus vel alius aliquis coaevus correctoris officium susciperet; sed tum vix poterat non accidere, ut non uno saltem ex tot qui mutati sunt locis diversam a Leonis ingenio scribendi indolem deprehenderemus, neque profecto ulla causa apparet, quae quemquam praeter auctorem inducere potuerit, ut eum sibi laborem sumeret.

Post Petrum manum operi admovit Ambrosius Traversarius celeberrimus Camaldulensium ordinis generalis, qui Florentiae obiit a. D. 1439. *Oct.* 21. *Is chronicon Casinense emendandum et abbreviandum suscepit*[63], *rogatus a Ludovico Barbaro abbate S. Iustinae; cuius codicem conservatum in coenobio S. Michaelis Muriani Venetiis*[64] *pro genuino Leonis opere edidit Laurentius Vincentinus monachus, Venet.* 1513. 4. *Quam editionem repetiit Iac. du Breul, Paris.* 1603. *fol. cum Aimoino de Gestis Francorum.*

Qui eos secutus est Matth. Lauretus Hispanus, monachus Casinensis, Neap. 1616. 4. *codice quidem usus est Casinensi, sed ipse diasceuastae opera functus plurima pro libitu mutavit vel amputavit, neque ulla fide dignus est. De quibus editionibus quum fuse egerit Cl. Gattula, Hist. Casin. p.* 879 *sqq., hic quae diximus sufficere videntur. Specimen autem utriusque editionis invenies III,* 49.

Genuinum Leonis et Petri opus primus edidit Angelus de Nuce abbas Casinensis, Paris. 1668. *fol. accurate et diligenter, et commentarium addidit amplissimum, sed qui non multa nobis utilia praestet, praesertim post insigne Erasmi Gattulae opus, Historiam dico Casinensem, Venet.* 1733. *fol. cui volumen Accessionum addidit* 1734. — *Angeli editionem, cum additionibus ad notas quas Romae* 1670. *fol. dederat, iterum excudi iussit L. A. Muratori in SS. RR. Itt. IV. Mediol.* 1723. *fol.*

Oderisius abbas Leoni mandaverat, ut a beato Benedicto sumpto principio abbatum seriem et gesta casusque monasterii enarraret, insertis privilegiis ceterisque documentis, quibus iura et possessiones monasterii niterentur; adderetque quae interim occurrerent de operibus seu gestis clarorum virorum harum dumtaxat partium. *Quod ut perficere posset Leo libros operi necessarios conquisivit, fundamenti loco ponens* chronica Iohannis abbatis, *quo nomine complecti videtur, quae in cod. Cas.* 353. *scripta extant, edita in huius collectionis Vol. III, SS. Benedicti, Casinense et comitum Capuae chronicon, cum epistola Pauli ad Karolum*[65], *capitulari Ludovici Pii*[66], *pacto divisionis*[67], *et iis quae I,* 32. *exscribit de consuetudine monasterii. Praeterea operi adhibita scribit historiam Langobardorum*[68], *et chronica Romanorum imperatorum et pontificum: catalogos scilicet, quales nonnulli eorum temporum supersunt. Sed Gesta quoque pontificum cognovisse videtur*[69]. *Praeterea in prologo sola documenta domestica commemorat, Casinensis scil. monasterii et cellarum ei subiectarum S. Angeli*

63) nactus ut apparet apographum cod. 2. 64) n. 727. Mittarelli, codd. S. Mich. p. 42. Alius servatur in bibl. Chisiana, pulcerrime scriptus, sign. J. VII. 258. mbr. fol. — Ultimo folio haec inscripta sunt: „Expl. l. IV. et ultimus hystoriae Casinensis mon. per fratrem Leonem Marsicanum et per Petrum Diaconum editae, expolitae vero per fr. Ambrosium generalem Camald. quam ego Iohannes scriba rev^mi in Christo patris d. Mariocti de Aretio gen. Camald. de eius mandato feliciter transscripsi a. D. 1466. de mense Iunii. Deo gracias.“ Ea autem *hist. Cass. Leonis Ost. cum addit. Petri* quae habetur in cod. bibl. Vatic. 2961. chart. fol. s. XVI. per Augustinum Patricium abbreviata est in usum card. Francisci Piccolomini. Quo ille cod. usus sit, tacuit, sed proxime accedit ad edit. Nucei. 65) I, 12. 66) I, 16. 67) I, 29. 68) Pauli, I, 1. 2. 4. 5. 15. II, 44. 69) etsi id in dubium vocari potest, v. I, 8. 12. 18. 28.

de Barregia, S. Liberatoris de Maiella, alia. Quibus ea sunt adnumeranda quae de casibus monasterii, de aedificiis sub unoquoque abbate constructis, aliaque id genus solus refert, necrologiis quoque, inscriptionibus et epitaphiis usus.
70 Etiam Vulturnensium[70], Casae aureae[71] et Beneventanorum[72] monumenta domestica inspexit. Praeter haec ad manus ei fuerunt Gregorii dialogi[73], Fausti
71 vita sancti Mauri ab Odone ut videtur interpolata[74], chronicon Salernitanum[75], translatio XII fratrum[76], quae Alfano tribuitur vel ea antiquior alia, cum eiusdem generis de s. Bartholomaeo[77] et s. Matthaeo[78] scriptionibus, Karoli ad Paulum versus[79], dialogi Desiderii[80], annales Beneventani[81] et Casinenses[82], vita s. Adalberti[83], Petri Damiani ep. ad Mainardum[84], et sermo de vigilia sancti Benedicti[85]. Ex his igitur aliisque scriptionibus nunc deperditis, ex quibus etsi
86 non multa, aliqua tamen praecipue de Capuanorum rebus[86] hausit, vulgi quoque narrationibus adhibitis[87] et quae a coaevis testibus audierat addens[88], historiam contexuit, quam deinde cura numquam intermissa emendavit et auxit. Nam non solum quaequae in privilegiis aliisque archivi documentis reperiret, sedulo addidit, verum etiam quum ex iisdem quibus antea usus fuerat libris, tum ex aliis plurima et correxit et ampliavit. Ita Erchempertum iam comme-
89 moraverat quidem[89], at nunc demum in partes vocavit[90]; praeterea Romualdi vitam a Petro Damiani scriptam[91], et quorum origo nos latet, nonnulla de Caietanorum et Saracenorum rebus[92], de Ungaris[93], de Ademario[94]; Roffridi
95 quoque usus narrationibus[95]. Novam deinde elaboraturus editionem, insigne nactus est adiumentum, Amati dico historiam Normannorum, cuius auxilio quae de iis iam scripserat recognovit[96]. Opus non parvae utilitatis, quod diu latuerat, nuper in lucem protulit V. D. Champollion-Figeac[97], in sermonem Gallicum versum s. XIII, quum aliter ad nos pervenisse non videatur; cuius auctorem quem Leo tacet, Amatum fuisse, in prolegomenis evicit editor. Praeterea nova donationum excerpta adiecit, et alia sed pauca de temporibus pontificum[98], de permutatione Beneventi cum episcopatu Babenbergensi[99]. Continuationis quam
1 adiecit, fontes non novimus, praeter ea quae et hic Amato debet[1], et Petri Damiani epistolis[2]. Testem oculatum solum nominat Iaquintum[3], sed plurima Desiderii et aliorum narrationibus niti, prologo l. III. prodit: postremorum ipse testis fuit. Postea novis auxiliis non usus est; tantum fabellam inseruit de Hein-
4 rico II.[4] nescio cuius ab ore acceptam, et Nicolai II. constitutionem de eligendo pontifice, quae neminem tunc latere potuit; pauca praeterea de Marsorum comitibus III, 17. 23.

His igitur fontibus usus Leo historiam suam concinnavit; nonnunquam ipsa eorum verba mutuatus, quae deinde iterata cura mutaret et expoliret, ut unus idemque omnibus esset orationis color. Neque vero criticae artis expers

70) iisdem quibus auctor chr. S. Vincentii usus est, I, 4. 12. 71) I, 37. 72) I, 9. 20. 24. II, 24. 73) I, 1. 2. 59. 74) I, 1. 3. 75) quod I, 20. Erchemperto tribuere videtur, cum cuius historia in cod. Vat. coniunctum est. Sed pauca tantum inde assumpsit, v. I, 7. 8. 15. II, 9, n. 76) I, 9. 77) I, 24. 78) II, 5. 79) I, 15. 80) I, 19. 27. II, 21. 22. 34 sqq. 81) quamquam id dubium est, v. I, 49, n. II, 11. 66. 82) II, 9. 24. 25. Utrique editi sunt Mon. SS. III. Sed aliis quoque Cas. annalibus usus est, quos postea Anonymus quem optime Gattula edidit Acc. p. 827 sqq. descripsit: nam hunc Leonis opere non usum esse, inde apparet, quod quae uterque habet, in primo tantum Leonis codice inveniuntur, ab eodem postea vel mutata vel omissa; v. II, 37. 56. 59. 62. 83) II, 17. 84) II, 16. 85) II, 63. 64. 86) II, 2 9. 10. 11. 87) I, 37, n. 61. II, 24. 88) II, 16 (Andreas). 20. 34 (Petrus). 72 (Mainardus). 80. 89) I, 9. 90) I, 12. 14. 20. 21. 22. 23. 25. 29. 30. 31. 35. 36. 40—42. 47. 91) II, 17. 18. 19. 24. 92) I, 43. 44. 50. 52. 93) I, 55. 94) II, 15. 24. 95) II, 45. 48. 96) II, 37. 41. 43. 56. 63. 66. 79. 82. 84. 97) L'ystoire de li Normant et la chronique de Robert Viscart par Aimé, moine du Mont-Cassin; publiées pour la première fois par M. C. F. à Paris 1835. 8. 98) I, 50. 52. 99) II, 46. Cf. etiam c. 77. 1) III, 15. 23. 2) II, 98. 99. III, 19. 3) III, 2. 4) II, 47.

fuit, sed diligenter auctores suos inter sese comparans, ita eos composuit, ut ex altero alterum et emendaret et suppleret, v. g. Desiderii dialogos ex Chron. Casinensi[5], *hoc ex Erchemperto*[6], *Petrum Damiani ex eis quae ipse audierat*[7]. *Plurima in compendium redegit, et studiose cavit ne singulae narrationes modum excederent. Sermo autem qualem summa cum diligentia expolitum nunc legimus, aequaliter ubique procedit, et satis purus est*[8]. *Veterum dicta non affert,* 8 *praeter unum Salustii*[9], *alterum Virgilii*[10], *et Ciceronis de Varrone iudicium*[11]; *sed Paulini Nolani versus semel, quum altius insurgere orationem cuperet, interspersit*[12], *non nominato auctore, quod illius aevi hominibus superfluum esse videbatur. Nam testes quoque et auctores suos Leo tum tantum nominavit, quum maiorem inde verbis suis auctoritatem accrescere vellet, et vel quae initio posuerat nomina, postea eliminavit*[13]. *Nam fidem eius in hoc ne crimineris,* 12 *quae omnino integra est et sincera. Melius eam nunc aestimare licet, ex toto operis habitu, nam qui rerum veritatem negligit, non tam sollicitus est in singulis elaborandis. Plurimis autem locis, quibus cum fontibus eius narrationem comparare licet, erravit quidem interdum, at pro libitu quicquam mutavisse nusquam argui potest. Immo fabellas quas primo incaute receperat, diligenter postea expunxit, ut de Barregio illas et de Adelaide imperatrice*[14]. *Unicus locus, quo fidem eius in dubium vocare possis, est c. II,* 42. *de electione Theobaldi abbatis, ubi initio multo maiores partes imperatori tribuerat, quam postea admisit, nescio an abbatis cedens imperio: sed ibi quoque omittendo peccavit, non addendo vel falsa substituendo*[15]. *Verum nullum apud eum vestigium inve-* 15 *nies fabularum istarum quas de prisca coenobii magnitudine, de prodigiosis Desiderii, Tertulli et aliorum donationibus alii excogitaverunt, qui vel falsa cartarum documenta quibus haec probarent cudere ausi sunt. Ceterum ut par erat Leo in scribendo nihil magis sibi proposuit, quam ut monasterii casus et titulos possessionum ceteraque iura et privilegia explicaret*[16]; *res alias brevius tetigit, nec tamen ea omisit quae in universas Italiae vel ecclesiae res gravioris momenti essent: inferioris autem Italiae casus succincte quidem sed ita exposuit, ut neque series eorum usquam sit interrupta, et nihil quo ad Casinensium res perspiciendas scitu opus sit desideres: modo ubique servato, quo aptiorem vix invenias. — Parum ei curae fuit circa temporum ordinem in singulis rebus stabiliendum*[17], *quanquam in universa rerum dispositione scienter et* 17 *considerate versatus est; sed quum accuratam temporis indicationem difficultatem sibi parere videret, nonnunquam vel hanc vel ipsas res omittere quam veritatem sollicite explorare satius habuit*[18], *neque hac in re ab erroribus satis cavit, quibus e. g. I,* 61. *II,* 9. *scatent. Contra iudicium eius non facile vituperes; tranquillo enim animo scribit, et quum in universum pontificibus faveat, tamen a partium studiis se abripi minime patitur, et a civium suorum illius aevi declamationibus, quae caeco impetu feruntur, multum differt.*

Sequenti tempore chronico Casinensi usi sunt Ioannes S. Vincentii mona-

5) I, 27. 6) I, 25. 35. 36. 7) II, 16. 8) quae a bonorum scriptorum auctoritate recedunt, haec fere sunt: Nominativi absoluti, v. g. I, 8. *ditatum* 27. II, 74. III, 23. *futurum.* I, 32. *docendi.* II, 92. *redeuntes.* III, 7. *remorati.* Quin nominativum saepe coniungit cum ablativis absolutis, ut III, 19. *Hildebrandus — consilio habito, eligunt.* *Venire in* iungit ablativo, II, 15. 30; *nocere* accusativo III, 20; *dehortatus* pass. legitur II, 17; *memoratus est* II, 90; *parvissimus* III, 10. Alia minus bene vel ex usu sacrorum librorum dicta non moror. In scribendo saepe praepositiones cum nominibus coniungit, quod nos non semper retinuimus. 9) I, 25. 10) III, 13. 11) I, 1. 12) III, 32. 13) Petrum Dam. II, 63. Roffridum II, 45. 48; cf. c. 72. 14) I, 37. 61. 15) etiam II, 91. 92. de electione Friderici summa cum diligentia recognovit. 16) in his quae magna ex parte cum ipsis documentis comparare possumus, nunquam falsitatis, raro erroris vestigium deprehendimus. 17) e. g. I, 1. 2. 18) I, 3. II, 9. 15. 24.

chus, qui in conscribendo chronico Vulturnensi in omnia fere vitia lapsus est, quae Leo caute vitaverat; Petrus deinde diaconus, et auctor portentosi istius chronici Casinensis, quod sub Anastasii nomine fertur, editum a Cl. Muratorio 19 *SS. II,* 351. *ex schedis Constantini Caietani*[19].

Novae igitur huius editionis consilium id fuit, ut verba daremus quae Leo postrema manu scripsisse visus est, ex auctoritate codicis 4. *cuius leviora et manifesta menda tacite sustulimus, graviora omnia religiose indicavimus. Ceterorum varias lectiones textui subiecimus*[20], *et si quando operae pretium esse videretur binis columnis factis secus cod.* 4. *imprimendas curavimus. Quae in uno codice addita sunt, ab auctore postea omissa, interdum cum iis quae a Petro venerunt inter textum et notas posuimus. Ipsius autem Petri manus quum plerumque facile agnosci possit, aliis locis divinari tantum potest tum praecipue, quum cod.* 1. *auxilio destituimur. Ibi coniectura opus fuit, quum suum cuique iudicium ex apposita lectionum varietate ferre liceat. Orthographiam damus,* 21 *qua ipse auctor teste codice autographo usus est*[21], *necnon accentus quos ibi invenimus; interpunctionem quoque ubi fieri poterat retinuimus*[22], *ceteris locis secundum auctoris consuetudinem restituimus. Capitum ordinem et numeros damus e cod.* 4, *prioribus numeris in margine additis. In cod.* 1. *capitum divisio apposita littera* K *indicata est, multum a posteriore diversa.— Quae explicatione indigere videbantur, breviter enodare tentavimus, praeter Angeli commentarios plurimum usi insigni Gattulae opere, et cartarum documentis ibi impressis, Tostii quoque historia Casinensi nuper edita. Temporum notas ubi fieri poterat adiecimus, multum ea in re adiuti Alexandri Di Meo Annalibus regni Neapolitani, qui Neap.* 1795—1810. 4. *prodierunt: magnae doctrinae et acuti ingenii opus, quod summae nobis fuit utilitatis, quamvis Pratilli commentis quibus auctor plurimum tribuit foedatum sit.*

Petrus diaconus ac bibliothecarius Casinensis chronicon quod imperfectum Leo reliquerat usque ad a. 1138. *continuavit. Hic e nobilissima comitum Tus-*23 *culanensium stirpe ortus, natus est circa annum* 1107[23], ex patre Egidio, natione Romano, Gregorii Romanorum patricii et consulis filio[24]. *Gregorius autem ille filius fuit* Gregorii de Alberico Romanorum ducis et consulis[25]. *Alberici patrem novimus Gregorium, cuius mater fuisse videtur Maroza, quae post Alberici principis et omnium Romanorum senatoris*[26] *mortem (a.* 954.*)* 26 *omnium Romanorum senatrix appellatur*[27] 959. *Nov.* 1. *Sed quum hoc minus*

19) de cod. bibl. Chis. v. Archiv. IV, 529. 20) ubi si quid de rebus novi inest, typorum interstitio indicavimus. 21) Eam ubicunque ipsa cod. 1. verba exhibentur religiose servavimus, quamvis eum e. g. simplex *e* loco diphthongi positum postea correxisse sit verisimile. Sed ea ipsa festinantius scribentis negligentia ostendere videbatur, quomodo circa ea ipsa tempora acciderit, ut distinctio vocalis a diphthongo in desuetudinem veniret. 22) Usus est virgula simplici et puncto imposita, puncto minore et finali, et signo interrogandi, quod super voce cui interrogationis vis inest, collocat, deinde finita sententia repetit. Curam quam huic quoque rei adhibuit, creberrimae demonstrant signorum a scriptore positorum factae correctiones. Nos signa quidem ipsa non servavimus, at nostra eodem semper loco posuimus, praeter interrogationis signa, quae initio sententiae omisimus. Scribae sententias maiores duobus punctis appicta virgula claudunt; quod Leo non fecit. 23) v. infra n. 50. 24) V. Petri in cod. Cas. 257. f. 15. 16. ap. Ang. de Nuce in notis ad Prol. l. IV. quam ab ipso Petro scriptam esse et Angelus asserit et V. D. Giesebrecht quaerenti mihi confirmavit: qui post verba l. l. allata eam a l. IV. c. 66. vix diversam esse ait, praeter extrema verba, quae ibi notavi. Descriptionem codicis videsis in Annalibus nostris V, 124. 25) Chr. Cas. IV, 113. 26) Marini Pap. Dipl. C. p. 155. 27) in Excerptis Sublac. ap. Murat. Ant. V, 769.: *senatrix*, 961. Aug. 8. *b. mem.* 979. Mai. 28. *Gregorius illustrissimus vir fil. Maroze senatricis, per apostolicam preceptionem rector monasterii S. An-*

certum sit, genealogiam Petri subiicimus inde a primo illo Gregorio, ope historiae MS. comitum Tusculanensium a Cl. Galetti contextae, cuius excerpta a Giesebrechtio accepimus.

Gregorius de Tusculana, Romanorum consul dux et senator [28]. Uxor Maria [29]. 28

- Theofilactus [30] qui et Benedictus VIII. 1012—1024.
- Romanus [31] qui et Iohannes XIX. 1024—1032.
- Albericus comes palatii consul dux et patricius Romanorum [32]. Uxor Ermelina.
  - Theofilactus [34] qui et Benedictus IX. 1032—1044.
  - Gregorius Lateranensis et Tusculanensis comes, Romanorum patricius consul dux et senator [35].
    - Iohannes infans [38], natus Oct. 19. mortuus Oct. 28. a. 1030.
    - Petrus [38].
    - Gregorius patricius et consul [40].
      - Ptolemeus consul Romanorum et comes Tusculanae [41].
        - Ptolemeus II. consul Rom. [46] ux. 1. Bertha f. Heinrici V. 2. filia Leonis Petri Leonis. Obiit 1153. Feb. 25.
          - Reginulfus [48].
          - ? Ionathan comes Tusculanus [49]. 49
      - Gregorius [42].
      - Petrus [43].
        - ?
          - Petrus 1116. praefect.
      - Egidius [44].
        - Petrus diaconus.
        - Guylla ux. Landulfi de S. Iohanne [47].
      - Iadara [45].
  - Petrus Rom. consul dux et senator [36]. 36
    - Gregorius.
    - Otto.
  - Octabianus [37].
- Theodora [33] uxor Pandulfi Salernitani filii Waimarii III.

dreae apostoli et monasterii S. Luciae quod vocatur Renati, 981. Feb. 9. ib. — Benedictus VII. filius Deusdedit a Petro in Catal. Pont. Tusculanensis appellatur, Chron. Cas. II, 4. propinquus Alberici maioris. Huius curtis erat iuxta basilicam S. Apostoli, Exc. Sublac. p. 773, iunioris domus iuxta SS. Apostolos, Galetti de Vestar. p. 14. Marozam igitur ex consanguinitate Alberici I. fuisse existimo, non uxorem, nam illum inter ipsa sponsalia mortuum esse, tradit Benedictus monachus S. Andreae c. 34. 28) 979. Mai. 28. *consul et dux*; 981. Febr. 9. *ill. vir, f. Maroze*, Exc. Subl., 986. Iun. *Rom. senator*, Galetti; 987. Apr. 9. *consul et dux*, Nerini SS. Bonif. et Alexius, p. 378; 999. Dec. 2. *excellentiss. vir qui vocatur de Tusculana atque prefectus navalis*, Galetti de Primicerio 230. *Patricium* vocat Petrus diac. in catal. pap. Commemoratur in vita S. Nili et ap. Thietmarum IV, 30. Eundem (ut Provana coniecit, Studi critici p. 176.) Silvester II. legatum ad imp. miserat, teste ep. eius in cod. Bamb. ubi Gregorius Tusculanus vocatur. Obiit, cum uxore, ante 11. Iun. 1012. teste Galetto. Sed eundem omnibus his locis virum intelligendum esse non contendo. 29) Eccard. Corp. II, 1640. Murat. SS. III^b, 342. II^b, 559. 30) ita ipse nomen subscripsit 1014. Aug. 2. Gal. Primic. 249; Murat. SS. II^b. p. 521; 1015. Dec. 4. ib. p. 526. Cf. Petr. diac. chron. Cas. II, 27. 55. Catal. pap. Reg. ap. Gattulam Hist. 236. Cod. Cencii ap. Murat. SS. III^b. 339. Vat. ib. 341. Eccardi ib. 342. Petri Dam. Opusc. 19, 3. Boniz. p. 801. Fatteschi Duc. Spolet. p. 138. Teste Galetto ante 30. Apr. 1012. papa fuit. 31) teste Galetto non diversus a pontifice. In placito a. 1015. vocatur: *D. Romanus consul et dux et omnium Romanorum senator atque germanus praenominati d. pontificis*, Murat. SS. II^b, 524; 1024. Apr. 20. praeceptum dedit sancti Gregorii Rom. coenobio, iam papa; Galetti. V. Petr. diac. chron. II, 55. 60. et Catal. Petr. Dam. Opusc. 19, 3. Boniz. p. 801. Murat. SS. III^b. 340. 341. 32) 999. *imp. palatii magister*. Gal. Primic. 230; 1013. Mai. 23. *consul et dux*. Galetti del Vestarario, p. 14; 1028. Ian. *illustriss. vir et comes sacri Lateranensis palatii*, teste Galetto. A. 1032. mortuus fuisse videtur, quum a Bonizone p. 801. non commemoretur. 1045. Iun. 2. *bonae memoriae* ap. Borgiam, Velletr. 167. De eo Petrus diac. chron. Cas. II, 60. III, 17. IV, 113. in Catal. pap. et Reg. ap. Gatt. Hist. 232. 233. 234. 236. Desid. Dial. III prol. Borgia Vel. 181. Gal. Primic. 83. 230. Ughell. I, 98. Murat. SS. II^b. 525. Petr. Dam. Ep. 8, 4. qui Ermelinam nominat. 33) 1054. Feb. vocatur *filia quondam Gregorii Rom. consulis et ducis*, mortuo Pandulfo monacha Sanctae Mariae; v. Di Meo, Ann. Neap. VII, 359. 384. IX, 85. 34) Bonizo p. 801. Puer fere decennis electus est, teste Rodulfo Glabro 4, 5. ante 13. Nov. 1032, Fatteschi Duc. Spol. 134. Cf. Chron. Cas. II. 60. 77. Desider. III prol. Gatt. Hist. p. 232. Nerini 387. Petri Dam. Opusc. 19, 3. Murat. SS. III^b, 340. 341. et Petri diac. catal. pontificum. 35) a. 1030. Iohannem filium extulit, v. epitaph. ap. Gal. Primic. p. 83; 1032. *patriciatus nomen sibi vendicabat*, Bonizo p. 801; 1033. Iun. *Gr. de Toscolana* in carta Farf. teste Galetto; 1058. Benedictum X. papam constituit, Bonizo 806. Leo Ost. II, 99; 1059. Apr. 15. pro anima Petri filii bona largitur, Borgia Vell. 181; 1064. Ian. 30. mortuus fuisse videtur, Gatt. Hist. I, 232; certo 1068. Feb. 18. ib. 233. De eo Chr. Cas. II, 99. III, 17. IV, 133. Borgia Vell. 167.

Petrus igitur a. D. 1115. *sub Girardo abbate a parentibus suis beato Be-*
50 *nedicto oblatus*[50], *atque sub eodem abbate*[51] *per* 8 *ferme annos eruditus est*[52],
institutione usus Guidonis, quem moribus vitaque praecipuum, sermone et sensu
excelluisse ait[53]. *Quem equidem non diversum puto a Guidone monacho Casi-*
nensi, qui Alberici visionem descripsit, vir in humana eruditione clarissimus,
religione et vita probatissimus, *teste Petro nostro de viris ill. c.* 41. *(cf. Chr.*
IV, 66.*), ubi eundem* historiam Henrici imperatoris *scripsisse refert:* praeterea
quae in historia Casinensi deerant, a temporibus scilicet Oderisii I. usque ad
hunc diem adiunxit.. *Sed nullum horum extat vestigium. Praeter eum insti-*
54 *tutorem suum appellat etiam Petrum diaconum*[54], *declamatorem insignem, qui*
e civitate Theanensi de qua oriundus erat egrediens, Casinum venit, abque
Oderisio abbate monachus factus est. *Sub his igitur magistris Petrus a quinto*
ut ait aetatis anno divinis expositionibus et priscis annalibus adhaesit, discipli-
nis autem liberalibus nequaquam operam dedit[55]. *Postea vero quum Oderisius II.*
abbatiam reliquisset[56], ad exilium aemulorum suorum faciente invidia directus
57 est, *a. D.* 1128[57], *ab abbate scilicet Seniorecto*[58], *propter patris cum comitibus*
Aquinensibus, Casinensium hostibus, familiaritatem. Atinam tunc se recepisse
videtur, quum in exilio positus, 21. *aetatis anno passionem sancti Marci epi-*
scopi Atinensis descripserit, rogatus ab Adenulpho eiusdem urbis comite[59]. *Eo*
60 *autem tempore epistolam accepit a Ptolemeo patruo, his verbis*[60]: Ptolemeus
Iulia stirpe progenitus Romanorumque consul excellentissimus, Petro nepoti
carissimo salutem. Relatum est nostrae gloriae, quod Seniorectus emisit te a
Casino. Quapropter si ad nos reverti volueris, et te et patrem tuum honeste
recipiam, et tibi cunctas basilicas Casinensis ecclesiae tradam. Per Landonem
vero nostrum nepotem, consobrinum tuum, has litteras tibi transmitto. Vale.
Data 12. Kal. Iulii, in Castro Neptuni. *Aliud refugium ei Gregorius patruus*
eius obtulit, hanc mittens epistolam, quam per Io. Mabillon e cod. Cas. descri-
ptam evulgaverunt Martene et Durand, Coll. ampl. vol. I. col. 703*:* Gregorius

Nerini 387. 36) 1032. commemoratur a Bonizone p. 801. nescio an diversus a praefecto a. 1059. in Ann. Romanis. Petrus Dam. ad eum ni fallor direxit ep. 8, 5; 1065. Dec. 26. Casinensibus bona largitur cum filiis. 37) 1064. Mai. 24. ap. Gatt. Hist. p. 234. 38) v. n. 35. 40) 1064. Ian. 30. ap. Gatt. Hist. 232; 1068. Febr. 18. ib. 233; 1077. Sept. 24. *piae memoriae,* ib. 236. De eo Chr. Cas. III, 60. IV, 61. 113. et epistolae infra impressae. 41) c. 1105. Chr. Cas. IV, 25; 1111. ib. 39; 1116. ap. Falc. Benev. a. 1116. Circa a. 1128. epistolam scripsit quam mox dabimus. Mortuus fuit m. Iunio 1130. Obiit Kal. Aug. Necrol. Cas. cod. 47. 42) c. 1128. epistolas scripsit. 43) 1077. Sept. 24. Chr. Cas. III, 60. Gatt. Hist. 236. Fortasse non diversus a praefecto qui 2. Apr. 1116. obiit. Ann. Rom. in Mon. SS. V, 476. Etsi filii huius Petri Ptolomeus fuisse dicitur *avunculus* a Falcone a. 1116. 44) v. cod. 257. et epistolas. 45) c. 1128. viro nupsit. Ep. Gregorii. 46) 1117. Bertam duxit. Chr. Cas. IV, 61; 1130. ind. 8. mense Iunio *Ptolemeus Dei gratia Romanorum consul, filius quondam b. m. Ptolemei* Casinensibus securitatem terra marique promittit. Reg. Petri f. 252. Anno 1137. investituram ab imp. recipit. Chr. Cas. IV, 125; 1141. Mar. 14. *Tholomeus de Tusculana cum socero Leone Petri Leonis,* Nerini p. 394. Obiit 1153. Feb. 25. Chron. Fossae Novae. 47) v. infra epistolam Landulfi. 48) 1137 obses Lothario datur, Chr. Cas. IV, 125. *Maino,* leg. *Raino.* Mart. Coll. I, 757. 49) 1163. Feb. 5. Nerini p. 404; 1168. Romuald. Sal. Cf. Borgia Vell. 247. 50) *quinquennis* cod. 257. De viris ill. c. 47. *primo aetatis lustro.* Chr. IV. Prol. c. 66. Sed a. 1128. annorum 21 se fuisse dicit, de viris ill. 47. et cod. 257. Ann. 23. vitam S. Placidi scripsit, vel in exilio adhuc positus vel statim post reditum; a. 1133. vitas alias, ab assidua archivi coenobialis scrutatione quae ei a Seniorecto ante a. 1134. dudum iniuncta fuerat per amicos avocatus. Quare c. a. 1107. eum natum esse existimo. 51) obiit 17. Ian. 1123. 52) Chron. IV, 66. Cod. 257. De viris illustr. 47. 53) De viris ill. Prol. 54) ib. c. 39. 55) Prol. l. IV. *Divinis apprime litteris imbutus* c. 108. cf. 113. 56) a. 1126. 57) De viris ill. 47. *aetatis* 21. ib. et cod. 257. 58) 12. Iul. 1127 — 4. Feb. 1137. 59) De viris ill. 47. Quem non diversum existimo ab Adenulpho com. Aquin. Chron. Cas. IV, 88. commemorato, quum Atina comitibus Aq. subdita fuerit. De rebus Atinensium Petrus quaedam addidit ad Leonem II, 79. 60) Has epistolas quas e cod. 257. Angelus l. l. edidit, nos collato cod. illo emendatas sistimus, beneficio V. D. Will. Giesebrecht.

Gregorii Romanorum consulis filius, Petro nepoti suo salutem. Tuas accepimus litteras, quibus[a] te eiectum a Casino narrabas. Gaudio laetatus sum non modico; nam pater tuus[b] me fratremque meum Ptolomeum derelinquens, comitibus mendicis[61] adhaesit, unde ipse egens paene et inops effectus, et[c] tu de Casino 61 eiectus es. Quapropter suadeo patri tuo, ut ad nos revertatur. Tibi autem monasterium meum quod in Villano situm est tradam. *Et ad patrem ipsius haec scripsit*[62]: Gregorius Gregorii Romanorum consulis filius, Egidio fratri amando salutem. Romanorum invenitur in scriptis, de antiquorum via parentumque mandatis recedere nullum debere. Tu autem me fratremque tuum Ptolemeum derelinquens, comitibusque mendicis adhaerens, ad nos usque in praesens tempus reversus non es; unde et tu egens effectus, et filius tuus de Casino eiectus est. Unde una cum eo ad nos reverti studete, quatinus ita de vobis sicut de nobis curam geramus. Iadaram vero sororem tuam scias iam viro traditam esse. *Quibus admonitionibus Egidius videtur a societate comitum illorum esse revocatus: certe Petrus noster non multo post in monasterium iterum est receptus, et in gratiam rediit cum Seniorecto, cuius ex ore se plurima audiisse eorum quae scripserit refert, prologo libri IV; in chronico eum multa cum laude commemorat, et complura ei dedicavit opera, quae eo iubente scribenda susceperat.*

Primum autem eius opus, ut iam diximus, fuit Passio beati Marci et sociorum eius, *quam ut ipse ait,* scripsit ad Oderisium II. *Marcus quem primum sibi fuisse episcopum, sancti Petri discipulum, Atinenses ferebant, in magna ibi cum Nicandro et Marciano martyribus sanctaque Daria habebatur veneratione, extantque ab aliis conscripta gesta illorum cum translatione atque miraculis, edita in Ughelli It. sacra Vol. VI. p.* 408 *sqq. ed. II., in Io. Mabillon Museo Ital. II. p.* 247. *et in Actis SS. Apr. III. p.* 558. *Iun. III. p.* 268. *Ea autem omnia diversa esse a Petri opere, probant verba quae ab eo* in historia passionis sanctorum martyrum Marci, Nicandri et Marciani *scripta commemorat Ughellus l. l.* Inter omnes fere urbes quas occidentis limen includit, Atinensem civitatem antiquissimam esse perspicuum est. Hanc rex Saturnus postquam a Iove filio pulsus est, post civitatis Sipontinae constitutionem secundam in toto occidenti condidit, atque Atinam appellavit. Haec itaque ad quantum culmen evecta, et quam potentissima et doctissima extitit, et quales quantosque artifices habuit, nosse qui cupit, historiam Livii et Virgilii Aeneidem relegat, ibique qualis olim viguit facunde descriptum inveniet[63]. *Praeterea Petrus,* 63 destructionem et restaurationem Atinae urbis in beati Marci adiunxit historiam[64], et inventionem corporis beati martyris Marci descripsit[65], *necnon* vitam sanctae Dariae uxoris sancti Nicandri. *Addidit* miracula sanctorum martyrum Marci, Nicandri et Marciani[66], *et quum assiduus esset in eorum cultu, scripsit* de festivitate beati Marci sermones 8, de vigiliis eius duos[67], sermonem de sancto Nican- 67 candro, de sancto Nicandro et Marciano sermonem de translatione; *porro* hymnos 6 in eorum laude composuit, *et* cantus beati Marci dictavit. *Ex hac tanta scriptorum copia Ughellus manuscripta penes se servari professus est vitam sanctorum cum*

a) *ita correxi;* quo *M.* b) meus *M.* c) ut *M.*

61) quos Aquinenses fuisse, e verbis Petri supra adductis collegisse mihi videor. 62) Cod. 257. 63) Imo frustra requiret. Aliter idem in Hist. gentis Troianae ap. Tostium 2, 118. *Capin. Ati Troianus civitatem Atinam construens nomen* etc. 64) de viris ill. c. 47. 65) Chr. Cas. IV, 66. *translationem beati Marci in civitate Atina,* de viris ill. c. 47. 66) omnia haec l. l. enumerantur. 67) vel unum, alterum de vig. Nicandri et Marciani, teste c. 47. de viris ill.

historia translationis et miraculis, canticum quoque in festivitate beati Marci
canendum; sed nihil horum edidit neque flagitanti Danieli Papebroch concessit:
qui quum num ea unquam habuerit Ughellus dubitaverit, refellitur verbis ab eo
e vita per Petrum conscripta allatis, quae in ceteris non inveniuntur. Ad nos
autem nihil eorum quantum scimus pervenit, praeter sermones aliquot in cod.
68 *Casin.* 361. *servatos*[68]. *Petrus autem ne his quidem quae ipse edidit contentus,*
etiam a Petro sanctae Romanae ecclesiae subdiacono et Casinensi monacho
precibus impetravit, ut passionem beati Marci versibus adornaret[69].

Eam quam in verbis supra allatis animadvertimus fingendi licentiam vereor
ne pari modo attulerit ad proximum quod suscepisse videtur opusculum. Nam
vicesimum tertium aetatis annum agens[70] a *Gregorio episcopo, quem Terraci-*
71 *nensem fuisse suspicor*[71], *admonitus est, ut* **Gesta sancti Placidi** *quae Gor-*
diano tribuit, ex Graeco in Latinum sermonem transferret. Haec enim, ut
ipse Petrus auctor est in alia eiusdem vitae editione[72], *Symeon quidam pres-*
byter Constantinopolitanus Salernum attulerat, a. 1115, *Graece scripta per Gor-*
dianum Placidi socium; Iohannes autem monachus Capuanus Casinum transmiserat
ad Raynaldum monachum, cuius hortatu Petrus ea se transtulisse refert. Prius
73 *autem opusculum, in quo Symeonis nulla mentio fit*[73], disponebam, *inquit*, ad
Ptolomeum Romanorum consulem dirigere, sed prius censui eum tuo[74] renitenti
cothurno elimare. *Vides cum patruo in gratiam eum rediisse, sed nondum, vel*
non multo ante, cum Seniorecto, quum propter tanti coenobii perturbationem
nostrique exilii aerumnas id aggredi *initio recusavisset. Haec igitur vita quae*
incipit: Postquam summi regis *integra nondum edita est, nam quae libro de*
75 *Iustis Casin. inserta est*[75], *cum prologo ad Gregorium scripto, eam abbreviatam*
esse apparet, quum ad Gordiani opus lectores identidem ablegentur. Postea
autem, nondum contentus fabulis quibus vita Gordiano supposita scatet, denuo
eam exaravit, multisque interpolavit figmentis, quae partim extant in vita a
Surio[76], *Mabillonio*[77], *Bueo*[78] *edita, partim latent in codice quem Regestum S.*
Placidi Casinenses vocant; quanquam omnia ista Gordiano Petrus tribuit, et
79 *num ipse ea ingesserit, non plane constat. Ita enim post finem vitae pergit*[79]:
Hucusque Gordianus patris Benedicti discipulus, qui *etc.* Ea vero quae a tem-
poribus Vitaliani papae usque ad Heinrici et Alexii imperatorum tempora eve-
nerunt, iussu reverendissimi Cassinensis archimandritae Raynaldi Petrus Cas-
sinensis diaconus ex cosmographia Theofani et ex corographia Romanorum
pontificum excerpsens, iam dictae historiae adiunxit. Incipit tempore illo quo
Constans imperator *etc. Ceterum difficillimas illas quaestiones de actis Graecis*
num unquam scripta fuerint, de Symeone presbytero an fictitius sit, de Ste-
phani Aniciensis ignoti praeterea viri paraphrasi et epistola, num et hae a
Petro sint confictae, de ridiculis plane epistolis aliisque documentis, in Regesto
S. Placidi quod litteris Langobardicis Petri nostri aetate exaratum esse Gattula
asserit, scriptis, editis ad calcem Chronici Casinensis Venet. 1513. *Parisiis* 1603.
cuiusnam ea foetus sint existimanda, eas inquam quaestiones, quum a nostro

68) v. I. B. Marum ad cap. 47. de viris illustribus. 69) de viris ill. 43. 70) ex prologo huius vitae, quem solum ex schedis Mabillonii ediderunt Mart. et Dur. Coll. Vol. VI. col. 785. 71) Chr. Cas. IV, 42. 72) ap. Constantium Caietanum in Vitis SS. Siculorum 1, 183; quas ex sola Buei dissertatione cognovi. 73) quinimo scribit: *Nam quum ab ipsis beati Benedicti temporibus in Casinensi gymnasio sapientes quam plurimi fuerint, istius passio de Greco in Latinum a nullo translata fuisset;* ut recens eo allata esse minime videatur. 74) Gregorii. 75) A. Mai, Nova Coll. VI. B. p. 247. 76) 7, 746. ed. I. 5, 637. ed. II. 77) Acta SS. O. S. B. 1, 45. 78) Acta SS. Oct. III. p. 114. 79) ap. Gatt. Hist. Cas. 916.

proposito sint alienae, hic examinare non attinet, magnaque cum eruditione et doctrina discussit Iacobus Bueus in Actis SS. Octobris III, 65 *sqq. Nobis animadvertere sufficit, Petrum quibusvis fabellis facillime manus dedisse, et si eas non ipse excogitavit, promptissimum fuisse ad adoptandas eas suosque in usus vertendas. Nam documenta illa aperte falsa quum a Leone ne verbo quidem commemorata essent, a Petro primum sunt in lucem prolata. Ita Iustini, Iustiniani, Theoderici erga Casinense coenobium favor et munera in Chron. IV*, 113 *commemorantur; regesto autem suo et portentosam Tertulli donationem inseruit*[80], *et Desiderii non melioris notae privilegium*[81], *quae prae ceteris hic commemoro, quia Leoni vel ignota vel fide prorsus indigna visa fuisse apparet: Benedicti VIII. autem bulla*[82] *ad verbum ex ipso Leonis textu descripta est. Eorum igitur falsitas quin et ipsi perspecta fuerit, vix licet dubitare, quum praesertim post reditum a Seniorecto sit coenobii* cartularius, scriniarius *et* bibliothecarius *constitutus: quibus eum titulis vixdum mortuo illo ornatum videmus, Chr. Cas. IV*, 108. *Quo anno Casinum reversus fuerit, non liquet*[83]*; mihi vero c. a.* 1130. *evenisse videtur, nam quum a.* 1133. *hagiologica quaedam ad Seniorectum scripserit, in prologo vitae sancti Severi ita loquitur:* Hic nempe *(Raynaldus)* dum nostram exiguitatem in diversorio legislatoris fluctuantem reppersisset, et coenobialibus negotiis me irretitum vidisset agnovissetque quod assidua praeceptorum atque tomorum inquisitio nostri pectoris animam (prohiberet) libros scrutari deiloquos *etc. Vides adumbratam bibliothecarii occupationem, quin ipsam regesti Casinensis confectionem his verbis indicari existimo.* **Regestum** *enim Casinensis coenobii sive* librum *ut ipse ait* privilegiorum, *opus magnae molis*[84] *maximaeque utilitatis, quod integrum Casini servatur, litteris scriptum Langobardicis, iussu Seniorecti abbatis disposuit describique mandavit*[85], *cui et* prologum fecit ex rogatu Raynaldi subdiaconi Casinensis[86]. *Cuius operis ea est cum litteris nostris coniunctio, ut praefationem ex Cl. Gattulae libro*[87] *integram liceat adscribere:*

Reverendissimo atque sanctissimo patri Seniorecto[a] Petrus filiorum eius infimus debitae obedientiae servitutis obsequium. Iniunxerat nobis iamdudum[88] pater tua veneranda sagacitas, ut privilegia nostro coenobio a Romanis pontificibus facta volumine sub uno describerem. Difficile opus nempe, et nostris temporibus inusitatum, ob id vel maxime quia munimina quae ex[b] incendio duabus vicibus erepta sunt, vetustate iam pene consumpta et ad nihilum sunt redacta. Quod igitur agerem, vel qualiter id perficerem nesciebam. Quod ubi vestra advertit prudentia, nostram exiguitatem talibus monere est adorsa affatibus: *Quanta sit his qui mundum diligunt transiturae caritas patriae, liquidius nosti; nullis etiam muneribus, nullis minis, nullis perturbationibus a dilectione patriae recedebant, Quirites quippe, qui et armis illam defendere ac edificiis illustrare modis studebant omnimodis. Quodsi illi perituram ac terrenam patriam tanto diligebant amore, quid nobis pro perenni ac indeficienti agendum sit adverte. Enimvero dum ad curiam nostram Robbertus excellentissimus Capuanorum princeps*[89] *advenisset, et de his interdum locutio oriretur, hortari nos quam maxime coepit, ut ea quae de privilegiis scribendis olim praeceperas, ad effectum perducerem. Unde quia usque in hodiernum res ipsa dilata est, volo simul et iubeo, ut privilegia pontificum, praecepta imperatorum, regum, ducum ac principum, nec non oblationes quorumcumque fidelium uno describantur volumine.* Vestram igitur ubi in hoc voluntatem adverti, parui, quia non parendum impium et profanum adverti, nam teste Deiloquio quasi peccatum ariolandi est repugnare, et quasi scelus

a) Senioreto *G.* b) et *G.*

80) Tosti 1, 77. 81) ib. 1, 89. 82) ib. p. 251. 83) v. supra n. 50. 84) *habet chartas CCXLIX.* Vetus catal. codd. Casin. in Ang. Maii Spicil. V, 221b. 85) nam cod. 257. qui autographus esse dicitur, litteris Latinis exaratus est. 86) Chr. IV, 66. de viris ill. c. 47. 87) Acc. p. 22. 88) ergo dudum ab exilio reversum fuisse oportet. 89) a. 1134. Capua pulsus est.

idololatriae nolle acquiescere. Quantum autem difficultatis opere sim expertus in isto, ex ipsis oblationibus evidentissime comprobabitur. Maximo autem adiutorio in hoc nobis venerabilis Leonis Hostiensis episcopi historia fuit, qui a beatissimo patre Benedicto sumens exordium, de Cassinensis coenobii rebus utilem nimis librum descripsit, in quo opulentiam tantam sui sensus expressit, ut pene nihil eorum omitteret quae in eodem
90 evenere coenobio[90]. Tanti namque viri studium in hoc operes equens, licet adsequi nimis impari sensus facultate nequiverim, ordinem tamen oblationum prout ab eo statutum est posui. In sex porro decisiones librum statui dividere istum: in privilegiis, in praeceptis, in oblationibus[91], in libellis, in renunciis, in sacramentis. Quapropter vestrae paternitatis excellentiam humili devotionis obsequio flagito, ut sanctitas tua opusculum istud gratissima mente percipiat, et si in aliquo minus forte inveneris, veniam clementer accomodes.

Librum igitur eo tempore primo scriptum, ita instituit, ut sequentis temporis documentis spatium relinqueretur, nam multo recentiora eidem inesse probat
92 *e. g. epistola Wibaldi ex eodem impressa*[92]. *Ad fidem autem operis quod attinet, iam vidimus, eum a falsis documentis recipiendis minime abstinuisse; alia autem quorum exempla supersunt, satis accurate videtur transscripsisse. Plurima inde hausit Erasmus Gattula, nonnulla Lud. Tosti edidit. Eisdem autem studiis ut videtur adductus Petrus* Istoriam de eversione seu restauratione coenobii beati Mauri ex iussione abbatis Seniorecti emendavit, in qua et prologum scripsit: *nonnulla enim privilegia pontificum de eius monasterii casibus agunt. Verum ne in profanis et saecularibus studiis plus temporis consumeret, amicorum prohibitus est admonitionibus: e quibus primum commemoro Albericum, eadem cum Petro Guidonis disciplina usum. Guidonis autem de mirifica illius*
93 *visione libellum* quidam *inquit Albericus*[93] accipiens, quod voluit addidit, et quod voluit abstulit, et quod voluit permutavit, et circumfert tanquam ex nostro nomine, insultans et offendens ea quae ipse conscripsit.... Haec et alia multa in nostra visione conficta repperi. Ob quam rem Seniorettus abbas nostram parvitatem evocans precepit, ut iterum illam emendans, superflua resecarem, amputata loco suo restituerem. Accito igitur Petro diacono, ab ipsis ut ita dicam cunabulis nobis in Christi amore coniuncto, triduanum laborem assumens eam ad unguem usque correxi, falsa resecans et dempta loco suo restituens. *Petrus vero amicitiae erga Albericum documentum dedit in Chr. IV*, 66. *et inter opera sua recenset, quod eius visionem corruptam emendavit. Non minor ei fuit cum Raynaldo subdiacono Casinensi familiaritatis consuetudo, qui nescio an Tuscus ille fuerit,*
94 *in abbatem postea promotus, qui Anacleti subdiaconus fuit*[94]. *Tum certum esset, librum* ***Illustrium virorum Casinensis archisterii*** *scriptum fuisse ante a.* 1137. *quo ille abbas factus est: ibi enim ita loquitur c.* 44. Raynaldus Casinensis subdiaconus, parvulus beato Benedicto oblatus, vir valde eruditus et versificandi scientia antiquis per omnia comparandus, scripsit ad Petrum diaconum ac bibliothecarium sanctissimi Severi Casinatis episcopi in laudem versus; versus quoque de vita beati Benedicti ac beati Mauri; hymnos in laudem sancti . . . . Severi. *Sed hoc nimis urgere nolim. Librum illum, quem iam 7 annis ante Guido scribendum susceperat, sed rem coeptam dimiserat, Petrus scripsit ad Pandulfum Teanensem episcopum*[95], *satis ieiunum, sed nobis multa-*
96 *rum rerum notitia perutilem: quem primus edidit I. B. Marus*[96], *cum commen-*

90) at res gravissimas omisisset, si vera essent quae ipse Petrus de Iustiniano, Iustino, ceteris refert. 91) oblationes cum renuntiis permixtas esse, Giesebrechtius mihi retulit. 92) Murat. SS. IV, 622. 93) F. Cancellieri, Osservazioni intorno alla questione promossa dal Vanozzi . . . . sopra l'originalità della Divina Commedia di Dante. Roma 1814. 8. quo in libro Alberici visio edita est, p. 134 sqq. 94) Chr. IV, 104. Sed inde Romanae ecclesiae subdiaconum fuisse concludas. Quod fortasse propter dubia Anacleti iura reticuit. 95) Chr. IV, 66. 75. 108. 96) cum supplemento cui ipsius Petri vita

tario, cui de codicibus Casinensibus nonnulla insunt, Romae 1655. 8*; recusum Parisiis* 1666. 8. *et in Bibl. Patrum Lugd.* 1677. *T. XXI. p.* 347, *in Bibl. Eccl. I. A. Fabricii, Hamb.* 1718. *f. p.* 165, *in Murat. SS. VI. p.* 9, *in Burmanniano thesauro IX*, 329.

Praeter hunc igitur Raynaldum Petrus amicitia coniunctus fuit cum Raynaldo diacono, quem abbatem ipse vocat Chr. IV, 66, *Colementano scilicet; ad quem:* Tu vero, *inquit*[97], in Christo carissime frater, et nimium nimiumque ab 97 ipsis ut ita dicam crepundiis indissolubili mihi conglutinate amore *etc. Huius ut apparet auctoritate post reditum primo ad sanctorum vitas scribendas impulsus est. Nam in Vita sancti Apollinaris, quam inscripsit* reverendissimo academicisque floribus adornato Rainaldo Casinensis coenobii condiacono, *dicit:* Post mei reversionem perpetuam Casini montis ad arcem, e qua per tempus tempora et dimidium temporis[98] absens fueram, otioso inertique somno 98 sopitum evigilare . . . . non desinis: *ut vel ante regestum hanc videatur composuisse. Est autem nihil fere aliud nisi cento e Leonis chronico excerptus, tantaque verborum prolixitate oneratus, ut vel ipse codicis Vat. scriptor subiiceret:*

Ipse supervacuum scriptor dum vito laborem,
Quae non sunt ad rem plurima surripui.

A negotiis saecularibus et cartarum veterum tractatione Petrum alter ille Raynaldus, subdiaconus avocavit, sancti Severi vitam ut scriberet adhortatus, quam Seniorecto abbati dedicavit, nondum adolescentiae terminos egressus[99]. *Qua absoluta, Guinizonis vitam composuit, Richardi monachi Casinensis*[1] *precibus cedens, in qua plurima e Leonis chronico ad verbum descripsit, miraculorum aliquot narratione adiecta*[2]. *Hanc igitur vitam in Chr. Cas. III*, 48. 2 ante hoc ferme septennium *se exaravisse refert, i. e. circa annum* 1133. *Eisdem verbis ib. IV*, 7. *librum de miraculis sc. Casinensium monachorum designat, qui perditus esse videtur; extant autem Ortus et vitae iustorum Casinensis coenobii, in quibus quae ex illo laudat, reperimus, ut ab eo vix diversum opus esse putaremus, nisi ipse utrumque distingueret*[3]. *Verum ea fuit Petri indoles, ut quae semel scripsisset saepius repeteret, suimet ipse plagiarius. Integra enim illius libri capita eisdem verbis in chronico offendimus: vitae sancti Placidi iteratam recensionem iam animadvertimus, partes chronici pro iustis libellis ab eo recenseri mox videbimus, et vitas quarum supra meminimus, SS. Severi, Placidi, Apollinaris, Guinizonis, cum prologis suis vel integras vel abbreviatas libro de iustis inseruit*[4]. *Ceterorum plurima e Gregorii* 4 *Magni, Desiderii, Leonis libris ad verbum exscripsit, aliorum fontes non novimus, multa ex ore hominum accepit. Plurima idem beati Benedicti miracula, et de inventione eius fabellas cum Leonis narratione minime consonas, congessit in sermone de octava b. Benedicti, scripto post annum* 1134. *cuius* §. 41. *meminit, edito in Actis SS. Maii III.* 288—297.

Sed iam attigimus tempora quibus maxima Casinensibus instabant pericula, dum Petrus gratissima potiebatur exhibendi facundiam, subtilitatem ingenii, peritiam legum[5] *et temporum cognitionem praeteritorum occasione. Quae* 5

inest, a Chr. IV, 66. et cod. 257. non multum diversa. 97) Prol. V. S. Apollinaris, in Ang. Maii Nova Coll. VI. B. 257. 98) Daniel. 7, 25. 12, 7. 99) Ang. Maii Nova Coll. VI. B. 250. 1) eiusdem ni fallor, qui postea Innocentii II. capellanus factus est. Chr. Cas. IV, 105. 2) Edita est in Actis SS. Maii VI, 456, et correcta e cod. Vat. in Ang. Maii Nova Coll. VI. B. 264. 3) Chr. IV. 66. de viris ill. c. 47. 4) In hoc nempe vitae Severi, Apollinaris et Guinizonis solo supersunt, edito ab Ang. Maio in Nova Coll. VI. B. 245. e cod. Vat. quo plenior et prolixior alter Casini servatur. Ex hoc etiam vita Aldemarii edita est in Actis SS. Mar. III, 489. 5) sed fabellam illam de congesta per eum iussu Lotharii legum

verbo tetigisse sufficeret, quum ipsius chronicon de his nobis sit paene unicus et locupletissimus testis, nisi ea ipsa causa fuisset, cur Petro fidem omnino denegandam censuissent Baronius aliique; quibus amplo excursu respondit Angelus de Nuce ad c. 108. *Et primum quidem Petrum eius narrationis auctorem facile agnosco, quae tota eius stilum sapit. Extitit Casini relatio eius de alter-*
6 *catione coram imperatore facta, quam in ipsa imperiali aula scripserat*[6], *incipiens teste I. B. Maro ad c.* 47. *de viris ill.* Igitur dum in conspectu imperatoris Lotharii, *quae si adhuc superest, collata omnem scrupulum eximeret, verum apud Angelum altum de ea silentium est. Sed totus orationis color non diversus est a sequentibus, quae ex parte confirmantur genuino Lotharii privi-*
7 *legio*[7] *adhuc apud Casinenses religiose conservato, partim epistolis a Petro scriptis ad Richizam imperatricem. Verane sint necne, altera quaestio est, eaque difficillima, quamque ego diffinire non ausim. Nam ipsae illae aliaeque Lotharii quas in chronico commemorat epistolae e solo Casini tabulario, e codicibus Petri auspiciis scriptis, regesto scilicet eius et cod.* 257. *prodierunt,*
8 *et num intemeratae sint, nescimus*[8]. *Tamen inter se consentiunt, omnesque ementitas esse, mihi persuadere non possum. Quin ex ipso Lotharii privilegio videmus, hunc summa erga Casinense coenobium fuisse devotione, et ex verbis quibus utitur apparet, falsa Iustiniani et Zachariae*[9] *privilegia ei fuisse proposita et pro veris habita. Itaque mihi quidem tutissimum videtur statuere, vetulum et devotum imperatorem versutissimi monachi calliditate captum, delectatum fuisse eius loquacitate, eumque de antiquis temporibus narrantem et libenter audivisse, et fidem ei accommodavisse. Omnem igitur quam refert altercationem habitam fuisse credo, singulis autem verbis ut multum tribuam, longe absum, et a gloriosi hominis ampullosa iactatione me decipi minime patior. Multa enim insunt quae falsitatis eum arguant. Rainaldum ipse narravit c.* 104. *ab imperatore hostem imperii publice fuisse pronunciatum, ipse contentiosam electionem retulit, quorum in altercatione nullum apparet vestigium. Deinde Seniorecti abbatis electioni nuntios pontificis nullos affuisse contendit, quorum adventum et verba c.* 94. *ipse narravit; postremo ubi Lotharius Casinum venit, ita agitur, tanquam ne verbum quidem ad Lacum Pensilem de his rebus dictum fuerit. Quibus rebus efficitur, rem ita ut narratur actam esse vix posse, verum si nihil eiusmodi factum fuisset, non video, quomodo Petrus sibi potuerit persuadere, apud quenquam se commentis suis fidem esse inventurum. Quem vero obiiciunt annum huic rei falso assignatum, is parum me movet; nam homo parum accuratae memoriae et admodum festinanti calamo tempus rei assignaturus, privilegium a Lothario concessum videtur inspexisse, quod quum Sept.* 1137. *datum esset, errore lapsus pro aestate eiusdem anni sequentem descripsit; id quod facilius accidere potuit, quum primo altercationem*
10 *solam conscriberet, eamque postea ut erat chronico insereret*[10].

Igitur quum ad Lacum Pensilem Rainaldus Tuscus imperatori occurreret, nominatim vocatus cum eo venit Petrus, cartularius, bibliothecarius ac scriniarius[11] *monasterii, quem cognitum ille habere poterat propter Tusculanensium comitum cum*

Langobardarum collectione systematica dudum exposit Cl. Savigny, Gesch. d. Röm. Rechts im M. A. II, 200. 6) IV, 66. Etiam altercationem cum Constantinopolitano separatim edidit. 7) Gatt. Acc. p. 250. Margarini Bull. Cas. II, 153. 8) Ep. in Chr. IV, 125. scripta non parum differt ab altero eius apographo in cod. 257. 9) cuius privil. etiam a pontificibus Romanis confirmatum est, v. Annales nostros V, 319. 10) Pari errore c. 112. Lotharium annum et dimidium sub tentoriis egisse ait, c. 115. annum et duos menses, quum nondum integer annus post curiam Wirzburg. elapsus fuerit. 11) Chr. IV, 108.

imperatoribus coniunctionem[12]. *Praeterea quum abbatem privilegia imperatorum secum deferre iussisset*[13], *cartularium quoque vocatum fuisse, facile credi potest. Quum dies disceptationi statuta esset, monachi Petrum nostrum apocrisiarium et defensorem sibi statuerunt, qui rem ipsorum contra cardinales gereret*[14]. *Quod qua ratione fecerit, ipse narravit, sed fide admodum dubia; verum tamen esse videtur, eum et Lotharii et Innocentii favori se insinuavisse. Sed de Innocentio nihil praeterea scimus, nisi quod vitam sancti Leonis IX. ei dedicavit*[15]*; Lotharii amorem testantur epistolae supra iam commemoratae. Si genuina est epistola in Chr. c.* 125. *et in cod.* 257. *sed non eisdem verbis scripta, logothetam Italicum eum constituit, a secretis, exceptorem, auditorem, cartularium, ac capellanum Romani imperii*[16]. *Quod c.* 116. *factum esse refert post disputationem cum Graeco habitam, interventu Richizae augustae, Henrici ducis Bavariae, et Conradi de Suevia. Siquidem hospitabatur in tentorio Bertulfi*[17] *cancellarii*[18], *cum eo in imperiali aula remanere iussus est,* imperii servitia peracturus[19], *et eius se iactat discipulum*[20]. *Postea autem Lotharium dixisse narrat*[21], *se eum Henrici Ratisponensis episcopi et cancellarii discipulum effecisse. Quin praecepta antecessorum suorum custodienda ei credidit, et relationibus eius de antiquorum rebus gestis tantopere delectatus est, ut historiam imperatorum eum scribere iuberet*[22]. *Sed etiam Casinensium negotia apud imperatorem manens tunc procuravit*[23]. *Deinde dimisso abbate a Lothario retentus, quum valetudinis causa monasterium repetisset, mox iubente imperatore ad hunc reversus est, et cum eo Casinum venit. Unde recedens Lotharius quum Petrum secum abducere cuperet, imperialia semper servitia peracturum, vix Guibaldo ut eum retineret concedens, magnifice laudatum eius amori commendavit*[24]. *Tamen carere eo diu non sustinuit, et quum Tibur venisset, ut sibi transmitteretur a Guibaldo petiit*[25]. *Qui rescribens*[26] *quum multâ conquestus esset de vicinorum oppressionibus,* cetera, *inquit,* ex verbis filii nostri Petri huius epistolae dictatoris ac Romani imperii per omnia fidelis, quem in Alemanniam, Saxoniam, Daciam, Sueviam ac Lotharingiam mittere decrevimus, cognoscetis. Historiam vero occidentalium imperatorum, quam eidem Petro dictare praecepistis, noveritis adhuc non explesse. Variis enim tribulationibus et angustiis pressus, plus ei flere quam scribere licuit. *Quem tamen* quia id itineris longitudo et conclusio prohibuit, *mutato consilio domi retinuit*[27]. *Ubi quod mireris in tanta coenobii afflictione tamen libellum* d e l o c i s s a n c t i s *sive* Itinerarium terrae sanctae *Guibaldo inscripsit*, ex omnibus ut ita dicam libris collectum *ut ait*[28]. *Eum ex cod.* 361. *iam mutilo edidit Tostius, Hist. Cas. II,* 121. *Mortuo autem Lothario epistolam direxit ad Richizam augustam*[29], *quam ex MS. Cas. Io. Mabillon eruit, editam in Mart. Coll. I,* 756. *Ann. Bened. VI,* 623. *Orig. Guelf. II,* 540. *cum altera qua post mortem Heinrici ducis eandem consolatus est*[30]. *Verum etiam* Chonrado excellentissimo imperatori et Romani imperii strenuissimo pro-

12) cf. Chr. IV, 125. 13) Ep. 3. Loth. in Murat. SS. IV, 621. cf. Chr. IV, 108. 14) Chr. IV, 66. 108. prol. 15) De viris ill. c. 47. 16) Cf. ep. 1. ad Richizam, Chr. IV, 66. 116. 17) *B. notarii* 1137. Sept. 22. Mart. Coll. II, 102. Nonnulla Lotharii privilegia recognovit *Berthaldus, scriptor imp.* Lami Del. Erud. IV, 162. *Bertoldus camarlengus imp.* Ugh. V, 756. 777. 18) c. 108. 111. 19) c. 114. 20) IV, 66. Ep. ad Richizam. Prol. l. de notis: *ex parte praeceptoris nostri Rodulphi cancellarii.* 21) c. 125. 22) IV, 125. Ep. Wibaldi, Mart. Coll. II, 185. 23) c. 117. 118. 24) c. 125. Ep. 1. ad Richizam. 25) c. 125. 26) c. 125. Mart. Coll. II, 183. 27) c. 126. Utramque epistolam Petrus inter opera sua recenset. 28) Plurima teste Io. Mabillon a Beda accepit, v. Mart. Coll. VI, 789, ubi prologus editus est. 29) cf. Chr. IV, 124. 30) haec cum sequenti etiam ab Ang. Mai edita est, Nova Coll. I, 758.

31 pagatori *epistola teste auctore perpulchra*[31] *de recenti eius electione gratulatus, Casinensem ecclesiam eius commendavit protectioni. Eidem etiam duo opuscula inscripsit, quae cum ceteris videsis in Chron. IV,* 66. *nam nimis magna eorum copia est, quam ut singula hic recensere possimus, et de plerisque praeter titulos nihil compertum habemus*[32]. *Post Guibaldi igitur recessum Petrus Rainaldi abbatis fruebatur favore et familiaritate, cuius iussu circa a.* 1140. *continuationem chronico Casinensi adiunxit. Ab hoc petiit eum Landulfus affi-*
33 *nis ipsius, his litteris*[33]*:* R. Dei gratia cardinali et abbati Landulfus Sancti Ioannis sicut suo domino salutem et commendationem. Vestram paternitatem rogando mandamus ut sicut meum amorem et servitium habere vis, ita dominum Petrum Egidii, qui est frater uxoris meae Guyllae et meus consanguineus, constituatis in ecclesia sancti Benedicti Collis insulae, quia est prudens et sapiens, et volo consiliari ab eo. Ideo te deprecor, ut sine mora mittatis eum ibi, quia nimis necessarius est mihi et pro terra mea et pro omnibus meis. *Num venerit nescimus, neque ulterius quidquam de eo comperimus. Et mihi*
34 *quidem vitam non multum postea produxisse videtur*[34]. *Nam quum tantum scripserit intra breve decem annorum spatium, id sumere posse mihi iure videor, eum dum vixerit a scribendo nunquam quievisse. Iam vero etiamsi fieri potuit ut eorum quae in Chr. IV,* 66. *enumerat aliqua postea insererentur, tamen si diu supervixisset, vel in editis eius operibus vel in aliorum inscriptionibus aliquod certe posterioris temporis indicium deprehenderemus*[35], *quum tot inveniamus ad*
36 *priora tempora referenda. Obiit autem in Casino et ibi sepultus est*[36].

Chronico Casinensi Petrus continuationem adiunxit anno tertio post res coram Lothario gestas[37], *i. e. anno D.* 1140. *Sed etiam quae Leo scripserat, non intacta reliquit. Nam quae in cod.* 2. *addita sunt et mutata, a Petro profecta esse, iam Ang. de Nuce vidit. Quod quum per se verisimile sit, quia in eo tantum codice reperiuntur, qui etiam continuationem continet, eo comprobatur quod pleraque agunt de comitibus Tusculanis, Petri nostri gentilibus, quibus plane*
38 *similia inveniuntur in eius catalogo pontificum*[38]. *Praeterea addita sunt quae scriniarii manum produnt I,* 59. *II,* 2. *de cella Cinglensi Casinensibus postea subducta*[39], *et de aliis monasterii possessionibus II,* 26. 37. 52. 69. *Neque a Petri ingenio aliena sunt, quae de miraculis addita legimus II,* 59. 80, *ut cetera quoque, in quibus ab aliis cod.* 2. *differt, eius manui vindicare possimus. Quorum minuta quidem et quae eodem iure vel ipsi Leoni vel scribae codicis tribui poterant, inter varias lectiones posuimus, ceteris inter textum et notas locum suum assignavimus. — Continuationem scripsit a renovatione ecclesiae beati*
40 *Martini*[40], *i. e. III,* 34, *quo in capite iam tantum mutavit et addidit, ut id in fronte operis eius repetendum duxerimus. Fontes quum iussu Raynaldi abbatis*

31) IV, 66. De viris ill. 47. 32) In catal. codd. Casin. sub Paulo II, in A. Mai Spicil. V, 223. commemoratur Petri *liber de dignitate Romani imperii.* Incipit: *Haec digni.* 33) Ang. ad Chr. IV. prol. ex cod. 257. quem denuo contulit V. D. Giesebrecht. 34) *Illud constat, exauctorato Egidio Venusino abbate ab Alexandro III, suffectum in regimen monasterii Petrum diaconum, titulo tantum procuratoris, donec de successore provideretur.* A. de Nuce ad Chr. IV. prol. Sed quo teste? — Ille Petrus cui 1168. papa procurationem reliquit, decanus fuit et sacerdos, et a. 1174. in abbatem electus est; obiit 8. Id. Iul. 1186; v. Anon. Cas. ad h. a. — A quo nostrum diversum esse apparet ex constanti quod ei adhaesit diaconi nomine et silentio eius qui c. 47. libro de viris ill. post mortem eius adiunxit. 35) Catal. imperatorum etc. subsistit in Conrado, Innocentio II, et Guibaldo. Mon. SS. III, 219. Si Falco ille cuius vitam scripsit abbas Cavensis fuit, a. 1146. mortuus, huic superfuit; sed id dubium manet. 36) De viris ill. c. 47. 37) Prol. l. IV. Verba de Gerardo et Guidone cardinalibus c. 109. 121. postea inserta esse videntur, post a. 1145. vel ab ipso Petro vel ab alio. 38) nondum edito; v. I, 61. II, 4. 27. 55. 60. 77. 99. III, 9. 17. 39) IV, 18. 70. 40) Prol. l. IV. Ex persona Leonis loquitur III, 44. et IV, 70, etsi in libro quarto se auctorem aperte profitetur.

*ad scribendum se accinxisset, adhibuisse se dicit registra Romanorum pontifi-
cum, Gregorii VII. et successorum eius, necnon principum et ducum gesta, quae
modo excerpserit, modo ut scripta erant inseruerit; cetera Seniorecti aliorum-
que*[41] *relationibus comperuisse, plurima ipsum vidisse. Sed Gregorii VII. regi-* 41
*stro an usus sit, dubito; Victoris registrum exscripsisse videtur, quod de Pa-
schali II constat*[42]. *De Urbano II post electionem eius pauca tantum habet; de
Innocentio II et Anacleto fere nihil praeter causam illam coram Lothario agi-
tatam. Praeterea exscripsit annales Casinenses*[43], *qui in Anonymi chronicon
postea transscripti sunt, Amatum*[44], *Desiderii dialogos*[45], *Leonis relationem de
consecratione ecclesiae*[46]; *historiam belli sacri*[47], *Pauli vitam s. Gebizonis*[48], *Petri
Dam. epistolas*[49]. *Quae ex eis desumpsit, ita plerumque ad verbum descripsit,* 49
*ut litteris minoribus ea imprimenda curaverimus, quod in Leonis opere fieri non
poterat, quoniam hic e diversorum auctorum narrationibus cum eis quae aliunde
comperuerat, novum ipse opus elaboravit. At multo etiam magis a Leone Pe-
trus fide differt, quum non solum donationes et alia privilegia afferat, quae
pro genuinis accipere vix possimus, verum etam falsi ipse aperte reus teneatur.
Nam IV,* 31. *Bruni Signensis epistolam inserit, quae ex Petri Dam. opusc.* 19.
conflata est, et si hoc ab ipso Bruno factum esse contendis, IV, 42. *orationem
ei tribuit, ex ipsis Bruni epistolis compositam. Quod si hoc more multis scri-
ptoribus olim usurpato excusare velis, in defendenda coram imperatore mona-
sterii causa et privilegia in usum vocat nunquam data, et ex aliis quae adhuc
supersunt verba affert quae in eis frustra quaerimus, et ipsa canonum verba
vel corrumpit, vel falsis adsignat auctoribus. Sed hoc fortasse negligentiae
eius tribuere possis, qua e. g. Karlomannum non semel confundit cum Karolo
Magno: illud falsarium manifesto ostendit. Vides igitur quanta in eo legendo
opus sit cautione. Ceterum in continuatione quam ad a.* 1138 *deduxit mona-
sterii casus satis accurate retulit; plurimis interspersis miraculorum narratio-
nibus, nonnullis de viris eruditione et ingenio insignibus. Alias autem res gestas
non ita tractavit, ut Leonis secutus exemplum gravissima quaeque quae Italiam,
inferiorem praecipue, attingerent, brevi relatione complecteretur, sed tanquam
caeco impetu et plane fortuito nunc ultra modum prolixe narrat, nunc silentio
premit, ut e. g. maximi momenti res quae Capuae et Beneventi acciderunt ne
verbo quidem attigerit*[50]. *In singulis autem narrandis quam parum accurate egerit,* 50
specimen habes III, 70. *De temporum ordine minime sollicitus fuit, quod vel
numeri annorum margini appositi primo obtutu docere possunt. Oratione usus
est negligenti et inaequali, neque a soloecismis aliisque mendis immuni, etsi
eorum nonnulla librario potius quam Petro culpae vertas. Ubi ad altercatio-
nem illam venit, altius insurgit, flosculis ornatus Virgilianis, verum et haec ita
scripta sunt, ut festinantis calami vestigia prodant, quo inchoare libellos con-
suevit, elaborare raro tantum sustinuit. Nam arte scribendi non penitus eum
caruisse, epistolae ostendunt multo maiore cum cura neque invenuste composi-
tae*[51]. *Chronicon igitur quum per se quidem pretii satis parvi sit, utilitatis* 51

41(Alberti IV, 34. Carbonis IV, 55. 42) IV, 35 sq. 43) III, 36. 49. 50. 64. IV, 16. 18. 20. 79. 82. 97. Ubi eodem errore Petrum lapsum esse animadvertas, quo scribae ut in Anonymo describendo anni sequentis numeros cum gestis anni praecedentis coniungerent, sunt inducti. 44) III, 45. 45) III, 38. 43. 51. 64. Complura e perdito l. IV. eum sumpsisse existimo. 46) IV, 8. 9. 47) IV, 11. 48) III, 48. 49) III, 38. 50) Crucesignatorum expeditionem fuse describit, donec Antiochiam veniunt IV, 11; deinde tribus verbis c. 16. Hierosolyma capta esse subiungit. Ab a. 1130. ad a. 1136. quam celeri cursu perveniat, v. IV, 97. 51) Tumidiorem enim sententiarum congeriem ex eius aevi more excusare debemus. In epistola ad Conradum veterum Romanorum nominibus et gestis commemorandis multum delectatur.

tamen non ita exiguae est aestimandum, quum de pontificibus praesertim et de Lothario imperatore non pauca proferat aliunde non nota, quae in usum nostrum convertere possimus.

Codex ms. chronici unicus servatur Casini, de quo supra iam diximus, editus post priorum infidas editiones per Angelum de Nuce, quem nos secuti sumus, adnotationibus quibus opus esse videretur adiectis. Orthographiam codicis non mutavimus, paucis exceptis, quae a Petri more aliena videbantur; diphthongum tamen qua Petrum usum esse e cod. 257. constat, suis locis pro simplici e *restituimus.*

W. WATTENBACH.

INCIPIT[a] EPISTOLA FRATRIS LEONIS AD DOMINUM ODERÍSIUM SANCTISSIMI MONASTERII CASINENSIS VENERABILEM ET REVERENTISSIMUM PATREM.

Domino et patri sanctissimo, venerabilis coenobii Casinensis abbati Oderisio[b], frater Leo cognomine Marsicanus[c], debitae obędientiae famulatum. Iniunxerat[d] michi iam dudum vestra beatitudo, pater venerandissime, ut gloriosi praedecessoris tui[e] sanctae memoriae abbatis Desiderii, singularis plane[f] et unici hoc tempore sui ordinis viri, magnifica[g] gesta[h] ad posterorum memoriam scribendi[i] operam darem. Nimis videlicet indignum[k] iudicans, loci huius veterum te desidiam imitari, qui de tot abbatum gestis seu temporibus nichil fere litteris tradere studuerunt; et siqua forte super hoc aliqui[l] descripserunt: inepta[m] prorsus, et rusticano[n] stilo digesta, fastidium potius quam scientiam aliquam legentibus cónferunt. Quod tua[o] paternitas ne Desiderio nostro contingat sollertissime providens, huic me[p] operi placuit destinare; imponendo michi[q] sarcinam meis profecto viribus imparem: ita ut ipsa tantum sui consideratione succumbens, iam fere per annum[r] id attemptare timuerim[s]. Nuper itaque cum a Capua redeuntem te[t] pro meo comitarer[u] officio, inter ambulandum reminiscens tuae[v] ipsius egregiae iussionis, percontatus es utrum desiderium tuum super scribendis[w] Desiderii gestis explessem. Ego vero subita hac sciscitatione conventus, id quod in re erat respondere coactus sum: nichil[x] omnino me inde fecisse. Moxque aliquantulum resumpta constantia: „et quando[y] inquam[z] ego huic tuo parere[*] imperio potui, quando toto fere hoc anno, cum in servitio domni apostolici ex iussione[a] tua, tum[b] quoque in tuimet ipsius diversis negotiis occupatus, vix per octo dies continuos in monasterio constiti. Cum videlicet opus istud non parvo indigeat otio, neque sit occupati alicuius tantam materiam aggredi, sed potius[c] curis omnibus expediti?“ Hac igitur patienter[d] ratione suscepta, et neglegentiae me, modesta admodum invectione coarguens: „et nunc inquis otium quod desideras arripe, et in scribendo Desiderio, ne velis amplius moras innectere. Immo etiam volo atque praecipio, quandoquidem usque in[e] hanc diem res ipsa procrastinata est, ut ab ipso patre Benedicto[f] eiusdem tuae inscriptionis initium sumens, universorum usque ad eundem[g] Desiderium nostri loci abbatum series, tempora, seu gesta undecumque[h] studiosissimus indagator exquiras: et quáe vel a quibus, seu qualiter sub singulis abbatibus possessiones seu[i] ecclesias quas possidere videmur nostro monasterio

a) *ita* 1. *litteris rubris.* I. prologus in chronica Casinensi *ed. Desunt* 4. b) O. 1. c) Marsianus 3. d) Pręcepe-rat 1. *Quum modo* pręę *modo* pre *scribat*, *nos pro* p̄ *ubique posuimus* prae. e) tue 4. f) fere 1. g) gloriosa ac m. 1. h) in scribendo *addit* 1. *sed ipse delevit.* i) *add.* 1^b. k) ineptum esse i. 1. l) *add.* 1^b. m) inepto *ed.* n) ac lacinioso *addit* 1. *sed ipse delevit.* o) t. p. *add.* 1^b. p) h. operi me d. dignationi vestri imperii placitum fuit 1. h. me o. dest. pl. fuit 1^b. q) plane m. 1. r) non sine aliqua inobedientia *add.* 1. s) timuerint 4. timuerim. Et secundum regulam quidem, quod michi visum fuerat impossibile, iubentis imperium absque ulla contradictione, non tamen aliqua repromissione (n. t. a. r. *expuncta sunt*) suscepi. Verum quia (Quia tamen 1^b.) impossibilitatis meae causam humiliter ac patienter non tuae paternitati suggessi, neglegenter ac stulte me fecisse confiteor (n. fáteor egi 1^b). Nuper 1. t) *deest* 4. u) o. c. 1. v) ipsius t. iuss. 1. w) scribentis 4. *sed huiusmodi menda in sequentibus non semper notavi.* x) Respondi igitur verecunde ac reverenter; n. 1. y) *deest* 4. z) *ita* 1^b. q. e. i. 1. *) praecepto satisfacere potui 1. parere *superscr.* 1^b. a) imperio tuo per Maritimam atque Campaniam. tum 1. b) cum 4. c) otiosi p. curisque o. 1. d) rationabili 1. *quod expunxit.* e) ad hunc 1. *ed.* f) B. 1. g) ipsum 1. h) *addit* 1^b. i) s. e. *add.* 1^b.

accesserint[a], *imperatorum ac ducum principumque praecepta, necnon*[b *] *aliorum quorumque fidelium monimina scrupulose disquirens, instar chronicae historiam*[c] *non parum nobis nobisque succedentibus utilem condas*[d]. *Super haec praeterea tam*[e] *destructionem quam et restaurationem cenobii huius bis diversis temporibus factam, necnon et siqua interim*[f] *occurrunt de operibus seu gestis clarorum virorum harum*[g] *dumtaxat partium digna memoria, suis in locis vel breviter annectere*[h] *non graveris*". *Cuius*[i] *ego imperii pondus postquam coepi sollicitius in*[k] *memet considerare, coeperunt michi hinc inde plurima cogitationum*[l] *spineta succréscere, et únde vel quomodo id perficere naviter*[m] *possem, pro*[n] *paupertate sensus*[o] *mei non facile pérvidens, an*[p] *suscipere, an recusare tantum opus, utrum eligerem ignorabam. Siquidem in suscipiendo temeritas, inobedientia me in recusando pungebat. Ad haec, memineram praefatum*[q] *dominum meum Desiderium hoc ipsum opus olim*[r] *Alfano archiepiscopo Salernitano, viro nostrorum temporum sapientissimo*[s], *iniunxisse; sed eum*[t] *laboriosam valde materiam pervidentem, periculo se huiúsmodi subduxisse. Quod si ille qui et scientia et eloquentia incomparabiliter tunc pollebat, huic se óneri cávit summittere, quid michi esset agendum, cui nec scientia aliqua, et eloquentia nulla prorsus inesset? Angebat iterum conscientiam meam, cur opus istud non alicui alii confratrum*[u] *nostrorum, qui longe utique me scientiores et dictandi usu peritiores existerent, a te committeretur: quos videlicet vel*[v] *ex diversis partibus orbis, eiusdem sancti praedecessoris tui diligentia in locum*[w] *hunc aggregáverat, vel in hoc eodem coenobio docéri studiosíssime fecerat*[x]. *His et huiuscemodi cogitationibus fluctuans*[y] *aestuabam, quoniam*[z] *et res haec altior erat quam ut a me posset attingi, et obstrusior certe quam ut valeret a me perscrutari. Verum quoniam pro devotione quam ab*[*] *olim in tua paternitate singularem gerebam, nil*[a] *unquam tibi refutare*[b] *iam dudum decreveram: stabilivi tandem animum*[c]; *et qui sola prius Desiderii gesta pusillanimis attemptare timúeram*[d], *universorum postmodum praedecessorum eius*[e], *confidens de adiutorio Dei, et ita michi prorsus iudicans expedire, quoquomodo*[f] *scribenda suscepi. Mox itaque repertis*[g] *illis ipsis scriptiunculis quae de hac eádem materia lacinioso*[h] *licet stilo videbantur vel breviter exarata, et praecipue chronica Iohannis abbatis qui primus in Capua Nova monasterium nostrum construxit; adhibitis nichilominus libris huic operi necessariis: historia videlicet Langobardorum, chronica quoque Romanorum imperatorum atque pontificum; necnon et diligenter indagatis privilegiis*[i], *atque praeceptis, necnon et concessionibus, diversorumque nominum scriptis, tam scilicet*[k] *pontificum Romanorum, quamque diversorum imperatorum, regum, principum, ducum, seu comitum, ceterorumque virorum illustrium*[l] *ac fidelium, quae dumtaxat nobis ex duobus cenobii huius incendiis*[1] *residua esse videntur; quamvis nec ad éadem ipsa omnia*[m] *potuerim pervenire; postremo*[n] *etiam*[o] *scrupulose interrogatis his quos modernorum temporum seu*[p] *abbatum gesta vel audire in proximo contigerat vel videre: prout tenuitas ingenioli mei súppetit, peragere quod praecepisti aggredior*[q]; *magis certe de obędientia quam tibi ut patri ac domino debeo, quam de aliqua*[r] *praesumens scientia. Assit*[s] *Deus, et gratia Spiritus eius: ut tam efficaciter id possim implere, quam tu*[t] *michi es diligenter dignatus iniungere. Quatinus opúscu-*

a) accesserunt 4. b) n. a. q. f. m. *add.* 1^{b}. c) historiolam 1. d) componas 1. e) tam — necnon et *add.* 1^{b}. f) *deest* 1. g) h. d. p. *add.* 1^{b}. h) connectere 4. i) Quod ego imperium priusquam curiose perpenderem (p. c. p. *delevit* 1^{b}.) quamvis gravissimum esse parvitati meae (ipso quoque auditu *add.* 1^{b}.) non dubitarem, annuendo tamen suscepi . postquam vero coepi magnitudinem eiusdem praecepti soll. 1. Cuius imp. p. 4. k) in m. *add.* 1^{b}. l) *ita* 1^{b}. curarum 1. m) *ita* 1^{b}. irreprehensibiliter 1. gnaviter 2. 3. n) per 4. o) ingenioli 1. *corr.* 1^{b}. p) an r. an s. *ed.* p. rursus itemque coepi eadem mecum estuanti mente tractare. Ad 1. p. tunc primum impossibilitatem inscientiae meae apertius coepi videre. Ad 1^{b}. q) m. sanctae memoriae p. 1. m. olim p. 1^{b}. m. p. 1^{c}. r) *add.* 1^{c}. s) s. ac prudentissimo 1. *corr.* 1^{b}. t) s. pro rei magnitudine labóri se h. s 1. u) de plurimis monasterii nostri confratribus, longe utique me scientióribus et d. u. peritioribus, quos 1. v) *add.* 1^{b}. w) h l. 1. *ed.* x) f. committeretur, quos etiam nominatim hic ostendere possem; si illorum humilitatem qui favores humános contemnunt (q. f. h. c. *delevit* 1^{b}.) offendere non extimescerem 1. y) anxiatus et fluctuans; quid facerem non satis videbam 1. z) *ita* 1^{c}. quia super (et insuper preter 1^{b}.) id quod vires meas duplicatum onus excedebat; pro devotione etiam q. 1. *) ab o. *add.* 1^{b}. a) nunquam t. 1. *corr.* 1^{b}. b) non obędire 1. *corr.* 1^{b}. c) igitur a. 1. *corr.* 1^{b}. d) pertimui 1. *corr.* 1^{b}. e) *deest* 4. f) promptus ad obedientiam tuam 1. g) recénsitis 1. h) m. hac illacque inhonesto prorsus et vilissimo stilo digesta; quasi lineas quasdam et si fragiles, opusculo isti apposui . adhibitis 1. m. h. i. dispersa reppéreram; et praecipue 1^{b}. i) i. atque perspectis donationibus, privilégiis, atque concessionibus, tam 1. i. d. p. a. concessionibus, ac diversorum (*corr.* diversorumque) n. s. quae — pervenire, tam 1^{b}. i. priv. atque c. d. n. s. tam 1^{c}. k) *add.* 1^{b}. l) i. prout 1. i. postremo — videre. p. 1^{b}. i. quae *etc.* 1^{c}. m) ex integro *add.* 1^{c}. n) postrem 4. o) et 1. *ed.* p) s. a. *add.* 1^{c}. q) aggressus auxiliante Domino sum 1. *ed.* r) quae michi non est *add.* 1. *del.* 1^{b}. s) Adsit 4. t) q. libenter in hoc tuis cupio imperiis obedire. Quatinus 1. q. tu m. es studiose (*corr.* st. tu m. es) dign. i. 1^{b}.

1) v. infra I, 44. 48.

lum istud et tibi gratissimum, et multis valeat esse proficuum. Haec[a] *tantisper, ne fortasse a nescientibus*[b] *temeritatis seu*[c] *praesumptionis arguerer*[d]*, michi prospiciens, velut*[e] *in praefatiuncula necesse habui praenotare; ut etsi me*[f] *accuset inertia, auctoritas tamen praeceptoris excuset.*

In[g] *tres porro decisiones quasi*[h] *pro legentium levamine statui libellum istum dividere: quoniam tribus praecipue cenobii*[i] *huius abbatibus concessum est post beatum Benedictum in huius loci restauratione supra ceteros studuisse; atque ideo forsitan divinitus*[k] *illis praestitum est, amplius reliquis in hac praelatione vixisse. Et beato quidem patre Benedicto cum quattuor subsequentibus quasi in praefatione praemisso, a Petronace qui post centum et decem circiter annos a Langobardorum destructione locum hunc restaurare coepit, primae sortis initium faciam. Qua usque ad secundam destructionem quae a Saracenis sub Berthario*[l] *facta est ordine suo perducta*[m]*, eique insuper*[n] *illis adiunctis quae per annos septem et sexaginta destituto hoc loco*[o] *a septem abbatibus apud Teanum et Capuam commorantibus gesta sunt; secunda pars ab Aligerno michi incipiet: qui non*[p] *tantum in istius*[q] *monasterii restauratione, verum etiam in*[r] *reconciliatione totius huius terrae quae Saracenorum infestatione destituta cultoribus fuerat studiosissime studuit. Et hac ergo ad Desiderium usque nostrum particula protelatâ, et gestis*[s] *illorum qui per ipsius temporis spatium huic monasterio praefuerunt, consequenter*[t] *annexis: ipse Desiderius*[u] *initium erit et terminus totius tertiae*[v] *partis; qui nec Petronace nec Aligerno inferior, immo longe meo iudicio potior, magnificum*[w] *ac speciosissimum*[x] *exintegro monasterium, novum atque pretiosissimum acsi alter Salomon nostris temporibus construxit Domino templum. Iam vero si iuvat*[y] *tribus his portionibus addere quartam, a vobis auxiliante Domino illius erit principium.*

Hoc unum praeterea simul cum paternitate vestra[z] *lectorem opusculi*[*] *huius expostulo*[a]*: ut non in*[b] *eo dictantis inertiam*[c]*, sed materiem*[d] *dignetur attendere utilissimam*[e]*. Sicut enim non peritus artifex si de purissimo auro gemmisque*[f] *pretiosis imperiale diadema confecerit, licet opus ipsum non*[g] *recte formatum videatur ob imperitiam*[h] *artificis, non tamen non carum esse potest, tam propter pretiosam materiem, quam et propter ipsius vocabuli dignitatem: sic et opusculum istud, quamvis omnino despicabile*[i] *propter stili mediocritatem*[k] *possit videri, propter utilia tamen multa quae continet, ingratum*[l] *alicui haberi non debet. Licet enim minus eleganter, simpliciter tamen*[m] *atque fideliter*[n] *quantum ad me, ea*[o] *quae dicenda sunt pro meae scientiae modulo èxequar; quae neque doctis si invidia desit ingrata, nec minus doctis possint ad intelligendum videri profunda. Confido autem quod*[p]*, et si forte*[q] *non omnibus, pluribus tamen haec nostra sit hystoriuncula placitura: quoniam tempore hoc nostro, licet difficulter invénias aliquem qui velit istiúsmodi aliquid scribere, multos tamen est reperire qui huiúsmodi narrationes vel audire delectentur vel legere.*

EXPLICIT EPISTOLA[r].

INCIPIT CATALOGUS[s] ABBATUM HUIUS SACROSANCTI COENOBII CASINENSIS.

1.[t] Sanctus BENEDICTVS[u] primus abbas et fundator huius coenobii[v].
2. Constantinus[w] abbas. Sedit

a) Haec — excuset *add.* 1^b. b) necessitatibus 4. c) s. p. *add.* 4. d) notarer *corr.* arguerer 1^b. e) *add.* 4. f) *ita* 1^c. e. imperitia .... 1^b. g) In — erit principium *add.* 1^c. h) q. p. l. l. *superscr.* 1^c. i) c. h. a. *superscr.* 1^c. k) *superscr.* 1^c. l) bertario 1^c. m) perducata 4. n) *superscr.* 1^c. o) tam apud T. quam ap. C. *addit* 1^c. *sed statim expunxit.* p) q. velut alter Petronax celitus hic ordinatus, n. 1^c. q) *deest* 1^c. r) in — studuit *in cod.* 1. *abscisa sunt.* s) labore atque industria 1^c. t) p. praecipueque abbatis Richerii quasi alterius David, ad novi templi constructionem acsi pro omni impensa, quiete parata, ipse 1^c. u) despoerius 4. v) terre 4. w) novum 1^c. x) spatiosissimum 3. y) si delectat, h. 1^c. si i. t. h. *eodem atramento correxit.* z) *ita* 1^b. tua 1. *) l. meum 1. *ed.* a) exoratum esse velim 1. expostulem *ed.* b) in eo *add.* 4. c) imperitiam 1. *ed.* d) materiam 4. e) *ita* 1^b. gloriosam 1. f) g. p. *add.* 1^b. g) *ita* 1^b. vile v. 1. h) *ita* 1^b. inertiam 1. i) *ita* 1^c. o. contemptibile (despicabile *corr.* 1^b. *et addit* videri possit, *sed statim delevit*) p. meam inscítiam sit (possit videri 1^b.), propter gloriosorum tamen virorum gloriosissima (gloriosa 1^b.) gesta q. 1. k) inertiam 1^c. *ed.* l) *ita* 1^c. alicui non gratum haberi n. d. 1. ing. a. n. d. h. 1^b. m) *addit* 1^b. n) veraciter 1. *ed.* o) tamen ea 1. *corr.* 1^b. p) *superscriptum* 1. *vel* 1^b. q) *add.* 1^b. r) *ita cod.* 1. praefatio *ed.* ep. modum continens prefationis 4. s) series a. monasterii Cassinensis 4. *Haec desunt ed. ut et ipse catalogus, qui tamen extat in cod.* 3. t) *numeros omisit* 4. *in* 1. *colore rubro scripti sunt, ut et maiores litterae et numeri annorum praeter eos quos manus* 2. *addidit.* u) *eum litteris rubris, Desiderium uncialibus rubris, Oderisium uncialibus nigris scribit* 1. v) monasterii 1. w) Constatinus 4.

3. Simplicius[a] abbas.	Sedit
4. Vitalis abbas.	Sedit
5. Bonitus abbas.	Sedit
6. Petronax abbas.	Sedit annis 32.
7. Optatus abbas.	Sedit annis 10.[b]
8. Hermeris[c] abbas.	Sedit anno 1.
9. Gratianus abbas.	Sedit annis 4.[d]
10. Tomichis abbas.	Sedit annis 6, mensibus 5.[e]
11. Poto abbas.	Sedit annis 7[f], mensibus 5.
12. Theodemar[g] abbas.	Sedit annis 19.[h]
13. Gisulfus abbas.	Sedit annis 21.
14. Apollinaris abbas.	Sedit annis 11.
15. Deusdedit abbas.	Sedit annis 6.
16. Hildericus abbas.	Sedit diebus[i] 17.
17. Authpertus[k] abbas.	Sedit annis 3.[l]
18. Bassacius abbas.	Sedit annis 19.
19. Bertharius abbas.	Sedit annis 27, mensibus 7.
20. Angelarius abbas[m].	Sedit annis 6.[n]
21. Ragemprandus abbas.	Sedit annis 9, mensibus[o] 10.[p]
22. Leo abbas.	Sedit annis 15, mensibus[q] 7.[r]
23. Iohannes abbas.	Sedit annis 19, mensibus 7.[s]
24. Adelpertus abbas.	Sedit annis 9.
25. Baldoinus abbas.	Sedit annis[t]
26. Maielpotus abbas.	Sedit annis 6.[u]
27. Aligernus abbas.	Sedit annis 37.[v]
28. Manso abbas.	Sedit annis 11.
29. Iohannes abbas.	Sedit anno 1.
30. Iohannes abbas.	Sedit annis 12[w], mensibus[x] 6.[y]
31. Atenulfus abbas.	Sedit annis 11.
32. Theobaldus abbas.	Sedit annis 13.
33. Basilius abbas.	Sedit annis 2.
34. Richerius[z] abbas.	Sedit annis 17, mensibus 6.[*]
35. Petrus abbas.	Sedit anno 1, mensibus 5.[a]
36. Fridericus abbas. Qui[b] et Stephanus papa.	Sedit mensibus 10.[c]
37. DESIDERIUS abbas. Qui[d] et Victor papa.	Sedit[e] annis 29, mensibus 5.[f]
38. ODERISIUS abbas.	Sedit annis[g] 19, mensibus 2.[h]
39. Otto abbas.	Sedit anno 1, mensibus 10.
40. Bruno abbas.	Sedit annis 3, mensibus 11.
41. Girardus abbas.	Sedit annis[i]
42. Oderisius abbas.	Sedit[k] [annis 3, mensibus 4, diebus 26.
43. Nicolaus abbas.	Sedit anno 1, mense 1, diebus 6.
44. Seniorectus abbas.	Sedit annis 9, mensibus 6, diebus 19.]

INCIPIUNT[1] CAPITULA PRIMAE PARTIS OPERIS HUIUS.

1. *De conversione vita vel obitu patris nostri*[m] *Benedicti.*
2. *Qui abbates illi successerint*[n], *et qualiter monasterio destructo fratres Romam confugerint*[o].

a) S. a. S. *desunt* 4. b) VIIII 1. *cum Chr. S. Ben. et indice antiquo membranaceo Camilli Tutini Neapolitani, quem contulit Cam. Peregrinius in Serie abbatum Casinensium.* c) Hermerius *ind. Tutini.* d) m. V. *add.* 1[b]. 3. *et index Tutini.* e) d. XXI. *add.* 3. *et ind. Tutini.* f) VI. 4. g) Theodorar 4. h) m. XI. *add. ind. Tutini.* i) annis *ind. Tutini.* k) Authpert 1. l) XVII. 4. m) *deest* 4. n) VII. 4. o) m. X *add.* 1[b]. p) d. V. *add. ind. Tutini.* q) m. VII. *add.* 1[b]. r) d. XVII. *add. ind. Tutini.* s) d. X. *add. ind. Tutini.* t) m. VI *ind. Tutini.* u) *vacat* 1. v) d. XII. *add. ind. Tutini.* w) XI. 3. x) m. VI *add.* 1[b]. y) IV. d. XXVIII. *ind Tutini.* z) Richerus 4. *) d. X. *add. ind. Tutini.* a) d. XII. *add. ind. Tutini.* b) Q. et S. p. *desunt* 1. c) d. VIII. *add. ind. Tutini.* d) Q. et V. p. *desunt* 1. e) *deest* 4. f) IV. d. XXII. *ind. Tutini.* g) *hucusque cod.* 1. *spatio vacuo relicto.* h) d. XVII. *add. ind. Tutini.* i) XI. m. II. d. XXVIII. *add. ind. Tutini.* k) *hucusque* 3. 4. *Sequentia addidi ex indice Tutini, cuius ulterius Peregrinius mentionem non fecit.* l) *ita cod.* 4. *index capitum deest in cod.* 1. m) *deest ed.* n) successerunt 4. o) confugierunt *corr.* confugerunt 4.

3. *De reversione Fausti a Galliis*[a].
4. *Qualiter Petronax abbas huc venerit et locum hunc restauraverit, et qualiter illum*[a*] *papa Zacharias*[b] *adiuverit.*
5. *De adventu Gisulfi ducis in hunc locum et concessione*[c] *totius in circuitu terrae.*
6. *Qualiter factum sit monasterium sanctae Mariae in loco*[d] *qui dicitur Cingla.*
7. *Qualiter Karolus rex Francorum huc venerit, et de humilitate ipsius*[e].
8. *Qualiter Ratchis*[f] *rex Langobardorum huc ad conversionem venerit.*
9. *De principe Arichis*[g] *qualiter monasterium sanctae Sophiae fecerit et monasterio isti subdiderit, vel quibus sanctorum corporibus ecclesiam ipsam ditaverit*[h].
10. *De oblatione Leonis cuiusdam nobilis Beneventani*[i].
11. *Qualiter abbas Theodemar*[k] *construxerit*[l] *ecclesiam sanctae Mariae ad*[m] *pedem*[n] *montis istius.*
12. *Qualiter Karlomannus in Italiam venerit, et quid egerit*[o], *et quibusdam*[o*] *concessionibus eius in hoc loco.*
13. *De Anglo muto et surdo sanato*[p].
14. *De concessionibus quorundam in hoc loco.*
15. *Relatio*[q] *de Paulo diacono.*
16. *De capitulis quae fecit imperator Ludowicus*[r], *et de pacto quod fecit beato Petro.*
17. *Quomodo Gisulfus abbas fecit ecclesiam sancti Germani.*
18. *Qualiter idem abbas*[s] *renovavit ecclesiam huius loci, et ecclesiam sancti Angeli in Valle luci construxit, et sancti Apollinaris in Albiano; et de quorundam oblationibus*[t].
19. *De miraculo abbatis Apollinaris, et de oblationibus quorundam in hoc loco.*
20. *De Radechis comite Compsano, et de translatione sancti Ianuarii in*[u] *Beneventum.*
21. *Quo tempore Saraceni Siciliam ingressi sunt.*
22. *Quid Sico princeps abbati Deusdedit concesserit, et*[v] *qualiter princeps Sichardus*[w] *eum occiderit.*
23. *Quid Lotharius rex Authperto abbati concesserit, et quomodo Francorum regnum rex idem diviserit, et de quorundam oblationibus.*
24. *Quo tempore corpus beati Bartholomei Beneventum advenerit*[x], *et de quorundam in hoc loco oblationibus.*
25. *Qualiter sit contra*[y] *se principatus divisus.*
26. *Quomodo Siconolfus princeps omnem thesaurum huius coenobii*[z] *abstulit.*
27. *Qualiter Deus a Saracenis locum istum eripuit.*
28. *De discursione ac vastatione Saracenorum, et generali ac maximo terraemotu.*
29. *De pentifaria divisione regni Francorum, et qualiter Ludowicus*[*] *Saracenos devicerit, et principatum*[a] *aequa sorte diviserit.*
30. *Qualiter iterum Ludowicus*[b] *Italiam venit vocatus*[c] *per abbatem.*
31. *De Capua qualiter ad pontem Casulini mutata sit.*
32. *De consuetudine quam habebat tunc temporis hoc monasterium.*
33. *De studio abbatis Bertharii, et miraculo quod contigit in constructione arcis.*
34. *De oblationibus quorundam.*
35. *De nequitiis Saracenorum, et qualiter vastatum et incensum sit monasterium sancti Vincentii.*
36. *De tertio adventu Ludowici*[d] *in Italiam, et de bellis quae gessit*[e] *cum Saracenis.*
37. *De monasterio sancti Angeli in Barregio.*
38. *Quo tempore castellum Pontiscurvi constructum sit.*
39. *Qualiter nobis restituit praedictus imperator cellam sanctae Mariae in Maurinis*[f], *et de quorundam in hoc loco oblationibus.*
40. *De pacto*[g] *Saracenorum cum nostris.*
41. *De divisione Capuanae ecclesiae facta a Iohanne papa.*
42. *Quomodo princeps Guaiferius effectus*[h] *sit monachus.*

a) Gallis 4. a*) *deest* 4. b) Seccarias 4. c) gressione 4. d) l. q. d. *desunt ed.* e) eius *ed.* f) Rachis 2. Carolus 4. g) Arechis 2. Archis 3. h) *ita correxi.* dicaverit *ed.* 4. i) *deest* 4. k) Theodomar 4. l) fecerit *ed.* m) ad p. m. i. *desunt* 2. n) pedes 3. o) ageret 4. o*) *ita codd.* p) sancto 4. q) Delatio 2. r) Ludovicus *ed* 4. s) *deest ed.* t) oblati 4. u) in B. *deest* 4. v) *deest ed.* w) Richardus 4. x) venerit *ed.* y) p. c. se *ed.* z) monasterii *ed.* *) Ludoicus *ed.* a) principatus 4. b) Ludoicus 2. c) v. p. a. *desunt* 4. d) Ludoici *ed.* e) fecit *ed.* f) Morinis 2. et de q. in h. l. o. *desunt* 4. g) pactu 2. h) factus *ed.* s. m. *desunt* 4.

INCIPIT[l] CHRONICA MONASTERII CASINENSIS.

1. Egregius igitur et sanctissimus pater, huiusque Casinensis coenobii primus fun- Greg. Dial. 2, Prol
dator, gratia et nomine Benedictus, sicut beatus papa Gregorius in secundo dialogo-
rum suorum[m] libro pleniter scribit, Nursia[n] provincia oriundus fuit. Romae vero ad
erudiendum liberalibus studiis a parentibus traditus, non multo post, ut praefati docto-
ris sermonibus utar, recessit scienter nescius, et sapienter indoctus. Relictis itaque c. 1.
litterarum studiis pariterque nutrice, clam fugiens, ad locum qui Sublacus[2] dicitur, 2
quadraginta ferme ab Urbe milibus disparatum devenit, ubi in speléo quodam per trien-
nium excepto beato Romano qui sanctae illi conversationis habitum indúerat, nulli cogni-
tus mansit. Post haec a pastoribus repertus, et demum[o] a pluribus[p] agnitus, a Roma- c. 3.
nae quoque urbis nobilibus frequentatus, duodennem[3] ab Aequitio Maurum, a Tertullo 3
vero patricio Placidum adhuc puerulum monastica disciplina instituendos accepit. Ubi
etiam duodecim monasteria Christi auxilio construens, per singula quoque éadem duo-
decim monachos sub statutis patribus deputavit. Inde persecutione presbyteri[q] Florentii
loco cedens, paucos secum fratres assumpsit; atque duobus se angelis comitantibus, et Paul. H. L. 1, 26 [4]
tribus corvis quos solitus erat álere consequentibus, per quinquaginta circiter milia ad
hunc locum Christo iubente pervénit. Cuius[r] videlicet sedis Varronem illum tot seculis
celebratum, et omnium Romanorum Tullio teste sapientissimum, auctorem fuisse refert
antiquitas[5]; ubi[s] contríto quod ibídem[t] a rusticis colebatur Apollinis idolo, subversa Greg. 2, 8
ara, lucoque succiso, monasterium sibi construxit; et circumquaque manentes populos,
continuis praedicationibus ad Christi fidem convertit. Ubi etiam[u] quantis qualibusque
refulsit[v] miraculis, quoniam non huius est operis, si quis eorum desiderat habere noti-
tiam, in praefato beati Gregorii libro facunde scripta reperiet. Inter quáe cum die V. S. Mauri 4.

a) et — profecti *desunt* 4. b) Remoratorium 4. c) p. m. *deest ed.* d) *deest* 4. e) sub 4. f) *deest ed.* g) minati sunt *deest* 4. h) *deest ed.* i) Martini 4. k) *deest* 4. l) *ita cod.* 1. I. liber primus historiae huius coenobii C. *ed.* m) *deest ed.* n) N. p. o. f. *desunt* 4. o) *add.* 1b. *deest* 4. p) plurimis *ed.* q) *deest* 1. r) Cuius — antiquitas *desunt* 1. s) In quo 1. t) antiquitus *add.* 1. u) *deest* 1. v) *add.* 1b.

2) Subiaco. 3) Ex Vita S. Mauri c. 8. 4) vel ex Chron. S. Bened. ubi eadem verba leguntur, ap. Tosti Hist. Cas. I. p. 129. 5) cf. Cic. Phil. 2, 40. Varro R. R. 3, 5. Haec Leo de suo addidit.

quadam divinitus sibi revelatum fuisset[a] idem monasterium quod ipse fundaverat[b], a
gentibus destruendum, atque propterea inconsolabiliter fleret: coelesti protinus oraculo
consolatus, àudivit eundem locum suis nichilominus meritis in potiorem et ampliorem
quam tunc statum fore venturum; et in multas éxinde orbis Romani partes regularis
V S. Mauri 26 normae ac disciplinae ordinem[c] proditurum[d]. Ipso itaque anno quo de hac vita migra-
turus erat ad Christum, rogatus[e] in Galliam ad monasterium constituendum[f] suos man-
dare discipulos[g], quamvis finem dierum suorum non ignoraret, nichil moratus, beatum
Maurum illuc cum eisdem direxit legatis[h]; cum quo etiam beatum Faustum qui eius
postmodum historiam pleniter scripsit, et tres alios mittere studuit. Hinc[i] factum est,
ut per hunc virum Dei sanctissimum Maurum eiusque discipulos, omnis ordo et regu-
laris disciplinae norma quae per beatissimum patrem Benedictum in hoc loco fuerat
6 constituta, per totam Galliam disseminata atque diffusa sit. Beatum[k.6] etiam Placidum
opinio[l] est quod vir Domini Benedictus tunc ad Siciliam miserit[m], ubi pater eiusdem
Placidi[n] Tertullus patricius, decem et octo patrimonii sui curtes eidem viro[o] Dei con-
V. S Mauri 32. cesserat. Post haec idem sanctus vir expleto sui temporis cursu laudabili, ea die qua[p]
542. Mart 21. sacrosancti[q] paschae sabbatum illucescebat, duodecimo videlicet Kalendas Aprilis, in[r]
Greg. D. 2, 37. oratorium sancti Iohannis baptistae[s] a discipulis se ferri praecipiens, inter ipsorum[t]
manus orans migravit[u] ad Dominum, anno[v] quidem incarnationis eius 542. indictione
quinta[y]; sepultusque est in[w] eodem oratorio, ante ipsum altare, quod idem Apollinis
c. 34. ara destructa construxerat, ubi iam antea beatam Scolasticam sororem suam posuerat.
Claruit autem temporibus imperatorum, Iustini senioris et Iustiniani[x]; Romanorum vero
pontificum, Iohannis primi, et quarti Felicis, quem sanctus papa Gregorius átavum
9 suum fuisse testatur[8]; Theoderico apud Italiam Arriáno regnante[9].

Greg D 2. Prol Pauli II L 4, 17 2. Huic sanctissimo patri succedit in monasterii regimine vir reverentissimus Con-
stantinus, eiusdem sancti patris discipulus. Tertius autem praefuit[y] eidem[z] congrega-
2; 4. 7. tioni Simplicius; quartus Vitalis; quintus vero Bonitus. Quo praesidente, Langobardi
qui nuper sub Iustino minore[*] Italiam invaserant, cum iam ab incarnatione Domini 568
4, 17. Greg D. 2, 17. annorum círculus volveretur, praefatum coenobium nocturno tempore quiescentibus fratribus
ingressi sunt: qui universa diripientes[a], ne unum quidem hominem illic[b] cápere potue-
runt, videlicet ut sermo sancti patris Benedicti compleretur, quem Theópropo dixerat:
Vix obtinere pótui, ut ex[c] hoc loco michi animae cederentur. Fugientes itaque ex eódem
coenobio fratres, Romam profecti sunt; codicem[d] sanctae regulae quam pater idem[e]
descripserat, et quaedam alia scripta, nec non et pondus panis[f], vini quoque mensuram,
10 et quicquid supellectilis[g] potuerunt surrípere deferentes. Atque[h.10] ex concessione Romani

a) esset 1 b) construxerat 1. 2. c) *ita* 1b. et multis inde reg. n. a. d. in diversis orbis partibus o. p. 1. d) profecturum 1. *ed.* e) est *add.* 4. f) construendum 1. 2. g) s. mittere monachos 1. *ed.* h) l. d. 1. *ed.* i) Hinc — p. totas Gallias disseminari, constitui, et observari, Deus annuerit. Sub hisdem ferme diebus 1b. *desunt* 1. k) *ita* 1b. studuit . . . . . . beatum P. 1. l) Pl. iam ad S. 1. Pl. sanctus Benedictus iam ad S. 1b. Pl. discipulum suum vir D. B. t. ad S. 2. m) miserat 1. misit *ed.* n) *ita* 1b. p. ipsius 1. o) e. beato Benedicto c. 1. *ed.* p) quae *ed.* q) sacro *add.* 1b. r) in — praecipiens *add.* 1b. s) b. I. 1b. *ed.* t) *in loco raso* 1b. u) perrexit 1. v) anno eiusdem inc. 543. ind. secunda 2. a. ei. inc. 542. ind. quinta 3. *desunt* 1. w) i. e. o. *in loco raso ubi plura scripta fuerant* 1b. x) cuius scilicet imperii anno quartodecimo, a dominica vero passione anno quingentesimo nono iuxta diligentissimam supputationem defunctus est. *add.* 1. y) a beato Benedicto p. 1. *ed.* z) eiusdem *ed.* *) post Iustinianum quem prediximus imperante *add.* 1. *delevit* 1b. a) deripientes *ed.* b) i. h. 1. *ed.* c) michi e h. l. a. 1. *ed.* d) secum *add.* 1. e) q. beatus Benedictus 1. *ed.* f) habens per quadram libram unam *add.* 1b. *delevit* 1c. g) *ita corr.* 1b. supp. 1. h) Cumque a beato Gregorio q. t. s. a. praéerat gratanter recepti fuissent, ex eius concessione ibidem iuxta 1.

6) 3. *Non. Oct. apud Siciliam natalis sancti Placidi beatissimi martyris cum sociis suis Eutychio, Victorino, et aliis triginta. Pro quo pater eius Tertullus patricius decem et octo patrimonii sui curtes beatissimo patri Benedicto obtulit.* Martyrolog. iussu Desiderii abb. conscriptum ap. Gatt. H. p. 915. 7) *a.* 542. *ind.* 5. non ex Gregorio sumpsit, sed ipse addidit; quod utrum ipse computaverit an ex fonte nobis incognito hauserit nescio. Certe annus 14. Iustiniani est a. D. 541; annus autem 509. nullo modo ferri potest, sed solus convenit cum die qualem fortasse ex interpolatione Odonis in Vita b. Mauri annotatum habemus. Si narrationi de Benedicti cum Totila congressu fides habenda est, Petrus Diaconus verum viderit, sed indictio corrigenda erit. Equidem putaverim obitum Benedicti a Fausto vigiliae primi paschatis fuisse adsignatum, quem male interpretatus Odo tantas posteris paravit difficultates: nam si revera sabbato sancto obiisset, id a beato Gregorio silentio praetermissum fuisse non existimo. Petrus infra 3, 73. annos a transitu beati Benedicti ab anno 509. computat. 8) Dial. 4, 16. sed tertium; quartum iam Iohannes Diac. dixit in vita beati Greg. 1. ANG. 9) cf. Chron. S. Benedicti SS. Tom. III. pag. 200. 10) haec noster addidit.

pontificis Pelagii, qui tunc sedi apostolicae praeerat, iuxta Lateranense[a] patriarchium monasterium statuerunt[b]; ibique per centum*) ferme[c] ac decem annos[11] quod Casinense monasterium destructum permansit, habitaverunt[d]. 11

3. Tertio[e.12] interea Bonifatio sedem apostolicam gubernante, supradictus Faustus qui ad Gallias cum beato Mauro[f] perrexerat[g], ad praenominatum[h] Lateranense coenobium reversus est, atque a beato Theodoro[i] qui tunc post sanctae memoriae Valentinianum[k] tertius eandem congregationem regebat, compulsus atque rogatus, historiam de vita beati[l] Mauri veracissimam composuit; quam praedictus papa Bonifatius approbans, laude dignam duxit, suaque auctoritate roboravit. V. S. Mauri 5.

4. Cum[m] autem[n] omnipotens Deus praefatum[o] beati Benedicti coenobium iam decrevisset miseratione[o*] illa sua omnipotentissima restaurare, et coenobialem institutionem quae inde principium súmpserat, ex eiusdem patris loco[p] per orbis circulum propagare, contigit[q] disponente Deo, ut Petronax civis Brexianae urbis vir valde religiosus, divino afflatus amore Romam venisset. Quem reverentissimus[r] tertius[13] papa Gregorius coelitus[s] inspiratus admonuit, ut hoc Casinum castrum peteret, atque monasterium beati Benedicti quod iam per tot annos destructum manserat[t], suo studio reconciliare satageret. Quo annuente, mox[u] idem venerabilis pontifex cum illo aliquantos de Lateranensi congregatione fratres direxit[v], et alia quoque[w] illi nonnulla adiutoria contulit. Is ergo huc ad sacrum beati Benedicti corpus perveniens, tam cum illis qui secum venerant, quamque etiam cum aliquot simplicibus viris quos inibi iam dudum resedisse repperit, habitare coepit anno Domini 720.[x] Atque[y] ab eisdem fratribus in abbatem praelatus, cooperante Deo, et beati Benedicti suffragantibus meritis, constructis[z] decenter habitaculis, ac multorum ibi fratrum congregatione statuta, sub regulae sanctae doctrina vivere studuit. Quem[*] videlicet tres quidam nobiles viri Beneventani[a], Paldo et Taso atque Tato, germani fratres[b], qui ante quindecim circiter annos monasterium sancti martyris Christi Vincentii iuxta ortum Vulturni fluminis de propriis sumptibus P. D. 6, 40. Chr. Vult. 13 718.

*) centum ac triginta annos 2.

a, *add.* 1b. b) construxerunt 1. *ed.* c) *deest* 3. d) habitaculum 4. e) Anno igitur dom. inc sexcentesimo quinto, secundo anno imperii Focae, defuncto b. papa Gregorio, Savinianus pontificatum Romanum accepit, quo post annum et menses quinque migrante, tertius Bonifatius apostolicam sedem indeptus est, sub quo videlicet suprad. 1. f) Fausto 4. g) quoniam Casinense monasterium iam destructum a Langobardis erat *add.* 1. h) praedictum 1. *ed.* i) Tehodoro 3. k) primum eiusdem loci abbatem *add.* 1. l) *deest* 4. m) Aliquot intérea labentibus annis, temporibus scilicet Iohannis sexti papae, Gisulfus maior dux Beneventanus cum valida suorum manu in Campaniam veniens, Arcem, Arpinum, et Soram Romanorum civitatem pariter cępit; incendia quoque et depraedationes maximas faciens, captivosque nonnullos abducens, nullo ei valente resistere, usque ad locum qui Horrea nominatur pervénit, ibique sua castra metatus est. Ad hunc praefatus papa Iohannes aliquot sacerdotes cum muneribus apostolicis dirigens, universos quos cęperat captivos redémit, eumque cum universo exercitu remeare ad propria fecit *(Ex Chr. S. Bened.)*. Cum 1. Aliquot i. l. annis, cum iam videlicet ab inc. Domini annus septingentesimus ac tertius verteretur, praesidente Romanae sedi Constantino mitissimo et angelico papa, imperantibus autem Iustiniano minore cum Tiberio filio, ceptum est construi monasterium sancti martyris Christi Vincentii iuxta ortum Vulturni fluminis, a tribus nobilibus fratribus civibus Beneventanis, Paldone scilicet, Tasone, atque Tatone, Gisulfi ducis Beneventani propinquis; e quibus idem Paldo primus ibidem abbas effectus est. *Ea* 1b. *addit: mutata esse, postquam superiora illa delevit, voces plurimae erasae et deletae indicant; postremo omnia pariter delevit.* n) *deest* 4. o) praefati 3. o*) i. s. m. 4. p) l. et regula p. 1. l. et p. *ed.* q) p. huiusmodi occasionis initium extitit, ut 1. r) reverendissimus 2. s) divinitus 1. t) a. erat destructum 1. u) *ita* 1b. eundem Petronacem mox abbatem constituit atque cum 1. v) *ita* 1. dirigens a. 1b. w) etiam nonnulla illi 1. x) A. D. 720. *add.* 1b. y) Ac non multo post 1. ab e. f. i. a. praelatus *add.* 1b. z) reparatis undique hab. et dec. constructis, multorum 1. *) *ita* 1c. Quem videlicet praedicti Beneventani fratres cum essent potentes ac divites, in ipso opere tam per se quam per suos usque ad restaurationem eius plurimum adiuverunt 1b. *desunt* 1. a) supradicti ducis propinqui *add.* 1c. b) g. f. *suprascr.* *(falsum est)*.

11) 110 annos habet Paul. Diac. 6, 40; Petrus in Reg. n. 86. centum viginti; hic et infra 4, 89. rectiori calculo usus 130. ANG. Destructionem a. 577. accidisse probare nititur Di Meo in Ann. Neap. Ceterum vides quam parum accuratam temporum computationem Leo curaverit, quum papae nomine correcto annorum numerum intactum reliquerit. Tamen cap. seq. initio annum dom. inc. sustulit, scilicet ne pugnantes inter se numeri sub oculos caderent. Nam ipso teste restauratio monasterii Casinensis evenit a. D. 720. 12) Numerum Leo addidit. 13) immo quartus. Ceterum e cod. autographo apparet Leonem quae e solo Paulo Diacono hauserat, postea ipsis Vulturnensium monumentis adhibitis accuratius elaborasse. Sed annum rotundo ut aiunt numero expressit, qui ex ipsius Leonis calculo est 718. S. Vincentii monasterium conditum est a. D. 702. quum ex eius temporis more iam 703. numeraretur.

construere ceperant[a], cum essent potentes ac divites, in ipso opere tam per semet ipsos
15 quam per suos usque ad restaurationem loci huius plurimum adiuverunt. Hic[15] in
aecclesia beati Martini, quam parvulam repperit, sedecim ferme cubitos auxit; ibidem-
que absidam efficiens, in honore beatae Mariae semper virginis, et sanctorum marty-
rum Faustini et Iovitae in ea[b] altarium statuit, in[c] quo etiam et brachium unius illorum[d]
quod secum de Brexia asportaverat decenter recóndidit. Insequenti tempore, sanctis-
simus papa Zacharias qui Gregorio successerat, plurima huic adiutoria contulit; libros
scilicet aliquot[e] sanctae scripturae, nec non et codicem sanctae regulae quam[f] pater
Benedictus manu propria scripserat; pondus etiam librae panis, et mensuram vini, quae
olim inde sicut supra diximus, sub Langobardorum invasione[g] monachi fugientes secum
Romam detülerant[h]. Diversa etiam ad ecclesiasticum ministerium ornamenta, nonnulla
quoque ad diversas utilitates monasterii pertinentia, illi apostolica liberalitate largitus
est. Ab hoc etiam sanctissimo papa praedictus abbas privilegium primus accepit, ut
hoc monasterium cum omnibus sibi pertinentibus cellis[i], ubicumque terrarum constructis,
ob[k] honorem ac reverentiam sanctissimi patris Benedicti, ab omnium episcoporum dicione
sit omnimodis[l] liberum; ita ut nullius iuri subiaceat nisi solius Romani pontificis[16].

P. D. 6, 58. Chr. S. Benedicti.

5. Gisulfus praeterea iunior, nepos Liutprand[m] regis Langobardorum[n], qui post
Gotscalcum[o] Beneventanorum dux extitit, cum per eos dies[p] ingenti[q] coadunato exer-
citu versus Romam pergeret[17], et in transeundo in hanc arcem Casini quae tunc Melló
vocabatur, cum[r] plurimis ascendisset, atque iuxta corpus sanctissimi patris Benedicti[s]
praedictos[t] fratres[u] religiose[v] satis in Dei servitio vivere repperisset, divino mox[w] tactus[x]
instinctu, cuncta in circuitu, tam campestria quam montana eidem patri Benedicto in
18 scriptis contulit, firmisque donariis in perpetuum éadem posteris habenda concessit. Per[18]
has videlicet terminationes et fines[19]. Quemadmodum incipit ab ipso fluvio qui dicitur
Carnellus[20], et ascendit per aquam quae vocatur Bantra[21] usque in Rivum siccum; et
sicut ascendit per ipsum rivum usque in furcam sancti Martini; et inde ascendit per
serras[22] et vadit in montem qui dicitur Cisinus; et sicut inde pergit in pesclum[23] nomine
Corvarum; et qualiter vadit per ipsas serras ad furcam que dicitur Popplu; et inde
pergit ad lacum qui vocatur Vitecusus; et inde vadit ad Aquam Fundatam; et ascendit
24 in montem qui dicitur de Sile; et vadit éxinde in caput[y] aquae de Rapido[24]; et inde
ascendit in montem qui dicitur Caballus; et pergit in montem qui vocatur Rendenaria
maior; et inde per serras móntium venit ad Rendenariam minorem; et qualiter inde
directe vadit per pedes montium qui vocantur Freselona; et pergit in aquam de Mella-
rino; et descendit per eandem aquam cum utrisque ripis, et vadit in Parietes[z] de Bal-
nearia; et inde vadit per locum qui dicitur Anglone; et ascendit[*] ad furcam[a] de Valle-
luci; et quomodo vadit per ipsas serras montium, et descendit ad Petram scriptam; et
exinde ascendit ad serras montis qui dicitur Orticosa[b]; et quomodo vadit per serras
montium, et pérvenit ad pesclora quae vocantur Falconari[c]; et qualiter vadit per duos
montes quorum unus vocatur Spinacius, alter autem Porcacius; et qualiter inde vadit
25 ad cristas montis qui vocatur Caria[25]; et descendens venit ad petras super aquam[d] Vivo-

a) ceperunt 3. b) in ea *desunt* 1. c) ubi (etiam *add.* 1b.) et 1. d) *ita* 1b. b. eorundem sanctorum 1. e) *deest* 1. f) quem 1. g) destructione 1. h) detulerunt 4. i) c. s. p. 1. *ed.* k) ob — Bened. *desunt* 1. l) *add.* 4. m) Luitprandi 3. n) n. l. r. l. *add.* 1b. o) Godescalcum 1. p) c. huius tempore 1. q) ingenti — transeundo *desunt* 1. 2. r) c. p. *add.* 4. s) tam religiose *add.* 1. *ed.* t) *deest* 1. u) qui tunc ibi manebant *add.* 1. v) r. s. *add.* 4. w) *add.* 4. x) compunctus 1. y) capud 3. z) parietibus 1. *ed.* *) descendit 3. a) f. quae dicitur de 1. *ed.* b) Ortiasa 3. 4. c) Falconara 3. 4. *priv. Zach.* d) a. vocabulo V. 1. *ed.*

15) *Hic — recondidit* ex fonte nobis ignoto hausit, ut plurima eiusmodi, quae sub unoquoque abbate refert. 16) Privilegii meminit Petrus presb. in Chron. Vulturn. Spurium recentioris aevi foetum, quem iam Baronius reiecit, denuo edidit Tosti Hist. Casin. I. p. 82. Extat iam in regesto Petri diaconi. 17) Eam Leonis coniecturam esse arbitror. Chronicon S. Bened. hunc Gisulfum cum seniore confundit. 18) Haec Leo addidit, non ipso ut videtur dipl. usus, quod iam in Petri reg. desideratur; sed principum et regum confirmationibus, quae eosdem fines enarrant. Verba autem ex hoc loco describens fabricator privilegii Zach. editione chronici usus est qualem nos ex cod. 4. damus. 19) cf. tabulam dominii Casinensis ap. Gattulam. 20) Liris qui fonti propior Carnellus, Rapido auctus Garilianus vocabatur; v. Gatt. Acc. p. 753 ss. 21) vulgo Pecia. GATT. 22) altiora montium unde Hisp. *sierra.* 23) rupis, saxum, locus in rupe positus, hodie *pesco,* teste Giustiniani in Dict. geogr. Neap. 24) qui modo Clarus dicitur, diversus ab altero Rapido qui supra Castrum S. Eliae oritur. GATT. 25) Monte Cairo. GATT.

lam; et inde ascendit ad collem[a] Gimberuti; et descendit in Quercetulum[b]; et inde in
fossatum iuxta Sanctum Damasum[c] quem[d] videlicet vulgus[e] Sanctum Amasum appellat;
exinde[f] directe pergit in Silicem[g], loco ubi dicitur Arcus Gezzuli[h]; et qualiter vadit
ad lacum qui vocatur Radeprandi; et quemadmodum inde pergit in Farnietum; et[i] inde
in rivum qui dicitur Marozzae[k]; et qualiter descendit in ipsum fluvium Carnellum; et
per eundem[l] ascendit in aquam quae nominatur Cosa; inde[m] per serras montis sancti
Donati; inde[n] super monticellos de Marri descendens[o] vadit ad[p] pesclos qui sunt in
pede montis qui dicitur Balva[26]; inde[q] per duos leones[27]; et inde pergens ascendit per[r] 26
serras montis super Casale; et sicut descendit per ipsum montem usque ad[s] villas de
Gariliano[t]; inde ad[u] pesclum qui nominatur Cripta imperatoris; et[v] inde pergit[w] ad
iam dictum flumen Garilianum; atque per ipsum flumen ascendit usque ad priores fines;
una cum omnibus castellis, vicis, domibus, ecclesiis, molendinis et aquis, caeterisque
omnibus quae intra praedictos fines tunc temporis habebantur[x]. Uxor etiam eiusdem Chr. S Bened.
ducis Scauniperga nomine, templum idolorum quod antiquitus in Casino castro con-
structum fuerat, in beati Petri apostoli honorem convertens[28], yconas ibi et caetera 28
ecclesiae officiis congrua ministeria in posterorum memoriam devotissima contulit.

6. Huius[y. 29] ducis temporibus quidam sculdais Beneventanus Saracenus nomine, in
loco qui Cingla vocatur territorio Aliphano, ecclesiam in honore sancti Cassiani a solo[z]
construxit; eamque ex permissione prefati ducis cum omnibus quae ibi adquirere potuit, 743. Aug.
simul etiam cum omni ex integro substantia et hereditate sua praeter servos et ancillas
omnes[*] libertate donatos, quoniam filium non habebat, in monasterio beati Benedicti
concessit[a]. Qui locus cum oculis venerabilis Petronacis valde utilis[b] apparuisset[c], cum
consensu et maximo adiutorio eiusdem gloriosi ducis Gisulfi et Scaunipergae coniugis[d]
eius, construxit ibidem monasterium puellarum Dei ad honorem beatae Dei[e] genitricis,
et semper virginis Marie; concessa insuper ibi a praedicto duce ecclesia sanctae Crucis 745. Oct.
cum omnibus territoriis et pertinentiis eius, quam Giselpertus noster praepositus a quo-
dam abbate[30] Deusdedit nomine cum consilio et auxilio[f] eiusdem ducis emerat; nec[g] non 30
et aliis ecclesiis et curtibus non paucis in circuitu, iuxta quod monimina eiusdem coeno-
bii continent. Quod[31] videlicet sanctae Dei genitricis monasterium, annuente praefato 747. Mai.
abbate idem dux Gisulfus tunc[h] concessit[i] tribus ancillis Dei, id est Gausanae[k] abba-
tissae, Pancritudae, et Garipergae; quae postpositis parentibus et universis opibus suis,
peregrinari pro Deo in partibus istis elegerant. Eo utique[l] tenore firmato[m], ut quandiu
qualibet[n] earum adviveret loci ipsius regimen sine alicuius contradictione quieto[o] iure
altera post alteram retineret; post illarum vero excessum, et potestas et ordinatio eius-
dem loci ad monasterii nostri dicionem rediret. Eodem[p. 32] tempore supradictus dux 32
de territorio Gentiane concessionem monasterio[q] Casinensi satis liberaliter fecit. Iste[33]

a) c. qui vocatur G. 1. *ed.* b) Querquitulum 1. Quertitulum 2. c) D. et exinde q. 2. d) quem - appellat *desunt* 1. *et priv. Zach.* e) S. A. vulgus 2. 3. f) et d. 1. *ed.* et exinde d. *privil. Zach.* g) S. in l. 1. *ed.* h) Iezzuli 3. i) *deest ed.* k) Marocze 2. l) e. fluvium a. 1. *ed.* m) C. et sicut ascendit p. 1. *ed.* n) D. et quomodo descendit s. 1. *ed.* o) M. et v. 1. *ed.* p) ad ipsos p. 1. *ed.* q) B. et qualiter directe vadit p. 1. *ed.* r) p. ipsas s. 1. *ed.* s) ad — inde *desunt* 2. t) G. et inde vadit usque ad 1. u) ad ipsum p. 2. v) indeque p. 1. *ed.* w) p. usque ad 1. *ed.* x) una — habebantur *add.* 1b. *Inde prima manus ita pergit:* His ita praefatus dux b. patri B. legali donatione concessis atque firmatis, marchias tantum propter hostium irruptionem ad tutamen incolarum sibi retinuit; quibus tamen, tam séminum quam messium tempore in laborum suffragiis monachis obędire praecepit[34]. Huic etiam abbati idem Gisulfus praeceptum fecit (firmatis, fecit etiam eidem abbati praeceptum 1b.) de monasterio sanctae Mariae in Cingla cum omnibus pertinentiis suis; et huic Casinensi monasterio subdidit. *Quibus secunda addit:* Nec non et de territorio Gentiane concessionem beato B. satis liberaliter fecit. *Postea totum locum expunxit.* y) Huius — liberaliter fecit *add.* 1b. z) fundamentis 1b. *ed.* *) quos o. l. donavit 1b. *ed.* a) optulit 1b. 2. b) delectabilis 1b. c) visus fuisset 1b. *ed.* d) uxoris 1b. *ed.* e) g. D. 4. f) adiutorio 1b. *ed.* g) Nec — continent *desunt* 1b. h) *deest* 1b. i) confirmavit 1b. 2. k) Gausani 1b. 2. l) *deest* 1b. m) *deest* 1b. *ed.* n) quaelibet *ed.* o) c. teneret; p. 1b. 2. p) Eodemque *ed.* q) beato Benedicto 1b. *ed.* (margin: 31)

26) postea *Famara.* Gatt. Acc. p. 121. 27) v. infra III, 12. 28) unde ipsum Casinum postea vocatum est Sanctus Petrus in monasterio. 29) Ex dipll. Gisulfi ap. Gatt. H. p. 27. datis *in Alifas mense Augusti ind.* 11. altero Beneventi *mense Octuber et ind.* 14. 30) de Sancto Iohanne, prope Alifas. 31) Gatt. l. l. Praeceptum datum est Beneventi *mense Magio per ind.* 15. 32) v. infra c. 14. Casa Gentiana sita est in finibus Liburiae, in territorio quod nunc *Quarto* vocant (ad Maranum pertinens). ANG. 33) Haec in cod. Erchemperti ita non leguntur; at inde se ea hausisse ipse Leo testatur; v. Gatt. H. p. 54. 34) ex Chr. S. Bened.

Erchemp. 3. Gisulfus cepit aedificare ecclesiam sanctae Sophiae in Benevento; quam cum morte praeventus explere nequivisset[a], Arichis qui ei successit, mirifice illam perfecit; ibique coenobium sanctimonialium[b] statuens, monasterio beati[c] Benedicti hic in Casino concessit,
c 9 sicut[d] in sequentibus ostendemus.

747 Chr. Salern. 1 7. Per idem tempus[e], Karolus magnus[f] filius Karoli regis Francorum, amore coelestis regni regno[g] terreno relicto, Rȯmam ad beatum Petrum apostolum[h] devótus advenit, seséque eiusdem apostoli[i] servitio mancipavit. Quem praefatus papa Zacharias clericum ordinans[k], post áliquot dies huc eum ad nostrum[l] monasterium, Domino cum caeteris sub regulari magisterio serviturum cum[m] universis[n] opibus suis transmisit; ubi
c 31. sub regimine praedicti abbatis cum omni humilitate et devotione Domino serviens, per
c 32. aliquot deguit annos. Non autem videtur otiosum, si quantae humilitatis in monasterio, quantaeque obedientiae idem rex fuerit[o], literis[p] ad posterorum exemplum mandemus. Cernens[q] denique praefatus abbas eiusdem Karoli fervens esse propositum, volensque iuxta tenorem regulae ipsius[r] perseverantiam sufferentiamque cognoscere, sicut scriptum est: *Nolite omni spiritui crédere, sed probate spiritus si ex Deo sunt*[s], temptavit illi curam paucarum ovium quas habebat[t] iniúngere, ut cotidie scilicet[u] ad pastum illas[u] edúceret,
35 pascentes custodiret, pastasque[v] reduceret. Quam ille obędientiam[35] ac si ex ore Domini ferventer nimis[w] amplexus, satagebat cotidie diligenter[w] quae sibi fuerant imperáta perfícere. Quadam[x] igitur die, cum aliquanto[w] longiúscule pascendas oves duxisset, subito quidam[y] latrunculi super[w] eum[w] irruentes, conabantur de ovibus sibi[z] commissis violenter[u] abrípere. Quibus Karolus constanter[*] obvius factus: *De me*[a] inquit *quod Dominus vobis facere permiserit, patienter sustineo; de ovibus autem auferendis quae meae curae commissae sunt, nullo pacto pro meo posse assentior.* Illi vero perversae mentis homines funditus eum expoliantes, coeperunt abire. Tum Karolus pudorem pudendorum membrorum non sufferens, femoralia tantum sua violenter eis[b] eripuit; caetera, nolens contendere, patienter illos auferre permisit. Cumque seminudus ad monasterium reversus fuisset[c], interrogatus ab abbate vel fratribus, rem gestam ordine pandit. Abbas vero ut cognosceret si patientiam quam déforis ostendebat gereret intus, coepit eum vehementer increpare, eique tam segnitiem quam simulationem exprobrando obícere. Cum ille nichil aliud ad omnia illa, nisi solummodo se peccasse protestaretur, Iubetur
c. 33. ergo vestiri, et ad commissam obędientiam de consuetudine egredi. Revertente autem[d] eo quadam die cum praefatis oviculis, coepit una earum egerrima claudicare. Videns igitur[e] se propterea non posse ad constitutam sibi[f] horam occurrere, cordis[g] humilitate dictante eandem mox claudicantem oviculam[u] rex quondam Karolus sed tunc vere monachus húmeris suis imposuit, sicque cum omnibus ad monasterium rediit. Sed[h] ut[i] tanta eius adhuc humilitas intima atque ideo verissima probaretur ac probata coronaretur, inter redeundum oviculae illius quam gestabat in humeris, perfundi[k] eum lotio[l] contigit. Quod, ille quondam praepotens, ille regali dudum[m] dignitate[u] conspicuus, tanta cordis[u] patientia pertulit, tanta animi virtute toleravit, ut nec[n] oviculam ob hoc deposúerit, nec alícui, vel modicae[o] murmurationis verbum inde protulerit. Hoc[p] cum abbati ab his qui cognoverant relatum fuisset, admiratus nimium tantam tanti viri humilitatem ac tolerantiam, et vere Dei spiritum in illo esse perpendens, praecepit eum de caetero ab obędientia illa quiescere; et ibi iúxta, hortulum prout sciret[q] exco-

a) non posset 1. *ed.* b) i. s. c. 1[b]. *ed.* c) sancti 1[b]. *ed.* d) s. i. s. o. 1[b]. quique Arichis praedicto abbati (*corr.* Theodem.) praeceptum concessionis de territorio Gentiane fecit; et monasterio beati B. devotissimus obtulit 1. e) Huius tempore 1. f) mannus 2. g) regnum terrenum relinquens 1. *ed.* h) cum aliquot suis fidelibus *add.* 1. i) eidem apostolo tradidit 1, e. apostolico tradidit 2. k) faciens 1. 2. l) beati Benedicti 1. *ed.* m) *deest ed.* n) omnibus suis divitiis t. 1. o) fuit *ed.* p) f. scriptis breviter 1. q) Denique p. a. cernens e. K. fervere p. *ed.* D. p. a. volens iuxta 1. r) eiusdem Karoli 1. s) cernens illius fervére propositum *add.* 1. t) o. quae prae manibus erant 1. u) *add.* 1[b]. v) pastas 1. w) *add.* 4. x) Post paucos dies c. 1. *ed.* y) in eum *add.* 1. z) illi 1. *ed.* *) *deest* 1. a) De ovibus inquit absportandis (auferendis *ed.*) q. m. c. c. sunt, n. p. (pro meo posse *add. ed.*) ass. de me vero q. D. v. p. f. non contendo. Illi autem 1. *ed.* b) *deest* 1. ab eis 1[b]. *ed.* c) esset 1. d) igitur 1. *ed.* e) ergo 1. *ed.* f) *deest* 1. 2. g) occurrere, eandem cl. ov. humeris 1. *ed.* h) Ante vero quam portam esset ingressus, o. i. q. g. i. humeris, perfusus lutio est 1. i) ut – coronaretur *add.* 4. k) profundi *ed.* l) lutio *ed.* m) *add.* 4. n) ne *ed.* nec illam ob 1. o) quidem *add.* 1. *ed.* p) Quod 1. Hoc 1[b]. q) posset 1.

35) ita officia monasterii appellabant, quorum praecipua erant praepositurae monasterii Casinensis et cellarum ei subiectarum.

lere. Postmodum vero ab Aistulfo[a] Langobardorum rege pro quibusdam rei[b] suae[c] [c. 754.] utilitatibus ad fratrem suum Pipinum regem in Franciam ire rogatus, vix[c*] aegre hoc[d] regi annuente abbate profectus est; ibidemque negotio pro quo abierat impediente aliquandiu retardatus, iudicio Dei defunctus est. Cuius postmodum[d*] corpus idem frater [Chr. S. Bened. p. 200.] eius rex Pipinus in locello aureo[e] positum, cum[f] multis aliis muneribus huc ad suum monasterium retransmisit*.

8. His quoque diebus Ratchis rex Langobardorum ad[g] capiendam Perusinam urbem [749. Ch Salern. 1] cum valido exercitu pergens[h], eam undique fortiter expugnabat. Ad quem praedictus papa Zacharias profectus[i], multis precibus ac monitis magnisque[k] illi concessis donariis, ad sua illum redire coegit. Cuius idem rex monitionum sollicite reminiscens, non multo post divino afflatus instinctu, relinquens regalem dignitatem et gloriam, cum iam per annos quinque et sex menses[36] regnasset, Romam una cum uxore et filia[37] ad beati [36] Petri[l] limina devotus advénit; ibique a praefato papa[m] comam attonsus, et clericus factus, monachico etiam habitu simul cum uxore et filia est indutus. Moxque ad hoc monasterium[n] eodem apostolico dictante[o] perveniens, et sub regulari magisterio instituendum se tradens, post[p] religiosam satis ac Deo placitam conversationem, ibidem vitae finem sortitus est. Extat in hodiernum[q] diem vinea satis monasterio vicina, quae vulgó vinea Ratcisi vocatur; quam eundem Ratchís, et plantavisse et incoluisse, nonnulli nostrorum[r] existimant. Uxor vero illius nomine Tásia, et filia Rattruda, concedente et adiuvante[s] praefato abbate, monasterium puellarum non longe a Casino[38], in loco qui Plumbariola[39] vocatur, propriis sumptibus extruxerunt; multisque ditatum [39] opibus, ibi sub magna cautela et districtione regulari vitam agentes, ultimum diem clauserunt. Fuit autem praedictus abbas sextus a beato Benedicto temporibus imperatorum, Leonis et Constantini[t]; Romanorum vero pontificum, Gregorii et Zachariae; et Gregorii Beneventani ducis, atque praefati[u] Gisulfi iunioris[v]. Qui cum praefuisset huic monasterio annis triginta duobus, defunctus est, pridie Nonas Maii; et sepultus[w] [750. Mai. 6.] in porticu iuxta ecclesiam sancti Martini.

Optatus abbas septimo loco a beato Benedicto ordinatus, sedit annis 10.[x] Hic fuit temporibus praedicti Constantini imperatoris, et Leonis filii eius, et[y] praefati ducis Gisulfi[40], et Stephani secundi papae. [40]

Quo[41] videlicet tempore Langobardorum[z] rex Aistulfus et Ravennam cepit, et Ro- [751.] mam per tres menses obsedit[42]. Qua de causá praedictus pontifex Franciam ire com- [753.] pulsus est ad excellentissimum regem Pipinum; a quo cum magna gloria* et honore receptus, eundem Pipinum et duos filios eius Karolum et Karlomannum unxit in reges [754.] Francorum. Fecitque idem gloriosus rex una cum praedictis filiis suis promissionem et concessionem beato Petro eiusque vicario[a] de civitatibus ac territoriis Italiae per designatum confinium: A Lunis cum insula Corsica; inde in Surianum; inde in montem Bardonem; inde in Vercetum; inde in Parmam; inde in Regium; inde in Mantuam et

*) remittere studuit. Tunc temporis in eodem monasterio Cyprianus[43] presb. et [43] monachus ymnum sancti B. composuit: *Christe sanctorum decus atque virtus.* 1.

a) Astulfo 3. b) publicae *add.* 1. c) *add.* 1b. c*) rogatus ibidem def. 1. d) r. h. 1. *ed.* d*) *deest* 1. e) atque gemmato *add.* 1b. f) c. m. a. m. *add.* 1b. g) ad — post *in* 1. *addit secunda manus quae hic totum sententiarum ordinem invertit, cum haec omnia prius Optato abbati adscripserit.* h) veniens 1b. i) pergens 1b. k) multisque 1b. *ed.* l) apostolorum principis *add.* 1. *ed.* m) ab apostolicae sedis praesule 1. a pr. ap. s. praesule Zacharia 1b. *ed.* n) beati B. *add.* 1. *ed.* o) transmittente 2. e. a. d. *desunt* 1. p) tradens, ibidem v. 1. q) *ita* 1b. inodiernum 1. r) i. nostrorum quidam 1. s) et a. *desunt* 1. t) et Liudprandi (Luitprand 2.) regis Langobardorum *add.* 1. *in loco raso.* 2 u) *deest* 1. v) nepotis scil. Liudprandi regis *add.* 1. w) est *add.* 1. x) novem 1. y) eius et stephani pp secundi (*corr.* tertii). et p. g. ducis 1. *ubi iam sequebatur narratio de Ratchis rege. Qua ad Petronacis tempora relegata* 1b. *pergit:* Qui completo; *prius scriptum erat:* Praedictus autem abbas c. z) A. r. L. *ed.* *) *deest* 4. a) vicaris 3.

36) Eos Chr. S. Bened. Aistulfo tribuit, quam erroris causam fuisse puto. 37) *filiis* Chr. Salern. e Vita Zach. Noster hic Chr. S. Bened. sequitur, SS. III. p. 200, quibuscum coniunxit, quae per ora hominum tradita accepit. 38) rivulo, qui nunc *Le Fontanelle* dicitur. ANG. 39) *Piumarola.* 40) immo Liutprandi quem Chr. S. Ben. omisit, et Arechisi. 41) Haec non ex Anastasio recepit Leo, sed ex quadam schedula quae ex Anastasio forte emanaverat, et postea a Petro diacono in suum regestum inducta fuit, numero signata 86. ANG. Scil. promissionem Pipini, reliqua utrum ex ipsis Gestis Pont. hauserit, an ex Chr. Salern. c. 2 ss. concinnaverit, non liquet. Totus locus desideratur in cod. 1; cf. c. 12. 16. 42) A. D. 756. Hoc ex Chr. S. Bened. descripsit, ubi tamen de tempore nihil annotatum est. 43) cf. Petr. D. de Viris ill. c. 7.

montem Silicis; simulque universum exarchatum Ravennae sicut[a] antiquitus fuit, cum
provinciis Venetiarum et Histrie; necnon et cunctum ducatum Spoletinum seu Beneven-
tanum; eamque donationem propria manu sua, filiorumque suorum, multorumque iudi-
cum, et optimatum suorum corroboravit[b]. Demum vero[c] idem rex simul cum prae-
44 fato Romano pontifice Italiam veniens, et Ravennam et viginti alias civitates[44] supra-
dicto Aistulfo abstulit, et sub iure apostolicae sedis redegit. Propter quod tunc Roma-
norum etiam patricius constitutus est. Praefatus vero abbas completo sui temporis
760. Ian. 4. cursu, defunctus est pridie[d] Nonas Ianuarii, atque iuxta praedecessorem suum apud
ecclesiam beati Martini sepultus est[e].

760 Iul. 18. Hermeris abbas octavus, sedit anno[f] uno*, obiit autem 15. Kal. Au-
gusti, et sepultus est iuxta ecclesiam sancti Benedicti.

Gratianus abbas in[g] huius loci praelatione nonus, sedit annis 4, men-
45 sibus 5[h. 45]; temporibus imperatorum quos supra diximus, et[i] Arichis
Beneventani ducis et principis[46].

De quo[k] videlicet Arichis[l] domnus[m] Herchempertus[n], in historia quam de Lango-
bardorum gente post[o] Paulum diaconum composuit, ita refert[p]. Hic[q. 47] Arichis primus
Beneventi principem se appellari iussit; cum usque ad istum, qui Benevento praefue-
rant duces appellarentur. Nam et ab episcopis ungi se fecit, et coronam sibi imposuit,
48 atque in suis cartis, *scriptum in sacratissimo nostro palatio*[48], in finem scribi praecepit.

Erch. c. 3. 9. Hic[r] intra moenia Beneventi templum Domino opulentissimum ac decentissimum
condidit, quod Greco vocabulo, ΑΓΗΑΝ[s] ΣΩΦΗΑΝ, idest Sanctam Sapientiam nomina-
vit; ditatumque amplissimis praediis, ac[t] variis opibus, et[u] sanctimonialium coenobium
statuens, germanamque[v. 49] suam ibidem abbatissam efficiens, cum omnibus omnino per-
tinentiis et possessionibus eius, id sub iure beati Benedicti in Monte Casino tradidit in-
774. Nov. perpetuum permansurum. In[w. 50] quo videlicet templo, sanctorum martyrum 12
Fratrum corpora diversis in locis per Apuliam in quibus et decollati fuerant quiescentia,
honorabiliter allata, ad tutelam et honorem patriae in singulis capsis pariter sub uno
760. Mai. 15. altari[x] recondidit. Postmodum vero corpus pretiosi martyris Mercurii[51], nec non et
768. Aug. 26. aliorum tam martyrum quam confessorum numero triginta et unum sancta corpora ex
diversis Italiae partibus per tempora diversa indeptus, ibidem nichilominus attulit, et
per diversa altaria in circuitu maioris altaris satis reverenter locavit. Ubi dum maxima

*) temporibus supradicti Constantini imperatoris et Leonis filii eius, et Stephani papae secundi *addit* 2.

a) s. a. f. *desunt* 1^b. (*cap.* 12.) b) corroboratam *ed.* c) *deest ed.* d) *ita* 1^b. VII (o) k. septembris 1. e) *deest* 1. *ed.* f) s. a. *desunt* 4. g) a. a. beato B. n. 1. *ed.* h) m. q. *add.* 1^b. i) et Aistulfi Langobardorum regis qui Ravennam cępit, et Romam per tres menses sub Stephano papa possedit, Arichis quoque qui primus Beneventi appellatus est princeps 1. quoque Beneventani principis *corr.* 1^b. et praedicti A. L. regis, Arichis q. B. d. et p. 2. k) De isto A. 1. l) ita refert *hic add.* 1. *infra omittit.* m) *add.* 1^b. n) Hercenbertus 3. Erchempertus 4. quidam grammaticus *add.* 1. q. monachus atque g. 1^b. *quae postea expunxit.* o) p. P d. *add.* 1^b. p) i. r. *desunt* 1. q) Hic — praecepit *add.* 1^b. r) Arichis *add.* 1. *delevit* 1^b. s) A. Σ. *desunt* 4. t) et 1. *ed.* u) ac 1. *ed.* v) germanamque — eius *add.* 1^b. w) In — obtulit et confirmavit *add.* 1^c. *sed ultimus versus a voce* arbitrio *abscisus est; quem servavit* 1^*. *Prius haec scripserat:* Pari etiam modo in territorio Aliphano idem Deo amabilis vir, ecclesiam in honore domini Salvatoris construxit (plurimisque praediis atque colonis ditavit *add.* 1^b.) et puellare (nichilominus *add.* 1^b. *quod prius post* Adelgisam *scripserat*) coenobium, instituit (instituens, filiam suam Adelgisam ibi in matrem prefecit 1^b.); atque dicioni sancti Vincentii martyris subdidit. *Quae ipse expunxit. Cf. Erch. c.* 3. x) altare 1. *ed.*

44) Prima vice cum papa venit 754, altera solus 756, et tunc civitates eas S. Petro restituit. 45) Calculus sibi non constat, cum mense Iulio Hermerim, Augusto Gratianum obiisse tradat; et in catalogo abbatum cod. 4. habet: *annis IIII.* 46) ex Chr. S. Benedicti p. 201. haec primo exscripsit, postea auxit et mutavit. 47) Cum haec postea in margine addiderit, ad verba *Beneventani principis*, deinde signis positis huc amandaverit, dubium videtur, utrum in suo Erchemperti codice ea invenerit, an aliunde sumpta hic inseruerit auctor: nam in cod. Vat. desunt. 48) id iam sub antecessoribus eius fieri consuevisse, in Arichisi cartis vero non inveniri, adnotavit Di Meo Ann. Neap. III. p. 93. 49) Et haec quae apud Erch. non legimus, postea adiecit. Diploma Arichis e reg. Petri D. exhibet Gatt. H. p. 50: *Actu Beneventu in felicissimo palacio, in anno septimo decimo, mense Novembrii, per indiccione* 13. *feliciter.* 50) Quae sequuntur e Translatione XII. Fratrum metrice scripta desumpsit, quae extat ap. Surium ad Sept. 1. et apud nos cod. 280. ANG. Sed adiecit aliqua ex lectionibus Officii Sanctorum. 51) Translationis historia extat auctore ipso principe Arichis, impr. ap. Borgiam, Mem. di Benev. 1. p. 221. Quae de aliis sanctis addit, facile ipse Beneventi discere potuit. Corpora sanctorum 44 ibi requiescere, dicit etiam Robertus c. Bovian. a. 1119. Nov. apud Ughellum VIII, 243.

devotione quoniam vicinum loco illi[a] palatium erat[b] frequentem consuetudinem in oratione pernoctandi haberet, fertur quadam nocte oranti illi sanctos 12 Fratres apparuisse, eumque pariter inclinatis amicabiliter vultibus salutavisse. Quos dum torvo nimis aspectu exteros quoslibet esse existimans, quinam illi essent qui nocturno tempore sanctimonialium claustra sic audacter ingredi praesumpsissent inquireret; illi leniter arridentes: *Nos* inquiunt *sumus o princeps quos tua devotio per diversa repertos loca summo huc studio detulit, ac*[c] *studiosius delatos recondidit; quod nobis quidem quam bonum et quam iocundum, tibi autem quam sit divina pietate proficuum, ultima dies ostendet.* Et his dictis, subito principi[d] visio quae videbatur disparuit. In[e] quo etiam monasterio ecclesiam sancti Modesti quam nuper intra eandem civitatem quidam Leonianus construxerat, eique omnem suam substantiam per cartulam offerens in arbitrio praefati principis illam reliquerat, ipse per suum praeceptum postmodum cum omnibus eius pertinentiis obtulit et confirmavit. Depositus est autem praedictus abbas 11. Kal. Septembris, et sepultus in porticu ecclesiae sancti Martini. 764. Aug. 22.

Tomichis decimus abbas, sedit annis 6, mensibus 5.* Obiit 8. Kalendas Februarii. 771. Ian 25.

10. Huius[f, 52] temporibus vir quidam nobilis atque ditissimus Beneventanae civitatis, Leo nomine, se ipsum et omnia sua tam mobilia quam immobilia in hoc[g] monasterio tradidit; eiusdemque oblationis cartulam propria manu scriptam super corpus sancti Benedicti in praesentia praefati abbatis Tomichis et universorum fratrum testium posuit. Et servos quidem et ancillas suas omnes primitus per[h] cartulam libertate[i] donavit; postmodum[k] vero eosdem omnes ita ut liberi erant, simul cum curtibus propriis, et cum omnibus pariter, quae ipsi possidere videbantur, sub praedicti monasterii potestatem[l] redegit; condicione videlicet huiusmodi, ut singuli eorum, quattuor per mensem operas ubi necessarium esset monasterio facerent; res suas sive substantias nulli omnino nisi inter se vendere aut donare illis liceret. Res eorum qui sine liberis defuncti fuissent in monasterii dicionem transirent. Pueros tamen[m] sive puellas eorum alicui ad serviendum tradere utpote liberos, monachis fas non esset. Curtium autem et servorum illius nomina et numeros summatim hic praeter caetera annotare curavimus. Curtis Gaydepért[n] presbyteri: Adelpertus[o] cum quattuor filiis et uxoribus eorum; Bonecausus[p] cum quattuor filiis et uxoribus eorum ac filiis; Grimoaldus cum quattuor filiis et uxoribus ac filiis eorum; Ciminulus cum uxore et filiis; Ursus cum uxore et filiis; Fuscari cum uxore et filiis. Curtis[q] Grisi: Landulfus cum Arniperto[r] filio suo et filiastris duobus[s]; Bonitus cum tribus filiis et uxoribus eorum. Curtis[t] Cerbuli presbyteri: Leoaldus cum quattuor filiis et uxoribus ac liberis eorum; Agenulfus nepos eius cum filiis suis; Desiderius cum tribus filiis; Bassacius cum tribus filiis et genero uno. Curtis Lupi: Sadipertus cum filio et genero suo; Sico cum filio suo et uxore ipsius; Stephanus cum filiis duobus[u]; Formosus cum tribus filiis suis. Curtis Lupi pictari[v]: Maurus cum quattuor filiis; Iohannes cum tribus filiis suis. Curtis Dulciperti: Bonerisius cum filio suo, et uxore eius ac filiis; tres filii Raienolfi[w] cum uxoribus ac filiis eorum. Curtis Erfemari: Bonus, Adelchis, Maio[x], Bonulus, Iohannes, Ursus; omnes isti cum uxoribus ac filiis eorum; Rozzius cum quattuor filiis suis, id est, Leone, Stephano, Sellittulo[y], ac Ciminulo, cum uxoribus et filiis suis; Adelgarius cum filio uno, et generis duobus. Preter haec autem unum casalem[z] suum vocabulo[*] Pantanum[53] prope Beneventum concessit cuidam amite suae in usus proprios diebus vite ipsius, cum servis de Abellino[54] et de Transmonte[55] ad eundem[a] casalem[z] pertinentibus; eo utique[b] tenore, ut post mortem illius omnia redirent in ius monasterii huius[c] sicut cetera que supra dicta sunt.

* et dies 21 *addit* 2.

a) v. eius p. 1c. b) *deest* 4. c) a. s. d. r. *add.* 4. d) duci 1c. e) *Haec* 1c. *alia vice addidit.* f) Huius — quae supra dicta sunt *add.* 1b. g) in m. beati B. contrad. 1b. h) *deest* 4. i) libertati 1b. k) *ita* 1c. donavit. Curtes vero suas et omnia quae ipsi 1b. l) potestate 1b. m) *ita* 1c. preterea 1b. n) gayoc perit 4. o) adelpert 1. *ed.* p) eorum ac filiis et u. ac f. e. Cuninulus 4. q) Curtius 2. r) perto — Sico cum f. s. *abscisa* 1b. s) duabus 3. t) Curtem *ed. et hic et infra.* cur 1b. u) *deest* 4. v) pictoris 4. w) Ragenolfi 2. x) Malo 4. y) Solliatulo 1b. 3. z) casale *ed.* *) s. qui dicitur P. 1b. *ed.* a) ipsum 1. *ed.* b) *deest* 1. *ed.* c) *deest* 1b.

52) Carta traditionis s. d. extat ap. Gatt. Acc. p. 11. 53) ita, i. e. palus, vocatur locus quo Sabbatus et Calor se coniungunt, v. Stef. Borgiam, Mem. di Benev. III. p. 18. 54) *Avellino* ad fl. Sabbatum. 55) Vulgo *Tramonti.* Inter civitates Nuceriam et Cavas. ANG.

Poto abbas undecimus, sedit annis 7, mensibus 5.

Hic aedificavit deorsum ecclesiam parvam in honore sancti Benedicti, in eo loco ubi nunc sita[a] videtur ecclesia sancti Germani. Fecit[b] etiam alteram ecclesiam in honore sancti Michahelis archangeli ad radices alterius montis, in loco satis amoeno ubi nunc est olivetum monasterii huius, eamque et picturis insignibus et carminibus in circuitu[c] decoravit honestis. Ex quibus hic aliquanta quae vix prae vetustate valuimus legere describemus. Principia igitur illorum, post aliquot[d] quae legi minime[e] poterant, haec continebant de situ et habitudine loci eiusdem[f]:

Ore truces ululare lupi sub nocte silenti
Alopicesque olidae dudum gannire solebant,
Implexisque ursi diro cum murmure villis,
Setigerique apri.

Et post pauca:

Damma fugax, pavidique simul discurrere[g] *cervi.*
Optimus at postquam Poto sacra septa regenda
Suscepit vigili studio pater.

Itemque[h] post pauca:

Quin Regi altithrono vastum qui[i] *continet orbem,*
Cui cita[k] *coelicolae comportant nuntia iussi,*
Addidit hoc[l] *magni Michahelis nomine templum*
Sanguine rubrantem coelo qui depulit hydrum.
Isdem sed celeri praeventus morte sacerdos
Indedicatam aram pariterque reliquit asylum. Et caetera.

778. Iun. 29. Defunctus vero est[m] tertio Kal. Iulii, et sepultus iuxta ecclesiam sancti Benedicti.

Theodemar duodecimo loco a beato Benedicto abbatiam sortitus, sedit annis 19. Fuit autem temporibus imperatorum Leonis qui et Zácharis[n], et Constantini et Hirenáe matris eius, atque Adriani papae; príncipum autem Beneventanorum, praefati[o] Arichis[p], et Grimoaldi filii eius.

11. Hic iuxta praedictam ecclesiam sancti Benedicti quam praedecessor suus fecerat construxit pulchro opere templum in honore sanctae Dei genitricis et virginis
56 Mariae, super ipsum videlicet fontem unde fluvius[q] Lyris[56] procedit. Cuius templi quadrífida[r] fabrica in duodecim est[s] columnis erecta, ita ut per unam quamque faciem, quattuor columnae consistant; super quas turris altior a subiectis portícibus est levata; aliis quattuor turribus per singulos ángulos eiusdem pórticus, circa eandem turrim erectis. Quod videlicet templum plumbeis latérculis coopertum, et figuris[t] pulcherrimis, et versibus optimis adornavit; quodque his satis[u] praecipuum est, omnium fere apostolorum, et multorum[v] martyrum confessorumque magníficis pignéribus[w] compsit. De[x] ipsis[y] autem[z] versibus quattuor tantum qui áforis in circuitu medianae turris descripti sunt hic ponere placuit.

Sublatis tenebris, quia per te mundus habere
Lumen promeruit virgo et sanctissima mater,
Celsa tibi idcirco[*] *consurgunt templa per orbem,*
Et merito totis cóleris celeberrima terris.

Ecclesiam[a] quoque sancti Michahelis archangeli[b] quam indedicatam a praedecessore suo relictam praediximus, cum omni honorificentia dedicari fecit[57], ibique iuxta illam[c]
58 claustrum et habitácula nonnulla construxit[58].

a) n. est e. 1. 2. b) Fecit — Et caetera *desunt* 1; *cf. c.* 11. *n.* a. c) giro *ed.* d) aliquanta *ed.* e) non *ed.* f) *deest ed.* g) discernere 2. h) Et 4. i) quoque 4. k) cite *ed.* l) haec *ed.* m) idem abbas *add. ed.* n) Zacharias 3. o) *addit* 1b. p) Archis 3. q) Liris fl. 1. *ed.* f. lyris 4. r) f. q. 1. *ed.* s) *ita* 1b. e. i. d. 1. t) figulis 2. u) *add.* 4.. v) aliorum 1. w) pignoribus *ed.* x) De — terris *add.* 1b. y) praedictis 1b. *ed.* z) itaque 1b. *) iccirco 1b. a) Fecit etiam alteram eccl. in honore s. M. a. ad radices alterius montis, (in loco amoenissimo, *add.* 1b.) iuxta olivétum scilicet huius monasterii; ibique cl. 1. b) *deest* 4. c) *deest* 2.

56) Passim in monumentis nostri archivii Lyris appellatur fluvius, qui hinc delabitur ac iungitur Rapido. ANG. 57) In pervetusto breviario Casinensi celebranda praescribitur dedicatio huius ecclesiae sanctae Mariae quinque Turrium die 30. Maii. ANG. 58) Initia monasterii inferioris, quae postea in amplitudinem excreverunt. ANG.

12. Huius[59] temporibus Karlomannus[a] filius Pipini[b], invitatus ab Adriano papa[c], [v. Adriani. 773.] cum valido Francorum, Alamannorum[d] atque Sáxonum exercitu venit[e] super civitatem Papiam, propter Desiderium sevissimum[f] regem Langobardorum, qui civitates sancti Petri invaserat; eamque per sex continuos menses óbsidens, cępit; cunctumque sibi Langobardorum regnum victoriosissime subdens[g], Pipino[60] filio suo contradidit; praedictum[60] vero Desiderium secum in Franciam asportavit, anno[h] Domini 774. Interim autem[i] cum[k] [774.] Papiam obsideret, amore principis apostolorum in ipso[l] sancto paschali sabbato Romam [Apr. 2.] cum[m] multis episcopis abbatibus atque ducibus[n] venit, et celebrata ibi paschali festivitate a praedicto papa commonitus simul[o] atque rogatus est, ut donationem illam quam genitor eius Pipinus una secum beato Petro eiusque vicario domno Stephano papae dudum fecerat, adimpleret in omnibus. Cuius postulationibus idem rex annuens, prompto[p] ac libenti animo aliam donationis promissionem ad instar prioris describi praecepit per Etherium[q] notarium suum, eamque propria manu rex ipse corroborans, et universos episcopos et abbates, duces etiam et graphiones ac plures qui secum venerant honoratos ibi subscribere faciens, super altare[r] beati Petri manu propria posuit; idque[s] se inperpetuum conservaturos beato[t] Petro et eius vicariis, tam ipse rex quam et universi magnates eius sacramento terribili firmaverunt. Post[u] haec idem rex una cum Pipino [Erch. c. 2.] filio simulque magno exercitu Beneventum perrexit super Arichis[v], qui erat[w] gener Desiderii regis. Cum quo idem Carolus[x] diversis ac variis eventibus dimicans, demum [787.] ab[y] Arichis coronam illius[61] et maximam partem thesauri, necnon et geminas soboles,[61] Grimoaldum scilicet et Adelgisam obsides gratia pacis recipiens recessit. Hinc Arichis Francorum metu perterritus civitatem[62] novam Benevento addidit; Salernum quoque inter Lucaniam[63] et Nuceriam[64] antiquitus conditam mirifice restauravit. Praefatus[65] vero rex prospere a Benevento revertens, causa orationis huc ad beatum patrem Benedictum ascendit, seque tam ipsi quam universis hic Deo[z] servientibus fratribus commendavit. Tunc[*] rogatus ab abbate vel fratribus, ipse primum rex praeceptum[66] illi confirmationis [Mart. 25.] fieri de tota hac terra praecepit. Itemque altero praecepto[67] confirmavit beato Bene- [Mart. 28.] dicto monasterium sanctae Mariae in Cingla, et[a] sanctae Mariae in Plumbariola, et sanctae Sophiae in Benevento, et caetera quae tunc temporis habere videbatur; necnon[b] et universas aquas[68] cum ripis utriusque partis, ubicumque fuissent terris huius[c] monasterii iunctae. Sed et[d] auctoritatem dedit[69], ut monachi iuxta[e] tenorem sanctae regulae abbatem sibi absque alicuius praeiudicio seu violentia eligerent.

Reversus[f. 70] igitur post ista in Franciam, mox ad hunc abbatem per Adelgarium[70]

a) Karolománnus 1. b) nepos autem superioris Karoli quem supra meminimus *add.* 1. c) venit *add.* 1. d) A. a. S. *add.* 1b. e) *deest* 1. f) *deest* 4. g) subdidit 1. et P. f. s. c. *add.* 1b. h) a. d. dccmo. lxxmo. 1b. *deest* 1. i) vero 1. *ed.* k) ante quam P. cępisset, a. 1. l) *ita* 1b. ipsa p. festivitate R. 1. m) cum — faciens, super *add.* 1b. R. venit, et omnia quae rex Desiderius et caeteri sui praedecessores beato P. abstúlerant, eidem per praeceptum facta donatione restituit; et super ipsius c. 1. n) iudicibus 1b. 2. o) c. quarta feria post pascha fecit scribi donationem beato P. huiusmodi: A Lunis *etc. ut supra c.* 8. — Beneventanum; eamque donationem p. m. r. i. c. et universos qui secum 1b. p) bono *ed.* q) Ethierium 3. r) confessionem 1. beati P. *add.* 1b. s) posuit; et ex tunc vocatus est Karolus rex Francorum et Lan ... *post quae versus unus cum dimidio erasus est.* Tuncque ab hoc 1. p. et tam ipse r. q. et u. m. e. id se i. c. b. P. et e. v. sacramento—fratribus commendavit 1b. *ed.* t) *ita* 1c. c. eidem papae t. 1b. u) Postmodum vero praefatus rex una c. P. f. Beneventum perrexit cum m. e. super 1b. *ed.* v) quem supra iam memoravimus *add.* 1b. *ed.* w) fuit 1b. x) *ita* 1c. rex 1b. y) d. artatus Arichis, et c. suam, et m. p. t. n. et g. s. G. s. (scilicet *deest* 1b.) et A. eidem Carolo obsides p. g. tradidit. Hinc Francorum 1b. *ed.* z) degentibus ac D. 1. *ed.* *) Tuncque ab hoc primum rege praefatus abbas praeceptum conf. de t. terra S. B. (t. hac terra *ed.*) recepit. Alio etiam p. praedictus rex sancto B. c. (c. s. B. *ed.*) mon. 1. *ed.* a) et s. M. i. P. *add.* 1b. b) necnon — iunctae *add.* 1b. c) *deest.* 1b. d) *deest ed.* e) m. sibi (i. t. s. r. *add.* 1b.) absque a. p. s. v. abbatem eligerent 1. f) Ad hunc idem Karolus per Adelgarium (del *in loco raso*) (ep. *add.* 1b.) litteras misit 1. Ad hunc abbatem idem K. per Aldegarium (Adelg. 3.) ep. litt. a Francia dest. *ed.* Aldegarium 4.

59) Immo Potonis, nisi haec verba ad solam expeditionem Beneventanam referenda sunt. 60) haec non suo loco inseruit; Pipinus enim tunc nondum natus erat, in regem unctus est 781. 61) id iam apud Erch. non legitur. 62) *c. n. B. a.* non habet Erch. 63) *Pesto.* 64) *Nocera de' Pagani.* 65) Eadem in Chr. Vult. p. 359. leguntur, ex relatione Petri presb. qua noster quoque usus esse videtur. 66) Gatt. Acc. p. 13. e reg. Petri D. cf. p. 111. Böhmer Reg. Kar. 128. Suspectum redditur verbis in cod. subscriptis: *Carolus g. D. imperator augustus.* 67) ib. p. 14. 68) Tosti I. p. 98. e Petri reg. *Data* 18. *Kal. Martii. Anno* 30. *regni nostri. Ind.* 7. *Actum civitate Papia.* 69) in praecepto illo de S. M. in Cingla etc. ut quae de ripis addidit noster, alieno loco inseruisse videatur: quod plus semel fecit. 70) Ex ep. Pauli Diac. qua regi responsum est. Eam ad hunc locum e cod. Cas. 353. edidit Angelus de Nuce; e cod. Pithoei Iac. Du Breul in app. chronici p. 797.

episcopum litteras destinavit, rogans ut aliquot sibi de monasterio nostro[a] fratres ad ostendendam seu[b] constituendam in illis partibus regularis disciplinae normam trans mitteret. Quod et fecit, mittens illi etiam regulam, et hymnos[c], qui tunc ex traditione regulae in hoc monasterio canebantur: pondus quoque librae panis, et mensuram vini, nec[d] non et mensuram calicis quam in misto[e] servitores debent accipere; et universas[f] prorsus consuetúdines quae in hoc loco tunc temporis[g] habebantur[h] in scriptis ei trans misit.

71 13. His[i] temporibus[71] vir quidam de genere[k] Anglorum mutus et surdus cum quibusdam suae[l] gentis sociis ad limina venit apostolorum. Inde cum socios[m] ad memoriam beati Michahelis archangeli quae in monte Gargano sita est properare conspiceret, simul cum eis iter arripiens, venit ad hoc monasterium. Cumque oratorium ingressi, ante corpus sanctissimi patris Benedicti orationis gratia se pariter prostravissent, ceteri post modicum ab oratione surgentes, eundem quoque ut surgeret secumque recederet pulsare coeperunt. Verum ille coelesti visitatione compunctus, gemitibus cordis mentisque vocibus prout[n] poterat atque sciebat orationem protélans, beati patris[o] auxilium pectore fidissimo implorabat. Cum ecce post non[p] integram horam de loco se in quo prostratus fuerat erigens — benedictus et mirabilis Deus in[q] sanctis suis! mox recepto auditu pariter[r] et loquela, non solum in lingua[s] patria id[t] est Anglica, sed etiam in Romana coepit absolutissime loqui. Inde[u] simul cum sociis, multis in Deum et sanctum patrem gratiarum actionibus editis recesserunt, ubique omnibus referentes, quanta sibi meritis beati Benedicti fecerit Dominus.

14. Huic porro[v] abbati praefatus[w] princeps Arichís concessit partes maiores in ter-
c. 6. ritorio Gentianae[72], super id videlicet[v] quod Gisulfus dux iam dudum[v] Petronaci abbati
778. Sept. concesserat. Sequenti etiam tempore Grimoaldus filius eius, quem regi[x] Carolo obsi-
Erch. 4. dem datum praediximus[y], eiusdem regis concessione post patris obitum Beneventum remissus et princeps effectus, per praeceptum donationis concessit beato[z] Benedicto universa domnicalia sua cum servis et ancillis in eodem territorio Gentiánae; et cellam
73 sancti Agapiti; portum quoque Traiectensem[73] et[*] Vulturnensem; nec non et totam
782. Apr. piscariam de civitate Lesina[74], uná cum ipsa fauce[a. 75] sua. Per[b] idem tempus[76] Hildeprandus[c] quoque Spoletii dux obtulit in hoc monasterio curtem quae dicitur Castrinianum cum omnibus pertinentiis eius in comitatu Pinnensi[77]; et olivetum in Tronto, loco qui vocatur[d] Turri. In comitatu vero Marsorum, loco qui Paternus appellatur[e], curtem quingentorum simul modiorum; et familias multas cum omnibus substantiis earum; nec non et aliquot piscatores in lacu Fucino cum portu eiusdem[e*] lacus vocabulo Adrestina. Insuper[f] et gualdum[78] suum nomine Cusanum. Quidam[g] etiam vir dives Wacco[h] nomine
79 Beneventanus gastaldeus in expeditione constitutus[i] obtulit[79] in hoc sancto coenobio filium[k] suum nomine Wachipertum[l], cum rebus inferius designatis. Casalem[m] in Trane ubi dicitur Cimilianum; casalem in Trepurio; casalem in Ariano; casalem in Virgilie; casalem in Terranea; alium[m] in Vicario[n]; alium in Crosta cum oliveto; alium in Culmo; alium in Genne; alium in Monte nigro; in[o] Massa; ad Ripam; in Noceto[p]; in Corneto; in Tammaro[q]; in Latiniano; in Marsico; in Trelicio[r]; in finibus Potentiae; et casalem in Sancta Agnete. Casam vero suam intra civitatem iudicavit Tasie uxori sue, in vita

a) m. beati B. monachos ad 1. m. b. B. ad 2. b) s. c. *desunt* 1. *ed.* c) *ita* 1b. ymnos 1. d) v. mensuramque c. 1. e) mixto 4. m. sumendo s 1. f) universam consuetudinem 1. 2. g) *deest* 1. h) habebatur 1. 2. i) *Totum caput add.* 1b. k) gente 1b. *ed.* l) propriae *ed.* sociis propriae g. 1b. m) praedictos socios suos 1b. n) ut 1b. o) p. Benedicti a. 1b. *ed.* p) *deest* 4. q) in — loquela *desunt* 1b. 1*. in - mox *desunt ed.* r) et par. *ed.* s) lingua — loqui *abscisa* 1b. *servavit* 1*. t) hoc *ed.* u) Inde—Dominus *add.* 4. v) *add.* 4. w) praedictus Arichis princeps 1. *ed.* x) *deest* 1b. 2. quem — effectus *add.* 1b. y) praemisimus 1b. *ed.* z) sancto 1. *ed.* *) ac 1. a) foce 1. 2. b) Per - Cusanum *add.* 1b. c) Hildebr. 1b. *ed.* d) dicitur 1b. *ed.* e) vocatur 1b. *ed.* e*) ipsius 1b. *ed.* f) Sed 1b. *ed.* g) Quidam — exercerent *alio tempore add.* 1b. h) Guacco *corr.* Wacco 1b. Vacco 4. i) *deest* 1b. k) filiolum 3. l) Waccipertum 1b. Guaquipertum 3. m) casale *et* aliud *ed. semper.* n) Vicarium 1b. *ed.* o) et in M. et ad R. et in N. et in C. 1b. *ed.* p) Nocetum *corr.* Noceto 1b. q) Tamaro 1b. 2. r) Trelitio 3.

71) *Ante hoc fere decennium* ait Paulus D. in homilia quam e cod. Casin. ed. Mabillon Ann. 1. App. pag. 621. Ubi paucis tantum verbis eius miraculi meminit. 72) cf. c. 48; dipl. Grimoaldi e Petri reg. edidit Gatt. Acc. p. 17. *Actum Beneventi in sacratissimo palatio in anno primo mense Septembris.* 73) *Traietto,* prope ostia Gariliani. 74) in Apulia, prope ostia Frontonis. 75) ita ostia lacuum vel lacunarum maris appellabant, et ut videtur ipsas lacunas. 76) anno regni Karoli in Italia 9. ducatus Hildeprandi 9. ind. 5. Gatt. Acc. p. 18. e Petri regesto. 77) Pinna hodie vocatur *Civ. di Penna*, in Aprutio ulteriore. 78) nemus, quod alibi foresta dicebatur. 79) huius oblationis carta non extat.

dumtaxat ipsius. Servos autem suos et ancillas omnes libertati donavit, sub dicione tamen et tutela monasterii huius; ita ut per singulos singulas operas annualiter ubicumque[a] nostri ordinati praeciperent exercerent.

15. Huius abbatis[b] tempore Paulus diaconus supradicti[c] regis Desiderii notarius[d], post captionem eiusdem[e] Desiderii, et Arichís Beneventani principis obitum, ad hoc monasterium venit, et sanctae sibi[f] religionis habitum induit. Quis autem vel qualis, vel unde domo[g] Paulus hic fuerit, non est ab re perstríngere. Iste siquidem ex Lan- P. D. 4, 37. gobardorum gente originem duxit; eius namque ábavus Leupichís nomine, eo tempore quo primum in Italiam Langobardi ingressi sunt, cum eis venit. Cuius Pauli pater nomine Warnefríd[h], mater Theodelinda[i] fuit. Qui a púero disciplinis liberalibus eruditus, maximum in curia Desiderii regis ob suam industriam familiaritatis locum obtinuit, Chr Sal 9. atque Aquileiensis patriarchii diaconus extitit. Hic post captam ut supra diximus Papiam, cum regi quoque Karolo[k] pro sua prudentia admodum carus et[l] familiaris effectus[m], ac non multo post eidem[n] regi a quibúsdam invidis accusatus fuisset, quod eum propter fidelitatem Desiderii domini sui voluisset[o] occidere, fecit eum idem rex in[p] praesentiam suam adduci. Quem cum interrogasset utrum vera essent ea[q] unde ipse super occisione sua accusaretur? constanter respondit se pro certo fidelissimum domini sui semper[r] fuisse, et in eadem se fidelitate cum vita perseverare. Ad haec rex[s] subito ira succensus, praecepit eum manibus sine mora privari; moxque[t] in se reversus, et reminiscens magnae[u] nimis illius scientiae, suspirans ait: *Et si manus*[v] *eius abscidimus, ubi iam*[r] *tam elegantem scriptorem reperiemus?* et ait proceribus assistentibus sibi: *Dicite, quid super hoc vobis videtur?* At illi: *Digne*[w] inquiunt *tanto viro compateris o rex; sed ne aliquando aliquas alicui contra vos litteras dirigat, iubete*[x] *si placet ut eruantur oculi eius. Et ubi* ait rex *vel quando tam insignem hystoriographum aut poetam invenire valebimus?* Illi vero considerantes[y] circa illum benigni regis benivolentiam, suaserunt tandem[z] ut in Diomedis[80] insula quae hodie a tribus montibus Tremiti nuncupatur[*] eum 80 exiliaret; factumque est. Ubi cum per aliquot annos exul[a] mansisset, homunculus quidam qui[b] ei propter Deum praebebat[c] obsequium clam illum de ipsa insula expulit, et cum eo pariter Beneventum perrexit. Quo viso Arichis qui filiam praefati Desiderii domini[d] ipsius Adelpergam nomine habebat[e] uxorem, valde tam ipse quam et[f] éadem eius coniunx[g] gavisi sunt; eumque secum[h] honorifice[i] retinuerunt. Quo videlicet tempore, utrumque palatium quae idem princeps unum in Benevento, alterum in Salerno c. 37. cf Chr. S Ben p 201 nobiliter construxerat[k], idem[l] Paulus versibus luculentissimis exornavit. In[m] historia etiam Romana quam Eutropius breviter composúerat, eiusdem Adelpergae rogatu plurima hinc inde ex[n] historiis ecclesiasticis addidit. Ad ultimum vero duos libellos a tempore Iuliani apostate in quem ipsam hystoriam[o] Eutropius terminaverat, usque ad tempora primi Iustiniani imperatoris eidem annexuit. Necnon[p] et universas fere annalis computi lectiunculas rithmice composuit. Defuncto autem Arichís mox ad hoc mona- Chr Sal. 36 sterium ut supra diximus properavit; et factus monachus, non parvo hic[q] tempore vixit. Rogatusque a praedicto abbate vel fratribus, expositionem super regulam sancti Bene- c. 37 dicti[r] valde utilissimam edidit, ubi multa de veteri huius loci consuetudine necessaria attestatur[s. 81]. Historiam[t] quoque gentis suae id est Langobardorum, et nonnulla[u] alia 81 scripta eleganti stilo composuit. Inter quâe versus quoque recíprocos, elegiaco[v] metro

a) ubi 1^b. *ed.* b) *deest* 1. *ed.* c) *ita* 1^b. praedicti 1. d) atque consiliarius *add.* 1. e) ipsius 1. *ed.* f) ibi 3. g) domnus 2. h) Varn. 4. i) Teodelenda 3. k) carolo *corr.* karolo 1. l) ac 4. m) esset *add.* 1^b. *ed.* n) p. accusatus e. r. fuisset a q. invidis, q. 1. *ed.* o) vellet 1. p) r. comprehendi et coram se a. 1. *ed.* q) essent quae super morte sua de eo dicerentur, r. 1. *ed.* e. et unde i. s. occasione s. 4. r) *add.* 4. s) r. s. *desunt* 4. t) p. sed mox 1. *ed.* u) r. sagacitatis eius atque prudentiae, s. 1. 2. v) e. m. 1. *ed.* w) illi: ut eruantur inquiunt eius oculi, ne 1. illi: Iubete inq. ut er. eius oc. ne 2. x) d. Et ubi vel q. ait rex t 1. *ed.* vel q. *superscr.* 1^b y) v. videntes c. i. regis compassionem ac ben. 1. *ed.* z) *deest* 1. *) dicitur 1. *ed.* a) religatus 1. exulatus *ed.* b) q. ei *desunt* 4. c) D. obs. faciebat, c. 1. *ed.* d) D. regis A. 1. *ed.* e) u. h. 1. *ed.* f) *add.* 4. g) coniux *corr.* coniunx 1. coniux *ed.* h) in palatio *add.* 2. in p. quandiu Arichis vixit *add.* 1. i) honorificentissime 1. *ed.* k) construxit 1. l) praefatus 1. *ed.* m) Eiusdem etiam A. rog. in h. R. q. E. b. c. plurima 1. *ed.* n) de 1. *ed.* o) q. sua t. 1. *corr.* 1^b. p) Necnon composuit *add.* 1^b. q) pauco 1. *ed.* p. ibi 1. 2. r) simplicibus fratribus *add.* 1. s) testatur *ed.* t) Historiam — et *desunt* 1. 2. u) etiam *add.* 1. *ed.* v) rec. et hymnum 1. r. et hymnos *ed.*

80) nomen Leo addidit. 81) extat in cod. Casin. 353. expositio huiusmodi, quam Paulo nostro vindicare novissime studuit V. C. Tosti, Hist. Cas. I. p. 99 ss.

digestos et hymnum de singulis beati Benedicti miraculis, satis diserto sermone conscripsit.

Ad hunc praefatus Karolus[a] qui eum exiliari iússerat, audito quod in hoc loco monachicum habitum assumpsisset, plurimum illi congrátulans, satis affabiles et iocun-
82 das litteras metrice compositas misit[82]; de quibus aliquot hic versus insérere libuit. Ait enim, post aliquánta cartulam[b] suam álloquens, ita[c]:

Hinc[d] celer egrediens facili mea carta volatu,
Per silvas, colles, valles quoque praepete[e] cursu,
Alma Deo cari Benedicti tecta require.
Est nam certa quies fessis venientibus illuc.
Hic holus hospitibus, piscis[f], hic panis abundat,
Pax pia, mens humilis, pulchra et concordia fratrum,
Laus, honor[g], et cultus Christi simul omnibus horis.
Dic[h] patri et sociis cunctis, salvete, valete.
Colla mei Pauli gaudendo amplectere[i] dulcis,
Dicens multotiens, salve pater optime, salve. Et[k] reliqua.

Cui similiter idem Paulus versífice rescribere, et gratias pro visitatione et saluta-
Chr. Sal. 37. tione sua cunctorumque fratrum referre maximas studuit[83]. Iam vero aetate maturus,
831. vitae huius cursus explevit[84], et in claustro monasterii iuxta capitulum honorabiliter est sepultus.

817. Iul. 10. 16. Ultimo[l] huius abbatis[85] anno[m], Ludowicus imperator qui cognominatus est Almus vel[n] Sanctus, filius Caroli huius, quarto anno imperii sui in Aquisgrani palatio cum plurimis totius Franciae abbatibus monachisque religiosis conventum faciens, valde utilissima nostri ordinis observationi septuaginta et duo[86] generalia capitula constituit; quae ita fere omnia apud honesta[o] monasteria ac si beati Benedicti regula observan-
87 tur. Hic[p. 87] Ludowicus[q] ad instar parentum suorum Pipini et Karoli fecit beato Petro eiusque vicario domno Paschali pactum constitutionis et confirmationis, et propriae manus signaculo ac trium filiorum suorum illud corroborans, decem episcopos et octo abbates, et comites quindecim, bibliothecarium, mansionarium et ostiarium unum in illo subscribere fecit, et per legatum sanctae Romanae ecclesiae Theodorum nomenculatorem domno Paschali papae transmisit. Hoc[r] tempore[88] pulchro[s] satis opere constructa est ecclesia sancti Vincentii quae appellatur Maior, in loco supradicto, iuxta[t] Vulturnum, a Iosue abbate eiusdem loci. Praefatus autem abbas Theodemar defunctus est[u] Nonis[v] Iunii, et[u] sepultus est iuxta ecclesiam sancti Martini.

797. Gisulfus abbas tertius decimus a beato Benedicto ordinatus, anno
89 Domini septingentesimo nonagesimo septimo[89], sedit annis viginti et uno.

17. Qui[w] ex nobili Beneventanorum ducum prosapia ducens originem, mox ut abbas effectus est, coepit satágere qualiter posset[x] ad utilitatem fratrum tunc[y] deorsum manentium, tam ecclesiae, quam reliquarum officinarum angustias spatiare. Incitábat etenim illum ad hoc et loci amóenitas, et opum copia non parvárum; simul etiam arta et

a) rex *add.* 1. *ed.* b) cartam 1. cartulam 1^{b}. c) *deest* 1. *ed.* d) i. a Roma *suprascr.* 1^{b}. e) perpete 2. f) pisces 1. g) amor 1. *ed. cod.* 257. h) hic pater et 4. i) amplecte benigne, Dicito 1. 2. *cod.* 257. (*ubi* colla benigne *recenti manu addita sunt.*) k) et r. *desunt* 4. l) Ultimo — observantur *add.* 1^{b}. m) XVI. *add.* 4. n) almus vel *supracr.* 1^{c}. o) a. nos ac 1^{b}. 2. p) Hic papae transmisit *desunt* 1. Hic L. pactum c. et c. fecit b. P. e. v. d. P. ad i. priorum parentum s. P. et K. et propriae *ed.* q) Lodeuuicus 3. r) Hoc — loci *add.* 1^{b}. s) p. s. o. *desunt* 1^{b}. t) i. V. *desunt* 1^{b}. u) *add.* 4. v) *ita* 1^{b}. VIII. K. 1. w) Hic 1. 2 x) possit 4. y) f. quorum tunc maxima deorsum pars morabatur, t. 1. 2.

82) integras habet codex noster 257. ANG. Ex quo ediderunt Tosti Hist. Cas. I, 105. Giesebrecht de litt. studiis ap. Italos. Berol. 1845. 4°. p. 26. Sed ne in his quidem versibus a mutandis verbis Leo abstinuit. 83) Metrica Pauli responsio apud nos non extat. ANG. 84) Necrologium Casinense cod. 47. sic habet: *Idibus Aprilis venerandae memoriae domnus Paulus diaconus et monachus.* ANG. 85) immo Gisulfi, ut haec non suo loco inserta esse appareat, sed contra codicum consensum ordinem mutare nolui. Etiam ps. Anastasius hoc loco ponit. 86) 71 sunt in cod. Casin. n. 353. e quibus tria librarius in unum contraxit. 87) Haec prima huius pacti mentio est. 88) dedicata est a. D. 808. sec. Chr. Vult. l. 2. sed praesente Ludovico imperatore! Iosue 793 — 818. sedisse demonstravit Di Meo in Ann. Neap. ad a. 818. 89) ineunte, quum mense Ian. iam Wacconis donationem receperit. Vivente Theodemario sene substitutum existimo, quod plus semel factum videbimus.

ardua montis habitatio, et[a] erat laboriosa plurimum, et non erat sufficiens tam numerosae multitudini fratrum. Itaque cuidam fratri[b] Garioald qui eiusdem loci post eum curae totius[c] fungebatur officio mandat, ut super[d] hoc negotio omni studio studeat, et[e] eum locum ubi dudum[f] Poto abbas ecclesiam sancti Benedicti construxerat, ad edificandas novi[g] monasterii officinas aptare protinus debeat. Quod ille imperium promptus arripiens, quoniam instar paludis totus ille locus carectis, aquisque stagnabat, multis terrae ruderibus saxorúmque aggeribus universa replevit, atque amplam basilicam in loco prioris parvulae, in honóre[h] domini Salvatoris opere satis pulchro construxit[90]: Quae videlicet basilica, marmóreis basibus et columnis 24[i] hinc inde suffulta, et amplis portícibus circumsepta, habet in longitudine cubitos 82; in latitudine quadraginta et tres; in altitudine 28. Desuper autem satis[k] mirifice trabibus tabulisque ciprèssinis est[l] laqueata ac tégulis cooperta, parietibus in giro[m] figúris pulcherrimis insignitis[n]. Iam vero pavimenti opus, quam speciosum, quam solidum, quam variorum lapidum sit diversitate conspicuum, circuitus[o] etiam chori, quam sit pulchris ac magnis marmorum tabulis septus, in promptu cernentibus[p] est. In absída porro eiusdem[q] basilicae mediána, ad quam per gradus septem ascenditur, statuit[r] altarium in honore ut diximus domini Salvatoris. In dextera autem, altarium sancti Benedicti. In sinistra vero, altarium fecit ad honorem sancti Martini. Fecit[s] etiam atrium ante eandem ecclesiam longitudine cubitorum 40[t], latitudine simili, et in marmóreis illud columnis numero 16[u] undique versus erexit; atque in circuitu ipsius, lapídeos canales iuxta pavimentum unde semper aqua decúrreret posuit. Porro a parte orientali eiusdem átrii in conspectu ecclesiae absidam fecit, et altarium ibi sancti Michahelis constituit. In[v] medio vero ipsius campanarium valde pulcherrimum super octo magnas columnas erexit. Ex utraque autem parte eiusdem ecclesiae, diversorum officiorum multas et máximas atque pulchras, tam ad suas quam ad fratrum utilitates officinas efficiens, totum etiam monasterii spatium propter aquarum exundantiam magnis saxorum tabulis stravit.

18. Sursum[w] etiam praefatus abbas non ségnius se exercens, aliquot ibi habitacula decenter construxit; ecclesiam quoque in qua[x] beati Benedicti corpus erat recónditum, quoniam parva erat, ex toto ampliorem efficiens, ac[y] tectum illius universum, cipréssinis contignatum lignis plumbo operiens[z], diversis illam ornamentis, tam aureis quam argenteis decoravit. Super altare siquidem beati[*] Benedicti argénteum cibúrrium statuit; illudque auro simul ac[a] smaltis partim exornans, caetera eiusdem ecclesiae altaria tabulis argenteis induit. In loco etiam qui Vallis Luci[91] dicitur, ecclesiam in 91 honore sancti Angeli construxit[b]. Necnon[c] et ecclesiam sancto Christi martyri Apollinari, in loco qui tunc temporis Albianus vocabatur, nunc vero ex eiusdem martyris nomine Sanctus Apollinaris[92] dicitur, statuit[d]. Fuit autem temporibus[e*] supra dictorum imperatorum Constantini et Hirenáe, Beneventanorum vero principum Grimoaldi filii Arichis, et alterius Grimoaldi cognomine Thesaurárii; Romanorum autem pontificum Adriani et V. Leon. III Leonis tertii: cui videlicet oculis et lingua a Romanis privato omnipotens Deus mirabiliter ac potenter et visum restituit et loquelam. Huic[f] abbati[g] praedictus princeps 797. Febr Grimoaldus praecepto suo[93] firmavit omnes feminas liberas que servis huius monasterii fuerant copulatae, a tempore scilicet[g] primi Gisulfi[94] usque ad eam diem, cum filiis et 94

a) h. iam (*deest* 1.) non erat s. 1. 2. b) *deest* 1. 2. Carioald 2. c) *add.* 4. d) super — et *desunt* 1. e) ut *add. ed.* f) u. prius a Potone abbate ecclesia parva s. B. constructa erat 1. *ed.* g) *deest* 1. 2. h) honorem 1. *ed.* i) xx[ti] IIII[or] *add.* 1[b]. k) *deest* 1. l) c. laqueatam a. t. coopertam; parietes i. c. f. p. insignívit 1. m) circuitu 1. *ed.* n) *deest* 4. o) consp. et c. ch. *ed.* et — septus *desunt* 1. p) videntibus 1. *ed.* q) eius 1. *ed.* r) constituit 1. *ed.* s) Ante eandem vero basilicam fecit a. l. 1. *ed.* t) XL et I. 1. u) num. XII[m] *suprascr.* 1[b]. sedecim undecim undique 4. v) in — erexit *add.* 1[b]. w) Rursum 3. x) q. ubi b. 1. *ed.* y) c. tectumque ipsius 1. *ed.* z) coop. 1. *ed.* *) sancti 1. *ed.* a) et 1. *ed.* b) et diversas ibi ad monachorum utilitates officinas instituit *add.* 1. *expunxit* 1[b]. c) Fecit 1. d) *deest* 1. e*) t. (supra d. i. C. et H. *desunt* 1. 2.) Ben. p. (praefati *add.* 1[b]. *ed.*) G. *etc.* — tertii videlicet cui — mirabiliter et v. r. et l. (vid. — loquelam *desunt* 1.) 1. *ed. Inde* 1. 2. *pergunt:* imp. vero s. d. C. et Hirenae. Qui depositus — levam *ut infra.* f) Huic loco s. Martini *diversis vicibus addidit* 1[b]. g) *add.* 4.

90) quae substitit ad annum 1694. Gatt. H. p. 71. ubi architecti testimonium cum icone ecclesiae dedit. 91) in tabula geogr. apud Gatt. situs est paulo supra S. Eliam. Furçam de V. habuimus I, 5. 92) e meridie Casini, trans Lirim. 93) quod e reg. Petri D. ed. Gatt. Acc. p. 18. *Actum in Benevento in sacratissimo palatio nono anno, mense secundo, quinta indictione.* 94) *tam quae tempore domni Gisulfi quam et domni Luiprandi vel domni sanctae ac dulcis memoriae genitoris nostri, et nostro*

95 filiabus et universis eorum. Alio quoque praecepto[95] concessit in hoc loco monasterium
sanctae Mariae in Banza[a], quod situm est in finibus Acerentie[96], cum servis et ancillis
atque colonis, et cum omnibus ex integro possessionibus ac pertinentiis ipsius[b]. Eo-
797. Ian. dem tempore[97] supradictus Wacco[c] Beneventanus obtulit in ecclesia sancti Benedicti,
quam ipsemet in iure proprio intra civitatem Beneventanam ad portam Rufini constru-
xerat[d], omnia sua; id est casam propriam eidem ecclesiae coniunctam, cum omnibus
pertinentiis suis[d*]; casalem[e] in Septimo; casalem in Sancto Angelo ad Pecte; haeredita-
tem in Salerno; casalem in Caudis; casalem in Forcle; casalem ad Sanctum Ianuarium,
98 cum servis et ancillis; olivetum in Ariano; molendina sua in fluvio Sabbato[f. 98]; item[g]
aliam casam intra Beneventum ubi ipse manebat, simul cum curte sua et coquina; et
aliam casam novam iuxta plateam ubi est Sancta Arthellais[h], cum curte et pertinentiis[i]
suis; item[k] casalem sub Apice et Toroniano erga fluvium Arvi[l]; casalem in Autiano et
Ceppaluni; Campum nepetarum; casalem alterum[k] in Crosta cum oliveto. Item[m] quin-
que pueros clericos, cum servis quamplurimis, praeter multos alios quos liberos dimi-
sit: eo tamen tenore ut semper sub dicione praefatae[n] ecclesiae permanerent. In[o]
ecclesia etiam sancti Benedicti quae sita est in Liburia loco Casa Gentiana, sibi per-
tinente, obtulit idem Wacco[p] campum de Porcari, et[q] pratum quod vocatur Porcile,
necnon et 12 familias servorum cum omnibus exintegro illorum pertinentiis, commanen-
tes in loco[r] qui vocatur Balusanus[s]; sed[t] et alios servos et ancillas suas in praedicta
Casa Gentiana habitantes cum universis nichilominus[u] substantiis ac rebus eorum. Haec
autem omnia ex integro simul cum praefatis[v] ecclesiis idem[w] Wacco ad obitum veniens
obtulit et delegavit in hoc beati Benedicti cenobio; dimissa dumtaxat[x] medietate eorum[y]
omnium usufructuario[z] uxori suae Tasiae, sub[*] tutela monasterii huius in vita tantum[a]
808. Sept. ipsius[a*]. Sub his quoque diebus[99] vir quidam Colo nomine de territorio Caiatiano[b]
optulit in ecclesia sancti Martini, cella huius cenobii, quae iuxta[c] Vulturnum sita est
integram curtem suam in loco qui Aditianus[d] dicitur, cum omnibus ad eam[e] pertinen-
1 tibus rebus tam in monte quam in plano. Similiter etiam Maximus[1] quidam de eodem[f]
territorio obtulit beato Benedicto omnem ex integro substantiam suam in supradicto
2 loco sancti Martini. Iste[g] abbas fecit libellum quibusdam hominibus de Termule[2],
de omnibus rebus sancti Benedicti quas ibi possidebamus, pro censu 14 solidorum, et
817. Dec. 24. medietate totius pastionis. Qui[h] depositus nono Kalendas Ianuarii, sepultus est iuxta
ecclesiam beati Benedicti ante capitulum, introeuntibus in ecclesia ad levam*.

Apollinaris abbas quartodecimo loco in abbatiam praelatus[i], sedit annis 11. Fuit[k] autem temporibus Romanorum pontificum Paschalis et Eugénii, et Siconis principis[l] Beneventani.

Desiderii Dial. I, 1. 19. De hoc sanctissimo viro celebris fama est, et seniorum nostrorum attestatione firmata, quia cum quadam die[m] necessitate cogente ad monasterii possessiones visendas esset egressus, necesse illi fuit Lirim fluvium transvadare; sed cum navis deesset qua transire potuisset, vir Dei fide replétus salutíferae crucis se signaculo munivit: et ad

*) Huius temporibus factum est breviarium de cellis de Marca *addit* 2.

a) Banze 1b. 2. b) eiusdem monasterii 1b. *ed.* c) Guacco 1b. 2. Vacco 4. d) construxerat — Ianuarium *abscisa* 1b. *servavit* 1*. d*) eius 1*. e) casale *ed. semper.* f) quinque pueros — d. praedicti monasterii manerent *hic add.* 1b. 2. *omittunt infra.* g) iterum 1b. *ed.* h) Archellais 2. i) pertinentia sua 1b. *ed.* k) *add.* 4. l) Arbi 1b. 2. m) *vid. not.* f. n) praedicti monasterii manerent 1b. *ed.* o) Obtulit etiam idem G. in e. s. B. q. s. est in L. l. C G. campum 1b. *ed.* p) Guacco 1b. *ed.* q) P. pratum quoque q. dicitur P. et 1b. *ed.* r) vico 1b. *ed.* s) Balusanu 1b. 2. t) B. alios etiam s. 1b. *ed.* u) omnino rebus illorum 1b. *ed.* v) praedictis 1b. *ed.* w) e. obtulit in h. 1b 2. idem W. *deest* 3. x) *add.* 4. y) horum 1b. z) *deest* 1b. *) s. t. m. h. *desunt* 1b. 1*. 2. a) dumtaxat 1b. 1*. *ed.* a*) ipsius usufructuario 1*. b) Caiazzano 1b. 2. c) supra 1b. 2. d) Aditianu 1b. 2. q. d. A. 1b. *ed.* e) se 1b. *ed.* f) praedicto 1b. *ed.* g) Iste — pastionis *desunt* 1. Hic a. *ed.* h) *v. supra p.* 593. *not.* e*. i) eodem anno quo et Sico Beneventi factus est princeps *add.* 1. k) Fuit — Beneventani *desunt* 1. *v. infra p.* 595. *not.* f. l) S. qui eodem anno Beneventi princeps effectus est 2. m) *deest* 4.

felicissimo tempore: ubi Gisulfum iuniorem designari apparet. 95) ib. p. 19. ex eodem. *Actum anno decimo.* i. e. 797 vel 798. 96) Acerenza, olim Acheruntia; cf. Horat. III, 4, 15. 97) anno Grimoaldi 9. mense Ian. ind. 5. Gatt. Acc. p. 19. 20. ex eodem reg. n. 179. 180. 98) Fluit prope Beneventum cum Calore item fluvio, cui adiungitur, et in Vulturnum denique influunt. ANG. 99) anno Grimoaldi 3. mense Sept. Gatt. Acc. p. 21. e regesto Petri D. Caiatia, hodie *Caiazzo,* a Capua non procul abest, occidentem versus. 1) Reg. num. 85. ANG. 2) Termoli mari supero adiacet, prope ostia Biferni.

fluminis oram accedens, ita ut erat indutus et calciatus, in illud[a] intravit; sicque ad ulteriorem ripam miro modo, apostoli[b] Petri exemplo, siccis tam[c] pedibus quam vestibus[d] est transvectus, ita ut non super aquas ambulasse sed super áridam[e] crederetur[f]. Per idem tempus Trasemundus[3] quidam nobilis de Benevento obtulit in hoc [820. Mai. 5.] monasterio casas suas intra Beneventum; casalem quoque quem possidebat in loco Ad pantanum[4], rebus monasterii nostri coniunctum; casalem[g] in valle de Caudis, loco[h] ubi [4] dicitur Laudecene; casalem in Forinum; casalem in finibus Aliphanis[i], ubi dicitur Vulcanum; cum omnibus pertinentiis eorundem casalium. Servos etiam suos omnes liberos statuens, tres per mensem operas nostris ordinatis in loco quo habitabant[k] exercere constituit. Rodegarius quoque gastaldeus Beneventanus fecit hospitale iuxta Beneventum de propriis suis[l]; in quo obtulit et casas suas intra civitatem, et ecclesiam sancti Salvatoris, que sita est foris Casam maiorem, et molendinum in loco Tassile, necnon et decimas omnium rerum suarum; et constituit illud sub hoc monasterio. Quidam [823.Mart] etiam vir nobilis Arnipertus nomine, natione Compsanus obtulit beato Benedicto curtes suas in diversis locis numero quinque; cum omnibus omnino pertinentiis earum, tam in[m] mobilibus quam in[m] immobilibus; et cum servis et ancillis quam plurimis. Necnon et tunicam unam cum lista[5] aurea, et circellos de auro, et listam auream[n] cum mar- [5] garitis, et fibulatorium nichilominus aureum, cum medietate omnium mobilium suorum. Sed et clericus quidam nomine Danihel nobilis[o] genere, natione Tarentinus, [827.[6]] ad extrema veniens, et se ipsum et omnia sua cum plurimis servis et ancillis apud Aquinum et apud ipsam cellam sancti Gregorii in[p] illius vicinia sitam, per cartulam oblationis huic monasterio tradidit. Unde nonnulli nostrum[q] non usquequaque improbabiliter autumant[r] de istis[s] eiusdem Danihel servis, eos quos hodieque habemus famulos propagatos[t]. Similiter etiam Dachenaldus quidam Capuanus[u] obtulit in hoc mona- [827.[7]] sterio universam omnino substantiam suam in loco qui dicitur Cannetus[v], et per alia diversa loca in[w] comitatu Caiazzano, cum terris, et colonis, atque animalibus diversis, et omnibus tam mobilibus quam immobilibus suis. Sed et Dachopertus quoque nichi- [825.Mart.] lominus Capuanus similiter obtulit beato Benedicto casalem suum in loco qui Colimniana vocatur; cum casis et cortaneis, et omnibus ex integro pertinentiis eius.

20. Porro[x] Radechis[y] Compsanus comes qui interfecto Grimoaldo[z] praedictum Sico- [Erch. 9 817.] nem principem constituerat, non multo post penitentia ductus relicto saeculo, cervicétenus catena ligatus, huc ad beati Benedicti se cenobium contulit. Cuius nimis austerae ac[*] per hoc fructuosae penitentiae diabolus condolens[a] simul[b] et invidens, multis audientibus circa monasterii claustra saepissime clamitabat, dicens[c]: *Heu me heu me Benedicte, cur tam[d] nequiter michi praeiudicas? cur me sic instanter persequeris? non suffecit tibi ut me ipsum hinc expelleres; insuper et meos fideles undecumque tibi vendicare non desinis. Heu[e], heu me!* Praefatus[f] praeterea princeps Sico cum diu Neapolim obsedisset et afflixisset, [Chr Sal. 57] tandem sancti martyris Ianuarii corpus de[g] loco quo fuerat reconditus[h] auferens, Beneventum detulit, et cum suis[i] quondam sociis Festo et Desiderio sanctis apud ipsius urbis episcopium honorífice recondidit, sicut in historia domni[k] Herchemperti refertur[8]. [8]

a) eum 1. *ed.* b) a. P. e. *add.* 1b. c) s. pedibus est advectus, ut 1. 2. d) v. super ripam est advectus, ut 3. e) a. terram c. *ed.* f) Hic fuit temporibus Rom. pont. Paschalis et Eugenii *add.* 1. *Reliqua huius capitis add.* 1b. *sed alio ordine, ita:* Sub huius abbatis diebus quidam v. n. nomine Arnipert (Arnipertus *ed.*) — immobilibus suis. Rodegarius — monasterio. Per idem t. Trasemundus — constituit. Sed et Dachopertus quidam Capuanus genere obtulit — eius. *Ita et ed.* g) alium c. 1b. *ed.* h) *add.* 4. i) Alifanis 1b. (*supra c.* 6. Aliphano) k) habitant 2. l) p. rebus s. ubi o. 1b. *ed.* m) *deest ed.* n) l. unam a. 1b. *ed.* o) D. nat. T. nobili g. ortus, ad 1b. *ed.* p) G. quae in ipsius v. sita est 1b. *ed.* q) nonnulli et n̄ absque (*corr.* usque) quaque putant 1b. nonn. n. nunc usqueq. p. 2. r) putant 1b. *ed.* s) praedictis *ed.* de praedictorum virorum s. 1b. *in loco raso.* t) procreatos 1b. u) C. genere 1b. *ed.* v) Cannetu 1b. Cannetum 2. w) *add.* 4. x) *totum caput add.* 1b. y) Radelchis 4. z) Grimoald 1b. *ed.* *) ac p. h. f. *desunt* 1b. 2. a) dolens 4. b) *add.* 4. c) *deest* 1b. 2. d) tam n. m. p. cur *desunt* 1b. 2. e) h. h. me *desunt* 1b. 2. f) Iste Sico 1b. *ed.* g) de l. q. f r. *desunt* 1b. 2. h) reconditum 3. i) cum sanctis F. et D. in ipso episcopio honorabiliter r. 1b. *ed.* k) *deest* 1b. 2. s. in h. h. ☧. *postea alio atramento adscripsit.*

3) Donationes sequentes e Petri regesto edidit Gattula Acc. p. 27. 28. 30. 31. Unum Rodegarium omisit, cuius cartam extare in Reg. n. 188. annotavit Ang. de Nuce. 4) v. supra c. 10. 5) i. e. ora, limbus, taenia. 6) temporibus Siconis, ind. 5. 7) Grimoaldi anno 10. ubi *Siconis* legendum docet Gatt. l. l. 8) Ultima verba postea addidit, quum rem a Beneventanis auditam Chronico Sal. quod Erchemperto tribuit confirmari repperisset: ubi tamen nihil de Festo et Desiderio dicitur. Translationis historia extat in Actis SS. Sept. Tom. VI. p. 888.

820. Erch. 11. 21. Anno[a] tertio abbatis huius Saraceni a Babylonia et Africa venientes[b], Siciliam occupaverunt[c], et Panormum cęperunt, anno incarnationis dominicae 820[9]. Obiit autem 828. Nov. 27. idem[d] abbas 5. Kal. Decembris, et sepultus est prope[e] ecclesiam sancti Benedicti, iuxta gradus porticus qua tunc[f] temporis pergebatur ad ecclesiam sancti Martini.

Deusdedit quintus decimus abbas, sedit annis sex, temporibus[g] principum, Siconis atque Sichardi.

22. Huic idem[h] Sico princeps fecit praeceptum[10] de fluvio qui dicitur Lauri, cum omnibus limitibus et piscariis suis, et omnibus quae iuxta ipsum fluvium hinc et inde Erch 13. 832. ad ius súi palatii pertinebant. Mortuo[i] Sicone, Sichardus filius eius factus est princeps, homo[k] nequissimus et omnibus vitiis carnalibus circumsessus, ac super omnia avarissimus[11]. Hic praefatum[l] venerabilem abbatem virum omni sanctitate perspicuum[m] causa pecuniae cępit, atque custodiae mancipavit. Qui videlicet[n] sanctus vir cum depositus 834. Oct. 9. fuisset 7. Idus Octobris[12], in[o] loco quo[p] reconditus est, multos febre detentos diversisque languoribus oppressos, ex fide poscentes ad suos cineres precibus[q] ac meritis suis pristinae saluti restituit.

Hildericus[13] abbas sextus decimus, sedit diebus 17.

Authpertus[r] ordine septimo decimo abbas[s] effectus, sedit annis 3.

835. Febr. 21. 23. Huic Lotharius[t] rex Francorum filius[u] supradicti Ludowici praeceptum[14] fecit, confirmans omnia quae huic sacro coenobio tam a regibus quam a principibus collata hactenus fuerant. Pratum etiam magnum vocatum[v] Cervarium, et servos, et haereditates plurimas fisco suo pertinentes in pago Marsorum alio[w] praecepto[15] in hoc mona- Erch 11. sterio confirmavit. Ab[x] hoc Lothario[y] regnum Francorum divisum est; et ipse quidem Aquensem et Italicum, Ludowicus[z] vero frater eius Baioariam, Carlus autem ex 837. Iun. alia matre genitus Aquitaniam obtinuit. Sichardus praeterea[*] Beneventanorum princeps, gualdum qui Martoranus vocatur, per suum praeceptum[a] sancto Benedicto concessit[16], per[b] fines et terminos suos, cum ripis et aquis, fussariis[c. 17] et piscationibus, et omnibus intra se positis, quemadmodum ad palatii ius pertinere tunc temporis vide- 835. Iun. batur. Tunc[d] etiam vir quidam Rodegarius nomine de territorio Compsano, obtulit huic monasterio quattuor curtes suas cum omnibus pertinentiis earum, et aliquot servos et ancillas suas[18]. Huius abbatis[e] nonnulla opuscula et pulchri sermones haben- 838. Febr 20. tur[19]. Obiit[f] autem 10. Kal. Martii.

Bassacius abbas a beato Benedicto octavus decimus ordinatus, anno dominicae incarnationis octingentesimo tricesimo septimo[20], sedit annis 19.

24. Tertio[g] huius ordinationis anno superstite adhuc praefato principe Sichardo,

a) Huius tertio anno Siciliam Saraceni ingressi sunt, a. d. i. 820. 1. Huius abbatis t. a. Sar. a Bab. *etc.* 1b. *ed.* b) ve et Panormum 4. c) S. ingressi sunt 1b. 2. d) i. a. *add.* 4. e) p. e. s. B. *add.* 1b. f) tunc *add.* 1b. temp. *add.* 4. g) t. p. S. a. S. *desunt* 1. 2. h) supradictus 1. *ed.* i) Depositus vero est vii⁰ idus novemb. (*corr.* octobris) et sepultus apud ecclesiam sancti B. 1. *quibus deletis* 1b. *add.* Mortuo — restituit. k) p. vir omnibus 1b. 2. l) praedictum 1b. *ed.* m) spicuum 4. conspicuum. *Erch.* n) *add.* 4. o) *ita* 1c. et apud eccl. beati B. sepultus m. 1b. p) ubi 1c. *ed.* q) p. ac m. s. *desunt* 1b. 2. r) Authpert 1. 2. s) *deest* 4. t) Lutharius 3. u) f. s L. *add.* 1b. v) m. qui vocatur Cervarius 1. *ed.* w) a. p. *add.* 1b. x) Ab — obtinuit *add.* 1b. y) Lothgario 3 z) Lodevicus 3. *) *ita* 1b. quoque 1. a) tunc *add.* 1. *delevit* 1b. b) per — ancillas suas *add.* 1b. c) fassariis 4. d) His temporibus v. 1b. *ed.* e) *add.* 1b. f) Obiit — Martii *add.* 1b. g) Huius t. o. 1b. *ed.* Huius — et alia nonnulla *add.* 1b.

9) Saracenos (scil. Hispaniae) eo anno Siciliam ingressos esse nescio unde Leo sumpserit. Sed quod Panormi expugnationem ex Erch. huc retulit, ipsius est coniectura, quae fundamento caret. Capta est a. D. 832. 10) Non extat. Donationem quandam factam Deusdedi abbati a Romualdo duce, ind. 2. *in loco qui nominatur fluvio Lauro* e Petri regesto ed. Gatt. Acc. p. 32. Quam vel fictam vel certe corruptam esse apparet. Lauri fl. lacum Lesinensem influit. 11) Talis apparet e Chron. Salernitano. 12) Martyrol. Romanum 9. Octobris: *Apud Casinum sanctus Deusdedit abbas, qui a Sicardo tyranno in carcerem trusus, illic fame et aerumnis confectus reddidit spiritum;* eodem die colitur eius memoria apud nos sub ritu duplici. ANG. 13) de eo Petrus Diac. de viris ill. c. 9. 14) quod e Petri reg. edidit Gatt. Acc. p. 32. 15) ib. p. 34. ex originali genuino, quod ind. 13. 9. Kal. Mart. datum est. 16) ib. p. 35. e regesto. *Actu Benevento in sacro palacio* 5. *anno, mense Iunio,* 15. *indictione.* 17) piscinae esse videntur. 18) ib. p. 35. e regesto: *tercio anno principatus domini nostri Sicardi, mense Iunio,* 12. *ind.* (leg. 13. *ind.*) 19) Extant Casini in codice signato 305. De eo Petrus diaconus de viris illustr. cap. 13. et ibi I. B. Marus. ANG. 20) Vel annum falsum esse oportet, si privilegium illud Sichardi principis genuinum est, vel vivente Authperto eum esse ordinatum.

corpus beati apostoli[a] Bartholomei de Lyparitana insula ordinatione[b] divina Beneventum translatum est[21]: in[c] quam videlicet insulam olim de Armenia mirabiliter fuerat cum saxea tumba itinere marino sine remige ullo transvectum. 21 Per[d] idem tempus Gontarius[22] abbas monasterii sancti Modesti reddidit beato[e] Benedicto res quas dudum[f] Authpertus abbas per scriptum convenientie concesserat Sichardo principi, idest curtem quae dicitur Milazzanum[g] cum ecclesia sanctae Mariae cum omnibus ornamentis et pertinentiis suis in finibus Canosinis; curtem que vocatur Plazanum; curtem[h] in Campi; curtem in Pastena; et casam unam in Cannis[i] cum omni[f] substantia sua; et cum piscatione in mare, et cum omnibus pertinentiis eorum que supra dicta sunt. His quoque[f] diebus 849. Mai. Agenardus[k,23] quidam[f] gastaldeus Capuanus fecit cartam oblationis in hoc monasterio de omnibus omnino rebus substantiae suae quae possidere videbatur tam[f] in territorio Capuano quam[f] et Teanensi, atque Calinulo[24], cum servis et ancillis, et universis quae sibi iure haereditario competebant. Sed et Arnefrid[25] quidam nobilis Aliphanus[l] 25 obtulit beato Benedicto Amelfrid filium suum clericum cum integra curte sua de loco qui dicitur Patenaria, cum universis eiusdem curtis pertinentiis: necnon et integram portionem suam de ecclesia sanctorum Nazarii et Vincentii[m] loco ubi dicitur Anglena, cum ornamentis et curtibus, et omnibus[n] pertinentiis ac possessionibus eius. Quidam[o] etiam Maio[27] Telesinus, ad extrema veniens, tradidit se ipsum in hoc monasterio 836. Ian. cum omnibus suis, idest curte una in Telesia[p], vocabulo Pulianellum[q], et altera[r] in Aliphis[s] in qua est constructa ecclesia sancti[t] Petri, cum silva sua circa eandem ecclesiam, et cum omnibus pertinentiis ipsarum curtium, cum servis quoque et ancillis[u] in eisdem curtibus commanentibus, et universis eorum. Theodericus[28] praeterea[v] Caia- 843 Mai. tiae[w] comes testamento suo concessit in hoc[x] loco curtem unam quae dicitur Squillae, cum[y] universis ad ipsam curtem pertinentibus; insuper et scutellam argenteam unam, scattones[29] tres, garales duos, bandum aureum unum, equos[z] tres, et alia nonnulla. 29

Fuit[*] autem hic abbas temporibus Romanorum pontificum Sergii II, Leonis IV, et tertii Benedicti, necnon et primi Nycolai, a quo etiam apostolicae auctoritatis privilegium[30] de huius monasterii libertate et confirmatione recepit; principum vero Radelchis[a] 30 et Siconolfi, sub quibus principatus Beneventanus Capuanorum[b] contra[c] se factione divisus est. Cur autem vel qualiter divisus sit, et qua occasione primum[d] Saraceni ab his invitati huc adventáverint, quoniam cladis eorum nos quoque pars maxima fuimus, necessarium huic[e] historiunculae et oportunum insérere duximus.

25. Cum[31] supramemoratus[f] princeps[g] Sichardus nequiter a suis fuisset occisus, 839 praefatus Radelchis[h] thesaurarius[i] ipsius illi in principatu successit. Interea Capuani quibus[k] tunc Landulfus gastaldeus[l] praeerat, quique[m] propter multas nequitias suas eun-

a) b. B. a. 1[b]. b) o. d. *desunt* 1[b]. 2. c) in —transvectum *desunt* 1[b]. 2. d) *Hae traditionum notitiae in cod. autographo in margine singulae ubi spatium erat adscriptae sunt, ordine diverso ab eo quem hic e cod. 4. damus. Primus erat Agenardus, sequebatur Arnefrid, deinde Maio, quartus Gontarius, quintus Theodericus.* e) r. huic dudum 4. *integro ut videtur versu omisso.* f) *deest* 1[b]. *ed.* g) Milactianum 1[b]. 2. h) c. in C. *om.* 4. i) Canni 1[b]. *ed.* k) Agenardus *corr.* Abgen. 1[b]. Hagenardus 4. Aienardus, Agenardus *et* Achenardus *in ipso dipl.* l) Alifanus 1[b]. *ed.* m) de *add.* 1[b]. *ed.* n) omnino *add.* 1[b]. *ed.* o) Similiter etiam quidam 1[*]. *ed.* Similiter—eorum *abscisa* 1[b]. *servavit* 1[*]. p) Telese 1[*]. *ed.* q) Pulianellu 1[*]. 2. r) alia 1[*]. *ed.* s) Alife 1[*]. *ed.* t) e. vocabulo Sanctus Petrus 1[*]. *ed.* u) omnibus *add.* 1[*]. *ed.* v) *deest* 4. w) *deest* 1[b]. 2. Calatiae 4. x) *deest ed.* y) cum — et *desunt* 1[b]. *ed.* z) equos t. *desunt* 1[b]. 2. *) *ita* 1[b]. Fuit temp. principum R. 1. a) Rathelchis 3. b) *ita* 1. Kap. 1[b]. c) c. se *desunt* 1. 2. d) *deest* 1. 2. e) n. inserere huic historiolae duximus 1. *ed.* f) *add.* 1[b]. g) S. pr. 1. *ed.* h) Rathelchis 3. i) *ita* 1[b]. R. zetarius palatii eius 1. k) q. t. l. cast. p. *add.* 1[b]. l) castaldeus 1[b]. 2. m) *add.* 4.

21) A. D. 838. mense Aug. sed ecclesia perfecta dedicatum est altare 839. Oct. 25. mortuo Sichardo, tertio Bassacii anno secundum Leonis calculum. Extant sermones in translationis anniversario habiti, alter Berthario abb. Casin. attributus in Actis SS. tomo V. Augusti, alter accuratior Martini mon. ad Roffredum archiep. Benev. directus, qui sedit ab anno 1076. ap. Borgiam Mem. Benevent. I. p. 333. 22) Reg. n. 299. ANG. 23) Gatt. Acc. pag. 36. ann. 10. Sikenolfi, ind. 12. Capuanus erat genere; gastaldus Capuae, Lando, cartae subscripsit. 24) hodie *Carinola*, prope Sessam. 25) Reg. n. 308. ANG. 27) Gatt. ib. p. 36. Data est anno . . . princ. 3. ind. 4. Telese sita est in Terra Laboris inter Vulturnum et Calorem, fluvios. 28) Reg. n. 398: *anno 4. princ. Radelchis, mense Maio, ind.* 6. ANG. Squilla hodieque est villa Caiatiae proxima, a Vulturno non multum distans. 29) Scattones vocant apud nostrates eas scutellas quibus arida venditores metiuntur, ut lupinos et similia. ANG. Garalis est scyphi species quaedam; bandus vexillum, taenia. 30) Reg. n. 4. ANG. 31) haec e Chron. Cas. c. 8. 4. 17. petita postea ex Erchemperto c. 14—17. correxit et auxit.

dem[a] Radelchis valde infensum habebant, dominationem[b] illius quam nimium formidan-
tes, ineuntes consilium, ad Siconolfum filium supradicti principis Siconis, qui tunc apud
Tarentum exul[b*] manebat[c], se cónferunt; eumque sibi in principem eligunt. Qui Sico-
nolfus, tam cum eisdem Capuanis, quam et cum maxima Beneventanorum manu qui
praedictum Radelchis exosum habebant Salernum ingressus, contra eundem Radelchis
modis omnibus insurrexit; coeperuntque ad invicem totis nisibus litigare. Sed quoniam
Luc. 11, 17. ut ait Veritas, *omne regnum in se ipsum divisum desolabitur*, et ut ait quidam aucto-
Sal. Iug. 10. rum[32], *concordia parvae res crescunt: discordia maximae dilabuntur:* vicissim ab his
Saracenorum[d] exercitus ex diversis partibus orbis alter adversus alterum evocatus,
totum non modo principatum, verum etiam regnum Italicum sua dissensione[e], ferro et
841. igni per annos ferme triginta demoliti sunt. Primus itaque Radelchis in auxilium[f] Sara-
cenos invitat, per[g] Pandonem quendam suum fidelem qui tunc Barim regebat; quos
dum idem Pando iuxta muros[h] urbis et maris[i] ora locasset improvidus, illi ut sunt
ingenio callidi nocte intempesta urbem per loca abdita penetrant, multisque aliis interemptis,
praedictum quoque[k] Pandonem marinis fluctibus donant. Horum rex fuit vocabulo Cal-
phon; quos[l] praefatus Radelchis quia propellere urbe non poterat, cepit quasi familia-
res excolere, et ad sui auxilium provocare; cumque illis totam Siconolfi regionem deva-
stans, Capuam quoque universam redégit in cinerem. Siconolfus[m] autem[n] econtra ex
Hyspania Saracenos acciscens, frequentibus praeliis omnes fere in circuitu praeter Sipon-
843. tum a Radelchis iure auferens urbes, Beneventum nichilominus expugnabat[33].
843. 26. Septimus[34] iam praedicti abbatis annorum circulus volvebatur, cum praedictus[o]
Siconolfus ad beati Benedicti monasterium veniens, sub[p] praestationis nomine Hyspanis[q]
tribuendum Agarenis, universum fere thesaurum quem gloriosae memoriae reges, Karo-
lus, et Pipinus frater eius, et Karlomannus, et Ludowicus filii eiusdem Pipini[35], et
alii quam plures seu reges seu principes religiosi ibidem contúlerant, auferens[r] aspor-
tavit. Prima siquidem vice abstulit[s] in calicibus et patenis, coronis, ac crucibus, fialis[t]
quoque et amulis, bokis[t*, 36] ac fibulis, auri purissimi libras centum triginta[u]; saricam[37]
insuper sericam de sýlphori cum auro et gemmis: pro quibus promisit se redditurum
38 solidos Siculos decem milia. Unde cognatus eius Ursus[38], et Grimoaldus[v], scriptum red-
ditionis monasterio isti[w] fecerunt. Item[x] secundo, trecentas sexaginta quinque in argento
libras, et tredecim[y] milia solidos aureos figuratos. Item bazias[39] duas de argento, pondo[z]
librarum 30, et fundatos[40] duplices octo. Item in anaglifis[*] baziam unam, et scattonem
unum[a] Constantinopolitanum, utrumque argenteum et inauratum. Item[b] post octo cir-
citer menses, tulit in coronis, ac baziis, atque amulis, garalibus et coeleariis, argenti
libras[c] quingentas. Item post menses decem venit et rupit ipsum monasterii vestiarium,
41 et abstulit inde solidos mazatos[41] 14 milia. Pro quibus iuraverunt Leo episcopus, et
Petrus et Landenulfus gastaldei eius super euangelia, et crucem, et corpus sancti Be-
nedicti, quod ábinde ad quartum mensem, pretium illud monasterio restituerent, et non
habentes unde redderent, fecerunt huic[d] monasterio praeceptum de Sancto Nazario in
43 Canzia[e, 42] cum omnibus pertinentiis[f] suis. Rursum[g] venerunt Lando[43] et Aldemarius

a) praedictum 1. *ed.* b) habebant. Qua de causa illum n. f. 1. *ed.* b*) *add.* 1b c) morabatur 1. *ed.* d) *ita* 1b. h. Francus ac Saracenus alter adv. 1. e) dissentione 1. *ed.* f) sui *add.* 1. *ed.* g) *ita* 1b. invitat. Qui apud Barim primitus transfretantes, cum illam diebus aliquot obsedissent, nocturna tandem fraude ceperunt; nec multo post Tarentum quoque adepti sunt. Horum 1 h) murum 1b. 2. i) ora maris 1b. *ed.* k) p. patriae proditorem m. 1b. 2. l) *ita* 1b. cum quibus R. totam S. 1. m) S. — expugnabat *add.* 1b. n) quoque 1b. *ed.* o) praefatus 1. *ed.* p) sup 2. q) H. t. A. *add.* 1b. r) c. abstulit 1. *ed.* s) tulit 1. *ed.* t) phialis 4. t*) boris 3. bolcis 4. u) trig. *add.* 1b. v) Grimoald 1. *ed.* w) *add.* 4. x) Item - inauratum *add.* 1b y) XIV 2. z) pensantes libras 1b. *ed.* *) anagliphis 4. a) *deest* 4. b) Alia vice p. 1. *ed.* c) *deest* 2. argenti *add.* 1b. simul q. 1. *ed.* d) f. hic p. 1. *ed.* e) Canzię 1. Çanzie 2. f) *add.* 4. g) R. alia vice v. 1. *ed.*

32) hoc de suo addidit; *ut Livius* dicit ps. Anastasius. 33) i. e. oppugnabat. 34) Hoc caput fere integrum e Chron. Cas. 10. accepit Leo, sed etiam alia nunc nobis incomperta antiqua monumenta adhibuit. ANG. 35) non librarios sed auctorem dormitasse, cod. autographus hic ut alibi ostendit; ubi plurima convicia in immeritos librarios coniecta sunt ab Ang. de Nuce et aliis. 36) al. bauca, vasis species; unde Ital. *boccale*, nostrum *Pokal.* 37) pallium purpureum. 38) f. comes Compsanus, v. Erch. 14. 39) paterae species esse videtur, Angl. *basin.* 40) et pallia et vasa ita designantur. 41) argentum signatum esse arbitror; *mazza* enim Italis malleus est. Iidem supra vocantur figurati, infra praedulati. 42) ita dicebatur ea Campaniae pars quae ad septentrionem fl. Vulturni viae Appiae utrinque adiacet, Peregrini tempore *Terra di Canzo.* Camp. felice pag. 467. 43) com. Capuanus?

gastaldei ipsius, et portaverunt hinc[a] solidos praedulatos duo milia. Item[b] quando perrexit[c] Spoletum, Maio cognatus eius abstulit alios[d] nichilominus duo milia. Ad[e] postremum quando Romam perrexit, venit idem Siconolfus et abstulit coronam auream[f] sma- 844. rágdinis gemmis mirifice decoratam, quae patris sui[f*], Siconis principis fuerat, pro solidis tribus mílibus. Et haec quidem[g] omnia ipse praefatus[h] sacrilegus sancto Benedicto auferens, neque sibi neque patriae aliquid inde profécit[i]; neque ab eo[k] tempore aliquam promereri[l] victoriam potuit.

27. Triennio[m] post haec[44], Sergio secundo in sede apostolica praesidente, a[n] quo 846. Desid. Dial. 1. Ludowicus imperator est coronatus, ingens Saracenorum multitudo ab Africa[o] classe Chr. Cas. 9 Romam devecta, ecclesias sanctorum apostolorum Petri et Pauli ex íntegro depraedati Aug. sunt, multosque illic interficientes, per Appiam viam iter aggressi, ad Fundanam civitátem[45] venerunt. Quam cum cępissent, et incendio cremavissent, universaque[p] per 45 circuitum vastavissent, secus Caietam applicantes castrametati sunt. Contra quos missus a Spoletio[q] Francorum exercitus, turpiter superatus aufúgit. Quos Saraceni instantius Nov. 10. persequentes, tandem ad viciniam huius monasterii trans flumen[r] quod Carnellum vocatur applicuerunt, ecclesiamque sancti Andreae apostoli[s] igne cremantes, ac demum ad cellam sancti Apollinaris[t] in loco qui dicitur Albianus[46] pervenientes, evestigio ad hoc 46 monasterium quod fama iam dudum[u] vulgante audierant, quodque praesentialiter suis oculis ex eódem loco cernebant, totis satagebant[v] conaminibus properare. Sed quoniam tardior illos hora eo die cohíbuit, ibidem tentoria figunt, futurum[w] profecto ut die huc altero properantes, coenobium totum[x] destruerent; quaecumque fuissent[y] reperta, diriperent; cunctosque ibidem[z] degentes, gladio trucidarent. Maxima tunc erat totius[*] coeli serénitas, tantaque praedicti fluvii siccitas, ut pedes aliquis illum transvadare valéret[*]. Itaque cum ad fratrum aures huiuscemodi nuntius pervenisset, et tam subitam, tamque horrendam sibi[a] mortem imminére conspicerent, maximo valde[b] timore perterriti mox[b] omnes nudis pedibus et cinere asperso capite, cum letaniis ad beatum conveniunt Benedictum, orantes Dei clementiam, ut eorum animas misericorditer dignaretur recipere, quorum corpora tam repentine morti[c] tradere suo iudicio decrevisset. Tota igitur nocte illa fratribus vigiliis, orationibusque intentis, sanctae memoriae Apollinaris[b] abbas de quo supra locuti[d] sumus per visum[e] reverentissimo abbati Bassacio apparens, dixit: *Quid* inquiens *frater*[f] *ita turbámini, vel quare sic mestum timidumque géritis animum?* Cui Bassacius: *Propter mortem* inquit *pater omnium nostrum quam ante oculos cernimus, et propter sancti huius loci desolationem, quam protinus praestolamur. Nolite amplius* ait Apollinaris *timere, omnemque ab animo mestitiam ac sollicitudinem pellite. Benedictus etenim pater, vestram a Domino liberationem obtinuit, ipsumque pariter nobiscum in auxilium vestrum procerto venisse noveritis. Perficite tantum vota vestra et supplicatiónes ad Dominum, quod etiam et*[g] *nos uná vobiscum ante conspectum Domini*[h] *facimus; et estote certissimi quod nullam vobis neque huic loco Saracenorum ferocitas nunc possit inferre molestiam*[i]. Cumque abbas experrectus haec omnia fratribus indicasset, universi procidentes in faciem, cum lacrimis ac singultibus magnisque clamoribus coeperunt Deo laudes et gratias reddere, eumque immensis iubilationum vocibus[k] benedicere, cui per beati Benedicti intercessionem, taliter eos ab instanti placuit periculo liberare; atque quod erat noctis residuum, in hymnis et laudibus Dei studuerunt perágere. Fidelis Dominus in verbis suis, et sanctus in omnibus[l] operibus suis, qui iusto polliceri dignatus est dicens: *Invoca me in die tribulationis tuae, eripiam te et magnificabis me*[m]. Psal. 49, 15.

a) hinc *deest* 2. b) Alia vice q. 1. *ed.* c) Sp. p. 1. *ed.* d) abst. item solidos d. m. 1. *ed.* e) Iterum q. 1. 2. f) a. et s. *ed.* f*) eiusdem 1. *ed.* g) idem 4. h) *add.* 4. i) perfecit 4. k) illo 1. *ed.* l) a. deinceps vict. habere proméruit 1. *ed.* m) His temporibus, 10. videlicet huius abbatis anno, S. papa 1. 2. n) a — coronatus *desunt* 1. o) ab A. *add.* 1b. p) c. cunctosque illius cives partim captioni partim gladio destinavissent, universa quoque p. 1. *ed.* q) *ita* 1b. Siconolfo 1. r) *ita* 1b. t. Lyrim a. 1. s) *ita* 1b. A. et Apollinaris i. cremantes, evestigio ad 1. t) martyris Christi A. 1b. 2. u) *add.* 1b. v) t. prop. nisibus satagebant 1. *ed.* w) futuro *ed.* x) omne 1. *ed.* y) f. hic r. 1. *ed.* z) ibi 1. 2. *) si vellet *add.* 1. *del.* 1b. a) h. imm. s. m. aspicerent 1. *ed.* b) *add.* 4. c) *deest* 3. d) s. retulimus p. 1. *ed.* e) v. interim r. 1. *ed.* f) fratres *ed.* fr̄ 1b. *suprascr.* g) *add.* 4. h) *deest* 4. i) sed quantócius divina prohibitióne coércitos, réditum ad sua maturaturos *add.* 1. k) v. glorificare ac b. 1. *ed.* l) *deest ed* m) Sanctissimus quoque pater B. quod suis vivens discipulis repromiserat, oportunissime nunc reminiscens implevit: „Praesentior inquiens vobis filii deposito carnis onere, vestrique per Dei gratiam (adiutor et *add.* 1b.) cooperator existam assiduus" *addit* 1.

44) Tempus ope Chr. S. Benedicti computavit. 45) Fondi. 46) v. supra c. 18.

Cum ecce circa[a] matutinas vigilias, subito coelum quod eatenus[b] ut diximus úndique serenissimum fuerat, densis[c] atrisque nubibus operitur, coruscant fúlgura, tonitrua mugiunt, tamque valida repente pluviarum inundatio facta est, ut supradictus[d] fluvius ultra ripas excrescens, latius undique redundaret. Mane[e] igitur Saraceni surgentes, ad fluvii properant oram, vident eminus quem die praeterito sicut diximus pedibus possent transire, vix nunc posse se illius vel ripas attingere. Coeperuntque nimis diligenter scrutari, sícubi navem aliquam reperire valerent, qua fluvium transvadárent. Sed cum omni spe transeundi se viderent frustratos, totiusque praedae illius qua se tunc[f] valde onustari putabant vacuos rédditos: sicut sunt barbarae immitisque naturae, frementes, dentibusque stridentes, digitos sibi coeperunt manusque prae furóre corródere. Cellas itaque huius coenobii, sanctorum martyrum Georgii ac Stephani vocabulis insignitas, 48 igne succendentes, per duos leones[48] ad sua castra Caietam reversi sunt. Post dies aliquot cum in propria reverti disposuissent[g], debilitátos ac subnervatos equos[h] suos universos dimittunt, et conscensis navibus, versus Africam[i] iter aggrediuntur. Cumque iam ita proximi patriae essent ut montes vicinos aspicerent, et nautico more plausus inter[k] se et gratulationes efficerent, repente conspíciunt unam inter suas huc illucque naviculam discurrentem, in qua duo tantum homines visebantur, quorum unus pulchra canitie clerici speciem praetendebat, alter vero habitu erat indutus monastico. A quibus diligenter[l] interrogati, unde tam hylares[m] remeárent, quidve in partibus[n] illis ubi profecti fuerant operati essent[o]: ab Italia se, et ab ipsa Roma reverti, ibique se maximas cedes, rapinas, atque incendia perpetrasse fatentur[p]. *Et*[q] *Petri quidem* inquiunt *ac Pauli ecclesias devastavimus; ad Benedicti vero coenobium depraedandum, quoniam fluvium*[r] *transíre nequivimus, cellas eius trans ipsum*[s] *positas igne succendimus.* Cumque demum et ipsi[t] ab eis requirerent quínam essent, huiuscemodi[u] ab eis responsum recipiunt: *Nos quidem illi sumus quorum vos domos et diripuisse et cremavisse tantópere gloriamini. Verumtamen qui nos símus, quantocius nosse habebitis;* et his dictis, subito pariter cum verbo disparuerunt. Repente igitur valida surgente procella, tam ingens tempestas exorta est, ut universas illorum naves partim inter se collísas, partim in[v] montes et scopulos impulsas, naufragáre compulerit; ita ut vix aliquanti evaserint[w], per quos haec ad aliorum notitiam pervenirent. Hoc[x] modo Petrus apostolus suas iniurias vindicavit. Hoc[x] modo Benedictus pater suum monasterium liberavit. Sequenti tempore sanctissimus Leo quartus papa effectus, ne forte[y] aliquando[z] amplius hoc contingeret evenire, muris[*] firmissimis, castellum non modici ambitus circa beati[a] Petri ecclesiam fecit, quod videlicet[y] usque hodie ab auctoris nomine, Leoniána civitas appellatur.

C. Casin. 12. 28. Tunc etiam temporis, Massar Saracenorum dux in auxilium praedicti Radelchis Benevento residens, eosdemque[b] Beneventanos vilipendens, quocumque modo posset[c] affligeret, monasterium quoque[d] sanctae Mariae in Cingla devastavit; castellum sancti Viti cepit, Telesínam civitatem antiquam[e] siti ad deditionem coégit, et universa in circuitu depopulatus est. Qui dum quadam die secus hoc[f] beati Benedicti monasterium iter ageret[g], ádeo mens eius barbara coelitus immutáta est, ut dum canis illius[h], unam in pratis monasterii aucam[49] cepisset, per semet ipsum cum flagello cucúrrerit, eandemque de ore illius extráxerit. Veniens autem[i] ante ianuas monasterii, mox claudi illas praecepit, ne scilicet aliquis illuc[d] suorum ingrediens, violentiam[k] ibi aliquam 50 inferret. Sicque Aquinum pertransiens, et Arcem[50], caeteraque in circuitu devastans, 847. Iun. Beneventum reversus est. Eo[l] tempore, cum[m] annus ab incarnatione Domini 847. c. 14. volveretur[51], tam ingens terraemotus per universam Beneventi factus[n] est regionem, ut

a) e. post paululum s. 1. 2 b) hactenus 1. *ed.* c) d. a. *add.* 4. d) *ita* 1b. ut fl. Lyris u. 1. e) Facto ig. m. S. 1. *ed.* f) t. v. *add.* 1b. g) videntes se suos equos portare non posse *add.* 1. *del.* 1b. h) e. s. *add.* 1b. i) *ita* 1b. Siciliam 1. k) et g. i. se vicissim e. 1. l) diligentissime percontati, u. 1. *ed.* m) *ita corr.* 1b. hil. 1. n) in illis a quibus sic onusti revertebantur p. o. 1. in i. p. unde redibant o. *ed.* o) fuissent 1. *ed.* p) fatentur *post* reverti *collocat* 1. q) *deest ed.* Et praecipue, P. 1. r) Lyrim 1. L. fluvium 1b. s) lyrim 1. t) vicissim *add.* 1. u) huiúsmodi 1. *ed.* v) inter 3. w) evádere potuerint 1. *ed.* x) *Has sententias inverso ordine habet* 1. y) *add.* 4. z) aliquando *post* contingeret *collocat* 1. *) m. optimis ac f. 1. *ed.* a) c. ecclesiam b. P. apostoli 1. c. b. P. ap. eccl. *ed.* b) eosdemque — affligeret *add* 1b. e. ipsos B. 1b. *ed.* c) p. vehementer a. 1b. *ed.* d) *add.* 4. e) *deest* 1. 2. f) *deest* 1. 2. g) m. pertransiret 1. *ed.* h) eius 1. *ed.* i) Veniensque ante 1. *ed.* k) i. aliquam illic v. i. 1. *ed.* l) Eo — movit 1b. *ex seq. cap. huc transtuli.* m) cum — volveretur *add.* 1b. n) fuit r. 1. *ed.*

48) v. infra III, 12. 49) anser, nunc Ital. *oca.* 50) Arce. 51) Temporis notam quae in C. Cas. deest, ex Vita Leonis IV. hauserit, ubi indictioni 10. terraemotus adscribitur.

Isernia fere tota a fundamentis corrueret, multusque inibi[a] populus, et ipse cum eis eorum pontifex interiret. Apud monasterium quoque sancti Vincentii terraemotus idem, plurimas domos evertit; in hoc vero[b] monte similiter[c] nichilominus agitato[d] meritis beatissimi[e] Benedicti, ne una[f] quidem petra de loco suo commota est.

29. Per[g] idem tempus defuncto iam dicto Lothario, pentifariam[h] regnum Franco- [855] rum divisum est; nam ut supra diximus, Ludowicus et Carlus germani ipsius Baioariam [Erch 19 c 23.] et Aquitaniam[i] regebant. Primogenitus vero filius eius Ludowicus nomine est sortitus Italiam. Secundus Lotharius potitus est Aquis. Tertius autem Carlittus[k], Saxoniam optinuit. Huic[52] igitur Ludowico admodum adolescenti, ab afflictis varia peste Lan- [C Cas 18.] gobardis suppliciter suggestum est per[l] venerabilem abbatem Bassacium, ut ad has partes venire, eosque a[m] nefandorum Saracenorum devastatione eripere, tantisque eorum[n] calamitatibus finem dignaretur imponere. Quod[o] et obtentum est. Veniens itaque[p] [848.] Ludowicus Beneventum, a[q] Radelchis Beneventanisque honorifice[r] nimis receptus est, eique omnes Saraceni contraditi, quos omnes ipso die vigiliarum sancti pentecostes extra civitatem duci et protinus[n] iugulari praecepit; inter quos etiam dux eorum Massar pariter[n] capite plexsus est[s]. Moxque imperator[t], convocatis omnibus Langobardis, totam Beneventanam provinciam inter Radelchis ac Siconolfum aequo discrimine est partitus, anno[u] Domini 851.[53] Sicque post dies non[v] plurimos prospere est ad sua reversus.

Porro[w] demum praedicti principes Radelchis et Siconolfus pactum divisionis[54] principatus unanimiter[n] inter se confirmantes[x], hoc monasterium[y] et monasterium sancti Vincentii extra sortem esse decreverunt, dicentes: *Haec monasteria ad nos minime pertinent, quoniam sub tutéla et[z] immunitate dominorum imperatorum Lotharii ac[*] Ludowici constituta sunt.*

30. Iterum[a] igitur Saracenis[b] qui Bari degebant, Apuliam[c] atque Calabriam uni- [Erch. 20] versamque Beneventanam provinciam affligere ac devastare nitentibus, rogatus a principibus[d] patriae Bassacius abbas, unácum Iacobo abbate sancti Vincentii Franciam adiit, praefatumque Ludowicum rursus ad has partes venire coegit. Qui veniens, Barim pro- [852.[55]] tinus adiit, cumque Saracenis per dies aliquot variis[e] eventibus dimicavit; sed Capuanorum calliditate ac fallacia cernens se nil proficere, Siconolfi filio de Salerno exiliato, et Ademario principatu concesso[f] reversus est.

31. His quoque temporibus, cum ob facínora commorantium Cápua quae[56] et[g] [C Cas 16.] Sicopolis ab igne saepius cremaretur, quae[57] videlicet in monte qui[h] Trifliscus vocatur pauló ante quindecim annos aedificata fuerat, consilio habito Lando comes et Landolfus [856.] episcopus cum caeteris propinquis suis, multo[i] aptius et honorificentius apud pontem illam Casulini sicut hodiéque cernitur construxerunt, anno[58] Domini 856. Non[k] multó post praedictus abbas Bassacius obiit[l]; 16.[m] videlicet Kalendas Aprilis, atque iuxta eccle- [Mart. 17.]

a) ibi 1. *ed.* b) autem 1. *ed.* c) s. n. a. *desunt* 1. 2. d) cogitato 3. e) beati 1. *ed.* f) ne unam quidem petram de l. s. movit 1. *ed.* (s. non movit 1. *corr.* 1b.) g) *ita* 1b. Circa haec tempora Bassacius abbas rogatus a primatibus patriae Franciam adiit, et Ludowicum gloriosum imperatorem ut ad Italiam venire, eosque a nef. S. d. e. t. c. f. d. imponere obsecravit. Quod et obtinuit. Veniens igitur imperator Barim, cum per dies aliquot totis viribus cum Saracenis sine effectu aliquo dimicasset, adiit Ben. Ibi itaque miserante Deo post non multos dies, ipso d. v. s. pentecostes, a nostris intra Ben. Saracenis peremptis, dux eorum Mássar capitur, atque imperatori exhibitus, eius praecepto cap. plectitur. Sicque p. d. p. idem imperator ad sua revertitur. Eo tempore movit (*v. cap.* 28.) His quoque *etc.* (cap. 31.) 1. h) pentifarie 1b. *ed.* i) Aquitaneam 3. k) Carlettus 3. 4. l) p. v. a. B. *postea addidit.* m) *deest ed.* n) *add.* 4. o) Q. et o. est *desunt* 4. p) igitur 1. *ed.* q) B. eamque undique obsidens, tandem a R. 1b. r) h. n. *desunt* 1b. 2. s) c. plectitur 1. *ed.* t) imp. idem 1b. idem imp. 1. *ed.* u) a. d. o. L, p. *postea addidit.* v) d. paucos pr. 1. *ed.* w) Porro — sunt *prius in fine cap.* 31. *post* sexto *scripta erant* 1. x) firmantes 1. 2. y) m. sancti B. et 1. *ed.* z) et i. *deest* 1. *) atque 1. *ed.* a. filii eius L. 1. 2. a) *totum caput add.* 1b. b) Saraceni Barim tenentes 1b. Bari degentes 2. c) Calabriam totam omnemque Ap. n. p. B. affligere ac d. 1b. *ed.* d) primatibus 1b. 2. principatibus 4. e) a sine effectu aliquo d. 1b. 2. f) sine mora *add.* 1b. *sed postea expunxit.* g) q. in monte Trifisco (Triflisco, alio nomine Sicopolis vocitata 1b.), paulo a. q. a. tunc a. f. ab igne s. c. consilio 1. q. et S. quae in m. Triflisco paulo a. q. a. a. f. ab i. s. c. c. *ed.* h) *deest* 4. i) m. a. et h. *desunt* 1. 2. k) Non — est *hic desunt* 2. *cf. c.* 32. *in fine.* l) B. defunctus est; (cum praesedisset annis decem et novem *delevit* 1b.). Huius max. 1. obiit *etc. ut* 2. *infra*, 3. m) sexto 4.

52) Hic rursus quae initio e solo C. Cas. exscripserat Erchemperto inspecto mutavit et ampliavit, ut nulla ei prae illis auctoritas sit tribuenda. Ita Bassacii legationem ipsius tantum errore geminatam esse existimo. 53) Siconolfum 849. mortuum esse, probavit Di Meo Ann. Neap. ad h. a. 54) quod e cod. Casin. 353. in Ann. Al. Di Meo ad a. 879. editum est, post Peregrinium. 55) Ann. Bertin. Ademarius annos princ. a Dec. 853. computavit: post Siconem Petrus pater Ademarii principatum obtinuit. 56) ex Erch. c. 24. 57) e Chr. S. Ben. SS. III. p. 205. Scil. 841. cremata Capua vetere comites Sicopolin se contulerunt, quae sub Sicone principe aedificata fuerat. 58) annum ipse computavisse videtur.

siam sancti Benedicti in ipso capitulo fratrum digna satis sepultura reconditus est[a].
C. Cas. 19. Huius valde[b] máximum fuit tam sursum quam et deorsum in rebus[c] ecclesiasticis 59 studium, et ipse[59] renovavit omnia altaria[d] de ecclesia domini Salvatoris[e].

32. Non[f] autem otiosum videtur hoc in loco litteris tradere, quae consuetudo tunc temporis in hoc monasterio diebus paschalibus habebatur[g]. Tertia[60] feria post pascha summo[h] mane universi fratres tam de monasterio[i] quod deorsum erat, quam et de eo[k] quod sursum, vestibus sacris induti, assumentes cruces aureas ad procedendum, et turíbula, atque ceraptata[61], nec non et textus euangeliorum, et capsas, diversosque ornatus atque thesauros[l] ecclesiasticos, procedebant; et[m] his descendentibus, atque ascen- 62 dentibus illis, coniungebant se pariter ad civitatem sancti Petri, prope ipsam ecclesiam[62]. Tunc incipientibus illis qui de deorsum[n] venerant responsorium: *Benedictus qui venit in nomine Domini*, illi quoque de sursum id ipsum subsequebantur. Quo finito, dabat sacerdos orationem. Dehinc singillatim[o] per ordinem omnes qui de deorsum[n] venerant accedentes, salutabant et osculabantur tam domnum abbatem quam et reliquos seniores de sursum[p]. Post haec incipientes letanias, omnes pariter ingrediebantur[q] ecclesiam sancti Petri, et iterum data oratione, cantabant tertiam, et deinde missam: *Venite benedicti patris mei*, cum cantu promiscuo, Greco videlicet atque Latino, usque ad completum euangelium. Presbytero igitur[r] cum ministris ad percomplendam missam relicto, ceteri omnes simul egredientes cantando atque psallendo deorsum pergebant, ac prope iam monasterium ab ipso negotiantum foro letanias incipientes, in ecclesiam domini Salvatoris intrabant. Ea vero[s] finita, lotis manibus, atque vestimentis induti sollemnibus, procedebant omnes ordinate in atrium ad[t] altare beati archangeli Michahelis, ibique subsistentes expectabant abbatem. Quo cum pervenisset, stipatus[u] diversis ac multiplícibus officiis ministrorum, mox universis reboantibus signis, procedebant sollemniter cum omnibus supradictis ornatibus[v], et ingressi ecclesiam, incipiebant cánere missam[w] ipsius diei: qua completa, et[x] dicta sexta, ibant in refectorium cantando *Te Deum laudamus*, gratias utique[x] agentes Deo, qui eos[y] ab omnibus[z] adversis eripuit, et coenobium cum inhabitantibus incólume[*] custodivit. Et data oratione, exeuntes, expoliabant se[63] indumenta sollemnia, et sic revertebantur ad comedendum. Eo nimirum[a] die 64 maior praepositus[64] prandium omnibus faciebat. Expleta vero refectione, fratres qui de sursum venerant[b] valedicentes abbati ac caeteris fratribus, cum benedictione revertebantur. His item temporibus mos erat, ut pridie Kal. Septembris conventus ad hunc locum fieret una cum praepositis suis universorum huius coenobii in circuitu monachorum; docendi ab abbate quid fácere, quid cavére, quidve corrigere, seu qualiter sub Dei praesentia et timore cum regulari observatione vivere debérent. Sequenti vero die ordinabantur et describebantur, atque destinabantur in obędientias per singulas prout oportunum erat provincias[c].

Bertharius nonus decimus abbas, praefuit[d] annis viginti et septem et mensibus septem. Fuit[e] autem temporibus Romanorum pontificum supradicti Nykolai, Adriani quoque[f], atque octavi Iohannis, a quo 882. Mai 22. etiam privilegium[65] de omnímoda huius monasterii libertate recepit.

C. Cas. 19. 33. Hic praedecessoris sui Bassacii[g] fuit discipulus; cuius etiam in omnibus, et praecipue in ecclesiasticis studiis industriam est imitatus. Códicem namque euangeliorum auro et gemmis optimis adornavit, et aureum calicem non parvae quantitatis effécit,

a) *deest* 4. b) abbatis *ed.* c) in ecclesiis st. 1. *ed.* d) deorsum *add.* 1. e) depositus est autem 16. Kal. April. et sepultus est iuxta ecclesiam s. B. in capitulo fratrum *add.* 1. f) Huiusmodi praeterea consuetudo 1. g) erat 1. *ed.* h) valde 1. *ed.* i) monasterio — eo quod *desunt* 4. k) hoc 1. 2. l) eccl. th. *ed.* m) et h. d. illis c. 2. atque illis ascendentibus 3. n) q. deorsum 3. 4. o) sigill. 4. p) sen. deorsum 3. q) i. in e. 1. *ed.* r) vero 1. *ed.* s) *add.* 4. t) ad a. *deest* 1. u) p. d. a. m. stipatus o. 1. *ed.* v) ordinatibus 2. w) missas *ed.* x) *deest* 1. *ed.* y) illos 1. *ed.* z) *deest* 1. *) incolumem 1. a) siquidem 1. *ed.* b) venerant. Item mos erat 4. c) Non multo post praedictus abbas Bassacius defunctus est 16. videl. Kal. April. et iuxta eccl. s. Bened. in ipso capitulo fratrum digna veneratione reconditus *add.* 2. d) sedit 1. *ed.* e) Fuit — recepit *in medio cap. seq. collocant* 1b. 2. *in cap.* 38. 1. f) *add.* 4. g) abbatis *add.* 1.

59) cf. Chr. S. Ben. p. 199. 60) ex cod. 353, v. Gatt. H. p. 62. 61) quae et ceroferaria, quibus impositi cerei portantur. 62) cuius consecrationem supra c. 5. retulit; civitas ea olim Casinum vocata est. ANG. 63) Ital. *spogliarsi.* 64) i. e. monasterii inferioris sancti Salvatoris. ANG. 65) quod e reg. edidit Gatt. Hist. p. 63.

aliaque perplura ornamenta ecclesiástica tam sursum quam et deorsum patravit[a]. Qui[b] etiam apprime litteratus, nonnullos tractatus atque sermones, necnon et versus in sanctorum laude composuit. Cuius et Anticimenon de plurimis tam veteris quam novi Testamenti questionibus[c] hic habetur[66]; aliquot etiam de arte grammatica libri, necnon 66
et duo codices medicinales, eius utique industria de innumeris remediorum utilitatibus hinc inde collecti; versus quoque perplures ad Angelbergam augustam aliosque amicos suos, mira conscripti facundia. Hic itaque reminiscens periculi quod nuper a Saracenis sub suo praedecessore nisi Deus misericorditer avertisset eídem loco acciderat, totum undique monasterium quod sursum erat, muris turribusque[d] firmissimis in modum castelli munivit. Civitatem[e] quoque ad radicem huius montis circa monasterium domini Salvatoris construere inchoavit[67]. Quo videlicet tempore, dum supradicta c Cas. 27.
moenia Eulogimenópolis, idest Benedicti civitatis construerentur, vir quidam qui per[f] septem iam annos praevalida infirmitate, linguae prorsus carebat officio, ita ut nullum penitus posset édere verbum, in[g] eiusdem operis ministerio inter caeteros serviebat[h]. Dum[i] igitur quadam nocte in ecclesia[k] consuetas Domino fratres redderent laudes, idem mutus circa basim cuiusdam columnae ipsius ecclesiae residens, obdormivit. Cui mox beatus Benedictus in ipso sopore apparens, eumque baculo quem gestabat in caput blande percutiens[l]: *Huccine* ait *venisti dormire? Surge protinus, et tribus in terram vicibus*[m] *expue.* Quod cum evigilans ille fecisset, statim clara voce coepit gratias agere Deo, et beatissimo patri Benedicto per quem pristinum linguae meruisset recuperare officium. Quo viso universi, et cognito qualiter illi hoc evenisset, benedixerunt Dominum necnon[n] et Benedictum famulum eius.

His diebus defuncto Lupoald[o] Teanensis ecclesiae praesule, Hylarius diaconus et c 20
monachus huius coenobii[p] in eádem civitate episcopus ordinatur.

34. Per[q] idem tempus Maurus quidam[r] de partibus Liburie[68] vir dives obtulit[69] se ipsum in hoc monasterio in manibus Angelarii praepositi[r, 70], cum duabus sortibus 70
omnium rerum suarum tam mobilium quam immobilium, in loco ubi dicitur Ad filicem[s]; nam tertiam partem donaverat unice filiae suae. Agelmundus quoque Telesinus civis semet ipsum nichilominus[t] obtulit Deo[u] in hoc loco cum omnibus ex integro rebus substantiae sue, tam in ipsa Telesia quam et in diversis locis, praeter duos casales quos dedit filie suae sanctimoniali, et alia quaedam[v] cum aliquantis servis quae concessit in ecclesia sancti Domnini apud eandem Telesiam, que erat[w] cella huius cenobii. Quidam[x] etiam vir nomine Maio de comitatu Teatino[71] obtulit in[y] hoc monasterio curtem suam quae dicitur Fara[72] Maionis, cum omnibus pertinentiis suis, quae insimul 72
continet quinque milia octingenta[z] modia de terra, et aliam[*] curtem quae vocatur Mallie, cum ecclesia sancti Petri, et cum omnibus pariter[a] pertinentiis suis. Similiter quoque Stephanus quidam genere Capuanus obtulit in hoc sancto[b] loco per diversa territoria[c] curtes octo, cum servis et ancillis atque colonis ad easdem curtes pertinentibus, et cum omnibus omnino pertinentiis ipsarum. Quarum[d] prima vocatur Iuncianum; secunda Clabazanum[e]; tertia Decazanum[f]; quarta Atdurum[g], in monte Marsico, cum integro territorio suo prope curtem que vocatur Campumutuli; quinta dicitur Adcasale, ibidem in monte Marsico; sexta Addiripatum in finibus Cantie; septima Adpatricanum[h]; octava vero vocatur Adroselle, similiter in Cantia. Sed[i] et Theodericus quidam Capuanus

a) p. Fuit autem — recepit *ut supra* 1b. 2. Fuit — Hic itaque *add.* 1b. b) Hic appr. *ed. cf. infra c.* 38. *n.* e. c) *deest* 4. d) m. ac turribus 1b. *ed.* e) Civitatem — inchoavit *add.* 1b. f) q. iam p. s. a. 1. *ed.* g) ad e. o. ministerium 1. h) erat 1. servierat 2. i) Cum *ed.* k) beati B. *add.* 1. l) *deest* 4. m) e. v. 1. n) *add.* 4. o) Lupo 2 p) monasterii 1. *ed.* q) *Totum caput addidit* 1b. r) *deest* 4. s) Silicem *ed* t) *add.* 4. u) et beato B. *add.* 1b. v) nonnulla 1b. *ed.* w) est 1b. x) cenobii. Hic abbas — edificiis suis. Huius temporibus quidam vir nomine Maio — Cantia 1b. 2. Todericus — Spigianus *add.* 2. 3. His diebus Leo — pertinentiis *pergit* 3. y) o. beato Benedicto c. 1b. 2. z) octingenti 1b. *ed.* *) a. nichilominus c. 1b. *ed.* a) similiter 1b. *ed.* b) h. l. s. *ed.* c) loca 1b. *ed.* d) Prima earum v. 1b. e) Clabatzanum 1b. 2. f) Decatzanum 1b. 2. g) Addurum 3. h) Adpatricanu 1b. 2. Ad Patrianum 3. i) Sed - Spigianus *desunt* 1b. Todericus q. *ed.*

66) quod in nostra bibliotheca codice 187. cum aliis eius operibus codd. 169. 110. 139. servamus. ANG. cf. Tosti Hist. Cas. I, 113. Petrum de viris ill. 12. 67) nunc *San Germano.* 68) ea exigua pars est Terrae quae nunc dicitur Laboris, dicta *Quarto*, circa Maranum et lacum Patriensem. 69) Haec diplomata nondum edita sunt; oblationes in reg. num. 200. reperiri ait ANG. 70) qui postea abbas factus est. 71) *di Chieti.* 72) fara Langob. est generatio, inde curtis certae generationi addicta. DUCANG. v. infra c. 45.

fecit oblationem suam de prato Patenariae[a] in hoc monasterio, loco qui dicitur Spigia-
73 nus[b]. Hic abbas fecit libellum Guidoni comiti de Sancto Angelo de Varriano[73], et de Sancto Potito cum omnibus pertinentiis earundem ecclesiarum, cum terra videlicet modiorum nungentorum quinquaginta; pro quibus inpraesentiarum recepit solidos quingentos; annualiter vero recipiebat pro censu mancusos septem. Concessit etiam Suabilo Marsorum[c] gastaldeo usufruendi[d] diebus tantum vitae ipsius ecclesiam sancti Cosme de Civitella, cum colonis et servis et ancillis, et omnibus omnino rebus et pertinentiis suis, et cum duabus aliis ecclesiis predictae ecclesiae pertinentibus, idest Sancta Maria in Ellereto[e], et Sancto Leucio in Moscosi, cum servis nichilominus, et ancillis, et universis[f] pertinentiis earum; necnon et ecclesiam sancti Benedicti de[g] Auritino et sancti Victorini de[h] Celano, et sancti Abundii de[h] Arcu, prope lacum Fucinum, cum omnibus similiter rebus et pertinentiis earum: recipiens ab eo pro omnibus his in praesenti libras triginta, annualiter autem pro censu libras quattuor in mense Septembrio. Huius Suabili filius Rodepertus civis Beneventanus obtulit de substantia sua in hoc monasterio curtes numero 16, cum omnibus earum pertinentiis, et unam domum novam intra civitatem Beneventanam cum curte et edificiis suis. His diebus Leo quidam cum Guilerona uxore sua, obtulerunt beato Benedicto de rebus suis curtem unam in Canose, et
74 aliam in Sancto Valentino, et cartam de lacu Romani[74] cum piscatione sua, et cum omnibus earundem curtium pertinentiis.

C. Cas. 28. 35. Interea[75] nequissimus Saracenorum rex nomine Seodán Barim egressus[i], venit Capuam; quam totam circumcirca devastans, Cantiam[k] quoque et Liburiam nullo sibi valente resistere péragrans, in campo Neapolitano tentoria fixit, plurimos cotidie inter-
Erch. 29. ficiens, ac diversas iniquitates exercens. Quo[l] tempore Maielpotus Telesinus et Wandelpertus[m] Bovianensis[76] gastaldei[n] conducto Lamberto duce Spoletino et Gerardo Marsorum comite, exierunt adversus eum cum de Capuae populatione rediret; irruentesque super illum Marte aliquandiu ancipiti certaverunt. Ad ultimum vero[o] Saraceni potiti victoria sunt, Gerardo et Maielpoto atque Wandelperto[m] in acie ipsa peremptis, multis aliis captis, aliisque necatis. Propter quod maximam Seodan sumens audaciam, cuncta
C. Cas 30 in circuitu castella praeter praecipuas civitates cepit, funditusque delevit. Moris tunc erat monachorum utriusque coenobii, sancti videlicet Benedicti et sancti Vincentii, caritatis gratia, diebus sanctae quadragesimae se invicem visitare: nam[p. 77] tanta tunc temporis dilectionis copula nectebantur, ut cum quosdam de servis sancti Vincentii pars nostri monasterii possideret, itemque illi quosdam de nostris, placuit utriusque monasterii patribus Berthario scilicet atque Maioni, ut nequaquam discambiarentur, sed ita ut tunc erat eorum[q] possessio, sic semper intemerata maneret. Cum igitur[r] die quadam ad[s] sanctum Vincentium de more quidam a Casinensi hoc[t] monasterio fratres abissent[u], et de suo ad invicem ordine loquerentur, repente illuc Seodán saevissimus[v] cum suis satellitibus supervénit. Cuius monachi rumóre comperto[w], mox ad castellum suum monasterio[x] proximum maturato cursu, multum licet pávidi, incolumes tamen fugerunt. Saraceni vero monasterium ingressi, cuncta quae invénerant vastaverunt, plurima confregérunt, frumenta vero et legúmina in fluvium qui secus áffluit[y] proiecerunt, fodientesque hic atque illic, universum ecclesiae thesaurum quem illorum pavóre monachi iampridem[z] abscónderant repperérunt; bibebatque ille nefandissimus Seodán in sacris cali-
78 cibus, et cum[z] turibulis aureis sibi turificari iubebat[*]. Ita[a. 78] pro dolor, incensum a

a) p. de Patenaria, loco q. *ed.* b) Spigiano 2. c) S. g. M. 1b. *ed.* d) *suprascr.* 1b. e) to — Victorini *abscisa* 1b. *servavit* 1*. f) omnibus 1*. *ed.* g) in 1*. *ed.* h) in 1b. *ed.* i) Barim etotam c. 4. k) Canziam 1. l) Quo — delevit *add.* 1b. m) Guand. 3. 4. n) castaldei 3. 4. o) *deest* 1b. p) nam — maneret *add.* 1b. q) *deest* 4. r) Cumque d. 1. *ed.* s) apud 1. *ed.* t) *add.* 4. u) venissent 1. *ed.* v) nequissimus 1. 2. w) reperto 4. x) s. quod m erat p. (q. m. e. p. *add.* 1b.) maturato — tamen confugiunt 1. *ed.* y) effluit 1. *ed.* z) *add.* 1b. *) i. Verum tamen non minori tunc pietate omnipotens Deus hoc beato Vincentio, quam olim beato B. concessit: quia etsi res gentibus tradidit, tamen animas custodivit. Post d. 1. *quibus deletis* 1b. *pergit:* Incensum igitur penitus a fulminandis — Seodan post. a) iubebat. Post hec undique igne summisso. ita 4. *ubi aliqua excidisse videntur.*

73) Vairano, inter Capuam et Venafrum. 74) infra II, 26: *de S. Focate in Barano cum ipsa piscatione de lacu Romani,* ut videatur esse *Lago di Varano;* cf. I, 59. *piscariam de Lauri et aliam piscariam ibidem* et privil. ap. Gatt. Acc. p. 66. quo datur aqua fluvii Lauri *cum ipsa foce, et piscaria ad S. Focatum.* 75) Notat Leonem Al. Di Meo tanquam sequentia omnia eodem anno accidisse putaverit, quod tamen nusquam dicit. 76) Boiano, prope fontes Biferni. 77) hoc ex veteri rei documento haustum adiecisse videtur. 78) *Ita — permansit* incaute postea addidit, nam incensum est demum

fulminandis illis praefatum sancti Vincentii monasterium est[a], monachis partim occisis, partim in diversa dispersis, atque[b] usque ad triginta tres annos[79] ita desolatum ac de- 79 stitutum permansit. Pessimus vero Seodán post diem tertium usque ad portas Capuanae civitátis accedens, plaustra onusta et animalia diversa cum multis hominibus cępit, veniensque iuxta Teanum, ibidem[a] castrametatus est. Quo venerabilis abbas Bertharius agnito, verens nimium tam loco quam populo nequam illius adventum, per Ragenaldum diaconem[c] suum tria[d] milia[80] illi aureos misit; sicque illius[e] ferociam mitigávit. Inde C. Cas. 33 867. Seodán Venafrum[f] contendens, eamque post paululum capiens, ac vicíniam cunctam devastans, per aliquot ibi[g] dies moratus est. Erat tunc initium quadragesimalium dierum, timentesque monachi perfidi[h] illius propinquitatem, sursum[i] omnes ad beati Benedicti se praesidium contulerunt. Post paucos dies venit prope monasterium quod deorsum erat[k], nequam illius exercitus, quasi stadia duo; quod tamen ductoris evénit errore. Nanque dum vellent per montána ad Atínam descendere, vetulus quidam qui eorum ductor erat, descendit cum eis in vallem Rotundam, dehinc in Rápidum. Cumque in plana evenissent[l], ingressi ecclesiam sancti Heliae, tulerunt quod invenerunt. Inde per Circlarias in hortum[m] dominicum[n], perque pascuarium in fontanam Lúcii; venientesque Peolam[81], senem illum qui eorum viam fefellerat[o] interfecerunt. Demum cesam[82] Constantii, olivetum, ac[p] Matrónulam[83] sollicite perscrutantes, vaccasque monasterii et ęquas 83 quotquot invenerunt diripientes, Venafrum[f] ad suos reversi sunt, ac[q] non multo post Barim ingressi.

36. Langobardi igitur videntes sése coelitus pro suis iniquitatibus flagellátos, afflicti, c Cas. 5 ac magna demum necessitate artati, tertio[r] iam legatos in Franciam ad praefatum Ludowicum[s] trans mittunt; exorantes ac flagitantes, ut ad[t] Italiam iterum venire, eosque ac patriam, a nefandíssima Saracenorum gente dignaretur eripere. Tunc rex[u] Ludowi- c 6 866. cus motus his nunciis generale edictum in universas regni[v] sui partes direxit[w], ut nullus omnino esset qui se ab hac expeditióne subtráheret; sicque[x] immenso valde congregáto exercitu[84], simulque cum domna Angelberga augusta coniuge sua iter arripiens, anno[y] c 7 Domini 866. Beneventi[z] fines per Soram[85] Campaniae[*] urbem ingreditur; ac mense Iunio pervenit ad monasterium huius sanctissimi patris, quod[a] deorsum est; ubi a vene- Iun. rábili abbate Berthario, universis illi[b] monachis sollemniter[c] procedéntibus, maximo cum honore susceptus est. Die altera, montem adoraturus ascendit, ibidémque magna nichilominus honorificentia a fratribus est[d] receptus. Cumque universum coenobium circúmiens[e] perlustrasset, et optime aedificatum[f] laudasset, praeceptum[86] confirmationis 86 totius abbatiae iuxta quod sui praedecessores[g] imperatores iam fecerant beato Benedicto faciens, et regalia[h] ínibi cónferens munera, fratribusque plurimum[i] se commendans, descendit. Post haec inde digressus Capuam[k] adiit; quam[85] tribus obsessam mensibus cępit, eamque maxima ex parte delevit. Inde perrexit Salernum, ac[l] navigavit Amalfim. Puteolim quoque pergens, eiusdem útitur lavacris; perque[m] Neapolim revertens ac[n] Sessulam, atque apud vallem Caudínam[87] castrametatus, non multópost ingressus est Bene- Dec.

a) *add* 4. b) d. ad t. usque et t. a. i. desolatum p. 1b. *ed.* c) diaconum *ed.* d) s. non parvam illi pecuniam mittens e. 1. s. aureos i. t. m. misit, s. e. 1b. *ed.* e) eius 1. *ed.* f) Venaffrum 3. g) a. d. i. 1. *ed.* h) m. nefandissimi ac pessimi i. 1. *ed.* i) p. omnes s. ad b. Benedictum se c. 1. *ed.* k) est 1. l) venissent 1. *ed.* m) ortum *ed.* n) domnicum 1. 2. o) ante cancellos *add.* 1. p) necnon et 1 *ed.* q) ac — ingressi *desunt* 1. regressi *ed.* r) t. i. 1b. denuo 1. s) imperatorem *add.* 1. *del.* 1b. t) ad yt. *add.* 4. u) imperator 1. *corr.* 1b, Lud. rex generale e. 1b. *ed.* v) imperii 1. *corr.* 1b. w) dirigens 1. *ed.* x) subtraheret, anno D. 866. (a. D. 866. *desunt* 1. 867 1b.) immensum v. congregavit exercitum; simulque 1. *ed.* y) a. D. 866. *hic om.* 1. *ed.* z) B. f. p. S. i. ac *add.* 1b. *) C. u. *deest* 1. 2. a) q. d. est *desunt* 1. b) illis 4. u. mon. illi 1. *ed.* c) *deest* 1. 2. d) f. universis r. est 1. e) circuiens 4. f) o. satis aed. 1. *ed.* g) depraecessores 2. processores 4. h) imperiália 1. *corr.* 1b. i) f. se multum c. 1. *ed.* k) d. obtinuit Capuam; in qua remoratus mensibus 9, inde 1. *corr.* 1b. l) dehinc 1. *ed.* m) per quae 3. n) r. S. ádiit. demum ap. 1. *ed.*

a. 881. quo d. 10. Oct. feria 3. notatur *caedes beatorum monachorum* in Chr. Vult. Ceteris rebus hic narratis certa tempora constitui non posse existimo: tantum ante Ludowici adventum accidisse constat. 79) Ita etiam Chr. Vult. 80) pecuniae summam ex Erch. c. 29. didicit. 81) Pagus erat prope olivetum sancti Michaelis, ut ex ruderibus adhuc extantibus apparet. ANG. 82) sepes, rus sepe munitum. 83) inter pagos dirutos S. Germani nominatur. 84) Hoc non bene noster addidit, nam exercitus potius subsecutus est imperatorem, cum expeditis copiis praegressum. 85) ex Erch. c. 32. 86) Diploma e reg. dedit Gatt. Acc. p. 38. sed datum Beneventi Feb. 21, notis chronologicis aut corruptis aut falsis. 87) ubi nunc Forchia sita est, prope Arienzo.

867. ventum. Apud Luceriam[88] porro[a] Apuliae civitátem universo suo congregato exercitu,
consequenter cum Saracenis congreditur; a[b] quibus primo certamine superatus[89], demum
ex his opitulante Deo victoriam est[c] triumphalem adeptus, atque[e] universis eorum castris
90 potitus[d]. Inde Barim contendens, quattuor[90] illam annis obsédit[e]. Matéram[91] interim[f]
munitíssimam illorum civitatem capiens, igne illam ferroque consumpsit. Post[g] haec
venit Venusiam[89], et tam in ea quam et in Canusio pugnatorum praesidio posito, Barim
Aug. hinc inde praecepit[h] graviter expugnari; sicque rediit Beneventum. Ibi itaque cum in
eius obsequio abbas Bertharius moraretur, oratorium parvum quod intra monasterium
sanctae Sophiae praedecessor suus abbas Bassacius inchoaverat[i], omni diligentia studio-
que complevit, et in honore[k] sancti patris Benedicti a Stephano Teanensis ecclesiae
92 praesule consecrari fecit. Tunc[l] temporis idem[m] imperator[92] beato Benedicto praece-
ptum[93] fecit de una curte sua nomine Laianum[n. 94] in loco qui dicitur Turturitus[o], et de
Erch 33 Sancto Georgio, cum omnibus rebus et pertinentiis eorum. Cum autem Saraceni Bari[p]
871. Feb. 3. degentes undique angustati ad extremitatem ultimam pervenissent, misso illuc[q] impera-
tor[r] exercitu, et civitatem, et Seodan[s] cum suis omnibus cępit, eosque[t. 95] universos gla-
diis trucidari mandavit[u]. Deinde Tarentum obsideri evestigio iussit; nam[v] et ipsam
C. Cas. 22. olim idem nequissimi ceperant. Interea[96] duo quidam comites nisi sunt in imperatorem
insurgere: quod cum cognovisset imperator, persecutus est eos usque Marsiam. Ubi
illi non audentes consistere, fugerunt[w] Beneventum. Imperator autem dum illos perse-
quitur, venit Hiserniam; quam temptantem resistere, expugnavit et cępit. Inde Alíphas
97 pertransiens, per Telésiam venit ad civitatem quae nominatur Sancta Agatha[x 97]; quam
cum[q] per dies plúrimos, quoniam cápere non poterat obsideret[y], tandem Bertharius
abbas quoniam Hisembardus gastaldeus[z] qui ipsam civitatem obtinebat, eius consanguí-
neus erat, apud imperatorem pro illo interveniens, et ipsi[*] gratiam, et civitati veniam
impetravit. Adelchis[a] etiam Beneventánus[b] princeps, pedibus[c] eiusdem imperatoris pro-
stratus, tam praefatis qui fugerant, quam etiam sibi qui eos recipere praesúmpserat,
ipsius gratiam[d] adquisivit.

Erch. 34. Ludowico[e] itaque[q] apud Beneventum remorante[f], praefatus[q] Adelchis suggestione[g]
diabolica stimulatus, inventa occasione quod Franci multa in civitate insolenter agerent,
Aug. 13. adversus eum secure degentem protinus insurrexit, eumque capiens custodiae mancipavit,
cunctosque milites illius despolians[h] ex civitate proiecit. Sed non in longum passus[i]
est Deus innocentem hominem frustra affligi. Intra[k] quadraginta namque dies innume-
c. 35. rabili Saracenorum exercitu ab Africa[l] adventante, Ludowicus e custodia extemplo di-
Sept. 17. missus est; et sacramentis[98] obstrictus, a[m] Benevento recedens intra tres dies abiit
Berolam[99]; ibique per menses circiter undecim remoratus, interim per quosdam suos
comites[1], primo tria milia, dehinc novem milia ferme Saracenorum apud Capuam[n] inter-
872. émit. Post hec illo[o] adventante Capuam, Saraceni cognito eius adventu relinquentes prin-
cipatum, Calabriam adierunt[p], eamque quaquaversum[q] depopulantes, conscensis navibus,
ac[r] maximam tempestatem perpessi[s], ad sua quotquot evadere potuerunt, reversi sunt.

a) itaque 1. *corr.* 1b. b) *ita* 1b. de q. op. Deo 1. c) *add.* 4. d) potitur 1. *ed.* e) cępitque inea Seodán regem Saracenorum cum omnibus suis *add.* 1 *del.* 1b. f) *ita* 1b. quoque 1. g) c. Dehinc imperator reversus est Benev. 1. *corr.* 1b. h) cepit g. expugnare 1b. *ed.* i) inch. o. d st. c. et *om.* 4. k) honorem 1. *ed.* l) Tunc — evestigio iussit *add.* 1b. m) t. praedictus imperator eidem abbati 1b. idem Ludowicus beato B. 1c. praedictus rex b. B. 2. n) Laianu 1b. 2. Ialanum 3. o) Turturitum 4. p) Barim 1b. *ed.* q) *add.* 4. r) *deest* 1b. s) Saracenorum regem *add.* 1b. t) e. u. g. t. m. *desunt* 1b. u) iussit *ed.* v) iussit. Praeterea duo 1. w) fugerunt — resistere *desunt* 4. x) Agathę 1. Agathe *ed.* y) obsidebat 1. *ed.* z) gastaldio 1. 2. *) illi 1. *ed.* a) Athelchis 3. b) B. p. *deest* 4. c) ad pedes 1. *ed.* d) i. imperatoris g. 1. *ed.* e) Interea augusto *corr.* Ludowico) apud *usque ad finem capitis add.* 1b. f) posito 1b. *ed.* g) A. princeps ipsius civitatis 1b. *ed.* diaboli invidia ductus 1b. 2. s. d. ductus 3. h) dispolians fugere compulit 1b. 2. i) D. p. est 1b. *ed.* k) a. moxque i. q. d. 1b. *ed.* l) Affrica 3. m) rec. a. B. 1b. *ed.* n) c. caeteris fugientibus int. anno Domini 871. 1b. o) eo 1b. *ed.* p) adeunt 1b. *ed.* q) q. — reversi sunt *abscisa* 1b. funditus 1*. *ed.* r) n. ad sua m. t. p. q. evaserunt r. s. 1*. *ed.* s) passi 1*.

88) *Lucera;* ex edicto Lud. in Chr. Cas. 6. 89) ex Erch. c. 33. 90) ex Chr. S. Bened. SS. III. p. 205. 91) sitam in Terra d'Otranto. 92) Tandem ita appellat: quod cur supra noluerit, ignoro. 93) Reg. n. 113. ANG. 94) prope S. Agatham. 95) hoc de suo non recte addidit, cf. Erch. 37. Chron. Sal. 108. 96) Defectionem Lamberti et Ildeberti (a. 860.) hic confusam esse cum fuga Lambertorum (a. 871.) demonstravit Di Meo Ann. Neap. 97) S. Agata de' Goti paulum distat a Caserta, ad occidentem versus. 98) ex Chron. S. Bened. l. l. 99) Veroli, urbs Latii. Eo tamen tempore Ludowicus et Romae et Ravennae fuit. 1) iterum diversas relationes consarciendo erravit noster; prior enim victoria est Adelgisi et Lambertorum, altera comitum imperatoris.

37. Per[a.2] idem tempus cum praedictus[b] imperator secus insulam Piscariae quae est in[c] confinio Pennensis comitatus transitum habuisset, eiusque oculis locus ipse quondam Casa aurea nuncupatus valde complacuisset, et servorum Dei usibus[d] vir[e] religiosus aptissimum iudicasset, ab episcopis Balvensi atque Pennensi ecclesiam inibi ad honorem sanctae Trinitatis construi iussit, et religiosos in[f] eodem loco viros ad Dei servitium congregari. Quo facto, plurimis eandem ecclesiam diversisque beneficiis quemadmodum[g] ipsius munimina continent, imperiali largitate per diversa loca donavit[3], suamque ibi[h] memoriam semper habendam[i] satis devotus indixit. Postmodum vero ab eiusdem loci abbatibus ipsa[k] ecclesia ampliata, et sancti Clementis vocabulo est prout[l] placuit appellata. Hic idem christianissimus imperator circa[m] hoc tempus[n] monasterium sancti Angeli[o] quod[p] Barregium[4] appellatur[q], iuxta[r] tenorem praeceptorum antecessorum suorum Karoli[s] atque Lotharii, suo quoque praecepto roboravit; confirmans ibi omnia quae tam in circuitu suo, quam et in pago Marsorum atque Balva[5], Teáte quoque et Penne atque Aprutio[6] necnon[t] et Asculo[7] multipliciter possedisse antiquitus videbatur. Videlicet in Marsia cellam sanctae Mariae in Fundo magno cum omnibus sibi subiectis ecclesiis vel rebus; Sanctum Euticium in Arestina[8]; Sanctum[u] Paulum supra ipsam civitatem Marsicanam[9]; Sanctam Mariam in Oretino; Sanctum Gregorium in Paterno[10]; Sanctam Mariam in Montorone; ecclesiam sancti Salvatoris in Avezzano[11]; sancti Antimi ad Formas; sancti Angeli in Alba[12]; sancti Cosmae in Ellereto[v]; sancti Angeli in Carseolis[w.13] cum duabus cellis suis. In Balva[x] ecclesiam sancti Petri in Barbarano[y]; sancti Salvatoris supra flumen; sancti Angeli ad Aquam vivam; sancti Angeli ad Floretum; et cellam quae est Inter aquas posita; sanctae Felicitatis in Furcona[14]. In Penne ecclesiam sanctae Mariae in Cerqueto; et Petitianum. In[z] Aprutio[*] monasterium sancti Angeli de Marano cum omnibus cellis vel rebus suis. In Asculo ecclesiam domini Salvatoris quae dicitur Caput aquis[a] cum omnibus pertinentiis suis; sancti Angeli de Stabulo; sancti Angeli de Feltriano; sancti Petri in Pectiniano[b]; curtem de Casa Perende; necnon[c] et servos et ancillas multas diversis in locis, et alia plurima quae suis muniminibus continentur.

(Margin: 2 — 7 — 13)

38. Eodem[d] tempore Radoald gastaldeus in Aquinensi villa secus Pontem curvum castellum construxit; quod videlicet ab eiusdem pontis situ et nuncupatione, Pons curvus[15] nomen retinuit. Praefatus[e] autem imperator cum per annum fere Capuae remoratus fuisset, sublato[f] corpore beati Germani eiusdem civitatis episcopi[16], demum Franciam est reversus: moratus per diversa loca in partibus istis per annos circiter sex.

(Margin: C. Cas 26 — C. S. Benedicti p. 205. — 873.)

a) Per — appellata *desunt* 1. b) c. idem religiosus i. *ed.* c) intra confinia 2. d) recessibus 2. e) v. r. *add.* 4. f) r. viros i. e. l. ad *ed.* g) b. per div. l. q. i. m. c. i. l. donavit *ed.* h) *add.* 4. i) s. ibi h. *ed.* k) e. i. *ed.* l) sicut *ed.* m) c. h. t. *add.* 1b. i. Ludowicus c. 1. *ed.* n) construxit *add.* 1. *del.* 1c. o) satis (amplum atque *add.* 1b.) mirificum *add.* 1. *del.* 1c. p) A. iuxta fluvium Sangrum q. 1. 2. q) dicitur 1. *ed.* r) d. idque tam in circuitu ipsius q. 1. *mutavit* 1c. s) caroli 1c. t) *ita* 1c. Apr. possessionibus variis multiplicibusque ditavit. Relatum michi a quibusdam senibus est, quod eiusdem imperatoris filius Barro nomine hisdem temporibus ibidem mortuus fuerit; eoque ibi sepulto, ob eius memoriam praedictum monasterium fecerit; et ideo scilicet Barregis, quasi Barro regis, pro eiusdem regis filio nuncupatum sit. Eo etiam (c. 38.) 1. u) cellam s. Pauli s. i. c. M. s. Mariae in O. s. Gregorii in P. s. Mariae in M. s. Salvatoris 1c. 2. v) Ellerito 1c. *ed.* w) Carzolo 1c. *ed.* x) balba 1c. y) Barrano 3. z) in — omnibus *desunt* 4. *) Apruzio 1c. a) Capudaquis 3. b) Pectinianu 1c. 2. c) P. vicendas duas magnas. n. 1c. 2. d) Eo etiam t. 1. *ed.* e) Postmodum vero idem imp. rediens Capuam, cum p. a. ibi r. f. 1; *hinc* 1b. *pergit in margine erasis his quae prius scripta fuerant:* demum Franciam est reversus. Fuit autem praedictus abbas temporibus Romanorum pontificum Nycolai, Adriani, atque octavi Iohannis; a quo etiam privilegium de omnimoda huius monasterii libertate recepit. Huius temporibus erat Monecaus monachus huius monasterii, praepositus in ecclesia sancti Iacobi de Trémiti, quae erat cella huius coenobii; sub cuius videlicet praepositi nomine multae apud nos eiusdem loci cartae habentur. Hic abbas apprime litteratus, non nullos tractatus *etc.* — veteris quam (*cap.* 33.). *Sequentia autem folia duo rasa sunt et manu ipsius ni fallor Leonis minutioribus litteris conscripta.* f) de basilica s. protomartyris Stephani *add.* 1b.

2) Haec inspectis monasterii eius privilegiis scripsisse videtur, quae videsis in Chron. Casaur. ap. Murat. SS. II, 2. 3) Privil. fundationis datum est Capuae 26. Mai. 873. 4) Quod olim fuerat monasterium, in castrum evasit, *Vallis regia* dictum, hinc *Varreja, Berreja*, in saxea rupe collocatum, cuius dorsum Sangrus fluvius alluit. ANG. 5) comitatus in Pelignis. 6) et pagus est, et civitas, iam *Teramo*, ad Trontinum fluvium, olim Interamna. 7) Ascoli, ad Truentum fl. 8) supra c. 14. Adrestina, portus lacus Fucini. 9) quae interiit. 10) Paderno lacu Fucino a septentrione adiacet. 11) prope lacum Fucinum, versus occidentem. 12) Alba Fucentia. 13) Carsoli. 14) iam diruta. Episcopatus Aquilam translatus est. 15) Pontecorvo. 16) Cuius capite ditavit novam Sancti Germani civitatem, inde sic appellatam; ut fert traditio. ANG.

874 Mart. 39. Cumque[17] in reversione sua apud sanctum Apollinarem Ravenne remoraretur, adiit eum Angelarius tunc monasterii huius[a] praepositus, proclamationem faciens de cella sanctae Mariae in Maurinis sita in comitatu Pennensi; quam videlicet Hildebrandus dux tempore Karoli regis ante centum circiter annos interveniente Beniamin monacho in hoc cenobio praecepto suo firmaverat: modo vero essent aliqui qui quasi ex parte ipsius imperatoris res ipsas se tenere astruerent. Mox imperator rei eiusdem cognita veritate, et praedicti Angelarii precibus inclinatus, scripsit, et imperiali auctoritate praecepit, ut nullus deinceps ex eadem cella aliquid retinere vel auferre[b], neque ex sua neque ex alicuius alterius parte praesumeret; sed quieta et omnimodis libera in pristinum domi- 18 nium cenobii nostri rediret, cum[18] portu scilicet suo, et foce de Gomano, et cum omnibus omnino pertinentiis et finibus suis; idest ab Atria usque Gomanum; et usque in fluvium qui dicitur Plomba; et usque in mare; cum ipso littore ad piscandum; et cum gualdo de Boleiano: modia videlicet terre insimul undecim circiter milia. Insuper etiam 19 praecepit Celso cuidam praeposito[19], et Grimoaldo[c. 20] episcopo, ut simul cum eodem Angelario mox venirent, eumque ad honorem[d] et utilitatem loci huius ex parte sua de his omnibus investirent; praecepto et sigillo suo super hoc illi concesso ne quis aliquando[e] ista aliquomodo removere praesumeret. Circa hos dies Pergolfus praepositus noster[f] de Sancta Sophia proclamavit in placito Heroici iudicis Beneventani super quendam Lioprandum de curte nostra[g] quae est in loco qui dicitur Pantanum, ad vicum de Atriano: quam idem Lioprandus dudum invaserat; et ostensa ratione qualiter quidam Ursus una cum uxore sua Venera nomine obtulerat eam cum omnibus suis[h] in ecclesia 21 sancti Benedicti quae sita erat in eodem loco[21], cella huius[i] cenobii, iudicante praedicto iudice[k], recollegit eam. Per hos etiam[l] dies Adelchis[m] princeps, rogatus[n] a Criscio praeposito Sanctae Sophiae per praeceptum concessit huic monasterio totam[o] substan- 883. Mai. tiam Potonis cuiusdam nobilis, cum omnibus omnino[p] rebus ac pertinentiis suis. Idem quoque praepositus alio praecepto[22] adquisivit ab Aione principe cuncta quae Poto gastaldeus filius supradicti[q] Potonis possidere videbatur, in pertinentiis Alifanis et Telesinis, ad opus videlicet et utilitatem monasterii huius. De terris[r] nichilominus praefatae[s] cellae nostrae quae sunt in valle de Caudis idem praepositus in praesentia principis Adelchis super Rodelgrimo[t] quodam qui eas fraudulenter receperat proclamans, protinus illas recollegit[u]; data ab eodem principe publica[v] iussione, ne quis esset deinceps qui absque nostri abbatis licentia aliquas terras nostri monasterii aliquomodo[w] reciperet: propterea videlicet[x], quia praedictus Rodelgrimus decepto Amelfrid monacho nostro, nescio abbate, quasi sub libello easdem terras receperat. In praesentia quoque Ludowici[y] iudicis proclamavit super Guandelmario[z] quodam infantulo de una curte monasterii sanctae Sophie in loco qui dicitur Faffone prope Beneventum, quam idem infantulus retinebat; eiusque illam iudicio recollegit. His etiam diebus Benedictus et Sichardus germani fratres de Salerno obtulerunt in hoc monasterio omnem hereditatem suam quam habebant apud Teanum in loco qui dicitur Scatunianus et Purpuranus, cum omnibus ex integro pertinentiis eius.

Erch. c. 38. 40. Non[*] multopost igitur receptis viribus Saraceni, Tarentum obtinentes, exinde c. 39. Barim caeteraque confinia acrius infestare coeperunt. Interea Salernitani, Amalphitani, Neapolites et Caietani foedus cum Saracenis componentes, Romam navalibus depraeda-

a) *deest* 4. b) attemptare 1[b]. 2. c) Grimaldo *ed.* d) h. et *desunt* 1[b]. 2. e) q. umquam ista r. 1[b]. *ed.* f) p. S. Sophiae 1[b]. *Reliquam capitis partem omisit* 1[*]. g) *add.* 4. h) o. rebus substantiae suae in e. s. B. q. constructa est Beneventi (iuxta Beneventum 2. *deest* 3) in praedicto loco Pantano c. 1[b]. *ed.* i) huius — eam *abscisa* 1[b]. k) Heroico 1[b]. *ed.* l) *deest* 1[b]. m) Radelchis 1[b]. n) p. Beneventanus, rog. 1[b]. *ed.* o) totam — huius *abscisa* 1[b]. t. omnino s. *ed.* p) *deest ed.* q) praedicti *ed* r) de caeteris 3 s) praefati S. Benedicti de Benevento q. 1[b]. *ed.* t) Rotelgrimo 3. u) recepit 1[b]. *ed* v) *deest* 1[b]. w) reciperet — receperat *abscisa* 1[b]. *nisi ab initio defuerunt.* x) *add.* 4. y) Ludoici 1[b]. 2. Ludovici 4. z) Gualdemario 3. *) *Capita* 40. 41. 43. 44. 45 *in foliis duobus manu ut videtur ipsius Leonis scripta sunt, quae tamen et ipsa postea aliquot locis mutavit et ampliavit.*

17) Ex dipl. Ludowici, quod e Petri regesto ed. Gatt. Acc. p. 41. Confirmationem Karoli Magni, sed suspectam, ex eodem reg. ed. Tosti I, 93. 18) *cum — milia* in carta illa non leguntur. Atri in Aprutio ult. sita est, inter fluvios Piomba et Vomano. 19) S. Trinitatis de Casa aurea. 20) Pinnensi. 21) cf. supra c. 10. 19. 22) quod ex orig. edidit Gatt. l. l. Ibi Poto consilio interficiendi Adelchis interfuisse eamque ob causam re familiari privatus esse dicitur. Pro spurio habet Di Meo Ann. Neap. T. V. p. 10.

tionibus angustabant. Propter quod Karolus tunc imperator Iulittae scilicet filius a Iohanne octavo papa multis epistolis interpellatus, Lambertum ducem et fratrem eius [876.] Guidonem illi in auxilium destinavit; cum quibus idem apostolicus Neapolim Salernumque profectus est. Sed Guaiferius Salernitanus princeps in omnibus papae obtemperans, et foedus Saracenorum dirupit, et ex eis plurimos trucidavit. Sergius vero dux Neapolitanus nolens se ab eis alienare, mox ab apostolico excommunicatus est; ac non multo- [877.] post vindice Deo a fratre proprio Athanasio episcopo captus atque caecatus, Romam transmissus est. Idem vero Athanasius[a] dux in loco illius effectus, pace cum Saracenis [Erch. c. 44.] firmata, eos[b] iuxta Neapolim collocavit, et tam Beneventum quam Capuam atque Salernum, Romam quoque necnon Spoletium[c] devastare cum eis acriter coepit; multaque tunc temporis monasteria et ecclesiae cum villis et urbibus incensa ac desolata ab[d] eis sunt.

41. His diebus Capuani expulso Landulfo canonice[e] in episcopatum electo, Lande- [Erch. 46. 879.] nulfum[f] quendam de suis nobilibus coniugatum atque neophitum sibi episcopum elegerunt, multisque precibus praefato[g] papae coeperunt insistere ut ipsum[h] deberet eis in episcopum consecrare. Quapropter venerabilis abbas Bertharius et Leo episcopus Tea- [c. 47.] nensis Romam profecti, coeperunt obsecrare summum pontificem, ut hac in re nullomodo flecteretur, unde gravis in populo Capuano ruina, et multa sanguinis effusio fieri deberet. Et expressius inquit abbas: *O vir apostolice noveris, quia si hoc consenseris, maximum procul*[i] *dubio ignem, et usque ad te etiam*[k] *pertingentem accendes*[l]. Et primo quidem apostolicus tanti viri constantia territus est; postremo tamen praevaluit iniquitas, et praedictus neophitus est in episcopum consecratus. Hac civili discordia Saraceni oportunam[m] occasionem nacti[n], rursus universa diripiunt, iterum cuncta devastant, propter quod[o] praedictus[p] apostolicus bis Capuam est venire coactus. Videns igitur palam sibi contigisse quae noster illi abbas praedixerat, valde penituit; ac demum habito con- [880.] silio, Landulfum quem supra expulsum retulimus, in basilica[q] beati Petri apostoli in[r] Capua veteri[s.23] episcopum consecravit; Landenulfum[t] vero Capuae[u] novae praeesse [23] constituit; cunctumque episcopatum inter utrumque dividi aequa lance mandavit.

42. Per[v] hos dies supradictus princeps Guaiferius languore correptus, monachus [c. 48. 880.] factus est, rogans se ad hoc monasterium devotissime[w] transportari; sed quoniam propter Saracenorum incursionem huc deferri sicut[x] optabat, minime potuit, cum[y] fuisset defunctus, in monasterio nostro quod[k] est[k] apud Teanum corpus ipsius[z] delatum atque humatum est[*].

43. Eo[a] tempore Pandenulfus[b] quidam Capuae praeerat; qui dum in papae fidelitate consisteret, rogabat eum ut subderet dominátui suo Caietam. Nam Caietani tunc[c] temporis Romano tantum pontifici serviebant. Quod dum[d] praedictus papa concessisset, coepit idem Pandenulfus[b] ita acriter[e] Caietanos incursare, ut vel usque ad Molas illis [881.] egredi non daretur. Docibilis quidam tunc illis in ducem praeerat; qui tantum dedecus sibi suisque illatum minime ferendum ducens, misit Agropolim[24]; et Saracenos ibi de- [21] gentes asciscens[f], conduxit eos marino itinere ad lacum Fundanum, in locum ubi Sancta Anastasia vocatur; et inde per fluvium usque[g] Fundis ascendentes, ibi quasi[h] de vagina gladius scaphis egressi, et cuncta in circuitu depopulantes, tandem Caietam perveniunt,

a) v. frater eius A. 1[b]. *ed.* b) eosque i. N. collocans tam 1[b]. *ed.* c) Spoletum 4. d) ab eis *add.* 4. e) L. quodam c. 1[b]. *ed.* f) Landenolfum 1[b]. *ed.* g) praefatum papam decipiunt ut 1[b]. 2. h) ut illis episcopus sacraretur. Q. 1[b]. *ed.* i) profecto i. 1[b]. *ed.* k) *add.* 4. l) accendis 1[b]. *ed.* m) oportunitatem n. 1[b]. *ed.* n) pacti 4. o) *deest ed.* p) idem 1[b]. *ed.* q) ecclesia 1[b]. 2. r) quam in C. v. Constantinus imperator construxerat, 1[b]. s) vetere 1[b]. *ed.* t) Landenulf 3. u) v. ecclesiae Capuanae p. 1[b]. 2. v) *hoc cap. in marg. adscr.* 1[c]. w) m. deferri; s. 1[c]. *ed.* x) d. non potuit 1[c]. *ed.* y) p. defunctus 1[c]. 2. z) eius 1[c]. *ed.* del. a. *desunt* 1[c]. 2. *) Circa haec tempora defuncto Constantinopoli imperatore Basilio, Leo et Alexander filii eius in imperium subrogati sunt. Alter vero frater eorum nomine Stephanus eiusdem urbis est patriarchatum adeptus; eiecto Photio, qui a Nycolao papa nuper fuerat anathematizatus: pro eo videlicet quod adhuc superstite episcopo eiusdem urbis Ignatio, sedem illius ambitiosus invaserat. *add.* 1[b]. *in fine c* 43. *unde huc transtulit* 1[c]. *(ex Erch. c. 52.).* a) Post haec P. qui tunc C. p. in p. f. consistens, rogavit e. 1[b]. *ed.* b) Pandenolfus 1[b]. *ed.* c) C. eo tempore 1[b]. *ed.* d) Q. p. p. d. c. 1[b]. *ed.* e) i. C. a. 1[b]. *ed.* f) a. primo c. 1[b]. *ed.* g) f. a. u. F. 1[b]. *ed.* h) q. d. v. g. *suprascr.* 1[c].

23) quae et Berelais, Amphitheatrum, Arena, Colossus dicebatur, sita ubi nunc est Santamaria Maggiore.
24) ad sinum Paestanum.

25 et in Formianis collibus[25] sua castra componunt. His papa auditis, ilico penitentia ductus, blandis alloquiis et epistolis, necnon et[a] pollicitationibus multis coepit convenire Caietanos, quatinus et[b] sibi reconciliarentur, et a Saracenis sequestrarentur. Cuius demum monitis Docibilis obsecundans, rupto foedere cum Saracenis bellum iniit. In quo videlicet[c] bello plurimi Caietanorum et cesi et capti sunt. Rursus tamen Saraceni foedus a Docibile postulantes accipiunt, redditisque captivis, iuxta[d] Garilianum de Formianis collibus ab eodem Docibile ad habitandum directi sunt[e]; ubi permittente[f] Deo pro innumeris iniquitatibus nostris per quadraginta ferme annos degentes, innumerabilia[g] circumquaque mala gesserunt, multumque christicolarum sanguinem effuderunt. In[h] quo videlicet loco frequenter a diversis magnatibus[i] oppugnati, sed iudicio Dei usque ad praefinitum[k] ab eo tempus invicti et expugnati manserunt.

883. Sept. 4. 44. Per idem tempus monasterium beati patris Benedicti ubi sacratissimum eius corpus humatum est, a praefatis[l] Saracenis invasum, destructum atque incensum est, et[m] quaequae ibi reperta sunt, universa direpta, pridie Nonas Septembris, anno incarnationis dominicae octingentesimo octogesimo quarto[26], indictione secunda. Nec multopost, Oct. 22. undecimo videlicet Kal. Novembris[n], monasterium maius quod deorsum erat[o], similiter occupaverunt[p], devastaverunt et incenderunt, multosque inibi perimentes, ipsum etiam sanctum ac venerábilem abbatem Bertharium iuxta altarium beati Martini gladio trucidaverunt. Cumque eandem domini Salvatoris ecclesiam diversis in locis igne summisso exurere molirentur, Dei omnipotentis[q] misericordia id perficere nequiverunt; sicque ipsa[r] tantum de toto hoc monasterio Saracenorum flammis erepta, illi monasterii spoliis onustati, laetantes triumphantesque Garilianum reversi sunt. Monachi vero quicquid supellectilis, vel thesauri, seu et muniminum huius monasterii quoquomodo[s] surripere potuerant[t] assumentes, unacum domno Angelario tunc temporis eorum praeposito, Teanum habitaturi proficiscuntur; eundemque Angelarium sibi constituentes abbatem, in cella quae ad beati patris Benedicti honorem dudum ibi constructa fuerat, manere coeperunt, anno et indictione supra scripta. Completis a Petronace abbate usque ad istum, annis centum sexaginta et sex*.

27 45. Non[u] autem videri superfluum debet[v], si hoc in loco memoratorium[27] quod praedicti abbatis Bertharii studio gestum repperimus de rebus et cellis huius monasterii apud Marchiam, in Teate dumtaxat et Penne constitutis, quae beato patri Benedicto a sancte memoriae regibus Carolo Pipino Lothario atque Ludowico[w], seu a ceteris quibusque[x] fidelibus hactenus concessa noscuntur, annectimus; quandoquidem quae[y] specialiter a singulis quibusque collata sunt, incensis plerisque eorum oblationibus ignoramus.

Primum[z] itaque[*] est monasterium sancti Liberatoris quod situm est in comitatu Teatino 28 supra[a] fluvium Laentum[28], ad radicem montis qui dicitur Maiella, cum[b*] ecclesia sancti Angeli quae est in latere Montis plani, cum integro eodem monte, et cum castello sancti Angeli, cum universis pertinentiis[c] suis, et curte quae dicitur Casale Prandi, et curte de Garifuli[d], et castello sancti Petri, et curte sancti Ianuarii, et Valle plana, et Luciano, cum omnibus omnino pertinentiis[e] ac rebus suis intra hos videlicet[f] fines. Ab uno

*) Sepultus vero est supradictus sanctus martyr Christi Bertharius sursum iuxta ecclesiam sancti Benedicti in capitulo fratrum *add.* 2.

a) *deest* 1^b. b) *deest ed.* c) q. bello C. pl. et 1^b. *ed.* d) c. in Gariliano ab 1^b. 2. e) anno huius abbatis vicesimo *add.* 1^c. f) p. D. p. i. i. n. *add.* 4. g) innumera 1^b. *ed.* h) In — manserunt *desunt* 1^b. i) d. nostris principibus (magnatibus 3.) requisiti et oppugnati *ed.* k) praedictum t. inexpugnati m. *ed.* l) praedictis 1^b. *ed.* m) et q. i. r. s. u. d. *add.* 4. n) Septembris 4. o) est 3. p) occupavere *ed. ubi et in sequentibus eadem terminatio saepe recurrit.* q) D. indicio id 1^b. *ed.* r) ea 1^b. *ed.* s) *add.* 4. t) potuerunt 4. u) *hoc caput minutissimis litteris, nullo margine, scripsit* 1^b. *omisit* 1^*. v) est 1^b. *ed.* w) Ludoico 1^b. 2. x) c. religiosis viris h. 1^b. y) quae — Orni *in cod. 4. iterum scripta sunt in fine operis, cum variis lectionibus quae 4'. signavi.* z) Primo 1^b. *) scilicet 1^b. *ed.* 4'. est *deest* 1^b. a) iuxta 1^b. b*) cum — Luciano *et* De — inde in *desunt* 1^b, *sed olim scripta fuisse signa appicta demonstrant.* c) u. s. p. *ed.* c. integris s. p. 4'. d) Garifoli 3. e) r. ac p. 4'. f) *deest* 1^b. 4'.

25) Videlicet in collibus inter Formias, Itrum, et Caietam, in quibus extant etiamnum frequentes casulae, seu tuguria diruta, quae constanti traditione a Saracenis tunc extructa et habitata fuisse asseruntur, et sane nihil praeterea referunt. ANG. 26) ab indictionis initio computato. 27) quod ex hoc loco et reg. Petri ed. Gatt. Hist. p. 78, ubi plura de insigni S. Liberatoris mon. affert. 28) In antiquioribus tabulis appellatur Laentus, in recentioribus non raro Alentus. ANG. nunc *Lenta*.

latere finis torrens ubi dicitur Cripta latronis, qui est sub ipso monticello nomine[a] Saracenico, qui[b] nunc vocatur Praetorium[29]; et quomodo ascendit inde ad ipsum staphilum[30] de Maiella, qui[c] dividit inter causam sancti Benedicti et regalia; de alio latere quomodo descendit inde[d] in aquam Frassiningam[e], et sicut mittit in rivum qui dicitur Bacinnium; hinc vero ab ipso fossato in puteum de Capetano[f]; inde in fossatum sancti Ianuarii et in Rosentem[g]. De[g*] alio latere finis Bisara, inde in viam quae vadit in lacunam supra Sanctum[h] Donatum, hinc in Ficarium, inde in fossatum de sancta Lucia, et ascendit per Aquam frigidam in limitem[i] de Monte plano, et sicut vadit sub ipsis limitibus in fossatum Gariful, et ita mittit in Alento. Inter quos[k] utique fines nullam omnino sibi reservationem praedicti reges fecerunt, quia tota haec pertinentia regalis fuit, excepta ecclesia sancti Vitalis cum pertinentia decem duntaxat[l] modiorum quae pertinet ad episcopatum[m]. Deinde ecclesia sancte Marie in Bacinnio[n] cum pertinentia sua. Dehinc ecclesia sancti Felicis in Pastoricio, cum finibus et pertinentiis suis[o]; qui[p] habet fines hos[q]: ab uno latere flumen Piscariae, ab[r] altero Lavinum, ab[s] alio ripas de Turri, cum ipsa curte ubi[t] est ecclesia[u] sancti Benedicti; ab[v] alio vero fontem de Troia, quomodo descendit in Lavinum. Ecclesia sancti Viti supra flumen Lavinum. Ecclesia sancti Helie in Sclangario, cum pertinentia sua quae est viginti milium[w] modiorum. Curtis de Caramanico. Monasterium sancti Comitii iuxta rivum Arullum[x], cum multis possessionibus. Ecclesia[y] sancti Felicis in Pulverio, cum medietate ipsius curtis per fines suos[z], idest ab uno capite monumentum, ab altero praedicta Piscaria, ab altero terra sancti Thomae, ab altero Rosentem, qualiter[*] mittit in Piscariam; quae omnia Hyselgarda[a] comitissa obtulit beato Benedicto. Ecclesia[b] sancti Calixti; sancti Mammetis, cum tota curte de Iliano; sancti Marci; sancte Marie in Pontiano, cum[c] terrae modiis sexcentis. Insula quae est intra Pomarium et castrum quod[d] dicitur[e] Calcaria, cum[f] terra modiorum circiter 400. Ecclesia sancti Eleutherii et sancti Pauli in pertinentia de Boclanico, loco qui dicitur Rupi, cum terra septingentorum octoginta modiorum. Ecclesia sancti Herasmi in Cerretu plano, cum pertinentiis et finibus suis, ac molendinis omnibus que intra ipsos[g] constructa sunt fines, cum ecclesia sancti Salvatoris et sancti Martini. Ecclesia sancti Benedicti et sancte Marie et sancti Comitii et sancti Silvestri in loco qui dicitur[h] Orni, cum omnibus finibus ac pertinentiis earum. Hanc[h*] ecclesiam sancti Silvestri construxit quidam Rainerius, et obtulit eam beato Benedicto cum omnibus pertinentiis suis, intra hos fines: ab uno latere[i], ipsa benna[31]; ab altero, Septem viae; ab altero, alia 31 benna, quae se simul coniungunt. Fara Maionis, et fara que dicitur Biana[k] cum finibus et pertinentiis earum[l]. Hic[m] Maio fuit consanguineus Poterici praepositi sancti Libera- c 34. toris sub praedicto abbate, et obtulit in hoc monasterio eandem faram; quae continens est insimul quinque milium octingentorum modiorum terrae. Curtis[n] sancti Calixti cum omnibus suis. Ecclesia sancti Petri in loco qui dicitur Mallianellum[o], cum omnibus pertinentiis ac[p] finibus suis, idest[q] a capite fossatum de Lavite[r], a pede viam de ipso puteo, ab uno latere bennam, ab altero fluvium de Argelli; quam etiam praedictus Maio hic obtulit. Intra quos[s] fines est ecclesia in honore sancti Mauri, et monasterium sancti Renati quod situm est inter Antonianum et Pizzum Corvarium cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesia sancti Calixti supra ipsum Laentum in loco qui dicitur Vallis, cum[t] terra modiorum sex milium sexaginta. Ecclesia sanctae Mariae supra faram de Laento, cum[u] pertinentia et[v] finibus suis, a capite videlicet via, a pede Laentum, ab

a) vocabulo 1^b. *ed.* 4'. b) qui modo nominatur P. *ed. desunt* 1^b. q. nom. P. 4'. c) qui—s. B. *desunt* 1^b. q. d. i. reg. et c. s. B. *ed.* 4'. d) *deest* 4'. e) Frassiniggam 3. f) Caputano 3. g) Rosente 1^b. Rasentem 4'. g*) *vide p.* 610. *n.* b*. h) *deest* 4'. i) limites 1^b. limite 4'. k) quas videlicet f. 1^b. l) *deest* 1^b. m) episcopium 1^b. 4'. episcopum *ed.* n) uacinio et S. Felicis 1^b. Bacimnio c. p. s. Eccl. *ed.* o) earum 1^b. p) qui – in Lavinum *desunt* 1^b. q) *deest ed.* 4'. r) de *ed.* 4'. s) de altero r. *ed.* 4'. t) ibi 2. u) e. ipsius curtis per fines suos. sancti Calixti *etc.* 4'. v) de altero v. *ed.* w) milia 1^b. *ed.* x) Arulum 2. y) ecclesiam *ed.* z) suas. S. Calixti 1^b. *) quomodo *ed.* a) Yselg. *ed.* b) ecclesiam *ed.* c) c. t. m. s. *desunt* 1^b. 4'. d) qui 1^b. e) vocatur 4'. f) c. t. m. c. q. *desunt* 1^b. 4'. g) ipsas 1^b. i. f. c. s. 1^b. *ed.* 4'. h) d. in O. *ed.* h*) Hanc — coniungunt *desunt* 1^b. i) l. finis i. *ed.* k) uiana 1^b. l) suis 1^b. m) Hic — terrae *desunt* 1^b. n) Curte (*corr.* Curtis) 1^b. Curte *ed.* o) Malianellum 3. p) et 1^b. q) idest – obtulit *desunt* 1^b. r) della vite *ed.* s) quas 1^b. t) c. t. m. 6060 *desunt* 1^b. u) cum — Ecclesia *desunt* 1^b. v) p. sua, a *ed.*

29) Nunc *Pretora.* ANG. 30) i. e. cippum terminalem; v. editores Annalium Al. Di Meo in praef. tomi III. 31) i. e. piscina.

utroque latere fossatum. Ecclesia sancti Savini in Trevanico[a]; sancti Clementis in Plombata. Ecclesia sancti Salvii ibidem. Qui videlicet Salvius ex Campania ortus[b] huius monasterii extitit monachus, et tenuit praedictam ecclesiam sancti Clementis in obedientia[c], ubi cum defunctus fuisset, multa ad[d] sepulchrum illius mirabilia Deus est operatus. 32 Ecclesia sancte Marie in fluvio Foro[e] [32], loco qui dicitur Cannetum, cum[f] terra modiorum quattuor milium sexaginta. In ipsa aqua eiusdem[g] Fori molendina quattuor. Ecclesia[h] sancti Petri in Iolliano[i], cum[k] mille quadringentis modiis terrae. Monasterium sancti Severini. Ecclesia sancti[l] Menne in pertinentia de[m] Ripe; sancti Andreae in colle de Albe[n]; sancti Petri in loco, qui dicitur Ari. Curtis quae vocatur Fenestre. Ecclesia sancti Angeli ante civitatem Ortonam, cum[o] modiis terrae octingentis. Castellum de Ungo cum tota pertinentia sua, et intra ipsam pertinentiam, Grosse, et medietas de civitate Tazze, cum tota pertinentia de Rapini et[p] Comino. Ecclesia sanctae Crucis in pertinentia de[q] Roma, cum mille quingentis terrae modiis, et medietate ipsius castri de Casale[r] cum pertinentiis suis. Monasterium[s] sancti Pancratii cum tota pertinentia sua. Castellum de Prata, et Gessi[t], et Civitella, et vallis sancti Martini, cum omnibus pertinentiis eorum. Ecclesia sancti Petri in civitate Teatina veteri[u], et ibidem iuxta ecclesia sancti Pauli. Ecclesia sanctae Teclae intra eandem civitatem novam, cum ipsa porta quae respicit ad orientem, quae hactenus porta monacisca[v] vulgo vocatur. Ecclesia 33 sancti Theodori, et ecclesia sancti Salvatoris intra civitatem Aternum[33], cum medietate de ipso portu, quem supradicta Hyselgarda[w] comitissa obtulit beato[x] Benedicto. In comitatu vero Pennense est[y] ecclesia sancti Felicis in Stabulo; campus de Gale; monasterium sancti Benedicti in Lauriano, et sanctae Scolasticae iuxta fluvium qui dicitur 34 Tabe[34], cum integra curte de Moscufo[z], et curte de Gemberuti; et ecclesia sancti Angeli in Galbanico[*], cum integra ipsa curte, et cum medietate de castro Laureto, ab ipsa videlicet pila quae in eiusdem castelli medio sita est, quomodo descendit in fossatum[a] de Rosiccle[b], cum ecclesia quae ibi constructa est in honore sancti Felicis, et usque trivium quod est super Sanctum Felicem, et sicut pergit per ipsam vallem in fossatum de Doreniano, et sicut ipsum fossatum descendit in flumen Tabe, et qualiter per ipsum flumen ascendit usque ad Paternum, ubi est ecclesia in honore sanctae Mariae, et sicut recte ascendit in ipso fonte de Laureto, et sic venit ad praedictam pilam: intra quos fines nulli omnino aliquid pertinet, nisi tantum monasterio Casinensi. In Colle alto sex 35 petiae de terra[c] permaximae. Medietas villae de Laverano. Medietas de Podio[35] Pollecanti. Curtis[d] de Colle alto. Tertia pars de castello[e] Cese. Medietas castri de colle Maio. Ecclesia sancti Martini in Genestrula cum tota curte. Ecclesia in Salaiano[f], cum mille septingentis modiis terrae. Quarta pars de civitate Quana. Medietas curtis de Viculo. Curtis de Carpeneto, cum montanis et planitiis magnis. In pertinentia de Civitella[g], tria milia modiorum terrae. Monasterium sancti Petri in Castroniano, cum ecclesia sanctae Ceciliae et cum omnibus pertinentiis suis; et plurima alia quae hic scribere supersedimus. Quae videlicet omnia usque ad id tempus abbates huius loci sive ad ius proprium retinebant, sive ad[h] censum aliis libellario nomine nonnullis concesserant.

Angelarius[i] abbas a beato Benedicto vicesimus, sedit annis 6. Hic c. 44. ut[k] supra iam diximus, de praepositura huius monasterii apud Teanum 886. abbas effectus, post[l] biennium[36] coepit paulatim restaurare monasterium domini Salvatoris, quod a Saracenis incensum superius diximus[m*].

a) T. S. Salvii et S. Clementis in Plombata. S. Marie 1^b. Tr. et *ed.* b) natus *ed.* c) obedientiam *ed.* d) m. mir. D. ad s. i. e. o. *ed.* e) Fauro 1^b. f) cum — ecclesia *desunt* 1^b. g) a. de eodem Foro *ed.* h) Ecclesiam *ed.* i) Iollianu 1^b. 2. k) c. m. q. m. t. *desunt* 1^b. l) S̃. 1^b. sanctae *ed.* m) *deest* 4. n) Alde 1^b. Alve *ed.* o) c. m. t. o. *desunt* 1^b. p) et de cominu 1^b. q) de ipsa R. 1^b. *ed.* r) Casule 1^b. s) M. s. P. c. t. p. s. *desunt* 4. t) *reliqua huius cap. desunt* 1, *ut et pars sequentis, quam tamen et signo et primo sententiae verbo positis quaerere iubemur, ut excidisse folium vel cartulam appareat.* u) vetere *ed.* v) monastica 4. w) Yselgarda *ed.* x) sancto *ed.* y) *add.* 4. z) Moscufe 2. *) Galvanico 2. a) fossato *ed.* b) Rosiale 3. Rosicle 4. c) terre *ed.* d) Curte *ed.* e) cartello Cesa *ed.* f) Saiano 3. g) Civitate 3. h) s. lib. n. ad c. nonnullis conc. *ed.* i) *hinc* 1. *pergit.* k) ut — effectus *desunt* 1. l) p. b. *add.* 1^b. m*) *Hinc* 1. *pergebat:* Sed occulto Dei iudicio monasterium quo in Teano fratres dégere coeperant non multópost igne exustum est; ubi videlicet *quibus deletis sequentia ad cap.* 48. *amandavit, cetera de hoc abbate in marg. non uno tempore addidit.*

32) a monte Maiella defluit. 33) Pescara. 34) Tavo, Salinum influit. 35) podium est collis, Ital. *poggio*, Gall. *puy*. 36) Ex Erch. c. 61.

Fuit[a] autem temporibus Aionis[b] principis Beneventani, et Stephani quinti papae, et successoris eius Formosi. Quem[37] videlicet Formosum, 37 Stephanus papa qui ei successerat de sepulcro suo extrahi abicique mandavit; cunctasque ipsius ordinationes irritas esse statuit, pro[38] eo scilicet quod cum Ostiensis episcopus esset, contra canonum sanctorum[c] decreta apostolicam sedem usurpaverat[d].

46. Sub[e] hoc abbate oblata est in hoc monasterio terra illa quae nuncupatur Brezze[f] prope Capuam, quod est pratum magnum et silva, a quodam Castulo, eiusdem loci habitatore. Hermefrid[g] quoque civis Asculanus vir dives, subdiaconus officio, obtulit se ipsum per capillos capitis sui praeposito nostro[h] nomine Wamelfrid[i], cum omnibus omnino mobilibus et immobilibus suis de partibus illis. Quidam etiam Ingius nomine de Benevento expeditionem Rome facturus, obtulit huic sancto cenobio de[k] rebus suis curtes tres, unam in[l] loco qui dicitur Turri, aliam in[m] loco qui dicitur Murece, aliam vero in loco qui[n] vocatur Mattici, cum universis finibus ac pertinentiis illarum.* Sed et[o] Walamir quidam eiusdem civitatis indigena se ipsum in hoc loco ad monachatum tradens, obtulit in ecclesia sancti Benedicti de Benevento quae[p] dicitur[q] Ad xenodochium, cella huius cenobii, curtem unam magnam in finibus de Ariano[39], loco qui 39 dicitur Tricium, cum omnibus ex integro pertinentiis[r] curtis ipsius. Eodem[s] tempore Athanasius[t] Neapolitanus episcopus manifestavit se monasterio huic de obedientia nostra in Casa Gentiana, ut nullam ibi potestatem neque ipse neque successores sui ulterius[u] habeant, vel licentiam in ea aliquem ordinandi, vel conditionem ponendi; sed sicut antiquitus nobis pertinuit, ita deinceps in nostram[v] ex integro potestatem et ordinationem rediret. Huic abbati Adelmarius quidam Capuanus vendidit integram curtem suam in loco Anglena prope ecclesiam sancti Vincentii nobis pertinentem, cum campis et silvis et pratis et terris omnibus ad ipsam curtem pertinentibus. Per idem tempus Laurentius diaconus et monachus noster, praepositus monasterii sanctae Mariae de Cingla[w], fecit concambium cum quodam Landoario Capuano de quibusdam terris in Calvo[40] et Calinulo, cum licentia scilicet[x] et consensu praefati abbatis Angelarii[u] et Radelchisae[y] abbatissae. Idem quoque fecit et Iohannes sacerdos et monachus, ac praepositus praefati monasterii Cinglensis[z] de quibusdam aliis terris eidem Landoario, per licentiam nichilominus et consensum abbatis[*] eiusdem, et abbatissae Gaitrudae.

Defuncto[a] interea Teanensi episcopo, praedictus abbas in eadem civitate a clero et populo electus et ordinatus est; ubi etiam et defunctus est et sepultus, die[b] Nonarum Decembrium[41]. 41

Ragemprandus primo et vicesimo loco in[c] praefato Teanensi mona- 889. sterio abbas electus, sedit annis 9, mensibus[d] 10. Qui videlicet[e] Iohannem papam nonum, ut sibi more praedecessorum suorum privilegium faceret petiit et accepit[42]. 899. Mart.

47. Hoc[f. 43] praesidente Adelgarius quidam nobilis de[g] Teano obtulit beato Benedicto[h] cum oblationibus Herchempertum filium suum, docilis utique[i] ingenii puerum.

a) Fuit *etc. add.* 1^{b}, *sed in fine huius abbatis.* b) t. supradicti Stephani papae, et 1^{b}. c) c. sanctorum can. 1^{b}. c. sacrorum can. *ed.* d) invaserat 1^{b}. *ed.* cuius videlicet corpus dum huc illucque crebrius iactaretur, etiam sanguis de eo fluxit. — Ragemprandus *add.* 1^{c}. e) Sub — monaste *abscisa* 1^{b}. *Totum fere caput omisit* 1^{*}. f) Brizze 1^{b}. (?) Preze 4. g) Hermefrit 3. h) suo 4. i) Walmelfrid 2. Gualmelfrit 3. Guamelfrid 4. k) c. res suas, idest curtem u. 1^{b}. *ed.* l) de 1^{b}. *ed.* m) de 1^{b}. *ed.* a. vero in 4. n) q. v. *add.* 4. o) et — Gaitrudae *desunt* 1. *v. supra p.* 612. *n.* t. p) ubi *ed.* q) *deest* 4. r) i. c. i. p. *ed.* s) p. Huic — pertinentibus. Eodem — rediret. *ed. inverso ordine.* t) Anathasius 3. u) *add.* 4. v) nostra e. i. potestate et ordinatione *ed.* w) Cingula 3. x) s. et *desunt ed.* y) Radelgisae 3. z) m. de Cingla *ed.* *) c. eiusd. a. Angelarii et *ed.* a) Predictus autem abbas non multopost defuncto T. e. ibidem episcopus factus est. ubi 1^{b}. P. a. a. n. m. d. his diebus ep. ecclesiae Teanensis, in eadem *ed.* b) s. Nonis Decembris 1^{b}. *ed.* c) l. abbas el. in eodem m. T. 1. *ed.* d) m. 10. *add.* 1^{b}. e) Q. tamen I. 1. Q. v. abbas I. *ed.* f) Sub his diebus A. *etc. usque ad finem cap. add.* 1^{b}. *omisit* 1^{*}. g) de T. *deest* 1^{b}. 2. h) B. apud Teanum c. 1^{b}. *ed.* i) *add.* 4.

37) E Chron. S. Bened. SS. III. p. 204. Sed ante Formosi pontificatum Ragemprandus ei successit. 38) hoc de suo noster inseruit, minus recte quum Portuensis episcopus fuerit. 39) non multum distat a Benevento, versus orientem. 40) Calvi. 41) *Non. Dec. ob. Angelarius sacerdos et abbas huius loci.* Cod. Cas. 47. 42) Extat in reg. Petri Diac. n. 5. *Scriptum per manum Leonis scriniarii s. R. c. in mense Martii indict.* 2. ANG. 43) Imo Berthario. Et sub Angelario abbate, cui dum praepositus esset, oblatus esse videtur, haec noster primo scripsit. Sed quum incendium quoque monasterii sub Angelario retulisset, hoc corrigens Herchempertum simul loco suo movit

Erch. 61 886 Quo tempore Grecis ac[a] Neapolitanis Capuam obsidentibus, idem Herchempertus cum aliis septem fratribus a Teano Capuam tendens, iuxta Anglenam[b] omnes a Grecis exequitati pariter[c] atque expoliati sunt, et eorum[d] famuli capti; et famulis quidem argento redemptis, et equis[e] quinque solummodo recollectis: ipse solus sicut idem de se refert c. 69. cum magistro suo pedes remansit, sicque civitatem intravit. Post haec cum Atenulfus[f] 887. Ian. gastaldatum adeptus omnia que iuris nostri monasterii in[g] terra Capuana erant fratribus abstulisset, praefatus Herchempertus[h] Romam hac de re ad[i] Stephanum papam transmissus est; a quo videlicet et apostolicam benedictionem fratribus detulit, et privilegium[k] coenobio obtinuit, et praedicto[l] Atenulfo commonitorias litteras ut universa quae abstulerat[m] protinus redderet, nisi excommunicationis vellet subire sententiam attulit. Quas ille suscipiens paruit[n], et omnia quae nobis abstulerat ex integro restitui c. 65. iussit. Hic etiam Atenulfus eidem pape Stephano iam dudum[*] suggesserat ut si ei contra Saracenos Gariliani[o] degentes ferret auxilium, ipse et Caietanos[p] omnes quos nuper ceperat redderet, et fidelitatem[q] ei firmissimam faceret; sed[r] quia papa nequivit c. 66. implere quod ille petiverat[s], neque ipse quoque fecit quod papae mandaverat. Theophilactus etiam[t] stratigó hisdem[u] diebus a Bari Teanum cum exercitu veniens, eosdem Saracenos nisus est aggredi: sed nil praesumens ad propria repedavit.

Hic[v] abbas concessit Ageltrudae augustae quae fuit mater Lamberti regis, libellario more diebus tantum vitae ipsius duas cellas huius monasterii cum omnibus rebus suis 44 in finibus Lambardiae; unam in loco qui dicitur Laude[44], et alteram in Persiceta[45]: unde per singulos annos mittebat illi eadem augusta census gratia tres libras argenti. Fecit etiam libellum Gotfrido cuidam Marsicano de ecclesia[w] sancti Gregorii in Serviliano[x] cum servis et ancillis et omnibus pertinentiis[y] eius in eodem comitatu Marsorum; pro quo annualiter recipiebat censum tritici modios[z] 15 totidemque de vino, et pisces cencf. c. 24. tum in mense Octobri. Per hos dies Sichelfrid quidam Capuanus reddidit huic monasterio inclitam[46] curtem de Patenaria[*], quam avus ipsius[a] a Bassacio abbate per convenientiae scriptum receperat.

896. 48. Iam[b] septimus abbatis huius annorum circulus volvebatur, cum incomprehensibili Dei iudicio monasterium quo in Teano fratres dégere coeperant, ab igne crematum est[c]; ubi etiam et regula quam beatus Benedictus manu sua scripserat[d], nec non et sacci in quibus[e] eidem patri sanctissimo coelitus escae delatae sunt: insuper et plúrima[f] coenobii munímina atque praecepta, a singulis imperatoribus, ducibus[g], atque principibus eidem monasterio collata, pariter[h] incensa sunt. Inter quae etiam praecepta[i] de Casa 47 Gentiana simul sunt ab igne consumpta[47]. Namque temporibus Iohannis abbatis, qui tertius[k] ab isto fuit, cum die quadam ante eundem venerabilem patrem[l] ortum fuisset inter fratres colloquium, a quibus princípibus praedicta Casa Gentiana huic monasterio concessa fuisset, quidam Maio presbyter atque grammaticus, homo senex et verax[m], hoc éxinde se nosse certo certius affirmabat. Aiebat namque[n]: *Sicut recolo* inquit *me legisse in tribus praeceptis donationum quae fuerunt in scrinio domni Angelarii abbatis: in primis Gisulfus dux concessit*[o] *in monasterio sancti Benedicti territorium Gentianae; postea vero Arichis princeps concessit*[p] *in hoc eodem monasterio partes maiores ibidem in Gentiana.*

*) per Maionem abbatem sancti Vincentii *add.* 2.

a) cum 1b. b) *deest* 4. c) e et exp. p. s. 1b. *ed.* d) et f. e. c. 1b. *ed.* e) et q. e. rec. 1b. 2. f) Atenolfus 1b. 2. g) m. erant in t. C. 1b. *ed.* h) ab Angelario abbate *add.* 1b. i) ad venerabilem p. S. t. et ap. 1b. *ed.* k) p. sancto c. 1b. *ed.* l) et supradicto gastaldeo c. 1b. 2. m) stulerat p. r. n. e. *abscisa* 1b. n) paruit — iussit *abscisa* 1b. o) Gariliano residentes 1b. *ed.* p) Gaiet. *ed.* q) et ei f. 1b. *ed.* r) sed — mandaverat *abscisa* 1b. s) petierat *ed.* t) quoque 1b. *ed.* u) hisdem — repedavit *abscisa* 1b. v) *haec in marg. addit* 1b. *et post* remansit *p.* 615. *l.* 8. *collocat.* w) de Sancto Gregorio 1b. *ed.* x) *reliqua abscisa sunt* 1b. *sed tot verba ibi scripta fuisse non possunt.* y) o. omnino rebus ac p. *ed.* z) modia 15 et 15 modia de 2. *) c. in loco Patenara 2. a) a. eius a B. a. p. scr. c. retinebat *ed.* b) *ita correxi.* Nam 4. Huius (autem *add. ed.*) abbatis septimo anno, ind. 14. (i. q. *deest* 3.) m. quo in T. f. d. c. occulto Dei iudicio ab i. 1b. *ed.* Huius — insuper et *add.* 1b. *cf. p.* 612. *n.* m*. c) est cum omnibus opibus suis; ubi 1b. 2. d) conscripserat 1b. *ed.* e) q. iussu Dei coelitus eidem p. Benedicto e. d. s. 1b. *ed.* f) plurima *etc. usque ad finem cap. ab Angelario abb. huc transtulit* 1b. p. huius c. m. plurima quoque pr. donationum a s. 1. *ed.* g) *add.* 1b. h) *add.* 4. i) p. quae de C. G. facta fuerant, pariter sunt 1. *ed.* k) q. postmodum quartus ab hoc Angelario f. 1. q. t. ab hoc Ragemprando f. 1b. *ed.* l) v. abbatem exortum 1. *ed.* m) veracissimus 1. *ed.* n) n. praefato domno abbati: Sicut legi inquit in t. p. d. quae hic f. 1. *ed.* o) c. domno Petronaci abbati in 1. 2. p) p. similiter c. Theodemario abbati p. 1. 2.

44) *Lodi.* 45) v. cap. 54. et IV, 18. 46) i. e. integram. 47) Grimoaldi tamen donationis apographum saltem servatum esse videtur; cf. supra c. 14.

Iterumque Grimoaldus[a] *filius eius*[b] *concessit sancto Benedicto omnia domnicália sua*[c] *cum servis et ancillis, in eodem loco Casae Gentianae; et cellam sancti Agápiti, et multa*[d] *alia quae nunc non recordor. Simul etiam in eisdem praeceptis continebatur donátio eorundem*[e] *principum de portu Traiectensi, et Vulturnensi: necnon et de piscária Lesinensi. Haec in*quit *omnia ego legi, et in aliis cartis*[f] *renovavi ex iussióne eiusdem abbatis Angelárii.* De supradicto itaque incendio Teanensis monasterii, quicquid a fratribus de thesauro ecclesiae potuit quomodólibet éripi, in episcopio eiusdem civitatis repositum est. Unde[g] postmodum non parva eiusdem thesauri pars fertur in ipsa ecclesia remansisse. Obiit[h] autem supradictus abbas 8. Idus Novembris. 899. Nov. 6.

49. Circa[i, 48] haec tempora Symbaticius[k] patricius veniens a Constantinopoli obsedit[l] Benevéntum per tres[m] circiter menses, cępitque illam 15. Kal. Novembris, anno Domini 891. 891. Oct. 18. Completis a[n] Zottone primo duce Beneventi trecentis et triginta annis; per cuius videlicet temporis spatium Langobardorum tam duces quam principes eandem civitatem tenuerant. Hic[o] Symbaticius cum esset imperialis protospatharius et stratigo Macedoniae[p], Traciae, Cephaloniae atque Langobardiae, entilma fecit praedicto abbati de monasterio sanctae Sophiae de Benevento, et sancte Marie de Cingla, et sancte Marie de Plumbariola[q], terribiliter ex parte imperatorum praecipiens, ne quis esset qui in causis ac possessionibus predictorum cenobiorum Casinensi cenobio pertinentium[r] aliquam aliquomodo molestiam seu violentiam inferre presumeret. Quod si aliquis in eis delinqueret, iram imperátoriam procerto se experturum sciret. 892. Iun. Post hunc[s] Symbatícium, 892. dominatus est Beneventi Georgius patricius[49]. Qui cum annis tribus et novem mensibus eam[t] tenuisset[50], veniens Guido[u] dux[v] et marchio, expulit inde Grecos, et praéfuit ibi 895. Aug. annis ferme[w] duobus; post hunc Radelchis[x, *]. Deinde praefatus[y] Atenulfus ex Capuano 897 Apr. castaldatu iam comes, cum filio Landulfo, et caeteri deinceps per generationes suas, in[z] 899. ea principatum tenuerunt per annos circiter centum septuaginta et septem [*].

50. Interea[a] praefatus Atenulfus unacum Neapolitanis[b] et Amalphitanis non parvo exercitu aggregato, Garilianum supra Saracenos venit, et constructo de navibus ponte iuxta Traiectum in loco qui Setra vocatur transiens expugnabat eos. Ibidem[c] igitur illis consistentibus, quadam nocte dum minus cautę suas custodias agunt, repente Saraceni cum Caietanis[d] super eos irruunt, deque illis plurimos sternunt: reliquos usque ad praedictum[e] pontem acriter insequuntur. Sed ibi tandem nostris viriliter[f] resistentibus, Saraceni terga vertere, et suis se castris tueri coguntur[g].

Leo vicesimus et secundus abbas, similiter apud Teanum sedit annis 15, mensibus[h] 7[51]: temporibus[i] papae Christofori, qui de papatu expul- 51
sus, et monachus factus est, nec non et Sergii tertii papae, a quo idem abbas privilegium de more recepit[52]. 52

*) annis duobus *add.* 2.

a) Grimoald 1. *ed.* b) e. per praeceptum donationis c. 1. *ed.* c) *add.* 1^b. d) plurima a. q. modo n. r. Similiter e. 1. *ed.* e) d. ipsorum p. de p. Traiecti, et de portu V. sed et de p. L. 1. *ed.* f) membranis 1. 2. m. ego r. ex i. domni Ang. abbatis 1. *ed.* g) Ubi eodem tempore praefatus abbas Angelarius episcopus ordinatus, in eádem quóque civitate non longe post defunctus est atque sepultus, Nonis Decembris; qua videlicet occasione n. p. e. t. p. in e. Teanensi remansit. Hic abbas *etc. ex cap.* 47. Obiit a. s. a. o. Id. Nov. 1. Unde p. n. p. e. t. p. in ecclesia ipsa remansit 1^b. *ed.* h) O. a. s. a. o. Id. N. *post cap.* 50. *ponit ed.* i) His temporibus S. 1. *ed.* k) Sabbaticius 1. *corr.* 1^b. Ymbat. 3. l) C. cępit B. anno 1. *corr.* 1^b. m) p. m. c. t. 1^b. *ed.* n) C. videlicet 330 annis a Z. p. d. B. p. c. t. 1. *ed.* o) Hic   sciret *add.* 1^b. *desunt* 1^*. p) M. T. C. a. L. *abscisa* 1^b. q) Plombariola 3. r) subiectorum aliquom. aliquam iniustitiam s. v. 1^b. *ed.* s) *ita* 1^b. P. quem Sabbat. d. est ibi G. 1. t) m. in ea sedisset, v. 1. 2. u) Guidego 3. v) d. et *add.* 1^b. w) *add.* 1^b. x) Adelchis 1. Rachelchis 3. y) Deinde At. cum f. L. 1. z) in — 177 *desunt* 1. *) sex 3. Per idem tempus rex Gallorum Arnulfus ingressus Italiam venit usque Ticinum, cupiens attingere Romam, sed fame et peste pariter ingruente reverti compulsus est *add.* 1^b. *(ex Chr. S. Bened. p. 202.) Inde* 1. *pergit:* Hoc etiam tempore venerunt Ungri (Úngari 1^b.) in Italiam, anno Domini 899. *(ex Ann. Benev.).* a) Interea — coguntur *add.* 1^b. b) u. Gregorio duce (d. *deest ed.*) Neapolitano, nec non et cum A. 1^b. *ed.* c) Ibi 1^b. *ed.* d) Gaiet. *ed.* e) *add.* 4. f) fortiter 1^b. *ed.* g) Obiit autem supradictus abbas 8. Id. Nov. *add. ed. v. c.* 48. h) m. s. *add.* 1^b. *hinc* 1. *pergit:* et hic quoque privilegium a Sergio tertio papa recepit; nec non et a princ. At. *etc.* i) t. Leonis imperatoris et p. 2.

48) Ex Chr. S. Bened. SS. III. p. 201. quibus addidit quod e praecepto Symbaticii hausit, servato in Reg. n. 136. unde edidit Gatt. H. p. 51. Datum est *mense Iunio,* 10. *indictione.* 49) m. Aug. ind. 10. entilma dedit Maioni abb. S. Vincentii. 50) non Georgius, sed Graeci ut recte dicit Chr. S. Bened.

51) Erravit noster dum tempus accuratius indicare vellet, nam in 15 annis quos Leoni attributos invenit, ultimus pro integro computatus fuit. Sedit an. 14, m. 7. ut ex cartarum documentis constat. 52) In Regest. num. 7. extat Sergii privilegium Leoni abbati de ordinandis clericis a quocunque

902. Mai. 51. Adquisivit etiam et a praefato Atenulfo[a] iam principe praeceptum[53] confirmationis omnium oblationum seu concessionum ac possessionum huius monasterii, propter[b] id vel maxime, quod et prius in hoc loco a Saracenis, denuo vero apud Teanum Iun. monimina huius cenobii igne consumpta essent. Huius[c] porro[d] abbatis interventu concessus est ab eodem principe[54] mons sancti Eleutherii in monasterio sanctae Mariae de Cingla[e], pro pascuis videlicet animalium ipsius loci, nec non et pro lignis faciendis ad diversas utilitates. Fluvius etiam qui dicitur Ete, ab ipso ortu suo usque ad fluvium Vulturnum, et deinceps ipse[f] Vulturnus usque in pedem praedicti montis sancti Eleutherii, quemadmodum ad ius palatii pertinuit, ad faciendum in ipsis aquis quicquid eidem monasterio 904. necessarium fuerit. Iste[g] abbas quinto anno ordinationis suae cepit reedificare hoc monasterium, quod videlicet per septem et viginti annos[55] penitus fuerat destitutum. 900 Aug. Huic[h] Guaimarius[i] Salernitanus princeps per praeceptum[56] concessit curtem unam magnam in loco qui dicitur Rota, cum casis et silvis et arbustis, vineis et castanetis[k]; servis quoque et ancillis, et cum omnibus eidem[l] curti ex integro pertinentibus. Idem[m] item Guaimarius[n] alio praecepto concessit in hoc monasterio medietatem curtis in finibus Sarni, loco vocabulo Lentiaria[o], que fuit cuiusdam[p] Agenardi: cuius videlicet medietatem idem Agenardus iam beato Benedicto obtulerat; cum omnibus ad eandem curtem pertinentibus. Hic[q] fecit libellum cuidam Adelario civi Romano de ecclesia sancti Benedicti, quae ibidem nobis antiquitus pertinuit; ea condicione ut quotiens vel abbas vel monachi nostri Romam pro aliqua utilitate perficienda perrexissent, honorabiliter eos[p] in eadem ecclesia reciperet, quandiu ibi remorari necessarium esset, et omni anno pro censu 60 denarios monasterio nostro transmitteret. Defunctus vero est praedictus[r] 914. Aug. 17. abbas 16. Kal. Septembris. Uterque autem hic, Ragemprandus videlicet atque Leo, in ipso Teanensi coenobio ubi praefuerunt[s], ibi et defuncti sunt et sepulti.

52. Per[t] idem tempus cernens praefatus princeps non sine manu valida et brachio extento Saracenos posse de Gariliano expelli, Landulfum filium suum ad Leonem imperatorem Constantinopolim[u] destinavit: suggerens omnia quae per tot annos ab Agarenis perpessi fuerant mala, orans et supplicans ut dignaretur quantocius afflictae ac desolatae ab eisdem Saracenis patriae subvenire; atque ut[v] illos de Gariliano valeat[w] extirpare, auxilium exercitus sui non dedignetur illi transmittere. Quem imperator et[x] honorifice satis recepit, et cuncta quae suggesserat benigne se impleturum spopondit. Cum interim 910. praedicto Atenulfo defuncto apud Capuam, Landulfus impetrata ab augusto licentia revertitur, atque a fratre Atenulfo multo cum honore recipitur. Imperator autem suae sponsionis non immemor, Nycolaum patricium cui Picingli cognomen erat[y], consequenter ad has partes cum valida Grecorum manu transmisit, eique ut Saracenos Gariliani[z] degentes, funditus deleret[*], mandatis augustalibus imperavit. Veniens igitur praedictus patricius, et fortitudine valida et multa[a] prudentia praeditus, eos primum quos familiares sibi ac foederatos Saraceni habebant, idest Gregorium ducem Neapolitanorum[b], et ducem Caietae Iohannem, patriciatus illis honorem ab augusto deferens, ab eis disiungere studuit; deinde coniunctus praedictis fratribus Landulfo et Atenulfo principibus[c], advocato etiam Guaimario principe Salernitano; Apulis quoque et Calabris omnibus transmarino exer- 916. citui additis, castra super Saracenos iuxta Garilianum ex ista parte metatus est. Quo 914. Ian. cognito papa Iohannes decimus[d] qui triennio[e] ante ex episcopatu Ravennate Romanam sedem invaserat, et[f] ipse unacum Alberico[g] marchione[57], cum valida pugnatorum manu

a) p. princ. At. *ed.* b) propter — essent *add.* 1b. c) Huius — fuerit *desunt* 1. *hic* 1c. *inserit:* Huic Waimarius — curtem pertinentibus. d) *add.* 4. e) Cingula 3. f) ipsum Vulturnum *ed.* g) Hic 1b. *ed.* Hic — destitutum *add.* 1b. h) *v. supra not.* c. i) Waim. 1b. 2. k) castaneis *ed.* l) eiusdem *ed.* m) Hic idem G. 1b. *ed.* n) Guamarius 3. o) Ientiaria 3. p) *add.* 4. q) Hic — transmitteret *desunt* 1. r) p. a. *desunt* 1. s) u. commorati sunt 1. *ed.* t) *totum caput add.* 1b. u) Constantinopoli 1b. *ed.* v) s. utque i. 1b. s. atque i. *ed.* w) valeant 1b. 2. x) *add.* 4. y) *deest* 4. consequenter asciscens, cum v. hunc G. m. ad h. p. t. *ed. et* 1*, *nam in* 1. *abscisa sunt.* z) S. praecipue Gariliano 1*. *ed.* *) delere satageret 1b. *ed.* a) et p. maxima cumulatus, e. 1b. *ed.* b) Neapolitanum 1b. 2. c) p. Capuanis a. 1b. 2. d) *deest* 1b. e) q. tunc ex 1b. q. ex ep. R. tr. ante R *ed.* f) *ita correxi;* et ipsa 4. *desunt* 1b. *ed.* g) Adelberico 3.

mallet episcopo. ANG. 53) ap. Gatt. Acc. p. 44. e Regesto. 54) ib. ex originali. 55) Ita Leo in cod. autographo manu sua scripsit, ut culpam erroris in librarios retorquere non liceat. 56) quod e Reg. edidit Gatt. Acc. p. 45. Roderis nepos Rodelchisae, uxoris Adelferii Rofrid, curtem propter coniurationem contra principem amiserat. Rota in vicinia S. Severini sita fuit. Sarni fl. et oppidum in radicibus Vesuvii montis invenies. 57) Camerinorum et duce Spolet. v. Di Meo Ann. Neap. ad a.899.

adveniens[a], ex altera nichilominus parte consedit; et ita illos[b] hinc inde per tres men- 916.
ses continuos obsidentes[c] ad extremitatem ultimam perduxerunt. Cumque iam Saraceni
fame nimia laborarent, neque ullo modo[d], ullo umquam ingenio se evasuros nostrorum Aug.
manus sperarent, ipsamque iam mortem prae oculis cernerent, consilio tandem supra-
dictorum[e] ducum Gregorii atque Iohannis, omnes domos suas incendunt; sicque facto
unanimiter impetu fugientes, per montes silvasque proximas disperguntur. Quos nostri
instantius persequentes, vix paucissimis aliquot[f] de tanta multitudine evadentibus, omnes
interemerunt, atque hoc modo auxilio et misericordia Dei funditus de partibus istis eli-
minati[g] sunt, anno incarnationis dominicae nungentesimo quintodecimo, indictione tertia[58],
mense Augusto. Per[h] omnia benedictus Deus.

Iohannes abbas vicesimus tertius a beato Benedicto, sedit annis 19[i], mensibus 7.

53. Hic nobilium Capuanorum ortus familia, eo tempore quo praefatus abbas Leo 914. Aug.
decessit, archidiaconátus[k] officio in Capuana ecclesia fungebatur, religiosis plane[l] et
valde honestis moribus praeditus. Sed cum aliquanto tempore congregatio fratrum[m]
quae Teani consistebat, pastore esset proprio destituta, nec inveniretur inter eos aliquis
huiusmodi qui tantae praelationi videretur[n] idóneus, tunc[o] Landulfus et Atenulfus principes[p],
cum monachis ineuntes consilium, praefatum archidiaconum adierunt, eumque tam monitis
quam precibus, ut praedictae[q] congregationis régimen recíperet compulerunt. Quo tandem
annuente, monachus[r] factus, non multópost a fratribus universis iuxta morem electus
est[s], atque a supradicto papa Iohanne honorifice consecratus. Ordinatus[t] itaque abbas,
coepit monére fratres, ut relicta[t*] Teáno, Capuam habitaturi secum pariter pergerent:
quae[u] civitas, et[v] circumpositarum civitatum primária esset, et in ipsa domini eiusdem
patriae principes habitarent. At[w] illi obsecundantes eius imperio, Capuam omnes simul
ad[x] habitandum profecti sunt. Verum in eádem civitate monasterium adhuc non erat
aedificatum; sed in eo loco ubi nunc constructum esse[y] conspicitur, iuxta portam scili-
cet sancti Angeli, perparva nimium[z] erat ecclesia[*], ac secus eam altera[a] nichilominus[b]
parva vilisque domuncula stabat[c] contexta viminibus, ubi tres tantum aut quattuor fra-
tres vetuli morabantur. Hunc[d] siquidem locum Maio[59] abbas sancti Vincentii[e] ad mo- 59
nasterium construendum olim a principibus adquisierat, et eandem quam diximus eccle-
siolam[f] atque domunculam ibi construxerat; sed cum post eum Godelpertus abbas factus
fuisset, locutus cum praedicto abbate nostro[g], permissione seu licentia praefatorum prin-
cipum concambiavit cum eo ipsum locum, recipiens scilicet pro eo locum alium tantun- Nov.
dem ámbitus[h], ubi prius idem Iohannes abbas monasterium nostrum[i] aedificare statue-
rat[60], et[k] consequenter idem[l] Godelpertus ad principes iam dictos accedens, adquisivit[m]
alium locum[n], super ipsum fluvium Vulturnum[61]: et coepit ibi aedificare monasterium Nov. 16.
in honore sancti Vincentii, et monachos qui per diversa fuerant[o] dispersi, inibi congre-
gare, et res atque possessiones ipsius monasterii iam dudum perditas recolligere. Noster[p]
autem Iohannes tam propinquorum quam et[q] amicorum non[r] parvis adiutus solaciis,

a) superveniens 1b. *ed.* b) eos 1b. *ed.* c) o. et ad 4. d) u. ingenio, u. u. modo 1b. *ed.* e) s. imperatorum ducumque 3. f) *add.* 4. g) eliminati — Augusto *abscisa* 1b. *servavit* 1*. h) P. o. b. D. *add.* 4. i) XVIIII et m. 1b. *ed.* k) archidiaconi *ed.* l) r. valde et h. 1. *ed.* m) monachorum 1. 2. n) esset 1. 2. o) bonae memoriae *add.* 1. *del.* 1b. p) A. Capuani p. uná cum monachorum consensu c. 1. A. Cap. p. in. cons. 1b. 2. q) eiusdem 1. *ed.* r) a. mox m. f. nec m. 1. *ed.* s) el. atque a domno Ioh. decimo p. h. c. est 1. el. a. a sup. domno Ioh. papa h. c. est *ed.* t) Factus 1. 2. t*) relicto *ed.* u) Q. videlicet c. 1. *ed.* v) ipsa *add.* 1. w) Qui obs. 1. *ed.* x) s. habitaturi 1. *ed.* y) est, i. 1. *ed.* z) n. et exílis e. 1. *ed.* *) in honore S. B. *add.* 1. *del.* 1b. a) *deest* 1. alia 1b. *ed.* b) similiter 1. *ed.* c) st. de lignis c. ubi 1. *ed.* d) Hunc — recolligere *add.* 1b. e) V. nepos videlicet illius, sub quo monasterium eiusdem Christi martyris incensum supra iam diximus, ad m. 1b. *et* 2, *in quo verba* monasterium — diximus *exciderunt.* f) ecclesiam *ed.* g) Iohanne 1b. *ed.* h) iuxta ecclesiam sanctae Mariae quae nuncupatur Landi magistri *add.* 1b. i) suum 1b. *ed.* k) et — princi *abscisa* 1b. l) ipse *ed.* m) a. ab eis a. 1b. *ed.* n) l. iuxta ipsam civitatem et s. *ed.* civitatem — recolligere *abscisa* 1b. o) d. disp. f. congr. *ed.* p) *ita* 1b. Supradictorum itaque principum ope atque auxilio fretus, ac non minimis tam p. 1. q) *add.* 4. r) n. p. *add.* 1b.

58) A. D. 916, Berengario iam imperatore factum esse, certum videtur, atque is est Iohannis X. annus tertius. 59) Eum noster initio pro nepote Maionis I. habuit, sed postea sententiam mutavisse videtur. Vulturnenses Maioni suo aeque ac Berthario martyrium attribuerunt: quod falsum esse, e cartis monasterii probavit Cl. Muratori ad Chr. Vult. SS. II, 2. p. 408. 60) V. instrumentum ea de re factum anno 7. imp. Constantini, 5. patritiatus Landulfi, 5. Athenulfi principis, mense Nov. ind. 3. quod extat in Chr. Vult. p. 415. 61) 16. *Kal. Dec. anno 5. patritiatus domni Landulfi et d. Athenulfi excellentissimorum principum, ind.* 3. ib.

coepit nichilominus[a] in eodem quo diximus loco monasterium in[b] honore beati patris Benedicti a fundamentis constrúere, atque intra non multum tempus magnam pulchramque ecclesiam, nec non et officinas diversis monasterii officiis congruas decenter effécit[c], ibique quinquaginta et eo amplius[d] victuros regulariter aggregavit. Cuius etiam studio et cura, Dei praecedente gratia factum est, ut monasterium[e] ipsum velociter[f] allevatum, atque diversis intus et exterius opibus ditatum sit. Fecit siquidem ibi inter caetera idem abbas, codicem missalem[g] cum tabulis argenteis deauratis[h]. Euangelium quóque opere[i] simili. Altarium vero in[k] circuitu totum argento sculpto[l] vestivit. Crucem etiam pulcherrimam cum gemmis[m] ac smaltis ad procedendum fecit. Ceroferaria argentea duo.
62 Urceolum quoque cum aquamanili[62] suo similiter argenteum. Vascula aerea[n] ad diversos usus, appendentia libras sexcentas. Codices ecclesiasticos totius anni diversos et multos. Planetas, pluviales, et albas, nec non dalmaticas, universamque tam in ecclesiasticis quamque et in familiáribus usibus supellectilem, sufficientíssime praeparavit.
Eo[o] tempore satis mirabile signum in eodem monasterio contigit. Nam altare maius ipsius ecclesiae ab hora diei tertia usque ad mediam fere noctem tantam aquarum abundantiam guttatim instar sudoris effudit ut omnia eiusdem[p] altaris madefierent indumenta.

54. Apud Casinum vero post[q] renovationem totius maioris ecclesiae, cum aliquot ibi[r] ornamenta ecclesiastica idem abbas[s] fecisset, altarium quoque maius in quo[t] sancti patris Benedicti corpus erat[u] humatum, marmóreis tabulis circumdedit[v]. A praefatis[w]
925. Feb. 23 etiam principibus Landulfo et Atenulfo praeceptum confirmationis totius abbatiae[63] rece-
928. Apr 25. pit[x]. Nec non et aliud[64] de curte[y] Petrae Mellariae cum integro[z] gualdo et castanieto[*], omnibúsque pertinentiis suis, et[a] cum 4 aldionibus cum filiis ac filiabus, et universis eorum. Sciendum[b] autem quoniam praedictam curtem de Petra Mellaria[65] pro cambio nobis dederunt praefati principes, et receperunt[c] curtem sancti Benedicti[d] de
c. 39. Pantano prope Beneventum, et obtulerunt eam in Sancta Sophia, cella[e] videlicet monasterii huius. Hic[f] fecit libellum Adelberto filio Rainerii de Rastello, de aliquot curtibus
c. 47. monasterii[g] huius in comitatu Mutinensi, fundo qui dicitur Persiceta[66], ad iugera octingenta; reddentibus per annos singulos censum solidorum[h] septem. Alium etiam libellum fecit eidem Adelberto de quibusdam possessionibus huius loci in fundo Adili: quique
998. Dec. Adelbertus postmodum obtulit scripto[i] suo[67] in hoc monasterio aliquot alias curtes suas, quae in eodem fundo Ádili[68] tunc ei[k] pertinere videbantur. Obiit autem praefatus[l]
934[69]. Mart. 31. abbas pridie Kal. Aprilis, et apud Capuanum monasterium decenti est sepultura recón-
928. Mart. ditus. Circa[m] hos dies depositus[n] est a Romanis supradictus papa Iohannes invasor apostolicae sedis, et Leo sextus in[o] ea est ordinatus.

Adelpertus vicesimus quartus abbas*, sexto die post[p] sui praedecessoris obitum ab universis fratribus ordinatus, sedit annis 9, ibique apud Capuam et commoratus est et defunctús. Fuit[q] autem temporibus Ste-

*) anno Domini 934. *add.* 2.

a) *add.* 1[b]. b) in honorem b. p. B. *add.* 1[b]. c) fecit *ed.* ibique — aggregavit *add.* 1[b]. d) a. monachos v. 1[b]. *ed.* e) ut i. m. 1. *ed.* quod usque ad id temporis fere nichil fuerat *add.* 1. *del.* 1[b]. *Hic in* 1*. *quat. excidit, usque ad* est Franciscus *c.* 61. f) subito 1. *ed.* g) m. unum c. 1. *ed.* h) d. et gemmis 1. 2. i) q. s. o. decoravit 1. *ed.* k) v. úndique in c. a. 1. *ed.* l) *deest* 1. 2. m) s. ac g. *legi* 1[b]. *signis positis iussit.* n) v. de auricalco vel aere 1. 2 o) Hoc 1[b]. *ed.* Hoc — madefierent *add.* 1[b]. p) o. ind. e. a. m. 1[b]. *ed.* q) p. r. t. m. e *add.* 1[b]. r) a. eccl. orn. 1. *ed.* s) i. a. *add.* 1[b] t) m. ubi 1. *ed.* u) c. h. est 1. *ed.* v) t. albíssimis induit 1. *ed.* w) praedictis 1. *ed.* x) suscepit 1. *ed* y) de petra mellara 1. z) *add.* 1[b]. *) castaneto 1. castaneo 2. a) et 4 aldiones et u. e. *add.* 1[b]. et 4 a. c. f. ac f. suis eorum 2. et 4 a. c. f. ac f. et u. e. 3. b) Sciendum — huius *desunt* 1. c) r. a nobis c. *ed.* d) sancti Benedicti *deest* 2. e) q. vid. obedientia erat m. h. 2. f) Hic — videbatur *add.* 1[b]. g) h. m. 1[b]. *ed.* h) c. septem sol. 1[b]. *ed.* i) o. per scriptum in 1[b]. *ed.* k) t. possidere videbatur 1[b]. 2. l) p. a. *add* 4. m) Circa — ordinatus *desunt* 1. n) expulsus 2. o) in ea est *add.* 4. p) p. depositionem s. p. ab 1. *ed.* q) Fuit — Sergii papae *add.* 1[b].

62) *Aquamanile dicitur vas, super quod cadit aqua, qua abluuntur digiti sacerdotum post sumptionem corporis Christi.* Io. de Ianua. 63) duo ex orig. edidit Gatt. prius brevius Hist. p. 105, alterum amplum Acc. p. 45. 64) ib. Acc. p. 47. datum eodem die quo confirmatio abbatiae. 65) Piedra Molara est vicus prope Teanum. 66) San Giovanni in Persiceta, territ. Bononiensi. 67) quod ex orig. dedit Gatt. H. p. 107. Vir ille longaevus professus est *lege vivere Romana et habitare in comitatu Regense.* Sed nescio an verum viderit Cl. Tiraboschi Hist. Nonant. I. p. 447. quum libellum illum a Iohanne III. non I. factum fuisse coniiceret. 68) *in fundo quod vocatur Casale, comitatu Mutinense in Adile.* 69) ita etiam Ann. Casin. Mon. SS. III. p. 172.

phani[a] septimi papae, et Iohannis papae undecimi, qui fuit filius Sergii papae[70].

55. Quarto[b] abbatis huius anno[c], venientes innumerabiles Ungari super Capuam, 937. omnia in circuitu ipsius vastaverunt[d] ac depraedati sunt. Similiter etiam Beneventi facientes[e], et Sarnum ac Nolam, cunctamque Liburiam discurrentes et devastantes, cum[f] nullus inveniretur qui tantae multitudini resistere posset, iterum Capuam reversi per 12 dies in campo Galliano commorati sunt. Quo[g] videlicet tempore cum[h] multos de nostris hominibus captivassent, non pauca in eis redimendis expendimus, quorum haec summa est. Coronam[71] de[i] argento magnam cum catenis argenteis. Turibulum[k] argen- 71 teum deauratum. Pocula argentea 4. Coclearia de[l] argento tria[m] pondo[n] libre unius. Tarenos[72] 20. Planetam diarodinam[73] de bizanteis 15; aliam[o] cum listis argenteis de bizanteis 16, et aliam cum leonibus. Urnas[74] de pallio 4[p], longitudinem[q] passuum 4, latitudinem[r] palmorum trium. Pannum de altari[s] diarodinum de bizanteis 16[t]. Tapeta optima 16 pro bizanteis 67. Pannum admasurum[75] pro bizanteis 8. Hostiales[76] 3 pro bizanteis 13. Casta- 76 nêas[u,75] duas pro bizanteis 8. Pulvinaria serica tria pro bizanteis 10. Dehinc victoria tanta elati, et praeda tam magna onusti, Marsorum regionem ingressi coeperunt[v] similia facere, incendentes ac depopulantes universa. Omnipotentis itaque nutu et[w] auxilio Marsi ac Peligni simul convenientes, positis insidiis in[x] locis artissimis, irruerunt viriliter[y] super eos, et universos fere interficientes, ingentem nimis praedam in auro et argento ac[z] palliis[*], nec non et diversi generis animalibus, de illorum manibus extorserunt. Quotquot autem illorum evadere Marsorum gladios potuerunt, fuga dilapsi in sua reversi sunt.

56. Huic[a] abbati Iohannes consul et dux Neapolitanorum suo praecepto confirmavit atque concessit ecclesiam sancte Cecilie intra Neapolim sitam in platea quae cognominatur Palmarum[77], antiquitus[b] huic nostro monasterio pertinentem, cum universis omnino 77 pertinentiis eius. Necnon[c] et cellam sancti Severi in Surrento, cum omni pariter substantia ac pertinentia ipsius; sed et cellam nostram de Casa Gentiana, cum gualdo, et terris, et silvis, et omnibus omnino nobis in eodem territorio pertinentibus; et ut in tota civitate Neapoli nullum plateaticum sive portaticum nostri monachi aliquando darent. Eodem[d] tempore Agelmundus quidam nobilis de Vicalbo[78], obtulit huic monasterio curtem suam quae dicitur de Pranduli, cum omnibus pertinentiis eius; aliamque curtem in Patenara cum vineis, et pratis, omnibusque pertinentiis suis. Nec non et omnia quae illi iure haereditario pertinebant, tam in civitate Sorana quam et in castello quod[e] dicitur Sclavi[79]. Sub hoc abbate Iohannes praepositus sancti Liberatoris fecit c. 45. libellum de rebus huius monasterii apud Marchiam in Manuplello[f,80], et Oliveto, et Turri, et in diversis[g] aliis locis; pro quibus recepit solidos ducentos, et centum modios[h] c. 11. terrae in villa Gauleiani[i]. Similiter etiam et Garipertus praepositus diversarum per Marchiam cellarum ab hoc abbate ordinatus, fecit libellum de quibusdam casis nobis pertinentibus in Larino[81]. Hic[k] idem[l] abbas fecit libellum cuidam Grimoaldo de 81 Camerino de cunctis[m] rebus huius monasterii quae sunt in pertinentia Termulensi, intra Bifernum videlicet et Asinaricum fluvios, et villa de Guilliolisi, et mare; receptis ad praesens pro pretio solidis centum, pro censu vero annuali solidis octo.

a) St. VII. p. et *desunt* 1^b. b) *totum caput add.* 1^b. c) indictione decima *add.* 1^b. 2. d) v. ac *add.* 4. e) fecerunt, usque Sarnum ac Nolam discurrentes, et devastantes omnia, cunctamque L. peragrantes 1^b. *ed.* f) cum — posset *desunt* 1^b. 2. g) Quo — bizanteis 10. *add.* 1^c. h) t. m. de n. h. captivos duxerunt; in quibus recolligendis multa e. 1^c *ed.* i) C. magnam cat. arg. 4. k) Pocula a. q. Turib. a. d. C. 1^c. *ed.* l) C. argentea *ed.* m) tres 1^c. n) penso 1^c. 2. o) a. planetam c. l. a. de b. s. Aliam planetam c. 1^c. *ed.* p) *deest ed.* 4. q) longitudine 1^c. *ed.* r) latitudine 1^c. *ed.* s) P. altaris 1^c. de altare *ed.* t) b. 67. Pannum a. 4. u) astaneas 2. v) i. s. f. c. 1^b. *ed.* w) et a. *add.* 4. x) in l. a. *desunt* 1^b. 2. y) *add.* 4. z) *deest* 1^b. 2. *Reliqua post* palliis *abscisa sunt* 1^b. *) p. ac tapetis n. 2. a) *Et hoc caput add.* 1^c, *ita ut primo loco ponat:* Sub hoc — Larino; *sequantur:* Huic — darent. b) tiquitus — monasterio *abscisa* 1^c. c) Sed 4. d) Eodem — Sclavi *desunt* 1. e) qui *ed.* f) Manupello 3. g) a. d. l. 1^c. *ed.* h) modia de terra 1^c. *ed.* i) Guaielani 3. k) Hic — octo *desunt* 1. l) ipse *ed.* m) omnibus *ed.*

70) cf. Liutpr. II, 48. Stephanus VII. a. D. 930. mortuus est. 71) sc. cereis sustinendis aptam. 72) moneta aurea, quam a Tarento nomen traxisse putat Ducangius. 73) i. e. coloris rosei. 74) pro *orla* seu *orula*, limbus. DUCANG. 75) haec Oedipum suum expectant. 76) quae infra II, 102. hostiaria, ad ostia aedium sacrarum appendenda DUC. 77) ubi nunc est ecclesia sanctae Mariae Palmarum. ANG. 78) v. infra II, 6. 79) Schiavi inter Alvitum et Arpinum extat. 80) nunc Manupello audit. 81) Larino, in Capitanata, a Biferno fl. non multum distat.

942. Baldoinus[a] abbas[b] quintus[c] et vicesimus a beato Benedicto. Fuit[d] temporibus praedictorum principum Landulfi et Atenulfi, et fratris
944. Ian. 21. eius Landulfi. Iste recepit privilegium a domno Marino papa secundo[82] de consuetúdine monasterii huius[e].

57. Huius[f] papae temporibus Sico episcopus Capuanus homo[g] utique et saecularis et inlitteratus, contra divína humanáque statúta ágere non formidans, ecclesiam sancti Angeli in[h] loco qui antiquitus Ad arcum Dianae[83] appellabatur[i], nunc vero nuncupa-
84 tur[k] Ad formam[84], quam videlicet[l] praedecessor ipsius monacho nostro ad monasterium ibi construendum iam dudum concesserat, violenter áuferens, cuidam diacono suo in beneficium tradidit[m]. Quod cum auribus praedicti venerabilis papae Marini per eundem monachum relatum[n] fuisset, apostolicae mox auctoritatis litteras episcopo praefato trans mísit[85]; quibus ácriter in illum invectus, et de cánonum ignorantia, et de inscítia litterarum, et de familiaritáte saecularium, quin[o] etiam et de temeraria[p] transgressióne[q] constitutórum praedecessoris sui eum districte redarguit. Mandat etiam, ut absque[r] áliqua mora, praefatam ecclesiam monacho illi restituat, ut in ea sicut ab antecessore suo sub anathematis etiam obligatione dispositum fuerat, monasterium fiat; quod videlicet monasterium, tam ab ipsius episcopi, quam et ab omnium[s] sibi succedentium ex tunc et[t] déinceps inquietúdine ac molestia liberum, sub custodia et potestate monasterii sancti Benedicti, quod tunc in Cápua erat perpetuo permansurum constítuit; diaconum vero illum cui praedictus episcopus eandem ecclesiam concesserat, praeter in servitio altaris, ab omni prorsus[u] eiusdem episcopi consortio privatum esse percensuit. Quod si omnibus his aliquátenus inobediens esse[v] praesumeret, sacerdotali se honore privatum ex[w] tunc, et excommunicationis vinculo innodatum sciret[x].

86 58. Per[y. 86] idem tempus cum monasterium sanctae Sophiae de Benevento principum violentia[z] ab hoc coenobio subtractum esset[*], hic idem abbas ostensis Romanorum pontificum regumque praeceptis, qui praedictum monasterium in hoc loco firmáverant, recollegit protinus[a] illud, et sub monasterii[b] huius dicione redegit. Sed[c] cum non multo post a supradicto papa Romae evocatus fuisset, eique quoniam magnae erat[d]
87 prudentiae, abbatiam sancti Pauli ídem pontifex commisisset[87], rursus a principibus monasterium sanctae Sophiae pervasum, et a nostra potestate[e] subductum est. Sub his
946. Mart. ferme diebus, cum defuncto Marino[f] Agapitus in sede apostolica successisset, eique super hoc idem abbas conquestus fuisset, scripsit protinus praefatis[g] principibus idem apostolicus increpans eos acriter cur talia agere praesumpsissent: monens pariter et obsecrans, ut idem monasterium nostro[h] abbati sine aliqua mora ex integro restituerent.

a) *hinc pergit* 1. b) genere Francus *add.* 1. 2. c) vic. quintus 1. *ed.* d) Fuit — eius Landulfi *add.* 1[b]. e) *deest* 1. f) His t. 1. 2. g) h. u. et s. et i. *desunt* 1. 2. h) A. quod tunc ad 1. 2. A. quod ant. ad 3. i) a. quia templum ipsius (t. eiusdem Dianae 1[b]. 2.) inibi fuit, n. 1. 2. k) v. ad f. dicitur 1. *ed.* l) q. p. suus, ex longo iam tempore (e. l. i. t. *add.* 1[b].) m. n. ad c. ibi m. concesserat (tradiderat 1. *corr.* 1[b].) 1. *ed.* m) concessit 1. dedit 1[b]. *ed.* n) intimatum f. mox ap. a. 1. *ed.* o) q. e. *add.* 4. p) praesumptiva 1. *ed.* q) *deest* 4 t. p. s. c. 1. *ed.* r) sine 1. *ed.* s) ab universorum successorum suorum ex 1. *ed.* t) *deest ed.* u) o. cons. ei. ep. priv. 1. *ed* v) esset, et s. 1. *ed.* w) e. t. *add.* 4. x) sciret. Aliud etiam priv. — monstraverat 1. sciret. Hugonis quoque *etc.* 2. *v. cap.* 59. y) *totum caput tribus versibus continebatur in cod.* 1. *ita:* Atenulfus etiam . . . . . . praeceptum suum (?) in hoc coenobio imperpetuum confirmavit; *quibus partim erasis haec* 1[b]. *scripsit.* z) v. per annos aliquot ab 1[b]. *ed.* *) fuisset 1[b]. *ed.* a) *add.* 4. b) s. d. m. h. r. 1[b]. *ed.* c) Post haec cum (idem abbas *add.* 1[b].) a. s. domno Marino p. 1[b]. *ed.* d) m. prud. ac potentiae videbatur 1[b]. 2. m. prud. vid. 3. e) dicione 1[b]. *ed.* f) M. praefatus A. 1[b]. g) praedictis 1[b]. *ed.* h) praefato 1[b]. *ed.*

82) quod e Petri reg. edidit Gatt. H. p. 94. 83) Dianae Tifatinae (a Tifata monte proximo) templum ibi fuisse, et si auctores silerent omnes, ex solis lapideis literatis monumentis, ibidem abhuc extantibus, habere potuit. ANG. cf. Vell. Pat. II, 25. 84) In nostro tabulario servatur codex membranaceus, titulo Regesti Sancti Angeli ad Formas, in quo coloribus expressae principum, comitum, abbatum imagines, antiquarum rerum studiosis non iniucunda praebent argumenta vetustatis. ANG. 85) quas edidit Tosti Hist. Cas. I. p. 217. s. d. Ibi vocat S. Angelum de monte. 86) In hoc cap. ordo rerum et temporum magnopere turbatus est. Nam Atenulfum principem A. D. 943. obiisse constat, ut nomen eius in epistolam Agapiti errore scribae irrepsisse videatur. Ex his litteris quas e Petri reg. ed. Gatt. H. p. 53. initium capitis desumptum est. Cf. Leonis relationem de cella S. Sophiae ap. Gatt. H. p. 54. Utramque epistolam suspectam habet Di Meo. Stef. Borgia edidit sententiam latam a iudicibus Beneventanis sub Landulfo II. a. 945. qua mon. S. Sophiae eximitur a ditione Magelpoti abbatis et monasterii Casinensis, Mem. di Benev. III. p. 23. 87) Id in epistola non legitur; cf. infra II, 1. Eum iam 940. S. Pauli abbatem fuisse, e vita S. Odonis II, 22 probavit Cl. Mabillon in Ann. O. S. B. III. p. 470.

Quod si aliter agerent[a], scirent se continuo[b] vinculo anathematis illigandos[c]. Cuius[d] imperio parens confestim[e] Atenulfus princeps, et ipsum monasterium abbati nostro reconsignavit[f], et per proprium[g] praeceptum[89] quemádmodum a domno Arichis primitus hic oblatum fuerat[h], in hoc coenobio imperpetuum confirmavit, cum universis profecto quae ibi postmodum concessa sunt, sive a singulis principibus sive a ceteris quibusque fidelibus[90]. Quo etiam tempore octo familias[i] hominum in cella sancti Benedicti de Caudis ab eodem abbate rogatus concessit[91]. Necnon et aliud praeceptum illi de totius abbatiae pertinentiis fecit[92].

943. Ian. 30.

943. Ian. 30.

59. Circa[k. 93] hos dies cum monasterium quoque nostrum quod tunc apud[l] Capuam erat sub sua iam dicione cupiditatis seu lucri gratia principes redegissent, et hac occasione fratres ibi degentes quodammodo[m] seculariter viverent: cognito hoc supradictus[n] papa Agapitus per suggestionem nostri[o] abbatis, mandat confestim[p] praefatis principibus apostolicae auctoritatis acres nimium litteras; redarguens vehementer et increpans eorum nequitiam cur tantum nefas committere ausi fuissent; praecipiens insuper, ut nullam ulterius in eodem monasterio dominationem exercere praesumerent. Monachi vero universi ad pristinum[q] cenobium Casinense[r] cum universis monasterii rebus protinus reverterentur: ibidem sub abbate proprio regulariter Domino servituri; duobus dumtaxat vel tribus senibus fratribus in Capuae monasterio relictis. Quod si vel principes vel certe monachi aliter agere praesumerent, aut aliquis aliquid de rebus eiusdem monasterii pervadere[s], vel aliquam inde ordinationem[t] praeter abbatem facere temptarent, scirent se nisi resipiscerent auctoritate apostolica excommunicandos. Ab[u] eodem quoque sáncto pontifice adquisivit praefatus abbas privilegium de monasterio sancti Stephani iuxta Terracinam[94], quod beatus Benedictus sicut in víta ipsius legitur, per visionem mirabiliter apparens, aedificari monstráverat.

93

955. Oct. 16

Greg. Dial II, 22.

Hugónis[v] etiam[w] et Lotharii regum, de universis huius loci possessionibus ad hunc abbatem praeceptum confirmationis habetur[95]; quique reges, eo tempore monasterium[x] sancti Angeli de Barregio ab Agarenis destructum ad pristinum statum revocare desiderantes, universa inibi quae priores reges eidem regia donatione contúlerant, praecepto proprio firmaverunt[*].

943. Mai. 15.

*) His porro temporibus, cum Cinglensis ecclesia a Saracenis divastata fuisset, Iohannes eiusdem cellae praepositus, quicquid subpellectilis vel thesauri quoquo modo subripere potuit assumens, cum consensu abbatis nostri Capuas pergit, atque ibi monasterium construere coepit. Quo etiam tempore venerabilis papa Marinus eandem ecclesiam sanctae Mariae de Capua, cum omnibus possessionibus suis Casinensi coenobio per privilegium ex integro confirmavit[96]. Quod id ipsum similiter confirmaverunt, Iohannes quintus decimus, Benedictus octavus, Benedictus

a) facerent 1[b]. *ed.* b) *add.* 4. c) innodandos 1[b]. *ed.* d) Huius *ed.* e) protinus 1[b]. *ed.* f) restituit 1[b]. *ed.* g) suum 1[b]. *ed.* h) f. cum omnibus quae ibi postmodum a singulis pr. concessa sunt, in h. c. i. c. Quo 1[b]. *ed.* i) f. liberorum h. 1[b]. 2. k) Circa — excommunicandos *add.* 1[b]. l) *deest ed.* m) omnino 1[b]. 2. n) h. idem sanctissimus pontifex per 1[b]. o) s. venerabilis abbatis Balduini, m. 1[b] p) m. nichilominus supradictis p. 1[b]. q) proprium 1[b]. *ed.* r) C. relictis ibi duobus tantum aut tribus (a. certe t. 1[b].) senibus fr. cum omnibus m. servituri. Quod 1[b]. *ed.* s) invadere 1[b]. *ed.* t) o. p. a. f. t. s. se *desunt* 2. u) Aliud etiam priv. adq. p. a. ab Agapito nichilóminus papa secundo de 1. *non hic sed in fine cap.* 57 Aliud e. p. a. p. a. ab eodem s. p. de *ed.* v) Hugonis — firmaverunt *in cap.* 57. *collocat* 2. w) quoque 1. *ed.* x) t. praeceptum proprium monasterio s. A. de B. facientes (idque ab Agarenis desolatum a. p. s. r. volentes *add.* 1[b]. *ed.*), universa inibi (ibi 1.) q. p. r. e. r. d. c. firmaverunt. 1. *ed.*

89) quod ex orig. dedit Gatt. H. p. 52. 90) Eorum ibi nulla mentio fit. 91) Verba ipsius praecepti in reg. num. 208. sunt haec: *Per rogum Balduini venerabilis abbatis carissimo patri nostro concessimus in ecclesia sancti Benedicti quae est cella in loco Caudi, hos homines libertos, Leonem, Bernardum, Lupum* etc. ANG. 92) Gatt. Acc. p. 52. ex orig. 93) ex epistola Agapiti papae s. d. ad Landulfum principem, quam e reg. edidit Gatt. H. p. 90. 94) e reg. edidit Tosti Hist. Cas. p. 219. Mirum videtur, a Romanis pontificibus Baldoinum pro abbate Casinensi haberi, dum Casini Maielpotus et Aligernus et nomine et munere fungerentur; quem tamen coabbatem appellat Hugo Farfensis, loco quem e Cl. Muratorii Diss. 73. integrum apponimus: *Casinense quoque monasterium sub illius* (Oddonis abb. Clun.) *magisterio ad normam regularis ordinis redactum est, quod in vastatione supradictorum Agarenorum destructum fuerat, sicut pleraque ut praefati sumus monasteria regni Italici. Ibi denique praeposuit discipulum suum, venerabilem abbatem Baldunum nomine; cui successit in regimine suus condiscipulus atque coabbas Aligerius almifieus pater, quem ipse a primaevo erudierat regulari tramite in supra nominato Aventino* (S. Mariae) *monasterio: per quem ad culmen iam dictum recuperatum est monasterium, quem plures viventes recolunt.* 95) tria eodem die data edidit Gatt. Acc. p. 48 sqq. 96) in eodem privilegio cuius supra Leo meminit.

Per[a] eos dies cum Basilius imperialis protospatharius esset apud Salernum, ex praecepto abbatis adeuntibus illum monachis nostris, cartam[b] restitutionis atque[c] confir-
97 mationis fecit[97] de omnibus pertinentiis monasterii huius per totam Apuliam, quas videlicet[d] eo tempore perditas habebamus: hoc[e] est ecclesiam[f] sancti Benedicti de Lesina
c. 22. cum omnibus pertinentiis suis, et casas aliquot[g] intra eandem civitatem; piscariam de Lauri, et aliam piscariam ibidem; in Asculo[98] casam solariatam, et curtes, et puteos; ad Melessanam[h] curtes, et puteos; ad Sanctum Iohannem in Ruliana[i] curtes; ad Sanctum Decorentium terras; in Canusio[k] veteri ecclesiam sancti Benedicti, et molendinum,
99 et curtes; in Minervio[l, 99] speluncam ubi est ecclesia sancti Salvatoris, et terras; in Andre[1] vineas et olivas; in rivo qui dicitur De monacho, curtem. Haec omnia praefatus Basilius reconsignari fecit fratribus nostris, confirmans eadem nobis[m] per cartam proprio sigillo bullatam, et[n] interdicens ne quis amplius invadere illa praesumeret.

2 Maielpotus abbas vicesimus sextus, sedit[o] annis sex[2, **].

943. 60. Hic de praepositura monasterii huius abbas effectus, recepit a praedicto principe Landulfo praeceptum de omnibus generaliter rebus ac[o*] possessionibus huius monasterii. Necnon de terris et fundis in Liburia, loco qui dicitur Ad Trefone[p], tam nostro monasterio,
944. Aug. 30. quam et eius palatio in loco ipso pertinentibus[3]. Aliud etiam praeceptum[4] fecit idem[q] princeps huic abbati specialiter de aqua Saonis[r] fluvii[5] et ceterarum aquarum cum ripis et limitibus suis, et de feminis liberis quae essent servis monasterii copulatae: necnon et
945. Aug. de pertinentia seu[s] confirmatione abbatiae totius. Sub hoc abbate, Leo quidam presbyter civitatis Larinensis qui postea episcopus factus est[6], obtulit huic monasterio ecclesiam sancti Benedicti quae sita est intra eandem civitatem cum omnibus rebus ac[o*] per-
952. Mai. 6 tinentiis suis; quam etiam postmodum tempore Aligerni abbatis praefatus princeps[t] in hoc monasterio praecepto[u] suo firmavit[7]. Item[v] Iohannes quidam monachus[8] natione Capuanus obtulit in hoc loco ecclesiam sancti Viti quae constructa est in monte sancte
10 Agathe supra Capuam[9], prope locum qui dicitur Ferruzanum[10], cum aqua[w], et molendinis, et cum omnibus omnino[x] eiusdem ecclesiae[y] pertinentiis, necnon et universis mobilibus et immobilibus suis. Hic abbas[z] fecit libellum cuidam Aregisi Teanensi de ecclesia sancti Adiutoris in[*] Alifa cum omnibus pertinentiis eius, et de[a] silva quae appellatur[b] Catulisca, et de[a] aliis possessionibus[c] nonnullis quas in eiusdem civitatis territorio tenere videbamur: receptis ab eo preter annualem censum bizanteis[d] quattuor. Cuidam[e] etiam Urso iudici[f] fecit libellum in annis quindecim, de omnibus aquis, et piscariis, seu terris de tota pertinentia Lesinensi: pro tribus bizanteis, et quadringentis anguillis bonis per annos[g] singulos mense Novembrio[h]. Post transitum igitur eiusdem[i] abbatis, cum convenissent in capitulo monasterii Capuani domnus Adelbertus[k]

nonus, Leo, ac Stephanus nonus: abbatibus nostris Balduino, Aligerno, Mansoni, Atenulfo, Theobaldo, ac Friderico[11] *add.* 2.

12 **) Fuit temporibus imperatorum Romanorum et Nycephori[12] *add.* 2.

a) *hic in cod.* 1. *sequebatur cap.* 61. *quo signis positis ablegato* 1b. *in marg. adnotavit:* Maielpotus abbas hic scribatur. *Sequentia desunt* 1; *in cod.* 2. *scribuntur in medio cap.* 60; *cap.* 58. 3 (?). Basilius quoque i. p cum esset a. S. adeuntibus 2. b) cartulam *ed.* c) et *ed.* d) *deest ed.* e) id *ed.* f) ecclesia 4. g) a. dirutas i. *ed.* h) Malessanam 4. i) Rulliana 4. k) in Andre. vineas et olivas. C. 4. l) Monorbino 4. m) *deest ed.* n) et i. ne q. a. i. i. p. *desunt ed.* o) sedit — praeditus *(in fine c.* 60.*) diversis vicibus addita sunt, erasis quae* 6 *versibus prius scripta fuerant* 1. o*) et 1b. *ed.* p) ad Treffone 3. Atrefone 4. q) f. idem abbas princeps huic a. 4. f. praedictus p. eidem a. 1b. *ed.* r) Saconis 4. s) s. c. *add.* 4. t) p. Landulfus in 1b. 2. u) s. p. 1b. *ed.* v) Similiter etiam quidam I. m. 1b. *ed.* w) c. ipsa aqua 1b. *ed.* x) *deest* 4. y) loci 3. z) *add.* 4. *) de Alife 1b. *ed.* a) cum 1b. *ed.* b) dicitur 1b. *ed.* c) n. p. 1b. *ed.* d) bisanteis 1b. vis. *ed.* e) Cuidam — Novembrio *desunt* 1. f) *deest* 3. g) p. s. a. *ed.* h) N. Basilius quoque imp. protospatarius *etc.* 2. *v. cap.* 59. i) eius cum 1b. supradicti a c. *ed.* k) Adelpertus 3.

97) Reg. num. 112. Cuius tamen tempora vel interpretis Latini vel imperitia librarii nullo modo consistunt. ANG. 98) sc. Appulo. 99) Minervino. 1) Andria. 2) electus vivente Baldoino cui subiectus mansisse videtur. 3) Regest. num. 210. ANG. 4) quod ex orig. ed. Gatt. Acc. p. 53. 5) qui olim Savo vocabatur, v. Statium Silv. IV, 66. Plin. III, 5. ANG. 6) Termulensis et Triventi; pseudoepiscopus vocatur in privilegiis principum. Cartam Leonis e reg. edidit Gatt. H. p. 130. 7) Gatt. Acc. p. 55. ex orig. 8) Regest. num. 211. ANG. 9) Primitus appellabatur mons Tifata, nunc dicitur mons sancti Nicolai ab aedicula in eius cacumine extructa; ubi olim munitissima fuit arx. ANG. 10) Adhuc dicitur *Ferrazano*, sed non adiacet monti sanctae Agathae, a quo intermeante Vulturno fluvio dirimitur. ANG. 11) Horum aliorumque pontificum privilegia collegit in suo regesto Petrus Diaconus n. 12. 14. 15. 16. 18. 20. et 21. videndus etiam n. 39. et 41. ANG. 12) imperavit ab a. D. 963.

egregius praesul ecclesiae Capuanae, et domnus Ardericus[a] Teanensis episcopus, Leo quoque venerabilis abbas sancti martyris Christi Vincentii, necnon et nobilissimi iudices praedictae civitatis Arechis et Sadelfrid, et Adenulfus[b] castaldeus[13] vir[c] strenuissimus, 8.[d] Kal. Novembris, omnibus unanimiter annuentibus atque laudantibus electus est ab 949. Oct. 25. universis fratribus cum ingenti[e] voto[f] atque letitia in abbatem, domnus Aligernus praepositus tunc monasterii huius, vir plane[g] venerabilis et valde honestus, ét tam divina scientia[h] quam seculari prudentia práeditus.

61. Operae[i. 14] pretium sane videtur hoc in loco, quoniam ad id temporis decurrens pertinxit historia, qualiter regnum Italiae a Francis ad Teutónicos sit translatum, compendióse perstríngere. Denique[k] post mortem Ludowici filii Lotharii de quo superius plura iam diximus, qui videlicet cum fratribus[l] Lothario et Carlitto Francorum regno partito, Italiam[m] per tempora[n] aliquot retinúerat, Berengarius[o] Foroiulensis[p], filius 875. Aug. 12. 888. Everardi[q] marchionis Italiae regnum invasit: sed mox in ipsis suis primordiis, a Guidóne filio Guidonis cómitis duobus[r] praeliis superatus, Veronam tandem[s] aufúgit*. Guido autem cum per annos[t] circiter sex regnum obtinuisset, vomitu[u] cruoris extinctus[15], reliquid[v] illud filio suo Lamberto[w]. Quo etiam similiter[x] post sex annos[16] defuncto, Ludowicus filius Bosonis regis Provinciae regnavit per annos tres. Contra quem rursus filius regis Burgundiae Rodulfus nomine Italiam venit[y]. Interea[z. **] Iohannes papa undecimus[*. 17] iunctus[a] magnátibus Italiae, dépulit exéa Rodulfum; et mittens invitavit Hugónem[b] Aquitániae ducem, qui tunc et prudentia maxima et virtute multa pollebat. Qui rex protinus ordinatus, unácum filio Lothário strenue satis ac viríliter Italiae regnum per aliquot annos obtinuit. Cum hoc Hugóne[c] venit Italiam Azzo[d] comes Burgundiae[e], avunculus Berardi illius[f] qui cognominatus est Franciscus[g], a quo videlicet Marsorum comites procreati sunt. Non multópost[h] idem[i] Hugo coronato filio, et nobilíssima illi cóniuge Adelaide[k] ex[l] proceribus Tusciae coniuncta, cum iam[m] ab eo útpote senex vilipendi coepisset, et molestias quasdam atque ingratitúdines pati, relicto ei regno, ipse in Burgundiam cum omni thesauro suo[n] recessit; ibique monasterium de propriis sumptibus exstruens[o], quod Sanctus Petrus de Arlę nuncupatur, illudque sufficientissime ditans, in eodem monachus est effectus. Lotharius déinde post quattuor ferme annos in subitam frénesim íncidens, ultimam diem explevit: et ita ipse Francorum regibus[p] déinceps in Italia regnandi terminum dedit. Quo[q] defuncto, uxor eius Adelais[r] ad Attonem[s] propinquum suum[t] in Canussam arcem munitissimam[u] confugit. Cum interea

894. 898. 900. 922. 926. 931. 946. 950. Nov. 22.

*) Tunc temporis defuncto supradicto Agapito papa secundo, Ioannes XI.[18] natione Romanus, 955 Alberici Romanorum consulis filius, illi in pontificatum succedit *add.* 2.

**) Post haec supradictus Ioh. 2.

a) Hard. 4. Ard. ep. 1b. *ed.* b) Atenulfus 3. 4. c) v. s. *add.* 4. d) 8. K. N. *desunt* 4. e) maximo 1b. *ed.* f) gaudio 1b. 2. g) *add.* 4. h) *deest* 1b. 2. i) Hoc loco qualiter r. (Italiae *add.* 1b. *ed.*) a F. ad T. s. t. non videtur otiosum c. p. 1. *ed.* *Hoc caput noster ante Maielpotum scripserat, unde signis appictis huc transtulit.* k) *deest* 1. 2. l) *ita* 1b. c. fratre Lothario F. 1. m) I. felici sorte p. 1. 2. n) tempus 1. *ed.* o) r. invasit r. I. Ber. F. f. E. m. sed 1. *ed.* p) *add.* 1b. Foroiuliensis *ed.* q) Eberardi 2. Evardi 3. r) d. p. *add.* 1b. s) *add.* 1b. t) *ita* 1b. p. non longum tempus r. 1. u) v. c. e. *add* 1b. v) tradidit 1. 2. w) Iamperto 3. x) *ita* 1b. e. non multópost d. iterum Berengarius regnum invasit. Contra 1. y) v. cum intérea Berengarius interemptus a suis est 1. *expunxit* 1b. z) Post haec I. 1. *) p. tertius decimus 1. a) i. cum m. 1. *ed.* b) ugónem 1. *corr.* 1b. c) Ugone 1. *ed.* d) A. c. a. *add.* 1b. e) *deest* 1. 2. f) *add.* 1b. g) F. propinquus eíusdem regis, a 1. 2. *hic incipit quat. XVI. cod.* 1*. h) multó *add.* 1b. i) praefatus 1. *ed.* k) Adhel. 1. *corr.* 1b. l) e. p. T. *add.* 1b. m) c. ab eódem u. s. aliquas iam coepisset molestias a. i. p. 1. *ed.* n) s. et universis divitiis r. 1. *ed.* o) s. ditissimum cónstruens q. S. P. de A. n. in eodem 1. *ed.* p) regum 1. q) *ita* 1b. dedit Berengarii deinceps filius Albertus strenuissimus valde vir paterno exemplo regnum invádens (*corr.* Berengarius d. cum filio Alberto strenuissimo v. viro), captam reginam Adhelaidem in domum suam induxit, fácile se per eam universum regnum plenius adepturum ac retentúrum existimans. Propter quod universi Italiae principes valde commoti, mandant Alberto, ut dominam suam reginam nisi forte velit infensas et iras omnium experiri, nullo amplius pacto retineat; sed quocumque velit ire, honorifice illam dimíttat. Dimissa igitur regina, ultra montes ad suos affines revertitur, atque ad Ottónem Saxóniae ducem legatos protinus dirigens, coniúgium illius sortitur. Qui mox exércitu valido aggregato, Itáliam venit, et expulso atque fugato Alberto, tali regnum occasione arrípiens, Teutónicis 1. r) Adelachis ad Ottonem 3. s) A. quendam 1b. t) *deest* 4. u) a. valde m. 1b. *ed.*

13) Aquinensium; v. infra II, 1. 14) hoc caput e regum catalogis et vulgi narrationibus consarcinatum erroribus scatere apparet: singula notare superfluum duximus. 15) cf. Mon. SS. III. p. 202. 16) sc. postquam imperator factus est, a. D. 892. 17) immo decimus. 18) immo XII. sed in catal. Petri XIII. Mon. SS. III, 219. Hic alterum cum altero confudit.

praedictus[a] Berengarius cum filio Alberto strenuissimo viro[b] rursus regnum invadere cupiens, ac per hoc praedictam reginam capere modis omnibus satagens, per triennium ferme praefatam arcem obsedit. Atto[c] vero[d] interim cum regina consilio habito, nun- 955. Aug. 10. tium ad Ottonem Saxoniae ducem, Ungarorum tunc victoria gloriosum transmittunt, qui ei omnia quae circa illos[e] gerebantur referens, oraret quatinus ad Italiam confestim transire, eosque de Berengarii obsidione liberare, reginamque ipsam in coniugium simul cum regno deberet recipere. Iam fere praedicta arx ad deditionem hostium cogebatur: cum ecce dispositione Dei nuntius a regina[f] transmissus subito rediit, et quoniam propter diligentissimam obsidionem nullus illi in arcem patebat[g] ingressus, litteras et anulum quem a duce detúlerat callidus[h] arciger clam sagittae inseruit, ac[i] nemine id suspicante in arcem illa[k] traiecit. Quarum[l] videlicet litterarum tenor huiusmodi erat quod idem dux[m] iam transitis Alpibus Veronam venisset, eiusque filius Litulfus Mediolanum[n] se praecessisset; in proximo illis venturo auxilio viriliter agerent; se tam de coniugio quam et[o] de aliis regni utilitatibus pro illorum voto auxiliante Deo facturum. Quid[p] pluribus? Evestigio duce veniente et fugato Berengario atque Alberto[q] soluta obsidio est, captis duabus Berengarii[r] filiabus, atque in Teutonicam terram transmissis exilio; 951. moxque Adelaidis[s] coniugium Otto sortitus, Teutonicis regibus ex tunc et déinceps in Itália regnandi initium extitit, ac[t] non multópost Romam ingressus, coronam imperii de manu[u] Iohannis[v] duodecimi papae recepit, anno scilicet[w] incarnationis dominicae 962. Feb. 2. nongentesimo[x] sexagesimo secundo[y].

Nos itaque iam sicut[z] in praefatione[*] huius operis dixisse reminiscimur, tempus est ut primo huic libello terminum demus; non[a] ignorantes quod ita certe libri termino lectoris refocilatur intentio, quemadmodum[b] viatoris labor hospitio. Simul etiam[c] dignum censemus[d], ut restauratio: immo ut sic dicamus reinchoatio tanti monasterii, una[e] cum novo abbate, sui libri exordium[f] habeat, et[g] sequentia tempora, sequentis quoque libri narrationibus annuente[h] Domino prosequantur.

EXPLICIT[i] LIBER PRIMUS.

INCIPIUNT[k] CAPITULA LIBRI SECUNDI.

a) *deest* 1^b. b) s. valde v. 1^b. *ed.* c) Quam cum ad deditionem fere iam coegisset, nuntius qui interim ab Attone atque regina ad O. S. d. (U. t. v. g. *add.* 1^c.) transmissus fuerat, ut ad Italiam venire, eosque de B. o. l. r. i. c. deberet recipere, subito rediit 1^b. d) *add.* 4. e) illam g. referret, eumque oraret *ed.* f) D. t. a. r. n. *ed.* g) dabatur 1^b. *ed.* h) callide satis s. 1^b. *ed.* i) et arrepto arcu n. 1^b. *ed.* k) illam *ed.* l) Tenor itaque l. h. 1^b. *ed.* m) d. cum exercitu i. 1^b. 2. n) Mediolani 4. o) *add.* 4. p) Q. p. *add.* 4. Ev. igitur d. 1^b. *ed.* q) Alperto 3. r) eius 1^b. *ed.* s) Adhelaidis 1^b. 2. t) ac — recepit *add.* 1^b. u) manibus 1^b. *ed.* v) m. pontificis Romani r. 1^b. m. Ioh. XII. pont. R. r. *ed.* w) videlicet 1. *ed.* x) nungentesimo 2. y) *Hic* 1. *ita pergebat:* Huic praetérea abbati, quoniam magnae prudentiae ac potentiae erat, abbatia sancti Pauli de Roma concessa est; *v. c.* 58. *Quibus erasis* 1^b: Quo etiam anno defuncto Romanó imperatore Constantinopolitano, Nycephorus ordinatus est. Nos itaque — habeat. z) sicuti 1^b. *ed.* *) praefatiuncula 1^b. *ed.* a) d. nam ita 1^b. *ed.* b) sicut 1^b. *ed.* c) etiam novis Greciae atque Italiae imperatoribus, novum abbatem nostrum associantes, sequentia illorum tempora liberius libri sequentis narrationibus prosequemur. Dignum praesertim existimantes, ut 1^b. d) existimamus *ed.* e) u. c. n. a. *desunt* 1^b. f) inchoationem seu exordium annuente D. h. 1^b. *ed.* g) et — prosequantur *desunt* 1^b. h) a. D. *deest ed.* prosequantur *ed.* 4. *an* prosequamur? i) *ita ed.* k) *Inscriptiones ego addidi. Index cap. deest in cod.* 1. *ubi nulla est librorum distinctio.* l) renuntius 2. m) *deest ed.* n) venit *ed.*

12. *De introitu Mansonis abbatis.*
13. *De quorundam oblationibus seu libellis.*
14. *Qualiter Laidulfus princeps eidem abbati iuraverit, et quid illi*[a] *concesserit.*
15. *Quomodo Landulfus de Sancta Agatha*[b] *princeps factus huic abbati iuraverit, et quales ei concessiones fecerit.*
16. *Qualiter sit a Capuanis deceptus atque caecatus.*
17. *De adventu sancti Adelberti ad hoc monasterium.*
18. *Item de adventu sancti Romualdi et sancti Bonifacii ad hunc locum.*
19. *Qualiter huc comes Olibanus venerit.*
20. *Qualiter vel qua de re Iohannes abbas ultro abbatiam dimiserit, et de libellis ipsius.*
21. *Qualis visio in eius obitu visa sit.*
22. *Qualiter abbas Iohannes huc venerit, et cur Ierusolimam ierit, et quomodo per visionem de reditu monitus abbatiam receperit*[c].
23. *De Sancta Maria in Cellis.*
24. *Ut Otto imperator Beneventum perrexerit, et quae in his partibus egerit, et qualiter vel ubi decesserit.*
25. *De operibus ipsius abbatis Iohannis.*
26. *De commutationibus et oblationibus, seu libellis sub eo factis.*
27. *De Sancto Benedicto apud Suessam..*
28. *De secessu praedicti abbatis ad Capuam, et de abbate Docibili.*
29. *De exclusione Rotunduli, et substitutione Atenulfi.*
30. *Qualiter sit Albanetae monasterium factum.*
31. *De concessionibus imperatoris Heinrici, et de operibus abbatis Atenulfi.*
32. *De quorundam in hoc loco oblationibus.*
33. *Qualiter delata sit in hoc monasterio pars de linteo Salvatoris.*
34. *De restauratione monasterii Barregensis, et de obitu eius qui illud restauravit.*
35. *Placitum seu renuntium ducum Caietanorum*[d] *de confiniis monasterii huius.*
36. *De oblatione*[e] *insulae quae Limata vocatur.*
37. *Qualiter Normanni primum in partes has venerint, et qualiter cum Grecis Melo duce conflixerint.*
38. *De Normannis apud Piniatarium constitutis, et quomodo captus sit Dattus.*
39. *Quomodo imperator Heinricus*[f] *super Troiam*[g] *cum exercitu venerit, et qualiter abbas eum fugiens in mare mortuus sit.*
40. *Qualiter princeps Pandulfus sponte se Belgrimo*[h] *tradiderit, et qualiter per eum idem princeps a morte ereptus sit.*
41. *Qualiter idem imperator Capuanum principatum Pandulfo Teanensi comiti tradidit.*
42. *De ordinatione abbatis Theobaldi.*
43. *Qualiter eundem imperatorem beatus Benedictus sanaverit, et*[i] *quae dona huic loco idem imperator contulerit*[k].
44. *Quomodo scripta translationis sancti Benedicti fallacissima*[l] *probans exusserit.*
45. *Qualiter olim per beatum Benedictum idem imperator infirmatus sit.*
46. *Qualiter episcopatus Babemberg concambiatus cum Benevento sit.*
47. *Visio quae in obitu praedicti imperatoris cuidam servo Dei ostensa est.*
48. *Delationes de corpore sancti Benedicti.*
49. *De apparitione sanctorum Proti et Iacincti.*
50. *De Sancto Benedicto in Clia et Sancto Nazario.*
51. *Qualiter facta sit Capitinata.*
52. *De primordiis abbatis Theobaldi, et operibus eius in Sancto Liberatore.*
53. *Item de operibus ipsius in hoc loco.*
54. *Qualiter domnus Odilo Cluniacensis abbas huc venerit, et reversus brachium sancti Mauri ad hunc locum transmiserit.*
55. *De oblationibus quorundam, seu libellis.*
56. *De reversione principis Pandulfi.*

a) ei *ed.* b) Agathe *ed.* c) recepit *ed.* d) Caget. *ed.* e) oblationibus 4. f) Einricus *ed.* g Troilam *ed* h) Velgrimo *ed.* i) et quae *etc. desunt ed.* k) *Abhinc in ed. inscriptiones capitum ita discrepant a cod. 4. ut eas ad calcem integras dare praestet.* l) *ita correxi.* fallacissime p. exrisserit. 4.

57. *De persecutionibus eiusdem et Todini in hunc locum.*
58. *Qualiter abbas in marchias sit reversus.*
59. *Qualiter Pandulfus thesaurum huius atque Capuani monasterii auferri praeceperit.*
60. *Quale miraculum factum sit in constructione ecclesiae sanctae Scolasticae de Caieta.*
61. *De obitu abbatis Theobaldi, et reprobanda electione Basilii.*
62. *De vilitate eiusdem, et de quorundam oblationibus.*
63. *Qualiter imperator Chuonradus huc venerit, et qualiter abbas Richerius sit electus.*
64. *Qualiter Deus ab incendio locum istum eripuit.*
65. *De initiis abbatis Richerii, et de quorundam in loco isto oblationibus.*
66.[a]
67. *Qualiter sit a praefato abbate rocca de Vantra*[b] *recepta.*
68. *Qualiter idem abbas sit ab Aquinensibus*[c] *comitibus captus, et qualiter recollectus.*
69. *Quomodo sit ultra montes profectus, et de pestilentia ac penitentia Aquinensium*[d].
70. *Qualiter Normanni iuraverint, et cur oppidum sancti Angeli everterit.*
71. *Qualiter apud Sanctum Germanum Normanni occisi sint, et omnia nostra quae retinebant, cum rocca sancti Andreae recepta.*
72. *Quae visiones super his gestis a rusticis visae sunt.*
73. *De munitionibus castellorum, et ponte sancti Angeli.*
74. *Qualiter Pandulfus in hanc terram hostiliter intraverit, et ut ab Adenulfo turpiter fugatus sit.*
75. *Qualiter Rodulfus expulsorum comes terram hanc praedari statuens, die sequenti extinctus repertus sit.*
76. *Quomodo nepos ipsius abbatis in rocca rebellavit, et qualiter receptus sit.*
77. *De adventu imperatoris Heinrici Romam, et qualiter tribus depositis illum Clementem in Romana sede constituit.*
78. *De donis ipsius in hoc loco, et qualiter Capuam Pandulfo reddiderit, cunctasque Beneventi pertinentias Normannis firmaverit.*
79. *Qualiter Leo papa ordinatus ad hoc monasterium venit, et Romam revertens ecclesiam sanctae*[e] *Ierusalem abbati nostro concessit.*
80. *De errore Capuanorum qui pro castro Conca praedatum huc venire voluerunt.*
81. *Qualiter iterum praedictus papa huc venit, et ut Beneventum in sua fidelitate recepit.*
82. *Quomodo princeps Guaimarius occisus sit, et quomodo vindicatus.*
83. *De oblatione fratrum Capuanorum.*
84. *Qualiter nobis praefatus papa monasterium Terracinense restituit, et qualiter cum Normannis in Apulia dimicavit, et Romam reversus obiit.*
85. *Quid apocrisarii eius apud Constantinopolim gesserint.*
86. *De electione papae Victoris, et quomodo Fridericus ad hoc monasterium venerit.*
87. *De confirmatione castri Sarracenisci.*
88. *De oblationibus comitis Trasmundi, et qualiter vel ubi praedictus abbas defunctus sit atque sepultus.*
89. *De quibusdam operibus ipsius abbatis, et de electione abbatis Petri.*
90. *De moribus eiusdem abbatis, et de oblatione monasterii Lucensis, et de miraculis domni Iohannis Apuli eiusdem loci praepositi.*
91. *Qualiter praefatus apostolicus electionem nostri abbatis indigne tulerit, et qualiter nunciis ipsius priores nostri regulariter illam esse factam ostenderint.*
92. *Qualiter idem abbas eandem abbatiam refutaverit, et qualiter Fridericus electus sit.*
93. *De primordiis eiusdem Friderici, et consecratione illius, seu de privilegiis huic monasterio ab eo receptis et factis.*
94. *Qualiter eum Romani papam elegerint, et quod ipse postmodum reversus huc egerit.*
95. *De oblationibus episcopi Marsicani et aliorum.*
96. *Qualiter idem papa infirmatus Desiderium post se fieri abbatem constituit.*
97. *Qualiter omnem thesaurum loci huius Romam ad se asportari mandaverit, et qualis visio exinde visa sit.*
98. *De obitu ac sepulcro ipsius.*

a) *deest inscriptio capitis de expugnata a Normannis Apulia.* b) uanaria *c.* c) aquensibus *c.* d) aquensium *c.* e) sancti *c.*

99. *Qualiter sit Mincius papa symoniacus ordinatus.*
100. *De muneribus Friderici*[a].

EXPLICIUNT CAPITULA.

a) *Etiam in cod.* 3. *centum capita numerantur, quorum illud ultimum est.* - *In cod.* 2. *post* 44 *atramentum mutatur*, 46 *et iterum* 66 *manus;* 48 *ad finem inscripta sunt folio postea assuto, nec ante finem saec. XIII. Inscriptiones capitum, ex Angeli editione, hae sunt*

44. *Qualiter idem imperator iuxit comburi falsa scripta translationis eiusdem patris.*
45. *Qualiter idem imperator divina vindicta percussus fuit, ideo quod equos non timuit ponere in capitulo cuiusdam monasterii sancti Benedicti.*
46. *Qualiter idem imperator construxit ecclesiam sancti Georgii, et uxorem suam tanquam caste vivens in morte episcopis et abbatibus praesentibus virginem resignavit.*
47. *Qualiter fuit quaesitum ab Adam monacho per abbatem sancti Pauli de Urbe, utrum corpus sancti Benedicti hic quiesceret.*
48. *Qualiter idem Adam vidit sanctos Protum et Iacinthum in habitu monachali.*
49. *Qualiter idem dompnus Adam construxit cellam sancti Benedicti de Clia, et sancti Nazarii iuxta fluvium Melphiae.*
50. *Quomodo provincia Capitinate vocatur Capitinata.*
51. *De ortu et infantia abbatis Theobaldi, et de renovatione Sancti Liberatoris de Maiella.*
52. *Qualiter idem abbas multa bona eidem monasterio acquisivit.*
53. *Qualiter per abbatem Cluniacensem fuit brachium sancti Mauri ad istud monasterium deportatum.*
54. *Qualiter medietas castri Surgii huic monasterio fuit collata, et aliae donationes quamplurimae.*
55. *Qualiter Aldermodus Saxonicus effectus monachus fecit fieri crucem argenteam* 70 *ferme librarum.*
56. *Qualiter Paulus monachus missus ad Sanctum Benedictum de Capua sanctam vitam gessit; in cuius obitu lux magna apparuit.*
57. *Qualiter comes Teanensis construxit monasterium sancti Iohannis in Capua, et de obitu Benedicti papae.*
58. *Qualiter mortuo Henrigo imperatore, et Corrado assumpto in regem, et expulsione abbatis Theobaldi.*
59. *Qualiter Pandulfus princeps Capuanus istud monasterium ad tantam paupertatem deduxit, quod non habebatur vinum pro sacrificio offerendo.*
60. *Qualiter Theobaldus abbas expulsus fuit de monasterio.*
61. *Qualiter idem princeps mandavit vasa astuli sacra de monasterio, necnon de morte sancti Dominici monachi.*
62. *Qualiter Sancta Scolastica de Gaieta fuit constructa, et de miraculo mallei ibi facto.*
63. *Qualiter post mortem abbatis Theobaldi fuit de Basilio electio celebrata.*
64. *Qualiter idem Basilius in ordinis qubernatione male se gerens, principis procurationis officio fungebatur.*
65. *Qualiter Corradus imperator Capuam adiit revocaturus mala monasterii illata.*
66. *De ordinatione et studio abbatis Richerii, et quomodo factae fuerant multae donationes monasterio.*
67. *Qualiter corpus sanctae Luciae ex Sicilia in Constantinopoli fuit translatum, et de adventu Roberti Guiscardi.*
68. *De discessu Corradi imperatoris, et qualiter castrum Atini ad monasterium pervenit.*
69. *Qualiter comites Aquini ceperunt abbatem, et habuerunt oppidum sancti Angeli, quod monachi renuntiaverunt*
70. *Qualiter abbas Richerius muros Sancti Angeli fecit dirui.*
71. *Qualiter Normanni coeperunt castrum sancti Andreae, et rehabuerunt ipsum virtutibus beati Benedicti.*
72. *Qualiter beatus Benedictus dixit cuidam de Cervario quod propter ingratitudinem fratrum discessit a monasterio.*
73. *De quorundam oblationibus, ecclesiis, seu libellis*
74. *De munitionibus castellorum, et ponte sancti Angeli in Theodici.*
75. *Qualiter Gaietani Adenulfum Aquini comitem evocarunt, sibique in ducem praeficiunt.*
76. *De morte comitis Rodulfi, qui primo die ante mortem proposuerat mala facere in terra monasterii.*
77. *De ammissione roccae Bantrae, et qualiter monasterium recuperavit eandem.*
78. *Qualiter ad petitionem regis Ungariae abbas ad partes illas monachos destinavit.*
79. *Qualiter imperator Henricus coepit tractare de bono statu Romanae ecclesiae.*
80. *Qualiter imperator praedictus planetam purpuream auro ac gemmis ornatam cum aliis rebus huic monasterio obtulit.*
81. *De morte Clementis papae, et de sancto Leone qui ei in papatum successit.*
82. *Qualiter quidam nobiles Capuani conabantur castrum Conchae a monasterii subtrahere potestate.*
83. *De morte Pandulphi Capuani principis.*
84. *De adventu sancti Leonis papae ad hoc monasterium.*
85. *Quomodo Guaimarius princeps Salernitanus occisus sit, et quomodo vindicatus.*
86. *De oblatione duorum fratrum Capuanorum.*
87. *Qualiter dictus sanctus pontiphex beato fine quievit.*
88. *Quid apocrisarii eius apud Constantinopolim gesserint.*
89. *De quibusdam in comitatu Teatino huic monasterio concessis.*
90. *Qualiter castrum Sarracinisci fuit confirmatum huic monasterio.*
91. *Qualiter Richerius abbas obiit.*
92. *De electione abbatis Petri*
93. *Qualiter monasterium sancti Georgii fuit constructum in civitate Lucensi.*
94. *Qualiter praefatus apostolicus electionem nostri abbatis indigne tulerit.*
95. *Qualiter abbas Petrus abbatiam renuntiaverit, et Fredericus electus sit.*
96. *De primordiis eiusdem Friderici*
97. *Qualiter dictus abbas electus sit in papam.*
98. *De oblationibus episcopi Marsicani et aliorum.*
99. *Qualiter idem papa mandavit ut omnem ecclesiae huius thesaurum ad ipsum deferret.*
100. *De obitu Stephani papae qui et Fredericus abbas dictus fuit.*
101. *Qualiter Petrus Damianus et alii cardinales coacti sunt latibula fugere.*
102 *De abbate Frederico qui et Stephanus papa dictus fuit, ac de muneribus ipsius in hoc monasterio concessis.*

INCIPIT LIBER SECUNDUS[a].

949. Oct. 25. Aligernus[b] abbas, septimo ac vicesimo loco a beato Benedicto in hoc monasterio feliciter ordinatus[c], sedit annis 37. Fuit autem temporibus primi et magni Ottonis imperatoris, de quo supra diximus, et filii eius Ottonis secundi; principum vero[d] Landulfi et Pandulfi, filii eius cui cognomen Caput ferreum fuit[e], et fratris eius Landulfi, et item filii[f] Landulfi; Romanorum quoque pontificum, a[g] Iohanne duodecimo usque ad Iohannem quintum decimum; a quibus fere[h] omnibus diversis temporibus nichil néglegens, tam privilegia quam praecepta recepit. Inter[i] quę quintus decimus papa Iohannes ad honorem et reverentiam huius 19 loci hoc in suo privilegio[19] super ceteros addidit[k]: interdicens videlicet[l] omnibus episcopis ut nulli liceret ab universis populis huic monasterio subiectis, vel ab omnibus ubique terrarum sibi pertinentibus ecclesiis, decimas vivorum, aut defunctorum oblationes per quamlibet occasionem auferre.

1. Hic[m] itaque Neapolitanorum[m*] nobilium[n] genere ortus[n] in monasterio sancti Pauli apud Romam sub supradicto[o] abbate Baldoino monachus factus, postmodum[p] autem ab eodem abbate huc translatus, atque post transitum Maielpoti ut iam dictum est de praeposito loci huius abbas effectus, super id quod Leo atque Iohannes monasterii huius abbates olim inceperant, restaurare coepit hunc locum; qui nimirum[q] a tempore abbatis 883. Bertharii quando[r] a Saracenis incensus est, per septem et sexaginta circiter annos usque[s] ad se, neglectus ac destitutus, et quasi desolatus penitus fúerat. Iam tamen pauló ante, sub Baldoino scilicet abbate, monachi nostri[t] qui eátenus primo apud Teánum, postmodum vero apud Capuam commorati necessario[u] fuerant, praecepto[v] Agapiti papae ex I, 59. parte reversi fuerant, sicut iam supra relatum est. Non tantum autem monasterium, sed et cuncta in[w] circuitu ipsius planities ita tunc[t] erat Saracenorum incursionibus[x] destituta[y], ut rarus, immo[z] fere[*] nullus[a] inveniretur, qui servis Dei ibidèm[b] degentibus aliquod obsequium exhibére deberet. Super[c] haec praeterea Teanenses comites usque 20 ad monticulum monasterio proximum quem[d] Torocclum dicunt[20], res eiusdem monasterii invadendo pervénerant; Aquinenses etiam[e] quibus[f] Adenulfus quidam cognomento Megalû[g] in castaldeum praeerat, ab ipso fere Casino qui non integris duobus milibus a 21 civitate sancti Germani abest, totam ut vulgó loquar Flumeticam[21] cum universis adiacentiis retinebant. Coepit igitur prudens abbas monasterii possessiones quas antíquitus posséderat ubique terrarum, et maxime contiguas quasque[h] et in vicinia positas sollerter exquírere, et ab his qui bellicis eas temporibus diripúerant, inventis atque ostensis concessionibus ac praeceptis eorum qui hic illas dudum tradíderant, conámine toto repétere.

a) *ita* 3. s. ystorie huius cenobii Casinensis 2. b) *In cod.* 1. *Aligernus abbas bis scriptus est; prioris recensionis ab altera vix diversae pagina et dimidia supersunt usque ad* Iam tamen, *ubi novus quaternio incipit, alia manu scriptus, quae manet usque ad* II, 43. c) anno D. 950. *add.* 1b. *delevit* 1c. d) v. Capuanorum, L. 1. 2. e) quique sexto aetatis suae anno volente atque consentiente patre principari coeperat *add.* 1. f) f. eius L. 3. g) *ita* 1b. Iohannis quintidecimi, et Iohannis sextidecimi, ac septimi Benedicti 1. h) videlicet 1. *corr.* 1b. i) Inter—auferre *add.* 1b. k) c. auctoritate apostolica a. 1b. 2. l) *add.* 4. m) *caput* 5. *hic interponit* 1. m*) Neapolitanus 1. 2. n) *add.* 4. o) praedicto 1. *ed.* p) f. est. Post non longum tempus annuente Deo meritis beati B. in hoc monasterio abbas effectus 1. f. est; qui videlicet ab eodem abbate praepositus in hoc monasterio primum est ordinatus; dehinc post transitum M. ut supra d. e. abbas e. 1b. f. est, postmodum *etc.* ut supra dictum est, de praepositura h. l. a. e. *ed.* q) videlicet 1. *corr.* 1b. r) quo 1. *ed.* s) u. ad se 1b. paucissimis hic admodum fratribus commorantibus 1. *(ed. priori).* t) *add.* 1b. u) *deest* 1. 2. v) ex p. papae . . . reversi erant. Non 1. p. A. p. secundi e. p. r. erant sicuti i. s. r. e. 1b. *ed.* w) ipsius i. c. 1. x) infestatione 1. *ed.* y) deserta 1. z) ac 1. *) *deest* 3. a) in ea *add.* 1. b) ibi 1. *ed.* c) Ad 1. d) qui Torocclus dicitur 1. *ed.* e) vero comites q. 1. vero q. *ed.* f) quidam 4. g) Megalii 3. *et hic et infra.* h) *add.* 1b.

19) Dato pontificatus anno quinto, 3. Id. Novemb. indict. 3. (989. Nov. 11.) Regest. Petri num. 13. Hoc verba illa continet, et Aligerno datum est, sed temporis notas falsas esse oportet: videntur esse repetitae ex priv. Reg. n. 15. Mansoni dato, quod Tosti edidit, Hist. Cas. I. p. 233. 20) Vulgo *Trocchio*, in cuius latere ad ortum vicus ad nostram usque aetatem habitatus, nunc penitus destitutus, paucis eius colonis ad proximum castrum Cervarium demigrantibus. ANG. 21) Castra scilicet et villas circa flumen Lirim, quae Casinensis agri pars nunc quoque appellatur *La Firmara.* ANG. (Fiumara?)

Sed cum videret se nullis rationibus[a] nullisque precibus eorum posse ad illa restituenda animos inclinare, Landulfo[b] demum principi super ista conqueritur. Quo cognito adversarii, et eius studio ac diligentia vehementer offensi, cernentes porro[c] se cum illius vigilantia[d] seu instantia minime quieturos, meditabantur in dies qualiter vel[e] eum caperent vel certe illi molestias quas possent inferrent. Cum[f] igitur quadam die in construenda rocca quae Ianula dicitur[g, 22], operam daret, subito praefatus Adenulfus qui et 22
Megalû cum militibus[h] aliquot superveniens, eundem abbatem vi cepit, atque Aquinum veluti praedam quandam[i] maximam asportavit. Ibi vero in[k] publico civium spectaculo ursíno illum térgore vestiens, canes ei undique sicuti revera urso[l] ad circumlatrandum immisit[m], et plurimis[n] iniuriis virum honorabilem vir nequissimus dehonestavit. His praefatus[o] princeps auditis, et nimium[p] super tanti viri tanto[q] dedécore indignatus, mandat protinus Adenulfo ut Capuam vadat, corámque se legali iudicio abbati iustitiam faciat. Ille autem[r] prospiciens se legaliter ob commissum[s] facinus morti debere succumbere, rebellare magis elegit, et de Aquinensi satis[q] munitione confidens, ad principis curiam ire contempsit.

2. Princeps[23] itaque tam suam quam et abbatis, ultum ire iniuriam statuens, Aqui- 23
num venit, eiusque praetorium in quo praefatus rebellio se muníverat, obsidione ac machinis circúmdedit[t]. Videns[u] igitur Adenulfus se non posse principis manus evádere, funem in collum suum misit, et per manus coniugis suae ad principis pedes se trahi praecepit. Quo facto, protinus[v] eum princeps ita ut erat ligatum, cum[w] omnibus suis abbati deliberavit, ut quicquid vellet tam de ipso quam et de ipsius omnibus faceret. Ita[x] Adenulfus cernens se in[y] captivitatem captivi sui iusto iudicio Dei venisse, mox cartulam renuntiationis de universis quas eatenus[z] retinuerat monasterii possessionibus sponte satis ac libentissime faciens, in manibus abbatis suppliciter[*] reddidit, sicque post haec cum indulgentia[a] criminis, libertati quoque propriae cum omnibus suis ab eodem abbate est restitutus. Atque tali occasione res suas iam dudum invasas, pater Benedictus paulatim[b] recuperare ac recipere coepit. Namque non multo post Teanenses quoque comites divinitus acti, similia de his quae ipsi retinebant refutationis[c] scripta eidem abbati fecerunt.

Nichil itaque moratus idem abbas, et tempus acceptabile mínime neglegendum ducens, statim a praedicto principe Landulfo et[d] Pandulfo filio eius, praeceptum libertatis
ac confirmationis totius ex integro abbatiae expetiit, et accepit[24]; secundum terminos 24
scilicet superius scriptos, quos Gisulfus dux tempore Petronacis primo statuerat, et postmodum Karolus imperator tempore Theodemar imperiali praecepto firmáverat. Aliud[e] étiam specialius praeceptum de[f] castello[g] sancti Angeli, et de turre[h] sancti Georgii, nec non et de omnibus castellis sive arcibus[i] quae in pertinentiis monasterii deinceps
construi deberent, ab[k] eisdem principibus sibi fieri postulavit[25]. Itemque aliud de gualdo 951. Aug. 30.
casae Gentianae[26], et aliud insuper de tota piscaria Lesinensi cum ipsa foce[l] sua, et

a) n. precibus nullis r. irrationabilium latronum p. ad ea r. 1. *ed.* b) i. Capuano p. L. s. 1. 2. i. princ. L. s. 3. c) *add.* 4. d) i. sollicitudine non posse quiescere, m. 1. *ed.* e) q. illum c. eique m. 1. *corr.* 1[b]. f) inferrent. Agebantur autem haec omnia nutu ac dispositione Dei, qui eius captionem ac dedecorationem, ad loci huius providebat fieri restaurationem. Cum 1. 2. g) nuncupatur 1. *ed.* n. et ecclesiae b. Germani desuper imminet, o. 1. 2. h) c. a. latronibus 1. i) *add.* 4. k) i. s. p. *ed. desunt* 1. l) publice *add.* 1. m) immittit. His p. 1. n) et i. p. *ed.* o) praedictus 1. *ed.* p) plurimum 1. *ed.* q) *add.* 1[b]. r) vero 1. *ed.* s) ob hoc m. 1. *ed.* t) c. Interea cum ista geruntur, Paschalis stratigó missus ab imperatore Constantinopolitano veniens ad eundem principem Landulfum, ibi super Aquini obsidionem constituit eum anthipatum patricium, quemadmodum sibi a suo domino fuerat imperatum 1. *delevit* 1[b]. u) Ad postremum igitur videns A. 1. v) statim 1. *ed.* w) l. abbati c. o. s. d. ut tam de i. q. et de o. rebus ipsius q. v! efficeret 1. *ed.* x) Mox igitur praedictus A. cartulam r. 1. y) se captivum in potestatem c. *ed.* z) *add.* 4. *) a. remisit, sicque 1. *ed.* a) c. omnibus suis lib. p. ab e. a. gratuito r. est 1. *ed.* b) *deest* 1. c) renuntiationis 1. 2. d) L. necnon et 1. *ed.* e) Super quod e. a. p. 1. *ed.* f) p. ab eisdem principibus de 1. *ed.* g) c. Ianula recens constructo, et de c. S. A. nec non et de t. S G. singillatim s. f. 1. *corr.* 1[b]. h) curte 4. i) turribus 1[b]. *ed.* k) d. singillatim s. 1[b]. *ed.* l) voce 4.

22) Sic dicta videtur, quod antiquitus Iano templum ibi erectum fuerit, ut in actis sanctorum Demetrii et sociorum, Petrus Diaconus in Regesto Sancti Placidi pag. 121. ANG. 23) cf. Chr. Sal. 162—164. 24) Praecepta principum Aligerno concessa exemplavit Petrus Diac. in suo regesto a num. 212. et deinceps. ANG. Multa edidit Gattula ex orig. inter quae tamen haec non inveni. Nam quod 952. Mai 6. accepit (Acc. p. 55.), ab illo diversum est. 25) Postea ei Paldolfus cum filio Landolfo *castellum de Iannule, et castellum de S. Angelo ad Tudice, et ipsa turre da S. Georgium* cum ceteris castellis et turribus confirmaverunt 967. Iun. 7. Gatt. Acc. p. 63. 26) Gatt. Acc. p. 56.

cum ecclesia sancti Focatis quae ibi est, nec non et de aliquot intra[a] eandem Lesinam
961. Iul. 10. casis[27]. Postmodum vero tam a praedicto Pandulfo[28], quam et a Landulfo[29] filio eius[b],
981. Mai. 16. aliud rursus praeceptum recepit de universis finibus ac pertinentiis monasterii huius.
Non[c] tamen super omnia haec quiescere[d] valebant veritatis adversarii, quotiens quaelibet
occurrebat occasio; sed nunc[e] quidam de Aquino, nunc quidam de Pontecurvo, nec[f]
non et de Teano, de finibus huius monasterii nobiscum[g] contendere nitebantur. Verum
quotienscumque cum nostris in placito se coniunxerunt, totiens summis rationibus victi,
quod fallaciter contendebant, refutare veraciter cogebantur[30]. Unde etiam contigit, ut
30 huiusmodi[h] occasione plurima apud nos talium[i] conflictorum seu[k] renuntiorum monimina
habeantur.*

956. Dec. Per idem tempus a Mariano quoque imperiali anthipato patricio et stratigo Calabrie
atque Langobardiae praedictus[l] abbas sigillum recepit, ut secure et absque ullius[m] contradictione seu impedimento liceret ei[n] perquirere omnes hereditates seu[o] possessiones
monasterii huius ubique[p] locorum, et recolligere eas, iusta dumtaxat et competenti
31 ratione ostensa[31].

3. Demum[q] prudens abbas a vicinis terris quae ab[r] Agarenis vastatae non fuerant, agricolis undique mox evocatis, in possessiones illos monasterii quotquot cultoribus indigebant, cum universis eorum familiis habitaturos induxit: placito tam cum eis quos ibidem[s] invenerat, quam[t] cum eis quos ipse conduxerat libellari statuto; ut de tribus totius eiusdem terrae reditibus, hoc est tritici et ordei ac milii, partem septimam, de vino autem tertiam annualiter monasterio darent. Caetera in suis suorumque usibus
32 possiderent; quod usque hodie stabiliter observatur[u] [32]. Tali igitur[v] modo habitatoribus diversarum partium, terra[w] hac ex magna parte repleta atque locata[x], ad reparandas sive meliorandas monasterii officinas quemadmodum a praedecessoribus suis Leone atque Iohanne iam dudum inchoatum fuerat animum posuit. Ecclesiam[y] itaque totam quam praedictus Iohannes construxerat, novis trabibus cipressinis[z] contignans, tegulis cooperuit; parietes coloribus[*] variis decoravit; pavimentum etiam[a] diversorum[b] lapidum varietate constravit. Ipsum quoque beati[c] Benedicti altarium argenteis tabulis undique[d] cinxit, necnon et anteriorem faciem altaris sancti[e] Iohannis argenteam fecit. Fecit etiam crucem[f] de argento non modicam[g], et textum euangelii undique contextum argento inaurato et smaltis ac gemmis; coronas[h] argenteas tres; calices quoque et turibula et varia ecclesiastica ornamenta; necnon et codices plurimos[i]. Interea et habita-

961. Iul. 10. *) Eo quoque tempore idem abbas ad principes iam dictos accedens rogavit, ut darent cellae nostrae Cinglensi locum foris portas Sancti Angeli, ad monasterium construendum ancillis Dei, quia monasterium quod intus erat nimium strictum et incompositum habebatur ancillis Dei ibi manentibus. Illi vero concedentes, statuerunt locum foris murum civitatis ubi castrum et monasterium construerentur, cuique concesserunt foris murum, qualiter vadit usque in flu-
33 men[33]. *add.* 2.

a) a. casis i. e L. 1. *ed.* b) e rursus p. r. de 1. e. r. aliud p. r. interveniente supradicto Adenulfo gastaldeo, de 1^b. e. interv. s. A. g. rursus a. p. r. de 2. c) Non — ostensa *add.* 1^b. d) h. quotiens dabatur o. quiescere v. v. a. sed 1^b. *ed.* e) n. q. de A. *desunt* 4. f) n. n. et d. T. *desunt* 1^b. g) *add* 4. h) hac *ed.* h. o. *desunt* 1^b. i) huiusmodi 1^b. *ed.* k) s. r. *desunt* 1^b. l) praedictum s. r. 4. m) alicuius 1^b. *ed.* n) ei quocumque vellet ire, et p. 1^b. o) sive 1^b. *ed.* p) u. l. *desunt* 1^b. *ed.* q) A vicinis deinde t. 1. Porro d. p. a. a v. t. 1^b. *ed.* r) ab A. *desunt* 1. 2. s) ibi 1. *ed.* t) q. c. e. q. i. c. *desunt* 4. u) st. ac perenniter o. 1. *ed.* v) ergo 1. *ed.* w) p. huius monasterii t. ex maxima p. 1. *ed.* x) disposita 1. 2. y) Ecclesiamque primitus totam 1. *ed.* z) t. ac lignis c. 1. *ed.* *) p. vero illius undique satis pulchre depinxit, p. 1. *ed.* a) ante altare beati Benedicti *add.* 1. 2. b) multimoda 1. *ed.* c) b. B. *add.* 4. d) t. in circuitu decoravit n. 1 *ed.* e) beati 1. *ed.* f) e. et c. argenteam deauratam n. 1. *ed.* g) cum lapidibus pretiosis *add.* 1. h) c. a. t. *desunt* 1. i) p. ac diversos 1. *ed.*

27) Confirmaverunt Paldolfus et Land. IV. 980. Ian. 27. l. l. p. 66. 28) ib. p. 58. 29) p. 82. Nulla in eis Adenulfi mentio est. 30) Exempla dedit Gatt. l. l. p. 67. 31) In Regesto num. 153. *Sigillum factum a Mariano anthypato.* Verba sic concepta sunt: *Sigillum factum a Mariano antipato patritio et stratigo Calabriae et Langobardiae, et datum vobis Aligerno venerabili abbati sancti Benedicti. Liceat te ambulare in tota thenia Langobardiae, et perquirere omnem haereditatem praedicti monasterii, et nullam contrarietatem patiaris a quolibet iudice de ipsa thenia,* etc. in calce vero: *Cum plumbea bulla nostra istum praesentem sigillabimus sigillum nostrum, et concessimus praedicto abbati, in mense Decembrio, indictione quinta decima.* ANG. 32) Similia iura possidet etiamnum Casinense coenobium in agro Pedemontis, et villae sanctae Luciae, et in castro Fellae apud Calabros, alibique. ANG. 33) Eiusmodi privilegium extat ap. Gatt. l. l. p. 59. etsi nihil ibi de cella Cinglensi et monasterio exstruendo dicitur. Cf. Ottonis II. privil. d. 981. Oct. 13. ib. p. 99.

cula nonnulla huius[a] loci restaurans, ac si alter Petronax cepit iuxta tenorem regulae[b] et priscam monasterii consuetudinem cum fratribus conversari. Apud[c] Capuanum vero monasterium cum ornamenta ecclesiastica nonnulla, et campanas atque codices aliquot effecisset, in ecclesia etiam titulum[34] cum confessione sua a parte occidentali satis 34 decorum adiunxit[d], atque depinxit.

4. Eodem[e] tempore Otto primus, tertio imperii sui anno per interventum supra- 964. Feb. 19. dictae[f] coniugis suae Adhelaidis imperatricis[g], generale praeceptum huic monasterio fecit[35]; confirmans omnia quae hactenus per diversa loca a quibuslibet hic fuerant contributa. Item post quattuor circiter annos, Paulus abbas sancti Vincentii eum adiens, 968. Iul. 1. illumque[h] ex parte praedicti nostri abbatis efflagitans, aliud ab eo praeceptum plenius de confirmatione totius abbatiae[36] de more priorum imperatorum obtinuit. Hic[i] idem 970. Mai. 25. imperator concessit eidem abbati nostro monasterium sancti Angeli de Barregio cum omnibus omnino cellis ac pertinentiis eius[37]; quod videlicet monasterium, eo tempore Albericus Marsorum episcopus in tempus vitae suae per scriptum ab eodem retinebat imperatore. Quique imperator eidem sancti[k] Angeli monasterio praeceptum confirma- 964. Feb. 12. tionis omnium rerum ipsius[38], iam ante quinquennium fecerat. A secundo etiam Ottone 981. Aug. 6. cum praecepto confirmationis totius abbatiae praefatum[l] quoque sancti Angeli monasterium eidem abbati reconfirmatum est[39]. Sed[m] et Albericus supradictus episcopus in[n] praesentia eiusdem imperatoris qui tunc apud Marsiam in monte vocabulo Cedici[o] morabatur, cartulam refutationis[p] illi de eodem Barregensi[q] monasterio faciens, quietum de caetero sub hoc monasterio manere constituit: cum[r] idem episcopus ante sex circiter[f] annos sua sponte ipsum[s] sancti Angeli monasterium per oblationis suae cartulam beato Benedicto contulerit. De quo etiam monasterio cum post aliquot annos Guinisius Marsorum episcopus filius eiusdem[t] Alberici questionem movere voluisset, quod quasi ecclesia sua praeceptum imperatoris inde haberet, a monachis nostris in placito Marsorum comitum conventus atque convictus, tacere coactus est. Atque huiuscemodi[u] occasione tria imperatorum praecepta quae de eodem monasterio pater eius adquisierat, nobis reddita sunt*.

5. Quinto[v] huius abbatis anno, qui est a nativitate Domini nungentesimus[w] quin- 954. quagesimus quartus, corpus[x] beati Mathei apostoli quod primo apud Ethiópiam ubi et passus fuerat, postmodum autem apud Britanniam[y], demum[z] vero apud Lucaniam per tempora diversa quieverat, tandem eiusdem sancti euangelistae revelatione repertum, atque in Salernum translatum est[40]. Triennio[*] autem post, duo soles in coelo pariter Mai. 6. visi sunt, et per[a] duos dies mensis Iulii mare dulce factum est a Neapoli usque Cumas.

6. Tunc[b] temporis Benedictus papa** quasdam curtes suas in comitatu Aprutii eidem 977. Ian. 10. abbati[c] per privilegium[41] concessit[d]. Per hos etiam[e] dies praedictus princeps Pandulfus

*) Eo tempore Benedicto papa sexto vita decedente, Benedictus papa septimus[42] propinquus 974. supradicti Alberici Romanorum consulis in apostolicam sedem inthronizatur[43]. *add.* 2.

**) cuius supra meminimus *add.* 2.

a) eiusdem 1. *ed.* b) t. sanctae r. 1. c) Apud — depinxit *add.* 1b. d) adauxit 1b. *ed.* e) Per idem tempus primus ac magnus Otto, t. *etc.* 1b. *ed.* A primo itaque ac magno Ottone concessum est illi monasterium S. A. de Barregio, quod superius a Ludowico imperatore constructum ostendimus, cum omnibus cellis ac possessionibus suis; quod v. 1. f) *add.* 4. g) *post* im *desinit manus antiquior cod.* 1*. h) eumque 1b. *ed.* i) Nec multo post (N. m. p. *desunt* 3.) per aliud praeceptum i. i. abbati n. m. S. A. de B. c. omnibus c. ac p. suis concessit; q. 1b. *ed.* k) m. s. A. p. de confirmatione o. 1. *ed.* l) praedictum 1. *ed.* m) est. Albericus quoque (necnon 1. *corr.* 1b.) praefatus Marsorum ep. 1. *ed.* n) in — morabatur *add.* 1b. o) Cediti 3. p) renuntiationis 1. *ed.* q) Barrigensi 3. Barregenensi 4. r) Cum — reddita sunt 1b. *deletis quae prius in duobus lineis scripta fuerant.* s) praedictum 1b. *ed.* t) praedicti 1b. *ed.* u) pro hac 1b. *ed.* v) *hoc caput in* 1. *primum est.* w) nongentesimus 3. x) q. beatissimi ap. et euangelistae Mathei corpus q. 1. *ed.* y) Brittaniam 1. *(corr.* 1b.*)* 3. z) d. v. a. L. 1. *editione priori, et* 3. 4. *desunt* 1b. 2. *) Triennio Cumas *add.* 1b. a) p. d. d. m. I. *add.* 1c. b) Benedictus quoque papa 1. c) *deest* 1. d) c. anno ordinationis suae tricesimo 1. *Hinc* 1b. *adscripsit sequentia huius capitis, ita ut* Per hos — modiorum 1623. *collocet post* libra una per annum. e) *deest* 1b.

34) i. q. presbyterium, pars ecclesiae in qua altare consistit. Confessio est locus sub altari maiori in quo reliquiae reconditae sunt. DUC. 35) Gatt. Acc. p. 71. ex orig. 36) ib. p. 72. 37) ib. p. 73. 38) p. 75. 39) p. 77. 40) Ex translationis historia fabulis referta aliqua invenies in Actis SS. Sept. 21. et in Borgiae Mem. Benev. I. pag. 352. 41) Datum 4. Idus Ianuarii, anno 3. pontificatus. Regest. num. 12. In quo exemplata sunt caetera privilegia, praecepta, oblationes, quae hoc capite recensentur. Supervacuum propterea esset singula conferre. ANG. 42) *Tusculanensis* Catal. Petri. 43) pulso Bonifacio VII.

968 Oct. 7. per praeceptum suum[a] concessit in hoc monasterio totam substantiam Arechis[b] filii Ianiperti[c] quam habuerat in Teano[d] tam intus quam et foris, una cum ecclesia sancti Silvestri quae intra eandem civitatem constructa est, cum omnibus omnino pertinentiis
964. Mai. eius[44]. Aliud etiam praeceptum fecit ei de aqua fluvii Saonis cum ripis ex utraque parte positis[45]. Huic[e] Pandulfo proclamavit praedictus[f] abbas super Bernardum comitem de Aliphis, eo quod minabatur incendere et destruere unum castellum huius monasterii de loco ubi Curvara dicitur, et homines eiusdem castelli praedari et caedere. Quapropter idem princeps flexus clamoribus eius, sigillato praecepto constituit, ut sive praedictus Bernardus sive quicumque homo sub sua dicione positus, aliquam molestationem vel rapinam[g] aut eidem castro aut habitatoribus ipsius[h] inferre praesumeret, componeret aureos bizanteos mille, super illam dumtaxat compositionem quam legibus
972. Sept. est statutum componere. Gisulfus quoque Salernitanus princeps filius Guaimarii maioris[46] fecit[i] in[m] hoc monasterio cartam de quarta parte omnium quae Lambertus[n] dux et marchio[47] possedisse visus est in comitatu Marsicano, et Balva, et[o] Forcone, et Amiterno, necnon et marchia Firmana et ducatu Spoletino, exceptis servis quos omnes libertate[p] donavit; quae videlicet omnia ex parte Ittae principissae aviae coniugis[q] eius Gemmae sibi in hereditatem obvenerant. Sed et Borrellus comes de Petra abundanti[r. 48] fecit huic[s] monasterio cartulam oblationis de monasterio sancti Eustasii in finibus eiusdem
49 castri loco qui dicitur Ad arcum[49], cum omnibus omnino rebus ac pertinentiis ipsius, et cum pertinentia terrae modiorum 1623[t]. Praeterea[u] quidam presbyter[v] Ioseph de civitate Larinensi obtulit in hoc monasterio ecclesiam sancti Laurentii, quam ipse construxerat in hereditate sua iuxta eandem civitatem, cum omnibus rebus et pertinentiis suis. Quidam etiam Aquinenses viri nobiles filii Rodiperti gastaldei obtulerunt omnes res suas beato Benedicto in territorio Aquinensi, loco qui Publica vocatur, plana utique[w] et montana perplurima. Hildebrandus quoque comes de Sora, simul cum fratribus
50 suis, fecit[x] cartam in[y] hoc loco de medietate lacuum Taurini et Iuliani[50], qui procedunt a Posta, cum omnibus pertinentiis medietatis eorum. Quos videlicet lacus totos ex integro, una cum rivo de Carpello[z] Pandulfus[*] et Landulfus principes in hoc monasterio postmodum cum omnibus eorum pertinentiis firmaverunt. Sed et Rachis gastaldeus de Vicalbo[51] donavit beato Benedicto curtem suam cum ecclesia sancti Victorini, prope praedictos lacus, ubi modo Posta vocatur; nec non et duo gualda in finibus Vicalbi; unum in loco qui dicitur Silva plana, alterum in monte Albeto, cum omnibus finibus ac pertinentiis ipsorum. Per idem tempus homines de Vicalbo adquisierunt a praedicto
52 abbate podium illud[w] ubi nunc est civitas sancti Urbani[52], quod nobis[a] antiquitus pertinebat, ut facerent in eo castellum, et[b] reddiderunt ei[w] in Vicalbo duplo tantum terrae quam acceperant. Reservavit autem sibi abbas ipsam ecclesiam sancti Urbani, cum pertinentia[c] proprietatis ipsius, et cum tota curte intra eandem[w] civitatem, in omni dumtaxat[d] parte pedes centum. Hic idem abbas dedit in concambium Aimerado[e] cuidam de territorio Marsicano ecclesias quasdam[w] et terras huic monasterio pertinentes ibidem; idest ecclesiam sancti[f] Salvatoris in Avezzano, sanctae Mariae in Oretino[g], sancti Abundii in Arcu, sanctae Mariae in Montorone, et sancti Antimi in Vico[h]; et recepit ab eo

a) *deest* 4. b) Arechisi 1b. c) Ianniperti 1b. d) in civitate Teanensi 1b. in Teanensi *ed.* e) Huic — componere *desunt* 1. f) praefatus *ed.* g) minimam *ed.* h) eius *ed.* i) una cum Gemma uxore sua f. 1b. 2. m) f. cartam in h. m. de 1b. *ed.* n) Lampertus 3. o) B. F. A. 1b. *ed.* p) libertati 1b. *ed.* q) a. ipsius G. 1b. 2. r) habundanti 1b. s) in hoc m. cartam 1b. *ed.* t) m. septingentorum atque v. trium 4. u) Tunc temporis q. 1b. v) q. I. p. 1b. *ed.* w) *add.* 4. x) fecerunt 1b. *ed.* y) c. sancto B. de 1b. *ed.* z) Carnello 2. *) C. in h. m. P. et L. p. cum 1b. *ed.* a) q. huic monasterio a. 1b. *ed.* b) et — centum. Hic idem *abscisa* 1b. c) pertinentiis *ed.* d) videlicet *ed.* e) Aimirardo 3. Almerado 4. f) s. Mariae in M. s. Abundii in A. s. M. in O. s. Salv. in A. et 1b. *ed.* g) Oritino 3. 4. h) Vicu 1b. 2.

44) Gatt. Acc. p. 65. ex orig. 45) ib. p. 66. v. infra c. 83. 46) minoris. Donationem datam anno Gisulfi 30. (l. 39.) ind. 15. e Petri reg. edidit Gatt. Acc. p. 80. Quam Leo male interpretatus est: totam enim haereditatem offerunt, cuius partem quartam Gisulfus Ittae nepos Gemmae uxori *per scriptum morgincaph* antea assignavisse se profitetur. 47) imperatorem dicere videtur. In dipl. illo non commemoratur. 48) in Abrutio cit. territ. Triventi. 49) *in comitatu Molisie* in confirmatione donationis per Paldolfum et Landolfum principes, data 977. Mart. 12. quam solam edidit Gatt. Acc. p. 81. Ibi numerus modiorum non legitur. 50) qui nunc unum lacum Postanum efficiunt. 51) Vicalvi in ducatu Alvitensi. 52) cuius simul et Comini in locum successit Alvito.

in comitatu Teatino ecclesiam sancti Heliae et sancti Viti, cum quinque milibus modiis de terra. Item dedit ecclesiam sancti Comitii, et sancti Helie[a], et sancti Viti, in eadem[b] Teate, et recepit ibidem[c] ecclesiam sancti Tenestri cum tribus milibus modiis terrae; et in Comino[53] quinque milia, inter Atinam scilicet et Vicalbum, et furcam sancti Leu- 53 therii. Item[d] de ecclesia sancti Felicis in Pulverio[e], quod est modia[f] terrae mille centum, recepit[g] solidos centum; pro censu vero annuali solidos 5. Per hos dies in placito Marsorum comitum proclamanti[h], refutata est ripa Fucini cum piscaria sua, ab ipsa videlicet ecclesia sancte Marie de Montorone, usque in Sanctam Mariam de Palude; qui locus tunc[i] Altoranum nuncupabatur. Necnon et duae servorum familiae cum omnibus suis. Proclamavit[k] etiam[53*] in placito Andreae marchionis missi imperatoris[l] Ottonis, 972. Sept. apud[m] Sulmonem[n] super Oderisio comite Balvensi, qui retinebat duas ecclesias nostras in[o] valle de Pectorano, idest sancti Stephani et sancti Eleutherii, et facta inde manifestatione, recollegit protinus[p] eas. Hic convocatis aliquot hominibus de civitate[q] Termulensi, fecit cum eis convenientiam ut edificarent ibi in pertinentiis[r] nostris in loco qui Ripa[s] Orsa vocatur iuxta fluvium Trinium[54] unum castellum, ubi ipsi cum[t] suis 54 omnibus habitarent, et laborarent ipsas terras nobis illic[u] pertinentes: ita ut tertiam[v] partem huic monasterio tam[w] de ipso castello quam et de omnibus quae ibi operarentur tribuerent, duas vero sibi haberent. Ipso[x] tempore Sadelfrit diaconus civitatis Lesinensis obtulit in hoc monasterio unam ecclesiam iuris sui vocabulo Sanctus Martinus; constructam[y] iuxta eandem civitatem, in loco qui dicitur Alchisi, cum universis[z] ornatibus et pertinentiis eius. Id[*] ipsum quoque fecerunt Guarnerius et Laidulfus et Basso Larinenses[a], de ecclesia sancti Germani in loco qui vocatur[b] Aquarola apud Larinum. Similiter[c] fecerunt Iohannes[d] et Bonucius cives Termulenses de ecclesia sanctae Trinitatis quam ipsi construxerant super mare, in ripa que nominatur Petra Hermerissi. Eodem modo oblatae sunt huic monasterio tres ecclesiae in Lumisano, idest Sancta Maria, Sanctus Petrus, et Sanctus Benedictus in loco Maccla bona, cum omnibus rebus et pertinentiis earundem ecclesiarum. Guido etiam Asculanus obtulit curtem suam de Casali, loco qui dicitur Forcae, quae est terra modiorum circiter mille quingentorum[e]: obtulit autem illam in ecclesia sancti Salvatoris de praedicto Asculo, ad opus monasterii huius. I, 37. Emmo[f] etiam quidam Marsicanus obtulit huic monasterio[g] hereditatem suam de Comino, quod est centum modia de terra, in loco qui dicitur Ferrara, ad Vicalbum. Circa hos dies Gisepertus praepositus sanctae Sophiae de Benevento, ordinatus super causas huius monasterii in Lesina et Thermule[h], recollegit ab Adelchiso Lucerino episcopo libellum quem ei[i] dudum Angelarius[k] abbas fecerat de omnibus quae in praedicta Lesina huic monasterio pertinebant, dimissa iterum[l] ei per libellum medietate ipsius faucis, et fluvio Lauri usque in quindecim annos; censu libra[m] auri per annum. Hic[n] idem Gisepertus proclamavit in placito Termulensi coram multis qui ibi aderant nobilibus atque iudicibus, super quodam Castelgardo[o] qui ei contendebat quandam curtem nostram in eadem Termula, loco qui vocatur Casale Mari ad Sanctum Georgium, quae curtis appellatur De Theodosio; quam videlicet curtem Deusdedit abbas noster olim emerat ab Adelperto avo eiusdem Castelgardi, quingentis solidis aureis, cum casis, terris, vineis, silvis, pratis, et aquis, simul cum ipso pascuo eius quod habebat in Termuleto[p], per designatos fines: ab uno capite rivus qui decurrit a Sancto Georgio in vivarium[q], et usque Bifernum; ab altero capite mare; a latere Bifernum; ab alio latere rivus vivus qui decurrit in mare; et ita ostensa ratione sua iudicantibus illis, manifestavit se inde praedictus Castelgardus[r] per scriptum, apposita compositione mille solidorum si hoc aliquando

a) Vit. et s. H. 1^b. *ed.* b) *deest* 1^b. 2. c) r. in eodem comitatu e. 1^b. 2. d) Item — solidos quinque *desunt* 1. e) Polv. *ed.* f) modiorum *ed.* g) tulit *ed.* h) proclamante illo r. est r. 1^b. *ed.* i) *deest* 3. k) Proclamavit — eas *desunt* 1. l) m. domni O. imp. *ed.* m) O. et Oderisi comitis de Balua, a. 2. n) Sulmonam s. praedicto c. Od. qui *ed.* o) n. de Balua in 2. p) *addit* 4. q) h. partis illius de pertinentia scilicet T. 1^b. r) in pertinentia huius monasterii 1^b. 2. s) Riga *ed.* t) c. s. o. *add.* 4. u) *add.* 4. v) t. tantum p. 1^b. *ed.* w) m. de omnibus q. ibi (*deest ed.*) op. et de i. c. t. 1^b. *ed.* x) Per idem tempus S. 1^b. *ed.* y) constructa 1^b. *ed.* z) omnibus 1^b. *ed.* *) Id — Larinum *deest* 1. a) Larienenses 2. b) dicitur *ed.* c) Similiter — Hermerissi *desunt* 2. d) I. filius Radefrit et 1^b. e) quingenti 1^b. *ed.* f) Emmo — Vicalbum *desunt* 1. g) loco *ed.* h) Thermole 1^b. 2. i) illum 4. k) abbas A. 1^b. l) d. ei it. 1^b. *ed.* m) a. libra una 1^b. *ed.* n) Hic *etc. usque ad finem cap. desunt* 1. o) Castalgardo 4. p) Termoleto 2. q) Vicarium *ed.* r) Gastalgardus 3.

53, quod tunc civitatis et pagi nomen erat. 53*, a. 29. Paldolfi, 4. Landolfi, ind. 15. — Reg. n. 233. 54) Trigno.

removere voluisset. Constantius quoque praepositus sancti Benedicti de Larino[a], proclamavit in placito Madelfrid[b] comitis super Azonem episcopum ipsius civitatis, de ecclesia sancti Benedicti in Pettinari[c] quam idem episcopus cum omnibus possessionibus eius sibi vendicaverat, et ostensa ratione ac iustitia nostra, iudicante comite et episcopo renuntiante, recollegit eam: et quoniam destructa erat, a fundamentis illam[d] restaurans, in ea monasterium quod hactenus intra[e] civitatem fuerat, esse constituit, ibique cum fratribus[f] religiose vivere coepit.

55 7. Hic abbas fecit libellum de monasterio[g] sanctae Mariae in Luco[h. 55], Raynaldo comiti Marsorum, secundum illas scilicet pertinentias atque[i] fines, quibus Gualterius sacerdos et monachus eandem ecclesiam a[k] Doda comitissa sibi concessam[l] in hoc monasterio ante[m] annos ferme viginti tradiderat, quod[n] est terra modiorum circiter sexcentorum. Quod[o] videlicet sanctae Mariae monasterium diversis postmodum ac multiplicibus longe lateque ecclesiis seu possessionibus a[p] nonnullis fidelibus est ditatum, de quibus hic ea[q] quae investigare potuimus, congruum scribere duximus. Ecclesia[r] sanctae Mariae in Passarano, et sancti Sebastiani ibidem. Monasterium[s] sancti Martini in Trans aquas. Ecclesia[r] sanctae Mariae de Colle longo; sanctae[t] Restitutae in Morrei; sancti Stephani, et sancti Nykolai, et sancti Donati in valle Sorana; sanctae Crucis in valle Ortuccle[u]; sancti Laurentii in Vico; sancti Iohannis in Besenge[v]; sancti Cypriani in civitate Marsicana; sancti Salvatoris in agro[w] eiusdem civitatis; sanctae Barbarae ibidem; sancti Ambrosii in Secunzano. Monasterium[x] sanctae Mariae in Cesis; sancti Leucii[y] in Marano; sancti Blasii in Muscosi[z]; sancti Herasmi in Pomperano; sancti Silvestri in Pireto; sancti Salvatoris in Camerata[*]; sancti Germani in Petrella Romani. Omnes istae ecclesiae, cum universis possessionibus et pertinentiis earum mobilibus et immobilibus praedicto monasterio antiquitus pertinuerunt. Insuper et hereditas Petri Maimonis in Auritino[a] magna et bona, et hereditas Apici in Paterno, necnon[b] et hereditas Bettonis Rattrude in Avezano.

8. Praeterea ubicumque aliquid[c] de possessionibus huius[d] monasterii quae prioribus temporibus amissae seu[e] perditae fuerant praefatus[f] abbas[f] investigare certius poterat[g], maximum[h] recolligendi et conquirendi, seu[i] etiam redimendi, nec non libellos faciendi, studium habebat[k]. Libellos[l] autem seu[m] de rebus huius monasterii, sive sancti Angeli de Barreio sicut[n] in eisdem libellis habetur ideo studiosissime faciebat, ut et hoc monasterium dudum a Saracenis destructum de huiusmodi[o] pecuniis reconciliaret, et ut per hoc indicium ad huius coenobii dicionem universa illa pertinere in futurum tempus ostenderet. Nam filiis cuiusdam Gisonis de Aprutio libellum faciens de curte de Bigano[p], quadringentorum circiter modiorum, recepit inde in[q] praesenti solidos sexcentos: annualiter vero pro censu, solidos 20. Item in Aprutio[r] de curte Tulliana, solidos trecentos; pro censu[s] 23. Item ibidem de curte quae dicitur Bassanum solidos centum, pro censu 15. Item ibidem loco Arole de quadringentis modiis terrae, solidos sexcentos[t]; pro censu 4; de[u] curte Mariana solidos 168[v]; pro censu 7. Item de[w] curte Tuliana[x] et aliis rebus libras 16; pro censu solidos 20. Item de eadem solidos trecentos: pro censu 16. In comitatu vero Pennensi de curte sancti Silvestri de Doliola[y], solidos quadringentos: pro censu 15. De curte sancti Georgii de Colline, solidos ducentos: pro censu 10. De terris in loco qui dicitur Ciccle, solidos quingentos; pro censu 10. De terris in Paterno et Casa Punti[z] solidos 160: pro censu 4. In Marsia de Sancto Victorino in Celanu[**], et Sancto Benedicto in Tilia, libras 6: pro censu tremisses 8. In[a] Balva

a) Lariano 2. b) Madelfrit 3. c) Pettenari 2. d) eam r. ibi m. *ed.* e) infra *ed.* f) monachis 2. g) ecclesia 1. *corr.* 1[b]. h) L. et S. Herasmi 1. i) a. f. *add.* 1[b]. k) a. D. c. s. o. *add.* 1[b]. l) oblatam 1[b]. *ed.* m) m. dudum t. 1. *corr.* 1[b]. n) q. e. modiorum terrae sexcenti 1[b]. *ed. desunt* 1. o) Quod Avezano *desunt* 1, *sed signum positum excidisse aliquid prodit.* p) et 2. q) h. aliquanta scribamus quae i. p. *ed.* r) S. Maria in Colle l. *etc. alio ordine ed.* s) Sanctus Martinus *ed.* t) S. Restituta *etc. ed.* u) Artuccle 3. v) Besenle 3. 4. *an* Besenie? w) giro *ed.* x) S. Maria *etc. ed.* y) Eleuticius 3. z) Muscusi 3. *) Camarata 3. a) Auretino 2. b) *add.* 4. c) *deest ed.* d) *deest* 1. nostri 1[b]. *ed.* e) s. p. *add.* 4. f) *add.* 1[b]. g) potuit 1. *ed.* h) m. prae omnibus r. 1. *ed.* i) seu faciendi *add.* 1[b]. k) habuit 1. *ed.* l) Libellos *etc. usque ad finem cap. add.* 1[b]. m) a. quamplurimos sive 1[b]. *ed.* n) ut 1[b]. *ed.* o) ipsorum 1[b]. *ed.* p) Vigano 1[b]. 2. q) in p. *desunt* 4. r) Prucio de curte q. d. Bass. 4. s) solidos *hoc loco ubique addunt* 1[b]. *ed. omittit* 4. t) ducentos 3. u) 4. Item ibidem de 1[b]. *ed.* v) solidos 168; pro censu *desunt* 2. w) i. ibidem de 1[b]. *ed.* x) Tulliana *ed.* y) Doliosa *ed.* z) Punzi 2. **) Celano 3. a) In — parvulo *desunt* 1.

55) ad lacum Fucinum.

de Sancto Mercurio et Sancto Cesidio[a], libras 4: pro censu tremisses 10. Item ibi de ecclesia sancti Benedicti in Praetorio libras duas: pro censu solidos duos. Fecit etiam libellum cuidam Iohanni presbytero et Maraldo gastaldeo civitatis Cannensis de piscaria eiusdem civitatis, in loco qui dicitur Zappineta, usque in 10 annos; pro censu[b] 14 ligaturas sepiarum, 40 bonas sepias per singulas ligaturas habentibus; nec non et de ecclesia sancti Benedicti sita in eadem Canni, pro censu solidorum[c] duorum. De[d] piscaria quoque Lesinensi et fluvio Lauri libellum fecit pro censu triginta bizanteorum. Fecit et libellum Landulfo comiti Hiserniensi de tota pertinentia terrarum ubi dicitur Capriata. Quas idem comes non multo post ex integro reddidit in hoc monasterio, tradito hic ad conversionem cum[e] aliis oblationibus filio suo parvulo. De[f] ecclesia quoque sancti Andreae et omnibus pertinentiis eius in valle de Caudis, loco Paulisi libellum fecit cuidam Leoni presbytero et Iohanni Genco[g], pro multis[h] dumtaxat xeniis et servitiis eorum. Similiter fecit et de innumeris aliis per[i] diversa loca seu provincias; quae profecto[k] hic recensere vel scribere superfluum duximus[l].

9. Huius[56] abbatis nono[m] decimo anno Iohannes[n] papa de Roma exiliatus venit 966. Capuam, et rogatus a praefato principe Pandulfo, tunc primum in eadem civitate archiepiscopatum[o] constituit, Iohanne[p] eiusdem principis fratre inibi consecrato. Post[q] quem domnus Leo huius cenobii monachus in eadem civitate quattuor annis et dimidio archiepiscopatu functus, Gerberto[r] nichilominus loci[s] istius monacho sui[t] successionem honoris reliquit*. Sequenti[u] autem anno defuncto primo Ottone, Otto secundus imperator filius[v] eius cognomento Rufus venit Capuam, et abiit Tarentum, ac[w] Metapontum, et 969. deinde[x] Calábriam. Unde[y] prospere ad sua reversus, anno Domini 983. iterum magno exercitu congregato, cum Saracenis in Calábriam dimicaturus descendit: sed divina permissione superatus ab illis, vix ipse cum non multis evadere potuit. Veniens[z] igitur 982. Capuam, firmavit principatum relictae Pandulfi principis Aloarae, et filio eius Landenulfo. Nam Landenulfus et Atenulfus eiusdem Aloarae filii in praedicto bello perierant. Ipse vero imperator pro recolligendo milite ac certamine restaurando Rómam[*] profectus[a], eodem tempore defunctus est; atque[b] in atrio ecclesiae beati Petri apostoli in labro porphiretico[57] sepultus**; et filius ipsius, Otto tertius regnum[c] accepit. 57

10. Aloára[d] igitur cum vixisset in honore suo annis circiter octo, reliquit in principatu filium Landenulfum; qui post quattuor menses cum[e] de more principali eiusdem

* Ipso anno sol obscuratus est hora tertia 11. Kal. Ian. ita ut multae stellae apparerent[58] *add.* 1[c]. 58
** introeuntibus in paradysum eiusdem ecclesiae ad levam *add.* 1[b]. 2.

a) C. et aliis rebus in Flaterno 2. b) c. super singulos annos q. *ed.* c) c. duarum pellium confectarum 2. d) Fecit et libellum — parvulo. De — bizanteorum *ed.* e) c. a. o. *desunt ed.* f) In valle quoque de C. l. P. (l. P. *desunt* 1[b].) de eccl. S. A. *etc.* 1[b]. *ed.* g) G. p. *abscisa* 1[b]. h) m. d. *desunt* 1[b]. *ed.* i) a. quae 1[b]. 2. k) q. hic superfl. scribere d. 1[b]. *ed.* l) depositus autem nono Kl. Dec, sepultus est iuxta ecclesiam sancti Benedicti *add.* 1. m) octavo 1. *corr.* 1[b]. n) tertius decimus *add.* 1. *expunxit* 1[b]. o) archiepiscopum 3. p) c. consecrato ibi I. fratre e. p. archiepiscopo 1. *ed.* q) Post — reliquit *add.* 1[b]. r) Gilberto *ed.* s) huius l. m. 1[b]. *ed.* t) m. succ. archiepiscopatus r. 1[b]. 2. u) Et s. anno 1. *Signum ibi in marg. appictum quid sibi velit nescio; v. tab. lithogr.* Seq. anno *ed.* v) f. e. c. r. *add.* 1[b]. w) ac M. *add.* 1[b]. x) *deest* 4. y) *ita* 1[c]. Biennio autem post haec Pandulfus princeps pugnans cum Grecis apud (castrum Apuliae *add.* 1[b].) Bebinum, captus ab eis est; et Constantinopolim deportatus; sed post decem menses evádens reversus est (ad Ottonem imperatorem apud eandem Bibinum ubi captus fuerat *add.* 1[b].) filiumque suum Landenulfum ducem in Caieta constituens, quarto postmodum est anno defunctus[59]. Anno autem D. 983. praefatus Otto imperator secundus m. e. c. iterum c. S. 1. 59 z) In quo etiam praelio Landulfus princeps filius principis Pandulfi cum fratre suo Atenulfo et aliis pluribus mortuus (occisus 1. *corr.* 1[b].) est. Imperator autem Capuam reversus f. p. r. P. p. A. et f. e. L. Ipse vero pro 1. *ed.* *) Veronam 1. *corr.* 1[b]. a) rediens 1. *ed.* b) atque levam *add.* 1[b]. c) factus est imperator 1. *corr.* 1[b]. d) Praedicta vero A. cum 1. *ed.* e) m. a quibusdam i. s. C. c. o. est apud ecclesiam s. M. ad

56) Multum de hoc loco disputatum est. Ut paucis dicam quod sentio, Leonem in ecclesiae Capuanae membranis adnotatum invenisse existimo, Iohannem consecratum esse a. 966, quo 18[us] Aligerni annus incipiebat; natali Domini 968 Ottonem II. imperatorem factum: qua re adductus est ut patrem 967. defunctum crederet. Sed quum postea in Ann. Casin. inveniret, Ottonem 969 Calabriam adiisse, patremque inter vivos fuisse (nam illum pro secundo habuit), annum superius scriptum mutandum esse putavit et solis eclipsin ei addidit. Aligerni annum 18. exhibet etiam Chr. Atinense ap. Murat. SS. VII. p. 909. quod hic eodem cum Leone fonte usum esse videtur. 57) potius in concha marmorea lapide porphyretico tecta: eodem ut fertur qui Hadriani sepulcro impositus fuerat; cuius arca postea recepit Innocentium II. Lapis ille Fontana dirigente excavatus in ecclesia S. Petri aquam baptismalem continet. Fusius de his omnibus disserentem adi Bonannium de templo Vaticano cap. 22. 58) Accidit A. D. 968. Dec. 22. cf. Liutprandi Leg. 64. 59) cf. Chr. Salern. c. 171 sqq.

civitatis ad ecclesiam sancti Marcelli ipsa quinta feria sancti paschae sollempniter pro-
993. Apr. 20. cessisset, a quibusdam infidelibus suis Capuanis crudeliter occisus est[60]. Quo cognito
61 Trasmundus[a] Teatinus comes et[b] marchio[61] propinquus eiusdem principis, ad ulciscendam ipsius interfectionem, congregato non[c] parvo exercitu simul cum Rainaldo et Oderisio Marsorum[d] comitibus, venit super Capuam post duos ferme menses, et obsedit eam ac vastavit per quindecim dies. Postmodum vero pro hac eádem principis ultione, venit Capuam unácum praedictis comitibus Hugo marchio missus ab imperatore, et obsedit eam undique per multos dies, quousque illi[e] traditi sunt ii qui praefatum[f] principem interfécerant. Quos accipiens, sex dè illis in furca suspendit; caeteros vero diversis ac variis poenis multavit.

990. 11. Ante hoc ferme biennium ingens terraemotus factus est tam in Capua quam
Oct. 25. in[g] Benevento: ita ut in Capua plurimas domos everteret, et campanas eiusdem civita-
62 tis per sé sonari faceret. In Benevento autem Viperam[62] deiecit, et subvertit quindecim turres; in quibus videlicet[h] centum[i] quinquaginta homines mortui sunt. De Ariano et Frecento[k, 63] magnam partem destruxit. Compsanam civitatem prope mediam evertit, eiusque episcopum cum aliis[l] multis occidit. Ronsam[64] vero cum universis fere in ea manentibus summersit. Eisdem[m] ferme diebus frater huius Aligerni abbatis, Leo nomine, monachus professione, revertens[n] a Ierusolima portionem ligni dominicae crucis non párvam, auro gemmisque pretiosis ac margaritis circumdatam[o], secum detulit, et huic sancto coenobio devotissimus obtulit, ipsa[h] die[p] Nonarum Novembrium. De-
985. positus[q] est autem praedictus abbas 9. Kal. Decembris[65], et honorifice[h] sepultus iuxta
Nov. 23. ecclesiam sancti Benedicti.

Manso abbas[r] vicesimus octavus, sedit annis undecim.

12. Iste fuit consobrinus Pandulfi principis[66]; qui cum eo tempore quo Aligernus[s]
67 abbas defunctus est, monasterio sancti Magni iuxta Fundanam civitatem[67] pósito praeesset, propinquorum principum solacio[t] fretus, non autem[u] monachorum consensu, coenobii huius abbatiam indeptus èst. Unde factum est, ut nonnulli de prioribus ac[v] melioribus huius monasterii fratribus potius hinc egredi quam manere sub illo eligerent. E quibus domnus[w] Iohannes Beneventanus qui postmodum abbas extitit, unus

quam de m. p. e. c. ipsa q. f. s. p. processerat 1. m. a. q. i. s. C. c. o. est a. e. s. M. ipsa q. f. s. p. ad quam d. m. p. e. c. eádem die (soll. *add.* 3.) processerat 1b. *ed.* a) Transmundus *ed.* b) et m. *add.* 1b. c) n. p. *desunt* 4. d) O. c. M. 1. *ed.* e) ii t. s. illi *ed.* f) praedictum 1. 2. g) *deest ed.* h) *add.* 4. i) multi 1. 150 1b. k) Fregento *ed.* l) c. plurimis aliis o. 1. *ed.* m) Isdem 1. n) p. portionem *etc.* revertens a I. detulit 1. *ed.* o) et in argenteo loculo venerabiliter collocatam 1. *del.* 1b. p) d. N. N. *add.* 1b. q) *haec in fine c.* 8. *habet* 1. r) M. 28. a. 1. *ed.* s) Aliernus 3. t) f. s. 1. *ed.* u) a. omnium huius loci m. c. 1. 2. v) et m. 1. *desunt* 2. w) *deest* 1. 2.

60) cf. Chr. S. Bened. SS. III. p. 206. 207. sed noster aliqua addidit. Cf. etiam Petri Dam. Opusc. 57. 61) id non recte addidisse videtur. 62) cf. Ann. Benev. ad a. 990. Vipera castellum fuit in agro Beneventano; noster tamen de simulacro aliquo cogitavisse videtur. Beneventi quoque vicum fuisse Viperam, postea dictum *Vico de' Serpi*, De Vita refert in Antt. Beneventanis. 63) *Frigento.* 64) Terra erat non longe a Compsa. ANG. 65) In cod. 47. *Nono Kal. Decembris Aligernus sacerdos et abbas huius loci.* In codice 353. habetur epitaphium Aligerni, manu s. XI. scriptum, quod per Bethmannum V. D. denuo collatum hic subnectimus:

Hic pater egregius Aligernus pausat humatus
Pignere vivifico resiliturus item.
Nativa bonitate cluens[a]*, et inclitus orbi,*
Urbe Neapoleos satus et altus erat.
Ast Domini praecepta librans, patriam quoque linquens,
Quo caput orbis habet, pervolitabat ovans:
Aecclesiae doctoris enim delegit asilum,
Sub patre Balthwino subdere colla Deo.
Dogmate normali virtutum culmina postquam
Attigit, hoc sacrum regere gimnasium
Promeruit, quo cuncta micant spiramina lucis,
Per mare, per terras, per iuga, perque chaos.
Quod quia frustratum fuerat tum[b] *temporis, ille*
Nisibus omnigenis enceniarat hians.
Tigna novans tegulasque locans dissepta resarsit,
Picturamque — rudem — fecit habere domum.
Quid valeat, quid non, quo virtus, quo ferat error,
Noverat ipse sagax propositique tenax.
Non persona potens fuerat, quae tempneret illum,
Quae placeantque rogat, quo dare cuncta queat.
Gravis erat moribus, monachorum specula extans,
Cuncta gerens placido ingenioque pio.
Iam meritis pater ille pius talibusque refertus,
Laetus ab ethereis sumitur ecce choris.
Conditur his septis ter ternis rite Kalendis
Romulei mensis, ipse December adest.
Hoc pie coenobium ter denos rexerat annos,
Septenosque simul, sic adiitque[c] *polum.*
Nunc monachile decus titulum cum legeris istum,
Dic, et in aeternum nunc habeat requiem. Amen.

Ind. 14. obiisse produnt Ann. Cas. ut annum 37. minime compleverit. 66) Laidolfus etiam princeps consanguineum suum appellat in suo praecepto, in regesto Petri num. 235. ANG. 67) *Fondi.*

a) summus *addit c.* b) tam *c.* c) adiique *cod*

fuit: alter vero, domnus[a] Theobaldus, nichilominus postmodum abbas effectus; domnus etiam Liutius, de religiosioribus[b] ac prioribus loci huius monachis unus; nec non et quinque alii quorum nomina non recoluntur. Et[c] tres quidem primi Ierusolimam profecti sunt; ceteri vero quinque in Lambardiam: quos cum ob maximam huius loci devotionem Hugo marchio nimis honorifice[d] suscepisset, ex eius largitione quinque[e] in illis partibus coenobia construxerunt, atque iuxta huius monasterii traditionem omnem ibi ordinem posuerunt. Ex[f] huius marchionis dono duo hic argenteae coronae habentur.

13. Per[g] idem tempus supradictus Otto tertius interventu matris[h] augustae Theo- 989. Iul 23
phanû[i] praeceptum huic monasterio fecit, confirmans de more omnes pertinentias eius[68].
Gisulfus praeterea Teanensis comes[69] fecit oblationem in hoc monasterio de loco sive[k] 996. Aug.
castello quod dicitur Casale Caspuli, cum universis[l] finibus ac pertinentiis eius. Berteramus[70] etiam nobilis vir de comitatu Pennensi obtulit res suas beato[m] Benedicto in 991. Iun. 14.
loco qui vocatur[n] Fonte tecta[71], cum ecclesia sancti Flaviani, et medietate castelli de colle[o] Carello, et castello de monte Petitto, et cum aliis curtibus suis, quod est terra modiorum septingentorum. Sed et Petrus quidam presbyter[72] de Campomaurani[p. 73], obtulit in hoc loco ecclesiam sancte Marie, quam ipsemet[q] in hereditate sua construxerat super ipsos lacus eiusdem civitatis, cum multis terris et omnibus pertinentiis eius. Temmarius quoque vir quidam illustris de Aprutio fecit sancto Benedicto cartam de omni pertinentia sua in Penne et Aprutio, cum ecclesia sancti Pauli, et sancti Iohannis de Busseta[r], et curtibus per diversa loca, quod[s] est terra modiorum mille et centum[t]. Similiter fecit et Trasmundus[u] clericus de curte sua in Aprutio quae dicitur Celli, cum omnibus pertinentiis et adiacentiis suis, quod est terra modiorum trecentorum. Id ipsum fecit et Grimoaldus iudex Aquinensis de ecclesia sancti Angeli in monte qui vocatur[v] Aspranus, cum terris non paucis et ceteris pertinentiis suis.

Hic[w] abbas fecit libellum quibusdam nostratibus, iuxta tenorem abbatis Aligerni, et posuit eos circa Sanctum Heliam, ut et ipsam ecclesiam a barbaris destructam restaurarent, et terras in circuitu eius iuxta terminos statutos excolerent. Landenulfo[x] quoque Lucerinae sedis episcopo fecit libellum de piscaria Lesinensi; unde idem episcopus per singulos annos reddebat in[y] censum in natale Domini[z] praeposito sanctae Sophiae de Benevento ad opus monasterii huius bizanteos 26. Fecit etiam libellum Rainaldo comiti Marsorum de ecclesia sancti Pauli que sita est in territorio Cominensi, in pertinentia castelli Septem fratrum, cum rebus et adiacentiis[*] suis, trecentis videlicet terrarum modiis, recipiens ab eo ad[a] praesens quidem solidos 50: annualiter vero, tincas quingentas. De[b] ecclesia quoque sancti Felicis in Pulverio, et sancti Maximi in comitatu Teatino libellum faciens, recepit solidos trecentos: pro censu autem solidos 8. In[c] comitatu Pennensi: de Sancto Angelo de Galiano solidos 100: pro censu 7. Item ibidem de Sancto Bonito solidos 50: pro censu solidos 3. Item ibidem de terris ad Coronulas, et ad fontem Ermonis, solidos 100: pro censu solidum unum. Item ibidem de terris in Pastina et in valle Albina solidos 160: pro censu solidos 8. Item[d] in Aprutio cuidam Odemundo[e] de ipsa curte de Mariano ad ipsam cisternam, et in colle de Morta terram modiorum 100, pro[f] solidis nichilominus 100, et pro censu solidos 5[g]. Eo-

a) *deest* 1. 2. b) religiosis huius l. m. ac prioribus u. 1. *ed.* c) E (*deest ed*) quibus omnibus tres priores I. p. s. Quinque v. alii in L. 1. *ed.* d) reverenter 1. *ed.* e) l. atque concessione q. monasteria in i. p. c. ibique i. t. h. m. o. o. p. 1. *ed.* f) Ex — habentur *desunt* 1. Ex cuius etiam m. *ed.* g) *totum cap. add.* 1b. h) m. suae a. 1b. i) Theophanii *ed.* k) et 1b. 2. l) *addit* 4. m) sancto 1b. *ed.* n) dicitur 1b. *ed.* o) loco *ed.* p) de civitate C. 1b. 2. q) ipse 1b. *ed.* r) Bosseta 1b. 2. s) l. terram 1b. *ed.* t) *Hic tribus fere versibus* (Similiter et Teuto *etc. v. c.* 26.) *expunctis pergit:* Hic fecit 1b. u) Transmundus *ed.* v) dicitur *ed.* w) Hic — excolerent *desunt* 1b. *ed. v. infra not.* g. x) Hic fecit l. L. L. s. e. de 1b. *ed.* y) *add.* 4. z) natali p. *ed.* nat. d. p. 1b. *) pertinentiis 1b. *ed.* a) in praesenti 1b. *ed.* b) Fecit etiam libellum de e. s. F. in P. et s. M. in c. T. pro quo r. s. 300: p. c. vero s. 1b. *ed.* c) De S. A de G. in P. c. 1b. *ed.* d) Item — quinque *desunt* 1. e) Ademund 3 f) p. s. n. c. *desunt* 2. g) 5. Iste fecit libellum iuxta t. a. A. quibusdam n. et p. *etc. ut supra l.* 25. *ed.*

68) Reg. n. 126. Actum est Ingelheim. 69) *filius b. m. domni Paldolfi principi.* Datum est 4. anno Landolfi, (l. Laydolfi) mense Aug. ind. 9. Edidit Gattula Acc. p. 84. e reg. Petri. Verum non ipsum castellum dari, sed terram ei adiacentem, observavit Di Meo in Ann. Neap. 996. 70) Gatt. ib. p. 84. e reg. 71) *Fontecchia*, in Aprutio Ultra. GATT. 72) Reg. n. 237. Temmarius n. 238. ubi vocatur *Tetmari*; Transmundus, et Grimoaldus ibidem. ANG. 73) *Civita Campomorano* extat in com. Molise prope Guardam Alfieram.

994. Apr. 15. dem[a] tempore Terracinenses cives commoniti a Iohanne episcopo suo propter cladem quandam[b] quam tunc patiebantur, ipso die sancti pasche[74] omnes[c] unanimiter devoverunt ac promiserunt daturos se per singulos annos in hoc monasterio sex milia anguillas; et scriptum inde fieri, terribili anathemate supposito ad posterorum memoriam
75 praeceperunt[75].

989. Nov. 11. 14. Hic idem[d] abbas cum a Iohanne papa quintodecimo[e] privilegium[76] iuxta solitum recepisset[f], a Landenulfo etiam principe, qui ut iam diximus a Capuanis[g] crude-
991. liter interemptus est, praeceptum confirmationis abbatiae[h] totius accepit[77], secundum[i] tenorem scilicet praecepti patris ipsius. Laydulfus quoque eiusdem Landenulfi frater qui illi in principatu successit, 15 ei[k] familias in Aquinensi civitate de maioribus quae
993. ibi erant concessit. Cui[l] etiam nono[78] abbatiae ipsius anno iuravit omnem securitatem,
994. Dec. 10. et ut de tota omnino abbatia se vivente illum fideliter adiuvaret; praeceptum quoque de Castro Coeli, cum toto monte qui vocatur Asprànus per suas pertinentias fecit. In eius[m] itaque montis summitatem idem[n] abbas ascendens, cum nonnulla inibi veterum aedificia repperisset, voluit ibi castrum construere; sed propter aquae penuriam id facere
79 dissuasus, descendit; et in látere eiusdem montis, roccam quae Sicca nuncupatur[79] aedificavit[o].

999. 15. Supradictus[p] itaque imperator Otto, deposito de[q] principatu Laidulfo[80] et ultra montes exiliato, eo quod in nece fratris sui consensisse dicebatur, Ademario cuidam Capuano filio Balsami clerici, quem secum a puero educatum unice diligebat, Capuanum[r] tradidit principatum. Non multo post idest[s] post menses 4, idem Ademarius a
81 Capuanis principatu depellitur, et Landulfus[81] de Sancta Agatha[t], filius scilicet Landulfi Beneventani principis in principem subrogatur. Hic praefato[u] abbati iureiurando[82] firmavit, et iurando firmare fecit duodecim de[v] nobilibus Capuanis totam ex integro abbatiam, cum omnibus omnino intra Capuanum principatum pertinentiis eius, sicut eam tenuit sub supradicta[w] principissa Aloara et Landenulfo filio eius, a quibus ei dudum fuerat confirmata. Comitatum etiam Aquinensem totum ex integro, simul cum episcopatu eius, et castellum[x] Teramense[83] necnon[y] et castellum Arcis, cum omnibus pertinentiis eorum,
84 sicut eo tempore tenebat et dominabatur. Insuper et castellum de Bantra[84] quod fuit Landonis comitis, cum universis pertinentiis ipsius, tenore simili[z] confirmavit, cum diversis videlicet aliis condicionibus quas a praedicto principe abbati eidem requirere visum fuit, quemadmodum in ipsius sacramenti serie continetur.

a) Eodem — praeceperunt *in c.* 26. *leguntur* 1^b. b) *deest* 4. c) u. o. 1^b. *ed.* d) Hic itaque c 1. *ed.* e vicesimo 1. *corr.* 1^b. f) tertio anno abbatiae suae recepit praeceptum ab Ottone imperatore tertio (O. tertio adhuc regnante *corr.* 1^b.) per rogum (*corr.* preces) Theophanú imperatricis (matris *suprascr.*) illius *add.* 1. *quae postea expunxit.* g) C. apud ecclesiam s. Marcelli c. 1. *ed.* h) t. a. 1. *ed.* i) s. t. s. p. p. i. *add.* 1^b. k) illi 1. *ed.* l) A quo etiam n. a. suae a. praeceptum adquisivit de C. C. cum t. m. q. dicitur S. Angeli in Aspráno. In 1. Cui e. n. a. i. a. praeceptum de C. C. cum t. m. qui dicitur S. Angeli in Asprano (d. Aspranus 3.) per s. p. faciens, iuravit illi omnem — adiuvaret. In 1^b. *ed.* m) cuius m. 1. praefati i. m. 1^b. *ed.* n) i. a. *add.* 1^b. o) qui videlicet locus Laurianum primitus a multitudine laurorum quae ibi erant appellabatur (*ea delevit* 1^b.) ecclesiamque in honore sanctae Crucis ibidem construxit *add.* 1. p) *totum caput deest* 1. *sed signum appictum est; cf. cap.* 24. q) dep. L. quem supra diximus et *ed.* r) d. quemque ante paululum marchionem fecerat, C. 2. s) i. p. m. q. *desunt* 2. t) Agathe f. L. *ed.* u) H. princeps supradicto a. *ed.* v) 12 nobiles Capuanos *ed.* w) s. praefata A. p. *ed.* x) c. T. n. et *desunt* 2. y) *deest* 3. z) t. quo supra dictum est c. *ed.*

74) 15. *die intrante mense Aprilis quae fuit resurrectio domini nostri I. C. die secundum dominicum* i. e. dominica altera post pascha, ut temporum supputatione constat. 75) quod e Petri reg. edidit Tosti Hist. Cas. I. p. 243. 76) Tosti I. p. 233. e reg. 77) Gatt. Acc. p. 87 ex or. Datum est Landenulfi anno 9. ind. 4. s. d. 78) nonus annus ad solum praeceptum pertinet, cum quo eum noster primo recte coniunxit: siquidem post Aligerni obitum sedem aliquot diebus vacasse statuimus; iuramentum Laydulfus in ipsis principatus initiis anno Mansonis 8. praestitit. Utrumque dedit Gatt. Acc. p. 89. 90. 79) *Roccasecca.* Ibi Thomas Aquinas natus est. ANG. 80) cf. Chr. S. Bened. SS. III. p. 207. 81) eum inde a Ian. 1000. principem cartae ipsius demonstrant. 82) quod e Petri reg. edidit Gatt. Acc. p. 90. Temporis notae desunt. Verum aut fictitium est, aut Mansonis nomen scribae errore insertum, ut iam Gattula vidit. Nisi forte Landulfus Mansonem quamvis caecatum pro vero abbate habuit. Noster difficultates chronologicas quibus se impeditum cerneret, subterfugere quam solvere maluit; v. infra de Adenulfo et cap. 24. de Ademario. 83) olim Interamna, ubi confluunt Garilianus et rivus *delle Sogne.* 84) quae postea Vandra, nunc deserta, sita ubi Bantra, hodie *Peccia*, Gariliano miscetur. Ex adverso trans Bantram sita est Rocca de Vandro s. Evandri.

16. Praeter multa igitur illius strenue et ut[a] suppressius de tanti loci patre loquar saeculariter quodam modo gesta, cum et equites sibi plurimos, et non paucos sericis indumentis ornatos[b] famulos paravisset, et[c] ultramontani imperatoris curiam nichilo segniter frequentaret, praecipue[d] ob supradictae arcis constructionem, maximum sibi invidiae atque odii fomitem in universo principatu succendit[e]: quod quasi videretur non solum abbatiam, sed etiam principatum sibi cupere vendicare. Unde factum est, ut non multó post, fraude invitatus a Capuanis, captus-atque cecatus sit. Accessit ad hanc invidentiam, etiam Alberici Marsorum episcopi nequitia; qui[85] videlicet dum filio Petr. Dam suo quem de quadam meretrice susceperat tradidisset episcopatum, ad huius loci abbatiam adipiscendam si quomodo posset totum[f] miser dederat animum. Comperiens[86] ita- 86 que praedictum abbatem ob ea quae supra diximus valde Capuanis infensum[g], locutus primo cum quibusdam nequissimis monachis, postmodum vero cum aliquibus pessimis[h] civibus Capuanis[87], pactus est[i] centum se libras Papiensium denariorum illis daturum, si cecato prius abbate, Casinense sibi[k] monasterium traderent[l]; quod deinceps eorum fultus auxilio, sine alicúius contradictionis obstaculo possideret. Ita videlicet, ut medietatem ipsius pretii ad praesens illis per suos necessarios mitteret: medietatem vero alteram tunc destinaret, cum abbatis oculos in manus[m] suas reciperet. Quod cum ita inter eos firmatum fuisset, coeperunt utrique hic de pecúnia, illi de nequitia pro posse studére. Congesta igitur pseudo episcopus ille undecumque pecunia, misit[88] quemadmodum pollicitus fuerat. Quam nequam illi suscipientes, illos quidem qui detúlerant in quibusdam latibulis[n] absconderunt; ad[89] abbatem vero venientes, dolose pedibus[o] 89 eius prostrati precantur ut Capuam adeat; et si quam adversus aliquem[p] illorum querelam haberet, legalem inde iustitiam sumeret[q]. Abbas autem quoniam illorum invidiam iam dudum compertam et malitiam suspectam habebat, negat illuc posse se aliquátenus ire. Tunc illi Deum negare parum quid estimantes, et eum qui universorum inspector est fallere se posse credentes, mox adhibitis euangeliis iurant quod salvum illum et incolumem Capuam ducant, salvumque nichilóminus et incolumem ad sanctum Benedictum reducant. Hoc autem[r] illi iurantes, fraudulenter in mente sua statuerant, ut postea quam Capuam illum duxissent, ad ecclesiam quoque[r] sancti Benedicti quae in eádem civitate sita[r] est eum perducerent[s], ut quasi huius[t] doli ingenio periurium devitarent. Deceptus itaque huiuscemodi[u] fraudibus abbas, credidit; et Capuam una cum illis nichil suspicans mali, perrexit. At illi qui iam dudum[v] diabolo[w] suggerente concęperant[x] dolorem, pepererunt tandem iniquitatem: moxque ut in Capuanum monasterium illum introduxerunt, quemadmodum disposuerant capiunt, eiusque oculos sine mora evellunt, 996. Nov. 14. ac[y] diligenter linteolo involutos, clam ut domino suo ferent, episcopi nuntiis mittunt. Quos illi suscipientes, et[z] valde effecti[*] hylares, festinanter ad dominum suum reverti coeperunt. Sed ó nunquam dormitans divini iudicii oculus[a]. Iam illi prope Marsiam in campo qui[b] Mezius vocatur pervenerant, ibique iam securi subsistentes, cibos ab itinere fatigati percipiebant. Cum ecce[c] peregrinus quidam a[d] Marsia veniens, ac perquisitus ab eis iuxta quod viantibus consuetudo est aliquid novi: *Episcopus* ait *huius terrae defunctus est.* Qua illi voce vehementer attóniti, eumque fallacem atque impostorem, cum aspernatione nimia esse dicentes, prorsus credere dubitabant. Sed cum ille rem certo certius atque instantius affirmaret[e], et diem horamque illius obitus diligenter notatam eis referret, confestim illi in eodem loco defossis oculis quos iam frustra ferebant, ad domum infelicis[r] episcopi[f] conscensis equis perníciter ádvolant, atque

a) et quodam modo ut s. d. t. l. p. l. s. g. 1. *ed.* b) indutos 1. *ed.* c) et — freq. *add.* 1[b]. d) huius praecipue munitionis constructione m. 1. e) accendit: adeo ut non — sit; quod quasi non s. a. s. e. p. s. vendicare satageret 1. *ed.* f) p. animum appulit 1. p. a. dederat *ed.* g) infestum *ed.* h) Deum ignorantibus 1. *ed.* i) p. tandem est c. se l. Papiensis monetae i. d. si illi c. p. 1. *ed.* k) m. s. 1. l) contraderent 1. *ed.* m) manu sua conspiceret 1. *ed.* n) ábditis 1. *ed.* o) p. e. p. *add.* 4. p) i. a. 1. *ed.* q) sumat 1. *ed.* r) *add.* 4. s) deducerent 1. *ed.* t) hoc fraudis i. 1. *ed.* u) huiusmodi 1. *ed.* v) *add.* 1[b]. w) d. s. *add.* 4. x) ceperant 2. y) atque 1. *ed.* z) *deest* 1. *) h. e. 1. *ed.* a) oculos 2. b) c. Mezio 1. 2. c) e. subito p. 1. *ed.* d) q. superveniens 1. 2. e) affirmavit 4. f) e. quae non longius áberat c. 1. *ed.*

85) Sequentia paene ad verbum desumpta sunt e Petri Damiani ep. IV, 8. Longe aliter haec narrantur in Vita S. Nili c. 12. Annum 996. habent Ann. Casinates. 86) *Comperiens — infensum* addidit Leo. 87) *Deum nescientibus laicis.* Petr. Dam. 88) *ad beati Germani oppidum.* Petr. Dam. 89) *ad — quemadmodum disposuerant*, apud Petr. D. non leguntur.

reperiunt eádem hora vita privatum episcopum, qua praedictus abbas lumine privátus
90 fuerat oculorum[90]: quae videlicet dies 18. Kal. Decembris extitit. Ne[a] cui autem hoc
dubium forte aut incredibile videatur: ex illis nuntiis quos in tantum scelus iam dictus
pseudo episcopus destinaverat, unum Andream nomine, presbyterum officio[b], ego ipse
cum adhuc essem puerulus vix sese in lecto movére valentem récolo me vidisse; qui
ultra centenariam iam vivens aetatem, haec omnia seriatim avunculo meo sanctae memoriae Iohanni Sorano episcopo quotiens interrogabatur cum lacrimis confiteri solebat[c].

Práeerat eo tempore in Aquinensi gastaldatu Adenulfus cognomento Summúcula, ábavus[d] scilicet eorum qui nunc dicuntur Aquinénsium comitum; qui mox ut abbatem caeca-
1000? tum agnovit, hylaris effectus, praedictam[e] Roccam Siccam quam idem abbas[f] pauló ante
construxerat, a fundamentis[g] evertit[h.*]. Huic[i] porro abbati successor eius Iohannes,
ecclesiam sancti Martini iuxta Vulturnum, et ecclesiam sancti Secundini[k], ex[l] toto concessit, cum omnibus omnino pertinentiis ac possessionibus earum, ut ibidem suo arbitrio quandiu adviveret, honorifice conservari valeret. Defunctus[m] est autem praedictus abbas 8. Idus Martii.

990. 17. Eodem[n. 91] tempore beatus Adelpertus Sclavorum episcopus relicto episcopatu
suo ex[o] licentia Romani pontificis ad hoc monasterium venit, cupiens Ierusolimam pergere[p]; sed cum a praedicto abbate et a nonnullis huius loci prioribus dehortatus inde fuisset, quasi divinitus datum sibi consilium sumens, statuit tota vita sua hic dégere, et nusquam amplius omníno procedere. Cum[q] autem quadam die quidam de prioribus huius monasterii affectuóse cum ipso loquentes dixissent: *Bonum est pater ut hic nobiscum maneas, hic habitum monasticum induas, hic Deo placitum vívere ducas; quoniam cum sis episcopus, et ecclesias nostras dedicare, et*[92] *nostros clericos ad gradus ecclesiasticos poteris*[r] *promovére;* hoc ille verbum nimis[s] moleste accipiens, mox descendit,
93 atque[t] ad virum sanctissimum Nilum, quem tunc apud[93] Vallem luci cum aliquot Grecis fratribus religiosissime conversari perceperat, devote[u] profectus est. A quo dum opportuna[v] humiliter consilia quaereret, seque ab illo non posse recipi cognovisset: pro eo enim quod ita de monasterio nostro recesserat, asserebat praedictus pater non audere se illum retinere, ne forte ob hoc et ipse cum suis inde expelleretur; consilio tandem ipsius Romam reversus, in monasterio sancti Bonifatii martyris aliquandiu conversatus
994. est; nec multo post, iterum ad episcopatum suum a pontifice[w] Romano directus[x]. Rur-
996. sus itaque Romam[y] reversus, iterumque Sclavoníam remissus, cum praedicare ibi coepis-
997. Apr. 23. set, capite[z] a barbaris pro Christo truncatus, martyrium sumpsit.
996 Mai. 21. His quoque diebus imperialem coronam de manu Romani pontificis tertius Otto suscepit[*]. Non multo post autem Crescentium[94] Romanum senatorem qui se in castello
998. Apr. 29. sancti Angeli[a] contra eum rebellans munierat, sacramento deceptum cępit, et mox quasi reum maiestatis capite obtruncavit.

95 18. Eo[b. 95] etiam tempore vir Dei Romualdus una cum beato Bonifacio imperatoris consanguineo qui paulópost apud Russíam Christi[c] martyr effectus est, et cum aliis

*) Hic abbas in territorio Capuano construxit ecclesiam in honore sancti Apollinaris, et in Liburia ad Casam Gentianam ecclesiam sancti Iohannis, et in Casale ecclesiam sancti confessoris Christi Mauri *add.* 2.

a) Ex his autem nuntiis q. 1. *ed.* b) *add.* 4. c) s. ne quis forte existimet fabulosum 1. *ed.* d) *ita* 1b. avus eorum 1. e) e. roccam vocabulo S. 1. *ed.* f) *add.* 1b. g) c. funditus e. 1. *ed.* h) xiii[a] indictione, primo anno principatus domni Landulfi de S. Agatha 1b. *in marg.* i) Huic — valeret *add.* 1b. k) S. quae in Caiazzano territorio sitae sunt 1b. 2. l) cum o. o. p. ac p. e. diebus vitae ipsius (d. v. i. *desunt* 3.) ex toto contradidit, ut 1b. *ed.* m) Ipse autem abbas non longo post tempore defunctus est (8. Id. Mart. *in marg.*) et in claustro huius monasterii iuxta ecclesiam conditus est 1. Depositus est autem 8. Id. M. et in claustro huius m. i. e. reverenter reconditus 1b. 3. *desunt* 2. *v. c.* 19. *in fine.* n) Huius temporibus b. 1. Per idem tempus b. *ed.* o) e. l. R. p. *add.* 1b. p) ire 1. *ed.* q) Sed cum q. 1. *ed.* r) prom. decentissime poteris 1. *ed.* s) satis 1. *ed.* t) atque (paulopost *add.* 1b.) Romam r. in 1. u) p. satis d. *ed* v) d. eius genibus humiliter provolutus o. c. q. *ed.* w) *ita* 1b. a xx[mo] papa Iohanne 1. x) est *add.* 1. y) i. videns se nichil ibi proficere, Romam revertitur, et in praefato s. Bonifatii monasterio remoratur; iterumque ab archiepiscopo suo Maguntino ad Scl remittitur. Ubi cum p. c. 1. 2. z) c. ab infidelibus c. p. 1. *ed.* *) *hic finis capitis est* 1. 2. *v. cap.* 18. *in fine.* a) A. de ponte s Petri c. 1b. *ed.* b) *totum caput add.* 1b. etiam vir *post lacunam* 4. c) *add.* 4.

90) Hucusque Petr. D. exscripsit. 91) E vita sancti Adelberti, de cuius cod. Casinate v. Pertzium Mon. SS. IV. p. 577. 92) *et — promovere* in Vita non leguntur. 93) *apud Vallem luci* addidit noster. 94) E Petri Dam. Vita S. Romualdi c. 25. 95) ib. c. 26. 27.

pluribus Teutonicis de praedicti imperatoris exercitu, ad hoc beati Benedicti monasterium orationis gratia venit. Ubi graviter infirmatus, sed quantocius divina misericordia convalescens, ad[a] sua reversus est[b].

19. Circa[c. 96] haec tempora Olibanus quidam Galliarum comes ditissimus a praefato[d] viro Dei Romualdo cui peccata sua confessus fúerat commonitus est, ut relicto seculo ad beati Benedicti monasterium sub obtentu[e] orationis veniret, ibique se[f] divino servitio irrevocabiliter manciparet, quoniam[g] quidem aliter nequaquam salvari valeret[h]. Nil ergo moratus, sua relinquens filio, cum multa divitiarum copia, quindecim scilicet onustis thesauro sagmariis, ad hoc se monasterium contulit; et his qui secum venerant valedicens, nil tale de ipso hactenus suspicantes, ipse nusquam de cetero progressurus, flentes ad propria remeare coegit[i]. 96

Iohannes[97] nonus[k] et vicesimus abbas, sedit anno uno*. 97

20. Qui[l] videlicet venerabilis vir[m], cum iam senectute pariter et infirmitate gravatùs, tanti regíminis pondus se nequaquam[n] ferre posse perspiceret, sponte[o] sua fratrumque[p] consénsu ac voluntate, abbatem sibi substituit: ipse vero abbatia relicta, in proximam heremum, in loco qui hodie[q] Pirétum appellatur, cum[r] quinque fratribus secessit; ibique in honore[s] sanctorum Cosmae et Damiani parvula constructa ecclesia solitarius quodammodo[t] degens, in spiritualibus operibus reliquum vitae suae tempus exegit. Audivi a quodam sene, quod dum quadam die super municípium huius monasterii vocabulo Piniatarium[98] cuius habitatores olim[u] rebellare temptáverant, hostiliter perrexisset, ecclesia quaedam iuxta idem municípium posita, cum[v] aliquot eorundem rusticorum mapáliis, ab illis qui secum íerant igne succensa sit, et ob hanc causam in[w] multis se maximisque lamentis dedens[x], abbatiam huiusmodi occasione inventa dimíserit. Iste[y] fecit libellum Trasmundo cuidam clerico[z], de quibusdam curtibus in[*] Aprutio[a] huic monasterio pertinentibus, per diversa loca modiorum quasi quadringentorum, pro solidis ducentis, et censu solidorum octo; de illis[b] quoque térris in loco Ciccle pretii[c] ac census tantundem recepit. Idem etiam de tertia parte curtis de Moscufe[d] et de[e] aliis terris, libellari nomine datis[f], recepit solidos quadringentos; pro censu vero per annum solidos 24.

21. Hic cum tempore iam Theobaldi abbatis defunctus fuisset, ipsa[g] nocte religiosus quidam frater Iohannes nomine in monasterio sancti Laurentii quod Capuae situm est[h], vigilias fratrum de more praeveniens, subito[i] dum oraret respexit, viditque quasi super hunc montem maximam lucem in aere, atque intra eandem lucem, cernit Iohannis ipsius animam coelum conscendere. Cumque facto mane cúperet reddi certus de visione, perrexit ad Andream qui tunc Capuano[k] monasterio praeerat, eique visionem quam perspéxerat pandens, obnixe rogat, ut hominem suum ad hoc monasterium protinus mittat, qui omnem rei veritatem diligenter addiscere, eisque revertens debeat intimare. Pergens itaque nuntius, cum pars illi adhuc itineris aliqua superesset, quendam obvium habuit, qui ab hoc monasterio Capuam se proficisci diceret, ut praefati viri[l] obitum fratribus ibi degentibus nuntiaret. Quem cum de hora obitus eiusdem sol- Desid. Dial. II, 11.

*) Quo videlicet tempore luna conversa est media in sanguinem et media in nigredinem *add.* 1b.

a) ad s. *add.* 4. b) est; eo scilicet tempore quo idem imperator Crescentium — obtruncavit *ut supra* 1b. 2. c) *et hoc caput add.* 1b. d) praedicto 1c. *ed.* beato R. 1b. e) praetextu 1b. *ed.* f) *deest* 4. g) quando 3. q. q. a. n. s. v. *desunt* 1b. 2. h) posset 3. i) Depositus est autem praedictus abbas 8. Idus Martii, et in claustro huius monasterii reverenter reconditus *add.* 2. k) I. abbas 29. 1. *ed.* l) Hic ven. 1. m) abbas 1. *ed.* n) se f. non p. 1. *ed.* o) s. s. *deest* 1. 2. p) consensu atque electione cunctorum fratrum, a. 1. *ed.* q) hodiéque 1. r) c. q. f. *add.* 1b. s) honorem 1. *ed.* t) *addit* 1b. u) h. in morte praedecessoris sui r. 1. v) p. ab his qui s. i. cum a. e. r. m igne 1. *ed.* w) c. abbatiam dimiserit 1. *mutavit* 1b. x) sedens 3. y) Iste — 24. *add.* 1b. z) c. de Aprutio, de 1b. 2 *) c. nostris in *ed.* a) in eodem A. 1b. *ed.* b) aliis 1b. *ed.* c) C. libellum faciens p. t. r. 1b. *ed.* d) Moscuse *ed.* e) *add.* 4. f) *deest* 1b. 2. g) i. n. r. *add.* 1b. h) est, longe supra socios religiosam vitam ducebat. Ea igitur nocte qua Iohannes quem diximus obiit, cum frater ille vig. 1. est, cum v. 1b. *ed.* i) p. orationibus esset intentus, s. respiciens vidit q. s. montem 1. *ed.* k) t. m. nostro quod intra Capuam est praesidebat 1. 2. l) p. venerabilis v. Iohannis o. 1. *ed.*

96) ib. c. 11. 15. Haec multo ante evenerant: et prius a nostro in marg. adscripta sunt quam illa de beato Romualdo et de Crescentio, quae postea addens signis factis interposuit. 97) *Iohannes abbas de Cappelle.* Ann. Casin. cf. infra c. 42. Ante annum 997. constitutum esse non puto, quum Iohanni III. 12 anni 6 menses tribuantur: quibus etiamsi 7 Docibilis menses addideris, tamen annum 1011. vix attinges. 98) Piniatarium parvus nunc est vicus, quarto vel quinto lapide distans a Sancto Germano in austrum. ANG.

licite perquisisset, ea illum hora ex hoc seculo migrasse accepit, qua Capuanus ille Iohannes, eius animam coelum[a] conscéndere se vidisse asseruit. Tunc ad illos a quibus legati fuerant uterque reversus, alter Capuae Iohannis depositionem, alter vero Casini 99 retulit quae super eius[b] obitu visa fuerat visionem. Obiit autem pridie Idus Martii[99].

Iohannes tricesimus a beato Benedicto abbas effectus, sedit annis duodecim, mensibus sex[c].

Desid. Dial. II, 1 22. Hic ex illustri Beneventanorum civium prosapia genus nobile ducens, sed nobiliores ab infantia possidens[d] mores, cum in ecclesia civitatis eiusdem archidiaconatus 1 honorem gereret, divino tactus amore, temporibus Aligerni abbatis[1] ad hoc sanctum[e] coenobium venit; et universae saeculi vanitati renuntians, vestem monasticam induit. Qui cum aliquantos sub sanctae conversationis studio peregisset annos, atque post Aligerni transitum Manso in abbatiam, ordine quo iam diximus successisset, egressus hinc[f], c. 2. Ierusolimam orationis causa profectus est, atque in monte Syná per sex continuos[g] annos commoratus. Inde vero in Grecia in monte qui Agionóros vocatur[2], per aliquot temporis spatia conversatus est. In quo loco sanctus pater Benedictus illi quadam nocte per visionem apparens, pastoralem virgam quam manu gestare videbatur, ei contrádidit, atque ut ad monasterium Casinense quantocius[h] reverteretur indixit. Quam visionem cum mane facto patri monasterii retulisset, monére illum atque hortari idem abbas curavit, ut quoniam voluntatis hoc videretur esse divinae, minime neglegendum duceret: sed mox ad suum[i] monasterium coelesti gratia comitatus réditum maturaret. Visioni igitur et commonitioni Iohannes obtemperans, ad hunc locum Christo duce reversus est; quem[k] praedecessor ipsius Iohannes abbas alacriter[l] valde recipiens, mox praepósitum órdinavit, ac non multo post quia ipse ut supra relatum est et infirmitate simul et aetate impediebatur, eundem sibi substituit; et illo in heremum secedente, hic in monasterii curam universorum fratrum electione successit[m]. Fuit[n] autem temporibus Silvestri papae secundi, et octavi decimi Iohannis. Hic primo ordinationis[o] suae anno 998. Mai. 25. recepit praeceptum confirmationis totius abbatiae, aureo sigillo bullatum[p] a supradicto 3 Ottone imperatore[3]. Qui[q] etiam imperator in[r] hoc monasterio per dies aliquot remoratus, duas coronas argenteas beato Benedicto obtulit.

1000. Febr. 1. 23. Per idem tempus Rainaldus comes Marsorum[4] fecit monasterium de ecclesia sanctae Mariae quae dicitur In Cellis, territorio Carseolano[5], idque in circuitu non parvis possessionibus ditans, castellum etiam quod nunc Celle vocatur, tunc autem appellabatur[s] castellum sancti Angeli, cum omnibus eius pertinentiis in eodem monasterio confirmavit. Petrus quoque presbyter quidam de civitate Tiburtina, de[t] ecclesia sancti Pastoris quae iuxta eandem civitatem sita est, cum universis ipsius pertinentiis cartulam oblationis in eodem monasterio cum omnibus suis parentibus fecit.

999. 24. Anno[u] tertio abbatis huius, qui est millesimus ab incarnatione Domini[6], prae- Petr. Dam. V. S. Rom. fatus[u*] imperator Beneventum venit[v], et causa penitentie quam illi beatus Romualdus iniunxerat abiit ad montem Garganum. Reversusque consequenter Beneventum, petiit a[w] civibus corpus sancti Bartholomei apostoli; qui nichil tunc ei[x] negare audentes, habito[y] cum archiepiscopo qui tunc eidem urbi praesidebat[z] consilio, corpus[*] beati Paulini Nolani episcopi quod satis decenter apud episcopium eiusdem[a] civitatis erat recon-

a) *add.* 1^b. b) illius 1. *ed.* c) quattuor 1. *corr.* 1^b. d) m. p. 1. *ed.* e) sacrosanctum 1. *ed.* f) pauco post tempore *add.* 1. *del.* 1^b. g) a. c. 1. h) sub omni festinatione 1. *ed.* i) ad beati Benedicti m. 1. 2. k) q. mox p. 1. *ed.* l) abbas praepositum ordinans, non multo post quia ipse et inf. et senio gravabatur, sicut supra diximus, eundem 1. *ed.* m) succedit 1. *ed.* n) fuit — Iohannis *add.* 1^b. o) p. anno o. s. r. p. c. t. a. ab Ottone tertio imp. a. s. b. 1. *ed.* p) bullatum. Huius (*c.* 24) 1. q) Qui *etc. et cap.* 23. *desunt* 1. Quo etiam tempore idem i. 2. Idem i. 3. r) imp. hic p. *ed.* s) autem c. s. A. nuncupabatur *ed.* t) T. in eodem m. de e. s. P. cum omnibus eius p. iuxta e. c. sita, cart. obl. cum *ed.* u) Huius abbatis a. t. 1. *ed.* u*) idem 1. supradictus *ed.* v) *reliquam capitis partem add.* 1^b. venit. Sequenti vero anno mortuus est apud Sutrium 1. *dein tres versus erasi sunt.* w) ab eis 1^b. 2. x) illi 1^b. *ed.* y) habito — consilio *desunt* 1^b. 2. z) praeerat 3. *) callide i. p. c. a. corpus 1^b. *ed.* a) ipsius 1^b. *ed.*

99) Ita necrol. ap. Gatt. Acc. p. 853. 1) Temporis notas Leo addidit. 2) olim Athos. 3) Gatt. Acc. 91. ex orig. sigillo cereo munito, dato Romae in palatio. 4) *R. comes filius qd. Berardi comiti ex nacione Francorum in ducato Spoletino comes de provincia Marsorum* ut ipse loquitur in carta quam e reg. edidit Gatt. Acc. p. 101. 5) Prope Talleacotium. ANG. 6) Adventum Ottonis eiusque mortem Ann. Casinates secutus uno anno anticipavit: quibus quum coniectura usus insereret quae a Petro Damiano et Beneventanorum ut videtur narrationibus acceperat, in graviores errores incidit; nam Garganum Otto a. 999. adiit, v. Wilmans Iahrbb. Otto III. p. 106.

ditum callide[a] illi pro corpore apostoli obtulerunt; et eo sublato recessit, huiusmodi[b]
fraude deceptus. Quod[c] postquam rescivit, nimium indignatus, corpus quidem confes-
soris quod detulerat, honorifice satis apud Insulam Romae recondidit[7]; evestigio[d] autem 7
Beneventum regressus, obsedit eam undique per tempus[e] aliquod, sed nichil adversus
eam praevalens, Romam reversus est[f]. Unde cum[g] ad sua reverti disponeret, mortuus 1001.
est apud oppidum quod nuncupatur Paternum, non longe a civitate que dicitur Castel- 1002.
lana[h. 8]; ab uxore ut[i] fertur Crescentii senatoris quem superius ab illo[k] retulimus Ian. 23. c. 17.
decollatum, qua[l] impudice abutebatur potionatus. Sed[m] antequam mors eius a circum-
manentibus dinosci valeret[n], corpus ipsius aromatibus[o] conditum a suis ultra montes
delatum[p] est[9], et Heinricus[q] dux consobrinus ipsius constitutus est rex[r]. 9

25. Hic abbas fecit capsam magnam argenteam inaurátam, cum smaltis et gemmis[s]. Fecit et ceroferária duo magna[t], librarum argenti quindecim, necnon et duo turibula argentea, librarum sex: codices quoque ecclesiasticos nonnullos[u] fecit magnos et pulchros; totius etiam monasterii ambitum in circuitu muris turribusque munívit. Construxit preterea et ecclesiam in honore sancti Nycolai[v] in montículo qui secus pratum[w] dominicum[x] est, prope civitatem sancti Germani. Quem videlicet emulátus Theobaldus praepositus ipsius, et ipse nichilominus eídem beato confessori[y] basilicam aptavit apud castrum sancti Petri, quod[z] est positum ad radicem huius montis, in cripta antiqua, quae ingentibus[*] saxis pulchro[a] gentilium opere in demonum suorum[b] honore constructa iuxta ecclesiam[c] eiusdem beati Petri sita videtur[d. 10]. Quo tempore, octavo scilicet Ann. Cas. 1005.
ipsius abbatis anno, terraemotus ingens per quindecim et eo amplius dies hunc montem exagitavit, ita ut in áliquot locis ecclesiam scinderet.

26. Rainaldus[e] praeterea supradictus Marsorum comes dedit huic abbati causa concambii curtem unam in Alifis quae dicitur sancti Stephani, cum terra modiorum quadringentorum, et in Teano alteram modiorum quingentorum, in loco qui dicitur Campus; et recepit ab eo scriptum de Sancta Maria in Luco et de Sancto Herasmo et Sancto Sebastiano et Sancto Angelo. Oderisius[f] quoque comes eiusdem Rainaldi filius, oppidum quod[g] dicitur Casa Fortini[h. 11] cum omnibus pertinentiis eius, mille videlicet modio- 11

a) r. ostenderunt; et 1^b. *ed.* b) tali 1^b. *ed.* c) Quo etiam tempore deposito Laidulfo quem supra diximus et ultra montes exiliato quod in nece fratris sui consenserat, Ademario cuidam Capuano filio Balsami clerici quem secum a puero educatum unice diligebat, quemque ante paululum marchionem fecerat, Capuanum tradidit principatum. Sequenti vero anno venit super B. et obsedit e. 1^b. d) Sequenti vero tempore perrexit iterum super B. et o. *ed.* e) p. dies multos 1^b. *ed.* f) r. mortuus est a. 1^b. g) U. vix ad s. r. incipiens m. *ed.* h) Castellina 3. C. ubi ab 1^b. i) ut f. *desunt* 1^b. k) eo 1^b. l) quam 4. m) *deest* 1^b. n) posset 1^b. *ed.* o) a. c. *desunt* 1^b. p) d. atque sepultum est, 1^b. q) et H. cons. i. fit rex 1. r) *Hic* 1^b. *inseruit integrum caput, quod postea induxit:* K. Praefatus vero Ademarius potentia multa elatus, cum Aquinum ordinaturus venisset, Adenulfus Summucula cuius supra meminimus in Aquinensi se praetorio muniens, nequaquam recipere illum decernit. Contigit autem ut quadam die dum Ademarius castris egressus secus civitatem videndi causa deambularet, et Adenulfus campi explorandi gratia clam cum aliquot suis exisset, subito sibi ex improviso alter alteri obvius fieret. Cumque perterritus Adenulfus de tam insperato concursu fugam solus arripuisset, Ademarius cum suis illum insequi cepit. Qui vero cum Adenulfo fuerant hoc videntes, post eos a tergo pariter irruunt; et quibusdam eorum occisis, quibusdam fugatis, Ademarium capiunt, eumque in civitatem inducunt. Mox igitur Adenulfus ultra omnem spem curuli illum sella impositum, nichil timere hortatur; et consequenter adhibitis euangeliis eius de more fidelis efficitur. Tantam itaque Adenulfi circa se considerans Ademarius quod numquam captivus sperare poterat bonitatem, confestim illi praeceptum de universo Aquinensi dominio fecit, eumque de cetero non gastaldeum sed comitem ab omnibus appellari praecepit. Hic igitur primus comes et hoc primum praeceptum Aquinensium fuit. Non autem multopost, idest post menses quattuor Ademarius a Capuanis principatu depellitur, et Landulfus de S.... *reliqua sunt abscisa.* s) g. diversorum colorum 1. *ed.* t) d. l. q. 1. 2. u) e. renovavit m. 1. 2. e. fecit m. 3. v) s. confessoris Christi N. 1. *ed.* w) p. est ubi cymiterium defunctorum antiquitus fuerat. Quem 1. *corr.* 1^b. x) domnicum 1^b. *ed.* y) Nycolao 1. *ed.* z) q. e. p. a. r. h. m. *add.* 1^b. *) quae iuxta eiusdem 1. *amplavit* 1^b. a) g. o. p. 1^b. *ed.* b) *deest* 1. 2. c) ei. b. P. eccl. 1. *ed.* d) est 1. 2. e) Hic abbas fecit concambium cum praedicto Rainaldo c. M. de S. Maria in Lucu et S. H. et S. S. et S. A. pro quibus recepit in terra de Alifis curtem q. d. s. St. c. t. m. q. et in T. modios D in l. q. d. Campanus *ed. desunt* 1. f) Ab hoc abbate facta est commutatio cum Oderisio comite Marsorum de castello S. U. et aliis ecclesiis et curtibus in Comino (nobis pertinentibus quasi modia nungenta *add.* 1^b.) cum (oppido quod dicitur *add.* 1^b.) Casa Fortini (et o. p. e. *add.* 1^b.) quam (quod 1^b.) praedictus comes (a parte c. s. G. tunc rétinens *add.* 1^b.) cum nungentorum (mille 1^b.) modiorum terra eidem a. contradidit. Hic 1. g) qui *ed.* h) Casofortini *ed.*

7) cf. Rob. de Monte ad a. 1156. Corpus apostoli Beneventanis non ademptum esse probavit Di Meo Ann. Neap. ad a. 1001. 8) *Città di Castello.* 9) cf. Ann. Casin. ad a. 1001. ubi Sutri obiisse dicitur, quod Leo nescio an ex Vita S. Rom. correxit. 10) cf. supra I, 5. 11) ad Garilianum, prope Bantram.

rum terra, quod idem comes a parte Gervisae[a] coniugis suae receperat[b], eidem abbati
contradidit, et recepit ab eo sub nomine concambii castellum sancti Urbani et alias
ecclesias seu curtes in Comino loco huic pertinentes, terram utique quasi modiorum[c]
1010. nungentorum. Hic[d] idem Oderisius ultimo abbatis huius anno una cum Gibborga con-
Mai. iuge[12] obtulerunt huic monasterio ecclesiam sancti Felicis in Comino[e, *], pertinentia
Sancti Urbani, cum centum modiis terrae in circuitu ipsius, et aliis centum apud Atinam[f]
in loco Vallis bonae, et cum omnibus eiusdem ecclesiae pertinentiis[f*]. Eodem tem-
pore abierunt tres de monachis nostris ad Gualterium comitem de Lesina, et in eius
praesentia contenderunt cum quibusdam[g] nobilibus terrae[h] illius de piscariis eiusdem
Lesinae, et de molendinis[i] de Lauri, et de ecclesia sancti Petri ibidem, et de caeteris
rebus sancti Benedicti, sicut in eorum libello continebatur; et cognita praefatus[k] comes
iustitia nostra, iussit scripto suo universa illa exintegro[l] monachis nostris restitui, appo-
sita insuper pena compositionis 2000 bizanteorum, qui exinde amplius contra nos con-
tendere voluisset. Per hos etiam dies Hubertus Firmanae civitatis episcopus obtulit
beato Benedicto de causa iuris sui in fundo Oppiano terras et vineas, silvas, prata et
oliveta, possessionem non parvam: et in fundo Paterno similiter. Sed et Gaiderisius[m]
quidam de eadem civitate Firmana fecit cartam in hoc monasterio de una ecclesia iuris
sui vocabulo Sanctus Benedictus, in loco qui dicitur Sambucetum, cum rebus et perti-
13 nentiis suis[13]. Landulfus quoque Salernitanus princeps sub hoc abbate monachus
1004. factus, obtulit in[n] hoc monasterio omnes res sibi[o] iure hereditario pertinentes in comi-
Dec. tatu Sanctae Agathae; domus[p] scilicet et curtes nonnullas, cum olivetis vineis et molen-
dinis, et omnibus earum pertinentiis[14]. Trasmundus[q] etiam clericus dives ac nobilis
c.13. de Aprutio[15], cuius iam supra meminimus, ecclesiam sancti Nicolai, que constructa est
iuxta fluvium Trutinum[16], loco Sumusiano vocabulo, rebus suis ditatam, monasterium
1004. esse constituit; idque per suae oblationis cartulam, sub huius cenobii iure contradidit.
Dec.
1005. Similiter autem et Teuto filius Teutonis de eodem Aprutio obtulit huic monasterio eccle-
Aug. siam sancti Iohannis in loco, qui dicitur Scorzone[17]; quam videlicet ipse propriis rebus
ditatam, sanctimonialium monasterium fecerat. Eodem modo[r] et Rainerius filius Ioseppi
obtulit beato Benedicto unam ecclesiam iuris sui vocabulo sancti Nicolai in comitatu
Pennensi, loco qui dicitur Sambuceta, cum omnibus ornamentis et pertinentiis eius.
1001. Quique Rainerius ante annos circiter sex fecerat cartam[s] in hoc monasterio de omnibus[t]
Iul. omnino rebus ac pertinentiis proprietatis suae quae possidere videbatur in comitatu Pen-
18 nensi, Teatino[u], Asculano, atque Aprutiensi[18]. De castello videlicet Ambleto, et de
Pharaone, et Murro[v] et Cantalupu, et Aterno, et Arche, et de plurimis curtibus suis,
986. quod est terrae octo milia circiter[w] modiorum. Per[x] idem tempus[19] cives Terracinen-
Ian. 3. ses admoniti a Iohanne pontifice suo, obtulerunt in monasterio sancti Stephani de Ter-
racina unam piscariam quae est ab ipso fluvio eiusdem[y] civitatis, loco qui dicitur Gam-
bara, usque in mare, apposita poena trium librarum auri obrizi eis[z] qui id removere
aliquatenus temptavissent. Similiter etiam Roffridus* patricius obtulit ibidem unam
piscariam suam in[a] praedicto fluvio de Terracina, in pantano Trasectu. Circa hos

*) quae videlicet sancto Angelo de Barregio olim pertinuit *addit* 2.

a) c. s G. *ed.* b) tunc retinebat 2. c) *deest* 4. d) Hic *etc. usque ad finem cap. add.* 1b. e) *deest* 4. f) Atinum 1b. 2. f*) pertinentiis. Per hos etiam d. Hubertus 1b. g) *deest* 2. h) i. t. *ed.* i) molendino 2. k) praedictus *ed.* l) m. n. e. *ed.* m) Gald *ed ; in* 1. *superior huius versus pars abscisa est.* n) o. huic m. 1b. *ed.* o) ibi *ed.* p) domos 1b. *ed.* q) Sed et T. c. 1b. *ed.* Transmundus *ed. et Reg. Petri D.* r) E. etiam m. R. 1b. 2. E. tempore et eodem modo R. 3. s) cartulam 1b. 2. t) *deest ed.* u) A. T. 1b. *ed.* v) et de M. et de C. et de A. et de A. 1b. *ed.* w) *add.* 4. x) m. Eodem tempore Terrac. *etc. ut supra c.* 13. — praeceperunt. Circa h. d. Franco 1b. y) supradictae *ed.* z) e. q. id r. a. t. *desunt ed.* *) Rofrithus 3. a) in pant. T. in pr. f. de T *ed.*

12) filia Trasmundi marchionis, ut ipse ait in carta ap. Gatt. H. p. 327. Hanc oblationem in Petri reg. scriptam esse testatur A. de Nuce, datam *in Comino ab inc. d. n. I. C.* 1010. *anno, mense Madius et per ind.* 8. 13) Reg. n. 248. ANG. 14) *In n. d. n. I. C.* 6. *anno p. d. Landolfi gl. p. mense Decembri,* 3. *ind. Ideoque ego Landolfus princeps de civ. Salerno et modo sum monachus in monasterio S. B. de castro Casino — offero* etc. poenam 100 *libras aurei bizant.* pollicitus, si contra egerit. Reg. n. 243. 15) fil. Gisoni. Cartam quam cum Armelda coniuge, f. Ugonis comitis, scribi iussit, edidit Gatt. H. p. 196. e reg. 16) hodie *Trontino.* 17) in monte solitario territorii Aprutiensis. Gatt. H. pag. 203. ubi cartam edidit. 18) Gatt. Acc. p. 102. 19) *anno Deo propicio pontificatus d. Ioannis summo pontifice et universali papae in ss. sede b. P. ap. . . ind.* 14. *mense Ian. die* 3. (dominico) *imperante anno* 1. *Iohanne Crescentione filio Romanorum patricio.* Gatt. H. p. 115. e reg. Petri.

dies Franco quidam presbyter et monachus fecit cartam in hoc monasterio de una ecclesia proprietatis suae[a] vocabulo Sanctus Benedictus in finibus Monticelli, loco Salabuca iuxta Bifernum cum universis[b] rebus ac pertinentiis eius. Huic abbati[c] Lupus filius Azzonis de Aprutio fecit oblationem omnium rerum suarum cum quinque ecclesiis, idest Sancta Victoria in Murro, Sanctus Calistus in Colle, Sanctus Antimus in Commeiano[d], Sanctus Archangelus in Fauniano[e], Sanctus Andreas in Cesule, cum terra quingentorum circiter modiorum, et cum omnibus omnino sibi pertinentibus rebus in toto Aprutio. Adam quoque[f] cognomento Salichus[20] obtulit in hoc monasterio ecclesiam[g] sancti Martini 20 in territorio Teatino, loco qui dicitur Cornecclanum, cum centum terrae modiis in circuitu eiusdem ecclesiae, et cum reliquis pertinentiis ipsius[h]. Hic abbas fecit libellum de Sancto Bonito[i], Sancto Angelo de Galiano, Sancto Salvatore de Seriole, Sancto Petro de Castriniano, Sancto Felice de Montaniano, Sancto Felice inter flumina, Sancto Valentino, et Sancta Maria in Aufiano[k], pro solidis quadringentis, et censu solidorum 20. Idem[l] fecit et Otteramo castaldeo[m] Marsorum de Sancto Clemente in Avezano pro solidis centum, et censu staminearum 5.[21] Item de Sancto Gregorio de Serviliano pro solidis 30, et censu pisces 100. Item de eodem, censum piscium quadringentorum. Fecit et libellum cuidam monacho nomine Trasari, de Sancto Benedicto in Canusio, de Sancto Salvatore in Monorbino[n], de Sancto Benedicto in[o] Iuvenaze[p], de Sancto Focate[q] in Barano[22]; cum ipsa piscatione de[r] lacu Romani, de Sancto Cassiano in Filone, simul 22 et de omnibus pertinentiis huius loci in civitate Tranensi, cum omnibus pariter[s] earundem ecclesiarum pertinentiis. Idem fecit et[t] filiis Adelberti[u] de Papiniano[v] de[w] quadringentis modiis[x] terrae in Aprutio pro solidis 200, et[y] censu solidorum 8. Fecit et commutationem cum Tresidio quodam Teatino, a quo recipiens[z] ecclesiam sanctae Luciae in Castellone, loco qui dicitur Insula, cum omnibus rebus eiusdem[*] ecclesie et terra modiorum centum, dedit[a] ei per diversa loca apud Teatem terrae modios[b] septuaginta[c].

27.[*] Per[d] idem tempus edificatum est monasterium sancti Benedicti apud Suessam, foris portam quae dicitur Ermemari[e], a domno Iohanne huius[f] loci monacho, ubi praefatus abbas concessit omnes curtes et terras huius monasterii, quae sunt intra comitatum praedictae civitatis loco Oronica, et curtes de Lota Alfani, nec non et curtes de[g] Gariliano ad ipsos currentes, et terras[h] atque curtem de Lauriana[i]. Ita dumtaxat, ut per singulos annos ex eadem curte Lauriana persolveretur nobis census, modii fabarum centum.

28. Abbas[k] autem ipse, cum[l] plurimas a vicinis comitibus pateretur angustias, Capuam ad tempus remoraturus secessit[m]. Et quoniam plus quam satis austerus in monachos fuerat, studueratque contra Benedicti decretum timeri magis a fratribus quam amari, illi estimantes immo[n] optantes huc eum ulterius non reversurum, Docibilem quendam natione Caietanum vitae simplicis virum de congregatione sibi[o] in abbatem substituunt. Qui cum de more abbatum possessiones monasterii revisurus Marchiam perrexisset, et nonnullis[p] ibi donatus[q] equis aliisque muneribus[r] iam rediret, Benzonis filii quidam de eiusdem partis magnatibus subito illum apud Pennas invadunt, et violenter universa quae ferebat diripiunt. Quo cognito Bernardus comes, mox ad eum

*) Hoc praeterea tempore Sergio IV papa defuncto, Benedictus VIII, natione Tusculanus[23], ex 1012. patre Gregorio, Romanus pontifex ordinatur. *add.* 2.

a) *hinc pauca abscisa sunt* 1b; *pergit:* cum Tresidio (*v. infra*). b) *deest ed.* c) *deest* 1b. d) Comiano 1b. 4. Comelano *ed.* e) Faumario 2. f) etiam 1b. *ed.* g) m. unam e. iuris sui vocabulo S. Martinus, in 1b. *ed.* h) ipsius. Similiter obtulit omnes res suas 1b. *reliqua abscisa sunt, sed pauca;* Hic abbas — censu sol. 8. *defuisse videntur.* i) et pertinentiis eius *add. ed.* k) Ausano 2. Caufiano 3. l) Item *ed.* m) gast. *ed.* n) Menorbino loco Straiuniano, de 2. o) de 3. p) Iuvenazze loco Orosano, de 2. q) Focato *ed.* r) p. in Lauromari 3. s) simul *ed.* t) *add.* 4. u) Adelp. 3. v) Papinlano *ed.* w) et 2. x) modia *ed.* y) *add.* 4. z) recepit 1b. *ed.* *) ipsius 1b. *ed.* a) datis 1b. *ed.* b) modiis *ed.* c) LXXta. Huic Lupus *etc. v. supra,* 1b. d) Per — centum *a Ioh. I. abbate ubi in marg. scripta sunt signis huc arcessivit* 1b. e) Hermerari 4. f) I. sacerdote et m. 1b. 2. g) de — curtem *desunt* 2. h) curtes *corr.* terras atque curtem 1b. t. a. curtes 3. 4. i) de loco L. 1b. 2. k) Ipse autem a. 1. Praedictus autem a. *ed.* l) abbas multas diversis temporibus a v. c. perpessus angustias, cum iam longaevus esset, defunctus est 15. Kal. *etc.* 1. *mutavit et ampliavit* 1b. m) abscessit 1b. *ed.* n) i. potius o. 1b. o) *add.* 4. p) multis 1b. *ed.* q) donatis *ed.* r) a. non parvis m. 1b. *ed.*

20) Erat enim de gente Francorum, ut perhibet eius chartula num. 300. ANG. 21) lanea interula seu camisia qua monachi quidam vice cilicii utebantur. DUCANG. 22) Varano? cf. supra I, 34. 23) ita etiam catalogus Petri.

accessit: seque super hac re valde dolentem[a] ostendens, totidem illi equos quot fuerant sublati, vir liberalis restituit. Veniens autem idem[b] abbas in locum qui Furca Pennensis vocatur, conversus universos Benzonis filios maledixit: Bernardum vero cum omnibus[c] suis benedicens, ut domui eius domus Benzonis semper subdita esset, et ut numquam de domo eiusdem vindicta[d] divina recederet, terribiliter imprecatus est. Quod videlicet fieri, nos hodieque videmus. Sed cum post septem non[e] integros menses pacatis atque compositis rebus Iohannes abbas huc fuisset regressus[f], Docibilis Caietam se contulit, ac non multopost languore detentus, ad hoc se referri[g] monasterium postulans, quieto fine defunctus est. Abbas quoque Iohannes cum iam longaevus esset, et
1011. Mart. 18. ipse nichilominus obiit[h] 15. Kal. Aprilis[24], atque iuxta ecclesiam est[i] beati Benedicti sepultus.

29. Eo autem quo defunctus est anno, quendam nepotem suum Iohannem cognomento Rotúndulum monachum[k] fecerat, cui videlicet ad mortem veniens, abbatiam[l] contradidit, paucis admodum super hoc sibi consentientibus, vel potius coacte id sufferentibus monachis. Quorum autem pars potior ac sanior[m] erat, nimis haec indigne ferentes, et neophitum tantae congregatióni praeesse minime cóngruum iudicantes, post menses[n] aliquot mandaverunt Pandulfo principi Beneventano, ut veniret, filiumque suum Atenulfum illis[o] in abbatem ordinandum adduceret: nulli quippe[p] magis quam ipsi, honor huius loci competeret. Quem[q] videlicet Atenulfum cum Otto imperator puerum a patre obsidem accepisset, ultra montes in quodam monasterio nutriri ac custodiri mandaverat. Post tempus vero aliquantum monitus a papate suo[r], monastica veste indutus fugam arripuit, atque inter[s] redeundum graviter infirmatus, cucullam quam fugae occasione simulanter induerat sponte se deinceps gestaturum devovit. Sicque ad patrem rediens, cum ab eo in palatio retineri non adquiesceret, in monasterio sancti Modesti quod intra Beneventanam[t] urbem situm[u] est, usque ad id temporis mansit. Laetus igitur princeps superiori[v] nuncio redditus, Casinum protinus venit, et consensu atque amminiculo monachorum[w] excluso Rotundulo filium in abbatiam substituendum laetantibus universis contradidit. Rotundulus itaque[x] tali ordine pulsus, Beneventum rédiit; atque patrocínio propinquorum, et[y] consensu ac concessione praefati principis, supradicti[z] monasterii sancti Modesti[+] abbatiam recepit[*].

c. 12. 30. Circa[a] haec tempora reversus domnus Liutius, quem superius hinc[b] egressum Ierusolimam perrexisse retulimus[c]: primo[d] apud Salernum[e] in quadam heremo, ubi[f] nunc monasterium sanctae Trinitatis constructum[g] est quod nuncupatur Ad cavam, aliquandiu mansit[h]; ubi a Guaimario principe agnitus, atque in maxima est reverentia habitus: postmodum vero in monte hoc, loco Albaneta vocabulo, usque ad suum est obitum religiosissime conversatus. In hoc[i] videlicet loco ante non multum tempus cum quidam servus[k] Dei mansionem sibimet remotiorem elegisset, atque in cisterna vetere quam ibi dirutam reppererat oratorium fabricare disposuisset, cogitante illo[l] in cuius potissimum nomine ecclesiam ipsam construeret, fertur quendam puerulum scolarem ibi tunc casu[m] venisse. Qui cum[n] a praedicto viro Dei perquisitus fuisset[n] utrum peritiam cantandi haberet, et ille habere se promptule respondisset, iussus ab eo cantare est quicquid sibi primum in mentem venisset; statuens[o] scilicet in corde suo, ut in cuius-

* Hoc anno fames valida fuit; et sal[p] defecit[25]. *add.* 1^b.

a) *deest* 4. b) praefatus 1^b. *ed.* c) s. o. 1^b. *ed.* d) gladius irae Dei r. 1^b. *ed.* e) *deest* 3. f) reversus 1^b. *ed.* g) m. r. 1^b. *ed.* h) defunctus est 1. *ed.* i) *add.* 4. k) R. ante dies non plurimos m. f. quem vid.' ad m. 1. R. quem a. d. n. p. m. f. ad m. 1^b. 2. R. quem m. f. ad m. 3. l) v. in a. substituit 1. *ed.* m) savior 2. n) *ita* 1^b. non p. multos dies 1. o) A. abbatem constitueret . nulli 1. p) enim 1. *ed.* q) *ita* 1^b. Qui v. Atenulfus cum obses ultra montes fuisset, in redeundo valde infirmatus, factus fuerat monachus. Quod et factum est. Rotundulus 1. r) ut sine suspicione alicuius fugere posset *add.* 1^b. *ed.* s) in redeundo 1^b. *ed.* t) i. eandem B. civitatem 1^b. *ed.* u) prope episcopium s. 1^b. 2. v) s. n. r. *add.* 4. w) chorum — contradidit *abscisa* 1^b. x) igitur 1. *ed.* y) et — sancti *add.* 1^b. z) suprascripti 1^b. *ed.* +) M. quod intra eandem Beneventanam civitatem situm est a. *add.* 1. *del.* 1^b. a) *cap. add.* 1^b. *erasis quae prius in 7 versibus scripta erant.* b) s. tempore Mansonis abbatis h. 1^b. *ed.* c) monstravimus 1^b. *ed.* d) p. quidem a. 1^b. *ed.* e) Salernitanum principatum in 1^b. 2. f) ubi — dinoscitur *add.* 1^c. g) T. ad C. cognomento constructum esse dinoscitur 1^c. *ed.* h) remoratus est 1^b. *ed.* i) quo 1^b. *ed.* k) vir 1^b. *ed.* l) cogitanti ei 1^b. *ed.* m) t. supervenisse 1^b. *ed.* n) *add.* 4. o) statutum s. habens in 1^b. *ed.* p) sol *Anon. Cas.*

24) a. 1011. quem carta Oderisii c. 26. allata et c. 31. initium verum esse probant. 25) ita Anon. Cas. ad a. 1011. Chr. Fossae Novae ad a. 1013. Atenulfi libellum datum 1011. m. Aug. v. ap. Gatt. Acc. p. 122.

cumque sancti honore puer ille cantasset, in eius protinus[a] nomine ecclesiam eandem edificaret[b]. Mox puer responsorium imposuit: *Veni electa mea*, totumque illud suavi satis modulamine cecinit. Valde itaque Dei[c] servus exhylaratus, et intellegens quodammodo[d] per hoc beatissimae genitrici Dei[e] placere[f], suum in loco eodem honorari vocabulum, confestim iuxta possibilitatem suam parvulam ibi ecclesiam in honore eiusdem genitricis Dei construxit[g], ibique usque ad exitum suum satis devotus in eius servitio perduravit. Cum autem post aliquantum tempus praefatus Liutius[h] illo[i] venisset, et plurimum sibi locus ipse complacuisset, elegit ibi usque ad mortem consistere, et in servitio sanctae[k] Dei genitricis perseverare. Regressus igitur ad principem Guaimarium, cui[l] dudum et pater spiritualis et familiaris super omnes extiterat, multa ab eo et diversa ornamenta ecclesiastica, et codices nonnullos[m], necnon et aliam ad fratrum usus non modicam suppellectilem adquisivit; libentissime illo ac liberaliter cuncta quae vellet accipere concedente. Confestim[n] itaque praedictam Dei genitricis ecclesiam multo satis quam fuerat[o] ampliorem efficiens, atque depingens, habitacula quoque in circuitu ad diversos commanentium usus[p] non modice quantitatis aedificavit, ibique cum triginta circiter fratribus conversari[q] religiosissime coepit. Ipse autem prae ceteris omni vilitate et extremitate contentus, tam humili se officio mancipaverat, ut farinam in pistrino ad panem faciendum famulorum more discerneret[r], cum interim de ore illius Davitica cantica[s] numquam cessarent. In cuius vitae humilitate ac[t] nimia abstinentiae austeritate usque ad extrema vitae indefesse perdurans, Richerii abbatis tempore in monasterio isto defunctus atque sepultus est.

A t e n u l f u s a b b a s t r i c e s i m u s p r i m u s, s e d i t a n n i s u n d e c i m, v i r q u a n t o n o b i l i s, t a n t o h u m i l i s e t h u m a n u s.

31. Cuius[u] anno ordinationis tertio, anno videlicet Domini 1014, quo tempore 1014.
paschalis festivitas ipso die sancti Marci iuxta calculi ordinem extitit, Heinricus rex de Febr. 14.
quo supra diximus venit Romam; et coronam imperii[v] de manibus Benedicti octavi c. 24.
papae recepit; a quo etiam papa idem abbas privilegium sumpsit[26]. Tunc[w] quoque et Mart. 13.
ipse imperator Heinricus ab eodem abbate et universa huius loci congregatione rogatus[x],
per praeceptum aureo sigillo bullatum universas pertinentias huius monasterii hic con-
firmavit[27]. Specialiter[y] autem ac nominatim res de comitatu Thermulensi[28], quarum 28
videlicet fines sunt: a capite Rivus planus, a pede mare, ab uno latere flumen Trinium
cum aqua et portu suo, ab altero rivus qui dicitur Ticcle[z]; cum castellis Petra fracida,
Ripa mala, et cum monasterio sancti Benedicti ibidem constructo. Item Fara, Ripa
ursa, Mons bellus, Pescloli, cum universis omnino finibus ac pertinentiis eorum. Item
alibi in eodem comitatu iuxta Bifernum, habens fines: a capite pertinentia sancti Gre-
gorii, a pede mare, ab uno latere Bifernum, cum aqua, et medietate portus, ab altero
rivus qui[*] dicitur Vivus, cum omnibus adiacentiis sibi pertinentibus; necnon et ecclesiam
sanctae Trinitatis et sancti Georgii in eadem civitate Thermulensi, cum universis pos-
sessionibus ac pertinentiis earum. Duo[a] etiam castella Cominensis territorii, idest Vical- 1018. Iul. 13.
bum[b] et Sanctum Urbanum alio suo praecepto[29], postquam[c] ultra montes reversus[d]
est, per[e] rogationem Belgrimi Coloniensis archiepiscopi in hoc monasterio confirmavit.
De quibus iam[f] pridem post patris mortem Pandulfus Capuanus princeps praedicto[g]
abbati fratri suo praeceptum[30] fecerat[h], nec non et de monasterio sancti Valentini in 1017 Mai. 5. 9.

a) *add.* 4. b) construeret 1^b. *ed.* c) i. vir Dei e. 1^b. *ed.* d) *add.* 4. e) D. g. 1^b. *ed.* f) placare 2. g) edificavit 1^b. *ed.* h) domnus L. 1^b. *ed.* i) ibi 1^b. *ed.* k) serv. D. et g. ipsius p. 1^b. serv. D. g. ipsius p. *ed.* l) G. p r a e d i c t i G u a i m a r i i f i l i u m, c. 1^b. 2. m) quamplures 1^b. *ed.* n) Mox 1^b. *ed.* o) q. erat in omnibus a. 1^b. *ed.* p) usque 2. q) r. c. 1^b. *ed.* r) discuteret 1^b. *ed.* s) modulatio n. cessaret 1^b. *ed.* t) atque 1^b. *ed.* u) Huius *etc.* 1^b. *ed.* Hujus secundo (*corr.* primo) ordinationis anno fames valida fuit, et sal defecit (*v. cap.* 29. *in fine*). Triennio autem post Heinricus 1. *corr.* 1^b. v) c. Romani imp. *ed.* w) Nec non et 1. *ed.* x) e t i n t e r v e n i e n t e i m p e r a t r i c e C u n i g u n d a, *add.* 1^b. y) Specialiter — pertinentiis earum *desunt* 1. z) Tiale 3. *) q. d. *add.* 4. a) Insuper et per rogationem Peregrini (*corr.* Piligrimi) archiepiscopi sui, duo c. 1. Insuper etiam d. c. *ed.* b) Vicum album 2. c) p. u. m. r. e. *add.* 1^b. d) regressus 1^b. *ed.* e) p. r. B. C. a. *desunt* 1. 2. f) q. videlicet i. 1. *ed.* g) princ. frater suus eidem a. p. 1. *ed.* h) effecerat 1.

26) ap. Tosti I, p. 246. 27) Cartam Romae 1014. s. d. datam edidit Tosti p. 249. sed neque interventu imperatricis obtentam neque bulla aurea munitam. 28) in privil. Reg. 135. quod actum est in Teate, 1022, ind. 4. Kal. Februarii. Cf. etiam Reg. 131. ap. Gatt. Acc. p. 120. Hic autem privilegia prius concessa quaerenda esse videntur. 29) Gatt. Acc. p. 104. 30) ib. p. 106. Praeceptum de mon. sancti Valentini quod Hist. p. 205 se daturum promiserat, frustra quaesivi.

eodem territorio Cominensi cum[a] universis rebus ac pertinentiis ipsius. Quod videlicet monasterium olim[b] a[c] Saracenis destructum, non multo ante restauraverat Pontius[d] quidam filius Allonis de comitatu Marsorum; cui[e] cum suggestum fuisset illud huic monasterio antiquitus pertinuisse, ita ut erat restauratum pro Dei amore in ius et potestatem huius loci ex integro remisit[f]. Hic etiam Pontius una cum Berardo[g] filio manifestaverunt, et renuntiaverunt nobis in placito Marsorum comitum, totam pertinentiam de Opi et Peraccle in territorio Marsicano, quae olim videlicet[h] Barregensi monasterio pertinuerat.

32. Hic[i] abbas fecit in ecclesia sancti Benedicti coronam argenteam 24 librarum. Fecit etiam[k] in fronte eiusdem ecclesiae campanarium altum et optimum, in cuius medio altarium in honore sanctae Crucis constituit[l]. Praeterea iuxta ostium maioris ecclesiae dextra levaque supra marmoreas columnas, cameras duas erexit; in quarum una, altarium in honore sanctae Trinitatis: in altera vero altarium statuit in vocabulo sancti Bartholomei apostoli. Absidam vero maiorem auro diversisque coloribus depingi pulcherrime fecit. Ecclesiam[m] porro sancti Stephani quae iuxta portam monasterii deforis sita[n] fuerat, iam fere ruentem renovavit et ampliavit, atque altarium[o] in ea sancti
c. 17. Adelperti[p] quem superius factum martyrem diximus, ab occidentali parte adiunxit[q]. Civitatem deorsum circa ecclesiam domini Salvatoris quam supra diximus ab[r] abbate
I, 33. Berthario inchoatam, ex magna parte construxit*. Ecclesiam sancti Angeli quam olim[s]
I, 18. Gisulfus abbas in Valle luci construxerat, iam[t] vetustam restaurans, et[u] titulo[v] addito amplians atque depingens, possessionibus non parvis adauxit[w], et diversas ibi ad monachorum utilitates officinas instituens, nostratium[x] monasterium esse constituit, quod[y] eatenus Grecorum[31] extiterat.

1015. Apr. 18. Sub[z] hoc abbate oblata est in monasterio* isto ecclesia sancti Petri quae nuncupatur Ad Iscleta, in Campania territorio Ciccanense, cum maximis circa se possessioni-
32 bus, ab Hubberto et Amato comitibus Ciccani et Segniae[32]. Ecclesia quoque sancti Angeli in territorio de Ceperano, loco qui dicitur Cannuzu[a], a Landuino et Raterio[c] consulibus Campanie[33]. Sed et Saphirus quidam[d] presbyter obtulit huic monasterio ecclesiam sancti[e] Benedicti apud Capitinatam civitate Murrone, cum omnibus[f] suis. Necnon et Petrus et[g] Martinus presbyteri similiter obtulerunt beato Benedicto ecclesiam sancte[h] Marie et sancti Apollinaris in eodem Murrone[i], loco vocabulo Casale planum[k]. Id[l] ipsum fecit et[m] Odemundus[n] quidam Firmanus de ecclesia sancti Michahelis de Torpelliano[o]. Eodem etiam[p] tempore simili tenore oblata est in hoc monasterio ecclesia sancte Iuste apud Baranellum[q], iuxta Bifernum; et alia nichilominus[r] ecclesia sancte Iuste apud Castrum Eudolini[s], et ecclesia sancti Andreae de Cantalupo, territorio Bovia-

34 *) Restauravit praeterea in territorio civitatis Atinae monasterium sancti Nazarii martyris[34], quod antiquitus huic nostro coenobio pertinuerat. *add.* 2.

a) cum — remisit *add.* 1b. b) m. ex plurimo iam tempore 1b. *ed.* c) a. S. *deest* 1b. d) Ponzo 1b. e) qui c. agnovisset i. 1b. *ed.* f) *hinc* 1b. *pergit:* Hoc tempore oblata (*c.* 32.) g) Bernardo 2. h) o. s. Angelo de Barregio p. *ed.* i) *haec in fine capitis ponit* 1. k) F. et camp. 1. 2. l) construxit *ed.* m) In ecclesia 1. n) m. sita erat, altarium s. A. 1. o) in ea alt. *ed.* p) Adelberti 1. 2. q) a. eandemque pingere inchoavit. Librum sancti Ambrosii super Lucam describi praecepit. Civit. 1. r) ab a. B. i. *add.* 1b. a sancto martyre Christi a. B. *ed.* diximus quae nunc Sanctus Germanus vocatur, ipse primum facere coepit, et ex 1. i. p. f. c. et *del.* 1b. s) *add.* 1b. t) *ita* 1b. c. multis ditatam possessionibus monasterium 1. u) *deest ed.* v) et ampl. 1b. w) ditavit 1b. x) *deest* 1b. y) q. e. G. e. *desunt* 1. z) Hoc tempore o. est 1b. 2. *hinc caput incipit* 1b. *sequentia diverso tempore in margine scripta sunt.* *) in hoc m. e. 1b. *ed.* a) Canuzzu 2. Cannuzo 3. Cannuzu 4. cum omnibus pertinentiis et finibus suis *add.* 1b. *ed.* c) Racterio 2. Ratherio 3. d) *add.* 4. e) e. iuris sui vocabulo S. Benedictus 1b. *ed.* f) o. rebus et pertinentiis s. 1b. *ed.* g) P. presb. et monachus, et M. presb. et mon. 1b. 2. P. presb. et M. presb. 3. h) S. A. et S. M. ibidem in M. 1b. *ed.* i) Morrone 1b. k) p. cum omnibus ad se pertinentibus 1b. *ed.* l) Id — Torpelliano *desunt* 1b. m) *deest ed.* n) Odmundus 2. o) Torpelleniano 3. T. cum universis pertinentiis eius *ed.* *Deinde sequuntur traditiones, Faidolfi* 1b. *Faidolfi (Leonis), Temmonis et Oderisii in ed.* p) quoque 1b. *ed.* q) B. castrum, i. fluvium B. 1b. r) similiter 1b. *ed.* s) E. de petra S. Angeli et 1b.

31) Nili videlicet et sociorum, qui ad Cryptam ferratam demigraverant. ANG. 32) nunc *Ceccano* et *Segni*. — *Me Ubberto comes f. de donno Leo comes et de domna Sergia illustrissima femina qd. iug. et domna Constancia coniugem meam, insimul cum domno Amato comes et domno Maria iugalibus* in carta ap. Gatt. H. p. 416 data Benedicti VIII. anno 3. ind. 9 (13?). 33) *De civitate Berulana* inquit cartula eorum num. 273. ANG. 34) teste Pandulfo principe in carta ap. Gatt. H. p. 205, cf. infra c. 51.

nensi[a]; necnon et monasterium sancti Benedicti[35] et ecclesia sanctae Luciae apud[b] 1020 Ian.
castrum Baniolum, loco qui dicitur Molinum vetulum, et ecclesia sanctae Mariae de
cruce; ecclesia[c] etiam sancti Benedicti apud Aprutium cum omnibus et maximis earum
rebus ac pertinentiis. Stephanus quoque[d] et Silvester presbyteri Larinenses[e] obtulerunt
in hoc loco ecclesiam suam, vocabulo Sancta Maria, loco ubi dicitur Monumentum[f].
Quidam etiam nobilis vir de Marsorum provincia, Faidolfus scilicet[g] filius Gueltonis
tradidit in hoc loco omnem substantiam iuris sui quam in eadem provincia possidere
videbatur, et duas ecclesias sibimet pertinentes, idest ecclesiam sancti Thome in Betuge[h],
et sancti Magni in Castuli, cum omnibus earum pertinentiis atque rebus*. Similiter[i]
et[k] Temmo filius Teudelausi[l] obtulit ecclesiam sancti Felicis in Carrufe in[m] hoc mona-
sterio, cum omnibus pertinentiis eius. Tunc[n] temporis praefatus[36] Oderisius Marsorum 36
comes, cum Gibborga uxore sua reddidit[o] beato Benedicto ecclesiam sancti Pauli sitam 1012. Iun
in Comino, quam videlicet pater ipsius a Mansone abbate per libellum receperat. Per[p] c. 13.
idem tempus Rainerius gastaldeus Soranae civitatis obtulit beato Benedicto de rebus
haereditatis suae in finibus Arpini, locum qui vocatur Collis[q] de insula, cum omnibus
adiacentiis ac pertinentiis eiusdem loci. Sed et Albo[37] quidam Aprutiensis obtulit in 1020
hoc monasterio integram medietatem de castello Saline iure[r] sibi hereditario pertinen- Nov.
tem, unacum ecclesiis et omnibus[s] pertinentiis earundem ecclesiarum[t]; quod sunt terrae
modii[u] circiter septingenti[v] Adelpertus[38] etiam cuiusdam Azzonis filius id ipsum fecit 38
de curtibus et de portionibus suis apud[w] Aprutium, de duobus scilicet castellis et eccle-
siis aliquot, cum terra modiorum quadringentorum. Hoc[x] ipsum fecit et Lupus quidam
de Aprutio de partibus quas habebat in quattuor ecclesiis, idest Sancta Victoria, Sancto
Antimo, Sancto Archangelo et[y] Sancto Andrea, cum[z] littore, et piscatione propria in
mare, et quinque milibus modiis terrae.

33. Eodem[*] tempore monachi quidam ab Ierusolimis venientes, particulam lintei,
cum quo pedes discipulorum Salvator extersit, secum detulerunt; et ob reverentiam
sancti huius loci devotissime hic obtulerunt[a], sexto[b] scilicet Idus Decembris. Sed cum
a plurimis nulla[c] super hoc fides adhiberetur, illi fide[d] fidentes, protinus praedictam
particulam in accensi turibuli igne desuper posuerunt: quae mox quidem[d] in ignis colo-
rem conversa, post paulolum vero[d] amotis carbonibus ad pristinam speciem mirabiliter
est reversa. Cumque excogitarent nostri[e] qualiter, vel quánam in parte pignera tanta
locarent, contigit dispositione divina, ut eodem ipso die a[f] quodam nobili Anglo trans
missus sit in hunc[g] locum lóculus ille mirificus, ubi nunc recondita est ipsa lintei sancti
particula, argento et auro ac[h] gemmis Ánglico opere subtiliter ac pulcherrime deco-
ratus; ibi ergo christallo superposito, et[i] visibiliter celata, et venerabiliter satis est col-
locata. Morisque[k] est singulis annis ipso die coenae dominicae ad mandatum[39] fratrum 39
eam a mansionariis deferri et in medium poni, duoque candelabra ante illam accendi,
et indesinenter per totum mandati spatium ab acolito incensari; demum vero iuxta finem
mandati a singulis per ordinem fratribus flexis genibus devotissime adorari, et adora-
tam[l] reverenter exosculari.

*, Leo quoque presbyter et monachus de territorio Bovianensi, simul cum aliis fratribus suis optulerunt in hoc loco ecclesiam sancti Salvatoris, et sancti Christofori de castello Petroso. cum nonnullis possessionibus suis. *add.* 2.

a) Boianensi 1[b]. *ed.* b) apud — beato *abscisa* 1[b]. c) C. cum maximis e. r. ac p. Apud Ap. quoque loco Tribio (Trivio 3.) eccl. s. B. similiter cum omnibus rebus suis *ed.* *Sequuntur Rainerius, Albo (Adelpertus, Lupus), Stephanus* 1[b]. *ed.* d) *v. not.* v. e) Larinensis civitatis *ed.* f) cum omnibus pertinentiis suis *add. ed.* g) *add.* 4. h) Betuie 1[b]. i) Similiter — receperat *desunt* 1[b]. k) etiam *ed.* l) Teudelasii 2. m) in h. m. *deest ed.* n) Per idem tempus praedictus *ed.* o) reddiderunt *ed.* p) Sub hoc abbate R. *ed.* q) Colles 1[b]. 2. r) s. i. 1[b]. *ed.* s) et universis omnino rebus ac p. 1[b]. *ed.* t) e. et praedictae medietatis quod 1[b]. 2. u) modia c. septingenta 1[b]. *ed.* v) s. Stephanus quoque RR post III car ⌶ 1[b]. *Sed nihil inveni, nisi quae c. 26. leguntur de Lupo filio Azzonis. Inde* 1. *pergit:* Hic abbas *v. init. cap.* w) s. de d. cast. ap. A. et *ed.* x) Lupus necnon (filius cuiusdam Azzonis *add.* 2.) de A. similiter fecit de portionibus suis in q. e. i. s. Victoriae *etc. ed.* y) *deest ed.* z) et cum *ed.* *) His diebus 1. *ed.* a) opt. 1. *ed.* b) s. s. I. D. *add.* 1[b]. c) s. h. n. 1. *ed.* d) *add.* 1[b]. e) *add.* 4. f) a q. n. *desunt* 1. 2. Anglo *add.* 4. g) hoc loco 1. *corr.* 1[b]. h) auro gemmisque 1. *ed.* i) et v. c. et *add.* 4. k) Morisque — exosculari *desunt* 1. l) *add.* 4.

35) Postea dictum *de iumento albo.* Extat in territorio Civitatis Novae dioec. Triventinae. Gatt. H. p. 207. 36) c. 26. Carta extat ap. Gatt. H. p. 327. ubi Oderisius dicitur *ex natione Francorum, habitator in castellum Victualbum.* 37) Gatt. Acc. p. 108. 38) ib. pag. 109. A. D. 1021. mens. Nov. ind. 3. 39) ablutio pedum.

34. De monasterio preterea Barregensi cum a praedicto fratre suo Pandulfo prin- 1017. Mai. 10. cipe idem abbas praeceptum[40] cum omnibus suis pertinentiis[a] recepisset, quendam ibi fratrem huius congregationis valde religiosum qui Azzo dicebatur, ut eius restaurationi ac reconciliationi studeret[b] trans míttere protinus studuit. Nam ex eo tempore, quo 41 Saraceni a Marsis Pelignisque superati[41] atque fugati, ibídem se contulérunt, seque aliquándiu[c] quoniam locus idem[d] excelsis valde aedificiis munítus erat tutáti sunt, sed ab his[e] qui eos insequebantur unacum monasterio et ipsi pariter conflagrati sunt, per diversa exinde fugientibus monachis, ita succrescentibus undique silvis horridum[f] fúerat et inhabitábile redditum, ut vix pauci fratres[g] iuxta parvam ecclesíolam antiquam[h] quae ignem eváserat pro venerabilis loci amore commanere aliquatenus[i] paterentur. Erat tunc 42 praedictus Azzo, praepositus[k] monasterii sancti Benedicti in pago Marsorum[42], quod[l] videlicet monasterium eo tempore tam cellis quam fundis ac praediis atque colonis diversis per Marsiam locis copiose[m] ditatus erat. De quibus hic quoniam[n] ad id loci venimus aliquanta perstringimus. Cella sancti Benedicti in Auretino[o] cum modiis terrae quingentis. Sanctus Gregorius in Pentoma cum modiis mille. Sancta Maria in Illiara[p] cum modiis trecentis. Vicenda in Avezzano modiorum centum. In castello Veneris loco qui dicitur Casale, ab ipso monte usque in aquam; ex alio latere aquae[q] ad casalem Adelardi[r] modii 20. In loco qui dicitur Calabrettum modii mille. Hereditas Gueltonis ibidem, similiter modii mille. In valle que dicitur Aquirana modii[s] similiter[t] mille, et cetera multa et maxima quae longum scribere iudicavimus. Huius itaque monasterii[u] universam omnino substantiam tam in codicibus, quam et in animálibus, quamque et universis utensilibus ex aequo praefatus[v] Azzo divisit, partemque alteram ad praedicti loci[w] restaurationem assumpsit; et conductis[x] artificibus, ecclesiam primitus cuius fundamenta tantum remanserant, dehinc officinas caeteras restaurare protinus coepit. Reversusque consequenter ad abbatem, hominibus quos in possessiones[y] eiusdem monasterii necessarium erat inducere, libellos ab eo adquisivit, moxque castellum quod eidem loco[z] proximum est Baiae[*] vocabulo condidit. Tertio demum anno consummata ecclesia, praefatus abbas eiusdem Azzonis oratu, Angelum episcopum huius tunc monasterii monachum cum aliquot fratribus, et duódecim aliis sancti Germani clericis, ad eam dedicandam[a] trans misit. Quo facto, non[b] multó post idem Azzo quendam ibi fratrem Dominicum nomine quem ipse Desid. D. II, 6. monachum fecerat sua vice praeficiens, senex iam atque infirmus, ad hoc monasterium reversus est. Qui cum in domo infirmorum per dies aliquot recubans, extremum iam vitae spiritum tráberet, quidam frater[43] Petrus[c] nomine, eo quidem tempore iuvenis: nostra vero etate qua illum in hoc loco adhuc viventem reppérimus, annis simul moribusque grandevus, dum in dormitorio fratrum cum caeteris ea nocte quiesceret, vidisse sibi visus est Michahelem archangelum, illa nimirum specie qua depingi[d] a pictoribus consuevit, per idem dormitórium altero se angelo comitante transire. Quem cum idem frater speciáli[e] quadam fiducia utrumnam[f] ipse Michahel archangelus esset, et quo tenderet perquisisset, et ipsum[g] se beatus archangelus esse, et ad animam fratris Azzonis se[h] properare respondit. Moxque[i] ille frater evígilans, surrexit; et ad domum in- 44 firmorum perníciter ádvolans, iam eundem fratrem recessisse de saeculo repperit[44]. Praefatus vero Domínicus eiusdem magistri sui sollertiam imitatus, roccam[k] quae Inter

a) s. finibus, possessionibus, ac p. 1. *ed.* b) r. pro posse st. 1. *ed.* c) s. ibi a. 1. *ed.* d) *add.* 4. e) iis 1. *ed.* f) h. omnino f. 1. g) p. admodum f. 1. *ed.* h) *add.* 1b. i) *add.* 4. k) p. cellae eiusdem Barregensis mon. in 1. *corr.* 1b. l) *ita* 1b. quae primitus Sancta Maria Asprandána vocabatur; nunc vero a nomine maioris ecclesiae quae in eodem loco constructa est, Sanctus Benedictus de Marsia nuncupatur. Huius 1. m) copiosis *ed.* n) q. ad id l. v. *add.* 4. o) Oretino 1b. 2. p) Hyllàra 1b. 2. q) a. Veneris 1b. 2. r) Adelrardi 3. s) A. a. S. Quintiano usque in Aquiranum m. 1b. 2. t) m. m. plus minus et c. 1b. *ed.* u) cellae 1. *deest* 2. v) p. A. *deest* 1. 2. w) monasterii 1. *ed.* x) convocatis 1. *ed.* y) possessionem *ed.* z) monasterio 1. *ed.* *) Bale *ed.* a) e. sollemniter d. mandavit 1. *ed.* b) f. quendam i. f. vice sua nomine (n. s. 2.) D. q. i. m. f. ordinans, non m. p. i. Azzo iam s. atque 1. 2. c) Mainardus 1. *corr.* 1b. d) q. in imaginibus d. c. 1. *ed.* e) q. s. 1. *ed.* f) utrum 1. *ed.* g) et se plane b. 1. 2. h) A. suscipiendam p. 1. *ed.* i) Mox f. i. 1. *ed.* k) i. non multó post r. 1. *ed.*

40) Gatt. H. p. 125. 41) an potius Ungari? v. supra I, 55. Saracenos vocat Desiderius Dial. II, 6. ubi haec breviter tetigit. 42) dictum etiam *in Venere, de civitate Marsorum*, et *Morronis*, prope lacum Fucinum. Gatt. H. p. 211. 43) *f. qui adhuc superest et nobiscum in monasterio conversatur, tunc iuvenis, nunc autem aetate moribusque grandaevus* Desid. 44) huc usque e Desiderio.

montes vocatur[a] non longe ab ipso monasterio construxit, atque colónos qui prius in loco[b] Civitella vocabulo[45] habitáverant, in eiusdem[c] mansione constituit.

35. Per[d. 46] idem tempus contentio Caietanorum ducum et comitum Traiectensium orta est contra hoc monasterium, eo quod coepissemus repetere terras quasdam et silvas in confiniis Aquini huic monasterio antiquitus pertinentes; quas ipsi[47] ante non multos annos a papa Iohanne octavo, et a Iohanne papa decimo per privilegium[48] receperant, 873. Iun. 12.
pro eo scilicet quod super destructione Saracenorum Gariliano degentium potentissime se intromiserint. Sed cum apud Argenteum castrum[49] ad placitum res[e] perducta fuisset, 1014. Iul.
in quo cum principe Capuano[49*] et[f] eiusdem civitatis archiepiscopo[50], necnon et cum duce Neapolitano[51] et Caietano episcopo[52] domnus[g] abbas, et plurimi de diversis partibus nobiles iudicesque convenerant, relecta sunt primitus in omnium audientia[h] praefata privilegia illorum; demum vero relecta sunt a parte nostra praecepta regum[53], Karoli[i], Hugonis atque Lotharii: qui easdem terras huic monasterio concesserant et confirmaverant[k]. Quo facto ostensum[l] protinus a iudicibus est tam ex Romanis legibus quam ex[m] Langobardis[54], nequaquam posse Caietanos[n] terras illas primitus monasterio delegatas sibi aliquomodo vendicare, sed nos eas omnino legaliter ac firmiter optinere debere. Cumque[o] iudicum sententia et a principe et ab universis assidentibus laudata[p] simul et confirmata fuisset[q], praefati duces et[r] comites videntes se legum auctoritati contraire[s] non posse, cartulam protinus manifestationis seu renuntiationis de universis rebus illis fecerunt, et apud nos remiserunt: pena centum auri librarum apposita, si umquam hec[t] vel ipsi, vel sui heredes[u] aliquatenus dirumpere seu removere quaesissent.

36.[v] Eodem quoque tempore Pandulfus et Gisulfus Teanenses comites, proclamante eodem abbate in iudicio Capuani iudicis et archiepiscopi, manifestaverunt se et renuntiaverunt nobis totam pertinentiam de Cesima, apposita nichilominus centum[w] librarum auri pena, si eandem renuntiationem removere aliquomodo temptavissent. Id ipsum etiam fecerunt filii Unzonis[x] de castro Conca[55] et de omnibus pertinentiis ipsius, et de Pilano, et Sancto Felice, et Cesima, proclamante Andrea praeposito nostro in placitò Antonii capellani et Benzonis missi Heinrici imperatoris, apposita pena si removerent quinque milium bizanteorum. Tunc[y] temporis quidam Aquinensis vir, nomine Magipertus obtulit beato Benedicto se[z] ipsum, cum omnibus ex integro rebus substantiae suae, tam mobilibus quam et[*] immobilibus. Insuper etiam et insulam quae Limata vocatur[56], Carnello et Melpha[57] fluviis[*] circumdatam, centum aestimatione modiorum; quam videlicet insulam[*] ipse ab hominibus de Pontecurvo ante[a] non multum temporis emerat, ab uno latere habens passus 417, ab altero 323, ab[b] alio 200, ab alio vero 300.

37. Septimo[*] huius[c] abbatis anno coeperunt Normanni, Melo duce expugnare Apuliam. 1017.
Qualiter[d] autem vel qua occasione Normanni ad istas[e] partes primo devenerint, et quis vel unde Melus hic[f] fuerit, quave[g] de causa eisdem[h] Normannis adháeserit, opportune[i] referendum videtur[58]. Ante hos circiter 16 annos[59], quadraginta numero Amat. I, 17.

*) Huius abbatis anno sexto, luna tota conversa est in sanguinem; et sequenti[60] coeperunt N. 1.

a) dicitur 1. *ed.* b) vicino *add.* 1. qui C. vocabatur 1. *ed.* c) in ea c. 1. *ed.* d) *hoc caput add.* 1b. e) r. hec p. 1b. *ed.* f) et cum e. 1b. g) d. Atenulfus a. 1b. *ed.* h) praesentia 1b. *ed.* i) Caroli 1b. k) firmaverant 1b. *ed.* l) f. decretum a 1b. 2. m) et 4. n) Caietanis t. i. (p. m. d. *add.* 3) aliqualiter pertinere 1b. *ed* o) C. hec i. 1b. *ed.* p) collaudata 1b. *ed.* q) fuisset *etc. ad finem cap. abscisa* 1b. r) ac *ed.* s) contradicere *ed.* t) *add.* 4. u) h. hec a. *ed.* v) *totum caput deest* 1. *cf. infra c.* 66. w) poena c. l. a. *ed.* x) Zunzonis 3. y) Per idem tempus *ed.* z) B. hereditatem quae L. v. 2. *) *add.* 4. a) a. n. m. t. *add.* 4. b) ab alio 200 *desunt ed.* c) H. a. a. s. c. *ed.* d) Quis sane vel unde M. 1. e) has *ed.* f) *add.* 1b. g) et qua 1. *ed.* h) *deest* 1. i) a. compendiosa narratione dicendum est. Barensium c. (*v. infra*) 1.

45) Adhuc habitatur. ANG. 46) Instrumentum hac de re factum iussu Dauferii comitis Traiectensis, edidit Gatt. Acc. p. 109. Pro spurio habet Di Meo Ann. Neap. ad a. 917 et 1014. 47) *Docivilis et Iohannes duces et ipati Gaietanorum.* 48) bulla Ioh. VIII. data esse dicitur ind. 5. i. e. 872. quod verum esse non potest. Iohannis X. *capitularium* continebat iuramentum iussu papae illis praestitum a nobilibus Romanis, inter quos *Theofilactus senator* et *Adrianus genitor d. Stephani papae.* 49) Visuntur eius rudera in monticulo prope Minturnas, sub Traiecto. ANG. 49*) Paldolfo II. 50) Paldolfo. 51) Sergio. 52) Bernardo. 53) v. supra I, 12. 59. 54) quarum verba ibi afferuntur, legis Liutpr. IV, 1 Iuliani Nov. 110, 4. 55) in territ. Teanensi. 56) Regest. n. 275. ANG. 57) Melpha deinde non longe a Ponte curvo influit in Carnellum. ANG. 58) Abhinc noster Amati historia Normannorum plurimum usus est, ad ea quae aliunde accepta prius scripserat et supplenda et corrigenda. 59) *Avan mille puis que Christ* etc. Aimé. 60) ita Anon. Casin. ad a. 1016. 1017.

61 Normanni in habitu peregrino ab[a] Ierusolimis revertentes, Salernum applicuerunt, viri[61] equidem et statura proceri, et specie pulchri, et armorum experientia summi. Quam a Saracenis obsessam reperientes, accensis nutu Dei animis, a Guaimario maiore qui tunc Salerni principabatur equis armisque expostulatis, inopinate super illos irruunt[b], et pluribus eorum peremptis, ceterisque fugatis, mirabilem victoriam Deo praestante adepti
Amat. I, 18. sunt. Attolluntur ab omnibus in triumphum, donis a principe amplissimis honorantur, utque secum manere debeant multis precibus invitantur. Illi vero[c] amore tantum Dei et christianae fidei hoc se fecisse asseverantes, et dona recusant, et ibi manere posse
ib. c. 19. se denegant. Princeps[d] itaque habito cum suis[e] consilio simul cum eisdem Normannis legatos suos in Normanniam dirigit, et veluti alter Narsis poma per eos cedrina, amig-
62 dalas[f] quoque, et deauratas nuces[62], ac pallia imperialia, nec non et equorum instrumenta auro purissimo insignita illuc transmittens, ad terram talia gignentem illos trans-
c. 20. ire non tam invitabat quam et trahebat. Per eos dies duo magnates partis illius, Giselbertus scilicet qui et Buttericus, et Guilielmus cognomento Repostellus acriter inter se dissidentes, ad id tandem flagitii[g] devenerunt ut Giselbertus Guilielmum occideret. Quod cum Robbertus[h] comes terrae ipsius comperisset, vehementer iratus mortem Giselberto interminatus est. Giselbertus igitur iram domini sui praecavens, assumptis quattuor fratribus suis, Rainulfo, Asclittino, Osmundo, atque Rodulfo, et aliquot aliis, cum equis tantum et armis iuncti nostrorum legatis aufugiunt, et Capuam tandem perve-
63 niunt, ubi eo tempore praedictus Melus[63] cum Pandulfo principe morabatur. Hic itaque Melus, ut retro aliquantulum redeam, Barensium civium immo totius Apuliae primus ac[i] clarior erat, strenuissimus plane[k] ac prudentissimus vir; sed cum superbiam insolentiamque[l] Grecorum qui non multo ante, a tempore scilicet primi Ottónis Apuliam sibi Calabriamque sociatis in auxilium suum Danis, Russis, et Guálanis vendicaverant, Apuli ferre non possent, cum eodem Melo et cum Datto quodam aeque nobilissimo,
1010. ipsiusque Meli cognato, tandem rebellant[64]. Verum cum exercitui quem imperator illo[m] transmiserat, idem Barenses resistere non valérent, post non longum tempus turpiter
1012. se suaque dedentes[64], eundem quoque Melum Grecis tradere[n] conabantur. Quod prudentissimus vir advertens, uná cum Datto clam fugit, et Asculum introivit; atque post paucos dies, timens ne etiam ipsi, Grecis qui eum requirebant[o] contráderent, noctu egressus, cum Datto pariter Beneventum perrexit[p]; inde Salernum, ac deinde Capuam; nullo ínterim otio indulgens, quin modis omnibus satágeret, qualiter Grecorum dominationem abicere, atque ab eorum tyrannide suam posset patriam liberare. Interea[q] Barenses captam uxorem ipsius Maraldam, et filium Argiró, Constantinopolim ad imperatorem transmitunt. Dattus itaque ad nostrum[r] abbatem confugiens, cum apud eum[s] diebus aliquantis[t] mansisset[u], demum[v] a Benedicto papa in turre de Gariliano[w] quam idem papa[x] tunc retinebat, una[y] cum suis ad habitandum receptus est; quam[z] videlicet turrem Iohannes imperialis patricius Caietanus, filius Docibilis hypati pro Agarenorum
65 repugnatione[*] temporibus Iohannis octavi papae construxerat[65]. Melus igitur[a] inter ista

a) p. utpote a I. ubi causa orationis perrexerunt r. *ed.* b) *deest* 4. c) v. se a. *ed.* d) Tandem itaque praedictus p. consilio h. simul cum *ed.* e) *ita correxi;* suo 4. f) amigdolas 2. g) exitii 2. h) Rotpertus *vel* Rotbertus *constanter* 3. Robertus 4. i) p. hic et clarissimus erat, s. 1. k) valde 1. *ed.* l) i. ac nequitiam G. 1. 2. m) imp. hoc audito Barim t. 1. n) t. nequiter c. 1. *ed.* o) obsidebant 1. 2. p) venit 1. *ed.* q) Int. — transmittunt *add.* 1b. r) i. cum apud praefatum a. uná cum uxore et filiis d. a. 1. i. ad praef. a. Atenulfum veniens cum 1b. *ed.* s) e. una cum uxore et filiis d. 1. 2. t) aliquot 1. *ed.* u) commansisset 1. commansissent *ed.* v) d. ob Heinrici imperatoris fidelitatem a 1. 2. w) G. flumine 1b. *ed.* x) *deest* 1. y) r. positus est 1. *ed.* z) quam — construxerat *add.* 1b. *) dissipatione 1b. 2. a) M. interea C. cum principe morabatur. His primum diebus venerunt Capuam Normanni aliquot, quadraginta fere numero; qui domini sui comitis Normanniae iram fugientes, tam ipsi quam plures eorum socii quaquavorsum dispersi, sicubi reperirent qui eos ad se reciperet requirebant; viri equidem et statura procéri, et habitu pulchri, et armis experientissimi, quorum praecipui erant vocabulo, Gislebertus Botericus, Rodulfus Todinensis, Gosmannus, Rufinus, atque Stigandus. Hoc cognito Melus, mox illos accersit, eorumque 1.

61) *viri—summi* apud Amatum non invenio. 62) *nois confites* Aimé. 63) Sequentia Amatus non habet. 64) 1011. 1013. Ann. Barenses, i. e. 1010. 1012. quum annum a Martio praeced. inchoare videantur. 65) Si de turri loquitur quae ad ostium Gariliani adhuc extat, illa non a Ioanne duce Caietae tempore Ioannis VIII, sed a Pandulfo (forte primo Caputferreo vocato) post expulsionem Saracenorum constructa asseritur ab inscriptione lapidea eidem turri affixa:

Hanc quondam terram vastavit gens Agarena,
Scandens hunc fluvium. Fieri ne postea possit,
Princeps hanc turrim Pandulfus condidit heros,
Ut sit structori decus et memorabile nomen. ANG.

Capuae commorans, cognito praedictorum Normannorum adventu, mox illos accersit, [1017.] eorumque causa diligentius perquisita et agnita, illis de more militiae protinus foederatur; et evestigio Salernum ac Beneventum répedans, multos sibi tam Grecorum odio, quam sui gratia ductos associat, cum[a] quibus pariterque cum ipsis Normannis[b] statim Grecorum terram ingressus, expugnare repugnantes viriliter coepit. Tribus itaque vicibus cum Grecis, primo apud Arenolam[66], secundo apud Civitatem[67], tertio apud Vaccaríciam[68] [66] campestri certamine dimicans, tribus eos vícibus superavit[c]; multosque ex his interficiens, et usque Tranum eos constringens, omnes ex hàc parte quas inváserant Apuliae civitátes et oppida recepit. Quarta demum pugna apud Cannas, Romanorum [1018.Oct.] olim clade famosas, Boianó[d] catapani[e] insidiis atque ingéniis superatus, universa qúae facile receperat facilius perdidit[f]. Feruntur[69] in ea pugna Normannorum ex ducentis quin- [69] quaginta numero, decem tantummodo remansisse, de Grecis autem innumerabilem turbam occubuisse. Melus vero cernens se militum auxiliis destitutum, Normannos[70] superstites [Amat. I, 23.] partim apud Guaimarium, partim apud Pandulfum constituens, ipse ultra montes ad[g] imperatorem profectus est, ut ad expellendos ex[h] Apulia Grecos, vel ipsum per se ad has partes venire suadéret si posset, vel militum ab eo auxilia acciperet si non posset*.

38. Interea cum praefatus abbas immo[i] hoc monasterium magnis Aquinensium [Desid. Dial. II, 22.] comitum infestationibus urgeretur, et neque servorum Dei hic commorantium, neque ipsius sancti patris Benedicti reverentia, aliquátenus illorum nequitia sedaretur, magna demum abbas necessitate coactus, fortissimos aliquot sibi ex praedictis[k] Normannis ascívit, eosque in[l] oppido quod Piniatarium nuncupatur ad monasterii bona tutanda constituit; quod quidem illi quandiu abbas ipse superfuit, strenue satis et fideliter executi sunt. Per[m] hos dies praedictus catapanus Boiano[n] concessit in hoc monasterio totam ex integro hereditatem vel substantiam Maraldi cuiusdam Tranensis, tam intra eandem civitatem, quam et deforis, ubicumque ipse aliquid visus[o] est possedisse. Itaque cum Capuanus princeps latenter faveret Constantinopolitano imperatori Basilio, fecit interim fieri claves aureas, et misit ad illum; tam se quam civitatem Capuanam, immo universum principatum eius per haec imperio trádens[p]**. Praedictus interea[q] Boianó non parvam pecuniae summam eídem principi mittens[r], rogat ut si re vera fidelis imperatori Basilio esset, ad[s] capiendum Dattum se transire permitteret. Permissum est: et mox[t] idem catapanus armato milite[u], ad Garilianum venit; turremque in qua Dattus nichil tale [1021.[71]] suspicans residebat, per biduum oppugnans, ví tandem illam[v] cum omnibus ibidem[w] manentibus comprehendit. Et Normannos quidem qui[x] inibi[y] fúerant ab eodem Boianó abbas[z] noster multis precibus adquisivit; Dattum vero nullo umquam modo ab eius manibus eripere potuit; qui[*] videlicet vinctus Barim reductus, post páucos dies ipsius catapani praecepto insutus culleo more parricidarum in mari praecipitatus est[72].

*) Tunc temporis Benafrani comites in possessione huius monasterii quae Vitecusum[73] dicitur [73] ingredientes, castrum ibidem, et in loco qui dicitur Aqua fundata aedificare coeperunt. Quod dum abbati Atenulfo nuntiatum fuisset, missis militibus illos iniuriis affectos, verberibus honustos, de huius monasterii finibus expulit, et quae aedificaverant a fundamentis evertit. *add.* 2.

**) Eo tempore mense Maio mare Neapolitanum dulce factum est a media nocte usque in mediam diem. *add.* 1[b].

a) a. statimque G. 1. 2. b) ornamentis 3. c) vicit 1. *ed.* d) Bobano 2. Baiano 4. e) captapani 1. (*corr.* 1[b].) *ed.* f) p. Constitutis autem tam in Benevento atque Salerno, quamque etiam apud Capuanum principem, nec non et Dattum Normannis, qui ad octogenarium iam pervénerant numerum, ipse ultra 1. g) ad praedictum i. abiit 1. *ed.* h) ex A. *desunt* 1. 2. i) i. potius hoc 1. *ed.* k) praefatis 1. *ed.* l) e. iuxta se ad m. 1. e. iuxta se in o. q. P. n. non longe a civitate sancti Germani ad m. 1[b]. *ed.* m) Per — videretur *desunt* 1. n) Baiano 4. *ubique.* o) a. possidere videretur *ed.* p) contradens 1. *ed.* q) praeterea 1. *ed.* r) trans mittens 1. *ed.* s) e. perm. se ad c. D. t. 1. *ed.* t) m. i. c. *deest* 1. 2. u) a. non parvo exercitu 1. *ed.* v) *add.* 4. w) o. qui secum inerant c. 1. *ed.* x) qui *deest* 2. y) ibi 1. z) B. praedictus a. m. 1. *ed.* *) quem v. vinctum B. reducens p. p. d. (i. c. p. *deest* 1. 2.) insutum c. m. p. in medio m. praecipitari mandavit 1. *ed.*

66) *iuxta fluminis undam Nomine Fertorii* Guil. Ap. 67) in Capitanata, olim episcoporum sedes, quae inde ad S. Severum translata est. 68) *Vaccarice, c'est en Puille a Maelfe, ou maintenant sont gentil home qui se clament Vaccaire.* Translator Amati I, 22. cui clades Normannorum ibi facta esse dicitur, post sex ipsorum victorias. Lupo teste tertium praelium fuit *in Trane.* Corte Vaccarizza extat in Terra di Bari. 69) Haec Amatus refert de praelio sexto. 70) *Normannos — constituens* noster addidisse videtur, et quae sequuntur Amatus paucissimis verbis refert. 71) ita Anon. Casin. Barim intravit Iun. 15. Lup. Prot. 72) cf. Amat. I, 25. ubi Pandulfus ipse turrim expugnasse dicitur. 73) *Vitticuso* et *Acquafondata* a Venafro ad occidentem non multum distant; v. infra IV, 6.

39. His omnibus augustae memoriae imperator Heinricus auditis, Grecorum scilicet
invasione[a], principis tergiversatione, Datti denique crudelissima nece: reputans, amissa
Apulia ac Principatu, Romam quoque ni maturaret, ac per hoc Italiam totam, consequenter sibi et in proximo amittendam; cum iam bis[b] ad eum Melus hac de causa pro-
1020. fectus ultra montes defunctus fuisset, minime amplius remorandum ratus, anno incar-
1022. nationis dominicae 1022[74], immenso valde totius regni congregato exercitu, Italiam
venit. Et ipse quidem cum maxima eiusdem exercitus parte, per marchias transiit;
75 archiepiscopum vero Poppum[75] cum undecim milibus ut[c] perhibent armatorum per Marsorum regionem direxit. Belgrimum[d] autem Coloniensem archiepiscopum, cum viginti milibus ad principem et abbatem capiendos[e] per Romam praemisit. Et[f] ipse enimvero[g] abbas simul[h] cum fratre principe insimulatus apud imperatorem super captione ac morte Datti plurimum fuerat. Quod cum abbas amicis nuntiantibus persensisset, nusquam se tutum posse consistere a facie tantae potestatis existimans, cum Marsorum quoque comites et[i] filii Borrelli libentissime se illum recepturos[k] pollicerentur, deliberato tandem et[l] communicato cum fratre consilio, irae locum dare decernit[m]; cupiens-
76 que Constantinopolim ad imperatorem confúgere, Ydrontum mare ingressurus perrexit[76].
Eiusdem interea civitatis episcopo beatus Benedictus in visione apparens: *Vade* ait *et dic abbati ut nullatenus ingredi*[n] *mare hac vice pertemptet, quoniam si fecerit sine dubio peribit.* Et ille quidem huiusmodi visioni minime fidem accommodans, audacter mare ingressus est; sed ut verax prohibentis auctoritas probaretur, occulta Dei dispositione
Mart. 30. atque iudicio, cum omnibus sociis in mare naufragium passus, atque demersus est[77].
Psal. 7, 16. Quod cum fuisset imperatori relatum, fertur dixisse: *Lacum aperuit et effódit eum, et incidit in foveam quam fecit.* Inter[o] caetera autem[p] quae hinc[q] asportavit praefatus abbas, sive in libris sive in ornamentis, novem quoque praecepta tam imperatorum quam principum secum detulit, et cartam de loco qui dicitur Publica in pertinentia Pontiscurvi, et concambium de Calinulo, et praeceptum de monte Asprano ubi est castrum Celi[r], et duas cartulas oblationis de Sancto Erasmo de Capua.

78 40. Belgrimus[s, 78] igitur[t] quoniam abbatem non répperit, verens ne forte et princeps fratris exemplo fuga simili laberetur, Capuam festinanter adiit, eamque[u] mox undique armato milite cinxit. Princeps vero[v] metuens civium proditionem, quam pro certo facturos eos sciebat, quasi[w] desperans sed praesumens, sponte ad Belgrimum[x] éxiit[y]; seque non ita ut dicebatur imperatori monstrans esse culpabilem, iustitiam se coram illo de[z] his unde insimulabatur fiducialiter[*] facturum spopondit. Laetus Belgrimus[a], accepto sub custodia principe, ad imperatorem profectus[b] est, ubi iam super
79 Troiam Grecorum civitatem quam nuper[c] idem Greci facere coeperant[79], castra posuerat. Exhylaratus itaque super[d] captione principis augustus[e], aggregatis[f] magnatibus suis, tam Itálicis, quam transmontanis[g], in eorum iudicium illum inducit; accusatoribus innúmeris praesentibus, et eius nequitias in faciem ipsius obicientibus; decernitur uno omnium parique iudicio, mortis illum debere subíre sententiam. Verum[h] Belgrimus cuius fidei se[i] idem princeps commiserat, dictam sententiam nimis graviter ferens, supplex ad imperatorem accessit, et multorum adminiculo fretus[k], tum rationibus[l], tum orationibus vitam ipsius obtinuit. Quem[m] tamen imperator ferreo camo vinciendum, secumque in Germaniam asportandum mandavit.

a) *ita correxi:* invasionem, p. tergiversationem, D. d. crudelissimam necem 1. *ed.* crudelissima nece 4. b) M. b. ad e. 1. *ed.* c) ut p. *deest* 1. d) Peregrinum 1. Piligrimum 1b. e) capiendum 1. *ed.* f) Enimvero ipse a. *ed.* g) enim 1. vero *add.* 1b. h) *add.* 4. i) et f. B. *desunt* 1. k) recepturos 1. recepturi 1b. l) et c. c. f. *desunt* 1. 2. m) d. atque per Sangrum ad Térmulas transiens, cup. C. a. i. c. mare ingressus est, sed occulta D. 1 n) n. hac v. mare p. *ed.* o) Inter — Capua *desunt* 1. p) *deest ed.* q) q. idem abbas h. egrediens asp. sive 3. q. idem abbas hinc egrediens secum auferens asportavit, novem praecepta imperatorum aurea bulla bullata, nec non et praeceptum de casa Gentiana, et de piscaria Lesinensi secum auferens asportavit, quae omnia cum eo in maris profunda demersa sunt 2. r) Celli 3. s) Peregrinus 1. Piligrimus 1b. t) interea 1. *ed.* u) eam 4. v) autem 1. *ed.* w) q. d. s. p. *add.* 4. x) Peregrinum 1. Piligrimum *ed.* y) accessit 1. *corr.* 1b. z) de his *add.* 1b. *) *add.* 4. a) Peregrinus 1. Piligrimus 1b. *ed.* b) i. abiit 1. *ed.* c) eodem anno 1. *ed.* d) de 1. *ed.* e) imperator 1. *ed.* f) et a. universis suis m. t. 1. 2 g) ultramontanis 1. *ed.* h) Quod cum Peregrino fuisset relatum, festinus ad imp. accedens, precibus suis v. i. opt. ferro t. eum imp. 1. Verum — sententiam *desunt* 4. i) *deest* 2. k) fletus 2. l) t. o. t. r. *ed.* m) ferreo t. c. i. v. *ed.*

74) ita Anon. Casin. Intravit Italiam sub finem anni 1021. 75) patriarcham Aquileg. 76) *Apres ces choses faites* sc. Pandulfo capto, Aimé I, 25. 77) 3. *Kal. Apr.* Necrol. Cas. cod. 47. 78) cf. Amat. I, 24. 79) anno 1018. v. Di Meo ad h. a.

41. Post paucos dies sponte Troiánis deditionem sui facientibus, et ad augusti[a] vestigia universis suppliciter[b] procumbentibus, imperiali clementia veniam tribuit. Et quoniam propter estivum tempus gens continuis assueta frigóribus diu[c] in partibus istis remorari non póterat, reditum in[d] dies singulos maturabat. Véniens igitur Capuam, Pandulfo Teanensi comiti tradidit principatum[80]. Stephano[e] autem, Melo, et Petro nepótibus praefati[f] Meli, quoniam propria illis ad[g] praesens restituere non potuit, comitatum Cominensis[h] terrae concessit; quibus etiam in auxilium Normannos[i], Giselbertum, Gosmannum[k], Stigandum, Torstainum balbum, Gualterium de Canosa, et Ugonem Falluccam[l], cum[m] aliis decem et octo[81] reliquit. 80

42. Imperator[n. 82] autem post haec[o] ordinatis suis negotiis omnibus, venit ad hoc 82

monasterium una cum Romano[p] pontifice Benedicto. Congregatis itaque omnibus in capitulo fratribus idem augustus, monuit ut de eligendo sibi abbate tractarent. (1.)

monasterium una cum Romano[p] pontifice Benedicto. Interea fratres in unum omnes[q] collecti ceperunt ad invicem iuxta tenorem[r] regule de eligendo sibi abbate tractare, ipso[s] apostolico et imperatore praesentibus. (1[b]. *rell.*) 1022. Iun. 24.

Vivebat adhuc et eídem concilio intererat[t] Iohannes abbas, ille videlicet[u] quem superius reliquisse abbatiam et in heremum secessisse monstravimus. c 20

Extiterunt[v] ergo aliquot, qui[w] eundem sibi in abbatem restitui consulebant[x]. Quem imperator in ultima iam etate conspiciens, ut erat optime litteratus, humiliter ita eum alloquitur: *Serve* inquiens *Dei: vade ora pro te et pro nobis; quoniam non est aetati tuae huiusmodi obedientia competens.* Aderat tunc domnus Theobaldus; vir utique et generé et moribus clarus: qui eo tempore Marchiae praeposituram unde et ortus fuerat naviter administrabat. Quique etiam eídem imperatori ante dies paucos per Marchiam transeunti obvius exiens, ad honorem et commendationem huius loci strenuissime deservierat. Hunc igitur imperator dignum tanto officio si tamen fratribus complaceret, commemoratis probitatibus eius asseruit. Aliquantis itaque super eo ut in tálibus assolet fieri aliquándiu murmurantibus, aliquantis vero imperatoris voluntatem laudantibus, fertur dixisse imperatorem: *Ut possimus* inquit *discernere a nolentibus hoc volentes, surgant omnes quibus mea sententia cómplacet.* Surrexerunt ergo[y] universi fere tam ordine quam aetate priores: iunioribus reliquis consedentibus. Tum imperator: *Iustius erat et competéntius est nos seniorum tot et talium super hoc consensu et consílio uti; satisque rectius est meo iudicio, iuniores seniorum, quam*

Aderat etiam et[z] domnus Theobaldus; vir utique et genere et moribus clarus: qui eo tempore Marchiae praeposituram naviter[*] administrabat[a]. Extiterunt igitur aliquot qui praedictum abbatem Iohannem in abbatiam restituendum[b] consulerent. Sed quoniam decrepite iam erat etatis, tam[c] praesentis imperatoris quam et sapientiorum fratrum consilio inutilis tanto oneri iudicatus; post nonnullas ut in talibus fieri assolet ac diversas diversorum sententias, tandem communi omnium voluntate domnus[d] Theobaldus dignus decretus[e] a fratribus abbas eligitur; ipso etiam augusto[f] una cum apostolico[g] eandem electionem valde laudantibus[83]; sicque die altera, festo[h] apostolorum Petri et Pauli ab eodem apostolico[i] sollempniter consecratur. (1[b]. *rell.*) 83

a) imperatoris 1. *ed.* b) u. a minimo usque ad maximum s. procurrentibus 1. *ed* c) i. p. i. diu 1. *ed.* d) *deest ed.* e) S. autem et Petro n. praedicti M. Cominense c. concessit. cum quibus remanserunt Normanni Giselbertus et Go. Sti. T. b. G. de C. et Ugo Fallucca, cum aliis aliquot *add.* 1b. f) praedicti *ed.* g) i. recuperare n. *ed.* h) C. t. *deest* 2. i) *deest* 3. k) et G. *ed.* l) Fallucca 2. de F. 3. de Fallucca 4. m) F. Normannos c. 3 n) principatum. atque post paucos dies o. 1. *corr.* 1b. o) p. dies paucos 1b. *ed* p) c. papa reverentissimo B. 1 q) *add.* 4. r) *deest* 4. s) i. a. et i. p. *add.* 3. 4. t) praesens erat 1. *ed.* u) *add.* 4. v) Surrexerunt *corr.* Ext. 1 w) et *corr.* qui 1 x) precabantur *corr.* cons. 1. y) *postea add.* 1. z) e. tunc et 1b. *ed.* *) p. unde et ortus fuerat n. 1b. 2. a) a. quique praefato imp. *etc. ut* 1. *usque* deservierat 1b. *cf. infra c.* 52. b) restitui consulebant 1b. *ed.* c) t. p. i. q. et *add.* 3. 4. d) *deest ed.* e) adiudicatus *corr.* decr. 1b. f) imperatore quem tunc praesentem esse contigerat 1b. *ed.* g) Romano pontifice 1b. praedicto papa *ed.* h) nat. a. P. et P. *superscr.* 1b. nativitatis *ed.* i) beatissimo papa honorabiliter c. 1b. *ed.*

80) quem ei filioque eius Iohanni 5. Ian. 1023. confirmavit, *ut avus eius Pandulfus tenuit*, teste Petro D. in Reg. ap. Gatt. Acc. p. 122. 81) Numerum ab Amato didicit, I, 29. 82 Brevissime relata haec habes ap. Amatum I, 17. 83) *Et fu proie de tout le college de li moine, conferma en abbe Theobalde home noble de lignage et plus de coustume, et lui donna la croce.* Aimé.

1022. Iun. 29. *seniores iuvenum cédere voluntati.* Tandem igitur communi omnium voto dignus adiudicatus, abbas eligitur; et gaudente satius imperatore quod id impetrasset, altera die a praefato Benedicto papa honorabiliter consecratur. (1.)

84 43. Patiebatur[84] eo tempore imperator ilii dolorem permaximum, atque ut ipse postmodum referebat, quamvis maximam[a] circa hunc locum devotionem gereret, et nusquam terribilius ac venerabilius oratorium se vidisse assereret, saepius tamen dubietatis scrupulo movebatur, utrúmnam[b] beatus[c] Benedictus corporaliter hoc in loco quiesceret. Prae dolore igitur iam dicto, nec plene dormienti ei[d] nec ex integro vigilanti, idem[e] sanctissimus pater apparuit; et quasi causa visitandi ad eum accedens, ubi pateretur inquirit. Cui languorem protinus confitenti: *Scio* inquit pater[f] Benedictus *quoniam tu me hactenus hic dubitasti quiescere; sed ne super hoc amplius dubites*[g], *meumque*[h] *in loco isto certissime quiescere corpusculum credas*[i], *hoc tibi signum erit. Cum*[k] *primum hodie surréxeris, in egestione urinae tuae tres lapillos non parvos mingere habebis, et ex tunc dolore isto amplius non laborabis. Et*[l] *scias quia ego sum frater Benedictus;* et his dictis presto disparuit. Experrectus[m] imperator confestim surrexit, ac[n] iuxta visionis ordinem sanitati pristinae redditus, Deo et patri Benedicto gratias maximas[o] retulit. Mane autem facto veniens in conventum fratrum, post capituli verba sollemnia: *Quidnam*[p] inquit *domini mei me consulitis donare*[q] *médico qui me curavit?* Cumque responsum illi fuisset, ut quicquid de[r] monasterio sibi placeret, se libentissime offerentibus[s] tolleret ac medico daret: *Non ita* inquit[t] *oportet: sed quoniam Benedictus pater hac me*[u] *evidenter nocte curavit, ratio est et quidem iustissima, ut de meamet camera illius debeam remunerare medelam.* Et haec dicens, cum lacrimis gaudio mistis retulit omnibus quae vidisset atque audisset, adiciens: *Nunc*[v] *plane*[w] *pro certo cognovi quoniam*[x] *vere locus iste sanctus est, et nulli mortalium est ulterius ambigendum*[y] *quin hic Benedictus pater pariter cum sancta sorore sua quiescat.* Ad fidem autem verborum suorum, tres illos lapillos quos secundum tenorem visionis ante paulalum minxerat, palam[z] omnibus ostendebat. Universis itaque super tanta visione tamque mirifica[*] sospitate imperatoris obstupescentibus[a], ac Deo laudes et gratias referentibus, obtulit ipsa[b] die
85 imperiali munificentia beato patri Benedicto[c] munera haec[85]: Textum euangelii, déforis quidem ex uno latere adopertum auro purissimo, ac gemmis valde[d] pretiosis: ábintus vero, uncialibus ut aiunt litteris atque figuris aureis mirifice decoratum. Calicem aureum cum patena sua, gemmis et margaritis ac smaltis optimis laboratum[e]; planetam diapístin[86] listis[k] aureis[f] adornatam; stolam quoque et manipulum[g], atque cingulum, singula[h] intexta auro. Pluvialem[i] etiam diasprum[87] cum listis[k] auro textis, necnon et tunicam eiusdem subtegminis aureis operibus exornatam. Sed[l] et mappulam diapistin auro nichilominus decoratam; sítulam quoque et coppam[88] argenteam quantitatis non modicae, cum qua videlicet fratres in praecipuis festivitátibus biberent. Recollegit praeterea a Iudaeis vestem unam de altario sancti Benedicti quae[m] fuerat Caroli regis; quam idem Iudaei retinebant in pignore pro quingentis aureis; necnon et calicem argenteum Saxo-
89 nicum maiorem cum patena sua, quem Theodericus Sáxonum rex[89] beato Benedicto

a) nimiam 1. *ed.* b) utrum 1. nam *add.* 1b. c) pater 1. *ed.* d) *add.* 4. e) beatus Benedictus a. 1. *ed.* f) *add.* 4. g) a. aliquátenus d. 1. *ed.* h) meumque — credas *desunt* 1. i) credas corp. *ed.* k) e. Mox ut surr. 1. l) Ego autem sum 1. *ed.* m) Evigilans 1. *ed.* n) et 1. *ed.* o) ineffabiles 1. *ed.* p) Quid 1. *ed.* q) dare 1. *ed.* r) q. s. p. de m. 1. *ed.* s) dantibus 1. *ed.* t) ita est ait ut vos opinámini sed 1. u) h. nocte mei curam egit, oportet me de mea c. i. r. m. 1. *ed.* v) Scitote quia v. 1. w) *add.* 4. x) quia venerabilis est l. i. et 1. *ed.* y) dubitandum q. cum sorore par. sua hic B. p. q. 1. *ed.* z) *add.* 1b. *) mirabili ac céleri 1. *ed.* a) o. pariter et gratulantibus, ac 1. b) ipso 1. *ed.* c) B. praesente Romano pontifice quem diximus m. 1. d) g. pretiosissimis 1. *ed.* e) adornatum 1. 2. simulque mappulam diapístin auro intextam cum qua idem calix offeratur *add.* 1. f) a. optimis a 1. g) mappulam 3. h) c. totum intextum a. 1. singulas intextam a. *ed.* singulam intexta a. 4. i) Pluviale *ed.* k) listris 4. *constanter.* l) simul cum et mappula d. a. n. decorata *ed.* *desunt* 1. m) q. quondam f. 1. *ed.*

84) Eadem sed non eodem modo referunt Amatus I, 28. et Adalbertus V. Heinr. 23. 24. Nostrum exscripsit auctor privilegii Benedicto VIII. afficti, quod post alios e Petri regesto dedit Tosti, Hist. Cas. I. p. 251; textu usus qualem nos damus ex cod. 4. 85) in eorum enumeratione privilegium illud propius ad lectiones cod. 1. accedit, ut utrumque veteri aliquo eorum indiculo usum esse appareat: nam pontificis scriptio mature periisse videtur. 86) *diapisti color subviridis* Hugo Falcandus, Praef. Hist. Sic. 87) versicolorem, ut videtur; v. Cangium s. v. 88) i. e. poculum. 89) quum Th. rex Berniciae, Idae filius, paganus fuerit, neque ullum huius nominis praeter eum regem Saxonum compertum habeam, nescio an hic fuerit nobilis ille Saxo, dominus castri Hohseoburg, quem Karlomannus bis cepit.

olim transmiserat. Quae[a] omnia pariter in fratrum praesentia super altare beati Bene- 1022.
dicti ponens obtulit, praedictumque[a*] papam suae auctoritatis scriptionem de ipsis omni-
bus in hoc loco facere rogavit, apostolici anathematis innodatione eidem scriptioni
apposita, ne quis unquam vel haec quae diximus, vel alia quae idem[b] imperator inantea
huic monasterio concesserit subtrahere praesumat. Idem[c] quoque[d] apostolicus impera-
toris saluti valde congratulans, obtulit et ipse beato Benedicto eadem[e] die planetam
optimam véneti coloris, listis nichilominus aureis decénter ornatam, et stolam unam
optimam auro brustam[89], cum manípulo suo. Sed[f] et Belgrimus archiepiscopus ob gra- 89
tiam imperatoriae sanitatis similiter obtulit beato Benedicto planetam purpuream opti-
mam, aureis[g] listis mensium duodecim signa habentibus[h] in circuitu adornatam,
et stolam cum auro, et pluviale unum. Post haec idem christianissimus imperator
adhuc parum quid existimans se prae nímia huius loci dilectione fecisse, admonitus ab[i]
eodem Belgrimo[k], et a Theoderico cancellario suo, altera die fecit praeceptum conces-
sionis in[l] hoc loco de rocca quae dicitur Vantra[90], cuius possessores ac si latrúnculi 90
quidam monasterium hoc[m] frequentissime infestabant; ac propterea illam de mani-
bus eorum ereptam, ad usus servorum Dei huius loci in perpetuum habendam et reti-
nendam contradidit. Fecit et aliud praeceptum de universis ubique terrarum huius loci
possessionibus, iuxta tenorem videlicet imperatorum antecessorum suorum; per[n] quod
etiam praeceptum, monasterium sanctae Mariae in Canneto, in finibus Termulensis, im-
periali auctoritate in hoc monasterio confirmavit[91]; sicque commendans se plurimum 91
patri Benedicto et omnibus fratribus, cum illorum benedictione reversus ad propria est.
Et ne tanti benefactoris sui beneficium oblivisci aliquátenus videretur, mox ut domum
rediit, planetam optimam diaródinam aureis listis ornatam[o], uná cum alba et cingulo,
stola atque manipulo, qualia imperatorem mittere decéret, huc ad beatum Benedictum
cum maximis gratiarum actionibus transmittere studuit, tantaeque[p, 92] de cetero circa 92
hunc sanctum locum devotionis extitit, ut si aliquanto diutius viveret, relicto imperii
fastigio, Deo se sub sanctae professionis habitu hic serviturum sponderet.

44. Sane quoniam de corpore beati Benedicti, quod in hoc loco veraciter requiesce-
ret, tum revelatione quam viderat, tum sospitate quam senserat, fuerat certissimus red-
ditus; ubicumque postmodum scripturam translationis eiusdem beati patris[93] repperire
potuit, flammis exússit; narrans omnibus quae sibi Dominus hoc in loco ostenderit, quáeve
praestiterit; ex ipsius falsae translationis serie rationabiliter ostendens, haec frivola esse
et[q] confictítia, dum sicut ibi refertur, unus idemque angelus, et illos hortabatur ad sur-
ripiendum, et Romanum pontificem instigabat ad persequendum, rursumque illis insiste-
bat ad fugiendum. Ceterum[r] qui Pauli diaconi veracis utique et insignis hystoriographi VI, 2.
testimonio super hoc se fulciri existimant, noverint consuetudinem hanc esse rerum[s]
gestarum scriptoribus, ut in narrationibus[t] suis vulgi opinionem sequantur. Nam et
apud Lucam beata Maria Ioseph patrem Domini appellat dicens: *Ego et pater tuus do-* 2, 48.
lentes quaerebamus te, et apud Marcum Herodes pro eo quod puella caput Iohannis[u] 6, 26.
baptiste quaesierit, dicitur contristatus; quod utrumque nequaquam verum fuisse nemo
qui nesciat.

45. Verum[v] et hoc ipse religiosissimus imperator multis[w, *] referre solitus erat;

*) Pandulfo Beneventano principi qui postmodum ultima iam etate a Desiderio Casinensi abbate monachus factus est referre solitus erat, ex cuius etiam ore domnus Roffridus qui adhuc superest, audisse se asseverat 1^{b}.

a) *hic manus et atramentum mutatur in quat. 10. versu 5.* a*) o. ac reverentissimum papam Benedictum s. 1. b) inantea i. i. 1^{b}. *ed.* antea 1. c) *Primo Piligrimum papae anteposuit, quod postea mutavit* 1. Praedictus 1. *corr.* 1^{b}. d) q. venerabilis a. illorum (*corr.* imperatoris) emulatus liberalitatem, obtulit 1. e) e. d. *desunt* 1. f) Super haec etiam et Peregrinus (*corr.* Piligrimus) a. obtulit ea die beato 1. g) l. a. 1. h) *add.* 1^{b}. i) a praefato archiepiscopo Peregrino (*corr.* Piligrimo) 1. k) Piligrino *ed.* l) i. h. l. *desunt* 1. m) h. m. 1. *ed.* n) per — confirmavit *add.* 1^{b}. o) pulcherrime decoratam 1. *ed.* p) tantaeque — sponderet *desunt* 1. q) ac 1. *ed.* r) Qui vero P. 1^{b}. *ed.* Qui — nesciat *add.* 1^{b}. s) r. g. *deest* 1^{b}. t) narratione sua o. v. 1^{b}. *ed.* u) *add.* 4. v) Hoc etiam i. 1. w) *deest* 1.

89) acu pictam, unde Gall. *broder.* DUC. 90) Bandra dicitur in dipl. quod ex orig. d. 1022. s. d. dedit Gatt. Acc. p. 119. Cf. supra c. 15. 91) Extat. privil. illaesum, sed datum 4. Ian. 1023. Poderbrunnon. Edidit Gatt. Acc. p. 120. 92) ex Amato I, 28. 93) Edita est in Actis SS. ad Mart. 21. ubi Adalberto cuidam attribuitur.

quod ipsum languorem unde nunc[a] per beatum Benedictum convalescere meruerat, per eundem nichilominus dolori ipsi iam pridem addictus extiterat, occasione videlicet huiusmodi. Cum ducatus[b] adhuc sui tempore iter agens, in monasterium quoddam[c] Benedicti patris nomini dicatum[d] hospitatus[e] fuisset, quoniam multitudini equorum ipsius[f] stabula sola nequaquam sufficerent, in ipso fratrum capitulo quod iuxta ecclesiam erat, eius stabularii audacter[g] ac pertinaciter ut est illud hominum genus, equos aliquot locare minime veriti sunt. Nocte igitur eádem pater[h] Benedictus eidem[i] duci tórvo nimis[k] ac terribili apparens intuitu, eique multa quod[l] ita domum suam tractaret commínitans, virga etiam[m] quam manu gestabat, illius latus percussit; et ex tunc dolore ilii torquéri vehementissime coepit.

1007. 46. Hic[n] idem augustus ex proprii patrimonii sumptibus construxit ecclesiam ad honorem sancti Georgii in Babemberg[o], et advocans Benedictum papam, ab ipso illam consecrari fecit, atque episcopalem in ea sedem constituens, beato Petro exintegro obtulit; statuto censu per singulos annos equo uno optimo albo cum omnibus ornamentis
1052. et faleris suis, et centum marcis argenti. Postmodum vero Leo nonus papa vicariationis[94] gratia Beneventum ab Heinrico Chuonradi[p] filio recipiens, praedictum episcopium Babembergense sub eius dicione remisit, equo tantum quem praediximus sibi retento[95].

Super[q] ceteras autem bonitates seu virtutes quas idem[r] imperator habuisse narratur, ádeo fertur vixisse castissimus, ut ad mortis articulum veniens, coram praesentibus episcopis atque[s] abbatibus, vocatis[t] Cunigunde[u] coniugis suae propinquis, eaque illis
96 tradita[v] feratur[w] dixisse: *Recipite quam michi tradidistis virginem vestram*[96].

47. Libet[x,97] hoc in loco dignam plane memoria et multis aedificationi futuram inserere visionem, a religiosis certe et prorsus veracibus michi relatoribus traditam, quam in obitu eiusdem imperatoris cuidam servo Dei voluit Dominus demonstrare. Hic itaque
1024. Iul. 13. cum nocte illa qua praedictus imperator moriebatur, fenestrae cellulae suae incumbens de more Dominum precaretur, subito audivit immanem quorundam festinanter transeuntium strepitum, cachinnantium simul et gratulantium. Quod cum arrectis auribus quidnam illud esset curiose vellet addiscere, et oculis undique circumspiceret, videt confestim quam hominum autumaverat, innumerabilium turbam demonum esse. Territus primo, dehinc resumpta constantia salutiferae crucis signo se muniens innuit uni ex illis ad se venire. Paruit protinus nequam spiritus, et accessit. Ad quem vir Dei: *Adiuro te* inquit *per eum qui iudicaturus est vivos et mortuos et seculum per ignem, ut non abscondas a me veritatem, et dicas michi: quid est hoc, vel quo sic festinanter tenditis, cum tantis plausibus et tripudio? Heinricus* ait *noster amicissimus moritur, et properamus ad suscipiendam animam illius, quoniam nisi forte iniusticiam inde seu violentiam nobis inferre voluerit Deus, quod certe minime credimus, noster debet esse individuus socius.* Ad haec vir Dei graviter ingemiscens: *Non hoc permittat* inquit[y] *misericordissimus Dominus*[z], *ut tantus vir in vestrae potestatis iura deveniat; et confido plane et certus sum de magnitudine pietatis ipsius, quod nullam prorsus in eo vobis est daturus potentiam; quin potius inanes ac vacuos cum digna vos confusione remittet. Veruntamen impero tibi per ipsum Redemptorem mundi dominum nostrum, ut nullomodo dimittas quin ad me huc cum redieris redeas, ac michi quicquid ex hoc fieri contigerit veracissime referas.* Ad hanc vocem evanuit spiritus nequissimus et abscessit; servus autem Domini instantius quam solebat orationi incubuit. Cum ecce post biduum malignus ille spiritus deiecta facie, moerens et lugubris, quemadmodum adiuratus fuerat ad hominem Dei reversus est. A quo cum tantae expeditionis suae ac sociorum ipsius requisisset eventum: *Ne* inquit *me super hoc interroges, cum ex habitudine mea patenter id possis advertere. Nec certe hodie huc redis-*

a) tunc 3. b) *ita* 1^b. C. quodam t. 1. c) ultra montes *addunt* 1^b. 2. d) dedicatum 1. *ed.* e) hospitatum *ed.* f) imperialium 1. *corr.* 1^b. g) st. equos 1. st. a. ac p. equos 1^b. st. aud. eq. 2. h) B. p. 1. *ed.* i) p. imperatori t. 1. *corr.* 1^b. k) t. ac t. valde i. a. 1. *ed.* l) q. i. d. s. t. *add.* 1^b. m) *add.* 4. n) Hic — retento *desunt* 1. o) Babembergense *ed.* p) Corradi 2. q) Super — vestram *add.* 1^b. r) hic i. religiosissimus h. 1^b. s) a. a. *desunt* 1^b. t) *deest ed.* u) Cunibunde 2. v) reddita 1^b. w) fertur: R. *ed.* x) *hoc caput soli* 3. 4. *addunt, editio Ang. de Nuce in notis exhibet.* y) ait 3. z) Deus 3.

94) i. e. permutationis, v. Di Meo Appar. Chronol. p. 280. Ann. VII. p. 304. Borgia Mem. Benev. II, 16.
95) Eius tantum meminit Adelbertus, V. Heinr. 25.
96) Cf. ib. c. 32.
97) Eadem sed brevius narrat Adelbertus I. l. 33.

sem ob verecundiam, nisi adiuratione tua quam minime violare praesumpsi tenerer astrictus. Etenim quod et nos timebamus et tu pessime praesagisti, hoc totum contigit nobis. Nam cum praedictum Heinricum sicut nostrae iustitiae pertinebat parati staremus recipere, et post multas angelorum contentiones illum adiuvare et nobis auferre nitentium, decretum tandem utrimque fuisset, ut positis in trutina operibus ipsius tam bonis quam malis, praestolaremur quaenam opera haberent praeponderare, coepit pars nostra paulatim increscere et non parum ut tibi fatear declivior esse. Nobis itaque plaudentibus et iam iamque illum rapere properantibus, ecce ex improvisu semiarsus ille Laurentius anhelus accurrit, et calicem aureum quantitatis non modicae baiulans, quem idem Heinricus in basilica illius olim obtulerat, nil moratus nichilque interrogans, super adversam nobis trutinam tanto illum impetu et furore coniecit, ut usque ad imum illam ponderare coegerit. Tali occasione victoribus angelis eum laetanter excipientibus, nos omni spe frustrati quemadmodum cernis cum verecundia et confusione ingenti recessimus. Ne autem existimes me aliquatenus super ista mentitum, mitte ad ecclesiam ustulati illius, et fac perquirere calicem illum quem dixi; et nisi inveneris unam ex ansis calicis eiusdem contritam — namque tam praecipiter in trutina positus est ut cadens éx ea confractus sit — ne adhibeas fidem universis quae retuli[a]*; si autem ita inveneris, crede procul dubio verum esse, quod utinam non fuisset, omne quod dixi.* Et haec cum dixisset confestim velut umbra disparuit. His servus Dei auditis, cadens in faciem gratias egit Deo, et volens certius addiscere utrum verum esset quod sibi mendax dixerat spiritus, misit protinus ad praefatam basilicam pretiosi martyris Christi Laurentii; et ita prorsus invenit actum de calice sicut fuerat ille confessus. Valde igitur et nimium super his omnibus admiratus, rursus et iterum multas gratiarum actiones retulit Domino, et quod praedictum virum taliter illi placuit de manibus demonum liberare, et quod sibi licet per mendacissimum spiritum tam efficacissime veritatem sit dignatus ostendere.

48. Quoniam[b] autem de corpore beati[c] patris Benedicti[d] paulo ante necessario Cap. 47.
fecimus mentionem, gratum hic commemorare videtur etiam illud quod Adam religiosissimo[e] viro ecclesie suae custodi, idem beatissimus pater ostendere dignatus est[f]. Hic itaque Adam cum quodam tempore Romam de more, ad emenda queque huius ecclesiae necessaria[g] perrexisset, apud monasterium beati Pauli apostoli cui domnus[h] Leo abbas tunc praeerat, iuxta[i] quod dudum consuéverat hospitatus est. Cum autem die quadam idem reverentissimi viri, Leo scilicet atque Adam, spiritualia quaedam ad invicem verba consérerent, coepit abbas sciscitari, utrum vera essent[k] ea quae fama tunc per multorum ora volvebat: scilicet quod corpus beati Benedicti nequaquam[l] apud nos quiesceret, sed ultra montes furtim sublatum, delatumque fuisset; addensque[m], *Ut rei inquit huic fidem addant qui ista disseminant, ideo aiunt nullum apud vos signum, nullum miraculum fieri; illic*[n] *vero ubi illum translátum*[o] *astruunt, innumera per dies singulos eius meritis affirmant*[p] *signa patrari.* Ad haec Adam vehementer suspirans, apprehensa manu eiusdem abbatis, ad altare illum beati Pauli apostoli duxit; ibique solis astantibus, manum suam super altare idem Adam ponens[q]: *Per corpus hoc inquit doctoris gentium béatissimi Pauli quod hic absque ulla hesitatione quiescere*[r] *christiana universitas credit, quoniam hoc quod tibi modo dicturus sum, veracissimum et sine omni mendacio est. Enimvero et ego aliquando de corpore beati Benedicti multotiens talia audiens*[s]*, non modo in haesitationem, sed etiam in desperationem ac tristitiam inductus ádeo fueram, ut iam fere nullam circa ipsius altare devotionem*[t]*, nullam possem dignam gerere reverentiam*[u]*. Taliter me per aliquantum*[v] *temporis fluctuante, et tristi*[w] *ac trepido*[x] *animo incedente, cum die*[y] *quadam post completorium devotiori solito apud eius sepulcrum fusa oratione, cúbitum me*[z] *collocassem, idem sanctissimus pater michi per visionem apparére dignatus est dicens: „Quare frater Adam tam demissus ac tristis incedis? et quare de me tam male sentire sedúceris, quasi ego hic corporaliter*[*] *minime iaceam? verum quoniam servi-*

a) dixi 3. b) Cum 4. c) sanctissimi 1. *ed.* d) B. decurrens historia mentionem attulit, dignum hic 1. e) r. valde ac sanctissimo v. 1. f) sit 1. g) e. utilitatibus n. 1. *ed.* h) c. sanctae memoriae Leo 1. i) p. sicuti et c. 1. *ed.* k) v. an falsa essent q. 1. *ed.* l) B. hic n. q. 1. *ed.* m) et addens. 1. n) illuc 1. *ed.* o) delatum 1. *ed.* p) dicunt 1. *ed.* q) posuit dicens 1. *ed.* r) requiescere 1. *ed.* s) a. cum caeteris n. 1. t) reverentiam 1. u) devotionem 1. v) p. dies aliquot f. 1. w) tristicia tepido a. 4. x) turbido 1. y) c. nocte quadam, prolixiori solito ap. e. sep. post compl. cum lacrimis f. 1. z) me iuxta ecclesiam in stratu proprio c. 1. *) h. una cum sorore mea non iaceam? Quon. igitur s. 1.

tium et devotio tua valde michi[a] *est placita, ámodo esto certissimus me hic pariter cum Scolastica sorore mea quiescere, meque simul cum ipsa in die examinis ultimo, in hoc loco debere resurgere; vobiscum etiam tam die quam nocte quotiens devote psallitis, attentiusque oratis ac decenter proceditis, me pariter esse. Ut autem te super his omnibus indubium reddam, cum matutinali hora primus ut es solitus ingressus ecclesiam fueris, si videris de tumulo*[b] *meo quasi virgulam fumi aromatis procedentem, altaque petentem, crede universa quae dixi esse*[c] *verissima;" et hoc dicto disparuit. Evigilans itaque protinus, mecumque mysterium tantae visionis pertractans, gaudio simul lacrimisque perfusus, coepi benedicere Dominum, patremque sanctissimum Benedictum; moxque licet tremens ac pavidus ecclesiam ingressus, aspexi; et vidi; et credidi; iuxta id quod michi indignissimo fuerat revelatum. Porro quod dicunt apud nos nullum ab eo miraculum ostendi, omnino scias esse falsissimum. Si enim cuncta possem tibi referre, vel quae a prioribus nostris percepi, vel certe quae nostris temporibus ad eius tumulum signa patrata sunt, liquido pervideres hoc nonnisi aut de invidia, aut potius*[d] *de ignorantia dictum. Unum tamen tibi de multis, non ab aliquo michi relatum, sed oculis istis perspectum, pro omnibus miraculum referam. Demoniacus quidam Andreas*[e] *nomine de Barensi civitate die quadam ad monasterium venit, atque ut est consuetudinis, a propinquis qui eum adduxerant, ante altare eiusdem patris iactatus est. Cumque fratribus in choro psallentibus, ineptas quasdam et horrendas nequam ille spiritus per os miseri illius vociferationes emitteret, in parte michi stanti atque oranti, subito sanctissimus pater Benedictus, ante ipsum altare astare*[f] *visus est, qui álapa non modica, maxillam vexati illius percutiens, malignum ab eo spiritum protinus expulit; et ita sanatus ille, cum affinibus Deo et patri Benedicto gratias agens, ad propria recessit.* Haec omnia praedictus Adam Leoni[g] abbati ante ipsum corpus beati apostoli Pauli magna quodámmodo necessitate confessus, humilitatis gratia caeteris adeo dum vixit occúluit, ut nemo fratrum huius loci de his aliquid nosse potuerit, quo usque idem abbas venerabilis[h] Leo, quibusdam fratribus nostris* iam illo defuncto retulerit.

Cap. 48. Desid. D. al. II in fine. 49. Aliud[i] etiam quiddam mirificum hic idem Leo referebat[98], ex ipsius nostri[k] Adam veridico sibi ore relatum. Aiebat enim, quod cum die natalicio sanctorum martyrum Proti et Iacinthi idem Adam ad[l] nescio quid utilitatis obędientiae suae portas monasterii fuisset egressus, ecce mox duo pulcherrimi iuvenes in habitu monastico sibi obviam fiunt. Quos cum de more monasterii humiliter salutasset, et quínam ipsi essent reverenter interrogasset, audivit ab eis, se[m] quidem Protum et Iacinthum nuncupari; venisse autem se ad visitandos fratres qui eorum sollemnia ipso die honorifice[n] celebrassent. Huiusmodi Adam responsis attonitus, paululum substitit; moxque in semet reversus, post eos properanter currere coepit, et quosque obvios percontari, quônam monachi qui se pauló praecesserant devenissent. Respondentibusque neminem se[o] vidisse, nequaquam adhibens fidem, coepit huc illucque discurrere, et item[p] itemque per[q] singulos obviantes de illis[r] investigare: sed minime[s] illi ulterius eos videndi seu colloquendi[t] est concessa licentia.

Cap. 49. 50. Hic[u] ipse[v] domnus Adam in monte proximo qui Cariae ádiacet, Clia[99] vocabulo cellam in honore sancti Benedicti construxit[w]; nécnon et in Cominensi territorio iuxta Melfam fluvium ecclesiam sancti Nazarii, presbytero[x] quodam cui iure hereditario pertinebat sibi libentissime[y] concedente, ad[z] usus et necessitates obedientiae suae adquisivit*, easque nonnullis terrarum possessionibus emptis, diversisque ecclesiasticis ornamentis atque codicibus sufficienter ditavit.

*) e quibus supradictus Roffridus unus fuit a quo ego percepi *add.* 1b. 2.

a) v. e. p. coram me 1. *ed.* b) sepulcro 1. *ed.* c) e. v. *desunt* 3. d) *add.* 1b. e) A. n. d. B. c. *add.* 1b. f) *add* 1b. g) A. reverentissimo abbati L. 1. h) *deest ed.* i) Hic (Sic *ed.*) ipse Leo (reverentissimus abbas *add.* 1.) retulit etiam aliud quiddam magnum ex 1. *ed.* k) *add.* 1b. l) nescio ad q. 1. *corr.* 1b. m) eis, P. et I. se n. 1. *ed.* n) d. satis devote in psalmis et canticis honorassent. Quibus dictis, cepto itinere coenobium ingressi sunt. Huiusm. 1. *ed.* o) n. visum eo die ante se monasterii portas ingressum, n. 1. p) i. i. *desunt* 1. q) *deest* 1. *ed.* r) de illorum visione diligentissime i. 1. 2. s) nequaquam 1. min. nequaquam *ed.* t) alloquendi *ed.* all. eos 1. u) H. Adam quod domnus Leo magister suus una secum inchoaverat, in m. 1. v) idem *ed.* w) *add.* 1b. x) presbytero — concedente *add.* 1b. *et in mg.* d' ciconia. y) *add.* 4. z) ad u. et n. o. s. a. *desunt* 4. *) construxit 1. *corr.* 1b.

98) a quo et a Firmo, Adae nepote, Desiderius hoc accepit. 99) Vulgus usque adhuc eundem montem appellat *Chia*, inter Belmontem et Sanctum Eliam ad boream et ortum Cairi. ANG.

51. Ea[a] tempestate supradictus Boianô[b] catapanus[c], cum iam dudum Troiam in Cap. 50.
capite Apulie construxisset, Draconariam[1] quoque et Florentinum[2] ac Civitatem et reli-
qua municipia quae vulgo Capitinata dicuntur edificavit[3]; et ex circumpositis terris habi- 3
tatores convocans deinceps habitari constituit. Sane sciendum quoniam corrupta vulga-
ritate Capitinata vocatur, cum pro certo ab officio catapani qui eam fecit Catapanata
debeat appellari.

Theobaldus secundus ac tricesimus huius coenobii abbas, sedit an- 1022–
nis tredecim. 1035.

52. Hic apud Teatinam marchiam, nobili ortus prosapia, quartodecimo[4] aetatis Cap. 51.
suae anno, relicta domo, parentibus, omnique substantia, tempore Aligerni abbatis ad
hoc monasterium venit; atque ab eo cum[e] honore susceptus, et habitu est sanctae reli-
gionis indutus. Sed[5] cum post Aligerni transitum Manso ut iam dictum est abbas effe- c. 12.
ctus fuisset, egressus hinc[f] Ierusolimam abiit; indeque[g] reversus, a Iohanne abbate obę-
dientiam praepositurae monasterii huius suscepit. Quam cum per annos aliquot satis
strenue administrasset, ab eodem abbate in monasterio sancti Liberatoris quod in comi- I, 45.
tatu Teatino iuxta Laentum fluvium situm est praepositus est ordinatus. Ubi[h] cum par-
vam admodum ecclesiam et valde obscuram reperisset[i], ceteras vero officinas et ligneas
et vetustas: intra breve[k] tempus[6] ab ipsis fundamentis omne illud monasterium petrinis 6
parietibus aedificavit. In ecclesia[l] cum ab introitu ipsius duodecim ferme cubitos[7] ad-
iunxisset[m], titulum quoque ab orientali parte non parvi ámbitus cum sua[n] confessione
construxit, universamque ecclesiam picturis ac specularibus[o, 8] decoravit. Ante maius
vero altarium tabulam de[p] argento[9] a propinquis accepto confecit, quam et ex parte 9
non modica deauravit. Fecit etiam in eadem ecclesia duo magna turibula ex argento
librarum decem: opere pulchro, et ex parte inaurato; et aliud[q] turibulum argenteum[r]
quod fuerat patris ipsius ibidem contulit. Fecit et calicem de argento[s] librarum sex[10];
et alium librarum duarum et dimidia[t]; cum duobus aliis minoribus, et uno turibulo.
Fecit et crucem de auro purissimo, in[u] qua etiam particulam de ligno sanctae crucis,
cum aliis quoque sanctorum reliquiis reverenter locavit. Fecit ibi et campanas non par-
vas numero quinque[11], et alia diversarum specierum ecclesiastica ornamenta perplurima; 11
quae hic inserere supersédi. Inter quâe etiam et codices diversos describi iussit numero
sexaginta[12], e quibus quattuor pallio investitos[v], argenteis quoque[w] operibus decoravit.

Hic[x] eo tempore quo imperator Heinricus in Apuliam descendit ut iam supra retu- 1022.
limus[13], eidem[y] per Marchiam transeunti obvius exiit, atque ad honorem et commen-
dationem huius loci strenuissime deservivit. Quo[14] etiam in loco qui dicitur Sanctus
Petrus in Planaci[z] residente cum universis magnatibus suis, in eorum omnium praesen-
tia proclamavit super Attonem[*] et Pandulfum comites de rebus sancti Benedicti in comi-
tatu Termulensi, que[a] ipsi tunc temporis retinebant; quae sunt nominatim castella quin-
que, idest: Petra fracida, Pescloli, Guardia[b], Ripa ursa, et Montebellu[c], cum monasterio

a) Hac 1b. *Totum caput in mg. adscripsit* 1b. b) Baiano 4. c) Greci imperatoris *add.* 1b. 2. de quo supra iam diximus *add.* 1b. *del.* 1c. e) eo benigne s. 1. *ed. et ipse Theobaldus.* f) *add.* 1b. g) *add.* 4. h) Ibi *ed.* i) repp. *corr.* rep. 1. k) parvum 1. *ed.* l) e. vero cum 1. *ed.* m) c. in longitudine, et in latitudine tres a. 1. 2. et in l. t. *desunt* 3. n) *add.* 4. o) optimis *add.* 1. *del.* 1b. p) t. argenteam satis pulchram de a. 1. q) alium 1. *Theob.* r) a. pulcherrimum q. 1. *ed.* s) a. cum patena sua l. 1. *ed.* t) media 4. libre et dimid. *Theob.* u) ubi posita est particula de l. s. c. c. a. s. r. 1. *ed.* v) i. bullis aliisque a. 1. 2. w) *addit* 4. x) Hic — modo invadere *add.* 1b. y) retulimus, apud Teatinum comitatum in loco qui dicitur S. Petrus in Planaci, residente eodem imperatore cum 1b. z) palatio 3. *) Ottonem 3. a) ex longo iam tempore perditas *suprascr.* 1c. b) Ripa mala quae nunc dicitur G. 1c. *suprascr.* c) et Ipsafae *add.* 1c.

1) *Dragonara.* 2) quae et Ferentino et Firenzuola, 8 mil. a Luceria distabat; nunc diruta iacet. 3) i. e. auxit et munivit. 4) Sequentia desumpta sunt e commemoratorio ab ipso Theobaldo a. 1019. de sua S. Liberatoris administratione condito, quod ex orig. edidit Gatt. Hist. p. 79. Ibi legitur: *XIIII.* non *XI.* ut apud Gattulam. 5) *Sed — administrasset* addidit Leo. 6) *Ubi cum paucis diebus moratus essem, inspirante Deo* etc. Theob. 7) *ad regiam passos plus minus tres, et in altitudinem cubitos tres* Theob. 8) *fenestris* Theob. 9) *mirae pulchritudinis* Theob. 10) *cum duobus pateris* Theob. 11) Tres emit, duas fundi iussit. 12) Theob. singulos enumerat; inter ceteros *Prosperum unum. Storia Anglorum. Istoria Pauli Orosii et Medi.* 13) c. 42. retulerat, sed postea eiecit. 14) Instrumenta e quibus haec nostro innotuerunt, periisse videntur: alia tamen in Petri regesto superest *noticia iudicati*, quo Theobaldus sententia missorum imperatoris curtem S. Mariae in Morino ab Ildeprando f. qd. Trasmundi ducis recuperasse dicitur. Edidit Cl. Gattula Hist. p. 77.

sancti Benedicti et sancti Nycolai, et cum aliis ecclesiis intra eorundem castellorum pertinentias positis, intra hos[a] videlicet[b] fines. A capite Rivus planus; a pede[c] vero, mare cum ipso litore suo et portubus atque piscationibus; ab uno latere flumen Trinium, ab altero autem[d] rivus qui dicitur Teccle. Quae omnia in praesentia praedicti imperatoris et magnatum ipsius praefati comites refutaverunt ad[e] partem huius nostri monasterii, et[f] ipse imperator manu sua investivit supradictum domnum Theobaldum de omnibus ipsis, obligans tam illos quam et omnes qui deinceps ista aliquomodo invadere[g] praesumpserint, poena duum milium librarum auri in monasterio[h] isto. Sequenti etiam tempore proclamavit in placito Trasmundi[i] comitis super quodam Tresidio, qui retinebat de terra sancti Liberatoris multas possessiones, et manifestante se illo, ac refutante, omnia recollegit*.

53. Sed[k] cum idem domnus[l] Theobaldus in iam dicta praepositura annos ferme[m]
quindecim peregisset, atque[n] ad abbatiam monasterii huius ordine[o] supra relato trans-
Cap. 52. latus fuisset, a praefato papa Benedicto qui eum sacraverat consuetudinarium privilegium[15]
sumpsit[p], ac per biennium quo supervixit imperator Heinricus, in omni prosperitate de-
gens[q], plurima hic ornamenta ecclesiastica[r] fecit[s]. Crucem namque[t] argenteam ad
procedendum diebus dominicis, et duas campanas magnas[u] valde ac pulchras iussit[v]
fieri. Altare sancti Gregorii argentea tabula decoravit[w]. Fecit et capsulam argenteam,
c. 11. ubi portionem ligni dominicae crucis quam superius a Leone monacho huc allatam
ostendimus reverenter locavit. Virgam quoque pastoralem cum titulo, argento[x] vestivit.
Ecclesiam parvulam in honore sancti Nycolai iuxta abbatis cameram ecclesie beati Bene-
dicti a septemtrionali parte adiunxit, necnon et aliam nichilominus parvulam ecclesiolam
in honore sancti Severi Casinatis[y] episcopi, in loco qui vulgó Ad voltam sancti Sevéri
16 antiquitus vocabatur aedificavit[16]. Muros etiam altos ac turres duas, hinc inde ante
atrium ecclesiae in modum claustri construxit. Codices quoque nonnullos quorum hic
maxima paupertas usque ad id temporis erat, describi praecepit; quorum nomina indicamus[17]. Augustini de civitate Dei partem secundam. Eiusdem[z] de Trinitate. Item eiusdem super psalmos, divisum in 2 volumina. Gregorii omelias 40. Primam partem moralium. Claudium super epistolas Pauli. Rabanum ethimologiarum. Historiam Romanorum. Historiam Langobardorum. Itinerarium totius orbis cum chronica Ieronimi. Martyrologium Ieronimi plenarium. Pontificale Romanum. Hisidorum officiorum. Edictum legis Langobardorum. Concordiam canonum. Alium librum canonum. Decreta pontificum. Super Marcum Bedae. Duo etiam hymnaria in choro habenda.

Cap. 53. 54. Per idem tempus domnus Odilo vir venerabilis vitae ac famae, Cluniacensis coenobii abbas* ad hoc monasterium nimis devotus advenit; et ob maximam quam in beato patre Benedicto, atque per eum in loco isto reverentiam gerebat, pedes montem totum ascendit. Qui[a] cum de monasterii more in capitulum[b] honorifice ductus fuisset,

1032. Apr. 12. *) Eodem vero tempore Pandulfus princeps ad hoc monasterium veniens, praeceptum fecit sancto Benedicto de monasterio sancti Nazarii quod situm est in territorio civitatis Atinae[18], cui etiam loco praeceptum confirmationis de omnibus pertinentiis eius ad opus huius nostri coenobii fecit, locumque ad molendinum faciendum concessit. *add.* 2.

a) has 1b. b) *add.* 4. c) *deest* 4. d) *add.* 4. rivum Teclum 2. r. q. d. *suprascr.* 1b. Tecle 3. e) r. in manus eiusdem imperatoris ad 1b. 2. f) m. cum universis omnino rebus ac pertinentiis eorum intra ipsos quos diximus terminos, et 1b. *ed.* g) *sequentia abscisa sunt* 1b. h) in hoc m. *ed.* i) Transmundi 2. k) Cumque et in hac p 1, *quae expunxit* 1b. l) *deest* 4. m) plus minus 1. *ed.* n) *add.* 4. o) o. quo supra monstravimus Deo favente translatus est. Hic itaque a p. 1. *ed.* *Novum caput a voce* Hic *incipiunt* 1. 2. p) sumens p. 1. *ed.* q) p. sui honoris d. 1. *ed.* r) *add.* 1b. s) adquisivit 1. *ed.* t) *add.* 4. u) c. mirae magnitudinis ac pulchritudinis f 1. v) f. i. 1. *ed.* w) t. valde pulchri operis d. 1. *ed.* x) t. nichilominus argenti, opere pulchro v. 1. *ed.* y) Casinatis — Severi *desunt* 2. z) s. Greg. o. 40. p. p. m. Augustinum s. p. d. in d. v. Claud. s. e. P. R. e. Augustinum de T. Itiner. t. o. c. c. I. H. R. H. L. Edictum regum (E. legis Lang. 3.). Mart. I. p. (M. I. p. *add.* 1b.) P. R. H. (Isid. *ed.* Ysid. 4.) o. Conc. c. Lib. c. Decreta (Decretale 1.) p. Bedam s. M. Duo *etc.* 1. *ed.* *) abbas — curavit. Ad cuius *add.* 1b, *erasis quae in septem lineis scripta fuerant.* a) Qui — possibile fuit *in mg.* 1c. b) c. ab abbate vel (et? 1c.) fratribus h. 1c. 2.

15) Regest. numer. 18. ANG. 16) Aedicula haec saepius renovata, extat adhuc ibidem. Locus dictus est Ad voltam, quod inde per montanam semitam via devolvitur euntibus Aquinum versus, relicta ampliori ad Sanctum Germanum ducente. ANG. 17) conf. Tosti Histor. Casin. I, 287. 18) E regesto edidit Gatt. Hist. p. 205; ibi etiam molinum in fluvio Melfe faciendum conceditur. Alterum privil. in reg. n. 279. extat teste Ang. de Nuce.

post sollemnem[a] in adventu hospitum lectionem[19]: *Sicut audivimus* inquit vir reverentissimus, *ita et vidimus; in civitate domini virtutum, in civitate Dei nostri, et in monte sancto eius.* Moxque nimis humiliter ad abbatem conversus: *Donum* ait *a te pater amabilis*[b] *maximum expeto, michique ut sine contradictione aliqua concedatur, suppliciter oro*[c]. *Volo inquam*[d] *atque desidero omnium fratrum vestigia devotissimus osculari.* Annuit Theobaldus licet invitus, nec reniti devotioni tam maximae aliquatenus potuit[e]. Postero[f] die festivitatis beati[g] Benedicti, multis ab eodem abbate nostro precibus invitatus missarum sollemnia celebrare, nullómodo cogi potuit, eo praesente missas publicas agere. Dehinc[h] cum iam paratis ad procedendum fratribus, pastoralem baculum idem noster abbas reverenter eius manui obtulisset, longe humiliter ille refúgit, dicens, nequaquam dignum esse se in magnitudinis eius praesentia huiusmodi virgam gestare: nimis profecto indecens, et contra omne ius esse percensens, vel[i] se vel quempiam abbatum manu pastoralem virgam praeferre, ubicumque Benedicti vicarium cunctorum scilicet abbatis abbatum praesentem adesse contingeret. Eo igitur reverti parante, cum multis illum fratribus Theobaldus usque ad portam[k] monasterii prosequens, tandem suppliciter exoravit, ut si[l] quomodo posset, de beati Mauri pigneribus aliquam benedictionem[m] Benedicto magistro ipsius transmitteret. Quam postulationem vir venerabilis benigne[n] recipiens, et posse se confidenter respondit, et libenter facturum vita comite repromisit. Sicque valedicto recessit. Post septem porro annorum vertigines, os integrum brachii beatissimi Mauri, capsella decenter inclusum argentea, opere pulchro turrium instar aptata, per sex sui monasterii fratres huc mandare[o] curavit. Ad cuius adventum maximus valde[p] totius terrae istius populi coetus devote[q] nimis occurrit. Excitus enim fuerat ad[r] hoc rumore huiusmodi, ut quoniam beatus Maurus ex longo iam tempore ultra montes transmissus in obędientiam fuerat, modo cum esset reversus[s] debere se illi dignissime obviare. Iam[t] autem praedictus abbas noster Capuani principis persecutionem aufugiens in Marchiam[u] secesserat, sicut in sequentibus ordine[v] suo monstrabimus. Verum universus sancti huius loci conventus, inestimabili super hoc iocunditate repletus, omnes[w] indumentis sollemnibus induti, cum[x] cereis ac thimiamatibus plurimis, usque ad portam veterem[20] aliquanto extra monasterii ambitum procedentes, obviam cum devo- 2[illegible]
tione maxima exierunt; statimque ac si viventem illum in carne conspicere meruissent, omnes pariter in terram procidentes adoraverunt; surgentesque, sanctum illum loculum cum[y] lacrimis gaudio mistis[z] reverenter exosculati sunt, et cum hymnis ac laudibus nimis honorifice prosequentes, in monasterium induxerunt, eumque super magistri eius Benedicti venerabili altario[*] posuerunt. Quam dissimilis autem, quamque[a] diversa haec processio receptionis beatissimi Mauri fuerit ab illa qua pater Benedictus cum omni eum congregatione usque ad[b] ianuas[c] monasterii prosecutus ultra montes olim transmiserat, quamvis utraque piis plena lacrimis fuerit, devoto considerandum lectori relinquimus. Fuére interea aliqui fratrum non quidem ex toto dubitantes, verum certissimi super hoc reddi volentes, qui clanculo praedictum loculum ab inferioribus unde argentea clavicula[d] reserabatur ac claudebatur aperientes, visis sacrosanctis reliquiis, tam sibi qui viderant, quam caeteris qui non viderant causa certissimae fidei extitére. Quod cum prioribus[e] relatum fuisset, valde illorum praesumptionem redarguerunt, verentesque ne illorum deinceps exemplo dum a pluribus conspici desiderarentur sanctae reliquiae aliquatenus

a) p. susceptionum tanti hospitis verba sollemnia 1^{c}. 2. b) *add.* 4. c) c. votis omnibus flagito 1^{c}. *ed.* d) itaque 4. e) a. illi possibile fuit 1^{c}. f) Post haec autem ipso die f. 1^{b}. 2. g) f. eiusdem beatissimi patris nostri, ab e. a. Theobaldo, gratia praecipuae religionis, multis precibus i. 1^{b}. *ed.* h) Cumque i. p. sollemniter ad 1^{b}. *ed.* i) p. quemp. 1^{b}. 2. k) ianuas 1^{b}. *ed.* l) siquid umquam p. 1^{b}. *ed.* m) b. monasterio isti t. 1^{b}. 2. n) v. valde laetus accipiens 1^{b}. *ed.* o) delegare 1^{b}. *ed.* p) *deest* 1. a. innumerabilis tot. *ed.* q) devotissime 1. r) ab *ed.* s) r. ad videndum illum debere se ardentissime properare 1. t) Iam — super hoc 1^{b}. *in loco raso.* u) marchias 1^{b}. *ed.* v) s. pleniter ostendemus 1^{b}. *ed.* w) r. cum universis fratribus i. sollempnibus indutis, cumque c. a. t. *etc.* procedens — exiit 1. *corr.* 1^{b}. x) c. c. *desunt* 4. y) l. devotissime ac reverenter c. l. g. m. omnes e. s. 1. *ed.* z) mixtis 1. *corr.* 1^{b}. *) *add.* 1^{b}. a) et quam 1. b) *deest ed.* c) ianuam 1. *ed.* d) c. quotiens esset necessarium r. 1. e) abbati — redarguit, verens 1. *corr.* 1^{b}.

19) Lectiones istae coram hospitibus in capitulo legi solitae, extant apud nos in codice 47. cum hac epigraphe: *Haec capitula divinae auctoritatis, edita a beato Gregorio urbis Romae pontifice, legenda sunt coram hospitibus in capitulo, iuxta praeceptum sanctissimi patris nostri Benedicti, ut aedificentur.* ANG. 20) Illam intellige, quae prope aediculam sanctae Agathae aditum pandit in aream ante coenobium. Infra lib. IV. cap. 73. ANG.

alíquando mutilarentur, diligentissime praedictum claudentes[a] locellum, protinus clavim in frusta comminuerunt, sicque ex tunc et deinceps usque hodie sacer ille loculus clausus irreseratusque permansit.

Cap. 54. 1040. Apr. 55. Circa[b] hos dies[21] Hugo vir[c] nobilis natione Caietanus ad extrema veniens, fecit cartam in hoc monasterio de medietate castri quod Suium[22] vocatur, nec non et de omnibus omnino rebus tam[d] quae in Caieta, quam quae[e] in praedicto Suio a parte 1023. Ian. parentum sibi[e] competere videbantur[f]. Hoc eodem tempore quidam Aprutii comitatus nobiles Lupus et Albertus obtulerunt[g] beato Benedicto unam ecclesiam iuris sui, voca- 23 bulo Sanctus Laurentius, loco qui Collenori[23] vocatur, prope fluvium Salinum, cum omnibus pertinentiis et rebus eiusdem ecclesiae. Sequenti etiam anno Benedictus quidam[h] de castello Monte Metulo fecit oblationem suam in hoc monasterio de ecclesia sancti Iohannis quae sita est in finibus eiusdem[i] castri, iuxta[k] fluvium Trinium, cum terra modiorum 270, ubi ipsa ecclesia aedificata est, et cum ceteris omnibus rebus ipsius. Similiter quoque presbyter quidam de territorio Bovianensi, Leo nomine, obtulit in[l] hoc loco ecclesiam sancti Christofori de castello Petroso, quam[m] ipse a fundamentis construxerat in[n] proprio suo, cum universis rebus et pertinentiis eius. Alius etiam presbyter Franco nomine, genere Arpínas, id[o] ipsum fecit de ecclesia sanctae Luciae sibi pertinente in territorio eiusdem civitatis, cum plurimis circa eam terris, et ceteris rebus ipsius per[p] loca diversa; ecclesia[q] quoque sancti Angeli de civitate Morrone[r] quae sita est super Rivum cavum, loco[s] qui dicitur Iohannis Scutari, similiter[t] hoc in loco oblata est cum omnibus suis. Sed[u] et Rappotus[v] quidam nobilis Termulensis obtulit in hoc monasterio omnes res suas et curtes quas in Larino habebat, cum ipsa ecclesia sanctae Mariae de Plano, et cum ecclesia sancti Petri, atque ecclesia sancti Terentiani intra eandem[w] Larinum, cum casis et terris, et ornamentis ac[x] pertinentiis omnibus earundem Cap. 55. ecclesiarum. His[y] temporibus Adelmodus presbyter natione Saxonicus, ad[z] hoc monasterium veniens, habitumque monasticum[*] devotissimus induens, de causa proprietatis suae fecit in[a] hoc loco crucem argenteam[b] septuaginta ferme librarum, eiusque partem non modicam deauravit*.

Cap. 56. *) Eisdem[c. 24] quoque diebus, Paulus quidam sanctae postmodum conversationis vir, ad istud coenobium venit, atque de manibus praedicti abbatis monasticae religionis vestem adeptus, ad monasterium beati Benedicti intra Capuanam urbem siti, ab eo ad commanendum transmissus est. Ubi sub sanctae professionis disciplina ita ferventissime conversatus est, ut eius vita prioribus et religiosis quibusque viris esse posset exemplo. Namque vitae ipsius exitus docuit, quam omnipotenti Deo eiusdem conversationis vita placuerit. Cum enim languore correptus ad extrema venisset, nocte ipsa qua transiturus erat, quidam reverendae vitae episcopus de Galliarum partibus ad memoriam beati Michahelis archangeli in monte Gargano positam per- 25 gens, in eádem Capuana civitate iuxta ęcclesiam sancti martyris Laurentii[25] fuerat hospitatus. Qui cum in tempesta nocte surgens devote ante praedictam ęcclesiam orationi incumberet, subito ad dexteram orientis plagam convertens obtutus, vidit de praefato nostro monasterio lucem maximam instar solis egressam coelestia penetrare. Cumque ad visionem ipsam attonitus stupéret pariter et exultaret, mox campanae monasterii sonitum quae fratris obitum de more significaret audivit; agnovítque profecto talem ibi aliquem fuisse defunctum, cuius anima digna fuisset in luce quam víderat petere coelum. Statim igitur idem sanctus antistes id quod viderat sociis referens, evestigio legatum trans misit ad monasterium, ut agnosceret quis ibi ea

a) claudens locellum, manu sua p. c. i. f. comminuit 1. *corr.* 1b. b) Circa — omnibus suis *add.* 1b. c) Hugo filius Docibilis, nat. 1b. *sed ipse mutavit.* d) q. (tam *suprascr.* 1b) sibi in 1. t. q. s. in *ed.* e) *add.* 4. f) videbatur 1b. 2. g) similiter o. 1b. *ed.* h) q. cum uxore sua Marenda de 1b. 2. i) ipsius 1b. *ed.* k) iuxta — genere *abscisa* 1b. l) o. beato B. e. *ed.* m) quae sibi, quam *ed.* n) in p. s. *add.* 4. o) A. cartulam oblationis huic monasterio f. de una e. sibi p. in t. praedictae c. vocabulo S. Lucia, c. p. c. se t. et c. r. ac pertinentiis eius 1b. *ed.* p) p. d. l. 3. *desunt* 1b. 2. q) Sed et e. s. A. 1b. 2. r) Murrone 4. s) supra r. in l. *ed.* t) simili modo 1b. *ed.* u) Sed — ecclesiarum *desunt* 1. R. quoque n. q. T. *ed.* v) Raptus 2. w) praedictam *ed.* x) o. omnibus ac p. e. *ed.* y) His ipsis t. 1. His — deauravit *caput constituunt in* 1. *ed.* z) ob amorem ac devotionem beati Benedicti ad 1. *ed.* *) monasticae professionis d. 1. a) in h. l. *add.* 4. b) a. maiorem s. 1. *ed.* c) Hisdem 2.

21) imo postea, temporibus Richerii abbatis; v. cartam ap. Gatt. Acc. p. 128. 22) *Suio,* ad dextram Gariliani ripam. 23) *Colle neri* in documento quod ex transs. edidit Gatt. Hist. p. 316. Erant *germani, filii qd. Tedaldi et Aczolini filiorum qd. Sansonis.* — Ecclesia haec dicta S. Laurentii de Salino seu Salinello, sita erat in territorio Terami, hodie podii Morelli. GATT. 24) Ex Desid. Dial. l. II. 25) *Stephani* Desid.

Eodem[a] tempore supradictus[b] princeps Pandulfus qui fuerat Teanensis comes construxit oratorium beati Iohannis baptistae iuxta ecclesiam praefati[c] monasterii Capuani[26], (Cap. 57.) supra corpus videlicet domni Landenulfi[d] principis, quem supra interfectum a Capuanis (c 10.) retulimus; et obtulit in eodem oratorio ad eiusdem monasterii utilitatem, integram medietatem de curte quae nominatur Anglum, cum pertinentiis[e] eius. Porro alteram eiusdem curtis medietatem longe post, tempore scilicet Desiderii abbatis, emit[f] Benedictus[g] praepositus a Pandulfo comite Presenzani[h], cui videlicet[i] iure haereditario pertinebat.

Tunc[k] temporis abbatissa quaedam Raimburga nomine de civitate Firmana obtulit (1032. Oct.) in hoc monasterio monasterium suum vocabulo Sancta Maria, loco Leveriano[l,27], et ecclesiam sancti Iohannis de Garzania, et castellum de Barbulano cum ecclesia sanctae Mariae et sancti Blassii[m], cum omnibus omnino rebus ac pertinentiis eorundem locorum.

Petrus quoque filius Rainerii de civitate Sorana oblationem[n] fecit huic monasterio de ecclesia sancti Silvestri in[o] territorio Arpinensi, loco ubi dicitur Valle de Frassu, cum universis pertinentiis et rebus ipsius. Fecit[p] praeterea per hos dies praedictus[q] abbas libellum de Sancto Gregorio de Paterno in comitatu Marsicano[r] Rocconi[s] cuidam, cum omnibus pertinentiis ipsius, pro solidis 60, et censu annuali piscibus octingentis. Idem fecit et de monte qui dicitur Sabucus[t] supra Anium, pro quo recepit solidos 40, et censum pisces ducentos[u]. Id[v] ipsum fecit et filiis Guanengi de terris in Calabretto[w,28], pro solidis 60, censu denariis 12. Item ibidem filiis Guilielmi pro solidis 40, censu solidis 2, et piscibus[x] trecentis. Similiter et in territorio Pennensi fecit de curte quae dicitur Bocetula pro solidis 140, et pro censu solidorum 6. Necnon et de ecclesia sancti Benedicti in Lambardia, in fundo Pasturini, pro censu solidorum 10.*

56. Defuncto igitur augustae memoriae imperatore Heinrico anno[y] Domini 1025[29], (Cap. 58. 1024 Iul. 13.) et Chuonrado[z] duce qui et Cono dictus est, eiusdem Heinrici electione in regem levato, precatu Guaimarii[30] tandem solutus a condignis sibi perpetuo vinculis princeps Pandulfus* revertitur, atque totius mansuetudinis et humilitatis se virum ostendens, ad hoc monasterium venit; omnemque amicitiam et fidelitatem iure iurando repromittens abbati, quasi patrem et dominum se illum habiturum decaetero pollicetur. Mox itaque pristinos illos suos fautores de Apulia unacum Boianô[a] Grecos asciscens, Guaimario quoque[b] cognato[c] suo cum Normannis[d], comitibusque Marsorum omni conamine annitentibus, Capuam per annum integrum atque dimidium obsessam et expugnatam, tandem ingreditur[31]. Pandulfus autem Teanensis quem principem Capuae factum ab imperatore prae- (1026.) diximus[e], receptus in fide a praefato[f] Boianô[g], unacum omnibus suis Neapolim est perductus: sed anno sequenti et ipsa quoque Neapolis a Capuano principe capta, et[h] Ser- (1027.) gio magistro militum exinde pulso, rursum Teanensis Pandulfus a facie ipsius Romam aufugiens, ibidem exul defunctus est; tenuitque Neapolim Capuanus princeps per[i] annos ferme tres[32]. Dehinc Sergius recuperata Neapoli, Rainulfum strenuum virum affinitate

nocte defunctus fuisset, sibique ex nomine nuntiaret. Quo[33] facto, decrevit venerabilis epi- (33) scopus, Pauli ipsius nomen sibi quandiu viveret intra beatorum nomina memorandum. *add.* 1. 2.

*) His diebus Romae Benedictus VIII. papa defunctus, Iohannes frater eius nationis Tusculanae (1024) ex patre Gregorio illi in pontificatu succedit[34]. *add.* 2.

a) Hoc t. 1b. *ed.* Hoc *etc. usque ad finem cap. add.* 1b. *Novum caput hinc incipit ed.* b) praefatus 1b. *ed.* c) praedicti 1b. *ed.* d) Landenolfi 1b. 2. L. gloriosi p. 1b. e) c. omnibus omnino p. 1b. *ed.* f) *sequentia abscisa sunt* 1b. g) domnus B. 1b. *ed.* h) c. qui cognominatur a Presenzano 2. i) c. pertinere i. h. videbatur *ed.* k) Tunc — et rebus ipsius *add.* 1b, *sed in medio cap.* 59. l) Levarino 2. m) Basilii 4. n) oblationis cartulam f. 1b. 2. o) S. quae constructa est in 1b. *ed.* p) Fecit — solidorum decem *add.* 1b. q) idem 1b. *ed.* r) *deest* 4. s) Racconi 3. Roccani 4. t) Sabucu 1b. 2. u) d. *abscisum* 1b. Id — trecentis *ibi desunt.* v) Idem f. *ed.* w) Calalielmi 4. *omisso versu integro.* x) pisces CC. *ed.* y) heinrico, eiusdem iudicio tandem s. 1. h. anno D. m°. xx°. v°. magnatuum eius iudicio t. s. 1b. z) Cuonr. 4. *) Pandulfus — rursum Teanensis *desunt* 4. a) B. catapano 1b. 2. u. B. c. *add.* 1b. *quae melius post* Grecos *colloces.* b) q. Salernitano principe comitibusque 1. c) c. ipsius c. N. Rainulfo et Arnolino et ceteris a Comino, *add.* 1b. d) Rainulfo et Arnolino *add.* 2. e) p. Neapolim unacum Iohanne filio fugit. Sed 1. *corr.* 1b. f) a catapano B. u. Iohanne filio et o. s. 2. g) Baiano 3 h) et — pulso *desunt* 1. i) princ. anno uno et mensibus quinque 1. p. per a. f. Quamobrem Sergius Neapolitanus dux praedictum Rain. aff. s. coniungens, Averse i. c. f. c. s. N. ob odium principis m c. 1b.

26) cuius mentionem fecerat in narratione illa de Paulo monacho, quam postea expunxit. 27) *iuxta fluvio Aso* in docum. quod e reg. dedit Gatt. Acc. p. 129. 28) Calabrito, in territ. Conzano. 29) ita Anon. Casin. 30) Aimé I, 33. 31) 1026 mense Maio eam obtinebat; v. Di Meo Ann. Neap. h. a. 32) Quae prius Anonymum Cas. secutus scripserat, postea mutavit et auxit; cf. Amat. I, 40, ubi de tempore nunc nihil certi legitur. 33) Hoc Leo addidit. 34) Eadem in catalogo Petri.

sibi coniunxit, et Aversae illum comitem faciens, cum sociis Normannis ob odium et
1030. infestationem[a] principis ibidem[b] manere constituit; tuncque[c] primum Aversa coepta est habitari. Pandulfus praeterea a prioribus suis nequitiis nequaquam deficiens, ac[d] de monasterii huius devastatione quasi pro imperatoris odio suae satis fácere malitiae am-
30 biens[e], Theobaldum[35] abbatem simulata benivolentia secum apud Capuam quasi pro utriusque securitate remorari rogavit, immo[f] coegit: ita ut iam illum minime huc redire
1032. Apr. 12. permítteret; praeceptum[g] tamen ei de confirmatione totius abbatie de more priorum[h] principum fecit[36]. Erat tunc praepositus in[i] Capuano monasterio quidam Basilius, genere Cálaber, seculari ingenio vehemens, qui olim apud episcopium sancti Stephani ministerialis officium gerens, pro eo quod erat familiaris[k] principi, adventu Heinrici imperatoris territus, ad hoc monasterium fúgerat. Póstmodum vero a[l] praedicto abbate monachus factus, et in non[m] parvo apud eum honore fuerat habitus. Sed cum princeps idem[n] reversus, Capuam ut diximus recepisset, eundem[o] ad se Basilium évocans, praepositu-ram[p] ei tradi Capuani monasterii fecit. Qui nequaquam officiorum[q] quae sibi abbas praestiterat memorans, quicquid illi molestiae poterat inferebat, et principis amicitia elatus[r], ita super chorum fratrum quasi alter abbas ad officium stabat.

Cap. 59. 57. Itaque[s] Pandulfus universos monasterii homines in suam fidelitatem iurare faciens, et[t] cuncta[u] castella seu villas eiusdem[v] monasterii, praeter Sanctum Germanum et Sanctum Petrum, Sanctum Angelum et Sanctum Georgium, Normannis qui sibi tunc adhaerebant distribuens, Todinum quendam de monasterii famulis nequitiae suae complicem eisdem[w] ipsis, quae monasterio superesse videbantur praefecit; eumque apud Sanctum Germanum in ipsa abbatis mansione manere constituit[x], insuper et roccam quae Vantra dicitur illi contrádens, ad suam fidelitatem cunctos illi tam Normanos quam ceteros quosque parére praecepit. Iam vero quam pessimus, quamque[y] impius idem Todinus[z] in Dei servos extiterit, in quantam eos sanctumque hunc locum penuriam decusque[*] redegerit, nos ex toto referre etiamsi adesset facundia non valemus. Adeo scilicet ut ex his pauca perstringam, ut in ipsa sanctae Dei genitricis assumptione etiam ad ministerium altaris vinum eis defuerit. Praeterea si quem de monachis ex monasterio proícere[a] vellet, quasi dedignans illi hoc dicere, iubebat[b] tolli de loco mensae iustitiam ipsius et poni[c] in pavimento, ut ex hoc liquido ille valeret causam expulsionis agnoscere, et ex tunc non audebat amplius in monasterio remorari. Vilissimos[d] etiam[e] quosque de monasterii familia laicos in refectorium fratrum in quod tunc usque nemo laicorum ausus fuerat ingredi, ad panem vinumque mensis imponendum induxerat. Adeo
Thren. 5, 8. nichil reliqui tunc monachis erat, quam cum Ieremia in lamentum prorumpere: *Servi domináti sunt nostri, nec fuit qui eriperet nos de manibus eorum.* Supérerat adhuc domnus Leo ille maior ecclesiae custos, qui die quádam refectorium ingressus, cum servos quos diximus ad exequendum id ministerium repperisset, zelo confestim[f] religioso succensus, illos quidem foras cum magno dedécore expulit, ad confratres vero conversus: *Quousque tandem* ait *sub tanto nostri ordinis opprobrio, sub tam iniquo et impio servorum nostrorum dominio remoramur? Sequímini mé, et omnes simul*[g] *hinc exeuntes, ad imperatorem ultra montes pergamus, eique nostrae calamitatis lamentabilem historiam lamentabiliter*[h] *referamus.* Mox itaque ad hanc exhortationem animos[i] arrigentes, universi pariter illum[k] sequi[l] coeperunt. Quod Todinus[m] isdem per nuntium audiens, festinanter

a) insectationem *ed.* b) *deest* 2. c) tuncque - habitari *add.* 1b; *hinc* 1. *pergit:* Intra hoc ferme (itaque 1b.) triennium defuncto prius Basilio ac postmodum Constantino Constantinopolitanis imperatoribus, Romanos (Romanó gener illius 1b.) sumit imperium. Chuonradus etiam dux post Heinricum, eiusdem Heinrici electione regnum suscipit Romanorum. K. Interea Pandulfus a prioribus s. n. nonsolum non d. verum potius in dies singulos crescens, deque h. m. d. d) d. deque h. m. d. *ed.* e) sátagens 1. f) i. magis c. 1. g) praeceptum — fecit *add.* 1b. h) *deest* 1b. 2. i) in eódem C. 1. k) familiarissimus 1. *ed.* l) *add.* 1b. m) in maximo aliquandiu a. 1. *ed.* n) *add.* 4. o) r. ad se praefatum B. 1. p) praepositum in Capuano monasterio fecit 1. q) beneficiorum 1. *ed.* r) fidens, elata mente ita 1. s) Cum interim Pandulfus 1. P. i. u. *ed.* t) faciens, caeteris eiusdem monasterii castellis seu villis in Normannorum qui s. t. a. aliorumque satellitum ius delegatis, Todinum 1. u) universa *ed.* v) *add.* 4. w) c. super totius mon. bona quae s. 1. x) constituens, atque roccam superius nominatam quae Vantra dicitur illi c. 1. y) quam iniquus, quam impius i. 1. z) placere per hoc principi sátagens *add.* 1. 2. *) dedecus *ed.* p. famem, ac sitim dedecusque 1. a) v. p. 1. b) tollebat tantum de 1. *ed.* c) ponebat 1. *ed.* d) Praeter caetera autem v. 1. *ed.* e) *deest* 1. f) *add.* 4. g) unanimiter 1. *ed.* h) *add.* 4. i) e. omnes pariter a. a. simul omnes i. 1. *ed.* k) extra monasterium *add.* 1. l) *ita* 1b. consecuti sunt 1. m) Q. p. n. a. Theodinus (Todinus 3.), fest. 1. *ed.*

35) cf. Amat. I, 34. 36) Dedit Gattula Acc. p. 131.

nimis ascendit, et longiúscule[a] iam illos a monasterii porta reperiens, protinus equo desíliit, et ad eorum[b] vestigia procidit[c]: orans, et multis[d] satis factionibus expostulans, ut dignarentur reverti; ad eorum libitum se decetero cuncta pollicens correcturum. At[e] illi tantam eius[f] humilitatem[g] ac pollicitationem conspicientes, et[h] vera illum spondere credentes, ut erant benigno ac compatienti pectore, sine mora reversi sunt. Parum[i] tamen leváminis ac consolationis hoc facto adepti sunt. Unde[k] accidit disponente Deo, ut non post longum tempus sub Richerio scilicet abbate a quibusdam nostris idem Todinus captus et tonsoratus, necnon sacco indutus, et ad cernendam farinam more famulorum in pistrino positus sit[37].

58. Abbas interea noster[l] in Capuano monasterio, quasi abbas quidem manebat; re *Cap. 60.* autem vera quasi captivus aliquis[m] extra urbem absque custodia progredi nusquam audebat. Quod cum per annos ferme 4[n] sustinuisset, clam mandavit Sergio[o] duci Neapolitano, ut constituto die[p] cum militibus ad locum designatum veníret, seque reciperet; quod et factum est. Nanque[q] condicto die egressus Capuam quasi spatiandi gratia, perrexit usque ad ecclesiam sancti Marci quae est ad radicem montis sanctae Ágathae; atque inde paulatim se, ac pedetemptim milítibus praefatis coniungens, Neapolim abiit, indéque post dies aliquot in Marchiam est profectus: ubi in praedicto monasterio sancti Liberatoris in quo prius praepositus fuerat, per quinque circiter annos usque ad obitum est honestissime conversatus.

59. Post[r] dies aliquot iubet nequissimus princeps cuidam fideli suo nomine Adel- *Cap. 61.* gisio, ut quantocius ad hoc monasterium veniat, eique planetam et calicem imperatoris, et nonnulla alia ecclesiae[s] praecipua ornamenta, Aquini et Sexti comitibus impignoranda[t] perniciter deferat. Cumque ille veniens, rem propter quam transmissus fuerat indicasset, aliquanti[u] quidem fratrum nequaquam ea[v] mittenda, aliquanti vero nequaquam retinenda, ne iram[w] principis experirentur censebant. Sed cum nuncius[x] prorsus instaret, Adam supradictus[y] qui tunc ecclesiae curam gerebat: *Ego* inquit *haec quae vir*[z] *bone requiris, neque tibi neque alicui alii*[*] *daturus aliquando sum, sed ea*[a] *super ipsum cuius*[b] *sunt beati Benedicti altarium ponam; inde illa qui praesumpserit*[c] *auferat.* Quod cum fecisset, mox ille audacter[d] accedens[e], cum iam iamque ad altare manus nefandas[f] extenderet, in[g] parte stantibus monachis atque moerentibus: mirabile dictu! protinus in faciem corruit, et vehementissima subito paralisi[h] correptus, universis astantibus mirum ac potius miserum de se spectaculum praebuit. Et de infirmitate quidem ipsa altera die utcumque[i] convaluit, atque sine effectu reversus tunc[f] ad principem est; distorto tamen ore atque oculo usque ad obitum remanens[k], cunctis se interrogantibus qualiter hoc illi contigerit, non sine admiratione audientium maxima referebat. Princeps vero hoc facto, aliquántulum quidem revéritus est: sed non in longum tempus in mala mente potuit voluntas bona durare. Post non multum etenim tempus, iterum praefatum Basilium[l] misit, omnémque huius loci thesaurum per illum ad[m] se asportari praecepit. De[n] Capuano quoque[o] monasterio, abstulit tres coronas de argento, et codicem unum gemmis ornatum, et planetam diocetrinam[p, 38] optimam, et tres pannos de altari, unum cum *38* albis[39], alium cum cruce ex[q] friso[40] et albis, alterum vero cum aquilis; atque in arce quam in monte sanctae Agathae qui Capuae imminet paulo ante construxerat, omnia[r] *Desid. Dial. I, 9* simul condens reposuit. In qua etiam arce, innúmera diversarum aliarum ecclesiarum,

a) i. i. l. 1. *ed.* b) illorum 1. *ed.* c) corruit 1. *ed.* d) m. magnisque s. 1. *ed.* e) Et *ed.* f) viri 1. *corr.* 1b. g) satis factionem 1. *ed.* h) et v. i. s. *c. add.* 4. i) Parum - sunt *exciderunt* 4. k) Sed (Et 1b.) quoniam praedictus Todinus in sua nequitia perduravit (*ea desunt* 3.) non p. l. t. s. R. scilicet (*deest* 1b.) a. vindice Deo a. q. n. captus *etc.* positus est. 1b. *ed. desunt* 1. l) *add.* 4. m) quidam 1. n) tres 3. valde (*corr.* omnino) invitus *add.* 1, *sed postea expunxit.* o) N. *corr.* Sergio 1. p) c. atque condicto d. 1. *ed.* q) *ita* 1. *et ed.* r) Praeterea princeps p. d. a. c. fidelissimo s. n. A. iubet, ut 1. *ed.* s) a. quae non recolo e. 1. 2. t) in pignore ponenda 1. *ed.* u) a. q. f. n. e. m. *desunt* 2. v) *deest* 1. w) ne peiora irato principe e. 1. *ed.* x) ille 1. *ed.* y) *deest* 1. 2. z) v. b. *add.* 4. *) hominum 1. *ed.* a) *deest* 1. b) c. s. *add.* 4. c) q. voluerit aut p. 1. *ed.* d) i. ut erat ad quaelibet audenda promptissimus, a. 1. i. praesumptor a. *ed.* e) accessit et c. 1. *ed.* f) *add.* 4. g) in p. s. m. a. m. *desunt* 1. 2. h) epilempsia pariterque p. 1. 2. i) *deest* 1. aliquo modo *ed.* k) permanens 1. *ed.* l) B. Capuani monasterii praepositum m. 1. B. praep. m. *ed.* m) i auferens asportavit 1. n) De — aquilis *add.* 1b. o) vero 1. *ed.* p) cetrinam 1b. 2. q) et *ed.* r) o. s. *add.* 1b.

37) cf. Amat. II, 13. 38) coloris citrini intensioris. 39) i. e. margaritis. 40) opere Phrygio, acu picto.

nec non viduarum, pupillorumque spólia tum dolo, tum violentia rapta[a] coacerbaverat[b] *.

1031. Ian. 22. His diebus, anno scilicet Domini millesimo tricesimo** primo beatus Dominicus mirabilium patrator magnorum[c], et multorum coenobiorum fundator, apud Soram Campaniae civitatem iam ferme octogenarius migravit ad Dominum[41], et sepultus est in monasterio Sorae vicino, quod nunc eiusdem vocabulo nuncupatur***.

Cap. 62. Desid Dial. II, 13. 60. Tunc[d] temporis constructa est a fratribus huius monasterii intra Caietanam

*) Sed qualiter a iusto iudice Deo pro iam dicto calice post mortem idem princeps dampnatus sit referam. ib. I, 13. Quodam[42] itaque tempore Sergius magister militum qui Neapolitanae praeerat urbi, venatum in ipso sancto paschali sabbato pergens, silvam suis cum pueris ut apros[43] caperet est ingressus, tensisque retibus, ad insequendos eos sese cum canibus huc illucque unanimiter omnes per silvam diffundunt: sed antequam aper a retis laqueo fugiens involveretur, occupatus a venatoribus confossus captusque est. Cum autem hora iam tardior esset, et sol ad occasum vergens atram umbram iam pene induceret terris, praedictus magister militum, ne noctis tenebris occuparetur, sumpta quam ceperat venatione, omni cum clientela domum quantocius repedare coepit, uni tantummodo puero Pytagorae nomine, ut retia colligeret, et se perniciter sequeretur imperavit. Igitur cum puer qui relictus fuerat, collectis retibus recto calle suum dominum sequeretur, subito duo monachi reverendi admodum vultus ei se in itinere contulerunt. Cumque timore exterritus quinam essent inquireret, illi: *Ne timeas* inquiunt, *tantummodo sequere nos.* Cum itaque aliquantulum simul per eandem silvam graderentur, venerunt ad quendam lacum coenosum valde atque horribilem aspectu, ibique Pandulfum Capuanum principem cuius superius memoriam feci, qui non longo ante tempore defunctus fue-
1047. rat, ferreis nexum vinculis, atque in illius coeno laci ad gulam usque demersum ei miserabiliter ostendunt. Interea duo nigerrimi spiritus retortas ex agrestibus vitibus facientes per gulam eum ligaverunt, ac in ipsam lacus profunditatem merserunt, iterumque sursum extraxerunt. Cumque haec saepius facerent, praedictus puer Pytagoras tremula licet voce, eum alloquitur, ut sibi qua de causa talia pateretur ediceret. Ille vero flens et eiulans ad verba interrogantis pueri mox tale responsum protulit, dicens: *Quamvis o puer ex innumeris meis sceleribus mihi plurima et infinita poena praeparata sit, tamen ob nullam aliam causam hanc quam cernis patior poenam, nisi propter aureum calicem, quem de monasterio beati Benedicti sacrilega ductus cupiditate abstraxi, eique etiam moriens reddere neglexi. Sed obnixe deprecor ac per Iesum Christum dominum salvatorem omnium, cuius ego miser praecepta contempnens in hanc sum voraginem mortis demersus, te obtestor ut Capuam ad uxorem meam, vel ipse pergas vel nuntium dirigas, qui ei et tormenta quae patior, et ut calicem monasterio sancti Benedicti reddat insinuet.* Et ille: *Quid prodest* inquit *si ei nuntiavero? non enim quod te vidissem, vel quod talia patiaris, mihi creditura est.* Cui ille respondit: *Hoc sibi signum ex mei parte denuntia, quod Pandulfus Gualae filius calicem ipsum pro pignore habeat, et ut datis solidis quos ei debuimus reddere, illum recipiat, atque sancti Benedicti monasterio omni postposita mora restituat, sibi celeriter rogo insinuare ne differas.* Quibus dictis visio illa ab oculis eius ablata est. Puer vero statim ut domum regressus est infirmitate detentus, intra paucos dies defunctus est. Ea vero quae viderat, quaeve sibi dicta fuerant, omnibus ad se venientibus patefecit. Pandulfus etiam ipse qui causa pignoris calicem apud se habebat, hoc ipso tempore nescio qua de causa Neapolim pergens, haec omnia ex ore ipsius Pytagorae se audivisse
14 mihi[44] retulit, per quem quoque idem Pytagoras uxori illius omnia quae de viro eius viderat, vel quae ipse ei mandaverat, Capuae nuntiavit. Illa autem sibi potius quam marito consulens, pretium quod vir eius accommodaverat reddere nolens, nec calicem recipere, nec monasterio reddere curavit. Haec iccirco huic operi inseri curavimus, ut videlicet quicumque haec audierit pertimescat, et a rapinis huius coenobii mentem manusque compescat, ne et ante mortem sese poenitere non liceat, et post mortem parentibus propinquisve ea pro quibus ipse a suppliciis liberetur operari non libeat: sicque fiat ut pro eis supplicia aeterna possideat, quae Dei timore postposito, in vita positus nullatenus perpetrare formidat, et iam veniam non mereatur in vita illa, quam bonis sanctisque operibus neglexit promereri in ista. *add.* 2.

1030. Feb. 20. **) tricesimo, luna cum esset plenissima idest quintadecima omnino obscurata est[45] 1. Anno vero sequenti beatus *etc. add.* 1[b].

1033. Iun. 29. ***) Quadriennio autem post[46], in ipsa die festivitatis sancti Petri apostoli solis pars maxima offuscata est (*corr.* ap. sol obscuratus est ab hora quinta usque in horam nonam). *add.* 1.

a) erepta 1. b) *Hic* 1[b]. *inserit* Tunc temporis — et rebus ipsius, *quae iam in cap.* 51. *leguntur.* c) innumerum el c. f. m. 1[b]. *ed.* d) Sequenti tempore, ultimo videlicet huius abbatis anno, restaurata est (*corr.* constructa est noviter, a f. 1.

41) Martyrol. Rom. 22. Ianuar. *Sorae sancti Dominici abbatis, miraculis clari.* Vitam scripsit Albericus diac. Casinensis, quae extat in cod. nostrae bibliothecae n. 101. ANG. v. infra III, 35. 42) *Quodam — curavit* ad verbum desumpta sunt e Desid. Dial. I, 13. Extrema paulum mutavit. 43) *aprum* Desid. 44) sc. Desiderio. 45) Ex Anon. Casinensi. Accidit Feb. 20. 46) sc. post defectum lunae. Ex eodem.

civitatem ecclesia in honore sanctae Scolasticae[a], iuxta[b] veterem[c] quae inibi fuerat nominis eiusdem ecclesiam, quae[d] videlicet largitione Stephani[e] ipsius civitatis episcopi, hospitationis[f] gratia illis fuerat olim concessa[47]. Ubi quale quantumque miraculum per merita beati Benedicti Deus effecerit, non[g] dignum duximus reticendum. Cum enim[h] die quadam quidam ex operariis de monte proximo qui mari imminet, petras quibus ecclesiae ipsius parietes fabricarentur, exscinderet, subito ferrum illud quo operabatur de manúbrio exiens, praeceps in maris voraginem decidit. Quo fratres per eundem cui contigerat agnito, alium[i] pro illo malleum quo instanter coeptum opus perficeretur, fieri mox decernunt. Cum repente unus eorum fide ferventior: *Nequaquam ita*[k] inquit *sed simul*[l] *omnes fiducialiter ad locum quo ferrum decidit accedamus; manubrium in aquam mittamus, miraculumque quod in Gothi falcastro pater Benedictus exhibuit, in nostro*[m] *etiam malleo per eundem patrem mox fieri indubie praestolemur.* Inspiratione[n] divina placet consilium omnibus, et confestim[o] descendentes ad mare, naviculam subeunt[p], sinumque girantes, ad locum quo ferrum deciderat veniunt. In quo videlicet[q] quamvis nimiam profunditatem aquarum inesse conspicerent; nichil tamen impossibile Deo esse credentes, et de meritis sanctissimi[r] patris nostri eiusque beatissimae sororis nichilominus praesumentes, manubrium in mare fideliter mittunt, móxque divino imperio[s] ferrum idem ad manubrium suum reversum, non sine maxima multorum[t] admiratione recipiunt[*].

61. Prefatus autem abbas senex iam et plenus dierum apud supradictum[u] sancti Liberatoris monasterium defunctus[v] est, 3. Nonas Iunii[48], ibidemque honorabili sepultura locatus. Quo defuncto, monachi quidem nullam electionem absque principis nutu[w] facere praesumebant. Princeps vero iam dudum praedicto Basilio dare abbatiam decreverat, non[x] tamen absque fratrum consensu, licet iniquus et impius agere id volebat. Erat etiam alter in hoc monasterio quidam frater, Antonius nomine, genere Capuanus, litteris utcumque[y] imbutus. Hunc itaque princeps Capuam evocat[z]. Nam et ipsi quoque eandem olim repromiserat abbatiam. Cumque per dies plurimos spe huiusmodi utrumque suspenderet, et iam fere annus evolveretur, tandem aliquando Antonium praeficere dissuasus, quoniam[*] iurare sibi nullatenus adquiescebat, Basilium eligere cómplacet. Mandat igitur ille summus archimandrita, ut aliquot de huius loci prioribus ad eum Capuam pergant, quatinus eorum[a] consilio abbatem[b] illis constituat. Itum est, et in palatio eius praedictus abbas electus, indeque ad monasterium eiusdem civitatis est cum laude qualicumque[c] transmissus, praebito prius suis manibus satis[d] turpiter principi sacramento, ut ultra viginti solidos per annum de rebus monasterii omnibus ei traditis nil retineret.

Cap. 63. 1036. Iun. 3.

Basilius abbas tricesimus tertius, sedit annis duobus.

62. Hic indigne quidem ac seculariter ut[e] praedictum est ordinatus, sed[f] longe indignius ac turpius quandiu praefuit conversatus. Non enim quasi tanti monasterii abbas, verum[g] quasi quidam procurator causarum principis existebat; ita ut ab ordinatione sua usque ad quinque circiter menses[h], Capuae remoratus, in servitio potius principis quam in cura studuerit monachorum. Iam[i] vero quotiens illum huc venire con- Cap. 64.

*) Per idem tempus defuncto Romae supranominato Iohanne, Benedictus nepos illius, natione Tusculanus ex patre Alberico patricio[49], in apostolicam sedem pontifex ordinatur. *add.* 2. 1033.

a) s. virginis Christi S. 1. *ed.* b) iuxta — ecclesiam *add.* 1b. c) *deest* 4. d) qui (*corr.* quae) vid. locus (*del.* 1b.) larg. (b. m. d. St. *in loco raso*) eiusd. civ. (episcopi *add.* 1b.) illis f. (olim *add.* 1b.) concessus (*corr.* concessa cûm universis pertinentiis eius) ut *etc.* 1. e) bonae memoriae domni S. eiusdem c. 1b. *ed.* f) e. ideo illis f. o. c. ut si quando gratia emendi aliquid inibi eos proficisci contingeret, proprium ubi hospitarentur locum haberent. Ubi 1. *ed.* g) ad eius gloriam enarrare decrevimus 1. *ed.* h) C. igitur quidam 1. i) aliud 1. *ed.* k) n. ait sed 1. 2. n. inq. s. 4. l) o. s. 1. 2. m) in m. e. p. 1. *ed.* n) p. Quid pluribus? I. 1. *ed.* o) *add.* 4. p) n. omnes ascendunt 1. *ed.* q) loco 1. *ed.* r) beati p. Benedicti 1. *ed.* e. b. s. *desunt* 1. 2. s) i. de ipso profundo aquarum f. 1. t) *deest* 1. u) iam dictum 1. *ed.* v) m. III. N. I. d. est 1. *ed.* w) n. et imperio f. 1. x) non — volebat *desunt* 1. y) apprime 1. z) ire iubet 1. *ed.* *) q. i. s. n. a. *add.* 1b. a) e. c. *deest* 1. b) i. a. 1. c) *deest* 1. 2. d) s. t. *desunt* 1. e) ut p. est *add.* 4. f) ord. digne vero ac turpiter ut decuit est expulsus. Non e. 1. g) sed 1. *ed.* h) c. continuos m. 1. *ed.* i) Nam *ed.*

47) quam postea Bernardus ep. qui eam invaserat, Casinensibus restituere est coactus a. D. 1009; v. documenta ap. Gatt. Acc. p. 112. Ceterum Desiderio monachi ecclesiam construxisse dicuntur, *quatenus dum ad aliquas res emendas ibidem pergerent, receptaculum habere possent.* Nostrum auctores suos nunquam presso pede secutum esse, iam supra animadvertimus. 48) a. D. 1036, siquidem Pennae donatio facta est Theobaldo abbate a. D. 1036 (nobis 1035). ind. 3. m. Iulio l. l. p. 135. Basilius autem iam prius abbatis nomen sumpsit, v. infra not. 50. 49) ita etiam in catal. Petri.

c. 57. tingeret[a], quoniam Todinus abbatis deorsum curiam ut[b] supra diximus obtinebat, nequaquam sibi illic commorari[c] dabatur, sed ac[d] si quidam alter extraneus huc ascendens, et hic etiam in nulla a fratribus reverentia, in nulla abbatibus[e] solita honorificentia habebatur, nisi quantum ipse ab invitis atque nolentibus extorquebat[*]. Sub[f] hoc abbate
1034. Aug. Alferius et Stephanus presbyteri[50] de oppido Minianensi[51] obtulerunt huic monasterio unam ecclesiam iuris sui vocabulo Sanctus Bartholomeus, prope ipsum[g] oppidum, cum una domo sua, et cum omnibus eiusdem ecclesie pertinentiis[h]. Hic fecit libellum de castello quod dicitur Petra fracida[i] quibusdam Termulensibus; pro quo recepit solidos mille ducentos: pro censu vero eiusdem[k] solidos 40.

Cap. 65. 63. Cum[52] autem iam Deus omnipotens tantis iniquitatibus tantisque huius sancti loci direptionibus decerneret finem[l] imponere, et orationes ac gemitus servorum Dei, orphanorumque ac viduarum et pauperum lacrimae[m] a maxilla in coelum intra ipsum exauditionis sacrarium essent admissae[n], anno divinae incarnationis 1038 Chuonradus[o]
1036. imperator cum valido nimis exercitu tránsitis Alpibus Italiam introivit, venitque Medio-
1037. lanum: namque[p] eiusdem civitatis archiepiscopo vehementer erat infensus[q]. Ibi de nostri monasterii prioribus aliquot qui ad eum ultra montes proclamationis gratia iam dudum perrexerant illum adeuntes, universa quae per tot annos a Pandulfo mala pertulerant, flebílibus ei querimoniis dénuo retulerunt: orantes ac supplicantes, ut tandem dignaretur ad[r] has partes venire, ac[s] beati Benedicti coenobium, quod eátenus sui antecessores sub tutela[t] sua reverenter nimis habuerant, de tanti tyranni manibus potenter[u] eruere. Quorum imperator postulationibus[v] ut erat valde piissimus inclinatus, Romam concitus venit, ubi etiam innumerabilium aliorum tam videlicet ecclesiasticorum quam reliqui ordinis virorum innumeras super Pandulfo querelas accepit. Habito itaque cum magnatibus suis consilio, Deumque timentium virorum adhortatione commónitus, strenuos aliquot a latere suo principi[w] Capuam destinat viros, mandans[x], ut nisi indignationem suam vellet protinus experiri, ante omnia monasterio Casinensi universa quae sibi[y] abstulit confestim[z] restituat, captivos cuiuscumque ordinis seu generis viros statim dimittat, bonaque unicuique sua sine diminutione aliqua celeriter reddat. Legati igitur imperatoris Capuam adeunt, Pandulfum[*] conveniunt, multisque cum eo frustra sermonibus habitis, ad dominum suum sine effectu aliquo revertuntur. Induraverat enim cor eius Dominus, ut quondam induraverat Pharaonis, ut quod spontaneus contempserat, invitus facere cogeretur. Cernens[a] autem imperator se a Pandulfo contemni[b], ira succensus, sumpto exer-
1038. citu, venit Casinum. Cuius ministri qui praemissi de more fuerant ad apparatum regium exigendum, cum monasterii curiam introissent, praefatus[c] Todinus valde perterritus clan-
53 cúlo inter hominum[d] frequentiam éxiit, et festinanter roccam[53] properans, fugit[e]. Quod cum fratribus sursum fuisset relatum, in medium se prorípiens unus ex prioribus Azzo nomine: *Tempus* inquit *fratres tacendi pertransiit, et loquendi tempus advenit. Ecce illuxit dies redemptionis nostrae. Descendamus igitur, et regiis ministris quaeque sunt necessaria*

1037. Ian. 27. *) *pergit* 1: Eodem itaque quo ordinatus est anno, sexto videlicet Kal. Feb. mons Vesuvius eructavit incendium, adeo maximum et insolitum, ut usque ad mare discurreret[54]. *Hinc* 1b. *addit:* Quo tempore Guaimarius maior Salernitanus princeps defunctus, Guaimario filio principatus
55 successionem reliquit[55].

a) v. aliqua necessitas cogeret 1. *ed.* b) u. s. d. *desunt* 1. c) remorari 1. *ed.* d) quasi a. q. e. 1. *ed.* e) s. a. 1. *ed.* f) Sub — 40. *add.* 1b. g) praedictum 1b. *ed.* h) rebus et p. 1b. *ed.* i) f. cum pertinentiis eius q 1b. *ed.* k) *add.* 4. l) modum 1. *ed.* m) singultus ac l. 1. *ed.* n) admissae, iuxta quod Sapientia continet: Cor regis in manu Dei, et quocunque voluerit convertet illud, Chuonr. 1. a. d. i. 1038. *adscripsit* 1b. o) Cuonr. 4. p) namque — infensus *desunt* 1. q) invisus 2. r) ad h. p. *add.* 4. s) tamque famosum et beati B. meritis celebre ubique cenobium, q. 1. t) s. s. t. 1. *ed.* u) m. dignaretur eripere 1. *ed.* p. erueret *Petr. Diac. in vita S. Guinizzonis, ubi haec exscripsit.* v) querimoniis ac precibus 1. *ed.* w) principes 4. x) *deest* 1. y) *add.* 4. z) bona *ed.* bona conf. r. 1. *) a. atque cum Pandulfo multis f. s. h. ad imperatorem sine 1. *ed.* a) I. a. c. 1. *ed.* b) *ita* 1b. contempni 1. c) introissent, in ipsa quidem curia Todinum praefatum offendunt; verum ille dum minime ab eis agnoscitur, ex improviso visis illis valde perterritus, clanculo 1. d) homines e. 1. *ed.* e) p. illorum manus evasit 1. p. aufugit *ed.*

50) pater et filius. Reg. 297. *a.* 19. *principatus d. Pandulfi et* 16. *a. princ. d. Pandulfi filii eius glor. princ. mense Aug. ind.* 2. i. e. a. 1034. Basilii abbatis ibi mentio fit. *Actum S. Germanu.* 51) *Mignano*, inter Vulturnum et Garilianum fluvios. 52) Magna capitis pars ex Desiderii Dial. I. desumpta est. Cf. Ann. Altahenses a. 1038. 53) Vantrae v. supra c. 57. 54) ex Anon. Casin. a. 1037. 55) Guaimarium III. ultra a. 1031. non vixisse constat; v. Di Meo Ann. Neap. h. a.

coaptemus. Quo facto, honorifice satis quantum ad illos, imperator receptus et hospitatus, altero die cum uxore pariter ac[a] nuru sua ad[b] monasterium beato Benedicto et[c] fratribus se commendaturus ascendit. Quem cum fratres multa[d] honorificentia gratulantissime recepissent[e], post orationem illos allocuturus capitulum est ingressus. Quo residente, omnes simul monachi consurgentes, ante eius se faciem prostraverunt, et erecti[f]: *Ita vos* inquiunt *omnes pariter expectavimus, ita faciem vestram contemplari desideravimus, ita denique*[g] *vestrum praestolati adventum sumus, ac si iustorum animae in inferno Redemptoris adventum expectasse*[h] *noscuntur.* Ad haec lacrimis imperatore suffuso, omnes iterum in faciem corruunt, ac demum surgentes, quae et quanta a Pandulfi reversione per duodecim circiter annos mala perpessi fuerint[i], ordine referunt, utque tantis calamitatibus finem dignetur imponere, per Deum et per beatum Benedictum obtestantes exposcunt. Tunc imperator ob[k] eam solummodo causam se ad partes istas transisse iure iurando affirmans, seque locum hunc ex toto corde suo honoraturum ac protecturum quandiu viveret, devotissime pollicens: iubet demum ut duodecim ex eis ad se Capuam pergant, ubi licentius[l] quicquid super hoc negotio agendum sit, illorum consilio péragat. Posuit deinde super altarium beati Benedicti coopertorium purpureum, aureo friso ad mensuram ulnae unius in circuitu adornatum. Postremo autem suppliciter valde fratrum se orationi commendans, ita benedictione petita Capuam est profectus. Interea Pandulfus Capuae augustum praestolari nequaquam[m] praesumens, una cum abbate suo magis[n] quam nostro in praefatam[o] roccam sanctae Agathe[p], arrepta[q] fuga se contulit. Imperator vero Capuam in ipsis vigiliis sancti pentecostes ingressus[r], altera die apud[s] veterem tentoria posuit. Mai. 14.
Assunt evestigio monachi rogantes promissa compleri et abbatem sibi ante omnia postulantes. Ad quos imperator ex[t] consilio: *Non est meum hoc* inquit; *vos eligite unum ex vestris.* Respondentibus non se habere idoneum, neque esse congruum in tantis perturbationibus in tanta domo aliquem sine magno vigore et potentia ordinari; et iccirco de suis magnum aliquem illis oportere[u] praeficere, imperator in priori sententia manens[v]: *Nequaquam* ait *sed de congregatione vestra sicut beati*[w] *Benedicti regula praecipit idoneum vobis abbatem eligite*[x]. Illi vero nichilominus in petitione pristina perdurantes[y], augustae etiam suffragiis et[z] consiliis fulti, Richerium tandem qui tunc Leonensem abbatiam[*] 56 regebat[56] in abbatem sibi dari expostulant. Super quo imperator valde mestificatus: erat enim sibi nimium et[a] carus et utilissimus, quamvis primo negare satis institerit, victus demum monachorum[b] vel ratione vel precibus, annuit[c]; eumque advocatum licet plurimum renitentem[d], in abbatem ordinandum[e] fratribus tradidit[f*]. Pandulfus interea[g] mandat[h] imperatori[i], trecentas[k] auri libras pollicens se daturum, si eius veniam cum gratia mereretur; cuius quidem auri medietatem ad praesens dare, pro medietate vero altera, filiam et nepotem obsides transmittere spondet. Annuit imperator. Ille pecuniam[l] delégat et obsides. Quo facto, Pandulfum facti protinus penitet, et estimans se civitatem augusto[m] recedente facile posse recipere, reliquum auri mittere dénegat. Imperator itaque, tam[n] cum suis quam cum nostratibus consilio habito, Guaimario[*] Saler-

*) iuniori *add.* 1[b].

a) et 1. *ed.* b) B. eiusque congregationi se 1. c) ad m. *post* ascendit *collocant* 1. *ed.* d) omni qua poterant 1. e) suscep. 1. *ed.* f) p. erectisque data loquendi fiducia: 1. p. surgentesque: *ed.* g) *deest* 1. h) praestolasse 1. *ed.* i) fuerunt *ed.* k) i. iure iur. aff. se ob e. s. c. ad has p. venisse, ut beati B. coenobium de servitute nequissimi principis eruens, pristinae illud restitueret libertati; ac devotissime se illorum orationi commendans, posuit super alt. b. B. c. p. valde pretiosum, aureo friso ad m. palmi in c. pulcherrime adornatum. Iussit deinde ut d. ex eis ad se C. p. ubi q. s. h. n. a. sit, illorum c. p. sicque petita b. C. e. p. 1. imp. i. i. a. se ob e. s. c. ad has p. transisse, seque *etc. ut supra usque ad* peragat; sicque petita bened. C. e. p. ut beati B. coen. d. s. n. p. liberaret, ac devotissime se *etc. ut* 1. *usque ad* adornatum. Interea P. *ed.* l) *deest* 1. *ed.* m) minime ausus, u. c. praedicto a. 1. *ed.* n) m. q. n. *deest* 1. 2. o) *add.* 4. p) quam summo studio undique communierat *add.* 1. 2. q) Ag. fugiens contulit 4. r) introivit; 1. *ed.* s) d. civitatem egressus, apud Capuam v. t. figit. assunt et m. r. ut opere compleat quae promisit, abb. s. a. o. constitui p. 1. *ed.* t) imperator: Eligite inquit u. 1. u) oporteret *ed.* v) perdurans 1. *ed.* w) s. vestra r. 1. x) non enim ad praesens habeo quem vobis debeam dare *add.* 1, *sed expuncta sunt.* y) permanentes 1. *ed.* z) et c. *add.* 4. *) ecclesiam 3. a) n. c. et in omnibus suis negotiis u. 1. *ed.* b) *add.* 1[b]. c) adquievit 1. *ed.* d) flentem ac repugnantem 1. *ed.* e) eligendum 1. 2. f*) His diebus gestum est miraculum illud subito et superno imbre extincti ignis apud hoc monasterium. quod venerandae memoriae Petrus Ostiensis episcopus in sermone illo quem de vigiliis beati B. conscripsit, lucu . . . *reliquis abscisis add.* 1[b]. g) praeterea 4. h) m. per necessarios i. 1. 2. i) veniam postulans *add.* 1. *ed.* k) ducentas (*corr.* trec.) auri optimi l. 1. l) centenarium 1. *corr.* 1[b]. m) r. a. 1. *ed.* n) i. consilio t. c. s. q. c. Capuanis magnatibus (c. nostratibus 3.) h. 1. *ed.*

56) *Leno,* in territ. Brixiano. Erat monachus Altahensis, testibus annalibus Altahensibus a. 1038.

57 nitano principi, Capuani tradidit principatus honorem. Rainulfum[a, 57] quoque ipsius Guaimarii suggestione, de comitatu Aversano investivit[58]. Adenulfum etiam Capuanum archiepiscopum quem pessimus Pandulfus carceri mancipaverat, sedi suae restituit. Quibus[b] et abbatem nostrum, et universam nostri monasterii causam plurimum[c] commendans, ut sua illam vice tuéri in omnibus ac procurare deberent[d], Pandulfi secum obsides ferens, Beneventum perrexit[e]; indeque ultra montes[f] per[g] marchias repedavit, atque
1039. Iun. 4. post non integrum[h] annum defunctus, Heinrico filio reliquit imperium. Eodem[i] tempore Guaimarius[59] Normannis faventibus Surrentum cepit, et fratri suo Guidoni concessit[k]. Amalfim etiam[l] suo dominatui subdidit. Interea Pandulfus[60] relicto in praefata rocca ad expugnandam quoquomodo[m] posset Capuam filio, ipse cum Basilio suo ad[n] imperatorem Constantinopolim abiit, causa adiutorii sive exercitus[o] sive pecuniae. Cui[p] videlicet[q] imperator non solum nichil[r] contulit, verum etiam a nuntiis Guaimarii praemonitus, eum in exilium misit, ubi miser per duos et eo[s] amplius annos, usque[t] ad mortem[u] imperatoris remoratus, tandem relaxatus, ac sine effectu aliquo reversus est.

Petr. Dam. 64. His[v] diebus[61], cum a principio fere Maii mensis usque ad quintum diem ante Kalendas Augusti vix vel tenuiter pluvialis imber arva rigasset, die qua[w] diximus rusticus quidam in vicinia monasterii commanens, postquam segetes agelli sui quem iuxta radicem montis habuerat messuit, mox stipulis quae remanserant ignem supposuit. Repente igitur flamma paulatim succrescens, non iam contenta tantummodo paleis, sed obviantia quaeque, et ipsam quoque silvam devorare perniciter coepit. Iamque contiguus monasterio ignis, non dubium illi imminentis incendii ostendebat exitium: cum ecce superna Omnipotentis misericordia Benedicti patris precibus inclinata de supernis coelorum super[x] hunc locum respexit, et exilem prorsus nubeculam in immensa aeris vastitate repente creatam cum largissima imbrium inundatione super totius monasterii ambitum insperate perduxit, cuius quidem fluentis non modo voracis incendii flammas restinxit, sed et universum sancti huius loci circuitum abundanter ac copiose rigavit. Mira omnipotentia Creatoris ut patenter ostenderet nubem illam ad solam loci huius venerabilis creasse liberationem, cum tota undique coeli orbita serenitate continua rutilaret, ita se ad monasterii mensuram eadem nubes cohibuit, ut quaeque adiacentia hubertim
62 perfunderet: finitima vero penitus non attingeret. Rusticus[62] itaque qui tanti mali licet ignarus auctor extiterat, ut monasterio ignem propinquare conspexit, amarissime lamentans et penitens, mox[y] descendit, et sola conscientia torquente ac pertrahente, sponte se carcere publico condemnavit. Quod nostri[z] altius et religiosius perpendentes, et illum quidem illaesum abire siverunt, et misericordi Deo pro tanti loci liberatione gratias innumeras reddiderunt*.

Desid. Dial. I, 11. *) Eodem[63] quoque tempore dum piscatores huius monasterii retia in mare, quo pisces ad refectionem fratrum caperent misissent, Normannus quidam mente tumidus ac inflatus superbia, furibundo spiritu supervenit; et ut sunt ad rapinam avidi, ad invadenda aliena bona inexplebiliter anxii, comprehensum unum e piscatoribus, vestimentum ei quo erat indutus abstraxit, sibique mox induit; dein naviculam ingressus, piscatorem cogere coepit, ut retia ex alto educeret, quatinus pisces qui in ea inventi essent, secum abstrahens deportaret. Cumque piscator renueret, et se pisces ad monachorum, non ad Normannorum refectionem, capere velle se diceret, valde caesus ab eodem Normanno in mare proiectus est. Cum vero isdem Normannus piscium praeda[*] avidus retia ex alto per semetipsum trahere, et pisces legere[a] coepisset, subito in mare ex navicula cecidit, atque interclusus ab aequore[b] spiritum exalavit. Sed mirabile dictu! ante illum unda mortuum proiecit in litore, quam piscator qui ab eo proiectus in aquas fuerat, vivus natando venire[c] potuisset. *add.* 2.

a) honorem. eique Richerium a. 1. b) eisque *ed.* Richerium abb. universamque c. m. n. multum c. ut s. hanc v. t. et p. 1. *ed.* c) multum plurimum 4. d) deberet 1. e) concessit 1. *ed.* ubi pariter cum exercitu suo turpiter satis a civibus et indigne tractatus *add.* 1b. indeque *in* inde *mutato.* f) post dies non plurimos *add.* 1. 2. g) p. m. *add.* 1b. h) non longum tempus, integrum annum scilicet 3. i) Eodem — subdidit *desunt* 1. k) contulit *ed.* l) nichilominus *ed.* m) q. p. *add.* 1b. posset *deest* 4. n) s. C. a. ad i. 1. *ed.* o) e. s. *desunt* 2. p) p. sed cum per duos et 1. q) *add.* 4. r) nil adiutorii c. *ed.* s) *deest* 4. t) a. frustra remoratus ibi fuisset, sine effectu a. r. est. 1. u) m. videlicet i. *ed.* v) *totum caput deest* 1. *v. supra* p. 671. *not.* f*. w) d. quadam r. 4. x) *add.* 4. y) statim *ed.* z) Q. abbas et fratres a. *ed.* *) praedae *Desid.* a) regere *c.* b) equo *c.* c) pervenire *Desid.*

57) *Rainulfum — restituit* ex Amato II, 6. addidit. 58) *o une lance publica et o un gonfanon dont estoit larme imperial.* Aimé. 59) *Guaimarius — subdidit* ex eodem II, 7. 60) cf. Amat. II, 12. 61) E Petri Dam. sermone in vig. S. Benedicti legendo. 62) hoc Leo addidit. 63) Ex Desid. Dial. I. ad verbum.

Richerius natione Baugarius[a] tricesimo quarto ordine abbatiam huius loci sortitus, sedit annis 17, mensibus sex.

65. Huic Chuonradus[b] imperator eodem[c] quo ordinatus est anno per[d] preces Gislae Cap. 66. coniugis[e] et Heinrici filii, nec non et Cadeloi episcopi atque cancellarii sui, apud Bene- 1038. Iun. 5. ventum praeceptum aureo sigillo bullatum iuxta morem priorum augustorum de universis monasterii pertinentiis fecit[64]. Sed et Benedictus papa nonus privilegium illi[f] Jul. 1. secundum Romanorum pontificum consuetudinem scripsit[65]. Eodem[g] tempore Guai- 1040. Iun. 12. marius princeps fecit praeceptum beato Benedicto[66] cum aurea bulla de universis monasterii pertinentiis: specialiter autem de Sancto Urbano et Vicalbo, et de[h] decima parte[i] totius civitatis Atinae, de alveo quoque Carnello qui fluit secus[k] insulam cognomento[l] Limatam, centum videlicet passos super eandem insulam, et centum inferius, cum ripis et limitibus utriusque partis. Alio etiam praecepto[67] concessit in hoc monasterio eccle- 1039. Oct. 25. siam[m] sancti Nycolai apud Amalphim cum universis possessionibus suis; nec non et alii eiusdem civitatis nobiles ecclesiam sancte Crucis cum omnibus rebus suis huic monasterio obtulerunt*. Per[n] idem tempus[68] Nantarus quidam sacerdos et monachus de 1039. Oct. Venafro, obtulit in hoc monasterio ecclesiam sancti Nazarii, quam idem nuper a fundamentis construxerat in ipso colliculo de Peperozzu, super rivum de Centesimo, cum[o] codicibus aliquot et nonnullis ecclesiasticis ornamentis, et cum non parvis terrarum possessionibus inibi adquisitis. Idem[p] fecit et Ieroinus civis Draconariensis, et Iohannes presbyter[69] de ecclesia sancti Nycolai sita iuxta eandem civitatem. Iohannes etiam comes qui cognominatus est Scintus obtulit[q] beato Benedicto monasterium sancti Nycolai quod 1049. Oct. situm est prope[r] castellum Pica; necnon et ecclesiam[s] sanctae Mariae non longe ab eodem monasterio sitam, cum omnibus ex integro rebus et possessionibus ac pertinentiis earundem ecclesiarum[70]. Fecit et[t] commutationem cum praedicto abbate, confir- 70 mans in hoc loco ecclesiam sancti Sabini, quae adiacet monti sancti Leucii, cum omnibus pertinentiis eius, et recipiens[u] unam curtem in finibus[v] Capuae, loco qui vocatur Baniolum. Quam videlicet curtem ipsemet Iohannes antea in monasterio[w] isto donaverat. Hic abbas libellum[x] fecit Berardo comiti Marsorum de Sancto Salvatore in Avezano[y] pro censu 300 piscium. Eodem[z] tempore Adelferius comes de Beneventano principatu obtulit in hoc loco monasterium sancti Eustasii quod nuncupatur de Pantasia, 1049. Aug. constructum prope castellum sancti Iuliani[71], cum aliis* quattuor sibi subiectis ecclesiis,

*) Sequenti anno luna cum esset tertia decima, 5. Idus Ian. per 5 horas obscurata est: cum 1042. nulla prorsus nubes appareret in coelo[72]. *add.* 1. 72

a) Teutonicus 1. b) Cuonr. 4. c) i. anno Domini mill. tricesimo octavo quo abbas ordinatus est 1. 2. d) per rogum (*corr.* preces) — Beneventum *add.* 1^b. e) c. suae *ed.* f) nichilominus illi 1. *ed.* g) *Quae sequuntur post c. 67. collocat* 1, *insertis quae a fine c. 70. arcessit* 1^b: K. Per idem tempus quidàm Aquinensis vir nomine Magipertus optulit beato Benedicto hereditatem suam. insulam videlicet quae Limata vocatur, Carnello et Melpha circumdatam, centum estimatione modiorum. in qua praedictus abbas ecclesiam S. Mauricii construxit, eamque post modum a Leone papa consecrari fecit. *v. supra c.* 36. h) *deest ed.* i) p. t. *desunt* 4. k) circa 1. *ed.* l) c. i. quae Limata vocatur 1. c. praefatam i. Limatam 1^b. c. i. cognominatam, c. 2. m) *deest* 4. n) Hoc tempore 1^b. *ed.* Hoc *etc. usque ad finem cap. add.* 1^b. o) in qua videlicet ecclesia cum nonnullos fratres ad Dei servitium aggregasset, et codices aliquot, necnon et ornamenta ecclesiastica, cum non parvis t. p. i. adquisisset, eorum omnium consensu eandem ecclesiam cum omnibus omnino pertinentiis eius huic coenobio contulit 1^b. *ed.* p) Ieroinus quoque c. D. et I. p. obtulerunt in hoc monasterio ecclesiam s. N. sitam i. e. c. cum omnibus mobilibus sibi pertinentibus *ed. desunt* 1. q) per cartam oblationis contulit b. 1^b. *ed.* r) in pertinentia Pontiscurvi, in pede montis qui dicitur sancti Leucii, p. 1. 2. s) et aliam e. s. M. quae n. l. a praedicto m. sita est, c. 1^b. *ed.* t) F. etiam cum supradicto a. c. c. in h. l. monasterium s. S. quod a. rupi praefati montis s. L. c. universis p. ac rebus ipsius rec. vero u. 1^b. *ed.* u) *sequentia abscisa sunt* 1. v) pertinentia 2. w) in hoc m. d. *ed.* x) f. l. *ed.* y) Avezzano 2. z) Adelf. quoque c. de B. p. fecit beato B. cartam oblationis de monasterio s. E. 1^b. *ed. hinc* 1^b. *pergit.* *) c. q. e. s. s. 1^b. *ed.*

64) Ex orig. dedit Gatt. Acc. p. 137. 65) Reg. num. 20. *Carissimo nobis in domino Iesu Christo filio Richerio venerabili et religioso abbati a nobis consecrato*, etc. Infra vero: *Cuius abbatis consecrationem nuper ex dono piissimorum Henrici et Conradi imperatorum Romanorum suscepimus. Scriptum indict.* 6. *Kal. Iulii.* ANG. 66) Num. 363. *Datum* 2. *Idus Iunii, anno* 22. *principatus Salerni iamphati d. Guaimarii magnifici principis, et* 2. *anno principatus eius Capuae, ac* 2. *anno ducatus illius Amalfis, et primo anno Surrenti.* Ex orig. dedit Gatt. Acc. p. 140. 67) quod dubiae fidei videtur Al. di Meo l. l. VII, 200. Specimen dedit Cl. Mabillon Dipl. App. p. 116. 68) 22. *anno princ. Salerni d. Guaimarii, et* 2. *eiusdem pr. Capuae m. Oct.* 8. *ind.* Gatt. Hist. p. 213. 69) Regest. 379. *Geroinus iudex, Ioannes sacerdos et monachus.* ANG. 70) Gatt. H. p. 213. fil. Landolfi comitis, v. ib. p. 215. Acc. p. 169. 71) *nostrum* in dipl. l. l. p. 215. Situm est in Capitanata. 72) ita Anon. Cas. ad a. 1042.

et cum universis rebus ac pertinentiis ipsius. Id[a] ipsum fecerunt Iohannes et Ademarius comites de civitate quae[b] vocatur Morrone[c] de ecclesia sancti Angeli sita intra eandem civitatem super ipsam portam maiorem[73]. Sed et Petrus quidam abbas de eadem civitate similiter[d] fecit de ecclesia sancti Iohannis quae est constructa in[e] loco qui dicitur Serra maior, cum alia ecclesia sancti Bartholomei, et cum omnibus[f] earundem ecclesiarum possessionibus. Raienaldus[g] quoque et Leo presbyteri Aquinensis civitatis simili[h] modo obtulerunt beato Benedicto ecclesiam sanctae Barbarae, et duas casas suas cum omnibus rebus[i] ipsius ecclesiae, quae sita est iuxta[k] eandem civitatem, in loco ubi dicitur Caput de ripa. Similiter et Stephanus presbyter eiusdem civitatis fecit de Sancta Maria de Gualdo, loco qui dicitur Ursitrude. Lando[l] etiam ipsius nichilominus[m] civitatis presbyter[m], id ipsum fecit de ecclesia sancti Stephani, quam ipsemet in proprio iure suo construxerat[n] intra eandem civitatem, iuxta portam videlicet[m] quae est prope ipsam fistulam. Idem fecit et Bonifatius iudex eiusdem civitatis de ecclesia sancti Nycolai de Insula, cum omnibus sibi pertinentibus in toto comitatu Aquinensi. Pari etiam modo oblata est in hoc monasterio ecclesia domini Salvatoris apud castrum Vicalbum[o. 74]. Nec non et ecclesia sancti Blassii in territorio Marsicano, in monte qui dicitur

Cap. 73. 1045. Sabucu cum terris et pertinentiis suis[p]. Hoc[q] tempore quidam viri nobiles de Asculo[75] idest Rolandus et Atto et Tedericus et alter Rolandus obtulerunt beato Benedicto de causa iuris sui duo castella, quorum unum[r] dicitur Decinianum, aliud[s] Tribilianum, cum ecclesiis et[t] cum omnibus[u] pertinentiis ac possessionibus praedictorum castellorum; nec non et totam portionem suam de castello quod[v] dicitur Cabine[76], et[z] alias per diversa loca possessiones nonnullas, quod[*] est terra modiorum circiter duum[a] milium. Hic[b] abbas fecit libellum Dauferio comiti de Larino de omnibus ecclesiis et rebus huius monasterii quae erant in eodem comitatu et in pertinentia Thermulensi, pro censu annuo centum bizanteorum. 1050. Mart. Eodem[c] tempore[d] Corbo quidam Aprutiensis obtulit in[e] monasterio sancti[f] Benedicti quod situm est in eodem comitatu iuxta fluvium Trontum[g], et huic monasterio[h] subiacet, totam portionem suam de castello quod dicitur Fanum, et de Monte Domnelli, cum omnibus pertinentiis[i] earundem portionum suarum, quod sunt modii[k] terrarum tria milia[77]. Similiter etiam fecit quidam Tedericus Asculanus[78] de integra portione iuris sui de duobus castellis, idest Pomonte et Octavo, terra videlicet modiorum quattuor milium[l].

Cap. 78. Circa[m] hoc tempus sanctae memoriae Stephanus Ungariae rex qui gente sua ad Christi fidem conversa multis post mortem virtutibus claruit, auream crucem valde pulchram sancto patri Benedicto direxit, multis abbatem efflagitans precibus, ut de fratribus loci huius aliquot sibi ad monasterium in illis partibus ordinandum, mittere dignaretur[n]. Ad quem cum abbas nequaquam neglegens, duos de prioribus huius monasterii fratribus transmisisset, 1038. Aug. 15. iam eo defuncto Salomon filius eius[79] qui in regno illi successerat honorifice nimis eos recepit, et quinque pluvialibus optimis cum aliis non paucis donis illos remunerans, ad abbatem remisit.

a) Id — maiorem *desunt* 1[b], *fort. abscisa, nam signum appictum est.* b) q. v. *add.* 4. c) Marrone 4. d) c. Morrone f. in hoc monasterio cartam de 1[b]. e) c in finibus praedictae civitatis, loco 1[b]. f) o. e. e. p. *abscisa sunt* 1[b]. g) Per hos dies Raienaldus et 1[b]. h) pari *ed.* p. m. *desunt* 1[b]. i) r. et pertinentiis ipsius eccl. 1[b]. r. e. i. *ed.* k) prope praedictam c. 1[b]. *ed.* l) Lando — Aquinensi *desunt* 1. m) *add.* 4. n) a fundamentis c. *ed.* o) c. quod vocatur V. cum omnibus pertinentibus sibi 1[b]. *ed* p) *hic* 1[b]. *pergit* A Normannis *etc. v. c* 67. *in* 2. *sequitur cap.* 67, *nobis* 66. q) *hic in* 2. *incipit cap.* 73. *Eodem loco scripta sunt in* 1. *addita in marg.* Quo videlicet t. 1[b]. r) unus 1[b]. s) alius 1[b]. t) et ornamentis ac rebus earum, et c. 1[b]. u) c. universis omnino p. 1[b]. *ed.* v) qui vocatur C. 1[b]. *ed.* z) similiter cum pertinentiis eius; et 1[b]. *) quae 1[b]. *ed.* a) duo milia 1[b]. *ed.* b) Hic — bizanteorum *desunt* 1. c) Eodem — 4 milium *capiti* 79. *adscripsit* 1[b]. d) anno 1[b]. e) *deest* 1[b]. *ed.* f) beati 1[b]. *ed.* g) Trontu *ed.* h) cenobio 1[b]. *ed.* i) o. omnino rebus ac p. 1[b]. *ed.* k) modia 1[b]. *ed.* l) *Sequitur in eodem cap.* 73. Guaimarius post haec *etc.* 1. 2. *v. cap.* 72. m) Circa — remisit *in cod.* 2. *est cap.* 78; *eodemque loco post caput edit. nostrae* 76. *adscripsit* 1[b]. n) m. non differret 1[b]. *ed.*

73) Num 382. ANG. Eodem teste sequentes donationes extant in Reg. n. 344. 386. 330. 332. 339. 74) Num. 342. ab Adamo filio Petri et aliis simul donantibus. ANG. 75) Piceno. 76) Ea potius excepta esse videtur in documento ap. Gatt. Acc. p. 145. quo Richerius ea nunquam a parte monasterii subtractum iri spondet, dato 1045. Iulio. 77) Gatt. Acc. p. 146. 78) filius qd. Mainardi, idem ut videtur quem supra habuimus. Cartam edidit Gatt. Acc. p. 146. d. m. Iun. 1045. ind. 14. 79) immo Petrus sororis filius.

66. Per[a] idem tempus Maniakis[b] dux ab imperatore Constantinopolitano cum Cap. 67.
exercitu ad debellandos Saracenos in Siciliam transmissus, cum Apuliae atque Calabriae Amat II, 8 1038.
milites in auxilium ascivisset, ad Guaimarium quoque legatos direxit, exorans ut Normannorum illi suffragium mitteret. Qui eius precatibus annuens, Guilelmum[c], Drogonem, et Humfridum[d] Tancridi filios, qui noviter a Normannia venerant, cum trecentis aliis Normannis illi in[e] auxilium misit. Cumque maxima iam pars Siciliae recepta esset, et Siracusana civitas capta, a sene quodam praefato duci mausoleum sanctae virginis c. 9
Luciae proditum, eiusque sacrum corpus inde sublatum et in argentea theca cum omni reverentia positum Constantinopolim est transmissum. Sed post paululum in sua rever- c. 10
tentibus Grecis atque Normannis, mox Saraceni cuncta quae amiserant receperunt. Prae- c. 15.
fato itaque Maniako, eo quod ad imperium aspirasset pessime trucidato[80], alius in Apuliam catapanus nomine Ducliano[81] ab imperatore transmittitur. Huic Arduinus quidam 1039
Lambardus, de famulis scilicet sancti Ambrosii, aurum non modicum offerens, candidati[82] c. 16.
ab illo honore donatus et nonnullis Apuliae[83] civitatibus praelatus est. Hic in superiori c. 14.
expeditione apud Siciliam cum Saracenum quendam stravisset, eiusque insignem equum victor cepisset, a[e] supradicto Maniako idem equus expetitus, et ab Arduino constanter illi negatus[f], cum vi tandem atque dedecore illi[g] sublatus est. Huius tantae[h] iniuriae Arduinus dolosa[i] patientia ex tunc aptum retributionis tempus expectans, et tandem invenisse se putans, omni conamine Grecis molitur insidias. Orationis igitur gratia Ro- c. 17.
mam ire se simulans, Aversam venit, et Rainulfo comiti causam suam aperiens, ad universam Apuliam se duce facile adquirendam animum illius accendit: effeminatos prorsus atque remissos asserens Grecos, terram opulentissimam; se iam et numero multos et armis insignes angusti tamen huius[k] oppiduli penuriis usque ad id tempus non sine iniuria sui contentos[84]. Placet consilium, adhortatio comprobatur, et id protinus aggre- c. 18.
diendum consilio unanimi definitur. Mox idem comes duodecim de suis capitaneos eligit, et ut aequaliter inter se adquirenda omnia[l] dividant praecipit Arduino de omnibus medietatem concedendam disponit; idque ad invicem sacramento firmato, trecentos numero milites eis adhibuit. His ita dispositis anno[m] [85] dominicae nativitatis 1041, quo videlicet c. 19.
anno dies paschalis sabbati ipso die festivitatis sancti Benedicti evenit, Arduino duce 1041
Melphiam primitus quae caput et ianua totius videtur Apuliae adeunt, eoque interveniente ac mediante sine aliqua illam controversia capiunt. Inde Venusiam, inde Ascu- c. 20.
lum, inde Labellum[86] viriliter occupant. Mittitur interea Constantinopolim de praesenti calamitate relatio; remittitur Ducliano ad Normannorum exterminationem maximus Gre- c. 21.
corum exercitus. Tandem condicto die ac loco, iuxta fluvium scilicet Oliventum[87] con- Mart. 17.
venitur in pugnam; mandatum autem fuerat Grecis ut Normannorum partem occiderent, partem imperatori legandam vinculis manciparent. Sed o superbia Deo semper invisa, ex omnibus qui semel et bis ad eos missi sunt, nemo fere remansit. Dux ipse[n] cum paucis aufugiens, eventum belli imperatori rescribit. Perturbatus imperator, iterum Du- c. 22
cliano potiorem delegat exercitum. Normanni interea ut incolarum ad se animos inclinarent, Atenulfum Beneventani principis fratrem sibi ducem constituunt, rursumque[o]
convenientes in proelium, Grecos eventu mirabili sternunt. Fluvium namque qui Aufi- Mai. 4
dus dicitur, cum in ipso belli procinctu pene siccum Greci transissent, ita Dei iudicio

a) Normanni interea qui cum Rainulfo comite apud Aversam manebant, idest Guilelmus, et Drogo filii Tancridi, et filii Amici Gualterius et Petrones consilio habito, relicta Aversa, filium Beneventani principis Atenulfum seniorem super se facientes, ad Apuliam adquirendam, animum intenderunt. pergentesque applicuerunt Melphim. coniunctisque sibi Lambardis quos illic reppererant, ceperunt pugnare cum Grecis. anno scilicet nativitatis dominicae m° xl primo. E quibus (p. quo videlicet anno dies paschalis sabbati ipso die festivitatis S. Benedicti evénit. Ex his itaque 1b.) frequenti potiti victoria, demum recedente ab eis Atenulfo, Guilelmum filium Tancridi comitem sibi fecerunt. Quo mortuo, frater ipsius Drogo 1. b) Maniacus 2. Maniachis 3. c) Guilielmum 2. Guillelmum 3. Guiellelmum 4. d) Umfridum *ed.* e) cumque a *ed.* f) n. fuisset *ed.* g) equus illi *ed.* h) autem 2. Hic t. 4. i) A. ex t a. r. t. pat. dol. e. *ed.* k) unius *ed.* l) cuncta dividerent *ed.* m) a. utique d *ed.* n) *deest ed.* o) rursum 4.

80) non tunc, sed postquam a. 1042. iterum catapanus factus fuerat, ad imperium aspiravit. 81) *Duchane* Aimé. *Dulchiano* Lupus. Δοχειανός Cedrenus. 82) *fu en hautesce de honor fait* Aimé. 83) *de moult de citez* loco non addito, Aimé. 84) *vouz i habitez comme la sorice qui est en lo partus* Aimé. 85) *anno — evenit* addidit Leo, f. ex Ann. Benev. ad a. 1042, more Pisano; cf. Lupum a. 1041. Sed sunt quae suadeant ut Melphiam a. 1040. captam esse ponamus. 86) iam *Lavello; la belle Pouille* Aimé. 87) Dulibentis, Ann. Bar. a. 1041. q. v. Aimé nomen omisit.

1041. redundantem ripasque transgredientem fugientes reperiunt, ut plures fuerint aquis absorti
quam gladiis interempti. Normanni castris et spoliis maximis Grecorum potiti ditescunt.
Amat. II,23. Dehinc imperator his auditis ira succensus, pulso Ducliano Exaugustum[88] nomine quen-
dam vice illius cum Normannis dirigit congressurum, Guaranorum illi et aliorum bar-
c. 25. barorum copiam maximam[a] socians. Cur pluribus? Iterum in pugnam circa montem
Sept. 3. cui Piloso nomen est[89], utrimque concurritur. Tandem ruentibus Guaranis, cadentibus
Calabris, fugientibus qui evaserant Grecis, Exaugustus capitur; Normanni victores et
alacres revertuntur. Deinde[b] consilio habito, Grecorum ducem duci suo contra-
c. 26. dunt. Quo ille accepto, sperans se multis ab eo divitiis locupletandum, relictis Nor-
c. 27 mannis Beneventum reversus est, eumque non parva pecunia vendidit. Normanni autem
1042. Febr. Argiro Meli supradicti filium sibi praeficientes, brevi[c] tempore caeteras Apuliae civitates
c 28 partim vi capiunt, partim sibi tributarias faciunt. Post haec[90] Guilelmo[d] Tancridi filio
Sept. comitatus honorem tradentes, ad Guaimarium omnes conveniunt; eumque pariter cum
Rainulfo Aversano comite ad divisionem terrae vel adquisitae vel adquirendae venire
c. 29. Melphim invitant. Primo igitur eidem Rainulfo domino suo Sipontinam civitatem cum
adiacente Gargano nec non pertinentibus sibi oppidis omnibus, honoris causa concedunt.
c 30 Inde[e] caetera ad illorum placitum inter se dividunt. Statuunt itaque Guilelmo Ascu-
lum, Drogoni Venusiam, Arnolino Labellum[f], Ugoni Tutabovi[g] Monopolim, Petro Tra-
num[h], Gualterio[91] Civitatem, Rodulfo Cannim, Tristaino Montem pilosum, Herveo Gri-
92 gentum[i, 92], Asclittino Acerentiam, Rodulfo[93] Sanctum Archangelum, Raimfrido Monorbi-
num. Arduino autem iuxta quod sibi iuraverant parte sua concessa[k], Melphim primam
illorum sedem communiter possidere decernunt. Hoc itaque modo a Normannis adqui-
1046 sita Apulia[94], mortuo[l] comite illorum Guilelmo, frater ipsius Drogo illi successit; et
1051. isto quoque defuncto[m], Humfridus[n] eorum[o] frater comes effectus est; atque post eum
1057. Robbertus qui et Viscardus[p], ipsorum nichilominus frater, qui non sola contentus Apulia,
sed Calabriam quoque totam, et universam sibi subiugavit Siciliam, sicut in sequentibus
ostendemus. Apud[95] Aversam autem defuncto Rainulfo, successit ei Asclittinus[q] qui
cognominatus est Comes iuvenis. Dehinc Rodulfus[r] cognomento Cappellus[s]. Quo
ab Aversanis expulso, Raidulfus Trinclinocte comes effectus est; et eo[t] quoque mortuo,
Amat. III 12. Richardum[96] filium Asclittini, qui tunc apud Apuliam in Drogonis militia consistebat, cui
etiam idem Drogo[97] sororem[u] suam coniunxerat, Aversani sibi comitem statuerunt. Et
hic etiam qualiter Capuanum principatum indeptus sit, congruenti loco monstrabitur[98].
Iam nunc ad nostri abbatis seriem redeamus.

Cap. 68. 1038. 67. Chuonrado igitur ab Italia recedente, non multopost Guaimarium principem
abbas cum exercitu advocat, et ad oppugnandam seu recolligendam roccam superius
dictam[99] qua potest instantia properat. Cum itaque per trium hanc mensium spátium
iam[v] obsedissent, et[w] ut est inexpugnabilis, adversus eam nil penitus praevalerent,
Guaimarius[x] quoque tam privatim quam publice machinaretur illam[y] Teanensibus comi-
tibus reddere; quidam de primoribus eiusdem arcis fideles nostri monasterii hoc per-

a) *deest ed.* b) Dehinc h. c. *ed.* c) b. t. *desunt* 2. d) Guilielmo 2. Guillelmo 3. 4. *constanter. Ego cod.* 1. *secutus sum.* e) Dehinc *ed.* f) Libellum 3. g) Autabovi 2. Tutabovim 4. h) Tranim *ed.* i) Grientum 3. Trigentum 2. k) contradita *ed.* l) A. est. Mortuo igitur c. *ed.* m) occiso 1. 2. n) humfrida *corr.* humfridus 1. o) defunctorum *ed.* fr. illorum c. 1. p) Guiscardus (*corr.* Visc.). Apud Av. autem mortuo comite R. 1. V. qui 2. q) Aschettinus Rodelgeri. dehinc 1. r) R. filius Oddonis c. C. quem post paucum tempus Aversani de honore proicientes, Rodulfum Trincanocte praefecerunt. Post quem Guilelmum Bellabocca de cognatione Tancridi. Deinde Aversani expulso illo, Richardum filium Aschettini ab Apulia evocantes, comitem sibi instituerunt. K. Chuonrado 1. s) Capellus 3. 4. t) isto *ed.* u) suam s. *ed.* v) *add.* 4. w) et — praevalerent *desunt* 1. 2. x) et G. t. 1. *ed.* y) eandem roccam 1. *ed.*

88) *ou vicaire de auguste* Aimé. Bugiano vocant Ann. Barenses, filium, sc. illius quem c. 38. vidimus. 89) *Montepeloso*, in Basilicata. 90) quum Argiro Constantino Monomacho se subdidisset. 91) filio Amici, cuius in prima editione meminit. 92) f. *Frigento.* MEO. *Argyneze.* Aimé. 93) *Rodolfe fill de Bebena* Aimé. *Santarcangelo* in Basilicata situm est. 94) Hucusque Amatum exscripsit. 95) In sequentibus quae prius scripserat, Amato II, 32 sqq. usus correxit. 96) Rectius Leo hic in priori editione interposuit Guilelmum comitem, siquidem extat carta d. *comitante d. Guilielmo et d. Herimanno in castro Aversae . . . anno 1, die 21. m. Martii, ind.* 1. i. e. 1048. Et a. 1050. Richardus eiusdem *Herimanni pueruli* collega fuit; v. Di Meo Ann. Neap. VII, 283, qui Herimannum, Rodulfi et Gaitelgrimae filium, Rainulfi nepotem fuisse, cum Peregrino existimat. 97) Raidulfus c. Avers. teste Amato II, 44. 98) infra III, 16. 99) Vantram, v. c. 57.

sentiscentes, per Teutonem tunc praepositum mandant[a] abbati, ut si se uná cum praefato Todino in sua vellet fide recipere, et sua tantum sibi[b] quae ante imperatoris adventum, vel[c] idem Todinus in castello sancti Heliae, vel[d] ipsi in oppido Piniatario[e] hereditatis iure possederant reddere, eandem[f] illi roccam sine mora aliqua restituerent. Annuit[g] abbas, et hoc modo in ipsis vigiliis assumptionis beatae Mariae eadem rocca a nostris recepta cum ingenti gaudio est[h].

68. Interea[1] cum et Aquinenses comites, et[i] comites de Sexto[2] Pandulfi parti Cap. 69.
faverent[k], Laidulfus[l] Teanensis comes, Adenulfum qui postmodum[m] dux Caietae fuit, c. 71.
cum[n] aliis non paucis apud Teanum captum[o] in Guaimarii[p] captionem tradiderat. Unde Aquinenses comites vehementer irati, congregato[q] non[r] parvo exercitu, super Teanum pergere disponebant: sed obsistente illis abbate, fluvium transire non poterant[s]. Cumque in Casini campo per 15 ferme dies hac de causa hostiliter resedissent, in auxilium quoque abbatis nonnulli milites apud Sanctum Germanum commorarentur[t], ipso die Kalendarum Maiarum Cervarium[u] oppidum expugnatum ire aggressi, secum pariter abbatem ire[v] precati sunt. Sed cum nil ibi[w] agere potuissent, ábinde revertentes eos[x] subito adversarii[y] praedicti conspiciunt, et vado fluminis quod per tot dies invenire nequiverant extemplo reperto, a loco qui nunc Pons ligneus appellatur praecipiter transeuntes, abbatem protinus capiunt; eiusque sociis partim captis, partim fugatis, nonnullos interimunt. Landulfus[z] vero Teanensis comes qui[*] hora eadem in abbatis servitium venerat[a] eventum rei conspiciens, valde[b] perterritus, ita ut armatus erat, mox ad monasterium ascendit[c], et ut se in fide sua reciperent, et Aquinensibus[d] non traderent, precari et obtestari monachos coepit. Cum[e] nil timere vix illi suasum fuisset a fratribus, mandant evestigio Aquinenses ad monasterium, ut si eundem Landulfum eis contradere[f] vellent, ipsi protinus abbatem ad[g] eos cum omni honore remitterent. Fratres autem ab abbate commoniti, nullo umquam pacto id se facturos renuntiant; potius se omnem monasterii substantiam daturos, potius vitam propriam amissuros, quam ut homo in fide susceptus ab eis proderetur, remandant. Ita demum abbas Aquinum perductus est, et die sequenti oppidum sancti Angeli sponte ad Aquinenses defecit. Post paucos dies[h], universi fratres qui pedites incedere poterant[i] Aquinum pariter properantes, abbatem sibi restitui lacrimantes expostulant: sed frustra precibus fusis, et neque videndi illum neque alloquendi permissa facultate[k], sine aliquo effectu ad propria repedant. Non autem multopost, Guaimarius quia non aliter potuit, Adenulfo praedicto cum[l] sacramento fidelitatis suae fratribus reddito, abbatem monachis recollegit.

69. Ad[m] se post haec illum evestigio convocans, monet ut ultra montes impiger vadat[n], reique[o] veritate imperatori exposita, vel ad[p] has partes illum ad sui monasterii liberationem perducat, vel militum ab eo auxilia poscat[q]. Alioquin et monasterium in proximo destruendum, et principatum sibi pariter amittendum ostendat. Praebitis igitur a principe abundanter universis quae illi erant in itinere necessaria[r], duobus tantum fratribus, et aliquot servientibus abbas acceptis, marino itinere ad Romanum portum devenit; ubi fracta navi, et universis praeter solos homines quae ferebat amissis, a qui-

a) p. cum abbate paciscuntur, ut 1. 2. b) *deest* 1. c) et T. 1. *ed.* d) et 1. *ed.* e) o. quod Piniatarium nuncupatur 1. *ed.* f) r. roccam i. s. a. m. contraderent 1. *ed.* g) Libentissime id ab utrisque factum est, et in i. v. a. sanctae Dei genitricis M. ipsa r. a. n. r. est 1. *ed.* h) *hic* 1. *pergit:* Eodem tempore *etc. i. e. c.* 65 — suis. A Normannis interea universa in circuitu monasterii castella retinebantur. Exceptis Sancto Germano, Sancto Petro, Sancto Angelo et Sancto Georgio; quae sola tantummodo illis Pandulfus non concesserat. K. Per idem tempus cum *etc.* i) et c. *desunt* 4. k) pro posse f. 1. *ed.* l) *ita omnes.* m) postea 1. *ed.* n) fratrem Landonis comitis Aquinensis c. 1. 2. o) T. cepit (?) eumque in 1. T. a. Landulfo captum in 1b. p) G. principis c. 1. *ed.* q) aggregato 1. *ed.* r) tam Normannorum quam nostrátium n. 1. 2. s) t. nequibant 1. *ed.* t) coadunati manerent 1. u) consilio habito C 1. *ed.* v) *deest* 4. w, ibi, viriliter Normannis obsistentibus a. 1. x) *add.* 4. y) p. a. 1. *ed.* z) Praefatus 1. *corr.* 1b. *) qua *ed* a) properabat 1. b) c. et usque ad mortem p. et minime sibi tutum deorsum remorari ratus, ita 1. c) ascendens confúgit, et 1. d) A. comitibus 1. 2. e) Cumque n. t. illi 1. *ed.* f) contraderent, ipsi 1. g) illis c. 1. *ed.* h) Post d. aliquot 1. i) ita *add.* 1. k) facultas 4. a. eis concessa licentia 1. *ed.* l) c. s. f. s. *add.* 1b. m) Quem ad se Salernum evest. 1. Post h. i. ad se ev. *ed. eodem cap. continuato.* n) i. imperatorem adeat omnique illi rei v. e. 1. o) omnique rei v. *ed.* p) v. illum ad h. p. si potest, ad 1. *ed.* q) a. instanter exposcat 1. *ed.* r) necessariis 1. *ed.*

1) cf. Amat. II, 40. Adenulfo et Landoni Aquinensibus comitibus Pandulfi filiae nupserant. 2) a dextra Vulturni ripa non multum distat, infra Venafrum.

busdam Romanorum nobilibus honorifice Romam deductus, ibique aliquandiu remoratus est[a]. Post haec praefati nobiles equos illi et quaeque itineris oportuna[b] satis liberaliter concedentes, eumque proficiscentem honorabiliter deducentes, arreptum iter perágere non segniter adhortati sunt. Illo itaque ultra montes profecto, gravis eodem anno Aquinenses vexare pestilentia cepit; et uno de comitibus Siconolfo nomine interempto, ad duo milia quingentos numero promiscui vulgi consumpsit. Supradicti[c] igitur Adenulfus et Lando defuncti comitis fratres, divinitus se pércuti ob iniuriam[d] abbatis pervidentes, moxque ad monasterium ligatis collo restibus properantes, magnis se vocibus in tantum virum graviter deliquisse, et tam venerabilem locum nequiter vilipendisse[e] confessi, praefatum sancti Angeli oppidum monachis refutarunt. Confestim[f] ergo fratres nuntium super hoc abbati trans mittunt, utque reverti ad monasterium debeat adhortantur. Qui cum reversus quingentis[g] se comitantibus ex Lambardia militibus esset, apud Patenariam cum Guaimario locutus, evestigio eius est consilio gratia potioris exercitus ultra montes regressus. Per[h] hos dies Basilius Pandulfi abbas a Constantinopoli cum eo reversus, iterum ad hoc monasterium venit, et Aquinensium comitum fiducia[i] fultus, per dies[k] aliquot abbatiae incubuit. Sed cum Normannorum exercitus a Guaimario contra comites eosdem[l] venisset, Basilius noctu[m] per montana Aquinum transfugit, ibique satis[n] indigne aliquantisper est remoratus. Interea defuncto[o] apud Salernum abbate* monasterii sancti Benedicti, Guaimarius eundem Basilium accersiri fecit, ipsamque illi abbatiam** regendam commisit.

70. Post duos ferme annos quod[p] fuerat ultra montes profectus Richerius, iterum maiori satis congregato[q] exercitu rediit. Sed nec[r] cum eis Normannos ággredi Guaimário visum est[s]. Tandem itaque universos Normannos qui terras monasterii retinebant, abbati fidelitatem[t] iurare faciens, exercitum omnem ad sua remisit; abbas vero ad monasterium rediit. Inter haec cum supradicti oppidani sancti Angeli adhuc[u] inquieti consisterent, et Aquinenses ad se recipiendos rursum[v] sollicitarent, abbas reminiscens qualiter olim suae captionis tempore a sé defecissent, congregatis Normannis, idem oppidum adiit; captisque ac depraedatis cunctis eius primoribus, muros in circuitu a fundamentis evertit. Sicque demum hactenus infidos et inquietos, quietos[w] deinceps manere coegit.

3 71. Normannis[x, 3] porro nostris arcem sancti[y] Andreae in suum praesidium edificare ac munire aggressis, mandat abbas ab incepto desistere; sed nullam prorsus[z] obedientiam, nullam inde[*] reverentiam eidem voluerunt habere. Cernens itaque abbas et[a] Normannorum cotidie vires accrescere, et se quoniam non erat qui adiuvaret, nullo modo proficere, dolens ac merens, et quo se verteret nesciens, decernit tandem ultra montes, ulterius[a*] huc non regressurus abire. Sed cum hoc[b] illi a suis omnino dissuasum fuisset[c], potiusque sumendum consilium qualiter se de tam manifestis periuris suis
1045. cum auxilio patris Benedicti defenderet: ecce nutu Dei non post multos dies comes illorum Rodulfus nomine non paucis se militibus comitantibus ad abbatis curiam venit, eundem[d] ut tunc putatum est abbatem seu capturus seu occisurus: sed dolor immo
cf. Amat. II, 41. dolus eius, conversus est in caput eius. Cum enim foris ecclesiam iuxta consuetudinem armis depositis, eandem ecclesiam cum omnibus pariter oraturus intrasset[e], repente monasterii servientes insimul omnes conveniunt, equos et arma illorum capiunt[f], ianuas

*) preposito monasterii s. B. huic Casinensi cenobio subditi G. 2.
**) cellam nostram 2.

a) est. Intra quos dies, unus de his qui cum eo venerant fratribus infelix extinctus est. Post 1. b) necessaria 1. *ed.* c) Praedicti 1. *ed.* d) a. i. 1. *ed.* e) parvi p. 1. *ed.* f) Protinus 1. *ed.* g) r. ad quingentos ex L. milites esset 4. h) Per — commisit *add.* 1^b. i) adminiculo 1^b. *ed.* k) menses 1^b. l) praedictos 1^b. *ed.* m) ingenti pavore perterritus n. 1^b. *ed.* n) s. i. *add.* 4. o) a. S. d. 1^b. *ed.* p) q. f. u. m. p. R. *add.* 1^b. q) e. c. 1. *ed.* r) n. sic c. 1. s) G. placuit 1. *ed.* t) i. f. 1. *ed.* u) *deest* 1. v) *add.* 1^b. rursus *ed.* w) d. m. q. 1. *ed.* x) Porro demum N. a. 1. 2. y) quae nunc s. A. dicitur, in s. refugium e. aggressis 1. *ed.* z) inde 1. *ed.* *) n. illi r. v. 1. *ed.* a) a. nullo se modo proficere, et N. c. v. a. decernit u. 1. *ed.* a*) ultra iam h. 4. b) c. illi a suis hoc consiliariis omnino dissuasum fuisset, et ut potius qualiter de periuris se suis defenderet consilium sumeret, tandem omnino necessarium super hac re deliberatum consilium est. Cum ecce non 1. c) dissuaderetur *ed.* d) venit, et foris ecclesiam armis d. 1. e) intravit. Mox igitur homines monasterii equos 1. f) surripientes 1.

3) Brevius haec narrat Desid. Dial. II, 22, nec in omnibus concinit.

ęcclesiae claudunt, et campanas omnes simul pulsare ceperunt[a]. Quod[b] subito reliqui[c] civitatis homines audientes, et[d] quidnam illud rei esset penitus ignorantes, valde perterriti diversis undique armati telis accurrunt, et rumore[e] capiendi abbatis vulgi more turbati, mox reseratis basilicae portis praecipites[f] irruunt, ac Normannos solis spatis armatos invadunt: resistentibus[g] ac sese defensare nitentibus, postremo fidem Dei quam ipsi dudum parvi pendentes infregerant, inaniter postulantibus, tandem fugientibus caeteris, quindecim obtruncant[h]; solum comitem salva manu supervenientes[i] monachi capiunt[k], eumque vix a manu tumultuaria eruentes, sursum apud monasterium trudendum in custodiam mandant. Quo facto, universam evestigio[l] terram circumeuntes[m], ac[i] subita formidine captos homines aggredientes[n], praeter castellum sancti Victoris, et praedictam[i] arcem sancti Andree[o], totam[p] fere ipso[q] die Deo auxiliante recipiunt. Dehinc[r] nequaquam morati, comites Marsorum et filios Borrelli ceterosque monasterii fideles in auxilium advocant, et praedicto sancti Victoris oppido post paucos dies recepto, ad roccam sancti Andreae in qua et uxor praedicti comitis, et Normanni ceteri[s] se contulerant, obsidendam expugnandamque[t] proficiscuntur. Cumque per dies ibi ferme 15 resedissent, et tam loci munitione quam commanentium repugnantia praevalere minime possent, stomachati tandem fratres qui áderant adversus obsidentes, iam quasi[i] nona hora diei*: *Quid* inquiunt *moras in dies teritis? et nil omnino agentes frustra tempus consumitis? Insurgite tandem, et omnes unanimiter arcem aggredimini, nichilque trepidetis. Contra inimicos siquidem Dei, contra periuros nostros*[u], *contra latrunculos denique pessimos*[v] *vobis pugna est. Aderit Deus, et pater sanctissimus Benedictus, qui et adversariis nostris*[i], *fidei ac periurii reis dignam confusionem, et victoriam nobis de iustitia praesumentibus afferat.* Hac adhortatione[w] vehementer accensi, omnes mox arma corripiunt, omnique conamine ábintus adversariis resistentibus, lapidibus, telis, atque missilibus arcem adoriuntur. Mira[x] dicturus sum: sed absque ulla prorsus cunctatione verissima. Denique cum ex utraque parte viritim lapides ac iacula mitterentur, Normannorum tela, seu quelibet missilia deintus venientia, nostris permixta, veluti a vento quodam valido introrsus reducta, in eos qui sese mittebant retorqueri, et plurimos sauciare ceperunt. Quod Normanni cernentes, stupore[y] maximo capiuntur, et voluntati Dei contra ire ulterius non valentes[z], arcem protinus reddunt, seseque monachorum manibus tradunt; a quibus vix defensati, inermes ac[*] seminudi Aversam reversi sunt. Equi eorum, arma atque pecunia, hostibus universa permissa: sicque[a*] beati Benedicti ope et meritis suo iuri terra haec ex integro restituta, ex tunc et deinceps a Normannorum infestatione Dei[b] manet miseratione quieta.

1045.

Desid. l. l.

72. Denique ut haec omnia Benedicti patris voluntate et auxilio gesta credantur, nocte ipsa quae diem istam praecesserat, cum quidam rusticus de castello Cervario, nomine Ieronimus in domo sua quiesceret, videbat insomnis se per viam quae a castro[c] Mortula ducit redire: cum subito[d] quidam monachus reverendi admodum vultus[e] quasi longo[f] fessus itinere, virgam manu gerens illi in via coniunctus est[g]. Cumque pariter incedendo ad bívium pervenissent unde ad villam sancti Andreae divertitur[h], rogat

*) apparuit quidam vir honestae pulchritudinis, adhortans eos, dixit: Quid? 2. *in margine, manu fere eadem.* ANG.

a) incipiunt 1. *ed.* b) Quo audito terrae homines v. perterriti, cum huiúscę rei essent ignari, et estimantes Normannos qui venerant, ad capiendum abbatem seu occidendum venisse, universi pariter diversis a. t. 1. c) aud. r. c. h. *ed.* d) et q. i. r. e. p. i. *add.* 4. e) r. c. a. v. m. t. m. *desunt* 1. 2. f) portis ingressi N. 1. *ed.* g) eosque ad altare confugientes, seseque defensare nitentes et frustra f. D. q. i. parvi p. infrégerant implorantes vix (*del.* 1b.) f. 1. eosque nunc sese defensare nitentes, nunc f. D. q. i. d. p. p. i. frustra fusis precibus implorantes, fug. *ed.* h) q ex illis o. 1. *ed.* i) *deest* 1. k) capientes, e. a. t. m. eripientes, mox illum s. 1. *ed.* l) protinus 1. *ed.* m) in circuitu peragrantes 1. *ed.* n) aggrediunt., eosque fidelitatem abbati iurare cogentes, praeter 1. o) A. quam nuper supra naturalem loci asperitatem Normanni diligenter muniverant, eo die universa D. s. in sua recipiunt 1. p) universa *ed.* q) eo *ed.* r) Deinde nichil morandum rati, c. 1. *ed.* s) c. cum non parvo thesauro se 1. t) e. qua possunt militum manu p. 1. u) c. periuros et latr. vobis 1. v) non plurimos *ed.* w) a. verecundia pariter et ira omnes a. arma corripiunt, lapidibus, t. a. m. omni conamine a. a. r. arcem adoriuntur 1. x) Mirabilis Deus et miserationes eius super omnia opera eius. Denique 1. *corr.* 1b. y) s. m. c. *desunt* 1. 2. z) v. sésé monachorum manibus tradunt, arcem p. r. ipsi vix a monachis d. 1. *) i. ad socios A. aufugiunt 1. 2. a*) Statuentibus deinde Aversanis sociorum iniurias vindicare Guaimarius obstitit. sicque 1. 2. b) i. sub valido eiusdem patris tutámine quieta permanet et secura 1. Dei mis. quiescit. Acta sunt autem haec de Normannorum expulsione anno Domini m° xl° quinto 1b. 2. D. mis. quiescit. 3. c) *add.* 1b. d) c. ecce s. 1. *ed.* e) habitus 1. 2. f) *add.* 4. g) *deest* 4. h) vertitur 3.

1045. socium monachus, ut parum[a] quid pro labore[b] itineris quiescant. Quod[c] cum rusticus annuisset, undenam tam lassus tamque fatigatus veniret? eundem monachum percontatur. *Ego* inquit[d] ille[e] *iam diu est quod in monte illo*, simulque[f] montem hunc digito designabat, *monasterium construens*[g], *ibidem*[c] *cum fratribus habitavi: sed cum post*[h] *aliquantum tempus valde michi esse*[i] *ingrati cepissent, non valens iam illorum ferre molestias, recessi ab eis, et Ierusolimam abii; ibique iam per quadraginta et amplius annos cum beato sum Stephano remoratus. Nunc autem frequentibus eorum nuntiis ac precibus evocatus, redii; et si quidem deinceps mores suos correxerint, ibidem cum illis habeo commanere*[k]. *Sin autem, confestim via qua veni regrediar.* Perquisitus de nomine[l], Benedictum se appellari respondit, et iterum surgentes iter[m] incipiunt. Cumque viam illam qua ad Sanctum Andream pergitur monachus fuisset ingressus, et quo tenderet fuisset a rustico percontatus: *Hac* inquit *vado; quoniam in arce hac proxima michi aliquid est agendum.* Experrectus rusticus, retulit domino suo Mainardo archipresbytero*, quod viderat somnium; et ipsa[n] die arx eadem ordine suprascripto recepta est. Hodieque supersunt aliqui eiusdem arcis incolae, qui asserunt in ipso gravi utriusque partis conflictu vidisse se quendam monachum viriliter contra Normannos pugnantem, suosque enixius confortantem; cum nemo qui tunc[o] aderant monachorum
Desid. Dial. II, 22 se illi pugnae miscuerit. Item ante non multos dies cuidam alii rustico visum pervisum est, quod pater Benedictus virga quam manu gestabat, universos Normannos huius dumtaxat terrae incolas insequendo ante se ageret; eosque severissime verberans, cum maxima ignominia de hac terra procul eliminaret; nullo sibi vel ad modicum[o*] resi-
4 stente. Acta[p] autem sunt haec de Normannorum expulsione anno Domini 1045[4], mense Maio, ind. 13. Statuentibus[q] deinde Aversanis sociorum iniurias vindicare, Guaimarius et dissuasit et obstitit. Dehinc[r] cum iam ferme annus elaberetur[s] una cum Drogone Normannorum comite, et[t] cum multis aliis capitaneis ad hoc[u] monasterium venit, eorumque[v] supplici valde rogatu ut praedictus Rodulfus[w] absolveretur ac[x] parentibus redderetur, vix[y] tandem optentum[z] est; sacramento ab eodem prius exacto*, ne umquam ulterius de aliqua huius monasterii pertinentia conquirenda se intromitteret; neve abbati vel alicui nostrorum[a] talionem pro huiuscemodi facto seu meritum aliquando retribueret; sicque tandem libertati pristinae[b] redditus[c], et mille tarenis qui ea die a praedictis capitaneis oblati fuerant, ab abbate donatus, ita demum[b] ad socerum est Aversam reversus.

Cap. 74. 73. Abbas[d] autem iam dudum suspectam habens Normannorum nequitiam, singula monasterii castella muris in giro munivit, ibique rusticos qui hactenus in villis habita-
c. 70. verant manere constituit. Tunc etiam et oppidum sancti Angeli, quod ipsemet[e] dudum destruxerat, muris amplioribus cinxit. Iuxtaque ipsum pontem optimum super Lirim
5 fluvium fecit[5].

Cap 75. 74. Preterea[f] Caietani ob invidiam Guaimarii Adenulfum supradictum Aquini comitem evocant, sibique illum in ducem praeficiunt. Quo audito Guaimarius, mox illuc exercitum destinat. Sed his impiger obvians Adenulfus, cum primo impetu aliquantos illorum fudisset, ipse protinus captus est, atque Guaimario deportatus. Pandulfus interea in[g] nequitia adhuc pristina, et in loci istius priori odio permanens, expulsos hinc Normannos accersit, eisque universam huius monasterii terram de qua proiecti fuerant facile se restituturum promittit, si ei contra Guaimarium ferre vellent auxilium. Quibus id libentissime pollicentibus, mox adunato tam illorum quam et[h] sociorum non

*) cuius hoc ego relatione cognovi *addit* 1.

a) ut pro l. i. p. quiescant 1. *ed.* b) *deest* 4. c) Quibus residentibus, unde t. l. v. m. rusticus p. 1. *ed.* d) *ita* 1[b]. inquid 1. *ed.* e) *add.* 4. f) illo illo s. 3. i. Casini monast. 1. 2. g) instruens 4. h) p. a. t. *add* 4. i) m. inoboedientes et (i. et *desunt ed.*) i. existerent, iam i. m. f. n. v. recessi 1. *ed.* k) commorari 1. *ed.* l) n. quod frater B. appellaretur r. 1. *ed.* m) viam 1. *ed.* n) et d. sequenti a. 1. *ed.* o) *add.* 1[b]. o*) modum 3. p) Acta sunt autem haec anno ab incarnatione Domini m°. xl°. v°. 1. *del.* 1[b]. *ita ut post* resistente *ibi et in* 2 *caput finiatur: sequente c.* 73. Hoc – milium *quae in c.* 65. *habes.* q) Statuentibus — obstitit *hic desunt* 1. 2. *v. supra pag* 679. *not.* a*. r) Guaimarius post haec c. 1. 2. *ubi haec est pars altera capitis* 73. s) celebraretur 4. t) et c. m. a. c. *desunt* 1. u) *add.* 1[b]. v) et eorum *ed.* et eiusdem Drogonis s. 1. w) comes 1. *ed.* x) ac p. r. *desunt* 1. 2. y) abs. ab abbate obtinuit 1. a. a. impetratum est 1[b]. z) impetratum 1. *ed.* *) extorto 1. *corr.* 1[b]. a) a. ex parte huius coenobii t. 1. *ed.* b) *add.* 4. c) r. ad socerum 1. d) *hoc caput cum sequenti primo post c.* 75. *scripserat, unde signis appictis huc amandavit.* e) ipse 1. *ed.* f) *caput addidit* 1[b]. g) P. demum expulsos 1[b]. 2. h) *add.* 4.

4) 1045. *Richerius abbas eiecit Normannos de terra sancti Benedicti.* Anon. Cas. 5) cf. infra III, 25.

parvo exercitu terram istam ingressus, ad primum oppidum sancti Petri in Flea[6] tentoria [6] figit; futurum ut nisi Deus impediret, cunctam ex integro terram pervaderet. Iterum igitur fuga, iterum tribulatio et pavor ingens adeo totam terram invadit, ut aliquantorum militum[a] domus sursum circa[b] monasterium ad eius defensionem tunc fuerint ordinatae. Et quia iam nullum ab homine sperabant auxilium, mandat fratribus abbas ut opem super hoc divinam expeterent, et discalciatis pedibus cum letaniis per omnes montis ecclesias pergerent. Cognitis his Adenulfus, mandat Guaimario, ut si se dimittere vellet, ipse protinus Pandulfi incepta destrueret, sibique fidelitatem perpetuam, et monasterio beati Benedicti omnimodam defensionem iurare inviolabiliter spondet. Nam quia sororem Teanensium comitum quam idem Pandulfus in captione habebat pro absolutione ipsius[c] Adenulfi reddere noluerat, propterea contra eundem[d] Pandulfum valde et merito commotus erat, se videlicet[e] pro una[e] femina recollectum non esse nimium conquerens[e]. Factum est, et dimissus Adenulfus pacto quo idem statuerat, ad abbatem protinus venit, rem omnem aperuit. Mane cum maxima cunctorum[f] laetitia ad monasterium ascendit, ac super altare beati Benedicti aureum calicem imperato- [c. 43.] ris, et pluviale diasprum, quae a praedicto Pandulfo iam dudum in[g] pignus acceperat, devotus reposuit. Ibi eum abbas et equo optimo et armis praecipuis cum insigne pulcherrimo donans, monasterii defensorem illum constituit. Mandat protinus Pandulfo se esse reversum, defensorem se monasterio datum: quam citius potest de monasterii finibus exeat, nisi forte velit ut ipse turpiter illum expellat. Nullatenus ista[h] credente Pandulfo, intra biduum Adenulfus tam ex propinquis quam ex amicis exercitum non[i] modicum aggregat, et congressurus die altera cum Pandulfo, in campo qui Ad perticellas vocatur[7] tentoria locat. Quo viso Pandulfus, et[k] tandem eorum quae sibi man- [7] data fuerant credulus, statim confusus recessit: Adenulfus vero cum pace ad Caietanum ducatum quem Guaimarius illi firmaverat rediit.

Cap. 76. 75. Supradictus[l] post haec expulsorum comes Rodulfus, oblito immo parvi penso quod fecerat iuramento, sicut est genus infidum et avaritiae inexplebilis, cum quibusdam suae nequitiae sociis statuerat[m] in[n] terram istam praedatum[o] venire. Cumque hoc apud illos firmiter decretum fuisset, deque ipso[p] consilio certus ad[q] abbatem nuntius transmissus fuisset, die illo quo id se facturum paraverat[r], terribili Dei iudicio mane subita morte necatus repertus est. Quo facto tam ingens terror reliquos Normannos pervasit, ut ulterius neque invasionis, neque praedationis gratia venire[s] in hanc terram apponerent[t]. Denique ad manifestam huius sancti loci vindictam, centum et quinquaginta eiusdem comitis Normanni milites intra ipsum ferme biennium diversis in locis diversa morte consumpti sunt[u].

Cap. 77. 76. Cuidam post[v] ista propinquo suo nomine Ardemanno quem in rócca quae Vantra dicitur abbas[w] ad custodiendum posuerat, Teanenses comites et munera maxima, et sororem suam daturos se in coniugium, si roccam eandem illis traderet instantius polliceri. Callidus ille cuncta promittere; nocte condicta venientes eos clam intromittere spondet. Sed[x] cum ad locum et horam dispositam ventum fuisset, Laidulfum unum ex eisdem comitibus cum aliquot militibus intromittens, portas subito claudit, universosque illos pariter in vincula cónicit[y], caeteri vero repulsi[z], ad sua sunt cum digna confusione reversi. Postmodum vero rogatus a Guaimario abbas per[*] Guidonem fratrem suum, et comitem Rainulfum[a], et Leonem de Manso illustrem virum[b], ut comitem fratribus redderet, nequaquam[c] congruum ducens tantorum virorum spernendas preces, accepto a[d] praedicti Laidulfi[e] fratribus sacramento ác refutatione cum obli-

a) fidelium 1[b]. 2. b) iuxta 1[b]. 2. c) *add.* 4. d) c. illum v. 1[b]. 2. e) *deest* 4. f) l. c. *ed.* g) in — velit ut *abscisa* 1[b]. h) id 1[b]. *ed.* i) e. maximum a. 1[b]. k) et t. e. q. s. m. f. c. *desunt* 1[b]. 2. l) Sed sicut est g. i. et a. i. oblito miser immo p. p. sacramento q. f. cum 1. *statim post cap.* 72. Post h. s. e. c. R. sicut est g. i. et a. i. oblito i. p. p. s. q. f. c. 1[b]. *ed.* m) statuit 1. *ed.* n) iterum 1. *corr.* 1[b]. o) *ita* 1[b]. invadere et in suam dicionem redigere 1. p) hoc 1. *ed.* q) c. nuntius ut caveret ad a. venisset 1. *ed.* r) statuerat, mane 1. *ed.* s) g. i. h. t. v. 1. *ed.* t) praesumerent 1. 2 u) *Sequebatur olim c.* 73. *quem ordinem manus* 1[b]. *mutavit.* v) C. interea pr. 1. *statim post c.* 73. C. post haec p. 1[b]. *ed.* w) *add.* 1[b]. x) Cumque ad 1. *ed.* y) Coniecit *ed.* c. Postmodum 1. z) expulsi 4. *) per — miserat *add.* 1[b]. a) Rainolfum, et per Rogerium et Rodulfum nepotes suos, et L. 1. b) v. quos pariter ad eum miserat, ut 1. 2. c) nequaquam – preces *desunt* 1. d) ab eis s. 1. e) comitis 1. 2. Landulfi 4.

6) nunc S. Petri in fine. ANG. 7) appellatione nunc desita. ANG.

gatione centum librarum auri, fecit quod fuerat postulatus. Qua rem idem[a] Ardemannus indignissime ferens, sese[b] in eadem rocca protinus rebellavit, eamque Normannis tradere minabatur. Super[c] quo verbo abbas valde turbatus, confestim militibus aliquot aggregatis ad roccam accessit, eundemque Ardemannum ad colloquium suum descendere multis precibus ac pollicitationibus vix aliquando tandem obtinuit. Sed cum magnis rationibus maximisque blanditiis illi[d] satis faceret[e], eumque placare nullatenus posset, cernentes hoc qui cum abbate erant milites, eum protinus capiunt, et nisi roccam illis quantocius reddat, mortem illi praesentem invito[f] etiam abbate minantur. Cumque vir[g] pessimus nec sic adquiesceret, seque malle necari quam roccam reddere testaretur, eundem mox super crates ligneas[h] alligantes, ad expugnandam roccam unanimiter armis instructi, illum[i] praeferentes accedunt; cum interim[k] nequam ille diabolo plenus suis vociferando clamaret, ut prius ipsum opprimerent, quam roccam alicui redderent. Verum[l] illi qui in arce erant, viso[m] domino suo abbate, simulque ab eo commoniti pariter et exterriti, mox portas aperiunt, eiusque[n] prostrati pedibus, indulgentiam postulantes, roccam illi sine mora restituunt.

Cap. 79. 77. Romae[o] praeterea cum[p] papa Benedictus per[8] annos 12[q] sedem[r, *] apostolicam
Desid. Dial. III. Prol. obsedisset potius quam sedisset, a Romanis expulsus est, et Iohannes Savinensis epi-
1044. scopus, qui[s] Silvester vocatus est, non tamen gratis in Romanum pontificium subrogatus. Qui cum trium ibi mensium spatio[t] praefuisset[u]; expulsus Benedictus, propin-
9 quis suis, Tusculanis proceribus[9] annitentibus Silvestro[v] repulso, Romanam sedem iterum occupavit. Nec multopost invisum se et[w] exosum cunctis esse[x] conspiciens, cuidam archipresbytero Iohanni nomine qui quasi religiosior habebatur, pecunia[**] ab eo accepta permaxima papatum pro[y] dolor vendidit; ipse libere deinceps cupiditates suas exerciturus in paternos[z] lares recessit. Iam duobus annis et mensibus octo praedictus archipresbyter cui Gregorii nomen in papatu est inditum apostolicae sedi praesederat, cum Heinricus imperator Chuonradi filius tot de Romana et apostolica sede nefandis
1046. auditis, caelitus inspiratus, anno[*] Domini 1047.[10] Italiam ingrediens Romam accelerat.
Dec. Qui de tanta heresi sedem apostolicam desiderans expurgare, Sutri réstitit, et super tanto negotio deliberaturus, universale ibi episcoporum concilium fieri statuit. Misit ergo, et magna inibi episcoporum seu abbatum ac religiosorum virorum multitudine congregata, Romanum quoque pontificem qui eidem concilio praesideret decenter invitat. Quid multa? Concilio habito, et synodicis canonicisque sententiis convictus Gregorius symoniacus, sponte sua sede desiliens, pontificalibus se infulis exuit, ac[a] terrae prostratus, invasi emptique[b] honoris indulgentiam sibi concedi humiliter petiit. Quo facto imperator valde letificatus, cum omnibus eiusdem concilii episcopis Romam venit, et in ecclesia beati Petri apostoli congregato clero populoque Romano[c], postquam[d] quid Sutri egisset[e] exposuit, tractare[f] demum de ordinatione ipsius Romanae ecclesiae coepit. Facta itaque discussione quisnam in eadem ecclesia dignus tanto[g] sacerdotio haberetur; cum nullus[h] heu pro dolor reperiri[i] valeret, omnes[k] enim[11] exemplo miseri capitis, praeter caetera vitia, tum praecipue fornicationis ac symoniae peste languebant: demum
12 electione necessaria[l] potius quam canonica[12] Babembergensis[m] episcopus papa Romanus

*) Romanam cathedram sedisset, a 2.
**) habebatur, papatum tradidit 2.

a) praedictus 1. *ed.* b) seque ... rebellans, N. eam t. 1. *ed.* c) Abbas vero nequaquam moratus, congregatis al. m. ad 1. *ed.* d) b. s. facere i. non posset 1. e) facere, et eum p. *ed.* f) i. e. a. *desunt* 1. 2. g) v. p. *desunt* 1. h) igneas 4. i) i. p. *add.* 4. k) *add.* 4. l) Illi autem q. 1. *ed.* m) erant, ab abbate commoniti 1. 2. n) et abbatis 1. *ed.* o) P. R. 3. Apud Romam p. 1. 2. p) c. praefatus p. B. homo prodolor nequitiarum omnium reus per 1. q) aliquot 1. xII 1[b]. r) Romanam cathedram 1. *ed.* s) cui positum est nomen Silvester 1[b]. *ed. desunt* 1. t) spatium 4. u) fuisset 3. v) Iohanne 1. w) et e. *add.* 4. x) cunctis aspiciens 1. *ed.* y) p. d. *add.* 4. z) paterna iura 1. paternam domum 1[b]. *ed.* *) a. D. 1047. *add.* 1[b]. a) et 1. *ed.* b) *deest* 1. 2. c) R. et facta discussione quis de ipsa eccl. 1. d) primo *ed.* e) actum fuisset *ed.* f) dehinc tractare coepit de o. i. R. e. *ed.* g) d. inveniretur t. s. fungi 1. 2. fungi *deest* 3. d. in t. s. h. 4. h) cum non reperiretur, electione 1. i) reperiretur 1. *ed.* k) omnes — languebant *desunt* 1. 2. l) n. p. q. c. *desunt* 1. 2. m) ep. Pavimvergensis 1. e. Pavimbergensis de gente Saxonum 1[b]. e. Bambergensis de g. S. 2. Bambergensem episcopum papam Romanum constituunt. Ob huiusm. 3.

8) *aliquanta per tempora* Desid. 9) *consulibus terrae* Desid. 10) sc. 1047. *Capuam venit,* inquit Anon. Casin. a quo annum Leo sumpsisse videtur. 11) hoc initio l. III. Desiderius dixerat. 12) haec Leonis sententia est.

levatur, eique Clemens nomen imponitur[13]. Ob[a] huiusmodi igitur[b] res tam utiliter[c], Dec 25.
tamque canonice gestas, Romani[d] tunc temporis eidem Heinrico patriciatus honorem
contribuunt, eumque praeter imperialem coronam aureo circulo uti decernunt.

78. Post haec sumpto exercitu imperator, ad hoc monasterium venit, et cum omni Cap 80.
honore receptus a fratribus, planetam purpuream optimam auro ac gemmis ornatam 1047.
super altare beati[e] Benedicti, cum altero pallio quantitatis[f] non modicae posuit; in
capitulo vero auri libras aliquot fratribus obtulit, seque illis devotissime commendans,
Capuam abiit. Ibi itaque[g] Guaimario refutante[h] Capuam, quam per novem iam annos
tenuerat, Pandulfo illam saepe[i] dicto simul cum filio multo ab eis[k] auro suscepto resti-
tuit: Drogoni[l] Apuliae, et Rainulfo Aversae comitibus[14] ad se convenientibus, et equos 11
illi plurimos et pecuniam maximam offerentibus, universam quam tunc tenebant terram
imperiali[m] investitura firmavit. Ibi etiam et[n] praeceptum aurea bulla signatum abbati
nostro[o] iuxta imperialem consuetudinem fecit[15]. Inde Beneventum contendens, cum Febr. 3.
noluissent eum cives recipere[p], a[q] Romano pontifice qui cum illo tunc erat, civitatem
candem excommunicari fecit[16]; cunctamque Beneventanam terram Normannis auctoritate
sua confirmans, ultra montes reversus[r] est, Gregorium expontificem[s] secum asportans.

79. Clemente vero post novem menses ultra[t] montes[17] defuncto, praedictus[u. 18] Cap 81. Des.Dia.III
Benedictus iterum in pontificatum reversus, per octo circiter menses illum violenter[v] Oct. 9.
retinuit, donec ab imperatore transmissus ex[w] Germania Damasus Brexenorum[19] episco- 1048.
pus papatum[x] recepit. Quo etiam post viginti et tres dies apud[y] Praeneste vita dece-
dente[20], Brunonem Tullensem episcopum, Teutonicum[z] natione, et stirpe regali proge- 20
nitum, Romani ab[*] ultramontanis partibus expetentes in suum pontificem eligunt, eum-
que Leonem papam vocari decernunt[21]. Qui sanctus pontifex eodem anno quo ordina- 1049.
tus est[a] orationis gratia montem Garganum adiit[22]. Indeque revertens, in ipsa festivi-
tate palmarum ad[b] hoc monasterium venit[c]; et reverentissime susceptus a fratribus, Mart. 19.
missam[d] sollemniter celebravit, et in refectorio cum ipsis comedit; post prandium vero[e]
in capitulum veniens, et[f] gratias pro tam honorifica sua receptione fratribus agens, valde
humiliter se commendavit, seque pro suo posse idem monasterium honoraturum[g] et
exaltaturum promittens, descendit; et die[h] altero ecclesiam sancti Mauricii apud insulam
quae Limata vocatur a[i] predicto abbate constructam sollemniter* dedicans, demum
rediit Romam. Ad quem profectus Richerius[k] privilegium[l] ab eo iuxta morem praede-
cessorum suorum honorabiliter adeptus est[23], in[m] quo idem apostolicus[n] usum sandalio- 23
rum atque dalmaticae, nec non et chirothecarum in principalibus festis ad missarum
sollemnia, tam illi quam et universis ei in hoc coenobio regulariter promovendis, ob

*) et sancti Salvatoris in territorio sollemniter Atinensi dedicans 2.

a) Tunc temporis eidem Heinr. 1. Tunc t. ob h. 2. b) *addit* 4. c) prospere *ed.* d) eidem H. p. h. Rom. cont. 1. *ed.* e) b. B. *add.* 4. f) optimo p. 1b. 2. c. a. p. o. *desunt* 1. g) *add.* 4. h) renuntiante 1. *ed.* i) i. priori principi simul 1. *ed.* k) illis 1. *ed.* l) r. Normannis etiam ad se c. 1. m) i. i. *deest* 1. n) *add.* 4. o) Richerio 1. *ed.* p) tam ob suam quam et ob patris iniuriam *add.* 1. 2. q) totam civitatem a. R. p. q. c. i. t. e. excom. 1. *ed.* r) m. exinde est reversus 1. *ed.* s) *deest* 1b. *ed.* G. s. a. *add.* 1b. t) Romae d. 1. u) praefatus 1b. *ed.* d. Damasus illi ex G. in papatu successit 1. *corr.* 1b. v) *deest* 1b. 2. w) t. Dam. illi ex G. in p. 1b. x) illi in papatu successit 1b. *ed.* y) a. P. *deest* 1. z) T. n. et *add.* 1b. *) a. u. p. e. *add.* 1b. a) est, (Capuam venit. Ibi iam seniore Pandulfo defuncto, iunioris Pandulfi fratrem Hildebrandum nomine archiepiscopum consecrans, or. g. m. G. a. I. r. *add.* 1b.) in i. 1. b) valde devotus ad 1. *ed.* c) ascendit *ed.* d) eo die m. 1. *ed.* e) *add.* 4. f) v. maximas fratribus p. t. h. s. r. gratias egit, seque p. 1. *ed.* g) m. ubique exalt. 1. *ed.* h) et postridie (manum Friderici diaconi et cancellarii [*sic*] *expuncta*) recedens, Capuam abiit. Ibi iam seniore Pandulfo defuncto, iunioris Pandulfi fratrem Hildebrandum nomine a Capuanis electum diligenter examinans, Salernum perrexit, eumque inibi consecratum remittens Capuam, (*corr.* nomine archiepiscopum consecrans,) orationis gratia montem Garganum adiit; et demum Romam reversus est (*corr.* d. rediit Romam) 1. et die a. e. S. M. ap. Limatam ab eodem a. constructam ut supra dictum est dedicans, d. r. R. 1b. i) ab eodem a. 1b. *ed.* k) q. abbas profectus priv. *etc.* 1b. *ed.* l) a. profectus, et consecrationem ab illo et privil. honorabiliter adeptus est. Nam usque ad illud tempus suam sacrationem distulerat. Sequenti *etc.* (c. 82.) 1. m) in — concessit *desunt* 1b. *hic postea inseruit:* Eodem anno Corbo — quattuormilium. *v. cap.* 65. n) sanctus pontifex *ed.*

13) hucusque e Desiderio. 14) Nomina ab Amato III, 2. accepit. 15) Gatt. Acc. p. 148. 16) cf. Ann. Benev. h. a. 17) ex Amato III, 14; sed hoc falsum est. 18) *praedictus* - *retinuit* Desid. non habet. 19) *Brexenorum ep.* et *ap. Praeneste* ex Amato l. l. 20) *Aug.* 9. Necrol. Casin. 21) hucusque Desiderium secutus est. 22) m. Aprili sec. Ann. Benevent. cod. Vat., ut alterutrum erravisse oporteat. 23) Regest. num. 21. ANG.

honorificentiam sancti loci huius apostolica auctoritate concessit. Super[a] hoc etiam et
24 monasterium sanctae Ierusalem[24] quod Suxorianum appellatur intra Romanam urbem
situm, cum[b] omnibus pertinentiis suis eidem abbati gratia hospitandi contradidit, et
1049. privilegium exinde illi faciens[25], sacrationem tantummodo sibi abbatis eiusdem loci,
quem tamen Casinensis abbas eligeret, reservavit.

Cap. 82. 80. Interea[c, 26] cum quidam Capuanorum nobiles pro castro quodam huius monasterii, quod Conca vocatur, multas cum abbate contentiones fecissent[d], sed Benedicto patre iuvante praevalere illi nil valuissent, quadam die consilio habito statuerunt praedatum in terram istam venire. Decernunt igitur ut advesperascente die iter incipiant, et apud quandam curtem suam circa[e] Teanum parúmper quiescant; inde se tali noctis hora promoveant, ut summo mane monasterii fines ingressi, ex insperato protinus irruant, et quantum magis exinde[f] praedam potuerint agant. Fecerunt[g] itaque ut statuerant, et circa mediam ferme[h] noctem ascensis equis, aggrediuntur ire quo disposuerant. Res[i] mira! sed omnino certissima, quippe quae ab uno eorum qui tanto equitátui interfuit michi relata est. Ab illa itaque hora usque ad crepusculum iter conficientes, cum iam se[k] in finitima huius terrae venisse putarent, atque ad discurrendum ut praedantium moris est se instantius praepararent, subito circumspicientes[l], in eo loco quo equos ascenderant se reperiunt. Obstupefacti nimiumque attoniti, ac sése invicem aspectantes, intellegunt tandem patris Benedicti meritis se noctis errore cecatos; dum tanto temporis spatio recto se itinere gradi putantes, praedictam curtem girando ac regirando, mane se ínibi unde[m] surrexerant repperissent. Ita demum confusione simul et admiratione repleti, Capuam sunt reversi, ipsimet[n] palam omnibus referentes queque sibi contigerant*.

Cap. 84. 81. Sequenti[o] anno praedictus apostolicus[p] iterum ad hoc[q] monasterium venit in
1050. vigiliis sancti Petri, et die sequenti et altero apostolorum Petri et Pauli missas sollemni-
Iun. 30. ter celebravit: cumque die illo sabbatum esset, ad fratrum mandatum ingressus, duodecim monachis pedes lavit, et[r] ipse etiam ab eis lotus, in refectorium quoque cum
illis ad bibendum de[s] monasterii more perrexit[t]. Beneventum deinde profectus ab
1051. excommunicatione illam[u] praedecessoris sui Clementis tandem absolvit. Anno iterum[v]
27 altero Capuam veniens[w], rursus Beneventum[27], et inde Salernum perrexit; dehinc expel-
1052 lendorum Normannorum gratia milites[x] undecumque ardens contrahere, ultra montes
ad imperatorem profectus[y] est. Gebeardus[z] tunc episcopus Aistettensis gente Noricus,
vir prudentissimus et rerum saecularium peritissimus, regis consiliarius erat. Sed cum
1053. imperatoris imperio magnus valde apostolico traditus fuisset exercitus, iamque itineris

Cap. 83. Petri Dam. Ep. I, 9. *) Eo etiam tempore quidam servus Dei Neapolitanae regionis, in praerupta rupe iuxta viam publicam solitarius habitabat. Qui nimirum dum nocturno tempore psalleret, et fenestram cellulae horarum explorator aperiret, ecce videt multos nigros homines tamquam Ethiopes iter capere, et longo tractu onustos foeno saumarios comminare. Cumque eos curiosus inquireret, qui essent, cuiusve rei gratia haec iumentorum pabula pararent, demones dixerunt, nequaquam esse pecoribus alendis, sed fomenta potius ignium hominibus comburendis. Praestolamur enim in proximo principem Capuae Pandulfum, quia iam decumbit. His auditis vir
981. Dei, nuntium protinus ad moenia Capuana direxit, qui veniens Pandulfum iam mortuum repperit. Quo mortuo, mons Vesevus in flammas erupit, tantaque sulfureae resinae congeries ex ipso Vesuvio protinus fluxit, ut torrentem faceret, atque decurrente impetu in mare descenderet. *add.* 2.

a) Quo etiam tempore idem apostolicus (sanctus pontifex 1[b].) m. 1[b]. *ed.* b) praefato abbati (gratia h. *add.* 3.) c. o. p. s. concessit (contradidit *ed.*) 1[b]. *ed.* c) Per hos dies q. Capuani n. 1. *ed. hoc caput prius post c.* 82. *scriptum erat, sed ipse postea transposuit.* d) effecerant, conantes utique illud a monasterii dicione subtrahere, et ad sui iuris usus redigere. Sed cum abbati nil praevalere valerent, q. 1. *ed.* e) in Teanensi comitatu p. 1. 2. f) ex ea 1. *ed.* g) Venientes vero ad condictum locum, cum quantum illis visum fuerat quievissent, c. 1. *ed.* h) *add.* 1[b]. i) *ita* 1[b]. Mira dicturus sum, sine ulla tamen hesitatione verissima, utpote qui hoc ex unius illorum ore percepi. Ab 1. k) cum se iam venisse in f. h. t. p. 1. *ed.* l) respicientes 1. *ed.* m) i. reperissent . sicque c. pariter et 1. *ed.* n) ipsimet — contigerant *add.* 1[b]. o) *haec primo scripta erant statim post c.* 79. p) pontifex 1. *ed.* q) *deest ed.* r) et — perrexit *add.* 1[b]. s) b. nimis devotus p. 1. 2. t) ibat 3. u) *hic in cod.* 1. *incipit quat. ultimus, qui ipsius Leonis manu scriptus esse videtur.* v) item 1. w) venit, ac (*corr.* veniens, rursus) B. perrexit; et (*corr.* dehinc) exp. 1. x) m. u. a. c. *desunt* 1, 2. y) abiit, milites ab inde conducturus 1. *ed.* z) Gebeardus — comitantibus *add.* 1[b].

24) *quod etiam S. Crucis dicitur.* Leo IX. *palatii Susurriani.* Victor II. 25) Gatt. Hist. p. 252. 26) cf. Desid. Dial. I, 10. 27) Iul. 5. unde Aug. 8. Salernum profectus est test. Ann. Benev.

partem non modicam confecissent, idem episcopus ad imperatorem accedens, vehementerque super hoc illum redarguens, ut totus exercitus eius[a] reverteretur dolosus effecit; de propinquis tantum et[b] amicis apostolici quingentis circiter illum in partes has comitantibus[*].

82. Hoc anno[28] Guaimarius princeps coniuratione Amalphitanorum quos nimis indigne Cap. 85. 1052. tractabat[c], nec non et cognatorum[d,29] ac Salernitanorum quorundam, iuxta oram[e] maris Salernitani[f] occisus est, triginta[g] et sex plagis perfossus[30], et valde turpiter ac cum 30 magno ludibrio[h] per litus maris aliquandiu tractus, et civitas simul cum arce ab eis pervasa[31]. Sed post quintum diem[32], Normannis auxiliantibus, a Guidone fratre ipsius principis eadem[i] recepta civitas, et Gisulfo filio eius reddita est, trucidatis[33] auctoribus 33 tanti facinoris, quattuor scilicet cognatis eiusdem Guaimarii, et triginta sex aliis.

83. Hoc[k] etiam tempore Landenulfus et Adenulfus germani fratres nobiles Capuanae civitatis unacum Petro nepote suo simul ad hoc monasterium gratia conversionis venerunt, cunctasque facultates et hereditates seu possessiones suas quas in toto principatu Capuano habebant beato Benedicto exintegro obtulerunt[34]. Ecclesiam videlicet[l] sancti Nycolai intra Capuam cum omnibus pertinentiis eius; nec non et integras portiones suas quas habebant in ecclesia sancti Salvatoris et sancti Rufi similiter intra Capuam. Viridiarium[35] etiam quod est ad pontem Casulini. Curtem quae dicitur Calabrinae, cum ecclesia sancti Nicandri quae ibidem constructa est. Terras et molas in 35 fluvio Saone. Curtem in Sala[m], Adipsi Porcari. Curtem quae dicitur Rapedella cum silvis et paludibus sibi pertinentibus. Terras et silvas et prata ad ipsam[n] Auciam. Curtem in Calinulo circa praedictum Saonem. Curtem in loco qui dicitur Cervianum; et portionem de ecclesia sancti Iacobi, et de curte in loco Bucinu, cum ecclesia sanctae Anastasiae. Terras et silvas et paludes[o] in loco qui dicitur Rustinitu. Curtem in Cilicia cum sorte de ecclesia sancti Iohannis. Curtes et terras in finibus Liburiae, loco Porano[p] prope lacum Patriae. Fundum in vico Cupuli. Item fundos in casa Pesenna. Fundos in loco Felice. Terras in gualdo de Mataloni, et in Marcenisi, et in Mandrelle. Curtem iuxta Grecinianum, in loco qui dicitur Senosa[q]. Curtem in Laneo[r,36] ad pontem ruptum. 36 Terras in massa Valentiana; et universas casas[s] sibi intra Capuam pertinentes.

84. Reversus itaque abultra monte Romanus pontifex, ascendensque[t] iterum ad Cap. 87. 1053. hoc monasterium, valde suppliciter se fratribus[u] commendavit. Cumque[37] apud Sanctum Germanum honorifice hospitatus fuisset, rogatus a fratribus ut monastérium sancti 1052. Stephani quod supra Terracinam est illis restitueret, interrogavit utrum ad eos aliquando pertinuisset. Respondentibus, *etiam*, ostendi sibi expostulat. Mox itaque dialogo sancti Gregorii in medium exhibito, et ex vita beati Benedicti qualiter in visione illud idem pater construxerat demonstrato — aut[v] enim ignorabant, aut minime ad manum habe- I, 50. bant privilegium quod Agapitus papa exinde Baldoino abbati fecerat — *Vere* ait sanctus pontifex *iustissimum est quod requiritis;* moxque privilegium inde fieri Friderico cancel- Mai. 20. lario iussit, et ipsum monasterium cum omnibus suis nobis assignari constituit. Fecit[w] etiam eodem tempore huic monasterio et aliud praeceptum[38] de libertate navis huius 1053. Mai. 29. monasterii in portu Romano, ut omni tempore cum nauclero et universis nauticis suis maneat libera ab omnimoda condicione et debito pensionis. Post haec adiunctis sibi fere cunctis partium istarum milítibus[x], Apuliam cum Normannis dimicaturus perrexit,

*) Tunc temporis facta est commutatio inter eundem apostolicum et imperatorem de Benevento et episcopio Bambergense, sicut iam supra retulimus. *add.* 2. c. 46.

a) *deest* 4. b) *deest ed.* c) tractabant 4. d) c. ac *deest* 1. e) ora 1. *ed.* f) *deest* 1. 3. g) 36 p. p. *desunt* 1. h) l. corpus illius p. l. m. a. tractum. Sed N. adiuvantibus, a G. 1. i) p. recepta civitas . et Gisulfo filio eius reddita est. Per hos d. (*c.* 80.) 1. k) *hoc caput in marg. add.* 1b. l) *deest* 4. m) salam *ed.* n) ipsa ocia 1b. o) padules 1b. p) Paurano 1b. q) Fenosa 2. r) Laneto 3. s) *deest* 3. t) *ita* 1b. p. plus quingentos secum Lotheringos, bellicosos valde viros adduxit . veniensque i. 1. u) *deest* 4. v) aut — fecerat *desunt* 1. w) Fecit - pensionis *add.* 1b. x) nostratibus 1. *corr.* 1b.

28) Iun. 2. sec. Ann. Benev. 29) ex Amato III, 25. 30) ex eodem. 31) III, 26. 32) 5. *Id. Iun.* Amat. III, 28. quod vereor ne noster minus recte interpretatus sit. 33) Am. III, 31. 34) Regest. num. 336. ANG. 35) In chartula est *Verzario.* ANG. 36) Lanius fluvius, Latinis Clanius, vulgo *Lagno.* ANG. 37) Ex privil. papae quod edidit Gatt. Hist. pag. 117; dato ante iter in Germaniam susceptum. 38) ib. p. 144.

1053. anno[a] Domini millesimo quinquagesimo tertio[39]; et ex parte quidem apostolici Rodulfus
in Beneventanum principem iam electus, et Guarnerius Suevus signa sustollunt: Normanni[40] vero tres de suis statuunt turmas, quarum unam comes Humfridus, aliam
Iun. 18. comes Richardus, tertiam Robbertus agebat Viscardus. Inito autem certamine in planitie
maxima[b] quae iuxta Civitatem est, paulatim se subtrahentibus fugientibusque nostratibus, et solis qui ultra montes venerant remanentibus, cum diu ab his fortiterque pugnatum fuisset, omnibus tandem in ipso certamine trucidatis, Normanni[c] Dei iudicio extitére victores[d]. Dehinc Humfridus ad papam venit, et in sua illum fide suscipiens, cum omnibus suis Beneventum perduxit; promittens ut quandocumque Romam ire disponeret, ipse illum Capuam usque perduceret. Intravit autem idem papa Beneventum in vigilia
1054. Mart. 12. sancti Iohannis Baptistae, et stetit ibi usque ad festivitatem sancti Gregorii papae; ibique infirmatus, vocato praedicto comite, Capuam ab illo deductus est; ubi per dies 12 remoratus, accersito[e] tandem nostro abbate sui itineris comite, Romam rediit; ac post
Apr. 19. non multos dies[f] sancto fine quievit. Ad cuius tumulum plurima tunc temporis signa
41 Christus effecit[41]. Hic[g] sanctus pontifex inter innumera bonitatum suarum insignia, quandiu Romae moratus est, omni tempore tribus per ebdomadam diebus a Lateranis usque ad Sanctum Petrum privato habitu, nudis pedibus, cum duobus aut tribus clericis noctu psallendo et orando pergebat.

Cap. 88. Ian. 85. Eodem anno[42] gratia concordandi ecclesias Romanam et Constantinopolitanam, prudentissimos valde viros ad imperatorem Constantinum cognomento Monomachum apocrisarios transmiserat[h]: Fridericum[i] scilicet cancellarium suum, et Humbertum episcopum Silvae candidae, et Petrum archiepiscopum Amalfitanum. Qui[k] ad hoc monasterium primitus venientes, seque fratribus devotissime commendantes, ita demum viam suam profecti sunt. Quos imperator nimis honorabiliter suscepit[l], et in palatio per aliquot dies retinuit. Intra quod spatium nonnullas Grecorum hereses corrigere decertantes[m], tandem patriarcham Michahelem[n], et Leonem Acridanum episcopum[43] cum uni-
Iul 16. versis eorum sequacibus auctoritate apostolica anathematizaverunt. Sed cum iam intra[o] hos dies defuncto papa redire disponerent[p], imperialibus illos donis Monomachus[q] honorifice munerans, beato quoque Petro per eosdem dona non parva transmisit; insuper etiam ut omni anno binas auri libras de palatio eius hoc monasterium reciperet, illorum rogatu concessit. Quos prospere revertentes, Trasmundus[r] Teatinus comes per terram suam transeuntes[s] cepit, et universa quae ferebant cum magna iniuria auferens, tandem dimisit. Atque[t] ita Fridericus Romam reversus est.

Cap. 89. 86. Defuncto praeterea sanctae memoriae papa Leone, Hildebrandus tunc Romane ecclesiae subdiaconus, ad imperatorem a Romanis transmissus est; ut quoniam in Romana ecclesia persona ad tantum officium idonea reperiri non poterat, de partibus illis quem ipse tamen vice cleri populique Romani in Romanum[u] pontificem elegisset adduceret. Quod cum imperator assensus fuisset, et Gebeardum Aistettensem episcopum cuius supra
c. 81. meminimus Hildebrandus ex industria et consilio Romanorum expetivisset, tristis super hoc valde imperator effectus est; nimis enim illum carum habebat. Et cum eundem sibi omnimodis necessarium imperator assereret, et alium atque alium huic officio magis idoneum iudicaret, Hildebrando tamen ut alterum reciperet, persuaderi nullatenus potuit. Erat enim idem episcopus super id quod prudentia multa callebat, post[v] imperatorem

a) a. D. 1053. *add.* 1b. et ex — Viscardus *desunt* 1. b) *deest* 1. c) Humfrido duce, illorum tunc comite, *add.* 1. d) victores. Papa cum paucis ad Civitatem confúgit. Dehinc Humfridus poenitentia ductus ad p. 1. e) a. t. n. a. s. i. c. *add.* 1b. f) *deest* 4. g) Hic — pergebat *desunt* 1. h) *ita corr.* 1b. transmisit 1. i) Fred. 4. *semper.* k) Qui — sunt *add.* 1b. l) *ita* 1b. suscipiens et imper............donans, beato quoque Petro necnon et papae dona non parva per eosdem remisit. Cum iam ibidem per dies aliquot remorantes, et non nullas 1. m) sed non (*corr.* minime) praevalentes *add.* 1. *del.* 1b. n) Michalem 4. o) i. h. d. *add.* 1b. p) *ita* 1b. redire *et post vocem iam erasam* Teatinus c. *etc.* 1. q) Constantinus M. *ed.* r) *ita hic omnes; infra ed. et* 4. Transm. s) illos *add.* 1. *del.* 1b. t) Atque — est. *et maiorem capitis seq. partem supplevit* 1b. *erasis quae in* 4 *versibus scripta fuerant.* u) p. R. *ed.* v) secus 1b.

39) ita Anon. Casin. et Ann. Benev. 40) ex Amato III, 37. ubi alterius partis duces vocantur *Raynolfe et Raynier.* 41) ita Desider. Dial. III, 3. 42) m. Ian. ind. 7. data est Leonis epistola ad Michaelem patriarcham. Extat relatio legatorum, quam Leo vidisse potuit; nonnulla tamen aliunde ascivit. Cf. Petrum diacon. de viris ill. cap. 17. 43) Acrida vel Achris urbs est Macedoniae, metropolitana olim Serviae et Bulgariae. ANG.

potentior ac ditior cunctis in regno. Hunc ergo Hildebrandus invito licet imperatore, invito etiam eodem ipso episcopo, propter quod utique postmodum dictus est monachos non amasse, Romam secum adduxit, eique Victoris nomen imponens, Romanum papam 1055. cunctorum assensu constituit; cum iam ferme a transitu pape Leonis annus elaberetur. Qui[a] quoniam eidem praedecessori suo ut supra diximus impedimento maximo fuerat, quotiens a circumpositis molestiam aliquam patiebatur dicere solitus erat: *Merito haec patior quia peccavi in dominum meum*[b]. Comperiens itaque imperator Fridericum a Constantinopoli reversum magnam[c] valde pecuniam detulisse, cepit eum vehementer suspectum habere. Nam eo tempore fratri eius duci Gotfrido inimicissimus erat. Quapropter scripserat apostolico ut illum caperet, sibique[d] festinanter studeret transmittere. Quo per necessarios cognito[e] Fridericus, abbatem nostrum qui per[f] eos dies a Lucca ubi ad eundem imperatorem profectus fuerat, revertebatur, latenter apud Romam alloquitur, et ut se Casinum[g] perducere, ibique se monachum facere studeat, instantissime deprecatur. Quod[h] cum abbas gratantissime annuisset, praemissus cum omnibus suis ad monasterium est. Abbas vero post dies aliquot cum nuntiis imperatoris[i] qui ad principes mittebantur advenit. Mox igitur Fridericus in eorundem nuntiorum praesentia, pretiosa valde quibus tunc[k] utebatur indumenta proiciens, religionis habitum induit; et ut hoc de se per[l] eosdem missos imperatori nuntiaretur efficiens, fratribus se[m] de cetero sociavit[n]. Nec multopost, ut ad insulam transmitteretur[o] Tremitensem rogavit abbatem; quod et fecit. Dehinc cum pro quibusdam reprehensibilibus[p] que inibi repperat, abbati eiusdem loci coepisset ingratus existere: nequaquam ibi remorandum ratus, egrediens inde, ad monasterium sancti Iohannis quod Veneris cognominatur[44] perrexit; 41 ibique diebus aliquot commoratus est.

Per[q] idem tempus praefatus[r] abbas proclamavit in placito Cadeloi cancellarii Heinrici imperatoris[45], ubi erat cum multis episcopis et comitibus illarum partium, super 45 quodam Dodone qui retinebat de causa monasterii huius 700 modia de terra in comitatu Teatino, loco Ad casa Hildebrandi; et recollegit omnia. Eodem[s] tempore supradictus Trasmundus et Bernardus comites firmaverunt per sacramentum eundem abbatem de omnibus rebus sancti Benedicti in comitatu Teatino et Pennensi, quod neque ipsi illas invaderent, et contra omnes homines eas monasterio[t] nostro defenderent, apud monasterium sanctae Scolastice in Penne.

87. Hoc[u] etiam anno princeps Pandulfus iunior fecit praeceptum concessionis[46] in Cap. 90. hoc monasterio de castello quod Saraceniscum[v] vocatur, in confinio[w] Cominensi, cum 1054. Dec. omnibus adiacentiis et[x] pertinentiis eius, quamvis[y] idem castellum intra antiquos nostri monasterii terminos videatur esse constructum. Quem videlicet locum non multo ante Marsorum comites Oderisius et Rainaldus qui tunc Comino praeerant per cartulam oblationis cum finibus ac terminis eius beato Benedicto firmaverant[z]. Unde cum quidam Aquinenses contra abbatem super hoc murmurarent, pro eo videlicet quod ipsi prius eundem locum centum bizanteis comparaverant a quodam Berardo Marsicano, in hanc tandem convenientiam cum eo venerunt[*], ut sponte sua in quorundam iudicum praesentia omnem querelam et calumniam domno abbati de hoc refutarent, et quieti de caetero essent; proposita poena librarum argenti centum, si aliquando amplius de hoc contendere vellent, nisi quantum ipse illis per libellum concederet. Saraceniscum autem ea de causa ipsum castellum nuncupari fama est, quod cum idem Saraceni a

a) Et 1b. b) et item „Dignum est, inquit, ut quod fecit Saulus patiatur Paulus; quod egit lupus sustineat agnus" *add.* 1b. 2. c) ingentem 1b. d) festinanterque sibi 1b. e) gnito *etc. abscisa* 1b. f) per illos dies reversus fuerat, latenter a. R. *etc.* 1b. g) *hinc* 1 *pergit:* C. velle venire ibique monachum fieri confitetur. Praemissus ergo c. *etc. corr.* 1b. h) deprecatur. Praemissus igitur cum 1b. i) regis 1. *corr.* 1b. k) clericus 1. *corr.* 1b. l) se regi n. 1. *corr.* 1b. m) f. de c. nunciavit 4. n) sociavit. Hisdem ipsis diebus Victor genere Teutonicus Romanus pontifex ordinatus est . et hoc anno princeps Pandulfus iunior praeceptum concessionis fecit abbati de castello quod Saraciniscum vocatur. 1. *Quibus expunctis pergit* 1b.: Qui tamen nequaquam adhuc de imperatoris ira securus, ad tutiorem se locum conferre meditabatur. Nec — commoratus est. o) T. t. 1b. *ed.* p) reprehensilibus 2. q) Per — omnia *desunt* 1. r) procl. p. a. *ed.* s) Eodem — Penne *add.* 1b. t) e. sancto Benedicto d. 1b. *ed.* u) *hoc caput add.* 1b. *cf. supra not.* n. v) Saracin. 1b. Sarracen. 4. w) pertinentia 1b. x) sive 1b. *ed.* y) quamvis — constructum *desunt* 1b. z) contulerant 1b. *) *sequentia abscisa sunt* 1b.

44) Situm est in agro Lancianensi. ANG. 45) ep. Numburgensis ut videtur, qui *cancellarius Romani palatii* appellatur in dipl. imp. quod 1443. Nov. 20. in Ingelenheim accepit. 46) Gatt. Acc. p. 151. Situm est in valle altis montibus obsita; modo S. Blasii etiam castellum appellatur; ib. p. 752.

facie nostrorum tempore illo quo de Gariliano eliminati sunt, fuga dilapsi fuissent, caeteris interemptis, aliquanti ex eis ad ipsum tandem locum pervenerant[a], ibique aliquandiu latitantes, praedas nonnullas a vicinis habitatoribus clanculo ac si latrunculi abigebant. Quod cum a quodam captivo illorum transfuga Soranis innotuisset, eodem transfuga duce ad eorum latebras mane summo perveniunt, illosque licet somnolentos adhuc conantes resistere, universos gladiis trucidarunt.

Cap. 91. 88. Per[b] idem tempus, praefatus comes Trasmundus graviter infirmatus, et monachus effici cupiens, Richerium ad se venire rogavit. Cui[c] sese suppliciter tradens, multamque illi pecuniam offerens, tria sui iuris castella sancto Benedicto in territorio[d]
1055. Oct. Teatino concessit[47], quorum vocabula sunt: Mons Alberici, Frisa, et Muccla[48], cum portu et piscatione sua, et cum ecclesiis sanctae[e] Mariae, et sanctae Luciae, et sancti Blasii, et omnibus omnino rebus ac pertinentiis eorundem castellorum et[f] ecclesiarum; quod sunt quinque milia quingenti modii[g] de terra; ecclesiam quoque sanctae Iustae, cum omni pertinentia sua, quod sunt modii[g] quingenti; simul etiam concessit huic monasterio in territorio Pinnense in[h] castello quod vocatur Lastenianum unam ecclesiam
49 sancti Nycolai, cum omnibus similiter pertinentiis eius, idest modii[g] terrae tria milia[49]. Sed cum praedictus papa transisset Anconam, abbas ad illum eiusdem Trasmundi causa profectus est. Cumque ad monasterium sancti Liberatoris[50] illum venisse Fridericus agnovisset, perrexit ad eum, et penitentia maxima ductus rogavit, ut Casinum illi reverti liceret. Quo mox impetrato Fridericus, huc extemplo regressus est; abbas vero iter quod inceperat peragere festinabat. Qui cum iam dudum febribus non modicis estuaret, ac metu mortis reditum in dies acceleraret, Aternum veniens, tertio[i] Idus
Dec. 11. Decembris, nimia vi febris extinctus est. Fratres vero qui cum illo erant, nichil morati, tollentes illum eádem hora, cum media nox esset, iter arripiunt; et ad monasterium sancti Liberatoris summo mane pervenientes, eiusque[k] honorabiliter exequias facientes, in sepulcro quo abbas Theobaldus praedecessor suus humatus fuerat eum recondunt, anno[l] Domini 1055.

Cap. 92. 89. Hic abbas inter cetera, ecclesiam sancti Benedicti plumbeis tabulis cooperuit, palatium ab orientali parte monasterii 68 cubitorum incępit, et usque ad solarium perduxit. Ante ecclesiam vero in circuitu atrii, deambulatorios arcus cum columnellis lapideis[m] fecit. Et licet ipse propter innumeras circummanentium oppressiones sicut ex parte ostendimus laborare in monasterio non potuerit, initium tamen et materia omnis laborum praesentium ipse fuit, quando suo studio et industria, meritis tamen beati Benedicti adiuvante se Deo terram istam de manibus Normannorum eripuit. Fratribus igitur qui cum illo fuerant mox eo sepulto ad monasterium reversis, habito ad invicem universi consilio, elegerunt de congregatione domnum Petrum religiosum valde et honestissimi habitus virum; eumque licet invitum et renitentem, ac senectutem niveam tanto officio minus idoneam obiectantem, libentiusque[n] se decaniam resumere quam abbatiam suscipere asserentem, abbatem sibi constituunt; paucissimis[o] admodum in hoc dissen-
51 tientibus, et domnum Iohannem cognomine Marsicanum[51] qui tunc Capuae praepositus[p] erat, digniorem huic ministerio[q] iudicantibus; quamvis ipse praecavens ac timens hoc onus sibi imponi, obstinate super[r] altare iuraverit, nunquam se ipsam abbatiam suscipere aliquátenus consensúrum.

a) pervenerint *ed.* b) Post non multos dies praefatus Tr. 1. Apostolicus interea mox ut papatum adeptus est ultra montes evestigio rediit; ibi iam imperatorem languentem reperiens, usque ad obitum eius cum ipso permansit; filioque parvulo quem in manus eius pater reliquerat regni totius optimates iurare faciens, eumque in regno confirmans, reversus in Tusciam est. Per hos dies supradictus Tr. 1[b]. *quae pariter postea delevit. In hoc capite multa diversis temporibus et addita sunt et mutata, quae singula annotare superfluum duxi.* c) Qui 2. d) torio Teatino *abscisa* 1[b]. e) sanctae — Blasii *desunt* 1. f) et e. *desunt* 1. g) modia 1. h) P. in castello (*corr.* P. castellum) q. v. L. cum 1. i) IIII 4. t. I. D. *desunt* 3. III *Necrol. Casin.* k) eique *ed.* l) a. D. 1055. *add.* 1[b]. m) marmoreis 1. n) libentiusque — asserentem *add.* 1[b]. o) paucissimis 1. paucis 1[b]. p) e. p. 1. *ed.* q) monasterio *ed.* r) per corpus beati B. i. 1. *corr.* 1[b].

47) *Actum in Teate.* Gatt. Acc. p. 154. Filium se dicit Attonis (cf. Hist. p. 84.) comitis et Gislae. Eccl. S. Iustae ibi non commemoratur. 48) *Muccla S. Quirici cum portu* 10 *navium* Victor II. ap. Gatt. Hist. p. 146. 49) *Actum in Pinne;* ib. p. 155. 50) cui idem Trasmundus tunc donationem fecit, m. Dec. *Actum in Teate.* Gatt. Hist. p. 84. 51) eadem patria fuit Iohanni illi, qui a. 1058. abbas S. Vincentii factus est, quare ab hoc eum non diversum fuisse existimo; v. infra c. 97.

Petrus quintus[a] et tricesimus huius monasterii abbas, sedit anno uno et[b] mensibus 5.

90. Hic a pueritia monachus, et[c] ecclesiasticis usibus non mediocriter eruditus, (Cap. 93.) adeo religiosis et honestis moribus crevit, et tam angelici vultus et reverendi habitus extitit, ut imperator Heinricus eo tempore quo ad hoc monasterium venit, transeunti illi ante se, satis humiliter assurrexerit; testatusque sit nunquam se in toto regno monachum honestiorem eo[d] vidisse. Comperta[e] igitur exabbas noster Basilius apud Salernum Petri ordinatione, mox Capuam venit, et magnam valde principi pecuniam offerens, ut hanc sibi abbatiam redderet orare obnixius cepit. Sed princeps quoniam in Petri electione consenserat, hoc se nequaquam posse facere asseverans, apud monasterium nostrum Capue illum manere constituit. Ita prudens, immo[f] fatuus vir et Salernitanam abbatiam amisit, et hanc adquirere nequaquam promeruit. Post aliquot vero dies a fratribus nostris princeps conventus cur abbatem in nostra cella constituisset, invitum se hoc fecisse et quodammodo coactum respondit. Si ipsi[g] tamen eum in suo monasterio recipere vellent[h], sibi gratissimum fore. Ita demum praedictus Basilius ad hoc monasterium veniens, et virgam abbatiae quam eatenus retinuerat humiliter reddens, post paucos dies ad Vallem luci transmissus praepositus est.

Per hos dies Heinricus[i] et Rolandus germani fratres Lucensis civitatis viri nobiles[52], (1056 Sept. 21.) obtulerunt in hoc monasterio ecclesiam sancti Georgii, quae intra eandem civitatem in eorum patrimonio sita est, prope posterulam quae dicitur Guirigala, ad monasterium inibi constituendum, cum[k] horto, et puteo, et casis, et cum universis tam intus quam extra non minimis ipsius ecclesiae rebus ac pertinentiis[53]. Ad quod videlicet monaste- (53) rium construendum sive ordinandum, transmissus est domnus Iohannes, genere atque cognomine Apulus, qui in nostro hoc monasterio decanatus officio tempore non modico (Desid Dial. I, 3.) functus est. Vir supra caetera bonitatum suarum insignia, compunctionis et lacrimarum gratia munere divino ditatus: qui cuius apud Deum meriti fuerit, non debet videri superfluum si vel breviter ex his quae pro certo nobis comperta sunt ostendamus. Denique cum fama sanctitatis eius longe lateque crebresceret, mulier quaedam diro possessa demonio ad illum perducta est, rogatusque idem vir Dei a perductoribus magnis precibus, ut pro ea Dominum exoraret. Qui ut erat benivolus nimisque compatiens, mox congregatis fratribus, oratorium est ingressus; et cum aliquantisper fuisset oratum, lacrimis eius et singultibus miseratio divina placata, mulierem fugato demone sanam redire concessit ad propria. Praeterea cuiusdam illustris viri Lucensis uxor, valida per aliquot dies infirmitate detenta, ad id tandem nimia vi languoris devenerat ut per triduum iam sine voce ac[l] sensu recubans, nichil minus quam mortua putaretur. Quoniam igitur humana omnis fiducia omnino defecerat, ad divina subsidia propinqui mulieris se conferunt, atque ad praefatum virum Dei, ut pro ea Domino supplicare dignaretur, supplices mittunt. Benignus itaque vir nequaquam moratus, mox vestibus sacris indutus salutarem hostiam pro illa Domino oblaturus accessit. Cumque ad eum locum canonis pervenisset quo vivorum solent nomina recenseri, eamque multa cum devotione nominatim ac specialiter Domino commendaret, illa procul a monasterio in domo propria velut exanimis decubans, sacerdotis vocem se memorantis audivit, statimque illi quasi iuxta lectulum stanti, veluti e gravi somno experrecta festinanter respondit. Obstupefacti qui aderant sollicite coeperunt ab ea requirere, quidnam diceret, vel cui tam insolite respondisset. Illa vero: *Numquidnam* inquit *domnum Iohannem venerabilem praepositum hic non stare vidistis? numquid non etiam vocem illius me inclamantis audistis?* Ad huiusmodi mulieris verba attoniti simul et gaudentes qui aderant, mox ad monasterium mittunt, et quid pro ea Dei famulus ageret diligenter inquiri praecipiunt. Qui venientes, inveniunt praefatum virum Dei sanctis altaribus assistentem, proque illa missarum Domino sollemnia celebrantem; certumque constitit, eadem hora illam ad se

a) q. et t. h. m. *add.* 1b. b) *add.* 4. c) et eruditus *add.* 1b. d) *deest* 1. e) *ita* 1b. vidisse. Qui quidem imperator sequenti anno defunctus, Heinricum filium adhuc puerulum regni successorem reliquit. Post cuius mortem Victor papa praedictum Fridericum de monasterio ad se accersiens, et universa quae illi Trasmundus fecerat diligenter addiscens, eundem *etc.* (c. 91.) 1. f) i. f. *deest* 1b. g) Si ipse Casinum venire, et eum recipere vellet, s. 1b. h) vellet 2. i) *sequentia abscisa sunt* 1b, *sed quae de Iohanne narrat, nunquam ibi scripta fuisse apparet.* k) c. h et p. et c. *desunt* 3. l) et *ed.*

52) filii Sisemundi et Bertae. Cf. infra III, 61. 53) Gatt. Acc. p. 200.

reversam, locutamque fuisse, qua Dei famulus eam in loco canonis solito memorasset,
et gratias omnipotenti Domino maximas referentes, reversi ad eos qui se miserant, rem
51 pro certo sicut contigerat palam omnibus retulerunt. Mulier[54] vero eadem incolumitati
mox pristinae restituta, una cum iugali suo mira semper hominem Dei devotione percoluit.
Ferebatur etiam idem vir Dei huiusmodi gratia praepollere, ut si ex aqua qua
post missarum sollemnia manus ablueret, aliquis in potum febreticus fideliter sumeret,
nullum deinceps in eo febris ius exercere potestatis valeret. Anselmus tunc eidem civitati
episcopus praeerat, vir tantae auctoritatis atque prudentiae, ut Romanam postmodum
feliciter rexerit sedem. Hic cum quodam tempore ardore febris vehementissimo
estuaret, repente memoratus est hoc quod iam dudum de praedicto viro Dei fama multorum
vulgante perceperat. Misitque continuo qui ex aqua eadem clanculo sibi deferret.
Quam mox ut in potum accepit, nulla interposita mora, omnis ab eo valitudo illa febris
aufugit, idque praefatus antistes ad gloriam Dei et commendationem tanti viri saepe
referre solitus erat. Multa etiam alia de virtutibus praedicti Dei famuli referuntur, sed
non sunt neque temporis neque codicis huius.

Cap. 94. 1056. 91. Audiens[a] praeterea apostolicus et insperatum obitum Richerii et Petri praepro-
peram[b] electionem, valde graviter tulit, moxque litteras huc blanditiis primum, demum
vero redargutionibus plenas direxit; nequaquam nos absque illius consilio ac voluntate
imperatoris electionem ipsam[c] debuisse facere asserentes. Quamobrem duo fratres ad
eum qui omnem illi rei huius veritatem seu necessitatem exponerent, ex parte abbatis
et fratrum directi sunt. Ad imperatorem etiam de eadem re protinus sunt legati transmissi.
Interea[d] apostolicus ultra montes profectus, ibique iam imperatorem languentem
Oct 5. reperiens, usque ad eius obitum cum illo est remoratus, filioque parvulo quinque[e] circiter
annorum quem in manu[f] eius pater reliquerat regni totius optimates iurare faciens,
1057. eumque in regno confirmans, reversus tandem in Tusciam est. Fridericus dehinc comperto
imperatoris obitu iam fiducialiter ad papam accessit, et universa quae illi Trasmundus
fecerat pleniter referens, eundem Trasmundum excommunicari fecit. Demum
vero idem[g] Trasmundus absolutionis suae causa Romam pergens, et fere omnia[h] quae
Friderico abstulerat referens: cum[i] post magnam satisfactionem se absolvi obtinuisset,
Apr. 27. suggerente eodem Friderico atque Humberto, conventus a papa atque admonitus, castellum
nomine Frisa quod uxor eius sancto Benedicto concesserat, isque post eius mortem
invadendo abstulerat, in manu[k] eiusdem papae sponte refutavit, et[l] in ius monasterii
huius restituit[55]. Et quoniam ut supra iam dictum est idem apostolicus nimis
56 indigne tulerat quod absque sua scientia praedicti abbatis electio esset effecta[56], super
haec etiam relatum illi a quibusdam invidis fuerat in eandem electionem non omnes
monachos consensisse, eumque seditiose et nequaquam canónice ad id officium promotum
fuisse; occasionem nactus, mandat eidem abbati ut Romam quantocius cum 12 ad
se monachis vadat, et ita de sua ordinatione rationem sibi oportunissimam reddat.
Cumque sicut mandatum fuerat profectus ad illum abbas fuisset, vix iam post biduum
in eius camera cum duobus tantum fratribus intro ire permissus est. Honorifice[m] tamen
receptus, cum inter loquendum nonnumquam mentis suae commotionem apostolicus
demonstraret, reverti tandem ad monasterium iussus est; ut ibi in praesentia totius
conventus sive per se ipsum idem pontifex, sive per nuntios suos causam illius pleniter
exquisitam addiscens, demum quod esset canonicum diffiniret. Igitur abbate regresso,

a) Audiens — excommunicari fecit *add.* 1^b. b) repentinam 1^b. *deest* 2. c) *deest* 1^b. d) Post haec a. 1^b. e) q. c. a. *deest* 1^b. f) manus 1^b. g) *add.* 1^b. h) et universa q. 1. *corr.* 1^b. i) cum — obtinuisset *add.* 1^b. k) manus 1. l) refutavit. Post haec cum papae a quibusdam invidis relatum fuisset in abbatis electionem non omnes fratres consensisse, eumque seditiose et nequaquam canónice promotum fuisse, mandatur ei ut ad proximam synodum veniat (*corr.* ut Romam vadat), deque sua electione his quae sibi obiciuntur, oportune respondeat. Rogatus itaque dux Adenulfus, unacum illo Romam abiit, idque demum ab apostolico impetravit, ut non in Romana synodo, sed in Casinensi capitulo, missis a látere suo viris prudentibus abbatis causam discuteret; exacta ab illo promissione, ut si verum posset probari unde apud illum insimulabatur, sponte cederet abbatiae. Celebrata igitur synodo, et abbate regresso, missi sunt ex parte papae Humbertus et Fridericus ad monasterium. Qui ipso die sancti pentecostes capitulum fratrum ingressi — pronuntiant — eis — referunt 1. refutavit. Et quoniam *etc. ut ed.* 1^b. m) Honeste 1^b.

54) *Mulier — percoluit* desunt ap. Desid. 55) v. privil. Victoris II. Gatt. Hist. p. 146. 56) aliam causam produnt Chr. Vult. p. 154. *quia nimis simplicissimus,* et Amatus III, 46. *non fu trop expert de chozes seculeres.*

non multopost missus est ex parte papae Humbertus episcopus[a] ad monasterium, dato illi praecepto ut diligentissime causa ipsius ordinationis investigata, si quam forte inibi occasionem reperire[b] valeret, mox abbatem absque ulla procrastinatione deponeret: quod si contra dicere aliquomodo praesumeret, tam ipsum quam et omnes suos fautores apostolica excommunicatione feriret. Ita ad subiugandam sibi violenter abbatiam animum papa intenderat; cum numquam aliquis ante illum Romanorum pontificum hoc attemptaverit[c]: sed libera ab initio permanente, abbatis quidem electio monachis, papae vero sacratio tantummodo pertinuerit. Ipso itaque die sancti[d] pentecostes praedictus[e] Humbertus capitulum fratrum ingressus, apostolicam illis benedictionem si obedientiae filii esse vellent pronuntiat. Ea die nichil ab eo quaesítum, sed pasca[f] sollemniter celebrato, secunda feria propter quid[g] venisset aperuit; et quid olim[h] apostolico de illis deque illorum abbate relatum fuerit ordine retulit; voluntatem[i] illorum agnoscere et responsum recipere quaerens. Responsum itaque[h] a prioribus est, Casinensis[k] abbatis electionem et[l] regulae auctoritate et concessione apostolica nulli omnino mortalium nisi propriis monachis pertinere; liberam auctore Deo hanc domum, nulli condicioni obnoxiam aliquatenus esse; electionem quam concorditer fecerant ratam omnimodis atque canonicam, et qualiter monastica regula praecipit, et qualiter universorum fere antecessorum suorum apostolicorum auctoritas constituit, se fecisse. Nulli[m] ambitioni locum aliquem in ea ordinatione fuisse. Neminem porro[h] de suis neque honestiorem, neque religiosiorem, neque meliorem denique in abbatem eligendum invenire se[h] potuisse. Invito[n] illi et omnimodis renitenti officium istud impositum esse; omnesque unanimiter in eius praelatione concordes existere. Seditionis[o] vero consuetudinem Dei gratia in hoc monasterio numquam fuisse. Nullius demum imperio[p] alterum super[q] sese consensuros recipere. Huiusmodi ratione percepta episcopus siluit, nil quod contradiceret aliquatenus pervidens; et eo etiam die ita[r] discessum a capitulo est.

1057. Mai. 18. Mai. 19.

92. Interea quattuor tantum quidam de fratribus nimis[s] haec indigne ferentes, et ob hoc solum ut abbatem deponeret[t] apostolicum nuntium venisse putantes, tam abbate quam ceteris ignorantibus, ineptissimo inter se consilio habito, mandant protinus; et omnes fere huius terrae incolas ad arma éxcitos die altero quasi in àbbatis auxilium advocant. Cum[u] ecce die sequenti cum omni pace a capitulo surgentibus, subito diversis armáta telis advenit innumera multitudo frementium, et quî essent qui abbatem illorum vellent deponere inquirentium, eósque perdere cupientium. Quod fortasse fecissent, nisi abbas ad illos egressus, vix tandem multis rationibus ostensis, eorum saevitiam repressisset; adiciens: *Nunc usque nemo michi abbatiam tollere potuit; sed vos hodie vestra stultitia, michi illam eripuistis.* Quod[v] pro certo verissimum fuit. Nam praedictus[w] episcopus iam iamque recedere, nulla contradictione super eius ordinatione inventa parabat. Hac igitur sola tandem occasione reperta[x], omnes pariter fratres in abbatis cameram convocat[y], deque tanta sibi[z], Romanis videlicet[z] nuntiis ante[*] ipsas Romanorum ianuas facta iniuria, proclamando[a] conqueritur. Huic etiam monachi iuncti, et sibi quoque nichilominus eandem factam iniuriam contestantur; nolle se abbatem amplius[b] qui non per illos sed per terrae homines haberetur, asseverantes[c]. Inde[d] simul omnes in capitulum redeuntes[e], coepit idem Humbertus[f] sub districtissima anathematis indictione perquírere quînam[g] fuissent tantae seditionis auctores. Cumque tam abbas quam caeteri fratres huiúscę rei se prorsus ignaros constantissime faterentur, et ille[h] super hoc negotio nimis instaret: surgentes tandem illi quattuor fratres, seque de more monasterii terrae humiliter prosternentes, se tantum, ceteris ignorantibus huius[i] facinoris auctores

Cap. 95. Mai. 20.

a) H. et Fridericus 1^b. *quod postea correxit et pluralem numerum in sing. ubique mutavit; scriptor tamen cod.* 2 valerent, deponerent, ferirent *scripsit.* b) reperiret 3. c) attemptare praesumpserit 1^b. d) *deest* 4. e) praedicti legati apostolici 1. *corr.* 1^b. f) pentecosten 3. g) quod *ed.* h) *add.* 1^b. i) voluntatem quaerens *add.* 1^b. k) Casinensis — fecisse *add.* 1^b. l) el. conc. apostolica 1^b. m) Nulli — fuisse *desunt* 1^b. *f. abscisa.* n) invito esse *add.* 1^b. o) S. v. c. *add.* 1^b. *reliquis abscisis.* existere. Et eo etiam die ita discessum est 1. p) imperium 4. q) *add.* 4. r) *deest* 4. s) f. non bene sibi fidentes, et ob 1. t) deponerent apostolicos missos 1. *corr.* 1^b u) *ita* 1^b. Surgentibus autem cum o. p. a cap. die s. ecce multitudo inn fr. 1. v) *ita* 1^b. Quo ...... missi apostolici una cum omnibus (?) fratribus in c. a. conveniunt 1. w) praedicti legati *corr.* praedictus episcopus 1^b. x) r. convocatis fratribus omnes pariter in camera abbatis conveniunt 1^b. y) vocat *ed.* z) *deest* 1. *) a. i. R. i. *add.* 1^b. a) i. magnis valde proclamationibus cónqueruntur. His e. 1. b) *add.* 1^b. ampl. abb. 1^b. *ed.* c) *add.* 1^b. d) *ita* 1^b. Post haec o. pariter in 1. e) reversi, coeperunt 1. abeuntes c. i. H. 1^b. f) ac Fridericus *add.* 1^b. *sed ipse expunxit.* g) *ita* 1^b. qui essent 1. h) apostolicae sedis nuntii — instarent 1. *corr.* 1^b. i) hoc facinus instigasse c. s. 1.

1057. fuisse[a] confessi sunt. Commoti fratres, de claustro[b] monasterii protinus illos exturbant,
atque apud hospitum[c] domum in gravioribus eos culpis constitui[d] mandant. Abbas
interea Humbertum[e] latenter alloquitur, libenter se abbatiam dimittere pollicetur, dari
Mai. 22. sibi locum ubi decenter possit consistere flagitans. Tertia post haec die coram cunctis
fratribus in ecclesiam veniens, et virgam super altare ponens, abbatiam tali[f] ordine
Mai 23. refutavit. Altera[g] vero die, idest sexta feria post pentecostén, in capitulum universi
fratres convenientes, praesidente[h] praedicto Humberto apostolicae sedis legato, coepe-
runt de eligendo sibi abbate tractare. Uno igitur tandem consensu et unamini volun-
tate, Fridericum omnibus eligere complacet; qui cum et nobilitate ac sapientia magna[i]
polleret, quod his quoque[k] praecipuum esset, monachus eiusdem congregationis existeret.
Quod cum Humberto quoque episcopo satis laudabile videretur, mox ab eo fratribus
traditus, ingenti gaudio et exultatione cunctorum, de more monasterii abbas electus est,
anno[l] Domini 1057.

Fridericus natione Lotheringus, tricesimus sextus abbas coenobii huius, sedit mensibus decem.

Cap 96. 93. Qui ex regali progenie ducens originem, a puero liberalibus litterarum studiis
57 eruditus, atque apud ecclesiam sancti Lamberti[57] canonicus conversatus est. Dehinc a
Leone papa cancellarius sedis apostolicae ordinatus, post eius obitum ad hoc monaste-
rium venit; ac demum ordine quo supra relatum est, loci huius[m] abbatiam recepit.
Post decem igitur dies paratis omnibus itineris necessariis, assumptis octo fratribus, una
cum episcopo Humberto gratia consecrationis suae ad papam profectus in Tusciam est.
Super quo postquam apostolicus nimis exhilaratus est, universa ei per ordinem quae
vel qualiter gesta fuerant, retulerunt; religionem et conversationem nostrorum, ac loci
Iun. 14. istius dignitatem Humberto plurimum collaudante. Sabbato itaque in ieiunio[n] Iunii
mensis cardinalis presbyter de titulo sancti Chrisogoni ordinatus, in nativitate vero
Iun. 24. sancti Iohannis abbatiae est consecrationem adeptus, atque usque ad festivitatem sancti
Iul. 23. Apollinaris cum eodem est apostolico remoratus. Quo etiam tempore privilegium ab eo
per manus praefati Humberti recepit, in quo translatam ad se a Petro saniori fratrum
58 consilio abbatiam idem apostolicus valde collaudans[58], apostolica illi[o] hanc auctoritate
iuxta consuetudinem antecessorum suorum firmavit. Usum quoque illi sandaliorum cae-
terorumque insignium, iuxta quod sanctus papa Leo dudum concesserat abbati Richerio,
eadem auctoritate concessit. In omni praeterea conventu episcoporum ac principum
superiorem universis abbatibus sedem, et in consiliis eorum atque iudiciis priorem
nichilominus sui ordinis hominibus sententiam, et illi pariter et successoribus eius aucto-
ritate simili roboravit. Quod et ipse postmodum similiter tempore pontificatus sui coeno-
bio huic, et per ipsum omnibus deinceps coenobii huius abbatibus coenobialiter pro-
movendis cum sollemni privilegio[59] in perpetuum delegando firmavit. In quo etiam
praeter caetera seditiones quas dicunt levas, seu depraedationes quas hic in abbatis
dormitione fieri solere expertus fuerat, ne aliquomodo deinceps fierent severissime
interdixit.

Cap 97. 94. Cumque petita remeandi licentia Romam venisset, dominica sequenti apud
Iul. 27. Sanctum Petrum missam sollemniter celebrans, ingenti Romanorum multitudine comita-
tus ad titulum suum de more cardinalium cum laude perductus est; dehinc ad Palla-
60 riam[60] ubi hospitabatur non[p] dissimili prosecutione profectus. Ubi cum usque ad quin-
Iul. 31. tam feriam ornamentorum adquirendorum gratia substitisset, et omnibus iam ad rece-
dendum paratis Urbem protinus exire pararet, subito Bonifatius Albanensis episcopus
Iul. 28. festinus a Tuscia rediens, obitum Urbi Romani pontificis nuntiavit. Tali mox nuntio

a) se fuisse *ed.* b) de monasterio 1. *corr.* 1[b]. c) piretum 1. h. d. 1[b]. d) allégant 1. c. m. 1[b]. e) Fridericum ac socium 1. *corr.* 1[b]. f) a. apostolicis nuntiis r. 1. a. t. o. r. 1[b]. g) Quinta vero feria pentecostes 1. *corr.* 1[b]. h) praesidentibus H. et F. a. s. legatis 1. *corr.* 1[b]. i) s. nec non religione p. 1. s. m. p. 1[b]. k) *deest* 1. l) a. D. 1057. *add.* 1[b]. *Ibi in media pagina desinit cod.* 1. m) *add.* 4. n) ieiuniis m. I. *ed.* o) illa h. consuetudinem auctoritate a. s. f. 3. p) cum 4.

57) Leodii. 58) *electionem ad regimen coenobii praefati saniori consilio omnium fratrum in praesentia responsalis nostri a Petro monacho aliquorum pravorum conspiratione electo in te translatam collaudantes confirmamus.* Victor II. in privil. ap. Gatt. Hist. p. 145. s. d. 59) Reg. n. 27. ANG. 60) v. infra III, 36.

consternatus restitit, et ita demum paulatim ac pedetemptim frequentari a Romanis tam 1057. clericis quam civibus coepit. Residuum itaque diei illius, et nox integra cum die sequenti ab his in consiliis huiusce[a] rei peracta: consultus tandem ab eis quid facto opus esset, vel quem eligere ad tantum pontificatum deberent, quinque illis personas quae digniores in istis partibus essent, ad quem vellent eligendum proposuit. Humbertum scilicet episcopum sanctae Rufinae, episcopum Veliternensem[61], episcopum Perosinum[b], 61 episcopum Tusculanensem[62], et Hildebrandum[c] Romanae ecclesiae subdiaconum. Sed cum Romani neminem sibi de his idoneum ad hoc videri censerent, eique demum tantum se honorem largiri velle assererent: *De me* inquit ille *nil poteritis agere nisi quod permiserit Deus, et absque illius nutu neque concedere neque tollere michi officium*[d] *istud potestis.* Fuere tamen qui Hildebrandum[e] adhuc apud Tusciam ubi cum apostolico fuerat remorantem, oportune dicerent expectandum. Caeteri[f] vero moras aliquas nequaquam esse congruas iudicantes, uno omnes consilio ac voluntate concordi summo mane abbati simul conveniunt, eundemque Fridericum[g] violenter a Pallaria extrahentes, ad Aug. 2. electionem faciendam ad beati Petri quae Ad vincula nuncupatur basilicam illum perducunt. Ubi[h] eius vocationem de consuetudine facientes, Stephanum eum quoniam festum sancti Stephani papae eo die celebrabatur, appellari decernunt; sicque universa Urbe cum laudibus prosequente, ad Lateranense patriarchium illum deducunt. Die vero altera illucescente, cardinalibus universis simul cum clero populoque Romano ad eum Aug. 3. convenientibus, apud beati Petri basilicam ingenti cunctorum laetitia summus et universalis pontifex consecratur. Post haec remissis ad monasterium fratribus, et duobus tantum ad serviendum sibi retentis, mandat praeposito nostro ut cum 12 monachis quos litteris ipse significabat, ad se protinus pergat; ut tam de se quam de illis commune consilium habeat. Profecti itaque omnes ut iusserat sunt, atque post dies ferme decem reversi. Per quattuor igitur continuos menses Romae moratus, ac frequentibus synodis clerum Urbis populumque conveniens, maximeque pro coniugiis clericorum ac sacerdotum, nec non et consanguinearum[i] copulationibus destruendis nimio zelo decertans, ad hoc tandem monasterium in festivitate sancti Andreae cum non parva Roma- Nov. 30. norum manu reversus est, et usque ad festivitatem sanctae Scolasticae commoratus. 1058. Et quoniam vitium proprietatis paulatim in hoc loco a prioribus annis irrepserat, coepit Feb. 10. omnimodis insistere oportune importune, arguendo, obsecrando, increpando, nec non et districtissime interminando, ut praedictum vitium hinc iuxta mandatum regulae radicitus amputaret; et hoc quidem ex parte maxima fecit. Tunc etiam et[k] Ambrosianum cantum in ecclesia ista cantari penitus interdixit.

95. Per hos dies Pandulfus Marsorum episcopus vir nobilis et ecclesiasticus ad hoc Cap. 98. monasterium venit, atque ab eo nimis honorifice amanterque receptus est. Cui[l] etiam 1057. et privilegium episcopale fecit[63], et in hoc monasterio[m] locum illi primum post se in Dec. 9. omni conventu concessit. Qui videlicet episcopus obtulit in hoc loco planetam scaramanginam[64]; pluviale diasprum cum lista aurea; faciem altaris purpuream cum listis 64 et gemmis; turibula argentea duo; calicem aureum cum patena sua; aquaemanilia argentea duo; incensorium de argento unum; crucem argenteam parvulam cum ligno Domini; situlam argenteam unam; pallium[n] magnum unum cum leonibus ad appendendum, et unum tapetum optimum, et alia nonnulla quae scribere superflua duximus. Et sic societate ac benedictione fratrum percepta reversus est, semper ex eo tempore familiarissimus et devotissimus circa locum istum existens. Marinus etiam Traiectensis 1058 comes eisdem diebus obtulit in[o] hoc monasterio totam et integram portionem suam, Ian. idest quartam partem totius comitatus Traiectensis, et medietatem castri Spinii[65], et quartam partem de castro Fracte[p], nec non et monasterium sancti Marini[66] quod[q] in 66 pertinentia eiusdem Fractensis[r] oppidi situm est, cum universis omnino substantiis ac

a) huiuscemodi *ed.* b) Perusinum 2. c) Hildepr. 2. d) *deest* 2. e) Hyldepr. 2. f) Ceteras 4. g) Fred. 2. h) Ibi 4. i) consanguineorum 3. k) etiam Ambrosii c. 4. l) Qui 2. m) monasterium 2. n) unam cum leonibus. P. m. u. ad a. 2. o) huic m. *ed.* p) Fratte 2. q) qui 4. r) Frattensis 2.

61) Iohannem. 62) Petrum. 63) Edidit Ughellus in Epp. Mars. 64) Scaramanga olim fuit vestis militaris, inde panni speciem aliquam designabat. 65) nunc *Spigno* et *Le Fratte.* Edidit Gatt. Acc. p. 157. Desiderio abbate donatio eisdem fere verbis repetita est, v. infra III, 59. 66) *Sancti Martini* in chartula dicitur: ubi nunc est terra Castrifortis. ANG. Cf. infra III, 60.

pertinentiis eius. Gezzo[a] quoque et Petrus germani fratres de Pontecurvo his diebus tradiderunt in hoc loco ecclesiam sancti Nycolai et sancti Blasii quae est in castello sancti Iohannis de Carica, cum omnibus rebus ipsi[b] ecclesiae pertinentibus[67].

1057. 96. Sed cum praedictus apostolicus Romana febre iam dudum langueret, circa
Dec. ipsam natalis Domini festivitatem adeo graviter infirmatus est, ut pro certo se mori putaret. Electo itaque Desiderio cum priorum consilio[c] in abbatem, quemadmodum
1058. loco congruo iuvante Domino ostendemus, et apostolicae legationis ad Constantinopolitanum imperatorem illi commisso viatico, ipse Romam reversus Alfanum olim Desiderii socium, Salernitanae tunc sedis electum secum duxit, eumque in ieiuniis Martii primo
Mart. 8. presbyterum, dehinc sequenti dominica archiepiscopum consecrans, cum honore Salernum remisit.

Cap. 99. 97. Post[68] paucos dies mandavit praeposito nostro[69], ut omnem ecclesiae huius loci thesaurum, in auro dumtaxat atque argento, festinanter sibi et quam posset latenter per se ipsum deferret; multo potiora his in brevi se huc retransmissurum promittens. Disponebat autem fratri suo duci Gotfrido apud Tusciam in colloquium iungi, eique ut ferebatur imperialem coronam largiri; demum vero ad Normannos Italia expellendos, qui maximo illi odio erant, una cum eo reverti. Cumque licet tristes nimiumque dolentes, quod papa mandaverat fratres matutinali tempore perficere maturarent, quidam novicius bonae conversationis frater, Leo nomine, civis Amalfitanus, post nocturnam synaxim caeteris ecclesiam exeuntibus orandi gratia substitit, et post orationem parumper residens obdormivit. Cernebatque insomnis quendam reverenda canitie monachum cum alia sanctimoniali ab ipsis absidae aditis procedentes usque ad ecclesiae medium pervenisse, eandemque sanctimonialem suffusam lacrimis, quasi pro eo quod depraedaretur elata voce non mediocriter conqueri. Quam ita vociferantem monachus ille a latere comitans taliter consolabatur: *Noli* inquiens *soror, noli flere, nam universa haec ad nos procul dubio in proximo revertentur.* Experrectus frater coepit esse de visione attonitus; pergensque fortuito ad secretarium, et videns quae agebantur, cum illius mandati prorsus esset ignarus, accepta mox a priore loquendi licentia, visionem quam viderat per ordinem retulit; coeperuntque omnes qui aderant flere. Sed quoniam quod mandatum fuerat praetermittere non audebant, assumptis omnibus Romam illa ad apostolicum detulerunt. Quibus ille visis, totus intremuit; demum vero recitata illi praefata visione, cognita quoque super hoc immensa nostrorum tristitia, penitentia ductus lacrimari coepit, ac protinus unam tantummodo iconam ex his quae ipsemet a Constantinopoli detulerat inde assumens, caetera omnia perniciter huc referri mandavit. Cum itaque mox receptis omnibus, praedictus noster praepositus maturaret reverti, et magnam iam partem itineris confecisset, nuntium repente a papa recepit, ut remisso ad monasterium thesauro per socios ipse quantocius ad eum rediret. Quem reversum de abbatia sancti Vincentii, quemadmodum a filiis Borrelli exoratus fuerat investivit,
70 eumque protinus ad eam recipiendam transmisit[70].

Cap. 100. 98. Post[71] haec congregatis intra ecclesiam episcopis et clero populoque Romano, sub districta nimis interdictione constituit: ut si ante quam Hildebrandus Romanae tunc ecclesiae subdiaconus, ab imperatrice ad quam pro quibusdam rei publicae negotiis communi consilio mittebatur rediret, se obire contingeret, nullus omnino eligere papam praesumeret, sed usque ad illius reditum apostolica sedes intacta vacaret, eius demum consilio ordinanda. Dehinc ipse in Tusciam properans, non multopost subito languore
Mart. 29. depressus Dei iudicio apud urbem Florentiam obiit 4. Kal. Aprilis, ibique digno satis est honore sepultus*. Fratres igitur huius[d] coenobii qui cum eo perrexerant, capellam eius quam hinc detulerat fidelibus viris apud Florentiam commendantes, quoniam per

*) Ad[72] cuius sacratissimum corpus, meritis eius intervenientibus, plurima Christus signa ostendit. *add.* 2.

a) .ezzo 4. b) ipsius ecclesie p.... 4. c) *deest* 4. d) nostri qui *ed.*

67) Num. 393. ANG. 68) Brevius haec refert Amatus III, 47. 48. 69) Iohanni, v. Desid. Dial. I, 6. 70) Paulo aliter haec narrantur in Chr. Vult. p. 514: *Fratres* inquit *ceperunt sibi querere abbatem, et querentes invenerunt virum idoneum et prudentem d. Iohannem qui fuerat genere Marsicanus et nutritus in hoc monasterio.* Sedit ann. 22. m. 4. d. 15. 71) *Post — vacaret.* Ex Petri Dam. ep. III, 4. 72) Idem Petrus refert in lib. de ortu et obitu Iust. Cas. 58. de Viris ill. c. 17.

Romam regredi formidabant, annitentibus ac deducentibus se Florentinorum[a] nobilibus per marchias iter[b] arripiunt; atque ad nos qua possunt instantia prosperante Domino revertuntur. 1058.

99. Interea Gregorius de Alberico[73] Tusculanensis[*] comes comperto Romani pontificis obitu, sociato sibi Girardo de Galera[c] et Romanorum potentium aliquot, nocturno tempore cum armatorum turbis undique[d] tumultuantibus atque furentibus ecclesiae iura pervadunt, et Iohannem Veliternensem episcopum, Mincium[74] postea cognominatum, invitum[e] licet ut ferunt[f] in Romana sede papam constituunt, Benedicti nomine illi imposito[75]. Quod cum Petrus Damiani vir valde religiosus et[g] in saecularibus ac divinis litteris a pueritia studiosissimus, quem eo tempore Stephanus papa distractum ab heremo[76] in Ostiensi ecclesia episcopum fecerat, auditu[h] comperisset, una cum ceteris[i] cardinalibus qui[k] ad praesens aderant coepit quoquomodo[l] poterat obsistere, reclamare, ac terribiliter[m] anathematizare; sed omnes hii tandem fautorum eius terrore compulsi, per diversa coacti sunt latibula fugere. Ita a satellitibus Satanae Ostiensis ecclesiae archipresbyter[77] non[n] tam canonum quam etiam litterarum ignarus, ut praedictum Mincium ad apostolatus culmen proveheret, raptus ac violenter attractus est. Humbertus interea episcopus tunc a Florentia revertens una cum Petro Tusculanensi episcopo, nequaquam Romae remorandum sub[o] tanto turbine ratus, clam post[p] paucos dies iter aggressus, apud Beneventum pascha celebraturus accelerabat. Qui cum feria 4. ante coenam Domini ad Sanctum Germanum applicuisset, simul cum socio invitatus a fratribus atque retentus festivitatis gratia est. Cap. 101. 74 77 Apr. 15.

100. Haec praeterea sunt quae de Friderici muneribus hoc monasterium tempore diverso recepit. Crucem auream super[q] altare, gemmis ac margaritis speciosissime[r] comptam librarum paulominus duarum, cum tripode suo[s] argenteo deaurato, et astili onichino, argento et auro decenter[t] ornato, quinque librarum inter utrumque. Yconas argenteas deauratas 4. Auream unam cum gemmis ac smaltis valde pulcherrimam, cum non parva ligni dominici portione. Ceraptata cristallina, parium unum; argenteum parium alterum. Codicellum euangelii auro gemmisque decoratum. Pluvialia 6. Laternam argenteam magnam librarum 5, cum nigello[78]. Urceolum argenteum ad ministerium altaris. Situlam argenteam deauratam cum smaltis. Pallia quoque et hostiaria aliquot. Tapetia 7, et unum maius quolibet pallio pretiosius. Antiphonarium unum. Cap. 102. 78

Secundo tandem operis huius ab Aligerno in Desiderium usque[u] Domino favente deducto libello, oportunum ac decens esse putamus, si vitam moresque illius ac gesta exintegro quantum[v] fas suppetit descripturi et[w] ab ipsis eius incunabulis incepturi, tertium historiunculae huius primordium eius auspiciis dedicemus, ac sic per[x] ordinem[x] reliqua illius opera comitante[x] Christi[x] gratia[x] contexamus.

EXPLICIT LIBER SECUNDUS[y].

INCIPIUNT[z] CAPITULA LIBRI TERTII.

1. *De infantia[*] seu intentione Desiderii.*
2. *Qualiter patre mortuo clam matrem fugerit, et habitum religionis induerit.*

*) Lateranensis et Tusculanensis 2.

a) Florentinensibus p. 2. b) m. ad nos revertuntur *ed.* c) Gaiera 4. d) u. t. a. f. *add.* 4. e) i. l. ut f. in R. s. *desunt* 2. f) fertur 3. g) et in s. ac d. l. a p. st. *desunt* 2. h) auditi 3. *deest* 2. i) *deest ed.* k) q. ad p. a. *add.* 4. l) q. p. *add.* 4. m) *add.* 4. n) non — ignarus *desunt* 2. o) s. t. t. *add.* 4. p) p. p. d. *add.* 4. q) s. a. *add.* 4. r) m. ornatam l. d. *ed.* s) *deest* 2. t) *add.* 4. u) *add.* 4. v) q. f. s. *add.* 4. w) et ab i. e. i. i. *add.* 4. x) *add.* 4. y) *ita* 3. historie cenobii Casinensis 2. *desunt* 4. z) *ita* 3. Incipit prologus de vita et actibus reverendissimi abbatis Desiderii qui et Victoris III. pape. 2. *ubi index capitum post prologum scriptus est, hac inscriptione:* Explicit prologus Inc. c. l. tercii. *In cod.* 3. *prologus cum capitibus numeratur.* *) origine et inf. et adolescentia D. 2. De susceptione monastici abitus eiusdem. 3. De vi sibi illata propter abitum susceptum. 4. De fuga Desiderii ad monasterium Cavae. 5. De reditu eiusdem ad mon. S. Sophiae de Bene-

73) Albericum ipsum habent Ann. Rom. in Mon. SS. V. p. 470. 74) *balordo, donde nacque la parola minchione.* Di Meo Ann. Nap. VII, 388. Mintionem vocat Petrus Dam. Opusc. XX, 3. 75) Tusculanensem vocat Petrus in pontificum catalogo. 76) apud Fontem Avellani. Ex eius epist. III, 4. magna huius cap. pars petita est, sc. *nocturno — furentibus* et *una — attractus est.* 77) *presbyter* P. Dam. 78) Ital. *niello.*

3. *Quomodo inventus a propinquis sit, et ad matrem reductus.*
4. *Qualiter iterum fugerit et apud Salernum in monasterio de Cava sit commoratus.*
5. *Qualiter per Landulfum principem rursus sit Beneventum reductus, et apud Sanctam Sofiam manere permissus, et quare Desiderius appellatus.*
6. *Qualiter sit ad Tremitense monasterium primo, dehinc ad Maiellum profectus, itemque Beneventum reversus.*
7. *Qualiter Leoni papae sit familiaris effectus; et qualiter Alphano Salernitano coniunctus, primo in curiam papae Victoris, deinde ad hoc monasterium pariter venerit.*
8. *De visione Desiderii et quomodo Alphanus ad abbatiam Salernitanam, ipse vero ad Capuanam praepostituram transmissi sunt.*
9. *Qualiter sit Desiderius electus et ordinatus.*
10. *De studio et constructione officinarum monasterii.*
11. *Qua de causa Castellum novum construxit.*
12. *De ordinatione papae Nycolai, et qualiter ab eo cardinalis et abbas est consecratus.*
13. *Qualiter idem apostolicus apud Melphiam Apuliae concilium fecerit, et qualiter Sancta Maria*[a] *de Calena sancto Benedicto concessa, et Sanctus Benedictus de Salerno restitutus sit; et de concambio Sancti Laurentii.*
14. *Qualiter a praedicto papa domnus Oderisius diaconus sit ordinatus, et in Aquino domnus Martinus, in*[b] *Venafro vero domnus Petrus episcopi constituti.*
15. *Qualiter Richardo principatum, Viscardo*[c] *vero ducatum idem apostolicus confirmavit*[d]*; et qualiter uterque illorum id adquisierit.*
16.[e] *Qualiter idem princeps aliquanta finitima nobis castella partim concesserit, partim commutaverit; et de concambio de Pede montis.*
17. *De quorundam in*[f] *hoc loco oblationibus.*
18. *Quot vel qualia ornamenta Desiderius tunc vel adquisierit vel fecerit*[g].
19. *De ordinatione papae*[h] *Alexandri, et controversia Cadaloy.*
20. *De flagello fulminum, et visione abbatis super hoc.*
21. *Qualiter per rogum*[i] *regis Sardiniae 12 illuc monachos direxerit, et qualiter a Pisanis disturbati fuerint.*
22. *Item de oblationibus ipsius et alterius regis in Sardinia, et de satisfactione Pisanorum.*
23. *De adventu ducis Gotfridi*[k] *ad Aquinum et de ingressu Normannorum in Marchiam*[l].
24. *Quot huius monasterii fratres a praedicto patre ad honores promoti sint; et de privilegio nobis contra Hildebrandum archiepiscopum facto.*
25. *De monasterio Tremitensi a praedicto abbate recepto et ordinato.*
26. *Qualiter ab eo vetus ecclesia eversa sit, et nova constructa.*
27. *Qualiter a*[m] *Constantinopoli artificibus accersitis*[n]*, musivis et lapidibus eandem basilicam decoravit*[o].
28. *De diversis in eadem ecclesia laboribus.*
29. *Quanta gloria ipsam ecclesiam dedicaverit, et quibus eam sanctorum*[p] *reliquiis adornaverit.*
30. *De frequentia populorum propter absolutionem huc incurrentium*[q].
31. *De regina Agne*[r]*, et oblationibus eius.*
32.[s] *De variis ipsius ecclesiae ornamentis.*
33. *Qualiter ad ampliandum monasterii claustrum, destructis prioribus officinis iterum eas multo potiores ac meliores effecit.*

vento. 6. De profectione Desiderii ad mon. Tremitense, et mon. Magellae, et reditu ad S. Sophiam. 7. De Alphani et Desiderii adventu ad hoc monasterium. 8. De v. D. et praepositura eiusdem, et archiepiscopatu Stephani. 9. De electione et confirmatione Desiderii a papa. 10. De susceptione Desiderii in abbatiam. 11. Qualiter inceperit renovare monasterium et aedificia (monasterii aed. 3.). 12. Qua de causa (quausa 3.) Castellum novum construxerit Desiderius. 13. De — consecratus, et qualiter — Calena sit S. B. concessa. 14. De restitutione S. Benedicti de S. et de c. S. L. et qualiter cartae S. Ben. de Salerno nobis pertinentes repertae, absconditae, adque incisae pro nostra invidentia fuerint. 15 = 14. *codicis* 4. *etc. ed. sed codd.* 2 *et* 3. *saepius discrepant, et divisio capitum in* 3. *eadem est quae in* 4. a) atria de C. sancti Benedicti 4. b) et in Benafro d. *ed.* c) et Roberto Guisquardo d. *ed.* d) confirmaverit *ed.* e) 17. Qualiter idem princeps fecerit praeceptum de platea publica monasterio nostro Capuae sito. 18. Q. a. finitima — commutaverit. *ed.* f) q. oblatis ecclesiis et aliis o. *ed.* g) f. et de portis ecclesiae brevibus *ed.* h) A. p. *ed.* i) Baresonum *ed.* k) Roffridi *ed.* l) mar̄ 4. m) *deest ed. In* 2. *capitula abhinc manu saec. XIV. scripta sunt.* n) arcersitis 4. o) d. et vitro et picturis. 30. Quanta gl. *etc. ed.* p) *deest ed.* q) conc. *ed.* r) Agnete *ed.* s) 33. De v. i. e. o. et q. ad a. cl. d. p. o. i. eas fecerit *ed.*

34.[a] *Qualiter cartae monasterii sancti Benedicti de Salerno nobis pertinentes, dudum repertae, absconditae, atque incisae pro nostra invidentia fuerint*[b].

---

a) *deest* 2. b) fuerint. Incipit Desid. 4. f. Expliciunt capitula. 3. c) Aberico *c.* d) civitas *c.* e) pats *c.*

INCIPIT LIBER TERTIUS.

Desiderius abbas huius monasterii tricesimus septimus, et quartus huius loci restaurator ac renovator, sedit annis viginti novem, mensibus quinque.

Primus siquidem monasterii huius fundator atque constructor fuit pater sanctissimus Benedictus, Petronax secundus, Aligernus[a] tertius: Desiderius hic noster extitit quartus. Quem[b] videlicet omnipotens Deus[c] ádeo carissimum habuit, ut illud quod suo fideli famulo Benedicto olim promiserat, locum utique[d] istum quem tunc gentibus destruendum diripiendumque tradere censuerat[e], in maiorem longe quam tunc erat statum, famamque[f] et gloriam fore venturum, per ipsum nostro hoc tempore dignatus sit ut cer-
79 nitur ad effectum perducere[79]. Huius plane admirabilis et singularis vere sui ordinis viri, tam dives, tam[g] multiplex, tam denique copiosa est gestorum materia, ut vel[h] ipsi Ieronimo vel[i] Sulpicio certe si adessent, non posset videri ad scribendum indigna. Ego tamen quamvis imperitus[k] et iners, et tanto sim operi nequaquam sufficiens, tum pro imperio reverendissimi[l] patris Oderisii minime contemnendo, tum pro maxima quam idem pater Desiderius in me ab ipsa fere infantia habere dignatus est dilectione; cum me, vix dum quattuor et decem annos egressum in hoc sancto loco suscepit[m], instruxit, enutriit, ac provexit: considerans[n] insuper cum tanti utilitate operis memoriam quoque tanti viri scriptorum neglegentia paulatim in oblivionem, ac per hoc in contemptum fore venturam; licet non decenter, licet non eleganter, licet denique non sufficienter id[o] valeam, aggrediar tamen confisus de auxilio Dei vitam illius ac gesta quolibet modo perstringere, et ad gloriam Dei tantique viri dulcem[p] memoriam, nec non et[q] ad solacium filiorum eius fratrum nostrorum. litteris utcumque mandare. Aequius utique iudicans cum obedientia et devotione inscitiae notam subire, quam de tam excellenti[r] materia ex toto silere: et indignum prorsus esse decernens, ut etsi omnia nequeo, vel aliquanta non studeam de tot tantisque operibus eius referre; prudentissimo utique more venantium insectantium feras, qui etsi omnes attingere[s] nequeunt, nequaquam tamen quotquot possunt capere neglegunt. Et quoniam plurima prorsus et fere innumera huius[t] viri sunt gesta[u], multa ex[v] ipsis etiam quae scio me praetermissurum confiteor; quoniam si[w] universa scribere voluissem, prolixam certe et enormem historiam condidissem: quamvis ob hoc a multis nostrorum qui mecum illa[x] pariter recolunt, me redarguendum fore non dubitem. Sed ego lectorum fastidio utiliter consulens, si ea tantum quae relatu essent dignissima scriberentur, sufficere iudicavi. Nam si qua minus in[y] nostris litteris reperiuntur, in eius profecto[z] operibus luce clarius pervidentur[*]. Huius sane viri primordia, quoniam opitulante Christo hinc exordium sumere gestio, ab his qui ei[a] ab incunabulis extitere sodales didici[b]. Multa praeterea laudabilium[c] actuum eius a prioribus quibusdam audivi. Nonnulla etiam ex eiusdem ore veridico, cum frequenter me sibi nimia bonitate faceret adhaerere percepi. Caetera postremo illius et oculis propriis plurima vidi, et universis fere usque ad obitum eius interfui. Unde lectorem meum reddere certissimum volo, nulla me in hoc opusculo extrinsecus additamenta facturum, nulla prorsus de illo nisi veraciter comperta scripturum: utpote qui me simplici intel-
Ps 5, 7. lectu legisse meminerim: *Perdes Domine omnes qui loquuntur mendacium;* salvo utique intellectu alio, quo dictum id de hereticis affirmatur. Quod si forte aliquis invidentia seu malitia ductus, fidem his accommodare noluerit, et favoris potius gratia huic rei me operam dedisse putaverit: huc si placuerit properans, aperiat visus et videat, ac per ea

a) t. A. *ed.* b) In quo videlicet omnipotens Deus nostro hoc tempore etiam corporaliter euangelicam illam pollicitationem visus est adimplere, qua dicitur: Amen dico vobis, quod omnis qui reliquid domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam aeternam possidebit. Huius *etc.* 2. c) *deest* 4. d) *add.* 4. e) consueverat 4. f) famam 4. g) quam 4. h) *add.* 4. i) I. si adesset, vel S. non p. v. *ed.* k) q. omnium imperitissimus, et t. s. *ed.* l) sanctissimi 2. m) quam libenter s. *ed.* n) cernens i. et dolens c. *ed.* o) s. v. eius opera ex toto complecti; aggr. t. c. de a. D. quoquomodo illa perstringere *ed.* p) sanctam *ed* q) *add.* 4. r) pretiosa *ed.* s) capere *ed.* t) tanti *ed.* u) opera *ed.* v) me ex i. e. q. s. p. *ed.* w) scribere si omnia v. *ed.* x) p. i. *ed.* y) *deest ed.* z) *add.* 4. *) conspiciuntur *ed.* a) eius *ed.* b) addidici *ed.* c) p. ex eiusdem o. v. c. me f. s. n. b. f. a. p. Nonnulla etiam a pr. q. audivi *ed.*

79) Idem dixeral in narratione de consecr. eccl. Casin.

quae videntur illa quoque quae videri non possunt actuum[a] eius, semoto livore considerans, admiretnr et credat, credensque bonorum omnium largitori laudes super hoc et gratias referat. Sicque tandem me de multis illius pauca, deque maximis minima prorsus scripsisse cognoscat.

1. Is[b] ex nobilissima Beneventanorum principum origine sanguinis lineam ducens[80], spiritu potius quam carne nobilis esse ab ipsis rudimentis infantiae coepit, et Dei magis servitio quam saeculi vanitatibus operam dare ab ipsis ut ita dicam huberibus matris elegit. Studebat nanque puerulus adhuc frequentare ecclesiam, divinas lectiones et audire libenter et legere; cum quibusdam etiam religiosis saepe de his sermones innectere, et quaeque ab eis de bonis moribus addiscere poterat, in semetipso exprimere[c]. At pater[81] illius saecularibus eum negotiis cupiens implicare, et utpote unicum unice diligens per posteritatis illius lineam suae nobilitatis nomen disponeret propagare, puellam ei adaeque nobilem cum iam inciperet adolescere studuit desponsare, utque parentela eadem ad invicem firmaretur, modis omnibus maturare. Sed quoniam Dei spiritus suo igne cor Desiderii ad mundi contemptum accenderat, econtrario longe aliter quam pater disposuerat agere puer egregius destinabat, seque potius heremum quam nuptias appetere, secretis quibus poterat gestibus indicabat. Et fecisset certe[d] suis desideriis satis; nisi quod diligens parentum custodia et singularis amor, ac sollicitudo ingens impediebat.

2. Non post multos dies Dei iudicio patre a Normannis perempto, Desiderius aliquomodo nactus occasionem quam dudum optaverat, omnibus coepit modis clam licet satagere, ut desiderium quod cogitatu conceperat, opere parturiret. Cuidam igitur monacho bene sibi noto prudenti satis in saecularibus viro, nomine Iaquinto, cuius videlicet[e] hoc ego relatione percepi, consilium totum communicat, pandit votum, voluntatem ostendit, et ut ei super hoc fideliter[f] auxiliaretur instanti[g] nimis prece deposcit. Erat tunc circiter annorum viginti. *Nosti* inquiens *mi pater qualiter me saeculo huic misero propinqui innexuerint. Sed quoniam ut vere tibi fatear iam dudum Deo vacare decrevi, per ipsum te obtestor et obsecro, ut iuxta quod scis et potes, his me vinculis exsolutum Deo liberius serviturum clam omnibus ad aliquam remotissimam solitudinem transferas.* Quid multa? pollicetur in omnibus Iaquintus auxilium; sed cavere admonet[h], ne forte sit haec suggestio demonum. Verum cum eius per omnia firmum in Christo pectus agnovit, et rursus[i] iterumque pertemptans[k] idem semper quod pridem invenit: quadam die iam circa vesperam pariter ascensis equis quasi spatiandi gratia civitatem egressi, consequentibus aliquot famulis ad[l] ecclesiam beati Petri cognomento Maioris quae iuxta eandem civitatem est sita perveniunt, ibique quasi[m] causa orationis ingressi, equos et gladium quo idem Desiderius tunc erat accinctus[n], praedictis famulis pro foribus veluti servanda relinquunt. Inde iam sero per quandam illius ecclesiae posterulam vadentes, pede[o] iter adoriuntur[p]; et cum non plus octo miliariis abinde locus ille distaret ad quem pergere disposuerant, noctis errore simul ac pavore confusi vix illuc alterius diei mane perveniunt. Quos cum vir Dei servus[q] qui solitariam inibi vitam ducebat, Santari nomine conspexisset, valde miratus atque laetatus est. Moxque inducens illos in cellam suam, ac Desiderium frequenter exosculans, coepit sollerter exquirere cur ita venissent. Cognita itaque Desiderii voluntate vehementer obstupuit, quod puer tam nobilis, tam delicatus, tam dives, et praecipue parentum[r] singularis, tam ferventer universis saeculi pompis ac vanitatibus spretis, sub tam districto proposito serviturus Domino accessisset. Sed quoniam nil Deo difficile aut impossibile esse sciebat, laudes illi et gratias maximas referens, veterem hominem cum actibus eius Desiderium, ipso vel maxime insistente protinus exuit, et novum qui renovatur in Dei cognitionem, illum consequenter vestivit. Et Iaquinto in sua maturius redeunte, solus Desiderius[s] cum Santari solo remansit.

3. Famuli igitur eius ut supra dictum est cum equis et armis ipsius frustra illum pro foribus ecclesiae praestolantes, cum discessum illius tandem aliquando cognovissent,

a) a. e. *add.* 4. b) Desiderius 3. D. igitur 2. s 4. *quod rubricator in maius pinxit.* c) satagebat exp. *ed.* d) *add.* 4. e) *add.* 4. f) fidenter *ed.* g) fideli p. *ed.* h) imperat *ed.* i) iterum *ed.* k) illum p. 3. illum frequentando p. 2. l) *deest ed.* m) c. q. 4. n) cinctus 3. o) *deest* 2. p) aggrediuntur *ed.* q) *add.* 4. r) parentibus *ed.* s) D. proprium nomen 4.

80) natus a. 1027, quum sexagenarius a. 1087 obierit; v. epitaph. eius ap. Baron. ad h. a. 81) comitem Beneventi dicit Amatus III, 49.

vicina iam nocte ad civitatem quam[a] citius revertuntur, matrique ac propinquis quid accidisset, pavitantibus animis referunt[b]. Noctem illam mater continuavit in lacrimis; propinqui vero et affines ipsius mane facto equis ascensis, per diversam[c] viciniam requirendi illum gratia disperguntur, ac tandem quod erat in re suspicantes, probitatum eius indicio ad Santari cellam deveniunt. Quam statim violenter ingressi, veste illum monastica vestitum reperiunt, ac vehementer irati praefatum Dei servum contumeliis magnis et conviciis multis adoriuntur, et inhoneste satis sacram vestem Desiderium exuentes, manibus eam propriis scindunt; eumque invitum[d] licet et repugnantem priori veste vestiunt. Ac postremo[e] illum equo impositum ipsis lora tenentibus quasi maximam ante se praedam agentes, ad urbem more triumphantium revertuntur. Hic[f] iam matris lacrimas et querelas simul ac suadelas frustra in[g] Desiderium iactas, propinquorum immo totius urbis tripudium, quis referre contendat? Annum fere integrum sub ingenti custodia in domo matris, habitu tantummodo saecularis, caeterum mente coelebs exegit, nullusque illi neque de nuptiis neque de actu[h] aliquo mundiali persuadere aliquatenus potuit. Ita quem fidelem ac strenuum domui suae dispensatorem constituere Dominus disponebat, ab omni eum carnalis contagii macula purum immunemque servavit; unde non immerito a cunctis civibus admirabilis[i] ac desiderabilis habebatur.

4. Sed cum iam fere nulla fugae ipsius suspicio matrem teneret, eumque quoniam[k] coniugatum non poterat, retinere secum vel clericum niteretur, ad episcopium quod domui suae satis erat contiguum primo quidem non sine custodia, dehinc securitate crescente solum saepius ire sinebat. Erat tunc in monasterio sanctae Sophiae praepositus nomine Siconolfus, qui Desiderii desiderium pleniter noscens, quoniam per diem ne suspicio revivisceret non praesumebat, nocte cum eo apud episcopium saepissime loquebatur. Post non multos dies, noctu sicuti consueverat ad eum cum equis veniens, cuculla indutum clam Salernum perduxit, ac Beneventum perniciter rediit. Mox itaque[l] Desiderius ad principem Guaimarium consanguinitate sibi propinquum accedit, adventus causam ostendit, orat ut quoniam in patria vivere monachus parentum pertinacia non auderet, quiete apud illum Deo sibi servire liceret. Si hoc mereretur impetrare, nusquam inde procederet. Si vero aliquando illum reddere propinquis deberet, modo potius sibi licentiam alio[m] properandi concederet. Eius igitur adventu nimium[n] exhylaratus Guaimarius, et vehementer admiratus tantum in tantillo[o] adolescente fervorem, annuit postulatis; eumque secum per dies aliquot retinens, nullique se contra votum reddendum fidissime pollicens, demum ad monasterium sanctae Trinitatis quod Ad cavam nuncupatur non longe a Salerno situm, eodem petente transmisit[82]. Quod propinqui persentientes[p], magnis ac frequentibus precibus Desiderium sibi reddi Guaimarium interpellant: sed principe in promissione quam Desiderio fecerat permanente, per semetipsum Landulfus Beneventanus princeps, matris ac propinquorum orationibus fatigatus Salernum venit, et Desiderium affinibus reddi deposcit.

5. Tali igitur tandem aliquando conditione ut[q] Beneventum redeat impetratur, ut sine alicuius impedimento vel contradictione apud monasterium sanctae Sophiae sub monastica professione sibi manere liceret. Postquam ventum est Beneventum, universis affinibus sibi obviam simul cum civitate ruentibus, cum omni pariter comitatu princeps illum ad monasterium est prosecutus. Gregorius tunc vir valde prudens et strenuus eidem monasterio praeerat in abbatem, qui Desiderium multa hylaritate recipiens, pro eo quod universis desiderabilis erat, tunc primum mutato eius nomine, Desiderium appellari praecepit. Nam usque ad id tempus Dauferius vocabatur.

6. Ibi[r] ergo illo per annos aliquot sub vita religiosissima commorante, et secum[s]
Gen. 12, 1. saepissime reputante monachum in sua patria perfectum esse non posse, pervenit interim ad notitiam illius fama monasterii Tremitensis, quod videlicet in Adriatico mari apud insulam Diomedis nomine[t] nuncupatam[u] triginta circiter milibus a terra distans

a) maturius r. *ed.* b) referuntur 2. c) diversas vicinias *ed.* d) e. priori v. revestiunt, i. l. ac r. *ed.* e) postremum 4. f) Sic 2. g) iam in *ed.* h) al a. seculari *ed.* i) mirabilis *ed.* k) *deest* 4. l) *add.* 4. m) l. daret a. p. Huius *ed.* n) nimis *ed.* o) tanto 2. p) persequentes 2. q) ad *ed.* r) Ab igitur illo 4. s) saepe secum r. *ed.* t) quondam n. 2. u) vocitatam *ed.*

82) sub abbate Alferio, qui a. 1050. obiit; v. Ann. Cav. in Mon. SS. III. p. 189. ad a. 1050. 1058. et V. Alferii ap. Murat. SS. VI. p. 208.

situm esse dinoscitur. Et quoniam iam dudum apud Beneventum familiaritatem abbatis praedicti loci adeptus fuerat, vix licet impetrata licentia illuc perrexit; ibique satis austerae conversationi se tradens, non parvum tempus exegit. Sed cum ab eodem abbate adeo diligeretur, ut eandem ei abbatiam se quoque vivente contradere cuperet, ille vero subiectioni potius quam praelationi mentem accommodaret, ac propterea cedendum loco illi decerneret: quodam tempore idem abbas ad res monasterii disquirendas egrediens, eundem Desiderium secum ire rogavit; quam ille egressionis oportunitatem libenter amplexus, minime differendam putavit. Cumque pariter ad Trasmundi[a] comitis[83] quoniam 83 res ita poscebat curiam perrexissent, uxor eiusdem comitis super adventu Desiderii propter quod eius[b] affinis esset valde exhylarata, a viro suo ut secum illum aliquandiu retineret etiam invito abbate obtinuit; cuius videlicet retentionis auctor ipsemet ut dicitur[c] extitit. Audiens autem celebre tunc nomen heremitarum Maiellae degentium, illuc properare ac Deo secretius servire desiderans, praedictum comitem ut ibidem transmitteretur oravit; quod et factum est. Ubi cum tribus circiter mensibus, a principio videlicet Februarii usque in tertiam post pascha ebdomadam[d] sub ingenti continentia remoratus fuisset, transmissus est illuc supranominatus Iaquintus cum litteris ex parte apostolici ad heremi ipsius priorem; quarum tenor et priori sub interminatione iubebat ne illum amplius retinere praesumeret, et illi nichilominus mandat ne vel minimas[e] inibi moras innecteret. Ita regressus ad sanctae Sophiae monasterium est.

7. Non post multos dies domnus Leo papa sanctissimus a partibus ultramontanis 1053. regressus Beneventum intravit, et quoniam Desiderius iam dudum Humberto Silvae candidae episcopo cognitus et valde[f] carus extiterat, tam per illum quam et per Fridericum tunc cancellarium eidem papae notus et valde familiaris efficitur; adeo[84] ut illi frequen- 84 ter in altaris officio adhaereret, et euangelium ad eius missas saepius legeret. Per idem tempus praefatus pontifex descendit in Apuliam cum Normannis dimicaturus; sed Dei iudicio ab his superatus, ac Beneventum regressus, ordinato Huodelrico[g] archiepiscopo[85] quem secum adduxerat, post novem circiter menses Romam reversus, atque defunctus est. Interea Desiderius ob nimiam abstinentiam multasque vigilias in languorem 1054 Apr. 19. non modicum decidens, medendi gratia Salernum perrexit. Ibi itaque illo aliquandiu remorante, Alfanus qui postmodum eiusdem civitatis archiepiscopatum adeptus est, prudentissimus et nobilissimus clericus, maxima illi est familiaritate coniunctus. Cuius animum frequentibus monitis ad mundi contemptum exhortans, sic tandem ab illo exegit ut monachus fieret, si prius ut iam dudum mente conceperat Ierusolimam ire permissus fuisset. Hac inter illos sponsione firmata Beneventum reversus Desiderius est, atque post non multos dies mandat eidem Alfano ut ad se veniat. Renuente illo ac potius pavitante Salernum egredi, iterum Desiderius ad illum abiit, eumque propter quorundam inimicantium illi timorem cuculla sua indutum noctu de civitate educens, secum Beneventum adduxit. Cum vero coepissent Alfanum nobiles quique viri ac clerici frequentare, eumque ob maximam eius prudentiam decenter excolere; propositum autem Ierusolimitani[h] itineris paulatim coepisset in[i] eius corde[k] tepescere, seque a Desiderii latere nullo unquam modo, nullo unquam tempore assereret velle dividere, tempus ab eis[l] aliquantum apud monasterium sanctae Sophiae exactum est: cum ecce fama percrebruit, papam[m] Victorem ab ultramontanis partibus Romam venisse, eumque ad partes istas in 1055. proximo venturum fore. Territus Alfanus huiusmodi nuntio, quod fratres suos super Guaimarii principis occisione insimulandos arbitraretur[n], adire[o] ac praeoccupare statuit apostolicum, secumque ire orat suppliciter Desiderium. Et quoniam miram cantandi peritiam, et medicinae artis scientiam non parvam habebat, eiusdemque artis codices nonnullos secum a domo detulerat, magni aliquid se habendum in summi pontificis curia omnimodis confidebat. Confectis igitur atque aptatis quotquot potuit medicaminibus, una cum civitatis ipsius archiepiscopo ad Romanum pontificem in Tusciam proficiscuntur, eumque apud Florentiam remorantem reperiunt. In brevi itaque maximam apud illum familiaritatem adepti, et satis honorifice habiti sunt. Sed cum iam ibi per tem-

a) Transmundi 3. b) affines eius 4. c) dicit *ed.* d) dominicam 2. e) v. aliquantas i. m. innectere auderet. *ed.* f) nimis *ed.* g) Hodelrico 3. Uodelrico 2. h) Ierusolimitanae viae *ed.* i) et in *ed.* k) mente *ed.* l) his *ed.* m) V. p. *ed.* n) i. procul dubio nosset 2. i. p. d. arbitraretur 3. o) a. ac *desunt* 2. a. et 3.

83) Teatini. 84) *adeo — legeret* ex Desid. Dial. III. Prol. 85) Bulla d. 12. Iul. 1053. extat.

1055. pus aliquantum remorati, procerto Desiderius comperisset papam minime ad partes istas
venturum, insuper etiam ultra montes proxime profecturum; simulque valde inutilem[a]
proposito suo considerans in eiusdem pontificis curia conversationem: coepit omnimodis
instare Alfano, ut iam iamque peteret ab eo licentiam revertendi. Petrus ante non mul-
Dec. tos dies huic monasterio electus fuerat a fratribus in abbatem, qui pro ipsa sua ordina-
tione insinuanda duos huius loci ad papam tunc fratres transmiserat. Igitur Desiderius
optata iam dudum oportunitate reperta, accedit pariter cum Alfano ad Romanum ponti-
ficem; simulque pedibus illius se prosternentes, orant recedendi licentiam. Adduntque
petentes, ut gratia religiosius vivendi per monachos qui ad eum a Casinensi monasterio
venerant, illuc eos transmittere suisque litteris illos abbati dignaretur ac fratribus com-
mendare. Annuit apostolicus, atque ita sicut poposcerant cum fratribus illis ad hoc
coenobium transmissi sunt. Receptique decenter ab abbate, et fratribus sociati, honeste
satis[b] atque humiliter inter illos aliquandiu conversati sunt, et ab universis in dilectione
plurima habiti, nec non et monasticam ab eodem abbate consecrationem adepti; Fride-
rico super eorum adventu plus quam satis est gratulante.

8. Viderat per hos dies Desiderius visionem non contemnendam, quam satis pro-
xime rei commendavit effectus. Cernebat siquidem se una cum Alfano in quadam ex-
celsa ac valde pulcherrima turre quae iuxta capitulum fratrum sita esset consistere, in
qua nimirum pater Benedictus videbatur sede decentissima residere. Cumque ad illius
visionem pavefacti[c] stuperent, et accedere propius nequaquam praesumerent, beatus
pater[d] Benedictus Desiderio hylariter innuebat, eumque iuxta se sedere[e] manu porrecta
iubebat; Alfanus vero quoniam vocatus ab eo non fuerat, quasi indigne ferens de domo
illa exibat. Quae nimirum visio manifestissime portendere visa est, et Alfanum in loco
hoc non diu remoraturum, et Desiderium Benedicti patris vicem in hoc monasterio sus-
cepturum. Non multo post igitur a Gisulfo principe Alfanus expostulatus, primo apud
Salernum in monasterio sancti Benedicti abbas effectus; demum[f] vero eiusdem civitatis
II, 86 archiepiscopatum indeptus est; Desiderius autem[g] ad Capuanum monasterium est trans-
missus praepositus. Richardus tunc Aversanus comes Capuam expugnabat: sed cum
Pandulfus ipsius civitatis princeps indigna quaedam et superflua iuxta priorum tempo-
rum consuetudinem Desiderio" vellet iniungere, ille vero[h] constanti ut erat pectore ne-
quaquam in his ei congruum duceret assentiri, Capuam egressus ad Richardum accessit;
et omnium quae extra civitatem erant monasterio pertinentium ab eo securitate perce-
pta[i], et maxima insuper illi extunc foederatus amicitia, in obedientiis eiusdem mona-
sterii aliquandiu remoratus est, paucissimis in monasterio relictis fratribus, et caeteris
ad se accersitis.

1057. 9. Dehinc cum praedictus Fridericus in abbatem loci[k] huius electus, demum vero
in Romanum pontificem ut suo in loco iam supra taxavimus ordinatus fuisset, Romam
Aug. ad illum mense Augusto cum duodecim aliis loci huius fratribus nominatim ab eo[l] vo-
II, 95. catus perrexit; ibique Romana febre perculsus, post paucos dies huc rediit. Cum autem
Nov. 30. idem apostolicus ad monasterium hoc post quattuor circiter menses venisset, non multo
post gravi languore detentus atque ad extrema fere perductus est. Accersitis itaque
coenobii huius prioribus, dat optionem illis in abbatem eligendi quem vellent. Qui cum
habito adinvicem consilio nunc illum nunc alium ut in talibus consuetudo est eligendum
censerent, communis tandem universorum consensus in Desiderium expetendum aspirat;
et ut ipse illis in patrem concederetur, communibus votis papam exorant. Cumque
valde[m] sibi placere eandem electionem apostolicus asseruisset — nam et olim a tem-
pore Leonis papae optime illi apud Beneventum notus extiterat, et ex quo Petrus abbas
eundem Desiderium ante non plenum biennium receperat, multa se illi familiaritate de-
vinxerat — ita quidem ut in camera erat, fratrum electionem confirmavit, dicens quod
quamvis plures eo tempore religiosos ac spirituales viros, multaque honestate et pru-
dentia praeditos iste[n] locus haberet, neminem tamen magis idoneum eligere ad id offi-
cium de suo collegio potuissent. Sed[o] quoniam dum ipse adviveret, nulli se mortalium
eandem abbatiam tradere[p] decreverat, Desiderium vero ad Constantinopolitanum impe-

a) i. esse *ed.* b) nimis *ed.* c) stupefacti paverent *ed.* d) *add.* 4. e) sedem 4. f) dehinc e. *ed.* g) vero *ed.* h) *add.* 4. i) accepta *ed.* k) h. l. *ed.* l) ipso *ed.* m) satis *ed.* n) monasterium hoc *ed.* o) Et *ed.* p) traditurum *ed.*

ratorem iam dudum Romanae sedis apocrisarium facere disposuerat: constituit ut si idem Desiderius se superstite reverteretur, ipse illi vellet honorifice[a] abbatiam contradere; si vero ante illius reversionem[b] se mori contingeret, redeuntem illum absque aliqua contradictione in abbatem congregatio universa reciperet. Stephanum itaque cardi- 1058. nalem, et Mainardum postmodum Silvae candidae episcopum illi socios itineris donans, et in epistolis quas imperatori mandabat, Casinensis abbatiae illum electum commemorans, emisit a se, praecipiens ut expleta legatione reverti quantocius[c] festinaret. Post[d] haec Romam reversus, ac demum profectus in Tusciam, post paucos dies apud Floren- Mart. 29. tiam ut iam supra retulimus obiit. Desiderius igitur cum[e] iniunctum sibi cuperet maturare negotium, sumptis quaeque essent tanto itineri necessariis, simul cum sociis[f] iter aggressus, ad monasterium sancti Iohannis quod in[g] Veneris nuncupatur ut ibi mare ingrederetur profectus est. Cum autem per dies aliquot frustra[h] illic remoratus fuisset, et propter aeris inclementiam mare ingredi nequaquam praesumeret, Sipontum inde contendit; ubi[i] navem qua Barim navigaret ingressus, per quendam episcopum qui orationis gratia montem Garganum adierat, fratribus se commendari, seque tunc[k] tantum mare ingressum illis significari rogavit. Sed cum apud Barim quoque causa nichilominus[l] tempestatis aliquandiu restitisset, alium item nuntium huc dirigere studuit, per quem videlicet notificando[m] mandabat, ob temporis intemperiem usque ad eam[n] diem apud Barim morari. Contigit autem dispositione divina quae illum ad loci huius recipiendum honorem hactenus retardaverat, ut eo die quo idem eius[l] nuntius huc applicuit, eo quoque die fratres nostri qui cum papa profecti fuerant, illo apud Florentiam defuncto atque sepulto redissent. Mox itaque nostri consilio habito, duos fratres qui Desiderium revocare nuntiata apostolici morte deberent, festinanter transmittunt[o].

Iam tandem Desiderius necessaria[p] quaeque itineri coepto sufficienter paraverat, Cap. 10. iam iamque simul cum Argiro Barensium magistro navigare disponebat, cum ecce ipso palmarum dominico circa vesperam nuntios[q] praedictos accepit, defunctum apostolicum, Apr. 12. et se ad revocandum illum sub[r] festinatione directos ab universis fratribus asserentes; rediret ergo quantocius, et regimen monasterii prout Dominus ordinaverat cunctis se desiderabiliter praestolantibus sumeret. Obriguit Desiderius tam subita apostolici morte perculsus, moxque sociis advocatis aperuit quid nuntii detulissent; coeperuntque pariter cum Argiro satagere, qualiter ante quam mors papae divulgaretur reverti valerent. Non enim dubitabant se cognito eius obitu, a Normannis vel capiendos vel disturbandos. Redemptis igitur protinus seu adquisitis pro se ac sociis aliquot quibus veherentur iumentis, altera[s] die iter aggredientes venerunt ad Robbertum Viscardum, tunc quidem Apr 13 partis[t] Apuliae comitem, postmodum vero totius Apuliae et Calabriae atque Siciliae ducem; rogantes ut secure illis per terram ipsius transire liceret. Qui ut fuit vir maximae bonitatis, licet iam papae transitum compertum haberet, et securitatem eis[u] concessit, et tres Desiderio equos quibus adhuc indigebat largitus est. Ita Deo in omnibus prosperante sine aliquo impedimento regressi[v], ipso paschali sabbato iam tardiuscule Apr. 18. ad civitatem sancti Germani applicuerunt. Dominica vero sancti paschae summo[w] dilu- Apr. 19. culo ad[x] monasterium hoc ascendentes, capitulum fratrum de more ingressi sunt, praesidentibus Humberto sanctae Rufinae, et Petro Tusculanensi episcopis, et Stephano cardinali ac Mainardo Desiderii sociis. Nam praedicti episcopi Humbertus et Petrus ut II. 99 longe iam supra retulimus, post* apostolici transitum symoniaci tunc Mincii ordinationem fugientes, Beneventum pascha celebraturi pergebant; sed Deo ordinante gratia tantae festivitatis a nostris prioribus invitati fuerant[y] atque retenti. Post sollemnem itaque sollemnitatis[z] tantae* sermonem, mox Humbertus totius illius ordinationis optime conscius Desiderium advocat, eique quemadmodum olim fuerat a papa dispositum, obedientiam abbatiae recipere ex parte fratrum omnium imperat. Nulla post[a] imperium mora,

*) retulimus, a Roma tunc Mincii 2.

a) *add.* 4. b) conversionem 4. r. defunctus fuisset *ed.* c) quam posset citius f. *ed.* d) Post — obiit *desunt* 2. e) ig. ini. s. officium perficere satagens, assumptis q *ed.* f) c. sibi traditis s. *ed.* g) q. appellatur i. V. ut *ed.* h) ibi frustra r. *ed.* i) ibi *ed.* k) t. t. *add.* 4. l) *add.* 4. m) significando *ed.* n) illam *ed.* o) *Cod* 2. *hic claudit cap.* 9. p) suff. n. q. i. c. par. *ed.* q) eosdem n. a nostris directos a. *ed.* r) i. festinanter transmissos ab *ed.* s) secunda feria post palmas i. 2 t) q Normannorum tantum A. 2. u) illis *ed.* v) reversi *ed* w) valde *ed.* x) d. huc a de more monasterii c. f. i. s. *ed.* y) [illegible] *ed.* z) dici 2. *) tanti 2 *deest* 3 a) N. in medium m. 2

1058. Apr. 19. nulla expectatio responsionis: protinus universi surgentes eundem Desiderium acceperunt, atque cum maximis laudibus ad ecclesiam deportantes, in sede illum abbatis honorifice locaverunt, universis tum pro sollemnitate paschali, tum pro ipsius ordinatione immensa laetitia et iocunditate repletis; anno[a] Domini 1058.

Cap. 11. 10. Igitur abbatia suscepta Desiderius, coepit modis omnibus studere atque satagere ut quod dicebatur dici veraciter posset. Cernens itaque totius monasterii officinas et angustas ambitu et forma deformes, et cum vetustate tum inertia ruinosas, adeo ut et contiguo viderentur omnes domate coopertae, et egressus unius ingressui connexus esset alterius: incitabatur quidem animo illas aggredi ad renovandum, sed angebatur iterum, quia ut tam arduum inciperet opus, nichil fere pensi habebat. Primo tamen[b] quasi ex- II, 89. periri cupiens si quid valeret, palatium quod dudum Richerius abbas ab orientali parte monasterii inchoatum ad solarium usque perduxerat, opere satis decenti[c] perfecit; iuxtaque ipsum versus ecclesiam, parvulam quidem, sed competentem plane in qua libri reconderentur aedeculam fabricavit. Quod cum sibi prospero eventu cerneret obvenisse, domum etiam in qua abbates manere consueverant, a[d] fundamentis renovare instituit: quae videlicet a septemtrionali parte adhaerens ecclesiae, et vilissimis lignorum[e] furculis ab inferioribus[f] sustentata, et viminibus ex parte maxima videbatur intexta[g]; adiuncto illi palatio cum absida, quod veteres todericum appellare solebant. Dehinc inspirante ac prosperante Deo, mansionem etiam illam quae quiescentes[h] fratres diversis prae sui exiguitate solariis continebat, nichilo segnius renovare aggressus est; in latere scilicet prioris a meridiano, quam funditus evertere ob claustri spatium disposuerat[i]. Namque propter ipsius montis verticem, cui nulla fere planities[k] inerat, vix in hoc loco parvissimi claustri speciem iuxta absidam ecclesiae priores effecerant. Perfecta est igitur eadem domus in longitudine cubitorum sexaginta et centum, in latitudine vero cubitorum viginti quattuor[l]: in[m] altitudine autem, propter ipsius montis inaequalitatem quantitatis diversae, maximae tamen. Quam[n] cum abietinis trabibus pulcherrime contignasset, lateribus cooperuit, diversisque coloribus decoravit. Super[o] haec nichil moratus, pari tenore vetus capitulum funditus diruens, novum[p] construxit; illudque gypsea urna in giro, vitreisque fenestris, ac pulchro satis[q] variorum marmorum pavimento decorans, tegulis nichilominus cooperuit, et nimis venusta[r] diversorum[q] colorum varietate depinxit.

Cap. 12. 11. Interea Frattenses oppidani, inquietorum ac[s] perfidorum hominum usque[t] ad id temporis genus, ac si quidam latrunculi, iunctis sibi Minturnensibus aliisque vicinis, nunc furtim nunc palam oppida sibi contigua nobis pertinentia infestare non desistebant. Terminum siquidem qui inter nos et illos antiquitus dividebat, idest duo leones[u] lapidei, cum non procul ab eorum castro consisteret, olim malitiose clam confrigentes in proximum demerserant puteum; qua nimirum fraude fidentes, si quando nos[q] terminum nostrum inter duos leones, sicut praecepta imperatorum[v] continent computabamus, illi de leonibus qui secus portas Sancti Georgii positi sunt illud dici, derisorie[w] immo pertinaciter affirmabant. Eorum[x] igitur frequentissimas molestationes Desiderius egerrime ferens, simulque illius sententiae reminiscens: *Observatio ordinis nostri summam deposcit quietem et securitatem;* cum neque beneficiis eos, neque rationibus aliquatenus sedare valeret, ad eorum tandem violenter frenandam nequitiam totus intendit; et Adenulfi 86 Caietani ducis cui gratiam principis conciliaverat[86] adminiculo fultus, mox castellum cui Novum proprie nomen inditum est, in monte qui Peranus dicitur omni instantia contra illos erexit. Sicque sua deinceps eos tutare, non autem amplius aliena pervadere compulit.

Cap 13. 12. Sed ut[y] retro paululum redeam, cum post obitum piae memoriae Stephani papae supradictus Hildebrandus reversus ab imperatrice, contra eiusdem apostolici interdictum invasam a pessimis hominibus ecclesiam comperisset, Florentiae substitit; suisque litteris super hoc Romanorum meliores conveniens, eorumque ad omnia quae[z] vellet

a) a. scilicet dominicae incarnationis 1058. 2. a. D. mill. octavo 3. b) itaque *ed.* c) decente *ed.* d) a. f. r. i. *desunt ed.* e) ligni *ed.* f) inferiori parte s. *ed.* g) constructa, a fundamentis aedificare instituit, adi. *ed.* h) f. q. *ed.* i) disponebat. Nam p. *ed.* k) f. constabat p. *ed.* l) et q. *ed.* m) *deest* 4. n) eamque a. t. satis pulchre contignans, l. *ed.* o) Nichilque m. *ed.* p) d. renovavit, i. *ed.* q) *add.* 4. r) vetusta 4. s) scilicet ac *ed.* t) u. ad id t. *desunt* 2. u) lap. l. *ed.* v) *deest* 2. w) d. i. *desunt* 2. x) Horum *ed.* y) Sed cum post *ed.* z) q. v. *add.* 4.

86) v. Amat. IV, 12—14.

consensum recipiens, mox annitente Gotfrido duce Girardum Florentinum episcopum in Romanum papam elegit, simulque cum ipso et duce Romam mense iam Ianuario venit; 1059. Ian. ubi praefatus electus a Romano clero et populo in[a] apostolica sede inthronizatus, et Nycolai nomen indeptus est. Qui mox supradictum invasorem cum omnibus suis fautoribus excommunicans, tandem quorundam suorum interventu illum in communionem recepit, atque apud ecclesiam sanctae Mariae quae a Romanis Maior vocatur, sacerdotali privatum officio manere constituit[87]. Mandat deinde ad hoc monasterium, quatinus domnus abbas sibi in Marchiam proficiscenti quam citius potest occurrat, videlicet ut proximo Martii mensis ieiunio et presbyterii[b] gradum et cardinalatus pariter dignitatem[c] cum abbatiae consecratione recipere debeat. Dominica igitur prima quadragesimae paratis omnibus necessariis iter arripiens, Feb. 21. apud Farfense monasterium apostolico se coniunxit; ubi nimis ab eo amicabiliter honorificeque receptus, Auximum[88] simul cum ipso profectus est. Ibidem itaque secundo quadragesimae sabbato, quod tunc pridie Nonas Martii evenit, Mart. 6. cardinalis presbyter ab eodem apostolico ordinatus, et sequenti dominica abbatiae consecrationem adeptus, Mart. 7. privilegium[89] ab eo satis honorificum iuxta consuetudinem Mart. 8. praedecessorum suorum recepit: quo insuper ad cardinalatus dignitatem[d] et honorificentiam patris sanctissimi Benedicti, per totam Campaniam et Principatum, Apuliam quoque atque Calabriam, ab ipso fluvio Piscaria sicut influit[e] in mare vicem suam idem apostolicus illi concessit[90]. Post haec accepta remeandi[f] licentia Romam veniens, proxima dominica mediantis quadragesimae apud ecclesiam beati Petri missam sollemniter celebravit, Mart. 14. atque turba[g] Romanorum innumera comitatus, ad titulum sanctae Ceciliae trans Tiberim maxima cum laude deductus est; sicque ad hoc monasterium in festivitate[h] beati Benedicti reversus. Mart. 21. Sed[i] quoniam invitatus fuerat pascha cum apostolico celebrare, evestigio Romam regressus est[k], ibique usque ad peractam de more synodum[l] remoratus. Apr. 13. In qua videlicet synodo idem apostolicus inter caetera quae sollemniter statuit, decretum de ordinatione Romani pontificis[91], qualiter scilicet, vel a quibus personis seu pacis seu belli tempore debeat ordinari, antiquas praedecessorum suorum secutus sententias discretissime scripsit; idque sub districto anathemate tam sua quam omnium qui eidem synodo interfuerant sacerdotum auctoritate roboravit.

13. Eodem tempore idem papa ad hoc monasterium in ipsa beati Iohannis nativitate adveniens, Iun. 24. sociato sibi Desiderio in Apuliam descendit; ubi cum apud Melphiam concilium celebrasset, Richardus princeps cuius iam supra meminimus per admonitionem seu[m] iussionem eiusdem apostolici praeceptum fecit huic loco de monasterio sanctae Aug 23. Mariae in Calena[n], sito in finibus Apuliae iuxta civitatem quae dicitur Besti[92], cum omnibus exintegro castellis, villis, cellis, et universis omnino possessionibus eius. Cap. 14. Gisulfus etiam Salernitanus princeps[o] monasterium sancti Benedicti de Salerno, quod[p] nobis iam dudum parentum ipsius violentia subtraxerat, tactus[q] timore Dei in manus domni abbatis exintegro restituit, et ut ab eo religiosius ordinaretur oravit. Sed cum inde[r] subducto abbate, praepositum ibi iuxta morem cellarum nostrarum ordinavisset[s], indigne[t] nimis hoc Salernitani simul et invidiose accipientes, eundem principem id disturbare tum precibus tum instantiis nimiis compulerunt. Demum idem princeps consilio habito, monasterium sancti martyris Laurentii intra Salernum[u] in latere montis aedificatum, quod sibi iure haereditario pertinebat, extoto[v] cum omnibus pertinentiis suis non qui-

a) *add.* 4. b) presbyteri *ed.* c) p. officium recipere d. 2. d) c. videlicet eius d. *ed.* e) fluit *ed.* f) l. r. *ed.* g) R. t. *ed.* h) in beati B. est f. r. *ed.* i) Et q. ab eodem pontifice paschalis festivitatis gratia inv. fuerat, R. reversus *ed.* k) reversus post festum Urbem egrediens, Melfiam Apuliae urbem perrexit, ubi tunc idem apostolicus concilium celebrare disposuerat, in qua etiam synodo dum Richardus Capuanus princeps cum aliis quampluribus interfuisset, a supradicto papa Nycolao ammonitus, praeceptum fecit B. Benedicto de monasterio sanctae Mariae in Calena, cum pertinentiis suis. 14. Tunc temporis Gisulfus S. p. 2. l) *deest* 4. m) et 3. n) Caiena 4. o) p. Desiderio super hoc conquerenti, reddidit huic sancto loco m. (cellam 2.) s. B. *ed.* p) quam a iure nostri coenobii Salernitanorum eatenus v. s. 2. q) subtraxerat. Sed c. *ed.* r) exinde *ed.* s) constituisset 2. t) Salernitani nimis haec indigne ferentes, eidem principi instare coeperunt, ut monasterium illud ordinatum sicut antea fuerat esse permitteret. Coactus itaque princeps illorum rogatu, mon. s. Laur. *ed.* u) i. civitatem Salernitanam constructum q. 2. v) in hoc mon. exintegro optulit; nec tamen restitutionem quam iam antea de supradicta cella fecerat, irritam fecit. *ed.* *Sed in cod.* 3. violavit *scriptum est, et complura ibi ut in* 4. *legi persuasum habeo.*

87) cf. Ann. Rom. Mon. SS. V, 471. 88) Osimo. 89) ap. Gatt. Acc. p. 159. Tosti Hist. Cas. I. p. 395. 90) scil. *ad correctionem omnium monasteriorum et monachorum.* 91) editum in Mon. Leg. II[b]. p. 177. 92) nunc Viesti; *in finibus Apuliae inter montem Garganum et mare Adriaticum.* Edidit Gatt. Acc. p. 161; suspectum Ill. Di Meo, sed ut mihi videtur immerito. Datum est aliquanto post finitam synodum.

dem parvis praedicto nostro abbati concessit, et per praeceptum in hoc monasterio confirmavit; nec tamen refutationem illam quam de priori monasterio fecerat violavit*.

Cap.15. 14. Sequenti tempore praefatus[a] pontifex iterum ad has partes deveniens, domnum Oderisium Oderisii Marsorum comitis filium, et loci huius a puero monachum diaconum 93 in Lateranensi ecclesia, apud Acerras[93] positus[b] ordinavit. Tunc[c] etiam in Aquinensi civitate deposito episcopo nomine Angelo, eo quod neophitus et rerum ecclesiasticarum male prodigus erat, necnon et pro[d] quibusdam nequitiis suis a sanctae memoriae papa Leone iam dudum excommunicatus extiterat, domnum Martinum Florentinum genere, religiosum plane atque prudentem de huius loci prioribus monachum episcopum consecravit. Petrus quoque[e] Venafranae[f] et Hiserniensis sedis episcopus, Ravennas natione, monasterii[g] huius monachus, tempore nichilominus ipso sacratus est.

Cap.16. 15. Eisdem[h] quoque diebus et Richardo principatum Capuanum[i], et Robberto[k] ducatum Apuliae et Calabriae atque Siciliae confirmavit, sacramento[l] et fidelitate Romanae ecclesiae ab eis primo recepta, necnon et[m] investitione census totius[n] terrae ipso-

*) De[o] eodem vero monasterio sancti Benedicti de Salerno, ne forte vel memoria cum multis intendimus excidat, vel ne forte non opportunior referendi locus nobis occurrat, licet praepostero ordine, necessarium videtur malitiam et invidentiam quorundam fratrum praedicti monasterii hoc in loco inserere; nam sicut Aeneam apud Virgilium[94] dixisse sociis legimus, forsan olim haec meminisse iuvabit. Causidicus quidam praedictae civitatis Salernitanae Romualdus nomine fuit, qui pro eo quod etiam ipsius monasterii advocatus erat, maximam ibi familiaritatem habebat; tunc proinde universa eiusdem loci munimina seu quaslibet cartas saepissime perquirendi fidissimam ab abbate licentiam acceperat. Tandem igitur inter caeteras quattuor numero magna oblationis edicta invenit, quae videlicet clare satis ac pleniter continebant, qualiter idem monasterium a principio huic nostro coenobio traditum a principibus ac subditum fuerit. Has ille maxima ductus invidia, protinus rapuit, abscondit, et nemine prorsus sciente ad domum propriam detulit, atque usque ad mortis diem ne filiis quidem ostendit. In mortis igitur articulo positus, vocavit maiorem filium suum Iohannem nomine, eique clam universum ipsius rei prodens negotium, et praedictas cartas manibus retinens: *Ego* inquit *ut cernis, o fili, procul dubio morior; cartas istas fidei tuae committo, ut sicut meam vis benedictionem habere, usque ad diem ultimam tuam nulli prorsus mortalium eas ostendas, sed sicut egomet feci, secretas illas apud te et ignotas omnibus habeas; quoniam si quomodolibet in notitiam seniorum Casinensium venerint, nullatenus quiescent quin sub iure monasterii sui monasterium istud reducant, quod iamdudum studio et sollertia nostrorum parentum ab illorum dicione subductum est.* Suscipit simul cum cartis patris imperium filius, et ac si divinum quid in pectoris archano recondens, usque ad suae mortis diem similiter habuit et ipse celatas. Ad mortem autem veniens, accersit fratrem suum tunc ipsius loci abbatem, easque illi simili tenore, quo sibi pater reliquerat, tradidit. Non multo post idem abbas infamatus de quibusdam criminibus apud ducem Roggerium, tentus est, et in suamet ipsius camera custodiae mancipatus. Qui videlicet abbas iamdudum propalaverat praedictarum tenorem cartarum cuidam pseudo monacho propinquo suo. Verum hic quoque priorum nequitiae nequaquam inferior, reminiscens nefandi negotii huius, et verens ne cartae ipsae apud abbatem invenirentur, et nobis aliquando proderentur, festinus ad custodes abbatis accessit, et lugubri voce indicans, se quattuor cartulas propriae haereditatis eidem utpote propinquo commendatas habuisse, orat suppliciter ut eas sibi et perquirere, et auferre permitterent, ne forte rebus aliis intermistae perirent. Illi nullum in monachi verbis dolum existimantes, dant ei protinus et perquirendi et asportandi licentiam. Quas ille repertas, inscio quod dicunt abbate, die altera in conventu omnium fratrum attulit, ostendit, et legit, remque totam per ordinem pandit, mirantibus cunctis et indignantibus, et diversis ut in talibus assolet diversa promentibus. Tandem haec pluribus sententia placuit, ut antequam res divulgaretur, cartae ipsae protinus minutatim inciderentur, idque mox invidia simul et ira dictantibus actum est, atque uni ex fratribus imperatum, ut easdem ipsas incisionum minutias diligenter colligens, in secessus fratrum proiiceret. Haec omnia taliter gesta fuisse, idem ipse frater, qui hoc de minutiis ipsis facere iussus est, divino timore compunctus non multo post abbati suo domno Iaquinto nostro
95 confratri per ordinem propalavit. Ego[95] quoque ex eiusdem abbatis ore haec universa percepi, ne quis forte autumet mendose hoc vel fabulose confictum. *addit* 2.

a) supradictus *ed.* b) prepositus 4. c) Postmodum autem in *ed.* d) *deest ed.* e) etiam *ed.* f) Benefrane 2. g) noster monachus, t. i. s. est. *ed.* h) Hisdem *ed.* i) *deest* 3. k) Rothberto 2. Rotperto 3. l) cum sacr. fid. *ed.* m) *deest ed.* n) t. t. i. *deest* 2. o) *haec teste indiculo capitum olim in fine operis Leo collocaverat, quae postea loco congruo insereret. Nunc in solo cod. 2. servata sunt.*

93) inter Capuam et Nolam. 94) Aen. I, 203. 95) i. e. Leo.

rum, singulis[a] videlicet annis per singula boum paria denarios duodecim[95]. Sed quo- 95
niam duorum[b] horum magnatuum, Robberti scilicet atque Richardi decurrens[c] historia
attulit mentionem, qui prae caeteris sui temporis mortalibus locum hunc et[d] dilexerunt,
et ditaverunt, et protexerunt, quique huic nostro Desiderio nimium devoti, fideles, et
amicissimi in omni vita extiterunt: dignum videtur, qualiter sit uterque ad suae digni-
tatis honorem provectus[e], vel breviter opusculo isti inserere; nam et superius nos id II, 66.
ipsum promisisse meminimus. Robberto igitur primum frater eius Drogo qui tunc comes Amat III, 7.
erat Apuliae, roccam sancti Marci concessit, quam videlicet in confinio Calabriae ipse
non multo ante construxerat, deque tota illum Calabria pariter investivit. Sed cum
Robbertus[f] idem pauper admodum esset, nec sine multae summa pecuniae ad milites ib. c. 10.
conquirendos eandem se posse adquirere pervideret, tandem vicinae civitatis dominum
quae Bisinianum[g] vocatur, Petrum videlicet Tyrae, divitem valde virum vocatum ad col-
loquium cepit; a quo utique viginti milia aureos pro eius absolutione recepit. Huic ad ib. c. 11.
fratrem pergenti Girardus de bono alipergo occurrens, primus omnium illum quasi[h] per
iocum Viscardum appellavit, eiusque demum miles effectus, Alveradam amitam[i] suam
illi in matrimonium iunxit; sicque simul ingressi Calabriam, brevi tempore universas
fere illius urbes ceperunt. Post mortem autem fratris Humfridi honore ipsius recepto, ib. IV, 3 1057.
Regium urbem obsidens capit, et[k] extunc coepit dux appellari. Dehinc[l] reversus Apu- 1059.
liam cepit etiam Troiam; et ita paulatim, diversis licet temporibus totam terram uni- c. 4–7
versosque partium illarum Normannos praeter Richardum, suo subdidit dominatui. Co- c. 18.
gnito praeterea quod praedicta Alverada sibi affinis esset, parat divortium; ac[m] sororem
Salernitani principis coepit expetere in coniugium. Quod et factum est. Et Alveradae c. 23.
quidem[n] dona conferens plurima, Calabriam cum Sikelgaita[o] perrexit. Post haec ad V, 7.
Saracenorum expugnationem et adquisitionem Siciliae ingens Robberti animus vertitur; 1061.
ad quam videlicet cum valido exercitu transiens, Messanam primo quae in portu sita c. 18.
erat ex improviso occupat; inde Rimetum[96]; ad urbem deinde[u] quae Castrum Iohannis c. 20.
vocatur[p], ex quattuor partibus castella[q] communit, bella ibi et[r] plurima et prosperrima c. 23.
peragit; a Panormitano admirato dona ingentia recipit; castrum sancti Marci nomine in c. 21. c. 25.
valle Demenae construit; Messana militibus communita, ingenti[s] tandem auro onustus
Calabriam repetit. Ydrontum[t] deinde tandiu obsidens afflixit, quousque illi se tradidit. c. 26.
Inde Barim[u] terra marique circumdat, eamque post quattuor circiter annos Argirizzi c. 27. 1068.
factione ingreditur[97]. Rursus igitur ad Siciliae Panormique expugnationem cum navali 1071.
profectus exercitu[98], intra quinque mensium spatium Cathenam primo, inde vero[v] Pa- VI, 13–22.
normum[99], deinde Mazarim[w, 1] capit; sicque fratrem Roggerium de tota investiens insula, 1072.
et medietatem Panormi, et Demenae, ac Messanae sibimet retinens, acceptis Saraceno-
rum obsidibus, thesauro ingenti ditatus Calabriam redit. Haec interim de Robberto*:
iam nunc aliquanta de Richardi principatu scribamus.

Hic itaque Aversanum ut supra iam tetigimus comitatum indeptus, ad[x] principatus 1050.
dignitatem toto nisu ambire, et ad Capuanae urbis expugnationem animum coepit inten-
dere[2]. Supra quam cum tria castella firmasset, eamque acriter debellans affligeret, Amat. IV, 8
septem milibus tandem aureis a Pandulfo iuniore susceptis obsidionem solvit; sed ad
tempus. Nam cum post mortem Pandulfi Landulfus filius successisset, mox et Richardus c. 11 1058.
accedens obsidionem firmavit. Proferunt multam Capuani pecuniam, Richardus nil ap-
petit nisi terram. Artati demum famis penuria cives, cedente Landulfo recipiunt homi- 1062. Mai. 21
nem, sacrant in principem, portas sibi dumtaxat cum turrium fortitudine retinentes.

*) Robberto breviter tetigisse sufficiat, quia qualiter hanc insulam ceperit latius loco suo scribemus. Nunc iam aliqua de 2.

a) per singulos annos p. *ed.* b) h. d. magnatium *ed.* c) d. h. a. m. *post* extiterunt *collocat ed.* d) h. d. d. ac p. *ed.* e) profectus 4. f) c. pauper admodum esset, vicine urbis d. 2. g) Bestinianum 4. h) V. (Guiscardum 2.) q. p. i. a. *ed.* i) amicam 4. illi a. s. in *ed.* k) *deest* 4. l) *add.* 4. m) sororemque *ed.* n) *add.* 4. o) Sikelgatta 4. p) vocabatur 4. q) castra 4. r) et p. et *desunt* 2. s) t. i. *ed.* t) Otrantum 2. u) Varum 2. v) *add.* 4. w) Nazarim 2. Maxarim 3. Masarim 4. x) ad C. u. e. a. c. i. et ad p. d. t. n. a. *ed.*

95) Utrumque iuramentum quod *Robertus Dei gratia et sancti Petri dux Apuliae et Calabriae et utroque subveniente futurus Siciliae* praestitit, e libro censuum edidit Baronius ad a. 1059. n. 70. 96) Rametta (?). 97) Apr. 15. 98) m. Iulio. 99) Ian. 10. 1) Mazzara. 2) inde a m. Iun. a. 1058. principis nomen assumpsit.

Dissimulat hoc interim novus princeps, et aptius[a] id expetendi tempus expectat. Non
Amat IV, 13. multopost venit ad hoc monasterium, recipitur honorifice nimis cum processione sol-
3 lemni: erat[b. 3] enim admodum gloriae appetens. Placent omnia valde; rogatus a senio-
ribus de loci tutela, devotissime promittit se totius monasterii contra omnes quos posset
c. 26. fidelissimum de caetero defensorem. Campaniam deinde profectus, totam ferme intra
c. 28. tres menses adquirit. Inde Capuam rediens, congregatis nobilibus dignum iam asserit
esse, turres civitatis et portas[c] sibi contradi. Timentibus hoc et omnino refutantibus
agere Capuanis, iratus princeps urbem exit, eamque rursus artissima obsidione undique
cingit. Iterum cives fame valida pressi, ultra montes ad imperatoris suffragium exo-
randum archiepiscopum suum[4] transmittunt; sed qui verba detulit, verba recepit sine
5 aliqua utilitate regressus[5]. Tunc Capuani spe undique decidentes, iamque resistere,
nullo[d] penitus eis ferente auxilium non valentes, tandem[e] et turres, et portas, et seipsos
omnes cum suis omnibus potestati[f] principis tradiderunt, anno[6] dominicae incarnationis
millesimo sexagesimo secundo, cum iam per decem circiter annorum curricula Norman-
c. 30. nis viriliter ac[g] strenue repugnassent. Post paucum tempus divino iudicio nocte confla-
grata Teano, mane princeps cum exercitu supervenit; fugientibusque[h] comitibus, civita-
tem ultro tradentibus civibus recipit. Ita[7] sibi Deo in omnibus pro incolarum nequitiis
prosperante, universas Capuani principatus attinentias cum civitatibus et castellis brevi
c. 31. sibi tempore subdidit. In omnibus autem his prosperitatibus Deo et patri Benedicto
semper gratias referebat; eius se meritis adiuvari, eius orationibus attolli constantis-
sime[i] profitens. Iam vero domnum abbatem licet dudum apud Capuam praesidentem
ut supra diximus sibi amicissimum fecerit, ex eo tamen illum ac si patrem modis omni-
bus venerari, eius se[k] consiliis omnino committere, ipsi quasi domino libenter obtem-
Cap. 17. perare. Primo igitur anno quo princeps simul cum Iordane filio factus est, iuxta
1058. Nov. 12. morem priorum principum generale praeceptum fecit huic monasterio de omnibus omnino
1063. Apr. 22. pertinentiis ac finibus suis[8]. Sequenti vero tempore fecit praeceptum monasterio nostro
quod Capuae situm est, de platea publica quae erat inter murum civitatis et claustrum
eiusdem coenobii[9], unde magnam inquietudinem fratres tam a quibuslibet transeuntibus,
quam et a vicinis mulierum[l] garrulitatibus cotidie patiebantur.

Cap. 18. 16. Tantae igitur potestatis Desiderius Dei nutu amicitia fretus, nequaquam tam
acceptabile tempus neglegendum existimans[m], eidem principi tum precibus, tum mune-
ribus non exiguis instare coepit, ut huic monasterio quod[n] tantopere se diligere fateba-
tur, quietem dignaretur et securitatem largiri, et castella nobis finitima quibus undique
frequenter infestabamur, quae videlicet ipse iam in suam dicionem redegerat, eidem
monasterio in perpetuum possidenda firmaret. Eius itaque votis princeps gratantissime
1065. Ian. 19. annuens, primo quidem castrum quod Mortula dicitur, simul cum Casa Fortini[10]; dehinc[11]
c. 11. oppidum Frattarum cuius iam supra meminimus; sequenti vero anno[12] roccam cogno-
1066. Mart. 6. mine Cucuruzzum[o]; turrem quoque quae iuxta mare sita est, in eo videlicet loco quo
Iun. 28. Liris[p] fluvius mari miscetur[13]; necnon et castellum Teramense[14]: haec inquam omnia,
cum[q] omnibus simul eorum[r] pertinentiis, principalibus singillatim praeceptis huic loco

a) artis 4. b) e. e. a. g. a. *desunt* 2. c) *deest* 3. d) n. p. e. f. a. *desunt* 2. e) et turres t. *ed* f) virtuti *ed.* g) ac s. *deest* 2. h) fugientibus *ed.* i) certissime *ed.* k) e. c. se c. *ed.* l) feminarum *ed.* m) ducens *ed.* n) *deest* 4. o) Cucurrizzum 2. C. cum omnibus pertinentiis eius *ed.* p) mari Lyris f. admiscetur *ed.* q) c. o. s. e. p. *add.* 4. r) s. e. simul p. 4.

3) hoc Leo addidit. 4) Hildericum. 5) *Car en la cort de lempereor de Alemaigne est costumance que qui done parole parole rechoit.* Aimé. 6) *anno — repugnassent* Amatus non habet. Annum Anon. Casin. indicat; sed quo prima vice expugnata est. 7) In sequentibus noster de suo aliqua supplevit. 8) ap. Gatt. Acc. p. 161. 9) ib. p. 163. 10) interventu Pandulfi Gualae filii. In privil. ap. Gatt. Acc. p. 164. Riccardus ita loquitur: *omnium . . . pateat sagacitati, quoniam Landolfus f. qd. Pandulfi olim principis, et Landulfus nepos ipsius Landulfi, et filii qd. Pandulfi, et Iohannes et Petrus germani et filii qd. Gisulfi, et Paldulfus et Landenolfus germani et f. qd. Laydolfi olim Thian. com. contra nostram animam cogitaverunt, et consiliaverunt, ac inimicos nostros intus nostram provinciam invitaverunt atque introduxerunt, propter quod secundum legem Langobardorum omnes res eorum in nostro publico devolutae sunt ad faciendum exinde omnia quae voluerimus*, etc. 11) diei eiusd. Gatt. Acc. p. 165. ex orig. 12) 1066. quum reliquae notae a. 1065. potius conveniant, 4. Non. Iul. monast. S. Salvatoris in monte Cucuruczu, comitatu Tean. Casinatibus dedit, confiscatum ob proditionem comitum Calatiae et Petri com. Vulturnensis. Gatt. Hist. p. 312. ex orig. 13) Gatt. Acc. p. 166. 14) comitibus ob eandem causam ademptum; ibidem.

exintegro concessit et confirmavit. Data sunt autem in commutationem eidem principi, pro Frattis castellum quod dicitur Capriata cum omnibus pertinentiis suis, additis insuper trecentis bizanteis. Pro Teramensi vero castro datum est illi castrum[a] quod vocatur Conca, quod ipse nobis dudum reddiderat, una cum curte sancti Felicis de Miniano. Oppidum praeterea vicinius monasterio quod Pesmontis vocatur, quodque[b] nobis erat infestius ac molestius caeteris, eodem tempore a comitibus Aquinensibus Desiderius commutavit; pro quo videlicet roccam quidem vocabulo Cellarolam[c], et Postam illis extoto concessit; retento sibi lacu eiusdem loci cum ecclesiola quae iuxta est. Partem vero de municipio sancti Urbani nobis tunc pertinentem, idest 120 familias, singillatim dedit comiti Adenulfo in vita tantum sua tenendam, retentis sibi familiis 12 cum ecclesia sancti Urbani, et cum terra quae sufficeret ad duo paria boum: ea videlicet condicione ut si vellet nobis praedictus comes in vita sua easdem hominum familias reddere, nos daremus illi 50 libras denariorum; sin autem, post mortem illius in nostram[d] omnes illi homines dicionem redirent.

17. Per[15] idem tempus oblatae[e] sunt in hoc loco ecclesiae per diversa loca, quas Cap. 19.
suo ordine compendiose subter annectimus, ab anno videlicet primo ordinationis Desi- 1058.
derii[f] usque ad dedicationem maioris ecclesiae, deinceps reliqua descripturi. Ecclesia 1071.
sanctae Mariae in Aurola, territorio Larinensi[16]. Ecclesia sancti Benedicti intra civitatem 1059.
Albanensem. Monasterium sanctae Mariae de Cellis, territorio[g] Carseolano[17]. Monaste- Apr. Dec.
rium sancti Benedicti de Orbeto, loco Pascusano[18]. Ecclesia sancti Valentini intra Fe- 1061. Iul.
rentinum Campaniae[h]. Ecclesia sancti Marci de Carpenone, loco Aquasonula[19]. Eccle- 1064. Oct.
sia[i] sancti Dimitrii intra civitatem Neapolim, in regione Albinense. Ecclesia sancti Petri
in Orbeto, loco Morino. Ecclesia[k] sanctae Luciae iuxta castellum Rendenariae. Mona-
sterium sanctae Eufemiae[l] in Marchia[20], territorio Teatino[m]. Ecclesia sancti Angeli et 1062. Ian.
sanctae Mariae in Comino, loco Pesclo[m*] Masculino[n.*]. Ecclesia sancti Iohannis de Conca,
loco Pilano[o]. Ecclesia sancti Nycolai intra Aquinum, iuxta plateam. Ecclesia sancti 1063. Apr.
Blassii de Sancto Iohanne in Baniarola[21]. Ecclesia sancti Benedicti in territorio Aretino,
loco Ficarola. Ecclesia[p] sancti Angeli de Algido[**]. Monasterium sanctae Agathae sub- 1064. Ian.
tus civitatem Tusculanam[22]. Ecclesia sancti Salvatoris in eadem civitate Tusculana.
Ecclesia sanctae Mariae cognomento Ad vineas[23], territorio Tusculano[q.***]. Ecclesia sanctae Mariae de Uppa, territorio Carseolano. Ecclesia sancti Nycolai et sancti[r] Moyses apud Campaniam, loco Turrici. Ecclesia sancti Angeli in Bettorrito, pago Marsorum. Ecclesia sancti Herasmi, et sancti Angeli, et sancti Donati[s] de Pomperano, similiter in Marsia. Ecclesia sancti Christophori, et sancti Constantii, territorio Aquinensi. Ecclesia sancti Martini de Arpino. Monasterium† sancti Petri de Burgano[t], in finibus Luceriae.

*) Ecclesia sanctae Trinitatis, et sancti Felicis in Sancto Urbano. *add.* 2.

**) territorio Tusculano. Ecclesia sancti Petri in Plegi, sanctae Felicitatis, sanctae Luciae[24], sancti Antonini in monte Porculo, territorio Tusculano. *add.* 2. 24

***) Monasterium, quod dicitur Sancta Ierusalem, territorio Tusculano[25]. Monasterium sancti Angeli in Psclu, territorio Veliternensi. Has omnes Gregorius consul Romanorum beato Benedicto obtulit iuxta tenorem, quae in oblationis cartula continetur. Item *add.* 2.

†) Monasterium sancti Petri de Lacu, territorio Balvensi[26]. Monasterium quoque sancti Petri de 26

a) castellum q. dicitur C. *ed.* b) et inf. ac *ed.* c) Cellarellum 2. d) nostra o. i. h. diciores 4. e) oblata s. in h. l. monasteria et ecclesiae p. d. l. quae 2. f) ipsius *ed.* g) in t. *ed.* h) F. Monasterium s. 2. i) Monasterium 2. k) et eccl. s. L. prope c. qui dicitur Rendenaria *ed.* l) Eufimie *ed.* m) T. cum 300 modiis terrae 2. m*) Peschu *ed.* n) Masculinu 2. o) Pisano *ed.* p) Monasterium 2. q) Tusculanensi *ed.* r) *deest* 4. s) D. cum 300 modiis terrae, de 2. t) Purgano 4.

15) Requirenda, si iuvat, in Regesto Petri cuncta hic notata. ANG. 16) Gatt. Hist. p. 131. 17) v. supra II, 23. Dedit Siginolfus comes, f. Berardi, habitator in castello S. Angeli. Gatt. ib. p. 222. 18) *in valle de Orbetu, in provincia Marsorum.* Gatt. Hist. p. 226. 19) quam obtulit Bernardus Laidulfi f. comes Aeserniae; ib. p. 228. 20) *super fluvio Fauro;* ib. p. 230. (a. 1063. ind. 15.). 21) *in ipsa Limata, subtus ipso castello,* sc. S. Ioh. in actu Pontiscurvi; ib. p. 266. 22) utriusque tres partes offerente Gregorio f. Gregorii consulis, quartam d. 24. Maii Octaviano Alberici filio; ib. 232. 234. e reg. Petri. 23) ib. p. 233. Gregorius f. Gregorii de Alberico dimidiam eius partem offert 1068. Feb. 18. 24) Eae in reg. dicuntur ecclesiae de S. Angelo in Algido, sed S. Antoninum Petrus f. Gregorii dedit 1077. Sept. 24; v. ib. p. 236. et infra c. 60. 25) id in reg. a Bened. VIII. et Alberico com. pal. fratribus oblatum dicit, ib. p. 236. 26) Gatt. Acc. p. 179. Offerunt comites Balb. a. D. 1067. ind. 7. m. Aprili.

Omnes istae ecclesiae cum universis omnino possessionibus ac pertinentiis earum tam mobilibus quam immobilibus huic monasterio intra praescriptum spatium oblatae, et a Desiderio receptae sunt.

Tunc temporis Baldoinus comes de valle Sorana obtulit, seu refutavit beato Benedicto tres curtes de Comino, quas videlicet[a] per cartulam commutationis a parte huius monasterii retinebat; idest ecclesiam sancti Urbani cum pertinentia[b] sua, et ecclesiam sancti Victorini cum ipso lacu de Vicalbo, et ecclesiam sancti Angeli quae dicitur in Pratora, cum omnibus omnino pertinentiis ac rebus earum[a], quemadmodum a nobis rece-
1064. Mart. perat. Eodem quoque tempore Paldus[c] Venafranus comes obtulit beato Benedicto quartam partem de castello quod dicitur Sextum, et medietatem totius partis suae de valle Venafri, et de Teano, et de Calinulo, et de Calvo, et de Caiatia[d], nec non et de omnibus quae possidere videbatur in toto principatu Capuano. Alio etiam praecepto obtulit in hoc loco quartam partem de Cerreto[e] plano, et Torcino, et medietatem de rocca
27 sancti Georgii, et de Vitecuso, et de Cerasolo[27], nec non et integrum castellum quod dicitur Cerulanum, cum omnibus exintegro[f] pertinentiis eius. Sed et Landulfus comes de[g] Miniano[28] ad conversionem veniens, obtulit curtem suam huic monasterio non longe ab eodem Miniano, cum duabus ecclesiis, Sancta Maria[h] et Sancto Iohanne. Praeterea
II, 65 et Ioannes comes de Pontecurvo cognomento Scintus superius iam nominatus, obtulit[i]
1066. Feb. in hoc loco ecclesiam sancti Angeli, de loco qui dicitur Merulanus, et ecclesiam sancti Blassii sub castello quod appellatur[k] Pica, et integram curtem de Baniolo, et Sipizano, et castellum quod vocatur[l] Pastina, necnon et quattuor vicendas[m] non parvas, cum universis praedictarum ecclesiarum et[n] curtium pertinentiis[29]. Iohannes quoque filius Lan-
1070. Sept. dulfi[o] comitis Teanensis, per cartam firmavit et concessit in hoc monasterio integram partem suam de castello Mortula[p], et de omnibus quae illi a patris[q] parte in eodem loco pertinuerant. Idem nichilominus fecit[r] et frater eius Landulfus infans infra aeta-
1064. Mai. tem de tota altera parte sua[30]. Tunc[s] etiam Pandulfus quidam de[t] Sipontinis nobilibus ad obitum veniens, de quinquaginta passibus ad[u] piscandum in mare, in loco qui vocatur Ad Rigora, oblationem in hoc monasterio fecit[31]. Per eos dies Berardus Marsorum comes de[v] monasterio sanctae Mariae in valle Marculana in hoc loco oblationem faciens, simul eam huc cum filio suo Todino egregriae indolis adolescente iam pridem apud monasterium Reatinum converso transmisit. Idem quoque postmodum ad hoc monaste-
1070. Nov. rium veniens, reddidit beato Benedicto monasterium sanctae Mariae de Luco[w], simul cum rocca quae super ipsam ecclesiam[x] constructa erat[32], et cum omnibus villanis qui ibi residebant, et cum universis omnino per totam Marsiam pertinentiis eius. Huic[y] Desiderius sub libelli nomine terram mille modiorum mensura de rebus huius monasterii per diversa loca quae sub sua duntaxat erant[z] ditione, assignari praecepit, censu quinquaginta solidorum per annos singulos constituto.

Cap. 20. 18. Aestuabat interea ingenti desiderio Desiderius, ecclesiastica etiam ornamenta de quibus usque ad id temporis pauperes admodum videbamur, undecumque conquirere; sed bonum desiderium non[*] est passus Deus in tanto homine inefficax esse, sicut in sequentibus pervidebitur. Partim itaque de propriis deferens, partim vero a Romanis amicissimis mutuans, centum et octoginta librarum pretio congesto omnia fere ornamenta papae Victoris, quae hac illacque per Urbem fuerant pignorata redemit; quae

33 Burgano, in finibus Luceriae. Monasterium sancti Petri de Avellana, apud Sangrum[33], cum universis omnino pertinentiis et possessionibus ipsarum omnium. Tunc 2.

a) *add.* 4. b) c omni p. *ed.* c) Pandulfus *ed.* d) Cal. 4. e) Cerretu 2. f) o. omnino sibi pertinentibus ac possessionibus *ed.* g) c. Minianensis 2. h) S. videlicet M. *ed.* i) *deest* 4. k) dicitur *ed.* l) appellatur *ed.* m) q. terre iuiera n. p. 2. n) eccl. curtiumque possessionibus *ed.* o) q. filii Landolfi *ed.* p) Murtula 2. q) a parte p. in e. castello pertinere videbantur *ed.* r) I. etiam f. et de altera integram partem suam frater e. L. i. i. e. Per eos dies Berardus *ed.* s) Tunc — fecit *in fine cap. collocat ed.* t) q. Sipontinus ad 2. u) p. in mari in l. q. v. Rigora ad p. o. *ed.* v) c. ad hoc monasterium veniens per cartam reddidit b. B. 2. w) Lucu *ed.* x) ipsum monasterium *ed.* y) Huic — constituto *desunt* 2. z) *deest* 3. *) d. donante Deo non potuit in t. *ed.*

27) *de castro Cerasolu inclite* 3 *porciones med.* ap. Gatt. Acc. p. 168. ubi utrumque docum. ei. d. invenies. 28) Landulfus Fusco c. M. *quia contra animam nostram cogitavit et conspiravit* bonis exutus dicitur a Ricardo 1066. Sept. ap. Gatt. Hist. p. 158. 29) Gatt. Acc. p. 169. 30) utrumque ib. p. 170. 31) ib. p. 171. ubi videmus, sub Graecis imperatoribus Siponti leges valuisse Langobardorum. 32) ib. 33) v. infra c. 39.

videlicet ista[a] sunt. Pluviale diarodanum[b], totum undique auro contextum, cum fimbriis nichilominus aureis. Planeta[c] diacetrina[d], aureis listis undique decenter ornata; alia vero[e] exameta[34], friso nichilominus in giro circumdata. Dalmatica similiter exameta, 34 auro et albis a capite, manibus[f], ac pedibus insignita. Tunica diapistin cum urna amplissima a pedibus et manibus ac scapulis aurea. Stolae auro textae cum manipulis et semicinthiis suis, numero novem. Pannum diarodanum pro[g] faldistorio[35], cum aureis in circuitu listis. Libet nunc[h] super haec inserere singula, quae ex eo quo ordinatus est tempore usque ad renovationem basilicae maioris, in ecclesiae utensilibus fecerit[i]: nam caetera deinceps plenius exequemur. Pastoralem virgam argento vestivit, et deauravit. Fecit ante faciem altaris tabulam auream cum gemmis, librarum circiter decem; nec non et turibulum de auro cum gemmis ac[k] smaltis, librarum duarum. Librum quoque epistolarum ad missam describi faciens, tabulis aurea una, altera vero argentea decoravit. Codicem[l] etiam regulae beati Benedicti pulchro nimis opere deintus comptam, deforis[m] argento vestivit. Similiter fecit et de sacramentoriis[36] altaris uno et 36 altero, et duobus nichilominus euangeliis, et epistolario uno. Nam usque ad illud tempus in plenario missali tam euangelia quam epistolae legebantur; quod quam esset tunc inhonestum, modo satis advertitur. Id ipsum fecit et de alio libello, in quo sunt orationes processionales. Fecit et libellum ad cantandum in[n] gradu sive ante altare, eumque tabulis eburneis mirifice sculptis et argento ornatis annexuit. Codicem quoque de vita[o] sancti Benedicti, et sancti Mauri, et sanctae Scolasticae describi studiosissime fecit. Fecit et portellas argenteas ad ingressum chori, librarum circiter triginta. Fecit et sedilia lignea in circuitu chori cum dossalibus eorum, scalptura[p] simul et pictura decora[q]. Sed et gradum nichilominus ligneum eiusdem operis extra chorum in ambonis[r] modum satis pulchrum constituit, in quo videlicet tam lectiones in nocte, quam etiam[s] epistolae et euangelia ad missas praecipuarum festivitatum legi deberent[t]. Per eos etiam dies cum rumor increbruisset[u], ad Italiam regem venturum, nequaquam segnis[v] perrexit 1067. Amalfim; ibique viginti pannos sericos quos triblattos[37] appellant[w] emit, ut si forte necessarium esset, haberet quod[x] regi donaret, pro tutela videlicet et honore monasterii huius. Hydriam quoque argenteam librarum septem, ibidem tunc adquisivit, quam[y] profecto ad ministerium aquae sanctificatae in processione dierum dominicorum cum alia eiusdem metalli et quantitatis hydria postmodum illi donata deputavit[z]. De triblattis vero omnibus, quoniam rex de via reversus fuerat, pluviales protinus fieri iussit. Videns autem tunc portas aereas episcopii Amalfitani, cum valde[*] placuissent oculis eius, mox mensuram portarum veteris ecclesiae Constantinopolim misit, ibique illas ut[a] sunt fieri fecit[b]. Nam nondum disposuerat ecclesiam renovare, et ob hanc causam portae 1066. ipsae sic breves effectae sunt, sicut hactenus permanent[38].

19. Interea ut superius revertamur[c], defuncto apud Florentiam apostolico post duos Cap. 21. et[d] dimidium quibus ecclesiae praefuit annos, cum maxima inter[e] Romanos seditio coe- 1061. Iul. 19.[39] pisset de ordinando pontifice exoriri: Hildebrandus archidiaconus cum cardinalibus nobilibusque Romanis consilio habito[f], ne dissentio convalesceret Anselmum tandem Lucensem episcopum post tres circiter menses in Romanum pontificem eligunt, eumque Ale- Oct. 1. xandrum vocari decernunt; nostro Desiderio simul cum principe Romam proficiscente, eique in omnibus suffragante. Quod cum ad aures regis[g] eiusque matris venisset[h], indignatione nimia ducti quod haec sine illorum consilio[i] et auctoritate gesta fuissent, et ipsi nichilominus Cadaloum Parmensem episcopum ultra montes a Placentino dumtaxat

a) v. sunt haec *ed* b) d. magnum, t. 2. c) Planetam diacitrinam *etc. casu quarto ed.* d) magnam *add.* 2. e) quoque *ed.* f) c. et p. ac m. i. *ed.* g) d. cum listis aureis p. f. 2. faldstorio 4. h) L. praeterea hoc in loco designare s. *ed.* i) sive f. sive adquisierit 2. k) et smaldis *ed.* l) Calicem 4. m) a foris *ed.* n) c. ante altare sive in gradu *ed.* o) fecit 4. (factis?). p) sculptura 4. q) praestantes *ed.* r) ammonis 2. s) etiam et *ed.* t) f. legerentur *ed.* u) increbuisset r. ad I. v. *ed.* v) senix *ed.* w) vocant coemit *ed.* x) h. certe q. *ed.* y) ut q. ad m. *ed.* z) esse constituit *ed.* *) satis *ed.* a) i. valde pulchras f. 2. b) iussit 3. c) redeam *ed.* d) d. annos et d. q. e. p. *ed.* e) s. i. R. c. *ed.* f) habitu 2. g) imperatricis eiusque filii 2. h) pervenisset *ed.* i) consensu *ed.*

34) i. e. sex liciis seu filis texta, unde nostrum *Sammet.* 35) sella plicatilis, *fauteuil.* 36) quae missae ordinem continent. 37) i. e. trium colorum secundum Petr. Dam. ep. IV, 7. 38) fecit eas *Mauro filius Pantaleonis de comite Maurone, gentis Melfigene,* inscriptas nominibus possessionum ecclesiae; v. Gatt. Acc. p. 172. 39) ita necrol. Casin

1061. et Vercellino episcopis[40], ipsa die festivitatis apostolorum Symonis et Iudae in papam
Oct. 28. eligi faciunt; eumque Romam evestigio ad impugnandam sive exordinandam ecclesiam
cum valida manu militum, et pecunia multa transmittunt. Sed favente Deo, licet plu-
1062 rimi Romanorum nec non et plurimi[a] capitaneorum eidem[b] Cadaloo gratia regis adhae-
serint, licet etiam castellum sancti Angeli ad urbis oppugnationem illi tradiderint; cum
semel et bis magnis instructus copiis adventasset, et inmensam valde pecuniam profli-
gasset, multamque stragem non minus suorum quam caeterorum fecisset: ad ultimum
clam de praefato castello egressus, turpiter cum paucis aufugit; nec ultra venire ad has
Oct. 27. partes apposuit. Quippe qui eodem anno, idest in praedictorum apostolorum vigiliis[c]
ab omnibus Teutonicis et Italicis episcopis qui cum rege tunc aderant[41], iusto Dei iudi-
cio dampnatus est ac depositus.

Cap. 22. 1063. 20. Iam[d] fere quintum ordinationis suae complebat Desiderius annum, cum terribi-
lius solito permissione divina fulmine monasterium istud attactum est. Cum enim fra-
tres in ecclesia die quadam[e] de more primae horae sollemnia agerent, subito coelitus
fulmen elapsum, ipsum ebdomadarium sacerdotem cui Manno erat vocabulum, honestae
famae virum in choro stantem feriens extinxit, caeteros vero circumstantes velut exani-
mes ad terram prostravit. Novicium etiam quendam extra chorum stantem ante ipsam
42 maiorem crucem percutiens occidit. In capitulo tabulas officiales[42] excidit, ipsumque
tabularium ac si mortuum[f] reddidit. Vultum imaginis abbatis Richerii in eodem capi-
tulo in tabella depictum scidit, ac[g] porro deiecit, et in plerisque monasterii locis per-
Ian. 18. cussit[h]. Fuit autem dies haec 15. Kal. Februarii. Quamobrem consilio cum fratribus
pater venerabilis habito, ad iram Dei placandam statuit tunc per omnes menses primam
sextam feriam communiter ab omnibus in abstinentia peragi, ac discalciatis pedibus pro-
cedendo, missam proinde specialiter celebrari; necnon et omnibus per annum cotidianis
diebus orationem pro fulgure ad missam publicam et ad psalmos speciales coniungi[i].
II, 99 Porro autem domnus Petrus Damiani cuius iam supra meminimus ad hoc monasterium
veniens[43], cum verbo pariter et exemplo ad Dei servitium ferventi zelo quoscumque
posset accenderet, tandem consensu[k] ac permissione domni abbatis a cuncta congrega-
tione voluntaria oblatione in remissionem omnium peccatorum obtinuit, ut per totius
anni sextas ferias quae[l] tamen festivae non essent, pane tantum et aqua essent[m] con-
44 tenti, ac per singulas singuli disciplinas data confessione reciperent[44]; insuper et tridua-
num ieiunium in caput quadragesimae per annos singulos agerent. Multotiens vero De-
siderio cogitanti, et revelari sibi oranti quidnam esse vellet, quod sic frequenter hunc
locum praedictum flagellum attereret, quadam nocte per visum Benedictus pater apparuit,
eique inter alia de hoc sollicite percontanti, nichil aliud quam diabolicas insidias et
antiquam pro loco invidiam esse perdocuit. Egomet ipse cum adhuc in scola monasterii
degerem, reminiscor una nocte ad secundum dumtaxat nocturnum sexies in ecclesia et
campanario fulmen percussisse. Alia quoque vice cum Anglo quodam aurifice duos
alios longe distantes uno ictu ad portam maiorem occidisse, et quod est mirabilius,
puerulum quendam praedicto Anglo innitentem[n] nil nocuisse. Altera[o] etiam propter
paradisi turrim transeuntem quendam vetulum extinxisse. Altera cuidam ex cementariis
corrigiam de tergo a capite usque ad pedes incidisse, nec tamen exanimasse.

Cap. 23. 21. Per idem tempus legati ex parte Baresonis regis Sardiniae[45] ad hoc venerunt[p]
coenobium, per quos beato Benedicto duo magna et optima pallia rex idem transmit-

a) pluriū 4. b) illi g. *ed.* c) Symonis et Iudae v. *ed.* d) Q. i. f. o. *ed.* e) quodam *ed.* f) inortem 4. g) pariter ac *ed.* h) huius 4. i) edici 2, adiungi 3. k) c. ac *add.* 4. l) q. t. f. n. e. *desunt* 2. m) c. e. *ed.* n) imminentem 4. o) Altera — extinxisse *desunt* 4. p) venere *ed.*

40) Eos Petrus Dam. ep. I, 21. commemoravit; huic Gregorio, illi Dionysio nomen fuit. Diem et finem capitis *Quippe — depositus* ex eiusdem opusc. 18. petiit. 41) Augustae Vindel. 42) Consuetudo vetus fuit, seriem ministrorum et officialium, qui per hebdomadam publicis functionibus deputabantur, in tabula notatam in exedra seu capitulo ad communem notitiam exponere, idque munus uni ex monachis demandabatur; hae sunt tabulae officiales, hic tabularius, de quibus in hoc capite. ANG. qui earum exemplum e monumentis Casin. apponit: *Vicarius ordo postulat, ut in hac futura hebdomada canat nonnus Amicus missam, epistolam frater Desiderius legat, euangelium, responsorium, et versum frater Vincentius canat, lucernam frater Andreas procuret. Coquinae servitium*, etc. 43) cf. Ioh. V. S. Petri Dam. 19. 20. Petri D. Opusc. 36, 16. 44) cuius ipse testis est, opusc. 43. initio. 45) *in renno quo dicitur Ore* ut ait in privil. infra citato.

tens, orat sibi aliquot ex nostra congregatione fratres ad monasterium constituendum mandari[a]; spondens et pollicens maximum in regno suo nostris utilitatibus honorem et commodum proventurum[b], si monasticae religionis studium hactenus partibus illis incognitum, qualiter apud nos tunc vigere perceperat, apud eos extunc[c] nobis studentibus assuesceret. Mox igitur[d] venerabilis pater tantis[e] petitionibus simul[f] ac pollicitationibus motus, deliberato consilio duodecim de melioribus huius coenobii fratribus elegit, eisque tam[f] divinarum scripturarum codices, cum diversis ecclesiastici ministerii[g] apparatibus ac sanctorum patrociniis plurimis, quam et diversarum rerum supellectilem abundanter praebens, nec non et abbatem[46] qui illis praeesse deberet instituens, nimis eos honorifice illuc cum Caietanorum navi direxit. Verumtamen Satana[h] impediente ex Dei permissione, res eadem eodem tempore ad effectum pervenire non potuit. Pisani siquidem maxima Sardorum invidia ducti, cum iam nostri ad insulam quae Lilium vocatur[47], prospero satis eventu transissent, et scaphis egressi oportunum navigationis tempus attenderent, eximproviso super illos cum armatis navigiis veniunt, et tam nostros quam caeteros omnes indiscrete simul et nimis iniuriose tractantes, universa diripiunt; insuper etiam praedictae legationis principem patibulo iam parabant crudeles affigere, nisi monasticum habitum quodam ex nostris illi porrigente protinus induisset. Post haec incensa navi, et vestimenta solummodo nostris restituentes, caeteris omnibus onusti, hylares[i] ad propria remearunt. Nostros autem per diversa ab eis loca dispersos, fratres nostri de monasterio Lucensi pio studio disquirentes reperiunt[k], omnesque praeter quattuor qui iam ad Christum migraverant, ad monasterium suum conductis vehiculis revehunt; quique postmodum licet diversis temporibus, eodem tamen anno ad nos universi fere reversi sunt. Viderat praeterea quidam de nostris triduo ante quam ista contingerent visionem; naviculam videlicet unam contra se perniciter properantem, quam iuvenis quidam valde decorus, et senex supra solis radium splendens, sceptrum gerens in manu ducebat. Cumque iam illis[l] esset contigua, mox sceptriger ille in prora se subrigens, navis nostrae nauclerium[m] nominatim vocavit. Cui[n] respondenti senex quasi valde commotus: *Putatis* ait *vos cum causa nostra tuto Sardiniam pergere? Nequaquam plane id erit.* Et haec dicens navem illius valido impulsu feriens vertit, et vela omnia in mare disiecit, moxque disparuit. Mane somnio recitato diversi diversa conicere, et quidam quidem vehementissime trepidare; quidam vero nequaquam somniorum illusionibus asseverabant intendendum esse. Piratae igitur illi caetera omnia inter se dividentes, scrinium reliquiarum cuidam suorum[o] qui maior facinoris illius extiterat, apud se custodiendum contradunt; sacramento se invicem obstringentes, nullo unquam tempore, nullo modo, nulli hominum, nisi aliter forte non possent se id reddituros. Sed cum infelix ille[p] ad domum suam easdem sanctorum reliquias detulisset, et utpote secularis inhoneste ac sine reverentia illas haberet: terribilis Deus in consiliis super filios hominum! quadam die cubiculum illud causa alicuius utilitatis ingressus, subito corruit, et expiravit. Quod ubi innotuit, magnus protinus[q] horror universos invasit; et die altera discalciatis pedibus venientes, cum ingenti reverentia et honore praefatas reliquias exinde abstulerunt, atque ad episcopium civitatis[r] cum magnis laudibus[s] transferentes, ibidem illas debita tractandas honorificentia posuerunt[t].

22. Sardorum interea rex digna pro tantis iniuriis satisfactione a Pisanis recepta, cum rursus ad hoc monasterium mandasset, se quidem multo ardentius in priori devotione persistere, nos vero propter id quod evenerat nequaquam debere neglegere; duos tandem illuc fratres iam post biennium fere transmissos, rex idem alacriter nimis recepit, eisque ecclesiam beatae Mariae in loco qui dicitur Bubalis, nec non et Sanctum Heliam de monte sancto, cum integro ipso monte, ad monasterium constituendum per praeceptum concessit[48], cum colonis et servis quamplurimis et cum substantiis ac pos- Cap.24.

a) transmitti *ed.* b) pervent. *ed.* c) deinceps *ed.* d) *add.* 4. e) t. p. s. ac p. m. *desunt* 2. f) *deest* 4. g) misterii 4. h) V. Deo permittente et S. i. res e. 2. i) et h. *ed.* k) ceperunt 4. l) sibi *ed.* m) nauclericum 4. n) Qui *ed.* o) eorum *ed.* p) inde 2. q) h. p. *ed.* r) *deest* 2. s) Dei l. *ed.* t) posuere *ed.*

46) Aldemarium, v. c. 24. 47) in mari Tyrrheno apud montem Argentarium; Latinis *Egilium* vel *Igilium*. ANG. 48) ap. Gatt. Acc. p. 174. ex orig. *Nicita lebita iscribanus in palactio regis iscrisi, quod in illa ora fuit tenebro, et paucu lumine abit innilla ora, et grande presserat mihi* etc. Ea causa fuerit, propter quam diem adnotare omisit.

1066. sessionibus magnis. Hunc aemulatus ad bonum alter rex eiusdem Sardiniae nomine
Mai. 5. Torkytorius[a], fecit et ipse cartulam oblationis suae[49], et transmisit ad hoc monasterium;
de Sancto videlicet[b] Vincentio de Taberna, cum servis multis et substantiis plurimis, nec
non et de Sancta Maria ad Flumen tepidum, et de Sancta Martha, et de Sancto Panta-
leone ad Olivarum[c], et de Sancto Georgio de Tulvi, atque de Sancta Maria de Palma;
omnes inquam ecclesias has cum universis eorum pertinentiis, ad monasterium ex eis
constituendum rex praedictus per cartam beato Benedicto contribuit. Ad Pisanos prae-
terea legatus ab Alexandro papa simul cum monacho nostro directus est, ut nisi aposto-
licum[d] anathema vellent protinus experiri, causam beati Benedicti quam nequiter[e] abri-
puerant[f] exintegro redderent; et debita se satisfactione purgantes[g], numquam amplius
illos[h] aliquatenus disturbare praesumerent. Qui mox eius obsecundantes imperiis, et
impie circa nos egisse se profitentes, veniam supplices postulant, et quaeque tunc super-
esse de[i] his ac reperiri potuerunt, magna[k] nimis devotione restituunt; exceptis dun-
taxat sanctorum reliquiis, pro quibus se ut superius dictum est iuramento constrinxerant.
Non autem multo post cum Gotfridus dux Pisam venisset, atque ad eum Desiderius qua
de causa nescio profectus fuisset, ipso[l] duce interveniente atque studente post multipli-
cem satisfactionem tandem[l] Pisani in eius gratiam redeunt, et tam eidem patri quam
et loco huic se fidelissimos fore de caetero pollicentur.

Cap 25. 23. Interea cum supradictus princeps Richardus victoriis ac prosperitatibus multis
1066. elatus, subiugata Campania[m], ad Romae iam se viciniam porrexisset, ipsiusque iam[n] Urbis
patriciatum omnibus modis ambiret, Teutonici regis pertinxit[o] ad aures. Qui ut et bona
Amat. VI, 9. sancti[p] Petri de manibus Normannorum eriperet[q], et imperii coronam de apostolici manu
1067. reciperet, magna cum expeditione pervenit Augustam[50]; ibi praestolans Gotfridum Tus-
ciae ducem[r] ac marchionem, qui regem quotiens Italiam intrare[s] deberet cum sua soli-
tus erat praeire[t] militia. Sed quoniam Gotfridus idem longe praecesserat, rex hoc
nimis indigne ferens, eandem mox expeditionem remittens[u] in sua reversus est. Dux
autem copioso nimis[v] vallatus exercitu Romam accessit[51]. Cuius[w] Normanni adventu
comperto, maximo correpti tremore universam protinus Campaniam deserentes aufugiunt;
52 et Iordane tantum ac Guilelmo[52] qui Mostarolus[x] dictus est cum suis in Aquino se illi
contraire parantibus, caeteri cum principe apud Patenariam rei eventum praestolantur[y];
futurum ut fertur ut si dux idem Garilianum transisset[z], ita ut in armis erant cuncti
versus Apuliam fugam arriperent. Eisdem[*] diebus ecclesia nostra eversa iacebat. Got-
Mai. fridus itaque apostolico simul[a] et cardinalibus comitatus, mediante iam Maio Aquinum
cum universo exercitu venit, ibique per octo et decem dies cum pro[b] vita obsistentibus
Normannis pari ferme eventu confligens, tandem satagente strenuissimo internuntio Gui-
lelmo cui Testardita fuit cognomen, ad id ventum est ut ad pontem sancti Angeli qui
dicitur Todici, dux et princeps altrinsecus, nam interruptus erat, se ad colloquium iun-
gerent; sicque non parva ut dicitur donatus[c] pecunia dux ad propria repedaret. Per
eos dies stella quam cometem vocant, ingentem retro se facem gerens spatio viginti et
53 amplius dierum apparuit[53]; quae eiusdem ut putatur[d] ducis, non enim multopost defe-
cit[54], praenuntia[e] mortis fuit. Eodem[f] quoque tempore[55] cum Marsorum comites ferali
inter se discordia dissiderent, ab altero eorum contra alterum princeps quem diximus
est evocatus. Qui desiderium iam dudum conceptum Marsiae adquirendae[g] tali occa-
sione se invenisse gavisus, licet magno vallatus exercitu, et filios Borrelli habens itine-
ris praeduces, non tamen illuc sine trepidatione aliqua est profectus. Ubi cum per dies
aliquot remoratus, Albam civitatem undique obsedisset, pugnasque ibi nonnullas et fecis-

a) Torchytorius 2. Torkcitorius 3. b) scilicet *ed.* c) *ita ed. et valvae eccl. Casin.* Oliuanum *Reg. Petri.* Oluianum 4. d) n. an. v. ap. p. *ed.* e) inquiunt 4. f) arrip. 4. g) purgante 4. h) eos *ed.* i) s. ac r. de h. p. *ed.* k) supplici satis d. *ed.* l) *add.* 4. m) C. ex parte ad 2. n) i. tam p. 4. o) pertraxit 4. p) sibi 4. q) erueret *ed.* r) T. videlicet m. 2. s) d. i. *ed.* t) m. p. *ed.* u) remanere praecepit. Dux 2. v) valde *ed.* w) Huius *ed.* x) Mostarola 2. y) cum suis omnibus p. 2. z) transiret *ed.* *) Per idem tempus e. n. *ed.* a) *add.* 4. b) p. v. *add.* 4. c) a Normannis d. 2. d) fertur 2. e) m. p. *ed.* f) Eodem — repedavit *desunt* 2. g) adquirendi 3.

49) ib. Hist. p. 154. *de loco Call.* Dat. in vico Uta, prope Carales. 50) ibi fuit ante Purificationem a. 1067. sec. Ann. Aug. 51) hucusque ex Amato. 52) genero Richardi. 53) a. 1067. adsignat Anon. Casin. 1066 alii. 54) a. D. 1070. 55) 1067. teste Anon. Casin. Cf. Amat. VI, 8.

set et recepisset, nichil tandem ex his quae speraverat facere praevalens, relictis cum eo qui se conduxerat Normannis aliquot, ad propria repedavit.

24. Sed cum praedictus apostolicus magnae admodum circa hoc monasterium devotionis existeret, Cap. 26. suggerente pariter et instigante Hildebrando archidiacono, si quos ex hac domo fratres a domno abbate adquirere poterat, vel suo lateri ad ecclesiasticum ministerium sociabat, vel certe in episcopos sive abbates honorifice promovebat. Todinum igitur Berardi Marsorum comitis filium[56] Romam ad se accersitum, in Lateranensi 56 patriarchio levitam constituit. Aldemarium quoque felicis memoriae Capuanae civitatis prudentissimum ac nobilem clericum et Richardi principis olim notarium[57], qui meus in conversione magister extiterat, quique in abbatem fratribus in Sardiniam missis dudum fuerat ordinatus, postquam reversus ad monasterium est, in ecclesia sancti Laurentii quae appellatur Foris muros, cardinalem simul et abbatem sacravit. Sed et Ambrosium Mediolanensem prudentem nichilominus et eruditum non mediocriter hominem, in Terracinensi ecclesia episcopum ordinavit[58]. Geraldum etiam doctissimum per omnia clericum Teutonicum genere, in archiepiscopum ecclesiae Sipontinae praefecit[59]. Per idem 59 quoque tempus et Milo Capuani monasterii praepositus in Suessanam ecclesiam episcopus factus est; et Petrus qui dicebatur Atenulfi[a] patris cognomine[b] de Capuanis[c] nobilibus, qui postmodum Romae factus est[d] cardinalis, ad abbatiam sancti Benedicti de Salerno cuius iam supra fecimus mentionem, rogatu Salernitani principis est transmissus.

Eodem tempore sollemne Desiderio privilegium[60] idem apostolicus praeter caetera 1067. Mai. 10. super omnimoda huius coenobii libertate concessit: ne videlicet aliquis alicuius ecclesiae episcopus praeter Romanum pontificem, non solum in nostra hac principali ecclesia, verum etiam in omnibus ubique terrarum[e] nobis pertinentibus cellis, quamlibet dicionem usurpare quolibet modo praesumeret, auctoritate apostolica interdicens. Quo etiam tempore cum Hildebrandus Capuanus archiepiscopus elatione quadam turgidus contra hanc auctoritatem fuisset summurmurare conatus, publice in Romana synodo nobis super hoc proclamantibus, privilegiis apostolicae sedis convictus se peccasse confessus est. Unde tam sibi quam suis successoribus universis sub districto tunc anathemate interdictum est, ut nullam ulterius inde auderent assumere quaestionem, nullam prorsus contra hunc venerabilem locum promovere aliquando litem.

25. Praeterea cum de rectoribus Tremitensis coenobii, quod nobis antiquitus pertinuisse Cap. 27. Romanorum quoque pontificum privilegia pleraque testantur, multa eo tempore inhonesta et nefanda diffamarentur[f], eidem Desiderio ad disquirendum et disponendum illud prout sibi optimum videretur ab[g] apostolico auctoritas data est. Qui cum abbatem eiusdem loci Adam multorum facinorum reum convictum exinde removisset[h], Robberto de Laurotello[61] et Petrone de Lesina comitibus, et episcopis Troiano[62], Draconariensi[63], 1071. ac Civitatensi[64], necnon et abbate Terrae maioris[65] se comitantibus insulam praefatam ingressus, Trasmundum[i] inibi Oderisii[k] Marsorum comitis filium[66] nimis honorifice ordi- 66 nat in abbatem; egregiae sane tunc indolis adolescentem, et[l] prudentia litterisque non parum valentem, honestis quoque moribus hoc in loco a puero institutum; nisi demum pessimorum loci ipsius fratrum consiliis fuisset[m] assensus: sed illorum plane quos illi etiam noster abbas iniunxerat auscultandos. Nam redeuntibus nostris paucos post dies tribus de prioribus eiusdem loci monachis oculos eruit, uni vero linguam abscidit; fuerant enim apud eum de rebellatione insulae a sociis insimulati. Quod ubi Desiderio nostro relatum est, graviter[n] nimis et indigne accepit, et maximo est super ista moerore confectus: tum pro passorum miseria, tum pro iubentis saevitia, tum denique quod

a) Atenulfus 4. b) agnomine *ed.* c) n. C. *ed.* d) *deest* 4. e) locorum *ed.* f) divulgarentur *ed.* g) data ab a. a. est *ed.* h) subduxisset *ed.* i) Transmundum *ed.* k) f. O. M. c. *ed.* l) a. p. et litteris *ed.* m) a. f. *ed.* n) ind. n. et g. excepit *ed.*

56) c. 17. De eo v. Giesebrecht de stud. lit. p. 44. 57) privilegia eius d. 1058. Nov. 12. 1059. Aug. 23. data sunt per manus Aldemarii; 1063. Apr. 22. Alerisius ei successerat. Cf. Praef. p. 552. 58) 1064. Oct. inter testes invenitur ap. Gatt. Hist. p. 228. 59) 1064. Mai. occurrit ib. Acc. p. 171. 60) quod e Petri Reg. edidit Cl. Tosti Hist. Cas. I, 422. 61) filio Gaufredi comitis Capitinatae, nepote Rob. Viscardi; cf. infra IV, 48. 62) Stephano. 63) Campone. 64) Rogerio. 65) nunc *Torre maggiore*, ad occidentem S. Severi. 66) fratrem Oderisii abbat. Casin., de quo v. Alfani carmina ap. Ughell. X. p. 47. 76; cf. Giesebrecht de stud. lit. p. 32. 45.

erat praecipuum, et quod magis cor eius angebat, pro loci huius infamia. Et quoniam eodem anno dedicationis ecclesiae nostrae fieri praestolabatur sollemnitas, ad eam sustinetur venturus, ac iuxta culpae modum sententiam excepturus. Quem cum venisset in totius monasterii conventu aspera nimis et digna castigatione correptum, graviori penitentiae subdidit, eumque illuc remeare ulterius non permisit. Hildebrandus autem archidiaconus ea quae Trasmundus[a] egerat[b] omnimodis approbans, et nequaquam illum hoc crudeliter sed strenue ac digne in malignos homines fecisse confirmans, nondum anno completo eum a domno abbate aliquanto[c] difficulter extorsit; atque abbatiam sancti Clementis de Insula Pennensis[d] comitatus primo illi committens, paulo post etiam[e] Bal-
(7 vensis episcopatus addidit dignitatem[67]. Post haec Desiderius Ferro monachum cui praefatus Trasmundus monasterium commiserat, ad se venire mandavit. Qui cum ad illum accedere detrectaret, Desiderius vero ad illas partes pergere pro his quae contigerant
1073. quodammodo erubesceret, post annum integrum et octo circiter menses duci a Sicilia revertenti super istis conquestus est; qui protinus illuc transmittens eum exire compulit, et in potestatem Desiderii delegavit. Comitatus itaque[f] episcopis et abbatibus ac monachis simulque Petrone iam[g] dicto comite Lesinensi, duabus galeis armatis insulam[h] ingressus est, et a monachis loci honorifica satis processione receptus. Die vero[i] altera ab universis eiusdem coenobii fratribus de eadem abbatia sollemniter est[i] investitus. Rogatus autem ut illos firmaret, ne aliquando idem monasterium monasterio Casinensi[k] se vivente subiceret, sed in dicione illud propria retineret, annuit. Rogatus etiam ut ab omni deinceps Casinensium monachorum[l] calumnia vel querimonia in perpetuum illud esse quietum statueret, abnuit; et hoc se quia non[m] esset iustum, nequaquam facturum esse respondit. Ita ergo iuxta quod placuit omnibus ordinatis, tribusque de fratribus nostris ad loci[i] custodiam derelictis reversus est. Sed cum postmodum revocatis praedictis fratribus, cuidam alii de nostris eiusdem loci regimen commisisset, ille maligno usus consilio, fastu quodam superbiae inflatus assumpta tyrannide rebellare disposuit[n]; ita ut semel et bis evocatus, ad Desiderium venire contempserit. Quem cum excommunicasset, non multos post dies studio fidelium Desiderii simul cum suis fautoribus turpiter captus, atque ad eum perductus est. Et illum quidem non multopost ab excommunicatione solutum, rursus Asculensi cellae praefecit. In Tremitensi[o] vero coenobio suam vicem abbati Terrae maioris commisit. Quo post non multum tempus defuncto, rursum quasi iam nauseans supradicto Ferro eiusdem loci curam restituit; ita dumtaxat ut se vivente sibi exinde responderet; post mortem vero suam in manus[p] illud pontificis Romani remitteret. Sed de his hactenus; ad[q] superiora nunc redeamus, et quemadmodum novam beati Benedicti basilicam vel aedificaverit, vel[r] dedicaverit, vel adornaverit, prout ipsi praesentes inspeximus describere properemus.

Cap. 28. 26. In omni igitur abbas venerabilis prosperitate atque quiete meritis beatissimi patris[s] Benedicti divinitus constitutus, et in tanta ab universis in circuitu honorificentia habitus, ut[68] non modo mediocres quique verum etiam ipsi eorum principes ac duces libenter ei obedire, eiusque voluntati non aliter quam sui patris ac domini in omnibus morigerari[t] studerent, ad veterem diruendam ecclesiam, et novam pulchrius atque augustius aedificandam non sine divino instinctu animum appulit; quamvis plerisque tunc de nostris prioribus grave nimium id et intemptabile videretur, plurimumque ab hac intentione mentem illius avertere, tum precibus, tum rationibus modisque omnibus sint conati, quippe a quibus omni vitae suae tempore tantum opus non posse perfici aestimaretur: cum ille Deo fidens, ad omnia quae pro Deo fiunt Dei sibi solius polliceretur ac
1066. Mart. praestolaretur auxilium. Anno itaque ordinationis suae nono[u], divinae autem incarna-

a) Transmundus 2. b) gesserat *ed.* c) aliquando *ed.* d) Balvensis 2. e) eidem 2. f) i. dux e. 2. g) i. d. *add.* 4. h) *deest* 4. i) *add.* 4. k) Casinensi — deinceps *desunt* 4. l) fratrum 2. m) q. iniustum e. n. facere debere r. *ed.* n) elegit *ed.* o) praedicto 2. p) manibus *ed.* q) n. ad s. *ed.* r) v. d. *desunt* 3. s) p. nostri B. *ed.* t) parere *ed. et cod.* 47. u) anno 4.

67) a. D. 1073. teste chron. Casaur. ap. Murat. SS. II, 2. p. 864; primo anno Greg. VII. v. huius Reg. post lib. I. In episcopatu qualiter se gesserit, v. in Cl. Di Meo Ann. Neap. VIII. p. 197. 68) *ut — studerent* eodem modo dicta invenies in narratione de consecratione ecclesiae Casinensis, quam e cod. Cas. 47. post Ant. Caraccioli edidit Cl. Muratori SS. V. pag. 76. scriptam ut apparet ab ipso Leone nostro; v. praef. p. 555.

tionis millesimo sexagesimo sexto, mense Martio, indictione quarta, constructa prius iuxta 1066. Mart. infirmantium domum non satis magna beati Petri basilica, in qua videlicet fratres ad divina interim[a] officia convenirent, supradictam beati Benedicti ecclesiam tam[69] parvitate 69 quam deformitate thesauro tanto tantaeque fratrum congregationi prorsus[b] incongruam, evertere a fundamentis aggressus est. Et quoniam in ipso montis vertice constructa, et ventorum vehementibus flabris quaquaversum patuerat, et igneis frequenter fuerat attacta fulminibus, statuit[c] eiusdem montis saxeam cristam igne[d] ferroque excindere, et quantum spatium[e] fundandae basilicae posset sufficere, locum in imo defossum quo fundamenta iaceret complanare. Ordinatis igitur qui haec toto nisu et instantia summa perficerent, ipse interea Romam profectus est, et quosque[f] amicissimos alloquens, simulque larga manu pecunias oportune dispensans, columnas, bases, ac lilia[70], nec non et 70 diversorum colorum marmora abundanter coemit; illaque omnia ab Urbe ad portum, a portu autem Romano per mare usque ad turrem de[g] Gariliano, indeque ad Suium, navigiis conductis ingenti fiducia detulit. Abinde vero usque in hunc locum plaustrorum vehiculis non sine labore maximo comportavit. Et ut magis fervorem fidelium obsequentium admireris, primam hic columnam ab ipso montis exordio[h] sola civium numerositas colli brachiique proprii[i] virtute imposuit; namque ad augmentum fatigii montis huius ascensus nimis tunc erat clivosus, artus et horridus: nec dum enim in cor eius ascenderat eandem viam complanare ac spatiare, quemadmodum postea fecit. Tandem igitur totius basilicae praeter aditum[71] cum difficultate non parva spatio complanato, et necessariis omnibus abundantissime apparatis, conductis protinus peritissimis artificibus[k], et iactis in Christi nomine fundamentis, coepit eiusdem basilicae fabricam in longitudine cubitorum 105, in latitudine vero cubitorum 43, in altitudine autem cubitorum 28; basibusque subpositis columnas desuper 10 a latere uno, totidemque ex altero, in cubitis 9 erexit. Fenestras quoque in superioribus satis amplas, in navi quidem viginti et unam, in titulo vero sex longas, ac[l] rotundas quattuor, duasque in absida mediana instituit. Porticus etiam utriusque parietes in altitudine cubitorum 15 subrigens, fenestris hinc 10, totidemque inde distinxit. Aditum interea cum planitiei basilicae quae cubitorum ferme sex putabatur, consequenter disponeret coaequare, tres non integras ulnas fodiens subito venerabilem[m] patris Benedicti tumulum repperit. Inde[n] cum religiosis fratribus et altioris consilii viris[o] communicato consilio, ne illum aliquatenus mutare praesumeret, confestim ne quis aliquid de tanto posset thesauro surripere, eundem tumulum eodem quo situs fuerat loco pretiosis lapidibus reoperuit, ac super[p] ipsum arcam de Pario marmore per[q] transversum basilicae idest a septemtrione in meridiem, quinque per longum cubitis opere nimis pulchro construxit. Hoc itaque modo aditus ipse[r] in eminentia priori permansit, ita ut a pavimento ipsius usque ad pavimentum basilicae octo gradibus descendatur, sub fornice scilicet maximo qui eidem adito imminet*. Porro in absida maiori ad orientalem plagam statuit altarium beati Iohannis[s] baptistae, in eo videlicet loco ubi eiusdem olim oratorium Benedictus pater extruxerat; a parte vero meridiana, altarium beatae Dei genitricis Mariae[t]; a septemtrionali autem, altarium beati papae Gregorii. Iuxta cuius absidam, bicameratam domum ad thesaurum ecclesiastici ministerii recondendum extruxit, quae videlicet domus secretarium consuetudinaliter appellatur[u]; eique eiusdem nichilominus operis alteram, in qua ministri altaris preparari debeant copulavit. Sane quoniam spatiandae ecclesiae gratia partem non modicam camerae suae[v] subtraxerat, consequenter etiam praedicto secretario coniunctam eandem cameram ampliorem priori potius ac[w] pulchriorem effecit. Secus ipsam vero, iuxta porticum scilicet principalis ecclesiae, beati Nycolai curvato pariete brevem quidem, sed pulchram admodum fundavit aedéculam; ab ipsa autem usque ad extimam basilicae frontem, vene-

*) praeter illum utique gradum, quo undique ad altare subitur. *add.* 2.

a) o. i. *ed.* b) *deest* 2. c) st. de solo Dei auxilio fidens 2. d) igni *ed.* e) spatio *ed.* f) a. q. conveniens s. *ed.* g) t. Gariliani 2. h) initio *ed.* i) *add.* 4. k) a. tam Amalfitanis quam et Lambardis 2. l) et r. q. ac duas *ed.* m) B. p. v. t. *ed.* n) moxque *ed.* m. cum religiosis viris c. c. 2. o) *deest* 4. p) desuper a. *ed.* q) in *ed.* r) *add.* 4. s) b. b. I. *ed.* t) *add.* 4. u) appellabatur 3. v) *deest* 4. w) ac potius p. 4.

69) *quae revera et crescenti in dies fratrum numero parva et pretiosissimo b. patris B. corporis thesauro indecens erat.* ib. 70) i. e. epistylia. 71) i. e. adytum.

rabile satis beati Bartholomei apostoli oratorium opere pari porrexit. In eius etiam fronte prope balvas maioris ecclesiae, de quadratis et maximis saxis mirificam arcem quae vulgo campanarium nuncupatur erexit. Fecit[a] et atrium ante ecclesiam, quod nos Romana consuetudine paradysum vocitamus, longitudine cubitorum septuaginta septem ac semis, latitudine quinquaginta septem et semis, altitudine vero quindecim et semis, quattuor et totidem in geminis frontibus; octo autem et octo per latera singula super quadrifidas bases habens[b] columnas. In cuius etiam meridiano latere cisternam maximam, tandundem longitudinis habens[c], arcuato opere sub eiusdem pavimento atrii fabricavit. Ante ingressum vero basilicae, nec non et ante introitum atrii, quinque desuper
71 fornices quos spiculos dicimus[71] volvit. In occidentali porro atrii parte in singulis cornibus singulas basilicas, modo turrium valde pulchras erexit; in dextro quidem sancti archangeli Michahelis, in laevo autem beati apostolorum principis Petri, ad quas videlicet interius ab atrio quinque gradibus est ascensus. Iam vero extra atrii vestibulum easdemque basilicas, quoniam clivosus valde ad[d] ecclesiam et[e] nimis arduus erat ascensus, montem ipsum 66 per longum, totidemque per latum, 7 vero in[f] altum cubitis excavavit, adeo ut ab imo usque ad ipsum vestibulum atrii 24 marmoreis gradibus quos ibi constituit ascendatur, habentibus in spatio latitudinis cubitos 36.

Cap. 29. 27. Legatos interea Constantinopolim ad locandos[72] artifices destinat, peritos utique in arte musiaria et quadrataria, ex quibus videlicet alii absidam et arcum atque vestibulum maioris basilicae musivo comerent, alii vero totius ecclesiae pavimentum diversorum lapidum varietate consternerent. Quarum artium tunc ei destinati magistri cuius perfectionis extiterint, in eorum est operibus estimari, cum et in musivo animatas fere autumet se quisque figuras et quaeque virentia cernere, et in marmoribus omnigenum
73 colorum flores pulchra putet diversitate vernare[73]. Et quoniam artium istarum ingenium a quingentis et ultra iam annis magistra Latinitas intermiserat, et studio huius inspirante et cooperante Deo[g], nostro hoc tempore recuperare promeruit, ne sane id ultra Italiae deperiret studuit vir totius prudentiae plerosque de monasterii pueris diligenter eisdem artibus erudiri. Non tamen[h] de his tantum, sed et de omnibus artificiis quaecumque ex auro vel argento, aere, ferro, vitro, ebore, ligno, gipso, vel lapide patrari possunt, studiosissimos prorsus artifices de suis sibi paravit. Sed haec alias. Nunc vero constructam basilicam qualiter decoraverit[i], demumque sacraverit, designemus[k].

28. Plumbeis igitur domatibus illam totam cum titulo et utraque[l] porticu, simulque[m] vestibulo decenter operiens, absidam et arcum maiorem musivo vestivit. In cuius videlicet circuitus amplitudine, aureis litteris magnis[n] hos versus describi praecepit:

Ut duce te patria iustis potiatur adepta,
74 *Hinc Desiderius pater hanc tibi condidit aulam*[74].

In absida vero hinc inde sub pedibus sanctorum baptistae et evangelistae Iohannis versus istos[75]:

Haec domus est similis Synai sacra iura ferentis[o],
Ut lex demonstrat hic quae fuit edita quondam.
Lex hinc exivit mentes quae ducit ab imis,
Et vulgata dedit lumen per climata[p] *secli.*

Fenestras omnes tam navis quam tituli, plumbo simul ac vitro compactis tabulis ferroque connexis[q] inclusit; eas[r] vero quae in lateribus utriusque porticus sitae sunt, gipseas quidem sed similis fere decoris extruxit. Dehinc supposito trabibus laqueari
76 coloribus figurisque diversis mirabiliter insignito, parietes[76] quoque omnes pulchra satis

a) Fecit — est ascensus *desunt* 4. b) habens gerens c. 2. c) *ita* 2. 3. d) ad e. *desunt* 4. e) et n. a. *desunt* 2. f) c. in a. e. *ed.* g) *deest* 4. h) autem *ed.* i) ex parte d. 2. k) prout possumus d. 2. l) utroque 4. m) ac *ed.* n) *deest* 2. o) ferentes *ed.* p) clymata *ed.* q) convexis 2. r) has *ed.*

71) sc. acuminatos. 72) i. e. conducendos. *Manda en Costentinnoble et en Alixandre pour homes grex et sarrazins.* Aimé III, 49. *ex diversis orbis partibus et ab ipsa quoque regia urbe Constantinopoli.* Cod. 47. 73) *ut non lapidibus sed floribus solum vernare putes.* Cod. 47. 74) Ad imitationem versuum, quos Constantinus Magnus in arcu maiori basilicae Vaticanae musivo opere inscribi iussit:

Quod duce te mundus surrexit in astra triumphans,
Hanc Constantinus victor tibi condidit aulam. ANG.

75) Hos et praecedentes versus reperio inter carmina Alfani codice 280 Casinensis bibliothecae ANG. 76) cf. narrat. cod. 47. l. l. p. 76.

colorum omnium varietate depinxit. Pavimentum etiam universum totius ecclesiae cum adhaerentibus oratoriis beati Bartholomei et beati Nycolai, simul etiam et camerae suae, mira prorsus et hactenus partibus istis incognita caesoium lapidum multiplicitate constravit*; gradibus illis quibus ad altare[a] ascenditur, crustis pretiosorum marmorum decenti diversitate distinctis. Frontem quoque chori quem in[b] medio basilicae statuit, quattuor magnis marmorum tabulis sepsit; de[c] quibus porfiretica una, viridis altera, reliquae duae ac caeterae omnes in chori circuitu candidae[d]. Vestibulum autem ecclesiae desuper quidem fecit[e] musivo pulcherrimo cum superlimineis arcubus decorari; abinde vero usque ad imum pavimenti, totam basilicae faciem gipso vestiri. Arcus etiam eiusdem vestibuli deforis musivo nichilominus vestiens, versus inibi[f] Marci poetae aureis litteris scripsit. Reliquas vero tres atrii partes, diversis tam veteris quam novi testamenti historiis abintus ac deforis depingi praecipiens, marmoreo totum in[g] giro pavimento constravit; desuper autem laquearibus ac tegulis adoperuit; vestibulo quoque eiusdem atrii cum geminis turribus pari modo depicto, operto, ac marmorato.

29. Omnibus[h] igitur his intra quinquennii[i] spatium Deo prosperante et auxiliante Cap. 30. 1071. peractis, dedicare basilicam sollemnitate maxima et ingenti tripudio ad sempiternam memoriam Desiderius statuit; adiensque[77] summae sedis pontificem Alexandrum, ad 77 eandem illum dedicationem venire devotissimus[k] invitavit. Quo libentius annuente Hildebrandum quoque archidiaconum eius, caeterosque cardinales ac Romanos episcopos, deque Urbanis clericis ac nobilibus plurimos affectu familiarissimo convocavit; die tantae sollemnitatis ex consultu apostolici et[l] cardinalium in ipsis Kalendis Octobris constituta, ac litteris invitatoriis eiusdem apostolici ad universos episcopos Campaniae, Principatus, Apuliae, atque Calabriae datis. Fama itaque huius rei longe lateque vulgata, tanta totius fere Italiae episcoporum, abbatum, monachorum, clericorum, magnatium, nobilium, mediocrium, diversaeque condicionis virorum pariter ac mulierum ad diem condictam multitudo confluxit, ut stellarum fere coeli quam illorum omnium numerositatem cuilibet fuerit aestimare facilius. Ita universae monasterii officinae, et ipsa quoque[m] officinarum omnium tecta, ita totius ab imo usque ad summum montis itinera, et quid dicam domus civitatis omnes, omnesque plateae, omnia etiam longe lateque camporum adiacentium spatia congregatorum ad tanta sollemnia cuneis stipata erant atque conferta. Apparatus interea per tres illos continuos dies praecedentes ac subsequentes eandem sollemnitatem, in pane videlicet ac vino, carniumque diversarum ac piscium multiplicitate adeo est copiosus expositus, ut nullus fere[n] in tam innumera multitudine, qui non se sufficienter haec accepisse dixerit, potuerit reperiri. Ipsa[o] igitur die Kal. Octobris cum annus ab incarnatione dominica millesimus et primus ac Oct. 1 septuagesimus volveretur, summa omnium qui convenerant devotione ac ingenti laetitia, maximo tripudio, honore ac gloria dedicata est a domno Alexandro reverentissimo et angelico papa eadem beati Benedicti basilica cum quinque altaribus suis, die sabbati, indictione nona[78]. Cui videlicet tantae tunc celebritati interfuerunt archiepiscopi decem: 78 Capuanus[p. 79], Salernitanus[q. 80], Neapolitanus[81], Surrentinus[82], Amalfitanus[83], Sipontinus[84], Tranensis[85], Acerentinus[86], Ydrontinus[87], Oiretanus[88]. Episcopi autem quadraginta et quattuor[r], idest Portuensis[s. 89], Tusculanensis[90], Savinensis[91], Segninus[92], Anagninus[93], Berulanus[94], Terracinensis[95], Caietanus[96], Aquinensis[97], Soranus[98], Marsicanus[99], Balven- 99

*) sed illud praecipue, quod secus altarium est, et in choro *add.* 2.

a) ad idem a. conscenditur *ed.* b) fere in 2. c) e *ed.* d) simplices 2. e) m. f. *ed.* f) M. p. i. *ed.* g) in g. *desunt* 2. h) His i. o. *ed.* i) quinciennii 4. k) devotissime *ed.* l) et — apostolici *desunt* 4. m) *deest* 4. n) f. aliquis 2. o) reperiri. Interfuere itaque tantae t. c. a. *ed.* p) idest C. 2. q) 3. *et* 4. *nomina ita disponunt, ut appareat ea binis columnis scripta fuisse, quae illi non recte legerunt, nam melius in cod. 2. cardinales episcopi coniunguntur.* Cap. Neap. Am. Tran. *etc.* 3. 4. *in cod.* 4. *praeterea* Sal. Surr. Sip. Ac. Oir. *inter medios episcopos occurrunt, post finem scil. primae columnae.* r) tres 2. s) Port. Savin. An. *etc.* 4, *et* 3 *ut videtur.*

77) ib. p. 77. 78) ita etiam cod. 47. ut Leonem indict. a Kal. Ian. inchoavisse appareat. 79) Ildebrandus. Nomina subiungimus e Cod. 47. 80) Alphanus. 81) Ioannes. 82) Ioannes. 83) deest ibi. 84) Girardus. 85) Bisantius. 86) Arnaldus, inter episcopos. 87) Ugo ep. 88) Oriae, in Terra d'Otranto, deest ibi. 89) Ioannes. 90) Ioannes. 91) Ubaldus. 92) Erasmus. 93) Petrus. 94) Honestus. 95) Ambrosius. 96) Leo. 97) Martinus. 98) Palumbus. 99) Pandulphus.

1 sis[1], Pennensis[1], Teanensis[2], Calenus[3], Rosellanus[4], Aversanus[5], Nolanus[6], Avellinensis[7], Pestanus[8], Troianus[a. 9], Florentinensis[10], Melfitanus[7], Lucerinus[7], Draconariensis[11], Civitatensis[12], Termulensis[13], Guardiensis[14], Larinensis[15], Arianensis[16], Yserniensis[b. 17], Bovianensis[18], Salpitanus[7], Cannensis[19], Rubessanus[20], Venusinus[21], Monorbinensis[22], Vigiliensis[c. 23], Melfittensis[d. 24], Iuvenazensis[25], Monopolitanus[26], Stunensis[27], Tarentinus[28], Perusinus[29], et Castellanus electus[30], qui videlicet in episcopum altero post dedicationem die sacratus est. De magnatibus autem: Richardus princeps Capuanus cum Iordane filio et fratre Rainulfo, Gisulfus princeps Salernitanus cum fratribus suis; Lan-
31 dulfus[31] quoque princeps Beneventanus, et Sergius dux Neapolitanus, Sergiusque dux Surrentinus[e]; Marsorum[f] etiam ac Balvensium comitum, filiorumque Borrelli non[g] parva frequentia. Caeterorum vero potentium seu nobilium, tam nostratium quam Normannorum omnium circumquaque terrarum, vel nomina vel numerum innumerum[h], nulla prorsus fuit possibilitas vel consilium recensendi. Robbertus[i] autem dux Panormum eo tempore oppugnabat, propter quod tantis tunc sollemniis interesse non potuit[k]. Et altaria quidem praecipua[l], beati videlicet Benedicti ac[m] beati Iohannis vocabulis insignita, manu propria praedictus apostolicus consecravit[n]; altare vero quod in australi parte ad honorem sanctae Dei genetricis Mariae[o] situm est, Iohannes episcopus Tusculanensis. Quod autem in parte aquilonari ad nomen beati Gregorii, Hubaldus episcopus Savinensis; sancti vero Nycolai, Herasmus episcopus Segninus sollemniter dedicaverunt[p].

Quorum sane sanctorum patrocinia[q] tunc in singulis altaribus sint recondita, oportunum hoc in loco inserere duximus. In altare itaque beati Benedicti habentur reliquiae sanctorum apostolorum Philippi et Iacobi; martyrum autem, Alexandri papae, Sebastiani, Ciriaci, Chrisanti, et Dariae*, Abdon et Sennen[r], atque Ceciliae virginis. Praeter has etiam duo argentea scrinia plurima diversorum sanctorum pignera continentia, intra ipsum altare honorifice sunt in marmore superiori suspensa**. In altare sancti Iohannis habetur*** ex oleo de candela sancti sepulchri, quae videlicet per singulos annos modo valde mirabili coelitus die sabbati[s] sancti paschalis videntibus cunctis accenditur; de aqua[t] Iordanis, ex eo loco ubi Dominus baptizatus est; de manna sepulchri sancti

*) Os scilicet cruris, brachii, capitis, et ancae *add.* 2.

**) quae reverendissimus Benedictus papa ob amorem et reverentiam sanctissimi patris nostri Benedicti de arcivo Lateranensis palatii abstrahens, in hac ecclesia Casinensi direxit primo
1023. anno abbatis nostri Theobaldi, anno dominicae incarnationis 1023, et hoc omnino interdixit idem sanctissimus papa, ut nullus praesumat hinc aliquid auferre. Reliquiae autem istae sunt de ligno Domini, de sanguine Domini, de vestimentis Domini, de spinea corona, de lapide sancti sepulchri, de velo sanctae Dei genitricis Mariae, apostolorum Petri et Pauli, Andreae, Iohannis, Iacobi et Thomae, Bartholomei et Mathei, Simonis, Iudae et Mathiae. Spongiam cum sanguine sancti protomartyris Stephani, Laurentii, Stephani papae, Pelagii papae, Martini episcopi, Prudentii, Iuliani, Augustini, Christofori, Aemiliani, Nicandri et Marciani, Alexii, Anastasiae, Eugeniae, Iohannis et Pauli, quadraginta martyrum, et aliorum multorum locatae sunt. *add.* 2.

***) de spongia quae fuit imposita Christo cum aceto; de lapide sancti sepulchri sanctae Dei genitricis Mariae. *add.* 2.

a) P. Mel. Troi. Flor. Luc. Lar. Drac. Civ. Guard. Therm. Ar. *legit* 4, *si pristinum ordinem restituimus; et infra* Rub. Mon. Ven. Vig. Melph. b) Serniensis *ed.* c) Clig. 4 d) Melphiatensis 4. e) S. Nam dux R. P. eo t. o. ideoque tante sollemnitati i. n. p. 2. f) Sed et Mars. com. ac Balventium f. *ed.* g) ingens f. 2. h) vel i. 4. i) Robbertus potuit *hic om.* 2. k) Horum igitur omnium summa dev. et ing. *l.* m. honore ac praecipua gloria (m. t. h. ac g. *ut supra* 3.) d. est eadem (est a d. *etc. ut supra* 3.) b. B. b. cum 5 alt. suis, ipsa die K. O. a. i. divinae 1071. ind. 9. die sabbati, et a. *ed.* l) mediana 2. m) B et sancti I. *ed.* n) benedixit *ed.* o) g. est situm, I. *ed.* p) dedicarunt *ed.* q) reliquiae — reconditae *ed.* r) Sennes 4. s) sancti s. *ed.* t) de manna s. s. I. e. de aqua — est, et *ed.*

1) deest. 2) Guilelmus. 3) Ioannes. 4) qui postea Grossetanus; deest in cod. 47. Is, Dodo nomine, iam a. 1061. Beneventi vicarium Nicolai II. egerat, v. Mansi XIX, 935. 5) Goffridus. 6) nescio an idem qui Ioannes Picenus, qui in cod. 47. superest. 7) deest. 8) Maraldus. 9) Stephanus. 10) i. e. Ferentini, Robertus. 11) Campo. 12) Rogerius. 13) Nicolaus. 14) de Guarda Alfiera, Petrus. 15) Guilelmus. 16) Maynardus. 17) Petrus Venafranus, vid. supra cap. 14. 18) Albertus. 19) Ioannes. 20) Ruborum, Guilelmus s. Guibertus. 21) Constans. 22) Innacius. 23) Biscegliae, Ioannes. 24) Molfettae, Balduinus. 25) Ioannes. 26) Petrus. 27) Datto Ostunensis. 28) Drogo, inter archiepiscopos. 29) Goffridus. 30) Theobaldus. 31) Pandulphus, cod. 47. sc. filius Landulfi.

Iohannis euangelistae, et de reliquiis[*] sancti[a] Sebastiani et aliorum multorum, quae[b] in priori altare ipsius reconditae fuerant. In altare sanctae Mariae habetur de lapide sepulchri eiusdem, et de reliquiis martyrum, Dionisii episcopi, Stephani[c] papae, Caesarii diaconi, Primi et Feliciani. In altare sancti Gregorii habetur de lapide sancti sepulchri, de vestimento sanctae Mariae, de vestibus apostolorum Petri et Pauli, et de reliquiis sanctorum quadraginta martyrum, nec non Pancratii, Valentini et Hylarii, Martini episcopi, et de dalmatica sancti Ambrosii[**]. In[d] altare sancti Nycolai habentur reliquiae sanctorum Cornelii[e] et Cipriani martyrum, Sebastiani, Nicandri et Marciani, Cirini et Maximi, Focae episcopi, Euticii, et[f] sanctorum quadraginta, et de capillis sancti Remigii episcopi. Super omnia vero haec, quod tacendum non duximus, in singularum columnarum eiusdem basilicae capitellis, tempore constructionis in[g] aereis pixidulis reliquiae[***] martyrum[h] sanctorum Iohannis et Pauli, Nicandri et Marciani, et aliorum quorundam reverenter[h] satis[h] locatae sunt†.

30. Peracta itaque[i] sollemniter celebritate missarum, et apostolicae potestatis auctoritate tam his[k] quos tunc praesentes esse contigerat, quam omnibus[l] qui per octo continuos dies ob devotionem tantae sollemnitatis ibidem accurrere possent, confessorum peccatorum absolutione concessa, cum maxima et ingenti laetitia singuli redierunt in sua. Verum praefatae absolutionis gratia tanta undique huc diversi sexus atque aetatis per eosdem octo dies hominum se continuavit frequentia, ut neminem fere illorum qui ad primum diem confluxerant, domum remeasse putares. Cap. 31.

Nec[32] modus est populis coeuntibus agmine denso, Paul. v. 50.
Nec requies, properant in lucem a nocte, diemque
Expectare piget.
Campani[m] coeunt populi, coit Apula pubes, v. 56.
Et[n] Calabri, et cuncti quos alluit aestus uterque,
Qui laeva et dextra Latium[o] circumstrepit[p] omne:
Ipsaque coelestium[q] sacris procerum monumentis v. 66.
Roma, Petro Pauloque potens rarescere gaudet,
Milia profundens ad moenia[r] celsa Casini. v. 69.
Vincit iter durum pietas amor et[s] Benedicti, v. 80.
Vincit et alma fides: praesens[33] Deus[t] omnibus istic[u] 33
Creditur, et summi Benedictus gloria Christi.
Alma[v] dies magnis celebratur coetibus, omnes v. 45.
Vota dicant sacris rata postibus, omnia gaudent
Terrarum et coeli.
Nos quoque felices quibus istum cernere Christus[w], v. 104.
Et celebrare diem tribuit, tantoque patrono
Gratari, et laetos[x] inter gaudere tumultus.

*) sancti Laurentii *add.* 2.

**) In turre argentea quae est in arcu maiori, hae reliquiae positae sunt, de capite sancti Iohannis baptistae, de vestimentis sancti Iohannis euangelistae, Andreae apostoli, Sebastiani, quadraginta martyrum, de velo sanctae Agathae, de vestimentis sanctae Susannae. In absida sancti Iohannis, in corona Salvatoris, lignum Domini, lapidem sancti sepulchri. *add.* 2.

***) reliquiae sanctorum Philippi et Iacobi, Iohannis et Pauli, Nicandri et Marciani, Cornelii et Cypriani, Cyrini et Maximi, Sebastiani, Focae, Euticii, quadraginta martyrum, de capillis sancti Remigii episcopi et aliorum multorum locatae sunt. 2.

†) In quattuor angulis campanarii hae reliquiae sunt, lignum Domini, de lapide sancti sepulchri, de vestimentis sanctae Mariae, lapide de sepulchro eius, sanctorum apostolorum Iacobi, Philippi, Bartholomei, Martini episcopi. In cruce campanarii lignum Domini, de capite sancti Iohannis baptistae, Bartholomei apostoli, Cyriaci diaconi. In frontispitio ecclesiae, in cruce aerea, lignum Domini, de lapide sancti sepulchri, Mauri abbatis, et sanctorum martyrum Iohannis et Pauli. *add.* 2.

a) *deest ed.* b) quae — fuerant *desunt* 2. c) C. d. S. p. *ed.* d) Super — sunt. In altare — episcopi *ed.* e) s. m. C. et C. *ed.* f) E. q. martyrum, et *ed.* g) c. reverenter satis in *ed.* h) *deest* 3. i) igitur *ed.* k) iis *ed.* l) omnium 2. m) Lucani 2. *Paul.* n) Ac *ed. Paul.* o) *deest* 3. p) circumsonat unda *Paul.* q) caelestum 3 *Paulin.* r) amicae m. Nolae *Paul.* s) omnia Christi *Paul.* t) de 2. u) isti 3. v) Alma — tumultus *desunt* 2. w) coram, Et c. d. datur et spectare patroni Praemia praestantique suis tam grandia Christo Grat. *Paul.* x) laetus 4.

32) hos versus e Paulini Nolani Natali S. Felicis III. mutuatus est, quod iam Ang. de Nuce adnotavit.

33) *praesens — Christi* apud Paulinum non inveni.

Praeterea[a] infidelem certe quisque se credere, miserum penitus aestimare, si tantae sollemnitatis vel fini tandem non satageret interesse. Ex eo iam per totum fere[a] christianum orbem coepit celebritatis tantae gloria divulgari, ex tunc iste locus licet ab olim Benedicti patris meritis famosus ac nobilis fuerit, nobilior multo ac gloriosior coepit haberi, patrisque Desiderii nomen apud plerosque iam dudum magnum et celebre, celebrius deinceps ac nobilius per occidentem totum[b] diffundi, prudentiae simul ac religionis maximae ab omnibus praedicari, omnibusque ipsius temporis abbatibus ubique locorum atque[c] terrarum ab omnibus censebatur iure praeferri. Partim igitur desiderio Desiderium visendi, partim vero templi tam vulgati tamque[d] celebris contuendi[e], partim denique in hoc sacrosancto coenobio conversandi, et Deo quoad viverent serviendi, multi ex multis et extimis terrarum partibus huc coeperunt[f] confluere, et hylariter Desiderio recipiente, factum est ut intra ipsum ferme biennium ad secundum circiter centenarium congregationis loci huius se numerus porrexisset. Iam vero diversorum regum atque potentium tam[g] Italicorum quam ultramontanorum, quamque etiam[h] transmarinorum, quantus[i] circa eundem venerabilem patrem coeperit haberi amor[k] pariter ac devotio, supplices ad eum litterae et munera decentia testabantur, quibus se suosque omnes tam suis quam fratrum sub eo degentium precibus attentius commendabant.

Cap. 32. 31. Nec imperatricis quoque Agnetis dignum videtur religiosam tacere devotionem, quae velut altera regina Saba, Salomonis alterius et alterius templi magno videndi desiderio ducta, ex ultimis huc Germaniae finibus adventavit, ac per medium ferme istic anni spatium commorans, multo maiora de[l] his quae super hoc loco auditu perceperat, tam secundum Deum quam secundum seculum se[m] videre gaudebat et asserebat; merito censens et locum, et patrem, et fratres per totum orbem sui ordinis hominibus celebriores habendos. Obtulit autem beato Benedicto prout augustalem dignitatem decebat dona magnifica, idest planetam diaspram[n], totam undique auro contextam; albam[o] a scapulis et capite, ac manibus friso decenter[p] ornatam, a pedibus vero frisea nichilominus lista, mensuram ferme cubiti in latitudine habens circumdatam; simulque et amictum cum brusto; pluviales duos purpureos, pretiosis aureis listis ornatos*; nec non et pallium magnum cum elefantis, quod dorsale[q] cognominant. Euangelium cum tabula fusili de argento, opere anaglifo pulcherrime[r] deaurato. Duo quoque candelabra argentea aeque fusilia, pondo librarum 12.

Cap. 33. 32. Libet nunc post ecclesiae dedicationem residua exornationis ipsius describere, ut licentius deinceps valeamus Desiderii gestis, tam in aedificiis quam et in aliis quibuslibet eius[s] magnificentiis operam dare. Ad supradictam igitur regiam urbem quendam de fratribus cum litteris ad imperatorem, et auro triginta et sex librarum pondo transmittens, auream ibi in altaris facie tabulam cum gemmis ac smaltis valde speciosis patrari mandavit; quibus videlicet smaltis nonnullas quidem ex euangelio, fere autem omnes beati Benedicti miraculorum insigniri fecit historias. Quem profecto[t] nostrum confratrem imperator Romano[u] nimis honorifice suscepit, et quandiu ibi mansit honeste cum suis omnibus reverenterque tractavit, et quicquid operum[v] inibi vellet efficere, imperialem ei licentiam facultatemque[w] concessit. Fecit itaque et cancellos quattuor fusiles ex aere, ante altare scilicet hinc inde inter chorum et aditum statuendos, trabem quoque nichilominus fusilem[x] ex aere, cum candelabris numero 50, in quibus utique totidem cerei per festivitates praecipuas ponerentur, lampadibus subter in aereis uncis ex eadem trabe 36 dependentibus. Quae videlicet aerea trabes aereis aeque brachiis ac manibus sustentata, trabi ligneae quam pulcherrime sculpi, et auro colorumque fucis interim fecerat Desiderius exornari, commissa est, et supra sex columnas argenteas[y], quattuor et semis in altitudine cubitos habentes et octo libras per singulas, in ipsa chori fronte constituit. Sub qua nimirum trabe 5 numero teretes iconas suspendit, 13 vero quadratas paris mensurae ac ponderis desuper statuit. E quibus videlicet 10

* pannum diarodanum frisatum cum auro ante faciem maioris altaris *add.* 2.

a *add.* 4. b) t. fere 3. c) l. non solum in occidentalibus et orientalibus partibus, sed et per orbem t. ab *ed.* d) et tam c. *ed.* e) continuendi 4. f) coepere *ed.* g) p. utriusque sexus q. c. 2. h) *add.* 4. i) quanta *ed.* k) a. p. ac *add.* 4. l) se de *ed.* m) *deest ed.* n) diasperam 2. o) a. quoque a *ed.* p) decentissime adorn. *ed.* q) dossale 2. r) et p. *ed.* s) *add.* 4. t) certe *ed.* u) Romanorum 4. v) ornamentorum 2. w) l. tribuit *ed.* x) *deest* 4. y) *deest* 3.

ex quadratis praedictus frater apud Constantinopolim crosso[34] argento sculpsit, ac deau- 34
ravit, habentes per singulas aliae 14[a] libras, aliae 12. Rotundas autem[b] omnes argen-
tea solum urna* circumdans, caetera coloribus ac figuris depingi Greca peritia fecit.
Tres vero alias de quadratis eiusdem metalli atque mensurae patrari suorum artificum
opere nequaquam dissimili Desiderius iussit. Alteram quoque iconam rotundam, ex
utraque parte caelato[c] argento ac deaurato vestitam, argenteis etiam bullis extrinsecus
in giro circumdatam quidam nobilis tunc beato Benedicto a regia urbe transmisit; cui
postmodum similis fieri[d] iussa altera, utraque est in ciburio altaris hinc inde suspensa**.
Fecit praeterea Desiderius et aliam trabem de argento librarum circiter 60, sculptam
nichilominus ac deauratam, quam in fornice maiori ante altare super quattuor argenteas
columnas ex parte inauratas locavit[e]: quarum unaquaeque et argenti libras 10, et 5
cubitos altitudinis habet. Fecit et duas cruces magnas argenteas librarum 30[f] per sin-
gulas, quarum imagines caelatura mirifica[g] prominerent; easque sub praedicta trabe
inter easdem columnas hinc inde super marmoreos stipites statuit. Tres porro residuas
maioris altaris facies argento librarum 86, sculpto[h] ac deaurato vestivit. Nam reliquo-
rum trium altarium facies veteribus tabulis a tribus partibus adornatae sunt. Fecit[i]
etiam 4 trabes propter ciburium altaris, quas simili modo caelato ac deaurato argento
extrinsecus induens, abintus petalis[35] et coloribus decoravit; quarum[k] duae habent in 35
longitudine cubitos 6, libras 20, et totidem, duae vero aliae cubitos 4 ac semis, libras
12[l] et totidem, suppositae interim columnis veteribus. Fecit[m] et candelabra magna 6,
tres cubitos altitudinis habentia de productis ac sculptis argento lamminis[n], ana[36] 6 vel 36
5 librarum; quae videlicet in festis praecipuis ante altare in directa linea posita accendi
cum maximis faculis debeant. Fecit[o] quoque et pulpitum ligneum ad legendum sive
cantandum, longe priori praestantius et eminentius, in ascensu scilicet graduum 6;
idque diversis colorum fucis et auri petalis de pulchro pulcherrimum reddidit[p]. Ante
quod columnam argenteam 25 librarum partim deauratam, ad modum magni candelabri
sex cubitorum in altitudine habentem[q] supra basem porphireticam statuit; super[r] quam
videlicet cereus magnus qui sabbato paschali benedicendus est, sollemniter debeat exal-
tari. Fecit et pharum, idest coronam maximam de argento librarum circiter centum,
habens in giro[s] cubitos 20 cum 12 turribus extrinsecus prominentibus, 36 ex ea lam-
padibus dependentibus; eamque extra chorum ante crucem maiorem satis firma ferrea
catena septem deauratis malis distincta suspendit.

33. His tantisper de constructione, consecratione, partimque decoratione novae basilicae quomodolibet[t] exaratis, ad caetera monasterii aedificia percomplenda simul cum nostro Desiderio reditum faciamus. Post transactam igitur sollemnem basilicae dedicationem cernens idem[u] venerabilis abbas divina cooperante potentia, simulque Benedicti[v] patris meritis omnia quae coeperat ad perfectionem[w] prout optaverat pervenisse, audentior iam immo valentior factus, totius coenobii ambitum decrevit ingenti animo spatiare, et ut iam de aliquibus fecerat reliquas officinas, cum his etiam quae ipsemet ante ecclesiae constructionem construxerat renovare. Et primo quidem claustrum quod tantae congregationi permodicum[x] adhuc esse constabat[y] ampliare desiderans, everso mox vetere refectorio quod satis enormiter a latere templo, a fronte vero capitulo inhaerebat, quodque[z] ipse[*] etiam dudum bis tempore diverso adauxerat, in ulteriori illud parte futuri claustri, iuxta meridianum scilicet atrii ecclesiae latus decorum valde satisque magnum extruxit, diversisque totum coloribus pictorum artificio compsit, et laqueari apposito trabibus, tegulis desuper cooperuit[a]. Legivum quoque

*) quattuor librarum *add.* 2.

**) Ceraptata etiam aerea fusilia valde pulchra, duo magna et parva septem supradictus frater secum a Constantinopoli detulit. *add.* 2.

a) l. q. *ed.* b) vero *ed.* c) p. a. mirifice sculpto ac d. *ed.* d) a. f. i. *ed.* e) i. 10 libras (i. argenti l. 10 3.) et 5 c. a. habentes locavit. Fecit *ed.* f) l. p. s. t. *ed.* g) satis m. *ed.* h) bene s. *ed.* i) Quattuor et. t. p. c. a. sim. m. sculpto ac d. a. e. induit, a. vero p. *ed.* k) e quibus d. h. cubitos in l. s. l. v. et viginti *ed.* l) 20 et 20. Sex etiam c. 2. m) Sex etiam c. m. t. *ed.* n) l. fecit *ed.* o) P. q. l. *etc.* fecit in ascensu g. s *ed* p) reddit *ed.* q) habens 4. r) supra 4. s) circuitu *ed.* t) quoquomodo 2. u) c. Desiderius d. *ed.* v) p. B. *ed.* w) perfectum *ed.* perfctm 4. x) a. p. *ed.* y) constat 2. z) quoque 2. *) e. i. *ed.* a) operuit *ed.*

34) i. e. grosso s. crasso. 35) i. e. bracteis, laminis. 36) i. e. singula quaeque, e Graeco ἀνά.

perpulchrum et eminens in eo constituit, quod valde decenter gipso vestitum cunctis spectabile reddidit. Cuius videlicet domus longitudo[a] in cubitis 95 extenditur, latitudo in 23 porrigitur, in 15 vero altitudo sustollitur; ab orientali parte habens ingressum, ab occidentali vero absidam, ante quam profecto ampla satis[b] abbatis mensa ex transverso cernitur constituta. Habet autem a latere meridiano fenestras 14[c], a septemtrionali vero duas tantum, duas quoque rotundas in frontibus singulis, et circa pulpitum tres, omnes vitro, gipso[d], ac plumbo insigniter laboratas. Iuxta eandem quoque domum ab australi parte, coquinam fratrum[*] in duobus invicem connexis fornicibus, quos una tantum columna sustentat[e] erexit; interque ipsam et refectorium, gradus et ianuam unde quaeque necessaria in idem refectorium sive conferantur sive referantur constituit. Ex altera vero ipsius coquinae parte cellarium statuit, ex quo videlicet tam refectorio quam coquinae quaelibet debeant necessaria tribui. Post haec cum necdum sufficiens sibi ad tantam fratrum multitudinem claustri spatium videretur, vir certe magnanimis et multae[f] fiduciae dormitorium atque capitulum, quae dudum ipsemet magno valde sumptu ac studio fabricaverat, nec non et veterem infirmantium domum exintegro est aggressus evertere, et claustri ampliandi occasione easdem quoque domos ampliores efficere. Quoniam igitur exteriorem dormitorii murum porro longe ab altero in magno montis praecipitio statuebat erigere, quinque crossam cubitis maceriam in fundamento maximae firmitatis[g] gratia iaciens, eam in ducentorum spatio cubitorum per longum extendit; in altitudine autem cubitorum 30 erexit, 24 cubitis in latitudine a muro interiori distantem. Quae[h] videlicet domus longe priore amplior, firmior, ac pulchrior studiose nimis est et fabrorum peritia lateribus tecta, et artificio[i] pictorum coloribus decorata; habens a meridiano tantum fenestras amplas 20, e quibus tres maximae tribus columnellis marmoreis fulciuntur. Iuxta quam etiam in ulteriori capite ipsius vestiarium fratrum[k], parvum quidem sed satis competens pulchrumque construxit. His omnibus[l] triennio circiter consummatis, montem evestigio qui interiacebat[m] suffodere aggressus est, per longum scilicet cubitis 105, per latum autem 49, per altum vero circiter 10[n]. Sicque capituli aedem[o] ab orientali parte per transversum constituit, ut interior eius frontispicii angulus angulo exteriori[p] basilicae sit connexus, absida vero ipsius appropiare[q] dormitorio videatur. Cuius videlicet longitudo[r] aedis cubitorum 53, latitudo 20, altitudo autem 18 habetur; habet autem a latere uno fenestras vitreas speciosissimas novem, ab altero totidem, a frontispicio aquilonali tres rotundas, ab australi vero duas aeque rotundas; laqueari, et pavimento, seu picturis pulcherrimis[s] sufficientissime decorata. Tantam autem tunc cum ista suffoderentur terraemotuum sumus experti frequentiam, ut uno quidem die vicibus 17, per alios vero aliquot dies nunc quattuor, nunc duobus[t], modo etiam sex vel quinque vicibus id per dies singulos sentiremus. Quod certe propter plurimas[u] eiusdem loci sepulturas tunc necessario violatas, quae sanctorum forte hominum fuerant, non ab re contigisse multi putavimus. Alias sane satis raro hoc in loco solet fieri terraemotus. Verum quoniam ingens praecipitium ab interiori dormitorii parte remanserat, erectis secus domum eandem cameris, et terra saxisque caetera replens iniectis, itemque ante refectorium in fronte videlicet claustri curva nichilominus camera cisternam maximam fabricans[v], ita demum totius claustri superficiem coaequavit. Mox itaque arcus per girum deambulatorios super 110 marmoreas[w] columnellas instituens, claustrum omne in longitudinem cubitis[x] octoginta[**] et quinque, in latitudinem[y] vero quinque et sexaginta[***] porrexit[z]. Cuius quia ea pars quae[*] basilicae erat contigua si caeteris coaequaretur, non aptus in eandem basilicam esset ingressus, subtus item et super deambulatorios fornices fecit, et in eius utrisque[a] angulis marmoreos gradus, quibus in caetera descenderetur instituit: a[b] capitulo quidem 15, a refectorio vero 13;

*) amplam satis et pulchram *add.* 2.
) centum 2. *) septuaginta 2.

a) longitudinis *ed.* b) valde *ed.* c) circa p. t. *hic ponit ed.* d) v. tam gipso quam p. *ed.* e) sustentet *ed.* f) et nimis magnae f. *ed.* g) infirmitatis 3. h) Habens – fulciuntur. Quae — decorata *ed.* i) p. a. *ed.* k) construxit *hic ponit ed.* l) *add.* 4. m) intra iacebat *ed.* n) septem 2. o) idem 4. p) e. tituli b. 2. q) appropiale 2. r) domus l. c. *ed.* s) pretiosissimis 2. t) duo 3. 4. u) innumeras *ed.* v) fabrificans *ed.* w) marmoreos 2. columnas marmoreas 3. x) cubitorum *ed.* y) altitud. 4. z) diffudit *ed.* *) q. maioris b. 2. a) utriusque angularis 2. b) ad capitulum q. 2.

totumque in circuitu et lapideis pavimentis bizantei artificii[a] stravit, et picturis pulcherrimis compsit. Nichil hoc moratus expleto, solarium[b] palatii illius quod a Richerio coeptum ipse perfecerat, ab eminentia priori ad planitiem[c] claustri deposuit, atque inibi cum[d] balneo et ceteris oportunitatibus infirmorum fratrum quietem constituit. Porro ab occidentali parte claustri, iuxta refectorium* videlicet fratrum cellam noviciorum satis[e] competenter aptavit; in qua profecto[f] iuxta regulare institutum[37] et meditari, et quiescere, et[g] comedere novicii ipsi deberent. Sicque iam tandem fratres qui eatenus super tot operibus inquietati ac molestati plus quam satis extiterant, oportuna simul et amoena quietis statione locatos ordini decetero regulari, quanto ordinatius tanto districtius operam dare[h] perdocuit. His omnibus[i] Deo favente exvoto perfectis, et interioribus fratrum officinis decentissime ut optaverat[k] consummatis, ad exteriora[l] nichilominus aedificia monasterii reficienda[m], impiger se ac fortis accingit. Ab occidentali[n] igitur parte primum maceriam firmissimam erigens, portam 30[o] circiter cubitis extra veterem de quadratis ac sectis[p] lapidibus statuit; supra quam turrim[q] fortissimam in quattuor magnis columnis erectam ingenti camera confirmavit. Verum cum deforis[r] praecipitium pateret immensum, tumulus vero abintus[s] magnus existeret, eo defosso praecipitium illud saxis eius et terra, clivoso licet tramite pervium fecit; sicque[t] demum hinc inde muro contiguo, ac propugnaculis[u] civitatum more munito universum monasterium circumsepsit. Dehinc[v] extra praedictam portam, iuxta clivum scilicet quo[w] ad eandem portam ascenditur, xenodochium maximum ad susceptionem peregrinorum cum universis suis oportunitatibus fabricavit. Domum[x] vero illam quae non competenti loco prope basilicam a parte aquilonali ad xenodochium olim constructa fuerat, ampliorem ac pulchriorem reficiens, ad hospitum nichilominus receptionem aptavit, ac in utrisque ipsis receptionum domibus et lectos et quaeque necessaria abundantissime paravit. Pistrinum[y] quoque ex eadem parte haud longe a gradibus atrii, adeo amplum pulchrumque construxit ut plerique[z] advenientium id ignorantes, quasi ad ecclesiam aliquam oraturi saepissime sint profecti**.

Hinc[*] ad ecclesiam beati Martini quae sola fere iam intra monasterii ambitum de veteribus aedificiis remanserat renovandam, totum cor Desiderius vertit. Diruta namque priori eiusdem beati Martini basilica, coepit eiusdem ecclesiae fabricam, in longitudine cubitorum[a] latitudo altitudo . Fenestras vero ab uno latere , ab altero totidem; columnas vero numero 16. Cancellos vero lapideos ante altarium, mirificos patrari fecit. Fenestras vero plumbo simul et vitro compactis[b], ferro ligatis inclusit. Illas autem quae in porticibus sitae sunt, gypseas quidem, sed similis fere decoris extruxit. Absidam vero musivo decenter vestivit; in qua etiam aureis litteris hos versus describi praecepit:

Cultibus extiterat quondam locus iste dicatus
Demonicis, inque hoc templo veneratus Apollo.
Quod pater huc properans Benedictus in omnipotentis
Vertit honore Dei Martini et nomine sancti.
Hoc Desiderius post centum lustra vetustum
Parvumque evertit, renovavit, compsit et hausit[c].

*) i. cisternam v. quam praediximus c. 2.
**) Non cessabat, dum ista agerentur, Desiderius conquirendis ecclesiae ornaminibus insudare, et undecumque posset, quibuscumque posset ingeniis, quae eius apta essent pulchritudini, comparare. *add.* 2.

a) artificum 2. b) solacium 4. c) c. p. *ed.* d) c. b. et c. o. *desunt* 2. e) ordine s. a. *ed.* f) q. videlicet idem i. *ed.* g) atque *ed.* h) de cetero d. 4. i) H. igitur o. e. *ed.* k) aptaverat 2. l) se *hic ponit ed.* m) perficienda 2. n) *hucusque manus* 1. *cod.* 3. *in quo folii ultimi pars inferior abscisa est; membranae eius loco assutae manus alia sed coaeva sequentia usque ad* Pistrinum *inscripsit.* o) p. cubitos pene trig. 2. p) septis 2. q) turrem *ed.* r) exterius *ed.* s) interius *ed.* t) f. ibique iuxta, extra portam scilicet xenodochium maximum fabricavit, itaque demum h. i. 2. u) *deest* 2. v) Dehinc — fabricavit *desunt* 2. w) quod 3. x) Dehinc aquilonali parte palatium quantitatis non modice ad hospitum quorumque receptionem aedificavit. Pistrinum q. tanto decore constr. ut 2. y) *hic in folio ultimo verso pergit manus primaria in cod.* 3. z) ut multi peregrinorum huc venientium ign. q. ad e. sepius illuc or. convenerint. 2. *) *Petri verba in quibus multa mutata et addita sunt infra dabimus.* a) c. 43. latitudine 28. altitudine 24. F. 3. b) *ita* 3. 4. c) *i. e.* auxit. [h]ausit 3.

37) Reg. c. 58.

Iam vero pavimentum quam speciosum sit, in promptu cernentibus est. Fecit et portas aereas in ingressu eiusdem ecclesiae; fecit tabulam altaris argenteam librarum[a] circiter . Iuxta eandem vero ecclesiam mansiunculas, in quibus[b] ipse quando vellet maneret, decenter construi fecit. Circa eandem vero ecclesiam bicameratam domum ad ornamenta[c] eiusdem ecclesiae recondenda construxit.

1075. Ian. 3. Transactis[38] vero a dedicatione maioris ecclesiae tribus annis, totidemque mensibus, anno videlicet a Salvatoris nativitate 1075. incipiente, 3. Nonarum Ian. ecclesia beati Bartholomei apostoli quae ad occidentalem partem maioris ecclesiae satis decenter sita est, cum grandi iterum laetitia et exultatione cunctorum fratrum, honorifice dedicata
39 est, a Iohanne Sorano episcopo[39]. Ubi etiam non minima particula[d] sancti brachii eiusdem beati apostoli in argentea capsella venerabiliter condita est.

Sept. 10. Eodem etiam anno post octo circiter menses, reliquae duae basilicae, pulcherrime[e] in extremis exterioris atrii turrium modo hinc inde locatae, pari studio et honore sacratae sunt, 4. Idus Septembris. Quarum alteram quae a dextra parte ad honorem beati archangeli Michahelis constructa est, praedictus Iohannes Soranus episcopus consecravit[f]. In quo[g] etiam recondidit reliquias has: sanctorum[h] Nicandri et Marciani, sancti Viti, sanctorum Iohannis et Pauli, sancti Mercurii, et sanctae Katerinae[i], et vocabula sanctorum Appollinaris episcopi, Proti et Iacincti. Alteram vero quae a leva, ad honorem beati[k] apostolorum principis Petri fundata est[l], [Leo[m] episcopus Aquinensis divino numini, ipso domno abbate omniumque fratrum praesente conventu, cum magna laetitia et devotione sacrarunt.

1090. Nov. 18. Porro[40] cum ab hac dedicatione annus iam quartus[41] decimus, et ab incarnatione dominica millesimus et nonagesimus volveretur, tribus iam annis, et tribus ac sexaginta diebus a[n] transitu reverendae ac semper honorifice memorandae memoriae Desiderii abbatis elapsis, praesidente atque iubente domno Oderisio reverentissimo atque dignissimo successore ipsius, dedicata est ecclesia sancti confessoris Christi Martini, quam praedictus venerabilis abbas Desiderius in loco ipso ubi olim a beatissimo abbate Benedicto constructa fuerat, circa portam scilicet monasterii mirifice ac pulcherrime in sexdecim marmoreis columnis erexerat, quamque tam musivo quam etiam diversis picturarum coloribus optime decoraverat. Dedicata est autem 14. Kal. Dec. ipsa videlicet die octavarum eiusdem beatissimi confessoris Christi Martini, feria secunda, cum tribus altariis suis, ingenti frequentia ordinis diversi virorum et maxima universorum laetitia; quorum primum atque praecipuum in honore ipsius beati Martini dedicavit vir venerabilis domnus Ioannes episcopus Tusculanensis, illud autem quod ad dexteram ipsius basilicae situm est, in honore sancti Erasmi martyris consecravit domnus Raynaldus episcopus Caietanus, qui ipso anno ex hoc nostro monasterio eidem ecclesiae datus fuerat episcopus; tertium vero quod a parte sinistra statutum est, in honore gloriosi confessoris Christi Ambrosii benedixit domnus Honestus reverentissimus episcopus Verulanus. Fuere autem cum eis in hac dedicatione episcopi etiam alii tres, idest Lambertus Alatrinensis, Roffridus Soranus, nec non et Leo episcopus Venafranus. Quod autem tamdiu post patris Desiderii transitum consecratio basilicae huius dilata est, hoc fuit in causa, quia et picturae partem aliquam et pavimenti non modicam ad complendum morte praeventus idem abbas reliquerat. Quae omnia successor illius studiosissime percomplere et addere quae necessaria curavit, et sic eam dedicari quatenus praemissum est, honorificentissime fecit.

1094. Ian 30. IV, 9. Annis item post ista tribus et tribus insuper ac septuaginta diebus exactis, anno scilicet incarnationis dominicae 1094, indictione 2, mensis Ianuarii die 30, 2. feria, dedicata est ecclesia beati Andreae apostoli, praesidente atque iubente iam dicto abbate

a, l. c. *desunt* 3. *ubi post* iux *pergit manus illa altera, v supra p.* 725. *not.* n. b) qua 4. c) hornamenta 4. ornamentum 3. d S Barth. p 3. e) *vel* b. pulcherrimae; basilice, p. 4. f) *deest* 4. g) *ita* 3. 4. h) sancti Viti septennis pueri, s N. et M. s. I. 3. i) Ecaterine 4. k) beatorum 4. l) est, que specialiter a singulis *etc.* 4. *v. supra I,* 45. *Hic desunt cod.* 3. *litteris maioribus, quae indicant, nihil post ea scriptum fuisse, etsi folium sequens excisum est.* m) *quae sequuntur supplevimus e narratione cod.* 47, *Muratorii editionem secuti.* n) *deest* c.

38) hinc narrationem cod. 47. l. l. p. 77. presse sequitur. 39) hic et Leo Aquinensis a Gregorio VII. primo pontificatus eius anno consecrati sunt, v. Reg. eius ap. Mans. Conc. XX. p. 125. 40) cf. infra IV, 8. 41) immo sextus.

domno Oderisio qui eandem basilicam a fundamentis extruxerat ab orientali parte maio- IV,3. ris ecclesiae, inter absidam videlicet ipsius et domum infirmorum, habens cemiterium fratrum a latere dextro, a sinistro vero claustrum, licet parvulum tamen pulcherrimum. Dedicata est autem a domno Raynaldo Caietano episcopo iam superius memorato cum ingenti devotione et exultatione fratrum universorum, ea nimirum die qua castrum quod Frattae dicitur, ultra omnem spem meritis beatissimi patris Benedicti miseratione divina recepimus, quod videlicet triennio ante a vicinis Nortmannis furatum nobis fuerat atque pervasum, sed die 13.[a] . . . . Domino auxiliante receptum, atque ob sempiternam illius triumphi memoriam in eadem die consecrationis hoc sollemne statutum. Est autem praedicta basilica instituta ad utilitatem infirmorum fratrum, lignis quidem ac tegulis firmissime contignata, fenestris vitreis optime decorata, diversis sanctorum historiis pulchra colorum varietate depicta, pavimento quoque multimoda incisione marmorum artificiose constructa: quodque omnibus his est longe praecipuum, multis ac praeclaris tam apostolorum quam martyrum necnon et confessorum Dei reliquiis studiosissime consecrata. Quorum omnium nomina cum reliquarum ecclesiarum pignoribus, pariter suis in locis Domino iuvante scribemus.]

INCIPIT CONTINUATIO LIBRI III. AUCTORE PETRO DIACONO.

34. Christo igitur duce, omnia sibi, prout optaverat, evenisse cognoscens, hinc ad ecclesiam beati Martini, quae sola fere iam intra monasterii ambitum de veteribus aedificiis remanserat, renovandam, totum cor Desiderius vertit. Diruta namque priori eiusdem beati Martini basilica, iactisque in Christi nomine fundamentis, coepit eiusdem ecclesiae fabricam, in longitudine cubitorum 43, latitudine 28, altitudine 24; fenestras vero ab uno latere 9, ab altero totidem. Porticus etiam utriusque parietes in 16 cubitorum altitudine erigens, fenestris 4, et 4, totidemque ab altero distinxit, et illas quidem quae in navi sunt, plumbo simul et vitro compactis tabulis ferro ligatis inclusit. In frontispicio porro eiusdem ecclesiae fenestras tres, ac unam in absida distinguens, similis decoris patrari mandavit. Illas autem quae in porticibus sunt, gipseas quidem, pari vero decore construxit. Columnas vero 9 ab uno latere, totidemque ab altero erexit. Secus ipsam quoque ecclesiam, curvato pariete brevem quidem sed perpulchram domum, ad eiusdem ecclesiae ministerium construxit. Cancellos vero lapideos, ante beati Martini altarium mirificos patrari fecit. Absidam autem musivo decenter vestivit, in qua etiam aureis litteris hos versus describi praecepit:

Cultibus extiterat quondam locus iste dicatus
Demonicis, inque hoc templo veneratus Apollo,
Quod pater huc properans Benedictus in omnipotentis
Vertit honore Dei, Martini et nomine sancti.
Hoc Desiderius post centum lustra vetustum
Parvumque evertit, renovavit, compsit et auxit.

Iam vero ipsius ecclesiae pavimentum quam sit conspicuum, quam speciosum, ac diversorum marmorum multiplicitate constratum, oculis omnium patet. Legivum quoque pulcerrimum auro atque coloribus pictorum ingenio decoratum, ibidem extrui iussit. Ante ipsius namque beati Martini altarium, tabulam argenteam ac deauratam, et pulcerrime scultam, 44 libras habentem, Desiderius patrari mandavit, in qua omnes fere beati euangelistae Matthei, et sancti confessoris Christi Martini desculpsit historias. Fecit et portas aereas in ingressu eiusdem ecclesiae. Iuxta eandem vero basilicam mansiunculam[b] in qua ipse maneret construens, trabibus appositis, tegulis desuper operuit. Haec ubi cooperante Domino, prout optaverat consummavit, beati Bartholomei apostoli basilicam, cum fratrum universo conventu 3. Nonas Ianuarias a Iohanne huius ante 1075. Ian 3. coenobii monacho, post Sorano episcopo, fecit sollempniter dedicari. In cuius altari apostolici corporis partem non exiguam in argentea recondidit capsa, in qua etiam has reliquias posuit: de lapide sancti sepulchri, et sanctorum Iohannis et Pauli, Viti, Ianuarii,

a) *lacunam quam hic Caracciolus indicavit, Anon. Cas. ita sarcit:* et a nostris 12. die magna Dei virtute r. b) mansiunculas *c.*

1075. Hermetis, et quadraginta martyrum. Enimvero tantae apud Romanum pontificem Desiderius auctoritatis habebatur et gratiae, ut in quibuscumque vellet proprio pastore viduatis ecclesiis vel coenobiis, iuris ei esset suis ex fratribus episcopos substituere vel abba-
Sept. 10. tes. Non multo post haec temporis evoluto, aedeculas quoque illas quas instar turrium in atrii diximus angulis constitutas, alteram ab eodem Iohanne, alteram a Leone fecit Aquinensi episcopo magna cum laetitia dedicari 4. Idus Septembris. Sane in altari beati archangeli Michahelis reliquias condidit sanctorum Nicandri et Marciani, Iohannis et Pauli, Viti, Mercurii, et Caterinae, et vocabula sanctorum Apollinaris episcopi, Proti et Iacinthi. Altare vero principis apostolorum Leo Aquinensis episcopus divino nomini[a], ipso domno abbate omniumque fratrum praesente conventu, cum magna laetitia et devotione sacravit. In eodem vero altario reconditae sunt reliquiae istae: de quinque panibus ordeaceis, et sanctorum apostolorum Petri, Matthei, Iacobi, Nazarii et Celsi, Ianuarii, Felicissimi et Agapiti, Sergii et Bacchi, Nicandri et Marciani, Aurelii, Protasii, Fortunati et sociorum eius, et de vestimentis trium puerorum.

42 35. Per[42] idem tempus Albericus diaconus vir disertissimus ac eruditissimus ad hunc locum habitaturus advenit. Hic in hoc monasterio positus composuit librum de virginitate sanctae Mariae; librum dictaminum et salutationum. In Musica dialogum. Contra Heinricum imperatorem de electione Romani pontificis. Vitam sanctae virginis
41 Christi Scolasticae[43]. Omeliam eius. Vitam sancti Dominici[44]. Passiones sancti[b] Modesti et sancti Caesarii. Librum de dialectica. Temporibus vero eius facta est sinodus in
1079. Febr. urbe Roma adversus Berengarium diaconem ecclesiae Andecavensis, qui inter multa quae astruere nitebatur, dicebat sacrificium corporis et sanguinis Domini figuram esse. Cumque nullus ei resistere valeret, idem Albericus evocatur ad sinodum; quo dum venisset, post varia conflictationum genera, cum pars parti non cederet, idem Albericus ebdomadae unius accepta licentia librum adversus eundem diaconem de corpore Domini edidit, sanctorum patrum testimoniis roboratum, in quo omnes assertiones eius destruxit, aeternaeque oblivioni tradidit. Fecit et versus in vitam sanctae Scolasticae; rithmos in pascha, de die iudicii, de penis inferni. Epistolas quoque quamplurimas ad Petrum Hostiensem episcopum[45]. Rithmos de gaudio paradisi, de die mortis, de monacho penitente. Composuit et alia nonnulla, quae in nostram notitiam non venerunt. Eo
46 etiam tempore Alfanus Salernitanus archiepiscopus[46] et huius coenobii monachus, cuius supra meminimus, vir in scripturis sanctis eruditissimus et notitia ecclesiasticorum dogmatum ad plenum instructus, composuit nitido et lucidissimo sermone passionem sanctae Christinae, et librum ymnorum et versuum. Amatus quoque episcopus[47] et huius monasterii monachus, his diebus scripsit versus de gestis apostolorum Petri et Pauli, et hos in quattuor libros divisit[48]. Ystoriam quoque Normannorum componens, nomini
49 eiusdem abbatis dicavit. Istius porro abbatis tempore Constantinus Africanus[49] ad hunc locum perveniens, sanctaeque habitum religionis induens, ecclesiam sanctae Agathae in Aversa a Richardo principe sibi concessam in hoc sancto loco devotissimus optulit. Necessarium plane videtur ad posterorum memoriam, quantus hic vel qualis fuerit litteris tradere. Hic igitur e Cartagine de qua oriundus erat egrediens, Babiloniam petiit, in qua gramatica, dialectica, geometria, arithmetica, mathematica, astronomia, nec non et phisica, Chaldeorum, Arabum, Persarum, Saracenorum, Egiptiorum, ac Indorum plenissime eruditus est: completis autem in ediscendis istiusmodi studiis triginta et novem annorum curriculis, ad Africam reversus est. Quem cum vidissent Afri ita ad plenum omnium gentium studiis eruditum, cogitaverunt occidere eum. Quod Constantinus agnoscens, clam navem ingressus Salernum advenit, ibique sub specie inopis aliquandiu

a) *l.* numini. b) sanctorum *c.*

42) cf. P. D. de viris ill. c. 21 et 45. ubi philosophus appellatur et Gelasium II. dicitur edocuisse. Mabill. Ann. O. S. B. V. p. 179. 43) Cuius Prologum cum homilia edidit A. Mai in Spicil. Rom. V. p. 129. 44) sc. Sorani, editam in Actis SS. Ian. II. p. 442. 45) Petri ad Albericum epistolae 2 extant in Opusc. 37. 46) 1058—1087. Cf. de viris ill. c. 19. Giesebr. de stud. litt. ap. Italos, qui inedita eius carmina dedit, alia correctius quam Ughellus It. S. X. p. 47 sqq. 47) Nuscanus; v. Champollion-Figeac in Prolegg. Hist. Norm. cuius antiquam versionem Gallicam edidit Parisiis 1835. 8. 48) quos Gregorio VII. dedicavit. Apographum codicis Bononiensis Casini servatur, v. Tosti Hist. C. I. p. 417. 49 De quo v. Petr. de viris ill. c. 23. Fabric. bibl. Graec. XIII. p. 123.

latuit. Deinde a fratre regis Babiloniorum qui tunc eo advenerat agnitus, ac in magna honorificentia apud Robbertum ducem habitus est. Exinde vero Constantinus egrediens, ad hunc locum pervenit, et ordine quo supra retulimus monachus factus est. In hoc vero coenobio positus, transtulit de diversorum gentium linguis libros quamplurimos, in quibus sunt hi praecipue. Pantegnum[50], quem divisit in libros duodecim, in quo 50 exposuit quid medicum scire opporteat. Practicam, in qua posuit qualiter medicus custodiat sanitatem, et curet infirmitatem. Librum graduum. Dietam ciborum. Librum febrium, quem de Arabica lingua transtulit. Librum de urina. De interioribus membris. Viaticum, quem in septem partes divisit, videlicet de morbis in capite nascentibus, dehinc de morbo faciei, de instrumentis, de stomachi et intestinorum infirmitatibus, de languore epatis, renum, vesicae, splenis, et fellis; de his, quae in exteriori cute nascuntur. Expositionem Aforismi. Librum Tegni, Megategni, Microtegni. Antidotarium. Disputationem Platonis et Ypocratis in sententiis. De simplici medicamine. De genecia. De pulsibus. De experimentis. Closas herbarum et specierum. De oculis.

36. Sequenti tempore supradictus papa Alexander Urbem egrediens, venit ad hoc monasterium. Qui a Desiderio honorifice susceptus, dum abbatis cameram quae iuxta ecclesiam sancti Nycolai constructa est ingressus fuisset, demoniacus quidam qui tunc illo advenerat, ei factus est obvius, quem sanctus pontifex ut vidit, orationem fundens ad Dominum dixit ad demonem: *Praecipio tibi immunde spiritus in virtute Domini, ut exeas ab hoc homine, et vadas in illum locum ubi nec avis volat nec vox hominum resonat, et sis ibi usque ad diem iudicii.* Mirabilis Deus in sanctis suis, qui invocantes se et de sua misericordia praesumentes velociter exaudire dignatur. Nam demon ad eiusdem pontificis praeceptum hominem relinquens, cuncti qui aderant laudare coeperunt et benedicere Deum. Nec hoc tacendum videtur, quod omnipotens Deus per eundem suum famulum operare dignatus est. Nam cum civitatem Aquinum pertransiret, claudam quandam[a] in itinere iacentem invenit, cuius infirmitati idem compatiens pontifex, aquam de qua post missarum sollemnia suas manus abluerat, ei ad bibendum tradidit, quam mox ut in potum accepit, sanitati reddita gratias Deo referre permaximas coepit. Fecit praeterea idem sanctissimus pontifex patri Desiderio privilegium de monasterio sanctae Mariae in Palladio[51], cum attinentiis suis, recipiens ab eo ecclesiam sanctae Ierusalem, 51 II, 79. quam Leo papa reverendissimus, sicut supra taxavimus, Richerio abbati nostro tradiderat. Concessit etiam praedictus papa Alexander personaliter nostro Desiderio civitatem Terracinensem, cum pertinentiis suis. Defuncto autem eodem pontifice, clerus 1073. Apr. 21. populusque Romanus in unum conveniunt, Hildebrandumque sedis apostolicae archidiaconum eligentes, Gregorium appellari decernunt, qui eodem ordinationis suae anno ad Apr 22 hoc monasterium veniens, sociato sibi Desiderio Beneventum perrexit, indeque regrediens Romam reversus est. Aug. Dec Quo tempore[52], dum in nativitatis dominicae sollemnitate 1075. Dec. 25. in ecclesia sanctae Mariae cognomento Maioris praedictus papa missarum sollemnia ageret, captus est supra sanctum altare a quibusdam Romanis infidelibus, sed vi ac constantia omnium Romanorum eadem die receptus est.

37. Per idem tempus Richardus princeps per praeceptum[53] obtulit beato Benedicto 1072 Febr. ecclesiam sancti Angeli, quae nuncupatur Ad formas, de qua superius, tempore scilicet Baldoini abbatis, I, 57 qualiter nobis a Marino papa concessa sit plenius scripsimus.

a) quendam c.

50) Hic liber, teste V. C. C. L. Grotefend, in cod. biblioth. civ. Hannover. ms. saec. XII. hanc habet inscriptionem: *Domino suo Montis Casinensis abbati, Desiderio, reverentissimo patrum patri, immo totius ordinis ecclesiastici gemme prenitenti, Constantinus Africanus indignus, suus tamen monachus, oculatis intus et exterius, celi ascribi animabus.* Librum de stomachi affectionibus *Alfano reverendissimo Salernitanae ecclesiae archiepiscopo* e stomacho laboranti inscripsit. 51) Supra II, 94. et infra IV, 81. Exemplum huius privilegii legitur in Regesto num. 31. (s. d. teste V. D. Giesebrecht): *Alexander* etc. *Quapropter carissime frater et consacerdos, quia prudentiam tuam maxime lateri nostro optamus adhaerere sereno vultu, tam tibi quam tuis successoribus Casini montis abbatibus, recepta investitura sanctae Hierusalem coenobii, quam felicis memoriae Leo episcopus hospitandi gratia Richerio antecessori tuo contulit, tradimus et concedimus abbatiam sanctorum martyrum Sebastiani et Zosimi, quam vulgares usitato nomine Palariam solent nuncupare* etc. ANG. 52) duobus annis post; verba petiit ab Anon. Casin. ad ann. 1075. 53) quod ex orig. edidit Gatt. Acc. p. 176. Id pro spurio habet Di Meo Ann. Neap. VIII, 116; sed Bethmanno teste genuinum est.

Sed quia Capuanus archiepiscopus illam eo tempore retinebat, praefatus princeps cupiens 1065. Dec. ibidem facere monasterium, ante septem circiter annos cum eo concambiavit, data pro 54 ipsa alia ecclesia vocabulo sancti Iohannis de Landepaldi[54], quae tunc temporis palatio pertinebat, cum ornamentis et libris non paucis, et universis rebus ac pertinentiis eius. Recepit autem ab eodem archiepiscopo praedictam ecclesiam sancti Angeli cum tribus aliis ecclesiis iam vetustate consumptis, idest sancti Salvatoris, sancti Iohannis, et sancti Hylarii, et cum omnibus ubicumque ad easdem ecclesias pertinentibus, 60 auri librarum pena apposita, si aliquando vel ipse archiepiscopus vel aliquis successorum id removere 1065. voluisset. Quo facto concessit in eodem loco ecclesiam sancti Angeli de Olaldisi[55] intra Capuam cum omnibus pertinentiis suis, nec non et quicquid palatio pertinebat in toto 56 Sarzano[56] cum universis ibi habitantibus villanis, et omnia, quae ibi pertinuerunt Gregorio comiti palatii et Petro filio Doferi in loco Sancto Herasmo. Cum omnibus itaque his, et cum universis pertinentiis suis, simul et cum cartula commutationis, quam a praedicto archiepiscopo exinde receperat, in hoc Casinensi coenobio praedictam ecclesiam optulit. Et quoniam locus idem valde amoenus, et satis aptus monasterio erat, rogavit humiliter Desiderium ut pro amore suo specialiter inde studeret; quod et fecit, de monasterio Albanetae integram omnium mobilium medietatem accipiens, et cum medietate etiam eiusdem loci monachorum illuc transmittens, coepitque Desiderius illud aedificare ex integro tam speciose, tam spatiose, quemadmodum hodie cernitur; ubi etiam intra breve tempus quadraginta et eo amplius monachos regulariter victuros aggregavit.

38. Eodem praeterea tempore quidam rusticus in partibus degens Apuliae, dum siti aestuaret ad bibendum perrexit. In quem mox diabolus ingrediens, eum vexare crudelissime coepit. Ductus autem a propinquis ad hoc monasterium, atque ante patris Benedicti corpus iactatus, eius intervenientibus meritis confestim sanatus est. His porro diebus cum in hoc Casinensi coenobio de vino ob totius monasterii stipendium non plus quam palmi unius et dimidii mensura esset in vase, frater qui domum vinariam custodiebat, pergens ad patrem Desiderium ei referre curavit. Abbas autem ad haec: *Antequam ad Robberti ducis curiam pergam, veni ad me, et unde id emere debeas dabo.* Alio autem die, ea quae Desiderius praeceperat monachus oblivioni tradens, ad eum minime venit. Desiderius autem iter arripiens, Robberti ducis curiam adiit. Sed qui in deserti regione per quadraginta annos manna populum pavit, ipse per tres menses et dimidium vinum unde omnes bibebant crescere fecit. Quidam vero puer ex monasterii famulis, coelestium mysteriorum ignarus, vehementer admirans vinum tantum durasse in vase, 57 cervinariam[57] adiit, vinum mensus est, stetitque eadem hora, et ultra crescere desiit; tunc ad monachum gratulabundus accedens ait: *Ego nunc vinum mensus sum, sed tantum est, quantum fuit ante tres menses.* Monachus autem haec audiens, eum gravissime verberavit. Puer vero ante eum aufugiens, claustrum est fratrum ingressus, et quid sibi monachus fecerat per ordinem pandit. Quem venerandae memoriae Stephanus, qui eo tempore decanatus officii curam gerebat evocans, dixit: *Cur tam crudeliter hunc puerum verberasti?* Tum frater: *Hoc quod nunc in vino per merita beatissimi patris Benedicti Deus operari dignatus est, multis iam vicibus egit. Hic vero ad vasculum pergens, vinum mensus est, et ulterius in vase non crevit.* Illi autem haec audientes benedixerunt Deum, qui suis temporibus in hoc loco antiquum dignatus est renovare miraculum. Nocte quadam cum frater Georgius mansionarius in stratu suo quiescens vigilaret, audivit duos pueros in ecclesia mira suavitate ac dulci modulamine laudes Deo referre. Sciens itaque pro certo, neminem monachorum esse in monasterio[a] qui puerilem vocem haberet, confestim surgens ecclesiam ingreditur, nullumque ibi reperiens, et quod in re erat advertens, facto mane quod audierat fratribus per ordinem pandit; hinc angelorum fre- Desid. Dial. II, 21. quentiam apud beati patris exuvias hoc fuisse dixerunt. Tempore alio praefatus Georgius lampadem ante imaginem Salvatoris quae supra fores ecclesiae picta est dependentem, advenerat refecturus, et ecce videt eam tensis uncinulis dependere in aere, nulla prorsus eam praeter ipsum aerea[b] materia sustentante. Convocatis Geor-

a) monasterium *c.* b) *leg.* aera *ut infra* 733, 14

54) in civ. Capuana. Instrumentum tunc factum e Reg. S. Angeli edidit Gatt. Hist. p. 253. et cum tabula picta ipsam traditionem exhibente Tosti Hist. Cas. I. p. 400. 55) *iuxta plateam de Auloaldiski* in carta quam ex orig. dedit Gatt. Acc. p. 175. 56) prope Vulturnum, ad septentrionem montis Tifatae, v. Peregrini Camp. Fel. p. 373. ANG. 57) i. e. cellam vinariam.

gius fratribus qui eminus aberant, quod miratur ostendit, ipsique postmodum cum eo pariter huius testes extitere miraculi. Nocte qua praecedebatur dies de transitu sancti patris nostri Benedicti festivus, dum ad vigilias unus e custodibus lampadem ante imaginem eiusdem beati patris dependentem reficeret, lapsa subito lampas in pavimentum ruit, illaesaque permansit, quae iterum elevata, iterum cecidit, erecta tertio, tertio lapsa est, et nullo horum casu, vel effractionis lampas, vel effusionis oleum, vel ignis extinctionis pertulit detrimentum. Cum die quadam de custodibus unus ante altare accensam lampadem usque ad ipsa fere laquearia elevasset, repente lampas lapsa in pavimentum cecidit. Mirabilis in factis suis Deus! non solum non est fracta quae deciderat lampas, sed nec effusum oleum, nec ignis extinctus. Tunc Petr. Dam. Ep. VI, 22. temporis in monasterio beati patris Benedicti quod intra Salernitanae urbis moenia constructum est, et huic Casinensi coenobio ab ipso suae constructionis exordio subditum, satis insigne miraculum contigit. Ex ipsius namque monasterii familia vorax hominum lupus parvulum puerulum clandestinus impetiit, rapuit, et abiit, post quem transfixa dolore mater inclamans ait: *Adiuro te bestia per beatum Benedictum, cuius servus est, ne filium meum ulterius feras, sed eum sub omni celeritate dimittas;* quo lupus audito, hunc quidem quem ferebat, aperto protinus ore deposuit; in alium vero puerum repentinus insiluit, eumque subito desecans, truncum cadaveris sprevit, praecisumque caput mordicus confixum in suas latebras concitus asportavit.

39. Circa hos dies Michahel Constantinopolitanus imperator patri Desiderio per nuntios quos ad eum direxit, dona quamplura transmisit, poscens ut pro se ac liberis et pro statu imperii sui Dei omnipotentis clementiam assidue supplicarent. Insuper etiam ob patris Benedicti reverentiam, pro salute animae suae per praeceptum aurea bulla bullatum[58] constituit, ut per unumquemque annum hoc monasterium accipiat de 58 palatio Constantinopolitani imperii auri libras viginti quattuor, et pallia quattuor ad nostrae congregationis sustentationem. Borrellus autem comes Borrelli maioris filius, 1069. Mart. cum ob nonnulla sua in hoc loco servitia Desiderii familiaritatem fuisset non immerito adeptus, monasterium sancti Petri quod vocatur de Avellana[59], quod videlicet pater ipsius beato Dominico ante quattuor et quadraginta annos ad construendum tradiderat, quodque idem Borrellus satis ampla terrarum concessione ditaverat, cum ecclesiis et colonis et cum omnibus omnino pertinentiis ac possessionibus suis, quod est terra quinque millium circiter modiorum, beato Benedicto devotissimus optulit. Cuius monasterii cum longe post Gualterius nepos ipsius duodecim casales de rivo Franculi nequiter retineret, veniens ad hoc monasterium sua sponte nobis ipsos refutavit ac reddidit[60]. Theodinus quoque et Oderisius atque Bernardus Balvenses comites, non multo post[61] et ipsi 61 quoque monasterium sancti Petri quod situm est in valle de Lacu, et aliud monasterium heremitarum in loco qui dicitur Pratum Cardosum, quae nimirum et ipsa nichilominus a beato Dominico ante non plures annos fundata extiterant[62], pari modo in hoc monasterio obtulerunt, cum quinque scilicet adiacentibus lacubus, cum ecclesiis et colonis et cum omnibus omnino pertinentiis ac possessionibus eorum, tam in eodem comitatu Balvensi, quam in Marsicano et Teatino. Eodem anno oblatum est beato Benedicto a quibusdam nobilibus Marsicanis[63] castellum quod nominatur Meta, in valle de Orbeto, cum omnibus finibus ac pertinentiis suis, necnon et ecclesia sancti Patris, in loco ubi Formae vocantur, et ecclesia sancti Donati supra ipsas Formas, cum omnibus quae ad easdem ecclesias pertinent, insuper et universis quae ad praefatos nobiles iure haereditario pertinebant, tam in ipsis Formis quam et in Valle frigida. Eodem etiam anno[64] Leo et 1072. Sept. Girardus Fundani consules optulerunt beato patri Benedicto monasterium sancti Magni cum omnibus sibi pertinentibus, et cum quarta parte de ipsa piscaria Fundani lacus, et cum ecclesia sanctae Mariae iuxta amphitheatrum Fundanae civitatis, sancti Mauri et sancti Martini ad Tirille, et sancti Andreae in Terracina, et sancti Nycolai in urbe Romana, loco qui dicitur Ad fossa, cum omnibus pertinentiis ac rebus illarum. Pari modo autem una cum Richardo cognomento de Aquila idem consules optulerunt huic loco ecclesiam sancti Onufrii cum pertinentiis suis. Et quoniam locus idem habilis ad construendum monasterium erat, Desiderius cupiens ibidem facere monasterium, per Girardum praepositum sancti Nycolai in Pica, qui quintus post eum huius coenobii abbas effectus est, in statum quo nunc cernitur erexit. His quoque diebus[65] Littefridus Fun- 65 danus consul cartam fecit huic monasterio de omnibus quae sibi pertinebant de civitate

58) Reg. num. 145. cuius titulus: *Praeceptum Michaelis Constantini imperatoris*, idest filii Constantini. ANG. *minio subscripsi mense Aprili ind.* 4. i. e. 1081 : at a. 1078 regno depulsus est. 59) *in territorio Sangretano*, dipl. ap. Gatt. Acc. p. 179. e Reg. Petri unde et sequentia edidit. 60) Notula de hac re extat in Reg. Petri, edita ap. Gatt. ib. 61) 1067. (l. 1069.) *ind. 7. m. Apr.* ib. Utraque donatio Cl. Di Meo suspecta est, utpote a Leone omissa. 62) Alberici V. S. Dominici c. 2. Sed iam a. 1031. obierat, v. supra II, 59. 63) ab Azzone f. Azzonis, sed a. D. 1072. m. Dec. ind. 10. ib. p. 180. Sed unum Metae cast. ibi nominatur. 64) 1072. m. Sept. ind. 10. ap. Gatt. H. p. 259. 65) anno 10. Littefredae ducis m. Oct. ind. 11. ap. Gatt. Acc. p. 180.

Fundana, et valle de Cursa, et Aquaviva, et Ambrife, et Pastina, et Ynola, Campu de mele, Vetera, et de tertia parte piscariae ad Sanctam Anastasiam, et de monasterio sancti Archangeli, et de omnibus quae ei pertinebant a paterno vel materno iure. Per 1072. Sept. idem quoque tempus Iohannes Hiserniensis vir nobilis similiter optulit huic Casinensi coenobio monasterium sancti Benedicti in loco Baniarola[a. 66] cum duabus aliis cellis ipsius, idest sanctae Mariae et sanctae Luciae, cum universis earum pertinentiis. Idem fecit et Morinus comes Benafranus de quattuor aliis ecclesiis, idest sancti Nazarii de Piperozza, sancti Petri de Sexto, sancti Barbati de Ravenola, et sancti Martini de ipsa Furca.

40. Operae pretium reor ea quae isto in anno Dominus per beatum Benedictum in Galliis operari dignatus est, ad posterorum memoriam et aedificationem annectere. Quidam namque vir potentissimus Gallorum gente progenitus tantis se ab ipsa infantia execrarat flagitiis, ut nulla pars eius corporis proprio vacaret a vitio. Hic ad mortem veniens, convocatis cuiusdam coenobii fratribus, monachicum habitum sibi tribui flagitabat; mox autem ut sacris indutus est vestibus, spiritum reddidit. Cuidam vero Dei servo iuxta manenti Dominus ea quae circa defuncti animam agebantur, ostendere dignatus est. Nam statim ut de corpore exiit, terribilis turba demonum cum igneis illam ligantes catenis ad tartarea conarentur ferre incendia, beatissimus pater Benedictus pastoralem manu deferens virgam in medium astitit. At vero hostes praedam se perdere cognoscentes dixerunt: *Quot a nostris iam diutissime manibus Benedicte abstuleris animas nosti; hunc vero qui nunquam aliquid boni gessit, iniuste agis si a nostris manibus auferre conaris.* Et sanctus: *Ne vobis iniustitiam forte facere videar, eius facta examinate, et si vestrorum operum, postquam meum accepit habitum, aliquatenus fuit conscius, vester permaneat.* Tunc malignorum illud collegium victum se rationabiliter sentiens, tenues per auras evanuit. Hoc Dei servus ut vidit, coepit collaudare Christi clementiam, qui tam mirabiliter eandem animam de demonum manibus liberare dignatus est. In eisdem vero partibus monasterium est quoddam in honore eiusdem patris sacratum, in quo fratres dum die qua idem sanctus coelos ascendit, festivitatem illius sollempniter celebrassent, ad coenam venientes, dum pisces se non habere perspicerent, hac de re conqueri contra abbatem coeperunt. Subsequenti vero nocte, sanctissimus pater Benedictus abbati in somnis apparens, dixit ad eum: *Cur fratres tristantur?* Et ille: *Propter pisces quos non habuerunt in praeterito die.* Cui sanctus: *Ego quidem in monasterio meo Casinensi cellarium de mundo recedentem expectavi; qui quoniam peccatorum erat ponderibus aggravatus, eum meis orationibus adiuvi, atque illum omnipotens Deus in aeternae vitae quietem constituit. Nunc vero piscatores mitte ad proximum monasterio lacum, ibique abundanter invenies unde murmurationem sedare valeas fratrum.* Abbas autem evigilans piscatores ad lacum sub omni celeritate transmisit; quod dum fratres cernerent, mirari coeperunt, quia lacus ad quem piscatores pergebant, non nisi serpentes et ranas ferebat. Piscatores autem lacum in quo nunquam ante vel postea piscatum fuerat ingredientes, piscium multitudinem tantam ceperunt, ut per octo continuos dies fratribus ad comedendum sufficerent. Quidam Iohannes cognomine Benafranus, vicecomes Iordani I. principis, fuit vir scelestissimus et omni vitiorum labe repletus. Qui dum ad mortem venisset, ad hunc se locum duci et sanctae sibi religionis habitum tribui rogavit. Cuius petitioni amici eius faventes, ad hoc monasterium eum duxerunt, adque ante corpus sanctissimi patris Benedicti monastica vestimenta suscipiens, statim e mundo recessit. Illo autem sepulto, rusticus quidam de monasterio egrediens, ad campestria loca tendebat. Cumque sub ecclesia sancti Severi olim Casinensis episcopi quae in hoc monte sita est advenisset, diabolum in via stantem repperit, statura procerum, digitos ac ungulas habentem valde longissimos, virgamque in manu tenentem, et rusticum torvo vultu aspicientem. Cumque ad eum rusticus pervenisset, diabolus ait: *Unde venis?* Ille autem hominem eum

a) Banlarola *c.* (?)

66) non procul a castro Ribomatrici, in pertinentia Pontiscurvi. Carta quam e Reg. edidit Gatt. Hist. p. 264. scripta est *Ponticurvo*, iubente Goffrido Ridello consule et duce civ. Caietae et dominatore Pontiscurvi, a quo Iohannes *Isergnise* fidelis eius cast. de Ribomatrice et monasterium feudi loco acceperat. Eodem tempore etiam alius Iohannes abbas idem monasterium cum cellis illis, consentientibus monachis, Casinensibus per cartam tradidit.

esse existimans, dixit: *A Casinensi coenobio.* Et diabolus: *Quid actum est de Iohanne vicecomite?* Tum rusticus: *Postquam monachus factus est, statim e mundo recessit.* Diabolus autem haec audiens coepit conqueri, dicens: *Hei*[67] *Benedicte michi! Hei Benedicte* 67 *michi! cur meos cotidie ad te servos convertis? Cur me tam immaniter, tam crudeliter persequi non desistis?* Haec cum dixisset, furibundo ac flammanti rusticum vultu respiciens ait: *Scito certissime, quia nisi hodie in monasterio Benedicti cibum potumque sumpsisses, et panem de eodem loco allatum nunc in sinum tuum teneres, nulla interposita mora te confestim occiderem.* Statimque per montis latus se praecipitem dedit, lapides et arbores in modum turbinis trahens. Rusticus autem hoc viso, tremebundus de monte descendit, et cuncta quae viderat vel audierat per ordinem pandit. Cumque ad aquam quae Casinus vocatur advenisset, iterato diabolus eidem apparens, dixit: *Adhuc per terram istam ambulas?* Frendensque ea quae prius locutus fuerat protulit, et Casini aquam cum virga quam tenebat validissime percussit, atque disparuit. Ad cuius sonitum rustico visum est quod tota[a] tremuisset; aqua vero fluminis more tempestatis sursum in aera ferebatur. Reversusque in Rivo Matricis ad domum suam, languore corripitur, atque post diem tertium vitam finivit.

41. Eodem tempore cum Landenulfus qui fuerat comes Caleni[68], contendisset nobis- 68 cum de alveo fluminis Gariliani, quod non deberet aliquo modo pertinere castro nostro de Mortula, et quod ipsi homines de Criptis eiusdem loci nichil nobis deberent[b], in iudicio iudicum Suessanorum causa ipsa diutius ventilata, victus rationibus cessit, et de his omnibus per cartam se manifestavit nullam prorsus habere iustitiam. Sed et Ioffridus[c] qui cognominatus est Monius, per idem tempus ex imperio Richardi principis veniens ad hunc monasterium, in praesentia Desiderii sponte sua per scriptum se manifestavit, ac refutavit in manus eius ipsas piscarias, quae sunt in flumine Gariliano ad ipsos currentes, qualiter incipit a rivo qui dicitur Vivus, qui descendit ab ipsis Criptis, et vadit usque in rivum qui descendit a Sancta Cruce, et mittit in praedictum fluvium Garilianum, quae videlicet piscariae antiquitus pertinuerunt partim huic monasterio partim sancto Salvatori de Cucuruzzo; quas etiam usque ad illud tempus Suessani comites violenter et malo ordine retinuerant. Sequenti tempore Ioffridus[c] cognomento Ridellus, dux Caietanorum, 1076. Feb. obtulit in hoc loco monasterium sancti Herasmi de civitate Furmiana[69], et monasterium sancti Petri de Foresta in pertinentia Pontiscurvi, cum universis possessionibus ipsorum. Tunc etiam et Lando dominus Arpinensis civitatis, ad mortem veniens iudicium fecit[70] Aug. in hoc monasterio de omnibus quae sibi iure haereditario pertinebant, idest de medietate Arpini, et Montis nigri, et Sancti Urbani, et Vici albi, et Casa Silverii, pena apposita iudicii huius violatoribus centum librarum auri omnibus id removere quaerentibus.

42. Per idem tempus supradicto papa Gregorio Romae synodum celebrante, Leo 1078. huius loci bibliothecarius, qui post Ostiensis episcopus factus est, ex iussione patris Desiderii proclamationem fecit de cella sanctae Sophiae in Benevento[71], quam nuper Bene- 71 ventani a dicione huius coenobii violenter abstraxerant; cumque ad placitum res perducta fuisset, relecta sunt in omnium audientia nostra munimina, qualiter Arichis princeps eiusdem ecclesiae constructor illam per praeceptum huic coenobio Casinensi tradiderat; demum vero qualiter omnes Romani pontifices, imperatores, reges, duces, ac principes praedictam cellam in hoc loco confirmaverant. Quo audito, papa Gregorius ait, quod nequaquam possent Beneventani ecclesiam monasterio Casinensi primitus delegatam ab eius potestate subtrahere: sed Casinensem ecclesiam omnino canonice ac legaliter eandem cellam in perpetuum optinere debere. In eadem etiam synodo[72] constituit, 72 ut si quis a laico ecclesiae investituram acciperet, dans et accipiens anathemate plecterentur. Eodem tempore cum[73] praedictus papa Gregorius apud Capuam moraretur, clerici eiusdem civitatis invidis apud eum questibus usi sunt, dicentes ecclesiam sancti Angeli quae olim fuerat iuris Capuanae ecclesiae, iniquo concambio in ius monasterii c. 37

a) *an* terra? b) deberet *c.* c) *ita correxi.* Loffridus *c.* (?)

67) cf. supra I, 20. 68) olim Cales, in cuius locum Calvi successit. 69) *in pertinencia civ. Caietae in loco qui dicitur Ad molas.* Gatt. Hist. p. 267. 70) ipse dicit: *offerui et tradidi*, ap. Gatt. Acc. p. 181. 71) cf. brevem eius de hoc negotio relationem ap. Gatt. Hist. p. 54, ubi dicit se nihil iustitiae recipere potuisse. Cf. Praef p. 552. 72) a. 1075. si primum de ea re decretum intelligit. Sed repetitum est a. 1078. 73) Ex praecepto papae d. Romae 1078. Dec. 7. ap. Gatt. Hist. p. 254.

1078. nostri transisse. Quam nimirum querimoniam idem apostolicus oratu Desiderii indiscus-
sam manere non patiens, per idoneos ac veraces viros diligenter inquirere studuit,
utrum concambium quod pro eadem ecclesia datum fuerat, conveniens esse videretur.
Qui videlicet hoc studiosissime disquirentes, invenerunt et probaverunt quod ecclesia
sancti Iohannis de Landepaldi, quae pro eodem concambio data fuerat, satis plus pos-
sessionis et ornamentorum tempore concambii habuisset. Quod etiam Erveus tunc eius-
dem civitatis archiepiscopus se veraciter cognovisse asseverabat. Quo competenti testi-
monio praemotae litis omni dubietate sublata, censuit praephatus apostolicus tam archi-
episcopum quam et Capuanos clericos in perpetuum ab hac quaestione quiescere, nul-
Dec. 7. lamque ulterius de ipso concambio litem movere. Qui mox privilegio firmum hoc et
in perpetuum stabile iudicans, atque decernens ut idem monasterium sub cura et regi-
mine Casinensis abbatis manere perpetuo debeat, eodem quoque privilegio cuncta, quae
vel ibi tunc concessa, vel in futurum essent concedenda confirmans, temeratoribus qui-
dem huius decreti nisi forte resipuissent, excommunicationis sententiam intulit; observa-
toribus vero benedictionem apostolicam et pacem perpetuam provenire optavit.

Desid. Dial. I, 5. 43. His quoque diebus quidam frater in hoc coenobio Angelus nomine fuit, vir reverendus et omni bonitate redi-
mitus. Qui dum in hoc monasterio ultimum clauderet diem, demoniacus quidam adveniens clamare coepit: *Quid hac
hora michi Benedicte fecisti? Angeli monachi animam ob exigui gestaturam cuculli de potestate mea auferens, tuo in coele-
stibus gregi sociasti.* Cumque haec lugubriter diceret, repente signum quo fratrum obitus significari solet insonuit, eun-
c. 8. tesque praefatum Angelum iam vita privatum reperiunt. Alius in hoc coenobio monachus Iohannes nomine[74] fuit, qui
dum in hoc loco defunctus et sepultus fuisset, frater quidam ramicis incommodum ita patiens, ut membrano intercutaneo
passo diruptionem viscera inter carnem laberentur et corium, eius sepulchrum adiit; ibique toto prostratus corpore, omni-
potentis Dei coepit rogare clementiam, ut per intercessionem servi sui Iohannis, diruptionem illam in soliditatem pristi-
nam revocare dignaretur. Sed quantum apud Deum eiusdem Iohannis valeret oratio claruit, nam statim diruptio illa
c. 7. solidata est. Quidam frater eo tempore in hoc sancto loco Stephanus[75] nomine fuit, qui dum in hoc coenobio carnis
universae viam ingrederetur, anus quaedam Agundia nomine ante ecclesiam sanctae Dei genitricis, quae ad radicem
huius montis sita est, in oratione pernoctans, dum ad hunc montem oculos deflexisset, vidit de infirmorum domo igneam
columnam egredientem coelorum ardua penetrare. Quo viso, nuntium statim ad hoc monasterium dirigens, ea hora
Stephanum invenit animam exalasse, qua ipsa columnam igneam coelum conscendere vidit.

1079. Mai. 44. Praeterea Iohannes filius Hugonis comitis, patris exemplum[76] secutus, obtulit
atque firmavit beato Benedicto integram partem suam de castello Suio, quod est medie-
tas ipsius, cum universis ad eandem medietatem pertinentibus tam intus quam foris,
nec non et integram partem suam de supradicto monasterio sancti Herasmi in Furmia.
Item Sanso filius Alberti de comitatu Pinnensi, cartam fecit huic monasterio de
integra sorte haereditatis suae, idest de medietate castelli quod dicitur Planellu[77] cum
ecclesia sancti Stephani ibidem et de medietate Pasiniani, cum terra mille modiorum
1080. Iun. mensura. Dux quoque Robbertus capta Tarento nobilissima civitate Apuliae, optulit
beato Benedicto monasterium eiusdem civitatis quod vocatur Sanctus Petrus Imperialis
cum omnibus pertinentiis suis, nec non quattuor et centum familias hominum eidem
loco pertinentes; insuper etiam totam decimam suam frumenti et ordei, vini et olei, et
78 omnium piscium piscariarum suarum[78], pena apposita quingentarum librarum auri qui-
1072. cumque id removere quaesisset. Hisdem porro temporibus Panormitana civitas ab eo-
dem strenuissimo duce capta est. Qualiter autem, vel qua occasione idem dux Siciliam
ceperit, licet superius ex parte tetigerim[79], opportunum videtur ad posterorum memoriam
huic loco inserere.

Amat. V, 8. 45. Cum igitur Panormitanae civitatis regimen Vulthuminus admirarius retineret,
quidam ex servis eius Belchus nomine contra eum insurgens, honore eum patriaque
privavit. Pulsus vero ille Sicilia, ad supradicti Robberti ducis confugit auxilium. Tunc
1061. navali dux collecto exercitu, Siciliam Christo duce expugnaturus ingreditur[80]. Contra
quem Saraceni cum valido exercitu congredientes, iuxta civitatem Messanam sine mora
c. 10. c. 15. Christo favente superati sunt; reliqui fugae praesidium sumunt. Messana vero capta,
c. 20. eiusque admirario interfecto, Rimetum dux pervenit ad urbem, quam sibi tributariam
c. 23. faciens, cum mille equitibus totidemque peditibus ad Castrum Iohannis pervenit. Adver-
sus quem Balcaoth Saracenorum admirarius cum quindecim milibus equitum et centum

74) *Veneticus* Desid. 75) *St. Veneticus* Desid. 76) v. supra II, 55. Hanc donationem edidit Gatt. Hist. p. 267. Sed iam d. 23. Sept. 1078. Iordanus princ. Suium Desiderio concesserat, *quia Raynerius cum aliis suis consortibus et parentibus qui in ipso castello habitaverunt talem culpam fecerunt unde legaliter omnes res eorum nostro fisco deductae sunt;* v. Gatt. Acc. p. 187. 77) *in fluvio Tabe.* D. 1080. m. Nov. ind. 1. ap. Gatt. Acc. p. 182. 78) *quas nunc illic habemus vel habituri sumus.* Gatt. Acc. p. 183. 79) Leo, c. 15. 80) non ipse, sed Goffridus Ridellus.

milibus peditum properans, bellum iniit mirum et omnibus retro temporibus inauditum:
cum ex christianis non equitum vel peditum aliquis vulneraretur vel moreretur, ex
paganorum multitudine interfectorum numerus vix colligi potuit. Inde autem dux victor c. 25
recedens, venit in vallem Demenae, in qua roccam beati Marci construens, Calabriam
rediit, et super Barum quae totius Apuliae primatum optinet cum exercitu veniens, obsi- c. 27. 1068.
dionem locavit. Quam cum diu obsessam in deditionem accepisset, cum militari agmine 1071
Siciliam rediit, ac civitatem Catheniensium capiens, Panormum obsidere praecepit. Quam VI, 14 -19
cum quinque[81] mensibus obsedisset, tandem illam prout volebat obtinuit. Talia igitur VIII, 13.
ad votum sibi dux evenisse advertens, immenso valde congregato exercitu super Saler- 1076. Mai. 6
num castra locare disponit. Quod supradictus papa Gregorius dum comperisset, per c. 12.
patrem Desiderium Gisulfo principi ducis pacem expetere monuit, ad quod ille nec re-
sponsum quidem reddere voluit. Dux vero suum exercitum congregans circa Salernum c. 13.
tentoria fixit. Ex alia autem parte Richardus princeps rogatu ducis occurrens, cum c. 14.
diversis bellorum machinis illam obpugnare vehementissime coepit. Hoc Desiderius au-
diens, Richardum[82] principem adiit, eumque una secum ad Gisulfum venire rogavit. 82
Quo dum venissent, post multa verba in vacuum habita, eorum Gisulfus spernit consi-
lium, et cum duce nullo pacto se confoederaturum iureiurando affirmat. Deficientibus c. 17
tandem in civitate eis quae ad victum sunt necessaria, equorum, canum, asinorum, ac
muricipum[83] carnes coeperunt comedere. Vendebatur autem canis iecur tarenis decem,
gallinae novem, ovum vero unum, nec non et septem ficus, duobus denariis, modius
vero tritici quadraginta quattuor bizanteis. Illorum vero egestatem dux dum comperis- c. 23.
set, intempestae noctis silentio stipatus militum cuneis ad muros urbis veniens, et por-
tam clausam lapidibus diruens, Salernum optinuit. Civitate[84] autem potita Robbertus Dec. 13
ecclesiam sancti apostoli et euangelistae Matthei inibi construi iussit[85], in qua etiam
sacrum eiusdem apostoli corpus summa cum veneratione locavit; os integrum brachii
eius argentea theca reconditum ad suam filiorumque tutelam reservans. Inde autem
dux cum exercitu, sociato sibi principe, ad hoc monasterium venit, atque a Desiderio et
fratribus honorifice susceptus, illorumque se orationibus commendans, attentius Campa-
niam expugnaturus ingreditur. Talia[86] papae Gregorii dum pervenissent ad aures, ducem 86
et principem a liminibus separavit, collectoque exercitu, super eos ire disponit. Quod
ubi duci nuntiatum est, concite una cum principe Capuam remeans, dux supra Beneven- Dec. 19.
tum, princeps vero supra Neapolim obsidionem firmavit[87]. Neapolitani autem principis 1077. Mai
terrore perculsi, omnipotentem Deum rogabant attentius quatinus de supradicti principis
potestate miseratione sua clementissima eos eripere dignaretur. Cumque eadem civitas
acerrime expugnaretur, sanctus Christi martyr Ianuarius cum aliis dealbatis saepius Apr. 19.
videbantur a principe et eius exercitu per castra armati discurrere. Qui aestimans eum
esse archiepiscopum, mandat cur contra ordinem suum cum lancea scutatus ad pugnam
procederet; cui respondens archiepiscopus: *Ego ut tu vir illustrissime perspicis, a multis
diebus aegrotus in lectulo iaceo. Ille armatus quis sit ipse videat, nam pro certo scias,
quia sanctus Ianuarius protegit ac defendit hanc civitatem.* Princeps vero eius dictis de-
rogans fidem, civitatem oppugnare non desinebat. In qua obsessione ab excommunica-
tione solutus defunctus est[88]; cui successit Iordanus filius eius. Exinde vero inter ducem 1078. Apr 5
et principem dissensionis et odii scandala orta sunt. Princeps enim favens papae Gre-
gorio, acceptis a Beneventanis quattuor millibus quingentis bizantiis, castra quae dux ad
expugnationem Beneventi firmaverat destruens, cum universis comitibus Apuliae[89] con- 89
tra eum conspirat. Quod ubi duci qui eo tempore in Calabria remorabatur, nuntiatum
est, cum quadrigentis sexaginta militibus Apuliam rediit, et Asculum, Montem de Vico[90],
et Arianum expugnans cepit, et contra principem super fluvium Sarnum ire disponit.
Desiderius interea pater haec audiens, ducem adiit, eumque ad pacem redire rogabat.
Cuius monitis Robbertus obtemperans, pacem cum principe facit. Exinde autem dux

81) *q. m.* apud Amatum non legitur. 82) eius Amatus non meminit. 83) i. e. felium. 84) *Civitate — ingreditur* non ex Amato sumpsit. 85) cui hanc posuit inscriptionem: *Matthaeo apostolo et euangelistae patrono urbis Robertus dux R. imperii max. triumphator de aerario peculiari.* Di Meo Ann. VIII, 191. Dedicata est a. D. 1084. Ann. Benev. 86) Amat. VIII, 32. 31. nam rerum ordinem Petrus invertisse videtur. 87) hucusque Amatus. 88) Amat. VIII, 34. 89) iratis propter dona in nuptiis filiae ducis postulata, v. Guil. Ap. III, 498. 90) *Vico della Baronia* s. *Trivico*.

91 movens exercitum, supra castrum quod Monticulus[91] dicitur obsidionem fecit; quod cum cepisset, Carbonaram, Petram Palumbi, Montem viridem, Gentianam, una cum Spinaczolo similiter acquisivit. Desiderius praeterea aegre ferens, ducem a matris ecclesiae gremio diu extorrem manere, Romam adiit, et papam Gregorium rogare coepit, ut ducem ab anathematis vinculo quo eum ligaverat solveret. Quo impetrato pacis amator et conservator Desiderius cum cardinalibus ad ducem profectus, eum ab excommunicationis vinculo solvit[92].

94 46. Eodem[93] quoque tempore Rosellanensis ecclesiae pontifex[94] ad hoc coenobium veniens, non parvae pecuniae summam in hoc loco deposuit. Quod ubi Iordano principi relatum est, missis militibus eandem pecuniam de ecclesiae secretario abstractam ad se deferri mandavit. Fratres autem ad haec: *Pecuniam*[a] *quae patri Benedicto credita est, nos alicui viventium minime damus, sed illam in secretario ponentes, exinde qui praesumpserit auferat.* Milites vero haec audientes, et diabolico stimulo debriati, pecuniam de secretario ecclesiae abstrahentes, ad principem deferunt. Tantum vero et tam immane et inauditum flagitium Gregorii papae dum pervenisset ad aures, huius temeritatis noxam inultam esse non ferens, et verens ne exemplo huius facinoris iterum nostra ecclesia violaretur, divinum officium in patris Benedicti ecclesia interdixit, altariaque omnia denudari fecit, asserens quod in tanto scelere nimiae neglegentiae et acriter ulciscendae timiditatis, et Desiderium ac fratres arguere posset, et gravius adversus congregationem nostram commoveri debere, nisi ea qua locum istum semper dilexerat caritate detineretur. Siquidem tolerabilius sibi videretur villas et castella nobis pertinentia in praedam et direptionem dari, quam ut sanctus locus et per totam christianitatem famosus et venerabilis tantae ignominiae periculo subiaceret. Sed non in longum postquam officium de ecclesia nostra interdictum est, vindictam distulit dextera Dei. Nam
95 princeps tanti auctor sceleris, postquam pecuniam accepit, lumen amisit[95]. Idem vero papa Gregorius in concilio residens, constituit, ut si quis Normannorum, vel quorumlibet hominum, praedia, monasteria, villas, seu possessiones huius coenobii Casinensis invaserit, et bis vel ter admonitus non emendaverit, excommunicationi subiaceat, donec resipiscat et ecclesiae satisfaciat[96].

1080. Spt. 19. 47. Eodem anno Iordanus princeps cuius supra meminimus, more priorum principum generale praeceptum huic monasterio fecit de omnibus finibus ac pertinentiis eius[97]. Quo etiam praecepto specialius confirmavit eidem monasterio universa, quae tam pater quam ipse huic monasterio concesserant, seu concambiaverant, vel reddiderant. Idest castellum quod dicitur Fractae, et Terame, et Pedem de monte, et Mortulam, et Cucuruzzum, et Turrem ad mare, sed et omnia quae antiquitus huic monasterio pertinuerunt in tota Liburia, cum ecclesiis ac finibus et pertinentiis earum. Haec inquam omnia, cum universis ut diximus eorum attinentiis, in hoc loco specialiter confirmavit, sub pena quattuor millium librarum auri, qui huic concessioni aliquatenus inferre violentiam prae-
1082. Spt. 24. sumpsissent. Biennio post haec oblata est ab eodem principe in hoc monasterio ecclesia sancti Rufi intra civitatem Capuanam[98], quae dudum sibi concessa et per sacramentum firmata fuerat ab his, quibus iure haereditario iuxta morem patriae pertinuerat, cum servis et ancillis atque colonis nec non et libris et ornamentis, et omnibus omnino tam foris quam intus pertinentiis ipsius, mille librarum auri pena proposita id violare conan-
1083. Feb. tibus. Per eos etiam dies[99] comes Adenulfus simul et fratres fecerunt oblationem suam

a) *ita Reg. Petri.* pecunia c.

91) *Monticchio* in Capitinata, *Carbonaro* et *Monteverde* in Princ. ulteriori, *Genzano* et *Spinazzola* in Basil. sita sunt. Petram Palumbi frustra quaesivi. 92) a. 1080. Iun. 29. Ceperani Robertus a Greg. VII. pace facta investituram recepit. 93) Brevem de hac re relationem cum epistolis papae s. d. e Reg. Petri edidit Gatt. Hist. p. 149. Cf. ep. Greg. ad Iordanum VI, 37. *Episcopum ad apostolorum limina venientem nuper ausus es et impedire et quod ferebat more praedonum auferre. Novissime ecclesiam b. B. sacrilego ausu intrare depraedari et violare non timuisti* etc. *D. Romae* 2. *Kal. Mai. ind.* 2. (1075.). 94) Dodo. 95) Id nullo alio teste confirmatum inveni. 96) Legitur in conc. Rom. 1078. Nov. 29. v. tamen Di Meo Ann. VIII, 172. 97) Ex orig. dedit Gatt. Acc. p. 184. 98) ib. p. 188. e Reg. S. Angeli. Tenuerat eam Herluinus capellanus principis. 99) a. D. 1082. sed Iordani 25. ind. 6. Res eorum (filiorum Iohanni Landonis comitis Aquini) fisco addictae erant quia *contra animam nostram cogitaverunt et consiliati sunt.* Utrumque priv. ex orig. edidit Gatt. Acc. p. 187. 188.

in hoc loco de lacu maiori, qui est iuxta civitatem Aquinensem, cum omnibus eiusdem loci pertinentiis; super eam oblationem, quam ante annum princeps Iordanus fecerat. 1081. Sept. 16

48. His namque temporibus Guinizo confessor almificus et huius coenobii monachus vita decessit. De cuius virtutibus, quia ad id loci decurrens pervenit historia, aequum plane videtur aliquanta opusculo isti annectere. Hic dum Basilii perversi temporibus pro huius coenobii causis ad Theodinum servum tunc in arce quae Bantra dicitur residentem directus fuisset, rogatus ut ea nocte in supradicta arce remoraretur, extra cellam Guinizo nullatenus se manere posse respondit. Tunc Theodinus diabolico debriatus veneno, dum servum Dei orationis gratia ecclesiam intrasse conspiceret, cum summa diligentia claudi ecclesiam fecit. Virgam vero quam in manu servus Dei adduxerat, uxori suae[1] tradens in arcam claudi praecepit. Sed humani generis Conditor 1 atque Redemptor qui in se sperantes non deserit, misit angelum suum, qui salvo ianuarum signaculo eum de ecclesia abstrahens, ad radices montis deposuit. Rustici vero sole iam ad occasum vergente redeuntes a ruribus, percontati a castri habitatoribus si quid novum in illis partibus nuperrime foret gestum, responderunt se omnino nichil aliut vidisse nisi quendam hominem solivagum, discalciatis pedibus, cambuttam in manu portantem. Theodinus vero nequissimus servus hoc audiens, evocat confestim presbyterum, et quid de Dei homine actum fuisset sollicite coepit inquirere. Qui cum in ecclesia eum requisissent, et non invenissent, stupore simul et admiratione ingenti repleti sunt. Qualiter autem omnipotens Deus de eadem ecclesia ianuis clausis servum suum abstraxit, usque hodie cunctis mortalibus manet incognitum. Huius autem viri gesta magnifica, discipulique eius Ianuarii miracula si quis plenius nosse desiderat, testum vitae eius a nobis ante hoc ferme septennium exaratum relegat[2]. Circa hoc fere tem- 2 pus sanctae memoriae Gebizo e Colonia de qua oriundus erat[3] egrediens, ad hunc locum pervenit, atque a Desiderio monachus factus est, vir humilitate summus, honestatis nitore conspicuus, qui cuius apud Omnipotentem meriti fuerit, non debet videri laciniosum, si ex his quae de eo apicibus tradita sunt, ex parte hic aliqua perstringamus. Habuerat nam- Paul. V Gebiz que ante conversionem quendam familiarissimum, Adonem nomine, praedivitem[4]. In vigiliis autem natalis Domini oranti ei diabolus innumera demonum caterva stipatus affuit. Quem vir Dei sciscitatus est, dicens: *Unde iocundaris miserrime?* Et diabolus: *Quoniam ex anima Adonis modo triumphavi, nunc enim inter nostros eam suscepi.* Et his dictis ostendit praedictam animam iumentorum more ligatam ad supplicia trahi[5]. Tunc vir Dei onus penitentiae divitis sibi 3 imponens, coepit omnipotentem Deum rogare, ut eandem animam de antiqui hostis potestate eripere dignaretur. Nocte vero adveniente, diabolus affuit, eumque flagellis ita cecidit ut seminecem eum relinqueret, dicens: *Cur pro eo ausus fuisti Deum rogare, qui suis sceleribus innumeris exigentibus in nostra iura devenit?* Non tamen pro hoc vir Dei ab oratione cessavit, usquequo angelus Domini apparens dixit: *Actenus ego meique sodales pro Adone laboravimus, sed age gratias Deo, quia modo liberatus et nostris est concivibus aggregatus.* Nocte quadam, dum in stratu suo, quod est ante secretarii ianuam in ipso aditu basilicae resideret, visi sunt in choro stare fratres, et quasi viritim turificaretur, a singulis subselliis videbatur exire fumus, cuius virgulae supra beati Benedicti colligerentur altarium. Cumque ad hoc cerneret, angelus Domini apparens dixit: *Quod vides orationes sunt fratrum, quae propterea in altari congeruntur, ut sanctus Benedictus repraesentet eas ante sedem Maiestatis.* Extant[a] praeterea de hoc egregio viro plura mira-

(Editio Veneta.)

cula: quae si quis nosse desiderat, eius vitae historiam a Paulo grammatico et huius coenobii monacho[6] perscriptam[7] legat. Hoc

(Editio Neapolitana.)

cula, quae si quis nosse desiderat, historiam vitae eius a Paulo grammatico et huius coenobii monacho[6] descriptam[7] relegat. Hoc

a) *Non multis abhinc annis, utique post editionem Neapolitanam, deest hic in codice membranaceo integrum folium, quo continebatur caput* 49, *cum paucis lineis praecedentis, et non multo pluribus subsequentis. Cuius fraude id factum fuerit, silentio iuvat involvere. Moneo propterea Casinates meos non omnibus fidere. Veniunt ad nos interdum quidam in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces ANG. Ipse ex ed. Neap. a Laureto interpolata haec suppleverat. Quibus nos textum edit. Venetae addidimus, in verbis quidem magis quam illa mutatae, ceterum melioris fidei.*

1) Marotta vocatur in vita Guinizzonis. 2) Edidit G. Henschenius in Actis SS. Maii VI. 451. e cod. Casin. Cf. infra IV, 66. 3) *Erat enim Teutonicus, de provincia quae Francia Teutonica dicitur.* Paulus. Casinum ab Agnete imperatrice directus est. 4) *institorem.* 5) *ratus hominem Dei vindicta gaudere.* Ad extremum enim quibusdam iniuriis ab eo affectus erat. 6) de quo v. Petrum de viris ill. c. 36. 7) iussu Oderisii, editam ap. Gatt. Hist. p. 174. et exscriptam a Petro nostro in libro de ortu et ob. Iust. Cas. 51. ubi Ebizo appellatur. In qua haec verba inveni mores nostratium illustrantia: *domum satis amplam repperit* (sc. in visione positus), *in qua rogum vidit grandibus lignis constructum, sicut fieri moris est in frigidis et praesertim yperboreis regionibus. Integras etenim inibi dominorum suorum focis advolvunt ruricolae trabes, ut non securis set trabibus magnis pyram videantur*

etiam tempore iubente Desiderio pulchro satis opere in comitatu Teatino innovata est sancti Liberatoris ecclesia ab Adenulfo eius loci praeposito et nostri monasterii monacho.

1077. 49. Anno autem inc. Dom. 1079.[8] Ma-
tilda comitissa Henrici imperatoris exercitum
timens, Liguriam et Tusciam provincias Gre-
gorio papae et sanctae Romanae ecclesiae
devotissime obtulit. Unde inprimis causa
seminandi inter pontificem et imperatorem
odii initium fuit. Quapropter pontifex op-
portunitatem nactus, eundem imperatorem
quod sibi iura usurparet ecclesiae, commu-
1076. nione privavit. Caesar autem cum optima-
Febr. 23. tibus imperii consilio habito, transmissis Al-
pibus ut cum pontifice pacisceretur intravit
1077. Italiam. Triduo autem ante pontificis cu-
Ian. riam, qui tunc in unam Matildae munitissi-
mam arcem se contulerat, idem augustus
discalciatus persistens, pacem exposcebat,
et hoc per se, hoc per imperii principes,
hoc per apostolici familiares postulabat.
Pacis autem iste tenor erat, ut si quid utrin-
que fuisset admissum, solveretur; demum-
que caesar Romano pontifici fidelitatem iu-
raret. Cumque negotium effectui mandatum
esset, pontifex Matildae consiliis adiutus,
quendam ex suis ultra montes dirigens, et
Rodulfo duci coronam imperii mittens, ad-
versus augustum rebellare suasit. Quod
ubi caesari in Italia renuntiatum est, e ve-
stigio Gallias transiens, anno dom. incarnat.
1080. 1081. contra ducem ipsum iniit bellum. In
Ian. 27. quo primo conflictu superatus, deinde victor
Oct. 15. evadens, ducem ipsum cum exercitu ipsius
trucidavit. Caesar igitur iniuriae ulciscen-
1081. dae non immemor, congregato exercitu Ro-
Mai mam[10] advenit; sed obsistentibus cum pontifice ipso Roma-
Iul. nis, sine effectu reversus est.

etiam tempore, iussu Desiderii pulchro satis opere in comitatu Teatino renovata est ecclesia sancti Liberatoris ab Adenulfo iam dicti loci praeposito et huius coenobii monacho.

49. Anno autem dominicae incarnationis 1077. Mattilda comitissa Liguriae et Tusciae, iram imperatoris Henrici sibi infesti metuens, Liguriam et Tusciam provincias Gregorio papae et sanctae Romanae ecclesiae devotissime obtulit. Haec ergo causa inter pontificem et Romanum imperium dissensionis et odii fomitem ministravit. Quapropter pontifex opportunitate reperta eundem imperatorem ob investituram ecclesiarum a liminibus ecclesiae separavit. Caesar autem cum optimatibus imperii consilio habito, transcensis Alpibus ut cum pontifice pacisceretur intravit Italiam. Triduo namque ante pontificis curiam, qui eo tempore in unam munitissimam Mattildae arcem se contulerat, idem augustus discalceatus permanens, pacem exposcebat, et hoc per se, hoc per principes imperii, hoc per familiares apostolici postulabat. Pacis autem tenor istiusmodi fuit, ut si quid commissi ab utraque parte factum esset, solveretur; demum vero caesar more antecessorum suorum Romano pontifici fidelitatem faceret. Postmodum vero cum imperator papam et Mattildam dolo capere vellet[9], detecta fraude pontifex a Mattilda monitus et adiutus Romam reversus est. Cumque Henricus in pristina relapsus esset, a Gregorio rursum excommunicatus fuit, coronaque imperii Rodulphum ducem insignire curavit. Quod ubi caesari in Italia nuntiatum est, e vestigio in Gallias transiens, anno dominicae incarnationis 1081. contra eundem ducem bellum iniens, in quo primo publico Marte superatus, deinde victor effectus, eundem ducem gladio trucidavit. Victor igitur imperator effectus, suae iniuriae ulciscendae memor, congregato exercitu Romam[10] advenit, sed obsistentibus Romanis cum eodem pontifice, sine effectu reversus est.

Anon. Cas. Hoc etiam anno Robertus dux cum 15 milibus armatorum transito mari Thraciam debellaturus ingreditur. Adversus hunc Alexius imperator cum 170 milibus pugnatorum ad prae-
Oct. 19. lium exiens superatus est.

Hoc etiam anno Robertus dux cum 15 millibus armatorum transito mari, Romaniam debellaturus ingreditur. Contra quem Alexius imperator cum 170 millibus[11] pugnaturus adveniens, bellum iniit; a quo idem imperator devictus est[12].

50. Henricus[13] interea sequenti anno ex-

50. Henricus[13] interea imperator alio anno

componere. Sic tamen eas in quadrum alterum alteri superponunt, ut inter lignum et lignum aperturae quaedam efficiantur, per quas linguae ignis egrediantur, et omnia domus spatia caloribus repleantur. 8) anno 1077. etiam Domnizo hoc assignavit. 9) Haec ex Domnizone I, 2. Lauretus interpolasse videtur. 10) haec iisdem fere verbis habet Anon. Cas. ad a. 1081. 11) 70 *milibus* Lupus. 12) apud Dyrrhachium. 13) *H. — constituit* ex An. Cas. ad a. 1083. Sequentia autem ad tempora spectant anteriora. Farfae Heinricus fuit a. 1082.

ercitum congregans Romam advenit, et porticum sancti Petri per vim cepit, magnaque ex parte destruxit; archiepiscopumque Ravennatem apostolicae sedis invasorem absque consilio et voluntate Romanae ecclesiae instituit. Hoc audito omnes fere istarum partium homines adversus Normannos uno animo unaque voluntate conspirant, ut cum imperator Romam transiret, omnes in illos unanimiter insurgerent. Hoc illi explorato perterriti consilium invicem ineunt, ut cum imperatore foedus quoquo pacto componant: ne si Roma ille potiretur, adiunctis illi Romanis et omnibus per circuitum gentibus, ipsi sedibus suis pellerentur.

exercitum congregans Romam advenit, et porticum sancti Petri[14] per vim cepit et ex magna parte destruxit, atque archiepiscopum Ravennatem invasorem apostolicae sedis absque consilio et voluntate totius Romanae ecclesiae constituit. Hoc audito omnes fere istarum partium homines uno animo unaque voluntate contra Normannos conspiraverunt, ut cum imperator Romam transisset, omnes in illos unanimiter insurgerent. Quod illi cognoscentes, et malum timentes, acceperunt consilium intra se, ut si quomodo possent foedus cum Henrico imperatore componerent[15]; dicentes quia *postquam imperator Romam habuerit, nullam*[a] *ulterius ab eo finem habebimus, sed iunctus Romanis et caeteris circa manentibus, omnes nos de partibus istis expellet.* 1083.

Quod postquam tractatum inter eos et positum est, et nuntii eorum ad imperatorem ob hoc ierant et redierant, demum vocaverunt patrem Desiderium; et quoniam neminem alium in his partibus invenire poterant, in quo confidere potuissent, et de eo satis fideliter praesumebant, omnia ei quae consiliati fuerant crediderunt, secumque eum ad imperatorem ire hortati sunt; et licet propter securitatem suam finem cum imperatore componerent, eo tamen animo veniebant, ut causa fidelitatis Romanae ecclesiae de pace inter pontificem et imperatorem satagerent. Hoc ubi Gregorio papae nuntiatum est, supradictum imperatorem cum omnibus suis sequacibus a liminibus ecclesiae separavit. Hoc ubi Normanni persenserunt, omnes qui praedictum pontificem antea sinceriter ac fideliter diligebant, ex tunc ab eo corpore et animo recesserunt. Imperator interea per comites Marsorum misit epistolam ad patrem Desiderium, ut iret ad eum; ad quam epistolam nullum omnino responsum dedit, quia nesciebat cuiusmodi salutationem ei scriberet. Idem misit illi aliam satis minando, quod nec ad eum ierit, nec ad scripta sua responderit, mandavitque ei ut Farvae sibi occurrere non moraretur, nisi forte vellet graviter penitere. Ad haec Desiderius rescripsit ei pro salutatione *debitae fidelitatis obsequium*, ideo quia nullam ei fidelitatem se debere putabat, et cum multas illi rationes in ipsis litteris posuisset, se propter Normannos non posse illum adire, sed si forte cum Romano pontifice vellet pacem facere, inveniret aliquam occasionem illum adire; et ad ultimum ut illum ad pacem animaret, scripsit neque regnum neque sacerdotium in tanto dissidio incolume posse consistere. Ad haec imperator iratus, et multa contra Desiderium indignatione commotus, nuntiis suis quos ad principem mittebat, omnino interdixit ne Desiderio aliquid loquerentur, et principi mandavit ut Desiderium quantum valeret laederet, nisi sua sponte ad imperatorem veniret. Hoc ubi Desiderius pater agnovit, Romano pontifici haec omnia litteris intimavit, et quid sibi inde esset agendum consulit; sed nullum ab eo super hoc responsum accepit. Rursus igitur imperator misit Desiderio litteras, ut nullo modo dimitteret quin ad eum in pascha iret, et cum eo ipsam festivitatem celebraret; et aliam misit monachis de eadem re; sed adhuc differens, ire ad illum distulit. Postquam vero princeps et omnes Normanni ad imperatorem pergebant, et princeps Desiderium secum ire hortabatur, idem abbas fratres convocans, dixit ad eos: *Angustiae michi sunt undique; si enim ad imperatorem non iero, imminet periculum et eversio monasterii; si autem iero, et voluntatem eius implevero, incurram periculum animae; si vero iero, et voluntatem eius non fecero, imminet periculum corporis mei, simulque timeo ne iratus imperator, ita Normannis monasterium istud quod sub tutela et defensione eius est, sicut et totum Principatum concedat. Pergam tamen ad eum, tradens me morti et periculo; neque enim faciam animam meam pretiosio-*

a) *abhinc rursus cod. Casinensem sequimur.*

14) i. e. civitatem Leonianam; v. Bonizonem ap. Ang. Mai, Spicil. Rom. VI, 278. Stenzel Fränk. Kais. I, 480. 15) de solo hoc Principatu intelligendum esse ostendit Di Meo in Ann. ad a. 1081. quo Iordanus cum Heinrico se coniunxit. Verum ne ipsum quidem Petrum de ceteris cogitavisse, e sequentibus apparet.

rem quam patrem sanctissimum Benedictum: nam et pro vestra communi salute animarum et corporum, locique istius incolumitate, si aliter fieri non potest, opto a Christo anathema esse. Si enim milies occidar, nullus me separabit a dilectione loci istius; nam non dico imperatori, qui christianus est, sed etiam alicui pagano sive tyranno occurrere non recuso, Hist. misc. *dummodo res monasterii valeam ab eius barbarie liberare. Nam et Leo papa, ut civitatem Romanam a devastatione et incendio liberaret, Genserico regi Arriano occurrit, et Savinus* Greg. Dial. III, 5. *Canosinus Attilam*[16] *aeque Arrianum ad convivium invitavit, et de manu eius calicem acce-* II, 32. *pit, et bibit, et pater Benedictus Zallam similiter perfidiae Arrianae hominem etiam in oratione suscepit, ut eum afflictione rustici mitigaret.* Haec cum dixisset, patri Benedicto se commendans, iter arripuit. Ita tamen Deo se protegente cavit, ut in toto illo itinere, et in tota illa mora quam ibi habuit, cum multi sibi episcopi et honorati viri, amici 17 etiam sui quamplurimi, et imperatoris cancellarius[17] occurrissent, neminem osculatus est, cum nullo eorum simul oraverit, comederit, aut biberit. Postquam vero Albanum pervenit, neque ipse ad imperatorem ivit, neque ad illum aliquem misit, sed per totam illam ebdomadam minae sibi ab imperatore tantummodo mittebantur. Nam mandabat ei, ut sibi fidelitatem faceret, et homo ipsius per manus deveniret, et abbatiam de sua manu reciperet. Quae videlicet omnia Desiderius forti animo contempnebat, dicens se non modo pro abbatia, sed nec pro honore totius mundi id minime esse facturum. Cumque tam rigidum et inflexibilem eum imperator esse cerneret, iratus est valde, praecepitque principi, quatinus nuntios suos acciperet, et cum eis ad monasterium veniret, illisque ipsum assignaret; sed cum princeps multa illi bona de Desiderio frequenter locutus fuisset, et eum ad illum duxisset, ita flexit se ut ipse coram principe amicitiam sibi promitteret, et de corona imperiali acquirenda[a] illum pro suo posse adiuvaret[18], salvo tamen ordine suo. Quae quoniam ad comparationem superiorum Desiderio levia visa sunt, quia aliter nequivit, consensit, et coram principe hoc ei promisit. Cumque adhuc exigeret, ut virgam abbatiae ab ipso reciperet, respondit quia cum Romani imperii coronam eum habere vidisset, tunc si sibi videretur, abbatiam ab ipso reciperet; si vero nollet, dimitteret. Post haec imperator accepto a principe magno[b] quantitatis pretio, per praeceptum aurea bulla bullatum confirmavit totius Capuani principatus attinentias, retento sibi et imperio monasterio Casinense, cum universis rebus ac pertinentiis suis. Super haec interim quandiu ibi permansit Desiderius, cotidie ac saepe cum episcopis qui cum imperatore erant, de honore apostolicae sedis contendit, et praecipue 19 etiam cum episcopo Ostiensi[19], qui etiam papae Gregorio favere videbatur; cum ille ei privilegium Nycolai papae quod cum Hildebrando archidiacono et centum viginti quinque episcopis fecerat, ostendisset, ut numquam papa in Romana ecclesia absque consensu imperatoris fieret: quod si fieret, sciret se non pro papa habendum esse, atque anathemizandum. Unde Desiderius tam illum quam omnes qui eum adiuvabant, palam convicit. Dixit enim neque papam, neque episcopum aliquem, neque archidiaconum, neque cardinalem, sed nec ullum hominem hoc iuste facere potuisse. Apostolica enim sedes domina nostra est, non ancilla nec alicui subdita, sed omnibus est praelata; et ideo nulla ratione posse constare, ut eam aliquis quasi famulam vendat. Quod si hoc a Nycolao papa factum est, iniuste procul dubio et stultissime factum est, nec pro humana stultitia potest aut debet amittere suam dignitatem ecclesia, nec umquam debet a nobis hoc aliquatenus consentiri; nec Deo volente amplius fiet ut rex Alemannorum papam constituat Romanorum. Cum ad haec iratus episcopus dixit: *Quod si haec ultramontani audirent, omnes simul adunati unum fierent,* Desiderius respondit: *Certe si non solum hi, sed etiam totus mundus contra hoc in unum congregaretur, numquam nos ab hac sententia excludere posset. Potest quidem imperator ad tempus, si tamen permiserit Deus praevalere, et vim ecclesiasticae iustitiae inferre; nostrum tamen consensum ad hoc numquam poterit inclinare.* His et huiuscemodi pluribus cotidie cum eis et saepissime contendebat, et iustis eos rationibus convincebat. Cum archiepiscopo etiam Ravennate super eadem re satis contendit, et de praedicto privilegio iustis eum rationibus vicit;

a) *ita ed. Veneta.* ac req. *Ang.* b) *an* magnae?

16) Totilam. 17) Burchardus ep. Lausanensis per hos annos diplomata recognovit. 18) quod ei in opprobrium versum v. in ep. Hugonis Lugd. ap. Mansi Conc. XX, 632. 19) Odone.

cur etiam de papatu se intromisisset, non leviter reprehendit: sed cum multis rationibus satisfacere voluisset, nec valuisset, invitum se fecisse respondit; nam si hoc non fecisset, honorem suum imperator procul dubio perdidisset. Desiderius autem ab eodem imperatore praeceptum aurea bulla bullatum de huius loci possessionibus accipiens, et licentia redeundi ab imperatore impetrata, ad hoc monasterium est reversus.

51. Circa haec tempora Ugo venerabilis abbas Cluniacensis, vir celeberrimae vitae ac famae, ad patris Benedicti limina valde devotus advenit; quem venerabilis Desiderius honorifice ut tantum decebat virum suscipiens, et societatem Cluniacensium fratrum nostrae congregationi adiungens, memoriam illorum apud nos nostraeque congregationis apud illos in morte et in vita iidem viri venerabiles in perpetuum habendam sanserunt[20]. Tunc temporis in hoc Casinensi coenobio, cum quidam frater Gregorius nomine ex hoc mundo migrasset, tanta odoris fragrantia de loco in quo iacebat emanavit, ut omne subito hoc monasterium odoris suavitas resperserit. Cumque omnes mirarentur, nuntius ab infirmorum domo venit, qui Gregorium monachum obisse nuntiavit. Desid. Dial. II, 4.
Quidam frater in hoc Casinensi coenobio Randiscius[a] nomine fuit, cuius quanta qualisque vita extiterit, in ipso mortis articulo Dominus ostendere dignatus est. Nam cum expleto vivendi tempore, mortis persolveret debitum, coeperunt fratres sicut mos est eius animam omnipotenti Domino commendare. Cumque iam extremum alitum traheret, voces psallentium virtute qua poterat compescere coepit, dicens: *Tacete, tacete, numquid non auditis, quantae resonant*[b] *laudes in coelo? Numquid pueros qui laudes decantant non videtis? Nam vestimenta vultusque eorum sunt ut nix. Unde per Deum obnixe vos postulo ut sileatis, michique tam suavissimum cantum audire sinatis.* Haec dum diceret, extremum alitum fudit.

52. Sequenti tempore Iannellus et Scifridus pro parte sua et parentum suorum renuntiaverunt se huic monasterio de castello Saracenisco cum pertinentiis suis, recipientes praesentialiter a Desiderio monetae Papiensis solidos ducentos, centum librarum auri pena praeposita. His porro diebus Desiderius ante praesentiam Iordani principis concessit Goffrido cognomento Monio, diebus vitae suae castrum Suiense, in eo tenore ut ipsum castrum non regnosceret neque a principe neque ab ullo homine, nisi a praedicto abbate et successoribus suis, et serviret inde huic monasterio et eius abbatibus per rectitudinem; ad mortem vero, praedictum castrum in loci huius potestate rediret[21].

53. Alio praeterea anno Eynricus imperator Romam cum exercitu venit, et supra- 1084.
dictum papam Gregorium, qui in arce sancti Angeli se contra eum munierat, cum diversis bellorum machinis oppugnare modis omnibus coepit. Hoc ubi Robberto duci qui ea tempestate Constantinopolitanum imperatorem expugnabat relatum est, Boamundum filium suum in ipsa expeditione relinquens[22], Italiam citissime rediit, ac immen- 22
sum valde exercitum congregans, ob papae liberationem contra imperatorem ire disponit. Quod ubi Desiderio nuntiatum est, nuntium Romae ilico destinavit, qui et papae liberationem et imperatori adventum ducis nuntiaret. Tunc imperator Urbe egrediens, ob id scilicet quia sine militum praesidio erat, civitatem Castellanam ingressus est. Robbertus autem dux Romae cum exercitu ad ecclesiam sanctorum Quattuor coronatorum in tempestae noctis silentio dum advenisset, ex consilio[c] Cencii Romanorum consulis ignem in Urbem immisit. Romani igitur re inoppinata perculsi, hac in igne extinguendo dum essent intenti, dux confestim cum exercitu ad arcem sancti Angeli properans, pontificemque inde abstrahens, Romam sine mora egressus, papam Gregorium ad hoc monasterium usque deduxit; quem apostolicum noster abbas usque ad ipsius exitum, cum episcopis et cardinalibus qui eum secuti fuerant sustentavit.

54. Factum est autem dum idem papa Gregorius missam celebraret, vir quidam Iohannes nomine, iuxta altaris crepidinem[d] in remoto astitit. Cumque ad altare oculos devertisset, subito in estasin raptus nivei coloris columbam, cuius guttur videbatur esse aureum, super eandem aram stare conspexit. Quae mox inde advolans, atque super destrum humerum papae Gregorii recubans, alis protinus expansis utrosque protexit, et tandiu sic perstitit quousque commistio corporis et sanguinis Christi in calice facta

a) Randisius *vocatur in libro de ortu et ob. Iust. Cas.* 60. *et in martyrol. s. XI. ad* 2. *Non. Sept.* b) resonent *Petr. l. l.* c) consilii *c.* d) c. pedem *c. quae glossa esse videtur.*

20) in necrol. cod. 47. 3. *Kal. Maii. Ugo Cluniacensis abbas et commemoratio Cluniacensium fratrum.* 21) cf. infra IV, 7. 22) id iam a. 1082. fecerat.

fuit; iterumque sicut prius in humero se colligens, inde ad altare descendit, caput blande super hostiam flectens, viro illo nec quid hoc esset sentiente, cum celeri volatu pleno rostro remeavit ad coelum. Post haec rursus homo ille ad cor et ad memoriam rediit, adeo ut penitus in eius animo nulla visionis huius manerent vestigia. Nocte vero subsecuta cum se sopori dedisset, vir ut sol irradians minaci vultu in medio suae domus hostio eidem apparuit, quo viso quo iacebat de stratu prosiliens, terrore cogente nimio fugam temptavit arripere; quem vir supereminens estensa manu compescuit, brachium eius tenens suaviter. Fugax autem ille, cernens quod nullo modo manus eius evadere posset, ac si ligatus invitus stetit; cuius ad auxilium quidam nivea canitie aspersus, stola candida indutus, subito advenit; illius moerorem manu consolationis abstergens, de captione qua tenebatur eum eripuit. Quem libera voce, quis hic tantae potestatis vel claritatis esset intrepidus inquisivit. Cui: *Hic est sol iustitiae*, respondit; et ille: *Nomen tuum simili modo quaerenti michi ediscere. Nequaquam te* inquit *meum scire nomen oportet, sed ad interrogata sapienter michi responde. Reminisceris forsitan, quod hesterna die in ecclesia dum astares vidisti?* Ille forsitan cui oblivio animum impedierat, coepit infra se volvere et cogitare, quid ab eo senior quaereret; et subito memor sui factus, per ordinem sibi retulit rei eventus. *Vade* inquit[a], *quantocius auribus papae hoc ipsum intimato, ut constanter vigore sancti Spiritus coeptum opus peragat.* Et confestim ab oculis eius ablatus est.

55. His porro temporibus quidam Amalfitanae civitatis nobilis, mundo mundanisque omnibus abrenuntians ad hunc locum pervenit, et a Desiderio gratanter susceptus, et monachus factus, partem non exiguam ligni salutiferae et vivificae crucis, auro et lapidibus pretiosis ornatam, et in aurea ycona locatam, quam ipse de palatio Constantinopolitano abstulerat, in coniuratione quae contra Michaelem imperatorem facta est, beato Benedicto devotissimus optulit. Desiderius autem post ista Capuam pergens, et officinas monasterii Capuani in ruinis iam positas cernens, ad renovationem illius animum dedit. Dirupta namque priori ecclesia, iussit conduci artifices alios ad capitella columnarum miro opere facienda. Evocansque ad se Benedictum eiusdem loci praepositum, praecepit ut in eiusdem ecclesiae renovatione, omnibus rebus postpositis, specialiter invigilare studeret. Cuius ille imperio parens, patris Benedicti basilicam, sicut nunc cernitur pulcherrimam satis construxit. Quae quidem ecclesia habet in longitudine cubitos 98, in latitudine 52, in altitudine 40; columnas ab uno latere 9, ab altero totidem. Tunc temporis cum omnis tellus aresceret, fratribus omnipotentem Deum et patrem Benedictum per aliquot dies ex hoc rogantibus, pluviam Dominus abundantissime tribuit. Et ut meritis beatissimi patris Benedicti id evenisse crederetur, solummodo intra terras monasterii diffusa est, a foris vero ne una quidem pluviae gutta cecidit.

1084. 56. Sequenti vero tempore Theodinus filius Maynerii de Trivento obtulit huic loco
Apr. monasterium sancti Salvatoris quod situm est prope fluvium Tresta, simul cum castello quod eidem monasterio pertinet vocabulo Pesclatura, et duabus aliis ecclesiis idest
23 Sancta Maria de Colle rotundo, et Sanctus Paulus de Petra corvina[23], cum universis
Oct. earumdem ecclesiarum mobilibus et immobilibus. Transmundus[24] quoque Teatinus comes similiter obtulit in hoc monasterio tria sui iuris castella in comitatu Pinnense, quorum unum vocatur Arseta, alterum dicitur Bacuccu, tertium nominatur Bisenti, cum terra nichilominus decem millium et eo amplius modiorum. Circa haec fere tempora vir Domini Aldemarius, huius coenobii monachus et miraculorum patrator egregius, apud Bocclanicum vita decessit. De cuius miraculis, quia id ratio exigit, aliquanta opusculo isti ad succedentium memoriam perstringenda sunt. Hic dum quodam tempore Bovianum pertransiret, unus e supra dicti loci habitatoribus, eum interficere cupiens, vibrato telo ita lacertus eius obriguit, ut brachium flectere nullo modo posset. Tunc ubi se tali correptum pena perspexit, eundem Aldemarium rogare coepit, ut sui misereri dignaretur; vir autem Domini orationem pro ipso fundens, persequentem se confestim sanum restituit. Nec hoc silendum videtur, quod si quis languidus aquam viri Dei manibus benedictam in potum accepisset, saluti pristinae citissime restituebatur. Per hos dies

a) inquam c.

23) *ambae in territorio de Castellone.* Ed. Gatt. Acc. p. 191. 24) f. Attonis; ib. p. 192.

oblata est in hoc monasterio a supradicto principe Iordano ecclesia sanctae Agathae 1086. Feb. 22 iusta Aversam, quam dudum Constantinus Africanus, sicut iam supra taxavimus, beato c. 35. Benedicto obtulerat, cum curtibus et villanis et universis pertinentiis suis, qualiter eam Richardus princeps pater eius dotaverat, et sicut Gualterius[a. 25] cappellanus ipsius qui eam 25 restauraverat, ad diem obitus sui tenuerat, violatoribus eiusdem suae oblationis centum auri librarum pena proposita.

57. Hoc interea anno Robertus dux, qui cum Constantinopolitano imperatore eiusque exercitibus multa iamdudum praelia prospere gesserat, multasque eius urbes occu- 1085. Iul. 17. paverat, cum esset in eadem expeditione obiit, corpusque eius Italiae relatum, et in Venusia civitate Apuliae conditum est. Hic interea ad diem obitus sui brachium sancti c. 45. apostoli et euangelistae Matthei cappellanis suis filio suo Salerni reportandum[26] atque 26 reddendum reliquit. Sed illi substantia pauperes ac fide pauperiores, thecam argenteam in qua sanctum brachium erat reconditum inter se dividunt, indeque Ierusolimam pergentes, sanctas reliquias usque ad diem obitus sui apud se retinuere celatas. Ad mortem autem venientes, supradictas reliquias insciis sociis, pueris suis contradunt, qui qualiter sanctum brachium temporibus Girardi abbatis ad hunc locum detulerint, loco suo scribemus. Non autem videtur indignum hic ex parte aliqua summam oblationum IV, 73. istius ducis eiusque coniugis Sicelgaitae ad scientiam posterorum annectere, qui supra omnes fere sui temporis mortales locum istum, patrem Desiderium, et nostram congregationem diligere, exaltare, et honorare studuerunt.

58. Prima igitur vice, quando idem abbas Regium perrexit ad eos, donavit ei dux 600 bizantios, et 5 pallia, et unam naviculam auream[27]. Alia vice pallium unum magnum, et gemmas atque margaritas quamplures pro skifatis[28] 700. Item alia vice ad Castrum villari[29] donavit ei 600 bizantios, et duo millia tarenos Africanos, et 13 mu- 29 los cum 13 Saracenis, et unum tappetum magnum. Item quando aegrotavit, mandavit huic[b] mille skifatos. Item a Gallipoli mandavit 300 bizanteos, et duo millia tarenos. Quando prima vice venit huc, et ivit in Campaniam, posuit in capitulo 12 libras auri, et 100 bizanteos, et super altare sancti Benedicti 300 skifatos, et 3 pallia, et 100 skifatos pro fabrica dormitorii, et 100 in refectorio, et 40 in ospitali, et 12 libras denariorum in infirmario, et 100 michalatos[30] pro pictura capituli. Quando venit super Aquinum, misit huc 500 bizanteos. Quando recepit Barim, donavit Desiderio 12 libras auri. Item secunda vice, quando perrexit super civitatem Tiburtinam, posuit in capitulo 12 libras auri, super altare vero 100 skifatos, et unum pallium magnum. Tertia vice, quando reversus est a Roma cum papa Gregorio, posuit in capitulo mille solidos Amalfitanos, et centum bizanteos super altare, et abiens hinc, misit 190 farganas[31] fratribus in dor- 31 mitorio. Alia vice misit huc mille tarenos pro piscibus. Item mille tarenos, et unum navigium valens solidos mille. Item 400 solidos Amalfitanos. Item a Romania misit huc mille michalatos. Uxor praeterea ipsius, quando aegrotavit, misit beato Benedicto 45 libras argenti, et pallium 1. Item quando venit huc post mortem ducis, posuit in capitulo 300 skifatos, et cooperuit omnes mensas refectorii manteliis. Alia vice obtulerunt beato Benedicto altarium aureum, cum gemmis, margaritis et smaltis ornatum. Coopertorium altaris sericum cum urna purpurea, ornatum margaritis ac smaltis. Calicem aureum parvum. Planetam purpuream cum friso, et cum aquila de margaritis. Tunicam unam de panno perso[32] inaurato, Pluviales 4. Albas sericas 4. Albas de matassa[33] bambacii 8. Candelabra de cristallo et honichino atque argento, parium 1. Alia candelabra argentea cum malis cristallinis, parium 1. Bazili[34] de argento, parium 34

a) Guilelmus *c.* b) *leg.* huc.

25) ita in privileg. quod ex orig. ib. editum est. 26) Rogerius tunc Cephaloniam oppugnabat. Robertus solus in Italia tunc fuisse potuit. 27) qua incensum in thuribulis ponitur; vid. Ducang. s. v. 28) i. e. nummis cavis, qui scyphi speciem referunt; cuius generis tunc multi Byzantii cudebantur. 29) Castrovillare, in Calabria d. Cassan. 30) nummos aureos sub Michaele Duca cusos. 31) Farganae quid sint, non invenio. Sarganae vero (et forte sic ab auctore scriptum, et a librario corruptum) Suidae et Hesychio sportae sunt vimineae, crates ex iuncis, quae usui monachorum aptae. ANG. Piscium speciem esse rectius ut videtur coniicitur in nova Ducangii editione. 32) Color ad caeruleum vel ad persicae mali colorem accedens, Gallis *pers*, Italis *perso*. Duc. s. v. 33) quae et metaxa, panni species. 34) i. e. pelves s. lances.

l librarum 7. Laternam argenteam librarum 8. Scrinium argenteum super altare cum
nigello, librarum 8. Scrinium eburneum magnum. Coppas duas argenteas deauratas
cum nigello, librarum 15, cum quibus fratres in praecipuis festivitatibus biberent. Con-
cam argenteam cum aquiminili suo, librarum 24. Urceum de cristallo maiorem. Scu-
tellam argenteam cum nigello, librarum 14. Scutellam aliam librarum 16. Alias duas
35 librarum 10. Pannum sericum magnum cum uno roto[35], et alios aeque magnos 3, et
4 minores. Circitoria de altare sancti Benedicti 4. Duas cortinas Arabicas, quae pen-
dent supra chorum. Alias duas cortinas, quae appenduntur in circuitu chori per qua-
dragesimam. Item quando venit huc post mortem ducis, posuit in capitulo 5 libras
auri, et duas dedit in infirmario, unam pro expensis, alteram pro balneo construendo.
Super haec omnia, et multa alia quae nec recoli nec numerari possunt, optulerunt
c. 44. beato Benedicto monasterium sancti Petri Imperialis in Tarento, cum decima de piscaria,
et cum decima manualium[36] suorum. Monasterium sancti Angeli in Troia, sancti Ny-
39 candri[37], sanctae Anastasiae in Calabria, sancti Nycolai in Sellectano[38], et fundicum[39]
1086. in Amalfi, cum pertinentiis suis. Anno sequenti eadem ducissa Sicelgaita per consen-
sum filii sui ducis Roggerii, optulit beato Benedicto per cartam aurea bulla signatam[40]
locum qui Cetrarius dicitur, in Calabria, cum toto portu suo, et omnibus pertinentiis
suis, atque universis colonis ibidem habitantibus: quod videlicet in dotem a praedicto
coniuge suo duce Robberto dudum receperat; ea tamen condicione, ut quoad ipsa vive-
ret, idem locus in eius dominio permaneret, post obitum vero eius absque ulla haere-
dum seu successorum suorum calumnia ad huius monasterii ius remearet; apposita pena
centum librarum auri, quicumque huius oblationis suae violator existere temptavisset.
Super haec autem transmisit beato Benedicto per Desiderium altare pretiosissimum,
auro ac smaltis, margaritis et gemmis, quodque his omnibus multo pretiosius est, bea-
tissimi apostoli et euangelistae Matthei sacrosanctis reliquiis mirifice decoratum.

1086. Iul. 59. Hoc eodem anno Iohannes comes, filius Landulfi de Venafro, ad extrema veniens,
ad hoc monasterium cum rebus suis ferri se iussit, et concambium de castello suo, quod
41 Cardetum vocatur[41], ideo nobis valde congruum quia contiguum, diu iam optanti Desi-
derio fecit. Datae sunt autem pro eiusdem castelli commutatione quattuor ecclesiae
quas in Venafro habebamus, cum omnibus possessionibus ac pertinentiis earum, idest
Sanctus Benedictus qui vocatur Pizzulu, Sancta Maria in Sala, Sanctus Nazarius in
Piperozzu, et Sanctus Benedictus intra eandem civitatem; apposita pena mille bizanteo-
1059. Oct. rum omnibus idem concambium removere volentibus. Per hos dies[42] Marinus comes
Traiectensis una cum Oddulana uxore sua obtulit beato Benedicto totam partem suam
de comitatu Traiectano et castro Spinii ac Fractae, pena apposita centum librarum auri
id removere quaerentibus. His quoque diebus Gualterius comes Lesinensis[43] reddidit
beato Benedicto fluvium Lauri cum tota piscaria sua, et ipsam focem sancti Benedicti
cum tota piscaria et calatoribus suis tam intus quam foris, cum introitu et exitu suo,
nec non ecclesiam sancti Focati, et ecclesiam sancti Petri, cum pertinentiis suis, quae
malo ordine retinuerant homines de civitate Lesinensi; pena apposita duum milium
bizantiorum, qui hoc removere temptasset. Tunc temporis Leo filius Symeonis ad
mortem veniens, per manus Desiderii obtulit in hoc loco omnia sua mobilia et immo-
bilia tam intus quam foris in civitate Barensi, pena mille solidorum proposita.

60. Hic abbas concessit Landoni comiti Traiectensi quartam partem de eodem comi-
tatu Traiectano, quam videlicet Marinus comes sicut supra diximus sancto Benedicto
44 cum Obdulana[44] uxore sua tradiderat, et quartam partem de castro Fractae, et medie-
tatem de castro Spinii, et quartam partem de monasterio sancti Martini ad Aquamun-

35) forte *rocho*. Ducang. s. v. 36) i. e. pecorum. 37) in territ. Troiano, in loco qui Pesmontis maioris dicitur; utrumque dedit uno priv. quod ex orig. ed. Gatt. Hist. p. 275. d. 1080. m. Oct. Cet. cf. infra IV, 10. 38) in territ. Bisinianensi, v. Gatt. Acc. p. 230. 39) quod Itali etiamnum *fondaco* appellant, nos *bazaar*. 40) quam ex orig. edidit Gatt. Acc. p. 192. Usque ad a. 1805. oppidum Casinensibus subditum fuit. Mari adiacet, a Bisiniano versus occidentem. 41) Regest. num. 492. Castrum nunc dirutum, sub iure tamen monasterii, cum ampla silva. ANG. Edidit Gatt. Acc. p. 194. 42) i. e. ante 28 annos, sed annus dom. inc. in carta non adscriptus est, nec Petrus eum computare potuit, ut videtur. Data est 54. *anno comitatus d. Marini et* 17. *a. c. d. Dauferii et d. Landoni D. g. thio et nepotibus, atque comitibus, m. Oct. ind.* 13. *Triiectu;* ap. Gatt. Acc. p. 193. cf. supra II, 95. 43) Num. 503. ANG. 44) ipse notarius in scribendo eius nomine sibi non constat.

dula, excepto monasterio sancti Marini cum pertinentiis suis; in eo tenore ut inde, ubi-
cumque vocatus fuisset, supradicto abbati ac eius successoribus fideliter serviret, post
mortem vero suam omnia haec in ius monasterii nostri absque omni contradictione
redirent. Fecit et libellum Transmundo comiti Teatino usque in tertiam generatio-
nem[45] de castello Monte, et castello Muccla, et castello Frisa, cum pertinentiis suis[46]; eo
videlicet ordine, ut in tertia generatione supradicta castra in monasterii huius dicionem
redirent. Eodem vero tempore Petrus filius Gregorii Romanorum consulis praeceptum 1077.
fecit huic monasterio de ecclesia sancti Antonini in monte Porculo cum omnibus attinen- Sept. 21.
tiis suis[47], quam superius Gregorius consul Romanorum una cum filio suo Ptolomeo 47
beato Benedicto optulerat.

61. Idem quoque Gregorius illustris ob maximam devotionem quam in patre Bene-
dicto, et per eum in loco isto habebat, cum supradicto filio suo Ptolomeo constituit,
ut omni tempore navis nostra cum nauclero et nauticis suis libera maneat ab omni con-
dicione et debito pensionis, et ut nullum plateaticum vel portaticum monachi nostri
aliquando darent in omni iure et dicione potestatis suae mari terraque; obtulit etiam
tunc beato Benedicto ecclesiam quae dicitur Sancta Ierusalem, cum universis pertinentiis
suis, sitam territorio Tusculano, iuxta tenorem scilicet quo antea monasterium sanctae
Agathae, et sancti Angeli, sanctae Luciae, sanctae Felicitatis, sancti Petri in Plegi,
sancti Salvatoris in Tusculana, et sanctae Mariae in Vineis, huic Casinensi coenobio
concesserat et confirmaverat[48]. Sequenti tempore Iordanis princeps[49] praeceptum fecit 1077.
Desiderio de terris, quas homines nostri de castro Teramensi et Plumbariola et Pede- Dec. 12.
montis emerant ab hominibus de Aquino. De castro autem Sarracenisco[50], et Sugensi[51],
et de Turre ad mare[52], cum pertinentiis suis, nec non de lacu Aquinensi[53], et de eccle- 53
sia sancti Rufi in Capua[54], et monasterium sanctae Agathae in Aversa[55]: haec inquam
omnia, cum omnibus pertinentiis suis, singillatim principalibus praeceptis in hoc mona-
sterio confirmavit. Berardus etiam comes filius Berardi Marsorum comitis, eo tem-
pore obtulit beato Benedicto monasterium sanctae Mariae in valle Porclaneci, et castel-
lum Roscolu, cum pertinentiis suis[56]. Id ipsum fecit et Iohannes diaconus[a] cum paren- 56
tibus suis, de ecclesia sancti Bartholomei in Arci cum pertinentiis suis. Per eos etiam
dies Romualdus presbyter fecit cartam huic monasterio de Sancto Iohanne in Conca cum
attinentiis suis. Praeterea et Nubilo comes de castro Vipera obtulit huic loco mona- 1074.
sterium sancti Eustasii infra eundem castrum, et ecclesiam sancti Barbati, et sancti Oct.
Eleutherii, et sancti Hylarii, atque monasterium sancti Eustasii in castello Ribza, cum
omnibus pertinentiis eorum[57]. Sed et Andreas sacerdos et monachus cum parentibus 1063.
suis oblationem fecit huic loco de ecclesia sancti Blasii in Limata, subtus castrum quod Apr.
vocatur in Carica[58]. Hoc tempore[59] Rolandus vir nobilis de civitate Lucensi obtulit 1065.
beato Benedicto partem suam de monasterio sancti Georgii infra eandem civitatem, et Febr. 13
partem suam de ecclesia sanctae Mariae in palatio, et castello Alflexo, et de ecclesia
sancti Mathei, et sanctae Mariae in Curte vechia, et sancti Nazarii in burcho sancti
Martini, et sancti Martini in eodem burcho, et quicquid sibi pertinere videbatur in comi-
tatu Lucense, Lunense, Pinsense, Pistoriensi, Florentinensi, Voloterrensi, Populoniensi
et Roselensi. Mattilda praeterea ductrix Liguriae et Tusciae cuius superius memoriam
feci, ob reverentiam huius loci constituit, ut nullum plateaticum vel theloneum in civi-
tate Pisana, et Lucensi, et in omni dicionis suae terra monachi nostri aliquando da-
rent[60]. Racterius quoque filius Petri de territorio Marsicano his diebus cartam fecit 60
huic loco de tota parte sua de ecclesia sancti Benedicti in Civitella loco Pascusano.
Idem fecit et Rainaldus filius Obberti de civitate Antena cum parentibus suis, de Sancto

a) diaconum *c.*

45) usu retento ad nos usque. ANG. 46) cf. supra II, 88. 47) Extat in Reg. Petri, ap. Gatt. Hist. 236; sed Gregorii oblatio periit, si unquam facta est. Cf. supra c. 17. 48) v. supra c. 17. 49) solus, vivente patre, cuius privilegium periit. Edidit Gatt. Acc. p. 186; cf. p. 189. 50) s. d. Gatt. Acc. p. 189. 51) 1078. Sept. 23. ib. p. 187. cf. supra c. 44. 52) 1085. Nov. 18. ib. pag. 192. 53) 1081. Sept. 16. supra c. 47. 54) 1082. Sept. 24. ib. 55) 1086. Febr. 22. c. 56. 56) Extat in Petri reg. donatio castelli ad mon. S. Mariae a Berardo facta a. 1048. m. Iul. ind. 15. Gatt. Acc. p. 195. 57) Gatt. Hist. p. 282. 58) ib. p. 266. 59) a. 1064. (more Florent.) m. Feb. ind. XIII. (l. XVIII.) ap. Gatt. Acc. p. 195. e Reg. Petri. Cf. supra II, 90. 60) s. d. ib. p. 201. Murat. Ant. I, 957.

Petro in Morini, et Sancta Lucia in Redenaria, cum omnibus pertinentiis illarum. Bal-
duinus quoque comes filius Oderisii Marsorum comitis, fecit huic loco oblationem de
ecclesia sancti Urbani in Cominio, et sancti Victorini in Vicu albo, una cum ipso lacu,
nec non de ecclesia sancti Angeli in Pratora, cum pertinentiis suis. Similiter fecit
1077. et Robbertus de Belloprato de ecclesia sancti Iohannis in Poto[61], cum pertinentiis suis.
Apr. Petrus etiam et Iohannes filii Atenulfi de Ceperano tunc temporis similiter fecerunt
oblationis cartulam de ecclesia sancti Petri in Fabratera, cum montibus, planis, silvis,
ac pertinentiis suis. Per eos etiam dies Maio iudex de civitate Berulana cum parentibus
suis, per manus Desiderii obtulerunt huic monasterio ecclesiam sancti Stephani intra
1080. eandem civitatem. Oderisius praeterea Landonis filius de Babuco[62] ad hunc locum
Nov. 3. veniens, ecclesiam sanctae Mariae sitam sub ipso castro, et aliam ecclesiam sanctae
Mariae in iam dicto castro, et sancti Pauli et sancti Archangeli in Mozzani, et sancti
63 Quinziani, in hoc coenobio devotissimus obtulit[63]. Sed et Iohannes filius Liudini de
civitate Aquinensi oblationem fecit in hoc monasterio de ecclesia sancti Martini intra
eandem civitatem. Raul quoque Novellus eodem tempore cartam fecit in hoc sancto
coenobio de ecclesia sancti Iohannis in Pantano, et sancti Laurentii in Casa Palumbi,
et sanctae Marinae in ipso colle, et sancti Blasii in Farneto, cum omnibus rebus ac
1097. pertinentiis illarum. Heynricus etiam filius Heynrici comitis de castro Cremonensi[64],
Dec. 1. obtulit et ipse monasterium sancti Benedicti situm in pertinentiis eiusdem castri, et
ecclesiam sancti Ambrosii in castro Aire[a], cum omnibus pertinentiis suis. Id ipsum
fecit et Punzo filius Benedicti de duabus ecclesiis, idest sancti[b] Felicis et sanctae Trini-
65 tatis, in civitate sancti Urbani. Pandulfus quoque Aquinensis[65] comes eo tempore simi-
liter obtulit in hoc loco monasterium sancti Martini in colle Arcizzi cum pertinentiis
suis. Tunc temporis Bernardus quidam nobilis de civitate Aquinensi cartam fecit huic
monasterio de silva quae dicitur Matrelle, loco qui appellatur Ad rivum tortum, terri-
torio Aquinensi.

62. His quoque diebus Guaiferius[66] vir sapientissimus et facundissimus, e civitate Salernitana de qua oriundus erat egrediens, ad hunc locum pervenit, atque a Desiderio susceptus, monachus factus est. In hoc igitur coenobio positus, scripsit vitam sancti Secundini[67]. Versus in laudem psalterii. De miraculo illius, qui se ipsum occidit, et per beatum Iacobum vitae redditus est[68]. Omelia de adventu. In nativitate Domini; de pyphania, et alia quamplurima, quae hic scribere superfluum duximus.

69 63. Non solum autem in aedificiis, verum etiam in libris describendis[69] operam
Desiderius dare permaximam studuit. Codices namque nonnullos in hoc loco describi
praecepit, quorum nomina haec sunt. Augustinum contra Faustum. De opere monacho-
rum. De sermone Domini in monte. Omelias 50. Super epistolam ad Romanos. Sermo-
nes. Epistolas Pauli. De Genesi ad litteram. Epistolas eius. Pastorale eius. De baptismo
parvulorum. Ambrosium de rebus gestis in ecclesia Mediolanensi. De patriarchis. De
fide ad Gratianum imperatorem. Sermones eius. Registrum Leonis papae. Registrum
Felicis papae. Regulam Basilii. Ieronimum super Ezechielem. Super epistolas Pauli.
Super duodecim prophetas. Eugepium. Sermones Severiani. Historiam Anastasii.
Historiam Langobardorum, Gothorum, et Wandalorum. Historiam Iordanis episcopi de
Romanis, et Gothis. Historiam Gregorii Turonensis. Iosephum de bello Iudaico. Histo-
70 riam Cornelii cum Omero[70]. Historiam Erchemperti. Bedam super Tobiam. De locis
sanctis. Euangelium maiorem auro et lapidibus pretiosis ornatum, in quo has reliquias
posuit: de ligno Domini, et de vestimentis sancti Iohannis euangelistae. Sermones Leo-
nis papae. Sermones Gregorii Nazianzeni. Doctrinam patrum. Sacramentorum cum

a) Tire *c.* b) sancte *c.*

61) in finibus Pontiscurvi *in pede montis de Pote.* Gatt. Hist. 313. ex orig. 62) in campania Romana. 63) ib. p. 816. 64) Crema; v. cartam ap. Gatt. Hist. 284. 65) Cominii potius, ut ipse ait, v. Gatt. Hist. p. 289. 66) cf. de Iustis Cas. c. 49. de Viris ill. c. 29. Amatum p. 135—138. 67) editam in Actis SS. Febr. II. p. 531. V. S. Lucii ib. Mart. I. p. 304. 68) Fragmentum carminis edidit Cl. Tostius in Hist. Cas. I, 414. q. v. de ceteris eius operibus in cod. Cas. 280. conservatis. 69) quorum plurimi supersunt, non tamen omnes: expilata non semel nostra bibliotheca. ANG. Cf. Giesebr. l. l. p. 34. Federici, Duchi di Gaeta p. 124. 70) Miro modo concinit priscus catal. codd. Corbei. ap. Ang. Mai in Spicil. Rom. V. p. XIII. *Cornelii liber de bello Troiano.*

martirologio. Sacramentorum aliud. Ordo episcopalis. Gualfridum de officiis. Super regulam. Passionaria totius anni, libros quattuor. Antiphonaria de die duo in choro semper habenda. Antiphonarium de nocte. Vitas patrum. Instituta patrum. Actus apostolorum cum epistolis canonicis, et apocalipsin. Epistolas Pauli. Paralipomenon. Super cantica canticorum Origenis, Gregorii, et Berengarii. Iohannem Crisostomum de reparatione lapsi. Dialogum, quem ipse cum Alberico diacono[71] edidit de miraculis 71 monachorum loci istius. Dialogum aliud. Dialogum de vita sancti Benedicti. Hilarius mysteriorum, et ymnorum. Sedulium de euangeliis. Iuvencum de euangeliis. Medicinalis. Psalterium. Cresconium de bellis Libicis[72] Versus Arichis, Pauli, et Caroli. Versus Paulini. Ciceronem de natura Deorum. Instituta Iustiniani. Novellam eius. Terentium. Oratium cum Geometria. Ovidium Fastorum. Senecam. Virgilium cum egloga[a] Theodori[b]. Donatum.

64. Hoc praeterea tempore latrones noctu huius nostri monasterii ingressi cellarium, carnes, caseum, Desid. Dial. lardumque inde surripientes, suos his mercibus sacculos impleverunt, foras autem egressi, sacculos quos impleverant 1, 13 levare conati, minime potuerunt. Dein relicta sarcina temptantes fugam, per totius excursum noctis monasterii claustra circumeuntes, nullam egrediendi facultatem penitus consequi valuerunt. His quoque diebus in ecclesia quae est ad honorem patris Benedicti in partibus Liburiae constructa, satis insigne miraculum factum est. Nam cum quidam frater ad terraticum a ruricolis accipiendum directus fuisset, rusticus quidam a quo triticum exigebatur, in tempestae noctis silentio saccum frumento implens et super humeros ponens, fugam arripuit. Sed ho verax per coelestem lata sententia Regem: *Qui ambulat in tenebris, nescit quo eat,* Ioh. 12, 35 *quia tenebrae obcoecaverunt oculos eius.* Nam qui iussa principis tenebrarum omni conamine omnique instantia implere nisus est, per viam rectam se incedere putans, per totam noctem in circuitu curtis illius deambulavit; ubi autem dies est reddita terris, in se rusticus rediens, et quod in re erat advertens, volebat cum tritico egredi, et nequibat; volebat triticum de collo suo deponere, et minime poterat. Monachus vero completis ymnis matutinalibus ecclesiam egrediens, eumque divinitus ligatum aspiciens, postquam ab ipso totius rei seriem didicit, orationem Deo Benedictoque patri sanctissimo fundens, rusticum a nexu quo detinebatur ocius solvit. Hoc praeterea tempore 1085. fames maxima per totam fere Italiam facta est[73]. Tunc Desiderius cum fratribus communicato consilio, cibos indigentibus abundanter conferebat.

65. Anno autem dominicae incarnationis 1085, indictione 8, cum venerabilis ac 1085. semper recolendae memoriae domnus Gregorius septimus papa apud Salernum infirmitate magna detineretur, interrogatus ante diem tertium obitus sui ab episcopis et car- Mai. 23. dinalibus, qui tunc una cum Desiderio praesentes erant, quid post suum obitum de Romanae sedis ordinatione iuberet; respondit, ut si unquam aliquo modo possent, eundem Desiderium ad hoc officium promoverent. Is enim praeter id quod primum presbyter cardinalis Romanae tunc ecclesiae esset, et prudentia maxima, et religione singulari, et principum circummanentium amicitia multa polleret. Si vero hunc nullatenus flectere ad ista valerent, aut archiepiscopum Lugdunensem Ugonem, aut Ottonem Hostiensem, aut Lucensem episcopum[74], quem prius ex is habere possent, in papam eli- 74 gere post suum obitum quantocius festinarent. Hoc statuto, defunctus est, octavo scilicet Kal. Iunii, die dominica, et honorabiliter intra ecclesiam beati Matthei apostoli Mai. 25. et euangelistae sepultus, cum sedisset in pontificatu annis 12, mense 1, diebus 3. Et quoniam Romana ecclesia pastore destituta remanserat, et haeretici atque schismatici more luporum illam nitebantur invadere, Desiderius una cum episcopis et cardinalibus, nec non et laicis religiosis, qui actenus in catholica unitate et obedientia papae Gregorii fideliter perstiterant, coepit unanimiter agere qualiter eam posset decentissime ordinare. Miserunt ergo, et convenire fecerunt undique aptas huic officio personas, quatinus ex eis unanimi consensu eam personam cum gratia et auxilio Dei eligerent, quae idonea et apta tanto ordini esset. Convenientes post haec ad praedictum abbatem episcopi et

a) egogla *c.* b) Theoduli *emendat Giesebr.*

71) Theophilus vocatur in editione quam e cod. Vatic. olim Casin. curavit I. B. Marus, Romae 1651. 8. repetita a Bollandianis et a Mabilione. 72) quem e cod. Trivulziano s. XIV. edidit P. Mazzucchelli, Mediol. 1820. 4. et suis atque C. Lachmanni curis emendatum I. Bekker in Coll. SS. Histor. Byzant. 73) 1085. Anon. Casin. 74) Anselmum.

1085. cardinales, coeperunt eum super praefati pontificis iudicio appellare, utque in tanta temporis necessitate periclitanti subveniret ecclesiae, papatum suscipiendo, instantissime flagitare. Ad haec ille, papatum quidem se suscipere obstinatissima responsione recusavit, aliis vero quibus sciret et posset modis, ad Romanae ecclesiae servitium se para-
Iun 8. tum esse spopondit. Die pentecostes Savinensi episcopo[75] et Gratiano Roma venientibus occurrit, eisque verba quae cum papa Gregorio de ecclesiae ordinatione habuerat retulit,
76 pariterque cum eis Iordanum principem et Raynulfum comitem[76] adiit, atque ad servitium et adiutorium Romanae ecclesiae adhortatus, libentissime ad omnia paratos invenit. Coepit deinde cardinalibus vehementer insistere, ut de pontificis eligendi persona quantocius deliberarent, et ut ad comitissam Mattildam litteras mitterent, quatinus studeret ut et ii quos praediximus episcopi, et quotquot idoneae tanto officio personae iudicarentur, Romam sine tarditate venirent. Quod illi facere neglegentes, cum Iordano principe clam machinabantur eidem abbati pastoralem curam iniungere, et suasionibus multis nitebantur eum quoquo modo Romam perducere, putantes violenter se id ei posse imponere. Quod ipse persentiens, omnino renuere et contradicere coepit, sicque ad hoc monasterium reversus, iterum Normannos et Langobardos et omnes quotquot potuit, ortari ad Romanae ecclesiae servitium coepit, et multos ex eis promtos et paratos ad rem ipsam invenit. Sed quia fervor aestatis nimius erat, propterea tunc Romam ire distulerunt, quousque se et calor aestatis imminueret, et tempora infirma transirent. Postquam vero princeps conducto exercitu huius rei gratia Romam eundi Campaniam venit, comitantibus etiam se una cum Desiderio nonnullis partium istarum episcopis, ipse suspectus praedictorum consiliorum amplius procedere noluit, dicens quod nisi Iordanus princeps et comes Raynulfus et episcopi Romani fidem suam sibi praesenti darent, nullam super hac re vim illi illaturos, neque alios inferre passuros, ipse cum eis nullatenus pergeret. Renuentibus facere, hac de causa res tunc infecta remansit.

1086. 66. Iam fere annus in tali fluctuatione transierat, quo in apostolica sede nullus pastor erat, nullus dominici gregis curam gerebat, et Guibertus aeresiarcha oves Christi
Apr. sanguine redemptas suis cum sequacibus laniabat, cum cira paschalem festivitatem episcopi et cardinales Romanae ecclesiae de diversis partibus Romam convenientes, mandaverunt praedicto abbati, ut una cum episcopis et cardinalibus Romanis qui secum tunc morabantur, et cum Gisulfo Salernitano principe qui tunc a cysalpinis partibus
77 venerat[77], ad eos quantocius pergerent, quatinus de Romanae ecclesiae ordinatione simul tractarent. Ille nichil suspicans de se iam illos aliquid cogitare, cum iam nulla de eo mentio ab aliquo fieret, assumptis praephatis omnibus Romanam pervenit ad urbem.
Mai 23. Eo die quo applicuit, in vigiliis pentecostes, instante Desiderio ut pontificatus apex personarum earum iniungeretur alicui, quae vel ipsis vel ei videbantur idoneae, renuerunt prorsus omnis Romanus et clerus et populus consentire. Per totam autem ipsam diem multa frequentia quotquot catholicae parti favebant tam clerici quam laici ad eum convenientes, iam circa vesperam congregati sunt pariter omnes tam episcopi et cardinales quam et caeteri Romani, qui in fidelitate beati Petri apostolorum principis perseverabant, in diaconiam sanctae Luciae quae est iusta Septesolis; coeperuntque omnes unanimiter Desiderium multis precibus obsecrare ut Romanum pontificatum suscipere non recusaret, eumque obtestare per divina, per humana omnia, ut subveniret periclitanti ecclesiae in naufragio constitutae, multotiens ad genua eius, nonnullis lacrimantibus, omnes pariter ruentes. Desiderius vero qui iam dudum decreverat vitam suam in quiete
78 transigere, et qui magis optabat in divina peregrinatione[78] suum tempus finire, coepit omnimodis refutare, et hoc se numquam consensurum firmiter repromittere. Instare illi vehementer, perseveranter insistere, ipse vehementius reniti, resistere perseverantius, dicens: *Pro certo sciatis, quia si aliquam michi violentiam super hoc intuleritis, ego quidem prout citius potuero, Casinum redibo, et nullo modo unquam inde me intromitto; vos autem propter hoc ridiculum magnum et vobis et Romanae*[a] *ecclesiae facitis.* Et quia tardior iam ora processerat, imminente iam nocte ad sua quique reversi sunt. Summo

a) *ita correxi:* Rome *c.*

75) Ubaldo. 76) fratrem Richardi I. principis. 77) immo a transalpinis, quo a Gregor. VII. missus fuerat, v. huius ep. VIII, 23. 78) i. e. monastica conversatione. ANG.

mane dominica pentecostes omnes unanimiter ad eum iterum convenientes, eadem coeperunt repetere, et ipse nichilominus in semel fixa sententia perdurare. Videntes se omnino iam nichil proficere, dixerunt Desiderio presbyteri et cardinales episcopi, quoniam quemcumque ipse illis consuluisset, ipsum illi parati essent eligere. Unde cum Cencio Romanorum consule consilio habito, tandem ut Hostiensis episcopus papa eligeretur decrevit. Post haec quaesierunt ab eo, ut ipsum pontificem quem eligerent, in Casinensi monasterio reciperet, eumque donec ecclesia tranquillaretur, cum suis omnibus sustentaret, sicut et de supradicto papa Gregorio fecerat; quod Desiderius libentissime facere repromisit, et per ferulam quam manu gestabat, eos in fide sua de hoc investivit. Cum autem iam iamque de Hostiensi episcopo decernerent, repente iterum quidam de cardinalibus contra canones esse hanc electionem affirmans[79], nequaquam se consensurum clamavit. Illi pro tempore, pro necessitate hoc ferre oportere astruentibus, nequaquam eum ad suam sententiam flectere valuerunt. Verum ut sapientum Salomon sapiens attestatur, non est prudentia, non est consilium contra Deum. Mox enim episcopi et cardinales, una cum clero et populo, in Desiderii duritiam stomachantes, et videntes se nil posse cum eo precibus agere, statuerunt violenter causam perficere. Tandem itaque universi pariter uno consensu et animo illum capientes, invitum et renitentem attrahunt, et ad ecclesiam praedictam Christi martyris Luciae perducunt, ibique eum iuxta morem ecclesiae eligentes, Victoris ei nomen imponunt. Sed quoniam haec omnia ut diximus contra eius animum et voluntatem fecerunt, cappam quidem rubeam induebat, albam vero numquam ei potuerunt induere.

1086. Mai. 24. — 79 — Prov. 21,30

67. Eo igitur tempore praefectus imperatoris a duce[80] et eius matre dimissus, propter illud videlicet odium quod episcopi et cardinales, faciente tamen Salernitano principe, Salernitanum archiepiscopum[81] sacrare noluerunt, die noctuque cum aliquantis aere iniquo conductis in capitolium contra eundem electum conveniens, persecutiones ei maximas intulit. Post quattuor dies idem electus Romam egressus, venit Ardeam, ibique per triduum remoratus, abiit Terracinam; abinde crucem et clamidem et caetera pontificatus insignia ita dimisit, ut eis ulterius uti nullo unquam modo persuaderi potuerit: decernens potius omni vitae suae tempore in divina peregrinatione vitam finire, quam tanti ordinis fascibus gravissimis colla submittere. Insistebatur ei cotidie precibus lacrimisque creberrimis, obiciebantur ecclesiarum magna discrimina, ingerebatur plurimarum perditio animarum, quibus ei manifestissime divina indignatio intendebatur; sicque Casinum reversus est. Caeterum per anni totius curriculum adeo mentis eius propositum immobilis perstitit, ut nullis omnino argumentis ad eorum potuerit hortamenta precationesque deflecti. Non tamen ob hoc cardinales et episcopi qui cum eo erant aliquatenus quiescentes, Iordano principi instare coeperunt ut quantocius properaret, et propter consecrationem eiusdem electi Romam cum eis pergeret. Qui cum magno exercitu ad hoc monasterium veniens, partim deortatione ipsius electi, partim timore aestatis ulterius progredi nolens, reversus est.

80

68. Sequenti anno mediante quadragesima apud Capuam episcoporum concilio congregato[82], cum praedictus electus una cum episcopis et cardinalibus Romanis eidem concilio praefuisset, Cencius etiam Romanorum consul cum aliis nobilibus Romanis, et Iordanus princeps, et Rogerius dux cum omnibus fere suis optimatibus interfuisset, post finem concilii rursus insperate, et nichil eo de his suspicante, cum multis precibus lacrimisque a clericis et laicis perurgeretur, biduo immobilis perstitit. Tandem cum dux et princeps, una cum episcopis caeterisque catholicis viris, flentes eius pedibus adiacerent, multis rationibus et orationibus coactus, vix tandem succubuit, et praeteritam electionem crucis et purpurae resumptione firmavit; duodecimo scilicet Kalend. Aprilis, dominica in ramis palmarum. Inde Casinum reversus, ibidem pascha celebravit. Peracta festivitate, cum Capuano ac Salernitano principe Romam perrexit, ac iusta civitatem Hostiensem Tiberim cum omnibus transiens, cum gravi infirmitate detineretur, extra porticum sancti Petri tentoria fixit; et quoniam Ravennas aeresiarcha, qui vivente papa Gregorio papatum invaserat, ecclesiam sancti Petri armata manu tenebat, non

1087. Mart. 7. — Mart. 21

79) quod videlicet alterius sedis episcopus ad Romanam traduceretur. ANG. 80) Rogerio. 81) Alfanum II. Alfanus I. obiit 1085. Oct. 9. Cf. Hugonis Lugdun. epist. apud Mansi Conc. XX. p. 633. 82) cf. Hugonis Lugdun. epist. ad Mathildam l. l.

1087. Mai. 9. integro die a militibus principis Dei auxilio expugnata et recepta est. Dominico vero die post dominicam ascensionem, multis Romanis et omnibus fere Transtiberinis sollemniter cum maxima frequentia occurrentibus, praefatus electus a Romanis episcopis, 83 Hostiensi videlicet, Tusculanensi[83], Portuensi[84], atque Albanensi[85], cardinalibus quoque et episcopis atque abbatibus quamplurimis assistentibus, more ecclesiastico consecratus et in apostolicam sedem locatus est, septimo Idus Magi[86]; quo etiam die corpus sancti confessoris Christi Nicolai a civitate Mirensi, in qua per annos 775 quieverat, Barim delatum est[87]. Praedictus autem pontifex per octo circiter dies Romae remoratus, una cum praedictis principibus ad hoc monasterium rediit.

69. Post exiguum vero temporis spatium comitissa Mattildis Urbem adiens, magnis eundem pontificem supplicationibus per legatos interpellavit, quatinus eius frui aspectibus, eius potiri colloquiis mereretur. Eam quippe causam sibi Romam veniendi fuisse permaximam suggerebat. Cogebat corporis languor loco non abscedere; sed quia pro sanctae utilitate ecclesiae omnibus se disposuerat vel extremis periculis obiectare, iter per mare aggressus est. Cumque ad Urbem pervenisset, a comitissa et eius exercitu, ac caeteris beati Petri fidelibus devotissime officiosissimeque susceptus est, atque apud Iun. 11. ecclesiam beati Petri octo diebus permansit. Deinde in festivitate sancti Barnabae super altare sancti Petri missam sollemniter celebrans, eadem die auxilio et ope praefatae comitissae per Transtiberim Romam intravit. Transtiberim tunc totam, Romanorumque permaximam partem et nobilium[a], pene omnem populum, castellum quoque sancti Angeli, basilicam beati Petri, civitatem Hostiensem ac Portuensem, in sui iuris dicione tenebat; Iun. 28. morabatur vero apud insulam Romae[88], quae et ipsa sui iuris extabat. Die igitur qui apostolorum natalitia praecedebat, nuntius quidam quasi ex imperatoris parte adveniens, omnes consules, senatores, ac populum Romanum de corona summovit imperii, cum subito Romani supervenientes, praeter beati Petri ecclesiam universa ceperunt. Ecclesiam vero ipsam, quam supradicti pontificis homines desuper tuebantur, ingredi nullo modo potuerunt. Sed quia Guiberti aeresiarchae multitudo permaxima erat, hi qui ex parte papae Victoris erant, contra tantam hostium manum obsistere non valentes, in Iun. 29. Transtiberim, sive in castellum sancti Angeli discesserunt. Iam die mediante, in ecclesia sanctae Mariae in turribus Ravennas aeresiarcha missam cantavit, nam utrumque 89 campanile[89] igne et fumo supposito ceperat; sole autem iam ad occasum vergente, hii qui in ecclesia steterant, palam cum armis suis descendentes reversi sunt. Ita eu pro dolor! apostolica, et universalis beati Petri ecclesia eo die quo eius praecipue festivitas extitit, omni tam nocturno quam diurno officio caruit. Sic Guiberti aeresiarchae spes frustrata est, qui in apostolorum solempnitate missas illic celebrare affectabat. Iun. 30. Altera die ab haereticis apostolicum altare lotum, et missa est ibi peracta. Die vero Iul. 1. sequenti omnes ad propria sunt reversi, et eadem ecclesia in dicionem papae Victoris rediit. Eo itidem tempore, dum quidam peregrini orationis gratia ad beatum Benedictum venirent, obvius illis quidam vir canonicus factus est, quem quis esset interrogantes, Petrum apostolum se esse respondit. Et illi: *Quo tendis?* Et sanctus apostolus: *Vado ad fratrem Benedictum, ut cum illo passionis meae diem celebrem; nam Romae consistere non valeo: variis enim procellis ecclesia mea deprimitur.* Quod dum fratribus viri illi postmodum reserassent, ad succedentium memoriam constituerunt ita tanti apostoli festivitatem, sicut et patris Benedicti, cum maxima devotione sollemniter celebrare.

70. Guibertus interea aeresiarcha, qui post praestita domino suo beatae memoriae Gregorio septimo papae fidelitatis sacramenta, et obedientiam novem annis exibitam, 1080. apostolicum thronum invaserat, cernens Victorem papam ab omnibus in maxima veneratione haberi, Heynricum imperatorem solvens ab observatione iuramenti, quod apud Canusiam Tusciae oppidum olim papae Gregorio fecerat, Romam attraxit, et cum eo expugnare catholicam ecclesiam coepit. Hi vero qui ex parte papae Victoris in ultramontanis partibus erant, imperatorem Romae remorare cognoscentes, contra eum rebel-

a) *an* nobilium et?

83) Iohanne. 84) Iohanne. 85) Petro igneo. 86) ita etiam Anon. Casin. 87) Historiam translat. scripsit Ioh. presb. Barensis, editam in Mosandri app. ad Sur. p. 397. Ubi quum paucis post concil. Nicaenum diebus mortuus dicatur, summa annorum nimia est. 88) cf. Bernold. ad h. a. 89) sc. basilicae b. Petri, inter cuius turres b. Mariae erat sacellum.

lare disponunt. Contra quos Heynricus imperator adveniens, facto ut assolet vario bel- 1080.
landi eventu, diutissime plurimis depraedationibus et incendiis ac caedibus utrimque de-
certatum est. Tandem praephatus imperator relictis ad resistendum in Germania copiis,
assumto partim suo, partim conductitio sive gregario exercitu, Romam et suburbana
eius depraedationibus et incendiis ac caedibus quibus valuit quadriennio devastavit, et
tandem suo Simone magis pretio quam vi inthronizato, ab eodem imperialem coronam 1084.
accepit[90], et tam non faventibus quam non communicantibus sibi suisque complicibus, 90
et Romae et in omni Romano imperio saevissimam et diuturnam intulit persecutionem.
Huius rei causa et ecclesiae pene totius Romani imperii desolatae, et christiana religio
propemodum dissipata, et viginti milia hominum et eo amplius in diversis regionibus,
katopapa Guiberto cooperante caesa sunt. Qui etiam pulsis catholicis episcopis et abba-
tibus et aliis ecclesiarum praepositis, scientia pariter et religione pollentibus, sceleratos
et idiotas singulis civitatibus et coenobiis vel ecclesiis singulos, interdum autem binos
vel annuos praelatos dampnabili prioris magistri sui Simonis magi mercimonio substi-
tuens, in depraedationibus sanctorum locorum et christianorum sibi non faventium,
immo et faventium, dum non esset qui armato resisteret, longe lateque, voluntate qui-
dem Neronis et Decii, sed minus possibilitate crassatus est. Idem vero Guibertus, qui
multo rectius papa Demens quam papa Clemens dici debuit, in oppidulo suo, quod
Argenteum dicitur[91], quasi ad sui munitionem excelsa turri fabricata, praestolabatur 91
simoniacos angelos, cum quibus volando in putidissimas stigias paludes rueret, scilicet
cruribus suis, Deo per omnia papae Victori propitio, confractis et ad nichilum redactis[92].
Cui nemo apostolicam reverentiam sive obedientiam exhibebat, praeter imperatorem et
complices eius, vel qui se illi propter avaritiam quae est idolorum servitus, vel per-
petuo vel ad tempus pacto iusiurando vendiderunt; quorum plurimi quibus eius perfidia
claruerat, dum execranda sacrificia celebraret non intererant, scientes eundem nulli
Romanorum pontificum successisse, sed praescripto modo periurum et invasorem ac
simoniacum papae Gregorio fuisse superiniectum. Nam catholici qui fidem et religio-
nem zelo Dei tuebantur, papae Victori scientia et religione praestantissimo adhaerebant.

71. Aestuabat interea ingenti desiderio idem Victor apostolicus, qualiter Saraceno- 1087.
rum in Africa commorantium confunderet, conculcaret, atque contereret infidelitatem.
Unde cum episcopis et cardinalibus consilio habito, de omnibus fere Italiae populis
christianorum exercitum congregans, atque vexillum beati Petri apostoli illis contra-
dens, sub remissione omnium peccatorum contra Saracenos in Africa commorantes
direxit. Christo igitur duce, Africanam devoluti dum essent ad urbem[93], omni nisu 93
illam expugnantes, Deo adiuvante ceperunt, interfectis de Saracenorum exercitu centum
milibus pugnatorum. Quod — ne quis ambigat hoc absque voluntate accidisse divina —
illo die quo christiani de Saracenis victoriam adepti sunt, eo etiam Italiae divinitus
patefactum est.

72. Praephatus autem Victor papa tertius Urbem egrediens venit ad hoc monaste-
rium, sociatisque sibi episcopis et cardinalibus ecclesiam sancti Nycolai in Pica sol-
lempniter dedicavit; mense autem Augusto sinodum celebrare cum episcopis Apuliae et Aug.
Calabriae nec non Principatuum statuens, Beneventum perrexit. In qua videlicet idem
apostolicus praesidens ait: *Novit dilectio vestra, carissimi fratres et coepiscopi, omni etiam
orbi non latuit, sancta Romana et apostolica sedes cui Deo auctore deservio, quot adversa
pertulerit, quot denique per simoniacae haereseos trapezitas malleis crebrisque tunsionibus
subiacuerit, adeo ut columpna Dei viventis videretur iam pene concussa nutare, et sagena
summi piscatoris procellis intumescentibus, cogeretur in naufragii profunda submergi. Gui-
bertus enim aeresiarcha, qui vivente sanctae memoriae praedecessore meo papa Gregorio
Romanam invasit ecclesiam, praecursor Antichristi ac signifer Satanae effectus, non cessat
oves Christi conculcare, occidere, et dilaniare. Irritator enim, persecutor, exaggerator,
et accensor iniuriarum papae Gregorii factus, quantas calamitates, quantas tribulationes,
et quantas persecutiones ei intulerit, referre quis valeat? conspirationes et coniurationes
adversus eum excitavit, Urbe fugavit, sacerdotio periurus ac simoniacus, quantum ad se
fuit privavit, atque contra eum Romanum imperium, gentes et regna commovit, et quod a*

90) Coronatus est a. 1084. Mart. 31. His annis Italiam non intravit. 91) vide Bernold. ad a. 1098.
92) vid. Clem. Const. Ap. VI, 9. Arnob. II, 12. ceteros. 93) Mahadia; cf. Anon. Casin. 1087.

1087. Aug. *saeculo non est auditum, ipse excommunicatus et dampnatus, eundem sanctum pontificem excommunicare praesumpsit, et Romanam urbem actenus sacrilegiis, omicidiis, periuriis, conspirationibus, flagitiis, et omnibus vitiorum et criminum ludibriis deturpare non desistit, et Simonis magi munitus perfidia, ipsiusque officina factus, nequitiarum suarum complices ad tam impiissimum et execrabile facinus evocans, imperatorisque exercitum congregans, apostolicae sedis invasor est factus; contra praecepta euangelica, contra prophetarum et apostolorum decreta, contra canonum et Romanorum pontificum iura, nullo cardinalium episcoporum praecedente iudicio, nullo Romani cleri approbante suffragio, nullo devoti populi fervore adibito, in sancta Romana ecclesia omnis malitiae, nequitiae, et perditionis caput est factus. Sed omnipotentis Dei clementia praedictum pontificem Gregorium post labores et certamina ad aeternam requiem evocante, cum iam unanimi concordia episcoporum et cardinalium et comprovincialium episcoporum, et cleri ac populi Romani, nostram parvitatem omnibus modis contradicentem et renitentem apostolicae sedi praefecissent, non timens aeterni imperatoris iudicium, usque nunc Christum et oves pro quibus suum sanguinem fudit, persequi non omisit. Idcirco auctoritate Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli et omnium sanctorum, omni sacerdotali officio, honore privamus, et a liminibus illum ecclesiae separantes, anathematis vinculo innodamus. Nostis praeterea, et bene nostis, quantos dolos, quantasque persecutiones michi intulerint Ugo Lucdunensis archiepiscopus, et Richardus Massiliensis abbas, qui pro fastu et ambitione sedis apostolicae, quam actenus latenter habuerant, postquam se non posse adipisci perviderunt, in sancta ecclesia scismatici facti sunt: et Richardus quidem electionem nostram Romae cum episcopis et cardinalibus fecerat, Ugo autem post modicum ad nos veniens, pedum effusus vestigiis, dum obsequium nobis summi pontificis invitis ac retractantibus exiberet, legationem a nobis in partibus Galliarum postulaverat, et acceperat. Quoad itaque parvitatis nostrae infirmitatem factae et collaudatae a se ipsis electioni conspexerant repugnare, omnibus ipsi nobis modis insistebant ne onus abicerem, pro ecclesiae necessitate impositum. Sed ubi nos ad id deflexos contemplati sunt, conceptam diu ambitionis flammam clibanus exturatus evomuit. Quapropter omnium sibi fratrum videntes unanimitatem pertinacius in eo scandalorum scelere reluctari, ab eorum et nostra continuo sunt communione seiuncti. Unde vobis apostolica auctoritate praecipimus, ut ab eis abstinere curetis, nec illis omnino communicetis, quia*
Serm. 50. *Romanae ecclesiae communione sua sponte seiuncti sunt; quoniam ut beatus scribit Ambrosius, qui se a Romana*[94] *ecclesia segregat, vere est haereticus aestimandus. Constituimus etiam, ut si quis deinceps episcopatum vel abbatiam de manu alicuius laicae personae susceperit, nullatenus inter episcopos vel abbates habeatur, nec nulla ei episcopo seu abbati audientia concedatur. Insuper ei gratiam beati Petri et introitum ecclesiae interdicimus, quousque locum quem sub crimine tam ambitionis quam inobedientiae, quod est scelus idolatriae, cepit, resipiscendo non deserit. Similiter etiam de inferioribus ecclesiasticis dignitatibus constituimus. Item, si quis imperatorum, regum, ducum, marchionum, comitum, vel quilibet saecularium potestatum aut personarum, investituram episcopatuum, vel alicuius ecclesiasticae dignitatis dare praesumpserit, eiusdem sententiae vinculo se astrictum esse sciat. Nec mirum, cum omnes vendentes et ementes trecenti decem et octo patres in Nicaeno*
95 *concilio congregati excommunicaverunt, dicentes: „Qui*[95] *dat et qui recipit, anathema sit.“ Quando ergo tales episcopos vel abbates vel reliquos clericos non devitatis, si eorum missas auditis, vel cum eis oratis, cum illis excommunicationem subitis. Quos quidem sacerdotes esse saltim credere, omnino errare est. Penitentia vero et communio, a nullo nisi a catholico suscipiatis*[a]*: si vero nullus sacerdos catholicus affuerit, rectius est sine communione manere visibili, et invisibiliter a Domino communicari, quam ab haeretico communi-*
2 Cor. 6, 15. *cari, et a Deo separari; nulla etenim conventio Christi ad Belial, ait apostolus, neque pars fideli cum infideli: omnis enim haereticus infidelis est. Simoniacus vero, quia haereticus, ideo infidelis. Sacram enim communionem Christi, quamvis visibiliter et corporaliter catholici propter imminentes haereticos habere non possint, tamen dum mente et corpore Christo coniuncti sunt, sacram Christi communionem invisibiliter habent.* Haec igitur dum cuncto-

a) *an* suscipiatur?

94) *Romana* Ambr. non habet. 95) hoc inter canones conc. Nic. non inveni. Nescio an concilii Chalced. can. 2. eius animo sit obversatus.

rum episcoporum in eodem concilio residentium auctoritate confirmata fuissent, facientes exemplaria per Orientem et Occidentem disseminaverunt. 1087. Aug.

73. In eodem vero concilio idem pontifex graviter infirmatus, post actum per tres dies concilium festinanter Casinum rediit, atque cum episcopis et cardinalibus ad hoc monasterium ascendens, in capitulum fratrum se ferri praecepit, et sub districtissimo anathemate interdixit, ne quis successorum suorum auderet vendere vel alienare terraticum, ecclesias, villas, vel quascumque possessiones huic Casinensi coenobio pertinentes. Simili modo interdixit, ne quis monachorum auderet facere cartam vel libellum absque scientia abbatis sui; quod si fecisset, irritum esset. Constituit etiam tunc, ut omnia monasteria quae sub dicione huius nostri Casinensis coenobii sunt, prandium per unumquemque annum huic nostrae congregationi faciant[96]. Hoc statuto, omnium monachorum unanimi consensu, praefatis episcopis in eodem capitulo residentibus atque confirmantibus, Sept. 14. domnum Oderisium religiosum valde virum et Romanum diaconum, qui tunc in hoc monasterio praepositurae fungebatur officio, abbatem constituit. Post haec convocatis eisdem episcopis atque cardinalibus, monuit atque praecepit, ut iuxta quod praedecessor suus papa Gregorius iam dudum decreverat, Ottonem Ostiensem episcopum in papam eligere quanto possent citius perstuderent, eumque quia praesens erat manu apprehendens, caeteris episcopis tradidit, dicens: *Accipite eum, et in Romanam ecclesiam ordinate, meamque vicem in omnibus, quousque id facere possitis habete.* His ita dispositis atque decretis, sepulchrum sibi construi in absida ipsius capituli iussit, atque post diem tertium feliciter migravit ad Dominum 16. Kalendas Octobris, Sept. 16. anno dominicae incarnationis 1087, a patris autem Benedicti transitu anno 579, cum praefuisset in huius monasterii regimine annis 29, mensibus 4, dies 16; in sede vero apostolica ab ipso suae electionis exordio anno 1; sacrationis, mensibus 4, diebus 7.

74. Ista praeterea ornamenta idem papa Victor ad mortem suam in hoc monasterio dereliquid; quae omnia fere post dedicationem ecclesiae, partim ipse cum fratribus huius coenobii acquisivit, partim ab aliis in pignore posita recollegit. Planetae diasprae deauratae 5, et 3 sine auro. Diarodanae 3 deauratae, diapisti 2, et alia cetrina. Purpureae deauratae 7, et aliae 5 purpureae, et 2 exametae. Planeta Iohannis medici. Planetae cotidianae 6, quadragesimales 4. Dalmaticae paratae[97] 8, et aliae 11. Tunicae paratae 5, et aliae 19. Propter incensum 5. Pluviales auro ornatos 38, et alios 87. Albas lineas 193, de serico 10. Stolae deauratae cum manipulis suis 19, de argento cum manipulis suis 3. Stolae aliae 18. Semicintia 7. Fanones[98] aurei pro subdiaconibus 3, et alii 14. Camisi magni deaurati cum amictis suis 2, et alii de serico 7. Panni de altare sancti Benedicti: facies una cum margaritis, et altera facies deaurata; coopertoria cum auro 3, et 2 alia sine auro; circitoria magna et optima 11. Panni de altare sancti Iohannis: circitoria 5, et coopertoria 5. Panni de altare sanctae Mariae: facies una purpurea cum auro; coopertorium cum smaltis; circitoria 4; opertoria 4. Panni de altare sancti Gregorii: circitorium aureum, et alios 4 sine auro; opertoria 4. Dossales[99] magni 19. Dossales minores 30. Ostiaria 7. Calices aurei 12, cum patenis suis, 7 maiores, et 5 minores. Fistula[1] aurea cum angulo. Calices argentei Saxonici 2, et alii argentei 7. Fistulas argenteas 2. Turibula de auro 2, de argento deaurata 2, alia argentea maxima 2, et alia argentea 8. Candelabra de cristallo parium unum, et aliud parium argenteum cum onichino, et aliud parium argenteum cum malis christallinis, et alia candelabra 5. Duae laternae argenteae magnae, et una cotidiana. Euangelium ipsius. Euangelium imperatoris. Euangelium papae Stephani. Euangelium imperatricis. Duo euangelia fratris Firmi[2]. Euangelium abbatis Aligerni. Duo sacramentoria cum argento. Epistolaria duo, unum cum tabula aurea, aliud cum tabulis argenteis. Regulam sancti Benedicti cum tabulis argenteis. Capsa magna argentea cum gemmis et smaltis. Scrinia argentea 2. Duas cruces aureas magnas cum gemmis, et 2 aliae aureae minores, et 3 argenteae ad processionem. Candelabrum; urceum cum aquamanili suo; fumigatorium Grecum, aliud cum nigello; urceum cum smaltis; omnia haec argentea. Pixis aurea cum smaltis

96) In regesto Bernardi abbatis folio 130. a tergo refertur statutum Desiderii abbatis factum per conventum monasterii Casinensis super prandio, solvendo a praeposituris Casinensibus. ANG. 97) i. e. ornatae. 98) indumentorum genus. 99) aulaea quae parietibus appenduntur. 1) ad hauriendum vinum in communione. 2) v. Giesebr. de litt. stud. p. 49.

pro corpore Domini, et alia maior argentea cum nigello. Coppetellae de pernis tres. Calices onichino duos. Bacilia argentea paria duo. Centum libras auri non laborati. Stolae aureae duae. Fanonem imperialem totum aureum. Scaramangae imperatorum 12. Coronam de argento super altare sancti Iohannis cum crucibus 5, et aliam crucem Grecam. Coronam argenteam deauratam et lapidibus pretiosis ornatam, ferens 6 cruces. Aliam coronam super altare sancti Benedicti, ferens 3 cruces lapidibus pretiosis ornatas. In Sancto Nycolao coronam argenteam, et crucem argenteam fusam. Coronae argenteae quas in veteri ecclesia invenit, undecim. Haec de reverendissimi Victoris tertii papae vita et moribus, ac loci istius renovatione seu adornatione breviter dicta sufficiant. Certe quandiu mundi istius orbita volvitur, eius laudabile meritum semper accipit incrementum, per Iesum Christum dominum nostrum, qui[a] vivit et regnat cum Patre et Spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

INCIPIT PROLOGUS PETRI DIACONI

IN LIBRO QUARTO HISTORIAE COENOBII CASINENSIS AD REVERENDISSIMUM RAINALDUM SEDIS APOSTOLICAE CARDINALEM ET SACRATISSIMI COENOBII CASINENSIS VENERABILEM ET PIUM ABBATEM.

Patri in Christo venerabili et semper recolendae memoriae Raynaldo sanctae Romanae ecclesiae cardinali et sacri Casini Montis venerabili abbati Petrus diaconus debitae obedientiae famulatum. Priscorum quondam veterum rerum doctores ob sapientiae ingenium demonstrandum assidue retexere non desinebant, quae forte, quanta, vel qualia prospere ac secus, in Romano imperio evenissent. De quibus, vel in quibus stilum ingenii sui exacuere et limare modis omnibus cupiebant, et renitentes sui magisterii flores per historias diu desideratas imperatoribus ostendebant, summumque apud eos studium erat, animique ingens sagacitas, ut minime lateret in toto, quod in parte contingeret gestum. Sed illi favorali et inani gloria cupidi, et fastu vano caecati, perituram suae elationis gloriam longe lateque satagebant per orbis circulum propagare. At pater patrum in Christo milies beatissime, venerabilitas vestri studii, huius sacri coenobii residuam istoriae partem texere cupiens, nostrae exiguitati hoc praecipere dignati estis; simili quidem fervoris studio, sed dispari tamen amore. Illi namque descripserunt, ut perituram, transitoriam, momentaneam ac labentem laudem acquirerent: vestra vero a Deo protegenda beatitudo id exigit, ut pretiosi, praeclari, fulgidi, atque laudabiles apud omnipotentem Deum simus in futurae quietis gloria, illud saepe saepiusque in nostrae
Ps 33, 3. mentis archano replicantes: *In Domino laudabitur anima nostra; audiant mansueti, et laetentur.* Ego nempe vestrae iussionis imperio cervicem submittens, quartam nostrae chronicae decisionem, quam vir facundissimus Leo Hostiensis[2] episcopus, morte praeventus explere nequivit, sicut disposuerat scribere ordiar; sed dum tot ac tantos viros in hoc sacratissimo coenobio liberalibus disciplinis plenos aspicio, oneris fasce devictus succumbo. Hi enim sal terrae sunt, quorum verbis hominum mentes, ne taedii torpore
3 deficiant condiuntur. Hisperulae[3] sunt et lilia in septiformi candelabro positi, qui densas peccatorum sordes abluunt, et ad aeterni luminis claritatem reducunt. Inter tales igitur positus, cum opus a vobis antea nobis iniunctum dimisissem, utpote iners, indoctus et impar, vestra beatitudo antiquorum viam in omnibus tenens, talibus affatis nos instruere coepit: *Ad ea quae tibi iniunguntur accingi ne cuncteris; verte oculos tuos ad*

a) *deest c.*

2) De tempore quo Leo episcopus factus est, supra p. 553. egimus. Sed monente viro amicissimo Guil. Giesebrecht quaedam addenda sunt. Nam Leo *Villiternus ep.* iam a. 1109. testis fuit, in carta quam Albinus servavit in Cod. Vat. Ottobon. 3057. f. 139. Anno 1113. Leo *vir dignus honore, Hostia quem patrem vita meritisque probavit*, Romae altare ecclesiae S. Salvatoris de Primicerio dedicavit, teste inscriptione ap. Galett. del Primicero p. 364. In alia autem inscriptione ap. Martinellum, Roma sacra p. 258. de dedicatione ecclesiae S. Matthaei in Merulana d. 8. Apr. a. 1110. et Raynerius de Ostia et ceteri episcopi ibi nominati cum reliquis eius temporis monumentis nullo modo conciliari possunt. — Secundum narrationem ap. Borgiam, Velletri p. 215. de corpore S. Marci Leo iam c. a. 1100. ep. Velitrensis fuisse videtur, ideoque ut cum Borgia existimo, etiam Ostiensis. 3) Nescio an ita Petrus scripserit; de sphaerulis quas intelligit v. Exod. 37, 17.

montes[4], *idest ad praecepta legis et gratiae, et inde tibi auxilium veniet. Illius enim est perficere, quod nobis velle adiacet; hominum namque est plantare, Dei autem incrementum dare; ipse nempe ad se festinantes separat ab amicitia carnis et sanguinis, et trahit ad gratiam suam, suscitans de terra, et de lacu miseriae, et locans cum principibus populi sui. Ergo de illius fidens auxilio, aggredere illud quod tibi a nobis obedientiae merito imperatur; simul etiam et quicquid a patris Desiderii felici ad coelestia transitu in hoc evenere*[a] *coenobio, seu in aliis terrarum partibus, studiosius inquirens exarare sollicite studeas: illa nichilominus suis in locis adiciens, quae nostro videlicet tempore in orientali climate per peregrinos milites operatus est Christus, simulque tempora, loca, personas, et praecipua duntaxat gesta ac bella annectens, ex eo videlicet tempore quo idem peregrini ipsum iter auxiliante Deo aggressi sunt, quousque sanctam civitatem Ierusalem receperunt, et sanctum ac venerabile Christi sepulchrum, propter quae utique specialiter profecti sunt, de prophanorum manibus eruerunt.* Hoc ubi pectore ausi, conatus sum pro viribus quod iniunxeratis, fidens in illo cui omnia possibilia sunt, quique ea quae abscondita sunt philosophis et vanae gloriae turgidis, sua largiflua pietate saepius revelat parvulis; et insipientibus causam etiam reddens, quod excusabit nostrae inscitiae culpas tanti patris praecipientis auctoritas. Et quia abbatum series a patris Benedicti temporibus usque ad renovationem ecclesiae beati Martini, a praedicto Leone fuerat exarata: nos ab eiusdem ecclesiae renovatione scribendi sumentes initium, ea quae de sanctissimi Desiderii vita descripta non erant, eidem historiae adiungere curavimus, ne ex maxima parte tertius liber detruncatus videretur; deinceps reverendissimum et religiosissimum Oderisium cum reliquis abbatibus sibi succedentibus, litteris utcumque mandaturi. Notandum sane, quia ea quae conscribenda sunt, ex registris Romanorum pontificum, Gregorii septimi et successorum eius, necnon principum et ducum gestis decerpsimus, aliquando sensum tantum, nonnumquam vero illorum verba et acta ut descripta erant interserens. A Girardi porro abbatis tempore, qui me in hoc scolastico Casinensi coenobio primo aetatis meae lustro suscepit, usque ad hunc diem, partim ex ore venerabilis abbatis Seniorecti sui temporis singularis nostri ordinis viri audivi, partim oculis propriis vidi, partim priorum nostrorum aliorumque fidelium relatione comperi. Ea praeterea, quae nuper ante hoc fere triennium sub imperatore Lothario nostro evenere coenobio, dum in eius expeditione versarer, ac pro huius sacri Casinensis coenobii causis imperiali curiae apocrisarius adaererem, ipsemet conspexi, et universis fere rebus et verbis interfui. Quod si vestrae sanctissimae paternitati non displicere perspexero, aliis me placiturum confido. Enim vero ut nosti disciplinis liberalibus nequaquam operam dedi, sed a quinto aetatis meae anno, quo ad hunc locum sicut supra retuli, Christo largiente perveni, divinis expositionibus et priscis annalibus, prout Dominus dedit secundum nostrum scire et posse adaesi. Quod si aliquis contra nos propter hoc locutus fuerit, et me insulsum atque indoctum diiudicans, tantum opus nequaquam aggredi debuisse clamaverit, liquido noscat quia tunc Redemptoris nostri magnalia pene annichilantur, si humanae rationis astutia investigantur. Ille enim qui brutum animal olim resolvit in verba loquentum, ipse in cordibus servorum suorum prout vult, et quantum vult, et quando vult, dat verbum. Unde et per psalmographum vatem clamat: *Aperi os tuum, et ego adimplebo illud,* et in alio loco: (Ez. 29, 21.) *Omnis sapientia a Domino Deo est: et cum illo fuit semper, et est ante aevum,* et Iaco- (Eccl. 1, 1.) bus: *Si quis indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, et non impro-* (1, 5.) *perat; et dabitur ei,* et rursum: *Omne datum optimum, et omne donum perfectum desur-* (ib. v. 17) *sum est, descendens a patre luminum.* Et amantissimus Domini Paulus, thalamus Trinitatis, vas electionis, et singularis ecclesiae magister clamat: *Unicuique datur per Spi-* (1 Cor. 12, 8.) *ritum sermo sapientiae, alii sermo scientiae, alii gratia sanitatum, alii genera linguarum alii interpretatio sermonum. Haec autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult.* Unde si quid scientiae, si quid ingenii, si quid in nobis boni conspicitur, ad cunctorum bonorum auctorem ex toto necesse est ut referatur. Ipse namque dixit: *Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis,* per quem, et in quo, (Matt. 10, 20) et a quo omnis sapientiae, omnis scientiae, et omnis bonitatis norma et principium constat. Et quia sunt aliqua forsan, in quibus a sapientibus possim merito reprehendi, hoc nostrae inscitiae imputent; si qua vero inreprehensibilia, Deo, non michi ascribant, quia nos dis-

a) *an evenerit? sed cf. p* 759. *l.* 17.

4) v. Ps. 120, 1.

tracti necessitate et perturbatione temporis a doctissimis viris hunc locum incolentibus hoc opusculum, non quo debui stilo digessi. Nam teste beato Gregorio, dum mens dividitur ad multa, efficitur in singulis parva. Sicut enim formas hominum per colores quosdam pictores in tabulis tetras depingunt, dum tincturas non proprias et non congruas immittunt, ita historia a venusti decoris altitudine ruet, si mens cogitationibus obumbrata, et pressurarum mundialium tenebris offuscata fuerit. Aliud namque operatur eloquium, aliud auditus, aliud intelligentia, quam in hominis mente infundit intrinsecus Deus. Et beatus pater et egregius doctor Augustinus, ecclesiae organum, veri sponsi amicus, et templum Spiritus sancti in scriptis suis reliquit dicens: *Cum videmur aliquid addiscere, nichil addiscimus, sed potius praeteritorum, quae ante peccatum in natura fuerant, recordamur*[5]. In aliis siquidem scientia naturalis per vitium naturae deleta est, in aliis vero parumper fucata permansit. Mens vero historiographi elucescere minime valet, quandiu terrenis curis et lucris insudat, quia cum homo mundi turbinibus quatitur, movetur pariter et mens; et cum quiescit, similiter et ipsa quiescit, quemadmodum circa ignem fieri naturale est, ut cum paleis circum circa tegitur, et nulla aura suscitatur, nec circumtecta depascit, nec penitus extinguitur. Quod si paululum commotus fuerit, ilico excitatur in flammam. Similiter et mens diversis curis obtecta, nec ad sermonis ornatum poterit elucere, nec splendidum ornatumque proferre. Ego namque, quem non grammaticorum scientia ornat, non eloquentiae gloria, non sapientium peritia, sed sola naturalis intelligentia, quam Iesus Christus deus et dominus meus nostro animo ac menti sua solita pietate restituendo infudit, iuxta vestrae sanctitatis imperium, et illud viduae duo minuta in templo offerentis exemplum, offerre studeam vestrae sanctissimae religiositati quod possum. Et licet non pure, non nitide, non ornate, non speciose, exiguum tamen, turbulentum, et parvum libare studeam. Quapropter Rainalde pater in Christo beatissime patrum, unicum in orbe leviticae[a] sapientiae et monastici stematis decus, qui nos indignos ad tantum opus eligere censuistis, vestro id si placet elimato splendidoque sermone corrigite, nec simplicis verbi inerciam, sed historiam nostro coenobio attendatis utilissimam. Est namque historia testis temporum, indiculum veritatis, vita memoriae, magistra vitae, priscorum temporum nuntia[6], bonorum omnium norma. Vobis enim condecet hanc elimare, quam superni Regis clementia constituit currum et aurigam spiritualis Iherusalem, Benedicti vicarium atque abbatum abbatem. Enixius autem flagito, ut in hoc opere non verborum sillogismos requiratis, non rethoricorum faleras, sed potius pio cordis oculo sollicite perlustrantes, emendare, corrigere, et superflua resecare studete. Iam vero sermonis nostri principium ac finis sit Christus dominus, qui est Patris verbum, lux, decus, splendor, sapientia, virtus.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIUNT CAPITULA IN LIB. IIII. HISTORIAE COENOBII CASINENSIS.

a) *ita correxi;* levitici c.

5) His similia Augustinus scripsit ad Nebridium, ep. I, 7; de animae quant. 20. cf. Retract. I, 8. sed ipsa verba nusquam inveni, nec scio utrum sequentia Augustini sint an Petri. 6) v. Cic. de orat. II, 9, 36.

a) *leg.* Guilielmi. b) *leg.* concessa.

55. *Qualiter dedicata est ecclesia sancti Vincentii de Vulturno, et de miraculo in obitu Alamanni monachi istius monasterii facto.*
56. *Qualiter homines de Sancto Germano saepe rebelles extiterunt, ac de constructione roccae Ianulae.*
57. *Qualiter comites Presenzani renuerunt omne ius competens in castro Camini huic monasterio.*
58. *De quodam milite, qui in Apulia in foveam demersus, catenisque devinctus, per beatum Benedictum estitit liberatus.*
59. *De quibusdam renunciationibus et oblationibus huic monasterio factis, ac de electione et confirmatione abbatissae sancti Iohannis in Capua.*
60. *Qualiter abbas huius monasterii abbas abbatum vocetur.*
61. *Qualiter imperator Henricus Romam ingressus est.*
62. *De terraemotu mirabili fere per totam Ytaliam facto.*
63. *Qualiter Robertus rex Anglorum legatos ad hoc monasterium direxit, et de quibusdam oblationibus in Sicilia.*
64. *De morte Paschalis papae, et de Iohanne huius monasterii monacho, qui ei in papatum successit, ac dedicatione ecclesiae sancti Mauri in Francia.*
65. *Qualiter idem terraemotus meritis beati Benedicti quievit.*
66. *Qualiter Petrus diaconus receptus fuit in monachum ab abbate Girardo, et quot libros et omelias fecit.*
67. *De quibusdam oblationibus, ecclesiis atque servis in Sardinia huic monasterio concessis.*
68. *Qualiter papa Calixtus ad hoc monasterium venit.*
69. *Qualiter archiepiscopus Capuanus conabatur tres ecclesias subtrahere huius monasterii a potestate, et per summum pontificem contra eum sententia lata fuit.*
70. *Qualiter idem papa restitui fecit huic monasterio Sancta Maria de Cingla.*
71. *Qualiter Sparanus abbas obtulit huic monasterio ecclesiam sancti Martini in Arche.*
72. *Qualiter civitas Capuana igni tradita est, et monasterium sancti Benedicti in eadem civitate mansit illaesum.*
73. *Qualiter brachium sancti Mathei apostoli ad hoc monasterium fuit deportatum.*
74. *De quodam claudo per beatum Benedictum sanato.*
75. *Quomodo Pandulfus de Sexto renuntiavit per iuramentum castrum Vitecosi, et de adventu Pontii abbatis Cluniacensis ad hunc locum.*
76. *Quomodo idem abbas concessit vestiario monachorum ecclesiam S. Mariae de Casaleplano.*
77. *De obitu Girardi abbatis huius loci.*
78. *De ordinatione abbatis Oderisii II.*
79. *Qualiter homines castri sancti Angeli in Teodici rebelles fuerunt, et idem abbas ad fidelitatem coegit eosdem.*
80. *Qualiter oblata fuit huic monasterio Sancta Maria de Rabiata in Sclavonia.*
81. *De Lamberto episcopo Hostiensi, qui et Honorius papa fuit.*
82. *Qualiter castrum Picani huic monasterio datum fuit.*
83. *De obitu Calixti papae, et quomodo cardinales divisi fuerunt in electione supradicti Honorii.*
84. *Qualiter restitutum est huic monasterio monasterium sancti Manni de Fundis cum pertinentiis suis.*
85. *Qualiter monasterium sancti Nycolai de Pica fuit depraedatum a comitibus Aquinatis.*
86. *De adventu Honorii papae ad hunc locum.*
87. *De obitu Henrici V. imperatoris.*
88. *Qualiter depositus fuit Oderisius II. abbas huius loci.*
89. *De electione et confirmatione abbatis Nicolai huius loci.*
90. *Qualiter praedictus abbas Robertum principem Capuanum suum auxilium evocavit pro castro Sugii, quod Goffridus de Aquila tenebat; aquiminilia argentea et crucem auream ad se deferri praecepit, dictum castrum non recollegit; odium monachorum adversum se suscitavit.*
91. *Qualiter idem abbas Castrum novum recollegit, et castrum Picanum Normannorum ditioni subiugavit.*
92. *Qualiter duo fratres Ispani Philippus et Philibertus obtulerunt beato Benedicto ecclesiam constructam in Ispania, ac de renuntiatione abbatis Oderisii II. huius abbatiae in manu papae.*

93. *Qualiter idem abbas ab Honorio papa depositus fuit.*
94. *De electione Seniorecti abbatis.*
95. *Qualiter Honorius praedictus ad hunc locum venit, et consecravit praedictum abbatem.*
96. *De obitu Guilielmi ducis, et de quibusdam oblationibus huic monasterio factis.*
97. *Qualiter Anacletus coronavit Rogerium comitem in regem Siciliae.*
98. *Qualiter Guarinus cancellarius praedicti regis intendebat capere praedictum abbatem, set non potuit.*
99.[a] *De miraculo in obitu Iohannis, et visione eius.*
100. *Qualiter dictus cancellarius morte subitanea defunctus est.*
101. *Qualiter sanctus Benedictus apparuit cuidam monacho Bono nomine.*
102. *Qualiter quidam monachus vidit animam Guarini dicti cancellarii.*
103. *De obitu Seniorecti abbatis huius loci.*
104. *De electione Raynaldi abbatis.*
105. *Qualiter Henricus dux Baioariae misso*[b] *ab imperatore Lothario intravit regnum cum Innocentio papa.*
106. *Qualiter Lotharius imperator restituit omnia monasterio sancti Liberatoris de Magella, quicquit sancto Benedicto in partibus illis oblata*[c] *fuerant.*
107. *Qualiter dictus imperator cum Richiza imperatrice, direxerunt epistolam huic monasterio, ut universali ecclesiae Dominus concederet pacem.*
108. *Qualiter praedictus imperator iussit ad se vocari Raynaldum huius monasterii electum.*
109. *Qualiter Petrus diaconus cum quibusdam de cardinalibus Romanae ecclesiae causidicus fuit pro monasterio Casinensi in consistorio imperatoris.*
110. *Qualiter dicti cardinales petebant et conabantur, ut monachi sacramentum et fidelitatem facerent Romanae ecclesiae.*
111. *Qualiter Petrus diaconus genuflexit ante imperatorem praedictum pro iuribus et libertate huius monasterii.*
112. *Qualiter dictus imperator conabatur ut monasterium istud manuteneretur, defenderetur et veneraretur.*
113. *Qualiter obiciebatur a Girardo cardinali, cur sine consensu Romani pontificis subdiaconem in abbatem eligerent.*
114. *Qualiter praedictus Petrus remansit in curia pro servitiis imperatoris.*
115. *Qualiter praedictus Raynaldus exhibuit obedientiam domino papae Innocentio II.*
116. *Qualiter dictus Petrus disputavit cum quodam philosopho Greco.*
117. *Qualiter per Lotharium imperatorem restitutae fuerunt multae ecclesiae huic monasterio.*
118. *Qualiter praedictus Raynaldus licentiam habuit redeundi ad monasterium.*
119. *Qualiter dictus imperator cum imperatrice venit ad hoc monasterium.*
120. *Qualiter Raynaldus praedictus incusatus fuit imperatori praedicto.*
121. *Qualiter papa Innocentius misit duos cardinales ad electionem examinandam supradicti Raynaldi electi.*
122. *Qualiter praedictus Raynaldus depositus fuit ab Innocentio papa secundo.*
123. *Qualiter Gerardus cardinalis conabatur devertere electionem huius monasterii ad manus papae Innocentii.*
124. *Qualiter Guibaldus abbas effectus fuit, et consecratus a papa Innocentio II.*
125. *Qualiter Lotharius imperator praeceptum fecit et confirmavit huic monasterio omnes possessiones eius.*
126. *Qualiter rex Rogerius audito saepedictum imperatorem de Campania recessisse, Apuliam devenit, ac de obitu imperatoris.*
127. *Qualiter Guibaldus abbas ex timore Rogerii regis Siciliae perterritus recessit.*
128. *Qualiter Raynaldus II. electus fuit in abbatem.*
129. *Qualiter sanctus Maurus et sanctus Placidus apparuerunt in visione cuidam monacho Alberto nomine, ac de aliis duobus miraculis.*
130. *De obitu Petri qui et Anacletus dictus fuit, et quomodo fautores eius papae Innocentii vestigiis advolvuntur.*

EXPLICIUNT CAPITULA LIBRI QUARTI.

a) *abhinc capitula manu alia, indice priore eraso, scripta sunt.* b) *leg.* missus. c) *leg.* ablata.

INCIPIT LIBER QUARTUS.

Oderisius huius monasterii abbas tricesimus octavus, sedit annis decem et octo, mensibus duobus, diebus decem et octo.

1. Hic ex Marsorum comitum origine sanguinis lineam ducens, in ipso suae pueri-
III, 14. tiae tempore, dum in hoc Casinensi coenobio a reverendae memoriae Richerio abbate
susceptus, et habitu sanctae conversationis indutus fuisset, cernens eum supradictus abbas
luxus saeculi spernere, divinis lectionibus intentum esse, contemplativam vitam inianter
appetere, et regularis vitae egregium sectatorem, et Casinensem abbatem illum futurum
esse praedixit. Qui a praedecessore suo sanctae ac semper venerandae memoriae Desi-
derio, qui et Victore papa, praepositus huius loci ordinatus, dum idem pontifex sicut
III. 73 supra retulimus graviter infirmatus ad hunc locum venisset, in capitulo fratrum se de-
1087. ferri in lecto praecepit, ibique in praesentia episcoporum et cardinalium qui cum eo
erant, admonuit fratres ut iuxta quod beati Benedicti regula praecipit[6], abbatem sibi de
ipsa congregatione eligerent. Fratres vero habito consilio, omnes pari consensu Oderi-
Sept. 14. sium ad tantum ordinem recipiendum dignum proclamantes elegere; quod cum supra-
dicto papae Victori retulissent, ipse voluntatem eorum et electionem valde laudabat,
eundemque protinus vocari faciens, omnino invitum et renitentem, et virtute, qua pote-
rat obsistentem, seque infirmum et nescium tantum ordinem regere voce qua poterat
proclamantem, et per ipsum Deum ne hoc faceret obtestantem[a], per virgam et regulam de
abbatia eum investivit.

2. Post mortem autem supradicti pontificis tristitia ingens et desperatio cunctos
nostrae partis invasit, et iam fere quid agerent, vel qualiter se de ecclesia intromitte-
rent ignorabant. Praedictis igitur episcopis circumquaque dispersis, rursus frequentes
nuntii crebrique legati tam Romanorum, quam ultramontanorum, et comitissae Mattildae
ad eosdem episcopos transmissi, hortabantur pariter atque rogabant, ut de Romanae
ecclesiae ordinatione studerent, ut in unum convenientes caput facere christianitatis
satagerent; membra Dei auxilio capiti non defutura, facile et in proximo casuram et con-
fundendam ecclesiam nisi pastorem haberet. Tandem itaque rursum undique coadunati,
una cum nostro abbate Oderisio, miserunt litteras Romanis clericis et laicis, sancti Petri
1088. fidelibus, ut quotquot ex eis possent, prima ebdomada quadragesimae Terracinam veni-
rent; quotquot vero non possent, assensum suum in persona quam ipsi concordi voto
eligerent, propriis litteris repraesentarent. Similiter etiam miserunt litteras universis
circumquaque per Campaniam, Principatum, atque Apuliam manentibus episcopis atque
abbatibus, ut quicumque possent absque canonica excusatione, per se ipsos ad praedi-
ctum locum et tempus occurrerent: non autem valentes, aut per idoneas personas, aut
certe per litteras, consensum suum transmittere perstuderent. Factum est, et quarta
Mart. 8. feria primae ebdomadis quadragesimae, octavo scilicet Idus Martii, congregati sunt apud
Terracinam Campaniae civitatem, cum episcopis et cardinalibus Romanis superius nomi-
natis, atque cum nostro abbate Oderisio, archiepiscopi, episcopi, atque abbates ex diver-
sis partibus numero quadraginta; ab urbe autem Roma, Iohannes Portuensis episcopus
omnium cardinalium et clericorum catholicae dumtaxat parti faventium, Benedictus vero
praefectus universorum laicorum fidelium legationem et consensum unanimem per litte-
ras attulerunt. Legatorum autem ultramontanorum et Mattildae comitissae nonnulli in-
terfuerunt, orantes instanter, ut eidem propter quam convenerant rei, cum auxilio et
gratia Spiritus sancti ita studerent, ut laeta illis a quibus legati fuerant nuntia referre
Mart. 9. valerent. Altera igitur die convenerunt omnes pariter ad episcopium praedictae civitatis
in ecclesia beati apostolorum principis et sancti Christi levitae Caesarii; et cum rese-
7 dissent, surgens in medium Tusculanensis episcopus[7], retulit per ordinem omnia quae
de ordinatione ecclesiae vel papa Gregorius antea, vel postmodum papa Victor statue-
rant; simul etiam quam ob causam ipsimet universi tunc in eodem loco convenerant.
Deinc surgens episcopus Portuensis, et Benedictus praefectus, retulerunt et ipsi tam cle-
ricorum quam laicorum fidelium a Roma super hoc negotio legationem pariter atque
consensum, videlicet ut quemcumque ipsi tunc unanimi voto ad hoc officium promove-
rent, eundem omnes pari et simili consensu in apostolica sede statuendum reciperent.

a) *ita correxi monente V. D. C. L. Grotefend;* obstantem *c.* 6) c. 64. 7) Iohannes.

Cumque huius monasterii abbas, et archiepiscopus Capuanus, et ad postremum cuncti qui convenerant, bene factum recteque dictum laudassent, atque omnipotentem Deum ut miseriam et afflictionem ecclesiae quandoque respicere ac relevare dignaretur, multis precibus implorassent: statuerunt demum communi consilio, ut per tres illos dies, idest quintam et sextam feriam ac sabbato, triduanum specialiter ieiunium celebrarent in abstinentia, et orationibus ac elemosinis divinitus ostendi sibi personam tantae dignitati condignam continuis precibus impetrarent. Dominica itaque die, valde mane, omnes iterum in eadem ecclesia congregati, cum inter se pariter nonnulla de re huiuscemodi tractavissent, exurgentes tres cardinales episcopi qui caput eiusdem concilii erant, Portuensis scilicet, Tusculanensis, et Albanensis[8], ambonem ascenderunt, factoque silentio, uno simul ore pronuntiant, Ottonem episcopum placere sibi in Romanum pontificem eligendum. Cumque utrum omnibus idem quoque placeret sicut est consuetudo requirerent, repente mirabili ac summa concordia omnes magna voce, hoc sibi placere, dignumque illum universi conclamant apostolicae sedis papam existere. Tunc Albanensi episcopo pronuntiante, Urbanum illum placere vocari, mox cuncti surgentes capiunt, eumque cappam laneam exuentes, purpuream induunt, et cum acclamatione atque invocatione sancti Spiritus ad altare beati Petri apostoli illum pertrahentes, in pontificali solio ponunt, quarto Idus Martii; sicque ab eodem pontifice missa sollemniter celebrata, universi gaudentes, Deoque gratias referentes, redierunt ad sua. Sed de his actenus, nunc qualiter noster abbas veteres officinas diruens, novas extruxerit describamus.

1088. Mart. 12. 8

3. Cernens igitur Oderisius renovationem coenobii Desiderio ad votum cessisse, ad officinas quae ex veteribus supererant renovandas non segnis accingitur; domum namque infirmorum, quam dudum praedecessor suus Desiderius magno sumptu ac studio una cum balneo aedificaverat, a fundamentis est orsus evertere; et monasterii ampliandi occasione, ipsam infirmorum domum ampliorem et meliorem efficere. In declivo igitur montis latere domum illam construens, in spatio cubitorum extendit, in latitudine in altitudine erexit. Quae videlicet longe priore speciosior ac firmior, mirifice satis est lateribus tecta, et pictorum studio decorata, habens ab oriente fenestras In cuius capite perpulchram abbatis cameram constituit, iuxta quam etiam ecclesiam sancti Andreae apostoli[9] in longitudine cubitorum latitudine altitudine construxit. Desuper autem trabibus tabulisque est mirifice laqueata, ac lateribus cooperta, parietibus in giro figuris pulcherrimis decoratis: pavimenti vero opus quam speciosum, quam solidum, quam multigena marmorum sit diversitate constratum, obtutibus omnium patet. Circuitus etiam chori magnis duorum[a] marmorum tabulis sepsit. Fenestras praeterea in absida duas, in frontispicio ab uno latere ab altero totidem instituit. Quae videlicet ecclesia ab uno capite absidae sanctissimi patris Benedicti, ab altero haeret domui infirmorum. Iuxta eiusdem vero ecclesiae frontem, cisternam arcuato opere fabricavit; a septemtrionali porro eiusdem ecclesiae parte cimiterium in longitudine cubitorum latitudine altitudine construens, lateribus cooperuit; iuxta infirmorum vero domum ab interiori parte coquinam, ac balneum, atque cisternam opere perpulchro extruxit. Claustrum quoque infirmorum inibi super marmoreas columnellas erigens, et picturis decoravit, et tegulis texit. Nichil hoc vir strenuissimus expleto moratus, circa atrium maioris ecclesiae palatium, in quo nobiles quique hospitarentur, in longitudine cubitorum latitudine altitudine fabricavit, et idem trabibus contignans, tegulis cooperuit; iuxta quod etiam cisternam arcuato opere patrari mandavit.

9

4. Hoc praeterea tempore quidam frater in hoc coenobio Maio dictus est, qui qualiter a diabolo interfectus, qualiterque per sanctissimum patrem Benedictum ereptus sit, praesens textus declarat. Hic igitur dum in domo infirmorum senio fessus maneret, in nativitate Domini ob sui corporis necessitatem ad secessus pergebat; cui diabolus in humana effigie apparens, dixit ad eum: *Scio quo pergis; sed quia decrepito iam senio fessus absque amminiculo tendere illuc inter noctis tenebras minime vales, sequere me; ego ero dux itineris tui.* Haec dum supradictus frater audisset, putans eum hominem, non diabolum esse, post eum pergere coepit, cumque ad fenestram magnam quae in medio palatii est pervenissent, antiquus hostis senem in eandem fenestram imponens, eumque

a) *an* diversorum?

8) Petrus. 9) Cf. supra p. 726.

exinde praecipitans, interfecit. Fratres vero eum per totam noctem inquirentes non invenerunt. Igitur cum eum ubique quaererent, et non invenirent, monachus quidam ad eandem fenestram accedens, eumque mortuum aspiciens, fratribus ubi iaceret ostendit. Alio vero die idem abbas aeternae iustitiae reseratorem precibus pulsare fratres admonuit, ut qualiter vel quo ordine praedictus frater ex hoc mundo recessisset, pandere dignaretur. Tunc is qui defunctus fuerat, cuidam fratri per visionem apparens, quid circa se actum fuerat narravit; adiungens, quia postquam defunctus est, cum eum diabolus per viam carbonibus plenam duceret, et illum saepissime in eodem igne volutaret, pater illico Benedictus adveniens, eumque de potestate demonum auferens, suo coetui aggregavit. Tunc praedictus abbas una cum fratribus ob eiusdem animae liberationem Deo gratias referens, constituit ut quotquot fratres obirent, tot etiam pauperes usque ad tricesimum diem ad mandatum ospitum addi deberent: adiuncto insuper uno paupere pro anima Desiderii sui praedecessoris; et omni tempore cum a capitulo fratres surgunt, cantent pro defunctis psalmos quattuor, et quotquot fratres defuncti fuerint, tot etiam psalmi de canticis graduum super praefatos quattuor usque ad diem tricesimum addantur; insuper sexta feria per totum annum, mox ut missa defunctorum expleta fuerit, psalmos decantantes ad cimiterium pergant, ibique dantes orationem, postea de more capitulum solvant.

5. His porro diebus[10], dum supradictus papa Urbanus ad hunc locum venisset, con-
Mart. 20. suetudinario sibi lateris dolore gravissime tactus est. In vigiliis igitur patris Benedicti, dum eodem languore cruciaretur, et de praesentia corporis eius dubitaret, visibiliter ei sanctus apparens, dixit ad eum: *Cur de mei corporis praesentia dubitas?* Ad quem pontifex: *Tu quis es?* et sanctus: *Ego sum frater Benedictus. Quia autem tu me in hoc loco dubitasti quiescere, id ne amplius dubites, et me certissime in hoc Casinensi coenobio quiescere credas, hoc tibi signum erit. Cum primum ad nocturnalem synaxim pulsatum fuerit, statim sanus eris.* Et his dictis disparuit. Adveniente autem hora, pontifex sanus effectus Oderisium abbatem vocavit, dicens: *Quia usque nunc de corpore beati Benedicti dubitavi, fateor; sed quia in hac nocte me visibiliter sanavit, et suum suaeque sororis corpus hic certissime quiescere docuit, surgamus, et Deo laudes permaximas reddamus.* Et his dictis, quae sibi pater Benedictus reseraverat, per ordinem pandit. Quanta autem tunc laetitia, et quanta mentis exultatio de tanti pontificis sanitate omnibus fuerit, quia adhuc fere omnes qui videre supersunt, omitto referre.

1089. 6. Tunc temporis Gentilis[11] filius Balduini comitis, una cum Transmundo nepote
Mai. 1. suo, obtulere beato Benedicto monasterium sanctae Mariae in Luco, cum omnibus suis mobilibus et immobilibus, et ecclesiam sancti Nycolai in valle Sorana, sancti Stephani in Rivo vivo, sanctae Restitutae et sanctae Mariae in Morrei, et sanctae Mariae in Colle
Iul. longu, cum omnibus pertinentiis illarum. Propterea[a] et Morinus[12] Benafranus comes, obtulit beato Benedicto castrum Aquaefundatae, quod[13] videlicet antiquitus sicut praecepta imperatorum continent, intra huius monasterii fines situm esse dinoscitur, cum omnibus pertinentiis suis, pena apposita mille bizanteorum; pro quo videlicet castro idem abbas 115 libras ei contradidit.

14 7. Sequenti tempore[14] supradictus papa Urbanus iterum ad has partes deveniens, Iohannem Caietanum, loci huius a pueritia monachum, diaconum in Lateranensi patriar-
1093. chio ordinavit. Quo etiam tempore, dum apud Troiam Apuliae civitatem sinodum cele-
Mart. 11. braret, abbas noster Oderisius proclamationem fecit de cella sanctae Sophiae in Bene-
1090. vento[15], sed causis bellorum ingruentibus nil iustitiae habere exinde potuit. His porro diebus defuncto in Gaietana ecclesia Leone episcopo, Raynaldus huius coenobii monachus in eadem ecclesia episcopus ordinatur; similiter in Sardiniae insula Benedictus huius

a) Praeterea?

10) a. 1091. si genuina esset bulla Urbani II. qua haec refert, d. 1091. Apr. 1. Capuae. Novissime eam edidit Tosti Hist. Cas. II, 83. 11) de comitibus Marsorum. Edidit Gatt. Hist. p. 248. Cf. supra III, 17. 12) *Ugo qui et Morinus comes vocor.* Gatt. Acc. p. 201; v. supra II, 37. 13) *quod — dinoscitur* sunt ipsa Morini verba. 14) Hic tempora maxime turbata esse oportet. Omnes enim Urbani II. epistolae et praecepta inde ab Id. Oct. a. 1088. data sunt per manum Iohannis s. R. e. diaconi. De Raynaldo v. cap. sequens. 15) per Leonem, v. eius relationem ap. Gatt. Hist. p. 54. Is causam, cur nihil effecerit, non indicat.

monasterii monachus episcopus substituitur. Huius autem Benedicti miracula nosse qui cupit, librum qui *De miraculis* praenotatur, a nobis ante hoc fere septennium exaratum relegat[16]. Tunc temporis Richardus cui cognomen de Aquila inditum est, ad hoc 16
monasterium veniens, abbati nostro iureiurando firmavit quod castrum Suium non recognosceret ab ulla persona, nisi tantum ab hoc monasterio Casinensi, et ex praedicto castro serviret inde sancto Benedicto, secundum tenorem quem Goffridus[a] Monius Desiderio abbati fecerat[17]; ad mortem vero suam absque alicuius contradictione in huius 17
coenobii dicionem rediret.

8. Porro[18] cum a[19] dedicatione maioris ecclesiae annus iam quartus decimus, et ab incarnatione dominica 1090.
millesimus et nonagesimus volveretur, tribus iam annis et tribus ac sexaginta diebus a transitu reverendae ac semper Nov. 18.
honorifice memorandae memoriae papae Victoris III. elapsis, praesidente atque iubente supradicto patre Oderisio, dedicata est ecclesia sancti confessoris Christi Martini, quam praedictus venerabilis abbas Desiderius sicut supra retu- c. 34.
limus, in loco ipso ubi olim a beatissimo patre Benedicto constructa fuerat, circa portam scilicet monasterii, mirifice ac pulcerrime in 16 marmoreis columnis erexerat, quamque tam musivo quam et diversis picturarum coloribus optime decoraverat. Dedicata est autem 14. Kalendas Decembris, ipsa videlicet die octavarum eiusdem beati confessoris Martini, feria secunda, cum tribus altariis suis, ingenti frequentia ordinis diversi virorum et maxima universorum laetitia. Quorum primum atque praecipuum in honore ipsius beati Martini dedicavit vir venerabilis domnus Iohannes episcopus Tusculanensis. Illud autem quod ad dextram ipsius basilicae situm est, in honore sancti Herasmi martyris consecravit domnus Raynaldus episcopus Gaietanus, qui ipso anno ex hoc nostro monasterio sicut supra retulimus, eidem eccle- c. 7
siae fuerat datus episcopus. Tertium vero, quod a parte sinistra statutum est, in honore gloriosi confessoris Christi Ambrosii benedixit domnus Honestus, reverendissimus episcopus Berulanus. In altare vero sancti Martini hae reliquiae reconditae sunt: Matthei apostoli et euangelistae, Marci euangelistae, Martini episcopi, Cornelii et Cypriani, Cirini et Maximi, Stephani papae et martyris, Sebastiani, Focae episcopi et martyris, Quadraginta martyrum, et brachium sanctorum Faustini et Iovitae. In altare sancti Herasmi habentur reliquiae eius, Casti, Secundini et Yppoliti martyrum. In altare sancti Ambrosii sunt reliquiae eius, Augustini episcopi, Pancratii martyris, et vocabulum sancti Ieronymi presbyteri. Fuerunt autem cum eis in hac dedicatione episcopi etiam alii tres, idest Lambertus Alatrinensis, Roffridus Soranus, necnon et Leo episcopus Benafranus. Quod autem tandiu post patris Desiderii transitum consecratio basilicae huius dilata est, hoc fuit in causa, quoniam et picturae partem aliquam et pavimenti non modicam ad complendum, morte praeventus idem abbas reliquerat. Bis enim illam construxit: primo namque postquam columpnas et epistilia locavit, Desiderio Capuam adeunte, ecclesia ipsa funditus corruit; quod ubi agnovit, in haec verba prorupit: *Sacerdos Dei Martine, pastor egregie, ora pro nobis Deum.* Moxque vir strenuissimus ad hunc locum remeans, ecclesiam sicut hodie cernitur, a novo construere fundamine coepit; sed ut diximus morte praeventus hanc explere nequivit; quam successor illius studiosissime complere, et addere quaequae necessaria videbantur curavit, et sic eam dedicari, quatinus praemissum est, honorificentissime fecit. Quo tempore Sikelgaita ducissa, coniux bonae memoriae ducis Robberti cuius supra meminimus, vita decedens[20], propter summam spem quam in patre Benedicto habebat, ad hoc se monasterium duci fecit, et in paradiso huius ecclesiae ante basilicam beati Petri apostoli tumulari rogavit.

9. Eodem praeterea tempore quidam miles Richardus nomine, in castro degens 1091.
quod Spinium nuncupatur, orreis alimenta negantibus ad eundem abbatem quantocius properavit, ac preces pro pretio offerens, aliquantulum tritici quo suam consolaretur inopiam, magnopere postulavit. At ipse postulantis necessitati compatiens, bis quinque tritici modios se ei indubitanter daturum, alacriter spopondit; et dictis fidem facturus ut certiorem illum redderet, praedixit quando vel unde esset accepturus. Ille vero substantia pauper, sed mente pauperior, vice contraria persecutionem pro benignitate, pro misericordia impietatem beato patri Benedicto rependere deliberavit, maiora potius eligens cum execratione possidere, quam paucis contentus cum benedictione manere. Nam diabolo suggerente unius consolationi, alterius compassioni graviter invidente, quid apud abbatem invenerat, idem Richardus Raynaldo Ridello suo domino, in oppido quod Traiectum dicitur, tunc manenti festinavit referre: non tamen ut charitatis exemplo informaretur, sed quod sub recipiendi occasione tritici, castrum quod Fractae vocatur, in quo erat repositum, locus sibi tradendi congruus haberetur. Tunc ille aurem accommodans consilio traditoris, eundem Richardum sacramento securum reddidit, quod dimidiam partem su-

a) Gaffridus c.

16) narrantur etiam a Petro in libro De ortu et obitu Iust. Casin. c. 45. 17) v. supra III, 52. 18) Haec desumpta sunt e Leonis relatione de consecratione eccl. Casin. cod. 47; v. supra pag. 726. 19) *ab hac dedicatione* Leo, sc. basilicarum b. Petri et b. Michaelis. 20) Apr. 16. Necrol. Cas.

1091. Ian. 18. pradicti castri sibi esset daturus. Adveniente ergo festivitate sanctae Priscae, dux nefandi
sceleris sub amici specie praedictum castrum ingressus est. Quem nonnulli iuvenes bini
ac bini demissis vultibus sequentes, ab inabitantibus castrum communi hospitio recipiun-
tur; recepti autem, non virtutis merito sed fraudis magisterio, de hospitalitate ad domi-
nationem subito transeunt. Quod ubi Oderisio abbati nuntiatum est, eundem Raynaldum
rogando mandavit, ut accepto centum solidorum pretio castrum monasterio redderet.
Hoc dum ille etiam audire contempneret, per integram ebdomadam ab eodem abbate
commonitus, iustitiam huic loco facere contempnens, ante patris Benedicti corpus excom-
municatus est. Quarta autem die Adenulfus Aquinensis comes ab eodem abbate illuc
cum exercitu directus, ab oppidanis in castro receptus, arcem obpugnare modis omnibus
21 coepit. Mira[21] dicturus sum, verissima tamen. Nam, cum hi qui in arce erant, super
obsidentes viritim lapides et iacula mitterent, nullus quispiam in aliquo laesus est; sic-
Ian. 30. que auxilio Dei et meritis beati patris Benedicti intervenientibus, eandem vi arcem cepe-
runt, captis omnibus eiusdem Raynaldi fidelibus qui ibidem reperti sunt, cum universis
eorum. Nam ut ista beati Benedicti auxilio ac voluntate gesta credantur, in exercitu
deambulans quidam monachus apparuit, cum nullus monachorum tunc se illi pugnae
miscuerit. Septimo vero die, dum praephatus abbas cum papa Urbano Capuae esset,
astantibus multis clericis atque nobilibus Capuanis praedictus Raynaldus cum omnibus
qui secum erant veniens discalciatis pedibus, publice satisfecit, sicque ab excommunica-
1094. Ian. 30. tione solutus est. Eo[22] etiam die quo supradictum castrum recepimus, anno dominicae incarnationis mille-
simo nonagesimo quarto[a], indictione secunda, mensis Ianuarii die tricesima, dedicata est ecclesia sancti Andreae apostoli,
c. 3 quam idem abbas a fundamentis sicut supra retulimus aedificaverat, a domno Raynaldo Gaietano episcopo et huius
coenobii monacho; in qua videlicet sunt reconditae sanctorum reliquiae quae subter ascriptae
sunt: De catena sancti Petri apostoli, Andreae apostoli, Iacobi apostoli, Philippi apostoli,
Matthei apostoli, Matthiae apostoli, sanctorum Innocentium, Stephani protomartyris, Ur-
bani papae, Felicis papae, Gregorii papae, Marcelliani et Marci, Cyriaci diaconi, Cosmae
et Damiani, Viti martyris, Savini Canosini episcopi, Antonii Constantinopolitani, et san-
ctae Lucinae. Tunc temporis Oderisius filius Oderisii Sangrorum comitis, ad mortem
veniens optulit beato Benedicto duo sui iuris castella, Fracturam scilicet et collem An-
geli, et quicquid sibi a paterno vel materno iure pertinere videbatur in toto comitatu
Sangretano.

1090. **10.** Per idem tempus Iordanus princeps cuius supra meminimus, cum universam
fere Campaniam a iure sedis apostolicae subductam in deditionem accepisset, apud Piper-
Nov. 20. num[23] vita decedit; corpusque eius ad hoc monasterium delatum, et iuxta ecclesiam beati
Petri apostoli reconditum est. Capuani autem ubi mortem principis agnovere, contra
Richardum supradicti Iordani principis filium, eiusque matrem conspirantes, Capuanae
1091. civitatis munitiones capiunt, Normannosque omnes urbe depellunt. Richardus autem
1098. Mai. Aversam una cum matre secedens, ducem Roggerium in suum auxilium evocat[24]; qui
aestivo adveniens tempore, cuncta Capuanae civitati adiacentia flamma ferroque con-
sumpsit, et tandiu eos expugnavit, usquequo Capuani necessitate coacti praedicto Ri-
Iun. chardo munitiones redderent, eumque recipientes, sibi in principem consecrarent.
1090. Aug. Idem praeterea Roggerius dux eo tempore fecit praeceptum beato Benedicto, de omnibus
quae Robbertus dux pater eius, una cum uxore sua loco isti concesserant; et[25] de mona-
sterio sanctae Anastasiae cum pertinentiis suis in territorio Follocastri. Insuper et decem
homines in eodem castro, quorum nomina haec sunt: Petrus Macri cum familia sua,
Niciforus cum familia sua, Theodolus Dimini cum familia sua, Andreas Sceloxelli cum
familia sua, Theodolus cum familia sua, Marinus, Leo Dorcari[b], Condomiti Calazuri,
Perechita, Leo Fargadari. Hos omnes cum familiis et rebus suis in hoc sancto coenobio
per praeceptum aurea bulla bullatum concessit; nec non et monasterium sancti Nycolai
27 in Bisiniano[26], sancti Angeli in Troia, sancti Nycandri, Castellionem[27], fundicum in
Amalfi: pena apposita id removere quaerentibus auri purissimi libras quingentas. Sed

a) tertio *cod.* b) *ita orig. et reg.* Eodercari *c.*

21) fabulae quas ad verbum repetiit e Leonis libro II, 71. 72. 22) e relatione cod. 47. 23) olim Privernum. 24) v. Anon. Casin. a. 1098. Gaufr. Malat. IV, 26—28. 25) *scilicet* in dipl. ap. Gatt. Acc. 205. 26) *in territ. Bisiniani;* supra III, 58. 27) *in eodem territ. Troiano.*

et Boamundus[28] frater eius eo anno similiter per praeceptum aureo sigillo bullatum confirmavit 1090. Aug. 19 omnia quae pater eius in hoc loco tradiderat, cum monasterio sancti Petri Imperialis in Tarento cum omnibus omnino pertinentiis suis, et decimam suam de frumento, vino, ordeo, animalium, piscium, quas tunc habebat vel deinceps habiturus erat.

11. Anno[29] autem dominicae incarnationis 1095, indictione 3, pridie Nonas Aprilis, 1095 Apr 4 quarta feria post octavas paschae, a quarta ferme vigilia noctis usque in crepusculum, stellae innumerabiles de coelo versus occidentalem plagam ubique terrarum cadere visae sunt[30]. Eodem tempore innumerabilis et inaestimabilis multitudinis occidentalium gentium facta est motio, omnibus certe retroactis saeculis inaudita et admirabilis, cum profecto tot simul gentes, tot principes, tam subito, tam unanimiter, tamque constanter, absque hominis ullius imperio conspiravisse, nemo qui legerit, nemo qui vel audierit aliquando, vel viderit alicubi, valeat reperiri. Unde non sine coelesti nutu ac dispositione divina id geri, vel etiam incipi potuisse, nemo qui possit ambigere. De quorum omnium magnis et multiplicibus gestis summa duntaxat et excellentia quaeque breviter et compendiose opusculo isti decrevi inserere; quoniam quidem nec mei propositi est per ordinem universa litteris tradere, et certe tot sunt et talia, quae prudentis cuiuslibet non parva exigant otia, et prolixi ac specialis voluminis opera. Fertur autem commotionem hanc apud Gallias occasione quorundam penitentium principium accepisse. Qui videlicet propterea quod de innumeris sceleribus digne apud suos penitere nequibant, et quod sine armis utpote saeculares, inter notos conversari vehementer erubescebant, auctoritate atque consilio sanctae memoriae papae Urbani, prudentis plane et vere apostolici Nov. viri, qui tunc temporis pro negotiis ecclesiae partes illas adierat, ultramarinum iter ad sepulcrum Domini à Saracenis eripiendum, in penitentiam et remissionem peccatorum suorum illis iniunctum, fide promptissima se arripere spoponderunt; certi et indubii redditi quod quicquid adversi, quicquid periculi, quicquid denique incommodi illis contingeret, loco penitentiae a Domino recipiendum: ut tamen se a praeteritis nequitiis continerent. Paulatim[31] igitur ab uno ad alterum, et a provinciis ad provincias verbo huius- 31 modi volitante, incredibile est ad quantam multitudinem brevi tempore conspiratio ipsa pervenerit. Ad inditium autem evidens ac speciale huius expeditionis, communi consilio in vestibus suis a dextera scapula[a] signum sanctae crucis undecumque fecere assuere, et simul altis vocibus *Deus lovolt*, *Deus lovolt*, *Deus lovolt* per totum iter decrevere frequentius inclamare[32]. Et re vera divinae iam voluntatis erat, et hoc ipsum clementis- 32 sima simul et omnipotentissima iam illa sua miseratione disposuerat, ut et christianos illarum partium ex tanto iam tempore sub iugo et ludibriis Saracenorum degentes a dominio illorum erueret, et sancta illa loca salutiferae nativitati, passioni, ac sepulturae eius dicata, quae ab impiis per tot annorum curricula propter iniquitates nostras et patrum nostrorum occulto suo iudicio invadi ac profanari permiserat, ipsamque sanctam civitatem Ierusalem a nostris recuperari sua pietate concederet, atque ad ea visitanda et adoranda universos per orbem fideles sine periculo aliquo properantes, misericorditer exaudiret. Factis[33] igitur tribus turmis ex omni illa quae ad id iam consenserat multitudine, una pars eorum cum duce Gotfrido et eius fratre Balduino, et cum comite Balduino de Monte, simul et cum quodam Petro heremita, quem 1096. Aug. sequebatur ingens turba Alemannorum, Ungariam ingressi, per viam quam olim rex Carolus statuerat, abiere Constantinopolim; ubi iam illos Lombardorum ac Langobardorum maxima multitudo praevenerat. Pars[34] vero alia cum Raimundo comite Sancti Egidii et cum episcopo Podiensi[35] per Sclavoniam perrexit. Tertia autem pars per antiquam stratam Romam venit, cum Robberto scilicet comite Flandrensi, et Roberto comite Normanniae, et Hugone qui vocatus est Magnus, et Guilielmo Marchisii[36] filio, cum aliis pluribus: qui[37] videlicet omnes per nostrum Casi- 37 nense monasterium transeuntes, et Benedicto patri ac fratribus se plurimum commendantes, Barium profecti sunt. Interea Boamundus filius bonae memoriae ducis Roberti cognomento Viscardi, qui primo cum patre, dehinc per se multa cum Constantinopolitano

a) scapulas *c.*

28) *Marcus qui et Abboamonte* ap. Gatt. Acc. p. 205. 29) De cod. Casin. unde haec Petrus hausit, edito in Mabill. Mus. Ital. I[b]. p. 131. v. Sybel, Gesch. d. ersten Kreuzzuges. Düsseld. 1841. 8. p. 39. Sed initio aliunde hausta non pauca admiscuit. 30) meminit eius prodigii Hist. belli sacri p. 138. et Anon. Casin. cuius verba noster retinuit. Sed neuter diem indicavit. 31) cf. l. l. p. 139. 32) p. 140. 33) Abhinc auctorem suum pressius sequitur, quem tamen et in compendium redegit, nec verba ubique retinuit. Quae licentius mutavit, typorum diversitate distinximus. 34) l. l. p. 142. 35) Ademario. 36) *Marchisi* l. l. 37) *qui* – *sunt* addidit noster.

1096. imperatore eiusque exercitibus praelia iam dudum prospere gesserat, cum esset in expeditione una cum patruo suo comite Roggerio in partes Campaniae[38], et haec omnia per ordinem ad aures pervenissent ipsius, mox ad eiusmodi servitium subeundum coelitus animatus, pannum sericum sibi protinus afferri praecipiens, totum in frusta divisit, et tam sibi quam et omnibus suis et pluribus aliis ob id negotium ad se confluentibus, sicut alios fecisse audierat, cruces inde in vestibus fecit, et simul omnes *Deus lovolt* inclamare magnis vocibus iussit. Qua fama exciti omnes Rogerii milites, tam multi ad huiuscemodi confoederationem subito confluxerunt, ut paucis sibi relictis praedictus comes moestus ad Siciliam remeaverit. Mox Boamundus ad sua regressus, ad praefatum iter aggrediendum se praeparavit. Perrexerunt autem cum eo capitanei hi: Tancredus Marchisii[39] filius, Robbertus filius Girardi, Richardus
40 de Principatu, et Rainulfus frater eius, Robbertus[40] de Ansa, Hermannus[40] de Cannis, Robbertus de Surda valle, Robbertus filius Trosteni, Unfridus filius Rao, Richardus filius comitis Rainulfi, Goffridus comes de Ruscilione, et episcopus, et Girardus frater eius, episcopus de Ariano, Boellus Carnotensis, Alberedus de Caniano, et Ioffridus de Monte scaioso[41],
Nov. 1. et plures alii quorum ad praesens non reminiscimur. Cum vero transfretassent, venerunt ad Velonam[42], ibique sociati sunt eis Flandrensis comes, et comes de Normannia, et alii plures qui cum illis transierant. Inde progressi venerunt
Dec.25. in parte Vulgariae, dehinc in vallem Andronopolis[43], inde Castoriam[44], inde Paflagoniam[45], demum ad flumen Bardarum[46].
1097. Feb. Cumque audisset imperator venire Boamundum, misit choropalasium[47] quendam, qui illum cum omnibus suis secure et hono-
Mar 31. rifice conduceret usque Constantinopolim; venientes autem ad Russam civitatem[48], Boamundus relicto ibi universo exercitu, cum paucis abiit Constantinopolim cum imperatore locuturus, ibique invenit ducem Gotfridum cum fratre eius. Comes[49] interea S. Egidii cum Podiensi episcopo, post multa pericula vix de Sclavorum terra egressus, venit Dirrarchium, indeque progressus post dies aliquot introivit Constantinopolim. Hucusque tamen omnes hi quos praediximus, et maxime primi, non ita facile, verum cum magna difficultate multisque angustiis et periculis pervenisse credendi sunt: quae videlicet tam a Turcis et Pizinacis aliisque barbaris, quam etiam et ab ipsius imperatoris exercitibus per diversa loca perpessi sunt; pluresque ex eis alii fame, alii gladio, quidam vero diversis infirmitatum mortiumque generibus periere: multotiens tamen ex praedictis barbaris victoriam Christus suis peregrinis concessit. Coepit praeterea providus et callidus imperator cum duce et comite atque Boamundo caeterisque eorum sociis agere, quod si vellent ei ex sacramento securitatem et fidelitatem facere, ipse quoque omnibus illis fidem nichilominus et securitatem daret, iuraret etiam quod simul cum eis et ipse cum exercitu suo in viam sancti sepulcri per terram et per mare pergeret, et mercatum illis concederet, et quaeque perdita liberaliter restauraret; insuper et Boamundo quindecim dierum terram in longitudine, octo autem in latitudine, ex ista parte An-
50 tiochiae[50] daret. Sed dum hoc facere diu ex consilio detrectarent, ita tandem multa et inevitabili necessitate coacti iurare assensi sunt, ut si imperator iuramentum quod se facere pollicebatur illis fideliter observaret, isti quoque suum nullatenus praeterirent. Quo facto, mox omnis supradictorum exercitus transmeato brachio profecti sunt civitatem Nicomiam[51]. Videns itaque dux Gotfridus, quod tanto exercitui arta nimium esset via, per quam transire ad Nyceam debebant, utpote per valde ardua et excelsa montana, praemisit tria milia hominum cum securibus et aliis ferramentis, qui eandem viam viriliter inciderent et spatiarent, crucesque ferreas ac ligneas fieri, ac[a] supra stipites pro signo viae
Mai. 6. iussit affigi. Ventum tandem est ad Niceam, quae videlicet civitas nobilissima et valde munita totius Romaniae caput esse dinoscitur; ibique castra metati sunt, sexto die incipiente mense Maio[52], obsederuntque illam per continuas
Mai.14. hebdomadas septem[53]. Ipso[54] autem primo biduo tam acriter nostri civitatem ipsam aggressi sunt, ut quandam muri
Mai.15. Mai 16 partem perfoderent. Tertia vero die, cum Soliman[55] rex Unnorum quos nunc Turcos vocamus, cum ducentis milibus equitibus[56] a meridiana porta, quae nondum custodiebatur, ad auxiliandum sociis vellet intrare, repente irruit super eos comes Sancti Egidii, et tanta eos virtute contrivit, ut vix paucis evadentibus caeteros obtruncaret; itemque alios cum tanta superbia accedentes, ut etiam funes secum quibus nostri vincirentur afferrent, Dei auxilio devicerunt, eorumque capita ad reliquorum terrorem cum fundis et aliis instrumentis intra civitatis muros iecerunt. Tunc ad omnem penitus civitatis aditum disturbandum, fecerunt in circuitu eius unusquisque de praedictis magnatibus unum castellum ligneum, et coepere cum diversis machinis civitatis turres confringere. Post haec consilio habito, elegerunt de suis tres
57 prudentissimos viros, et miserunt Babiloniam[57] ad ammirarium cum litteris huiuscemodi: videlicet, ut sciret quod universi Francorum principes Ierosolimam unanimiter pergerent, et iter ad sepulchrum Domini aperire disponerent, deque prophanorum paganorum dominio christianorum terram eripere, eosque inde turpiter eicere cum Christi auxilio vellent; videret nunc quid sibi agendum esset, et eligeret utrum vellet, aut fide Christi recepta illorum de caetero amicum manere, aut amicitia paganorum praelata obviam illis in bellum exire. Erat igitur iusta civitatem lacus quantitatis non modicae, per quem Turci cum navibus exeuntes nonnulla civibus subdita deferebant. Accepto itaque consilio, miserunt ad imperatorem, orantes ut mandaret illis aliquot naves usque ad portum civitatis, ac deinde faceret eas cum bobus deferre per montana usque ad praedictum lacum; factumque est. Cumque naves applicuissent, nocte miserunt eas in lacum plenas armatis Turcopolis, quos cum eisdem navibus imperator transmiserat; et facto mane, coeperunt properare contra civitatem. Quod Turci videntes, coepere valde mirari, ignorantes utrum de suis essent, an de imperatore; cum autem cognovissent, naves illas imperatorem mandasse, eumque nostris favere, de suis vero neminem illis posse succurrere, confusi atque perterriti, et penitus desperantes miserunt imperatori, quod si eis cum uxoribus et filiis et armis suis

a) ac — affigi *l. l. desunt, sed in Gestis Dei leguntur: quae casu in Mabilionis ed. excidisse arbitror.*

38) *in obsessione Amalfi* l. l. p. 144. cum Ann. Cav. et Gaufredo IV, 24. Totum hunc locum liberius tractavit. 39) *Marchusi* ib. Matrem Emmam alii sororem alii filiam Roberti Viscardi fuisse volunt. 40) desunt ibi; sed postea commemorantur. 41) i. e. caveoso, *Montescaglioso* in Basilicata. 42) Latinis Aulon, Italis *La Vallona*. Urbs maritima portuosa, in ora occidentali Macedoniae. ANG. 43) Hadrianopolis, postea Drinopoli. 44) Macedoniae urbs olim episcopalis. 45) *Palagoniam* l. l. p. 145. olim Pelagonia. 46) prius Axium. 47) i. e. curopalatem. 48) Rhusion, ad Nestum fluv. 49) Hist. p. 147. 50) *ab Antiochia retro* l. l. p. 149. 51) i. e. Nicomediam. 52) *d. ascensionis* l. l. 53) p. 153. 54) p. 150. 55) l. l. p. 156. *Solimani veteris filius.* 56) Numerum Hist. belli sacri non habet. 57) Cairo.

exire impune liceret, ipsi sponte civitatem protinus redderent. Tunc imperator mandavit illis, ut reddita civitate ad se 1097 sine aliqua trepidatione fiducialiter properarent. Quoniam autem imperator iam dudum promiserat, se omne aurum et argentum et equos, omnemque supellectilem civitatis nostris contradere, sed et monasterium ibi Latinum, ac xenodochium constituere: sperantes in verbis eius veritatem esse, deditionem ipsam et laudavere et misere[58]. Sed imperator Iun. 20. civitate recepta laetissimus redditus, nichil eorum quae fuerat pollicitus fecit. Post haec moventes inde tentoria, cum iam tertia die ante lucem iter arripuissent, noctis errore confusi in duos seorsum cuneos per duos ferme dies divisi sunt. Interea ingens multitudo Turcorum atque Persarum Arabumque quoadunata, versus cuneum in quo Boamundus erat, summo diluculo tendere coepit, immensis vocibus more suo garrientes, stridentes, atque frendentes. Quod Boamundus Iul. 1. magnanimis vir prospiciens, coepit hortari socios, dicens: *O fortissimi Christi milites, nolite terreri, scientes quod Dominus cuius bella bellamus nobiscum est. Equites igitur abeant contra illos; pedites vero festinanter extendant tentoria. Quod vult Deus de nobis, hoc faciat.* Erant tunc cum illo comes de Normannia et Tancredus; misit interea nuntios ad caeteros principes, ut quantocius festinarent accurrere illis: cinxerant enim illos undique Turcae et Arabes, quorum non esset numerus, et nequaquam tanti praelii pondus ferre soli valerent. Quod illi audientes, quamvis id minime crederent, et haec sub ludo mandata esse putarent, profecti tamen protinus sunt; et cernentes tantam hostium multitudinem, valde mirati sunt. Tunc accepta a Deo fiducia ordinaverunt acies, steteruntque in sinistro cornu Boamundus, et comes de Normannia, et Tancredus, et Richardus de Principatu; Robbertus filius Girardi eorum signifer. In cornu vero dextro, comes Sancti Egidii, dux Gotfridus, Hugo Magnus, et comes Flandrensis; episcopus autem Podiensis per montana cingebat eos. Statimque ut a nostris omnibus pariter inclamatum ex more est *Deus lovolt*, tanto mox terrore barbari omnes arrepti sunt, ut quantocius fugam inirent; quos nostri instantissime persequentes, multitudinem ex eis maximam occiderunt, per diverticula quaeque vix caeteris evadentibus. Fertur relatione fidelium, et ipsorum quoque Turcorum qui evaserant testimonio comprobatur, quod tres egregii milites super albos equos sedentes, et alba nichilominus vexilla crucibus insignita gerentes, exercitum nostrorum praecedere, et adversarios quosque insequi ac perimere videbantur: Georgium scilicet, et Demitrium, atque Theodorum insignes Christi milites fuisse conicientes. Nec mirum plane istud, nec incredibile debet videri: quomodo enim persequeretur unus mille, et duo transmoverent dena milia, nisi quia Dominus subdidit eos, et Deus tradidit illos? Nam itinere trium dierum postea inveniebant nostri Turcos occisos et equos illorum, cum nondum aliquis illuc de nostris transisset. Fertur autem ad illam expeditionem Turcorum atque Persarum quadringenta sexaginta[59] milia convenisse, praeter Arabes quorum numerus ignoratur. Praeda omnis in auro et ar- 59 gento, vestibus atque animalibus, satis magna, inter omnes divisa. Duravit autem pugna haec ab hora ferme tertia usque in vesperam, acta ipsa die Kalendarum Iuliarum, cecideruntque in eo praelio de nostris duo nobiles ac felicissimi milites, cum maximo certe dolore cunctorum, Ioffredus scilicet de Montescaioso, et Guilielmus frater Tancridi, et quingenti sexaginta sex equites, et undecim milia pedites; Saracenorum vero plus quam centum milia[60]. Accidit post haec, ut Solima dux Niceae ab inde fugiens, obvius fieret exercitui Arabum circiter decem milium, venienti in auxilium suorum; qui percunctatus ab eis, curnam sic fugeret, respondit: *Si michi credere vobisque consulere vultis, vertite cursum; alioquin si vel parum teritis moras, nemo vestrum evadet manus Francorum: Deus enim eorum pro certo cum illis est. Nam cum nudiustertius ita eos undique cinctos et superatos iam fere in manibus haberemus, respicientes subito vidimus tam innumeram gentem, quantam nemo unquam hominum vidit. Siquidem tam montana quam plana omnia repleta erant armatis, moxque vociferantibus cunctis, tanta nos repente formido, tantus tremor arripuit, ut nichil aliud quam fugam meditari possemus. Mirum valde, si quisquam de tanta illa multitudine nostra vivus evasit.* His Arabes et huiusmodi verbis auditis, protinus terga verterunt; et dum fugerent ante nostros, ubicumque applicabant gloriabantur, dicentes: *Nos sumus qui superavimus Francos;* et devastabant ecclesias et domos et villas et filios christianorum ducebant captivos, et incendebant omnia quae nostris fore necessaria viderentur. Nostrorum itaque exercitus dum illos indesinenter insequeretur, per inaquosa et deserta loca, maximam equorum multitudinem amisit; ipsi quoque per dies aliquot nil nisi solas agrorum spicas reperiebant ad comedendum. Tandem per Iconium devenerunt Heracleam[61]; ibi quoque cum non parva Turcorum manu congressi, superatos fugere compulere. Hinc Tancredus et Balduinus frater ducis Gotfridi se ab exercitu dividentes, ingressi sunt vallem de Botentrot[62]. Inde Tancredus cum suis tantum progres- 62 sus venit Tharsum, ibique cum Turcis qui illi haud procul a civitate occurrerant confligens, intra eandem illos se tutari coegit; moxque ante ipsius urbis portas tentoria fixit. Balduinus etiam superveniens, similiter fecit, quod Turci videntes, exterriti omnes nocte illa fugere. Facto mane, exeuntes civitatis maiores Tancredo illam spontanee tradidere, quem videlicet tam strenue viderant cum Turcis pridie dimicasse. Quam Tancredus Balduino relinquens, et in anteriora contendens, Adenam et Mamistam similiter adquisivit, nec non et universa castella usque Antiochiam. Caeteri vero ab Heraclea digressi, Armeniam ingressi sunt, castella seu civitates ipsius partim vi partim deditione recipientes, et versus Antiochiam quantocius properantes. Cum autem prope iam essent praecursores exercitus nostri, non parvam Turcorum manum, qui Antiochiae ad suffragia ferenda veniebant, offendunt; quos in Christi nomine unanimiter aggressos, plures eorum interfecere, caeteros vero in fugam verterunt, praedamque maximam equorum, mulorum, et camelorum, quos diversis victualibus oneratos duxerant, acceperunt; atque iuxta ripam fluminis Farfar eo die castra metati sunt. Oct. 20.

12. His diebus Richardus de Aquila cuius supra meminimus, obtulit beato Benedi- c. 7. 1091. Apr. cto ecclesiam sancti Heliae in Ambrife, sancti Mauricii in monte supra castellum sancti Iohannis de Carica, sanctae Mariae ad fontem de monte Cervario, et sancti Iohannis de Fabrateria loco Campusani, cum terris, vineis, casis, molendinis, et omnibus tam mobilibus quam immobilibus illorum[63]. Quo tempore idem abbas dedit ei libras 25. Similiter 1091. Sept. Pandulfus de Presenzano[a, 64] obtulit beato Benedicto partem suam de castro Mirtula[65], et Bantra comitale, et sancti Salvatoris in Cucuruczo, cum universis pertinentiis illorum mille libras auri pena apposita; pro qua etiam re abbas Oderisius 96 libras ei contra-

a) Presensano *c.*

58) i. e. admiserunt. 59) *tricenti quadraginta m.* l. l. p. 154. 60) numeros addidit. 61) Ercle. 62) Podandus, ubi aditus in Ciliciam est. 63) v. I. B. Federici degli antichi duchi di Gaeta. Neap. 1791. 4. p. 440. 64) *comes, filius d. Pandulfi qui fuit comes Tiano,* ap. Gatt. Acc. p. 206. 65) alias Mortula ANG.

1092. Mart. didit. Rodulfus[65] etiam de Molisio Bovianensis comes cartam fecit huic loco de monasterio sanctae Crucis in Ysernia, necnon de castello qui vocatur Balneus, cum casis, terris, vineis, aquis, molendinis, silvis, ecclesiis, et universis pertinentiis suis, tam intus quam foris, apposita pena 150 librarum auri; accipiens ab eodem abbate libras 100. Petrus quoque filius Atenulfi, cum Iohanne cognomento Revere fratre suo, idem fecit 1093. Mart. de Sancto Iohanne in Campo Samni cum pertinentiis suis, territorio Cyperano. Id ipsum fecit et Raynaldus comes Pontiscurvi[66] de monasterio sancti Pauli in Furesta cum perti- 1093. Dec. 10. nentiis suis. Sed et Lando dux olim Cagetanorum eodem tempore[67] fecit et ipse cartam beato Benedicto, de omnibus quae sibi a paterno, vel materno iure pertinebant in toto ducatu Cagetano, ac Principatu, de civitatibus, castellis, villis, ecclesiis, silvis, omnia et in omnibus, pena centum librarum auri apposita.

68 13. His porro diebus Cidrus vicecomes Richardi principis[68] ad hunc locum veniens, sanctaeque conversationis habitum accipiens, monachus factus est. Opportunum vero videtur tam ad praesentium quam ad posterorum notitiam scribere, quid iste diversis temporibus huic loco obtulit. Prima igitur vice dedit domno Desiderio abbati, quando coepit renovare ecclesiam sancti Benedicti, solidos Amalfitanos 800. Item alia vice dedit ei solidos 400. Post haec dedit ei 6 libras denariorum. Item dedit ei solidos 300, de quibus emit circitorium optimum ad altare sancti Benedicti. Item alia vice dedit ei 100 libras argenti. Item alia vice pro tabula altaris beati Martini libras 24, pro renovandis libris ipsius solidos 45. Post patris autem Desiderii transitum, obtulit beato Benedicto crucem auream pretiosam cum gemmis et margaritis, et scrinium aureum mirificum, et calamarium aureum margaritis et gemmis pretiosissimis undique adornatum, vestem etiam imperialem totam deauratam, gemmis, smaltis ac margaritis decenter ornatam. Pallium purpureum, et listam auream pro pluviale. Item pro corona argentea libras 40, pro constructione cimiterii libras 20, item libras argenteas 50. Pro tabula altaris sancti Andreae libras 20, nec non et plura alia in utilitatibus fratrum in diversis tem- 1093. Mai. poribus. Arnulfus[69] interea vir nobilis cum omnibus parentibus suis, eo tempore fecerunt huic sancto loco cartam oblationis de rocca quae vocatur Civitella in ducatu Spoletino, nec non et de monasterio sancti Salvatoris ibidem constructo, et ecclesiam sancti Petri de Montescopulo, ac medietatem de ecclesia sanctae Mariae, et de ecclesia sancti Agnelli in Cese, et curtem in Petraccle, et in Alanu, in Paganica, et in Porcaria in comitatu Narniensi, cum omnibus pertinentiis illarum tam mobilibus quam immobilibus, quingentarum librarum argenti pena apposita.

14. Eodem quoque tempore, cum Aquinenses comites ferali adversus Soranos odio desaevirent, ab eisdem Soranis contra eos Ionathas filius Iordani principis est evocatus; qui desiderium acquirendae Campaniae per hoc se invenisse laetatus, Normannos ad se evocans, urbem Soranam ingressus est. Ubi cum per aliquot annos remoratus pugnas ibi nonnullas fecisset et recepisset, ab eodem Ionatha Adenulfus comes captus, atque in carceris est vincula coniectus. Tunc capti comitis fratres Landulfus, Pandulfus et Lando, Oderisium abbatem adeunt, utque sibi in tantis necessitatibus subveniret, modis omnibus poscunt. Abbas vero Oderisius sociatis sibi aliquot fratribus, Ionathan apud Soram remorantem adiit, ibique cum eo colloquens, praedictum comitem a vinculis solvit: sub hoc videlicet tenore, ut quousque mille libras Ionathae persolveret, filios suos obsides illi contraderet; quod et factum est. Post haec autem idem comes ad monasterium veniens, idem abbas dedit ei libras centum, et alias centum accommodavit, et comes Adenulfus dedit in civitate illius de Sancto Urbano omnes illos, quos beatae memoriae domnus 70 Desiderius abbas cum eo concambiaverat[70], cum omnibus eorum pertinentiis in integro, sicut octo diebus antea domnus Desiderius abbas commutationem tenuerat; tali tenore, ut a proxima paschali festivitate veniente usque ad aliam resurrectionem, vel antea si potuerit fieri, si comes Adenulfus reddiderit centum libras, sive de alia tali merce quae abbati vel monachis complacuerit, reddantur ex integro ipsi supradicti homines: si vero ad praedictum terminum easdem libras non reddiderit, per cartam legaliter scriptam

65) Gatt. Acc. p. 207. 66) f. Goffridi Ridelli; Gatt. Hist. p. 294. 67) Gatt. Acc. 207. e Reg. Petri; cf. Federici, Duchi di Gaeta p. 442. 68) Iordanus eum viceprincipem suum dilectum appellat, ap. Gatt. Acc. p. 187. 69) Arnulfus ipse iam defunctus erat. Cartam edidit Gatt. Acc. p. 208. Data est *regnante Henrico rege in anno regni sui* 38. 70) v. supra III, 16.

testibusque roboratam amittat omnes homines iam dictos, cum omnibus illorum pertinentiis, quae supradicti sub abbate Desiderio tenuerunt; ita tamen, ut usque ad praedictum terminum sic possideant et habeant ipsos homines, ut hodie habere videntur. Excipitur Mons de Alberto cum vineis et terris, si tamen ibi castrum aedificaverit. Excipitur et Miluczu cum rebus soceri sui, et presbyteri Landonis avunculi sui. Et refutavit terram huic monasterio pertinentem, quae est ad Petram scriptam, quam post mortem patris sui idem comes ab huius loci dicione subduxerat. Adveniente vero reddendi pretii termino, ab Oderisio abbate Adenulfus comes conventus, ut supradictas libras Casinensi coenobio redderet, se non habere professus est, unde has nobis restituere posset.

15. His quoque diebus Paldus comes, filius Iohannis Venafrani comitis, reddidit beato Benedicto ecclesiam sancti Benedicti in Venafro, et sancti Benedicti Pizzuli, cum omnibus pertinentiis suis, pena mille bizanteorum apposita; quas videlicet Desiderius abbas in concambium dederat Iohanni patri ipsius[71]. Sed et Teudus vir nobilis[72] obtulit 1094. Ian. 24. huic sancto coenobio ecclesiam sancti Petri subtus castrum Murolum, sancti Angeli et sancti Martini supra castrum eundem, nec non 8 familias hominum, quorum nomina haec sunt: Aspranus cum familia sua, Mampo cum familia sua, Iohannes de Silva de Muli cum familia sua, Benedictus de Merco cum familia sua, Iohannes de Adammo, et Leo de Raynerio[73] cum omnibus suis. Hos omnes cum universis substantiis suis in 73 hoc loco devotissimus obtulit, centum librarum auri pena proposita.

16. Sub[a] huius abbatis temporibus Balduinus, dominus castelli quod vocatur Pons sanctae Anastasiae in comitatu Telesino, optulit beato Benedicto ecclesiam[b] sancti Dionisii de praedicto castello sanctae Anastasiae — quam ipse valde parvulam repperiens ac vetustam, a fundamentis renovavit et ampliavit, eamque nonnullis possessionibus atque colonis dotans, et mansiones in circuitu construens, dompnum Roffridum Beneventanum archiepiscopum illam dedicare sollempniter fecit, commonitus a supradicto papa Urbano — cum terris, vineis superpositis et silvis, cum arboribus, cultis et incultis, et ecclesiis antiquis constructis intra easdem pertinentias numero quinque, videlicet ecclesia sanctae Dei genitricis et virginis Mariae, quae Ad Arvente vocatur, cum omnibus pertinentiis suis, ecclesia sancti Angeli quae dicitur Ad gruttam, cum omnibus pertinentiis suis, ecclesia sancti Barbati cum omnibus pertinentiis suis, ecclesia sancti Iuliani quae constructa est in territorio castelli Limate, quae dicitur Ad pugnam, cum omnibus pertinentiis suis; insuper et ecclesia sancti Herasmi intra fines ipsius castelli Pontis sanctae Anastasiae, in loco ubi dicitur Ferrarisi, cum molendinis sex in fluvio Alento, qui vadit iuxta praedictum castellum Pontis sanctae Anastasiae, et piscaria in fluvio Calore, in loco ubi dicitur Decembri, et vinea, et silva quae ad Cerra dompnica sita est. Robbertus etiam filius Rainulfi comitis[74] restituit huic sancto loco ecclesiam 1094. Dec. sanctae Mariae de Cinglis cum pertinentiis suis; nec multo post Nycolaus presbyter de Venafro iudicavit et tradidit huic coenobio ecclesiam sancti Nycolai in civitate Venafri, cum omnibus pertinentiis suis. Adelgrima[75] quoque comitissa filia Pandulfi principis 1096. Mart. Capuani, habitatrix in territorio Carseolano, in castello quod vocatur Auricula, relicta Raynaldi comitis filii Berardi comitis, iudicavit et tradidit quattuor castella in dicto territorio Carseolano anno dominicae incarnationis 1096; primum quidem castellum quod nominatur Auricula, secundum quod vocatur Fossaceca, tertium quod dicitur Camerata, quartum quod nominatur Piretus; nec non tria monasteria, videlicet monasterium sancti Iohannis cum ipso hospitali, sancti Iohannis de valle Calvula, et sancti Petri de Pireto; castella et monasteria supradicta cum omnibus omnino pertinentiis suis. Eodem[76] anno stella cometes apparuit, et urbs Antiochena a christianis capta est. Sequenti[77] vero tempore, Idibus 1097. Iulii christicolae civitatem Ierusalem coeperunt, et in coelo ignea via per totam noctem visa est quinto Kalendas 1099. Octobris.

a) *Hic alia manus eiusdem temporis pergit, initio capitis quod iam scriptum erat eraso.* b) *Sequentia usque ad finem c. 25. manus eadem in 4 folus postea insertis scripsit.*

71) III, 59. 72) *Teudo domnus castrorum Sculculae (in Campania) et Muroli quam et arcis Vitolini,* ap. Gatt. Acc. p. 209. e Reg. 73) Omisit Amatum de Dato et Ioannem Silbii, neque cetera nomina accurate expressit. 74) fratris Richardi I. principis; 1094. ind. 2. Gatt. Acc. 713. 75) Gatt. Acc. 212. 76) Anon. Casin. ad a. 1097. 77) idem ad a. 1098.

1098. Iun. 17. Alexius imperator Constantinopolitanus per Iohannem choropalasium suum trans-
78 misit beato Benedicto vestem de dorso suo oxideauratam[78]: quem profecto legatum praedictus abbas honorifice satis suscepit, eundemque imperatorem participem bonorum quae in Casino operantur, imperpetuum manere constituit; legatumque suum cum litteris ad eum direxit, per quas christianos qui ad expugnandam paganorum perfidiam Ierusolimam perrexerant, illi commendare curavit, ac praelationem et curam domus peregrinorum, quae in Casino est, ad remissionem omnium peccatorum ei gerendam iniunxit. Pari etiam modo litteras Goffrido regi Ierosolimitano, ac Boamundo principi Antiocheno, ne imperatorem debellarent, transmittere studuit. Alia[79] vice libras 8 solidorum michalatorum misit idem imperator, causa memoriae, et pallium triacontasimum[80] pro altari
1097. nostrae ecclesiae. Tunc temporis abbas noster Oderisius a praefato Urbano papa pri-
Mar. 27. vilegium generale[81] accepit de libertate huius coenobii, tam in capite quam in membris
82 ecclesiarum atque castrorum, et dignitate et usu compagorum[82] et cirothecae, dalmaticae ac mitrae, et multis aliis quae longum est enarrare.

18. Idem praeterea pontifex apostolicae sedis Urbanus pro negotiis ecclesiasticis ut
1096. supra diximus[83] Galliam ingressus, in plenario Turonensi ubi ipse praesidebat concilio
Mart. monasterium sancti Mauri in Glannafolio[84] a tyrannide Fossatensium monachorum[85] abstrahens, pristinae libertati restituit, sub magisterio tantum et tutela monasterii Casinensis perpetuo mansurum[86]. Per hos dies idem abbas Oderisius per Georgium monasterii sui monachum Henrico IV. imperatori literas destinavit, per quas se Desiderio in monasterii regimine et in imperatoris fidelitate et servitiis successisse monstravit. Quo etiam tempore iam dictus frater Georgius in praesentia praedicti imperatoris Henrici,
87 et Henrici V. filii eius, et Mathildae comitissae[87] proclamationem fecit de possessionibus coenobii Casinensis apud Liguriam constitutis, quae patri Benedicto Aystulfus et Desiderius reges Langobardorum, nec non Karolus, Pipinus, et Lotharius imperatores, ac caeteri Deum timentes concesserant. De monasterio sancti Benedicti in Persiceta, territorio Mutinensi, intra fines fluvii Fusculi et limitis Malmeniliaci, quod videlicet Petrus dux civitatis Ravennae beato Benedicto sub abbate Angelario optulerat, cum tota curte Persiceta, et curte de Greniano, et curte de Monterione, cum molendinis duorum fluviorum, idest Fusculi et Gallici. Deinde monasterium sanctae Mariae in Laurentiatico ultra fluvium Gallicum; inde non longe est monasterium sancti Dompnini in curte Argellae, una cum silva alta, et silva maiore, et tota piscaria quae dicitur Caucenna, usque in fluvium Gambacane, et usque in Rosalese, et usque in curtem Ragogusola. Deinde subtus viam publicam monasterium sancti Vitalis cum tota curte Calderaria prope castrum Sala. Monasterium sancti Iohannis in Frassenetula cum tota curte ipsa, usque ad stra-
88 tam Petrosam sitam prope castrum Cedula[88]. Monasterium sancti Martini iuxta stratam Petrosam in casali Marciano cum tota ipsa curte prope castrum Unciola[89], et omnia dompnicalia. Monasterium sancti Salvatoris in Pontelongu cum tota eadem curte per comitatum Mutinensem, mansos terrae 30 et iugera 61. In pertinentia de Montirone ex superiori et inferiori parte ipsius castri, quamplurimae petiae de terra, et molendinum in loco qui dicitur Campaldus, in fluvio Fusculo, et curtes quae sunt in Benselio,
90 quae Berta filia compalatii[90] Ticinensis obtulit beato Benedicto intra hos fines: Ab oriente limes Bisentulae; a meridie via quae appellatur maior, et limites de Maleandroni; ab occidente flumen Riolum subtus Castellione. In Postumiano 6, in Laino iugera 2. Haec inquam omnia, cum universis pertinentiis et appendiciis suis in circuitu, cum casalibus, fundis, et cum dompnicalibus, cum villis, rusticis, colonis utriusque sexus, cultum, incultum, divisum, indivisum, subter et super, ad ius pertinuerant antiquitus monasterii

78) ὀξυχρύσεον, auro splendente inauratam. DUC. Epiloricum vocat ipse in epistola ap. Gatt. Hist. p. 923. Murat. Ant. V, 387. Tosti II, 93. 79) Indicare videtur ep. tertiam ib. p. 924; sed v. infra c. 46. 80) τριακοντάσημον, 30 clavis aureis ornatam. DUCANG. 81) Gatt. Histor. pag. 149. 82) s. campagorum i. e. calceamentorum pontificalium. 83) c. 11. 84) *Glanfeuil* d. Andegav. 85) *S. Maur des Fossés* d. Paris. 86) haec ipse fusius refert in bulla d. ap. Tarracinam 1097. Mart. 21. ap. Gatt. Hist. p. 298. 87) separatim certe. Sed de imperatore omnino dubito; de Mathilde v. c. 25. Ceterum de his possessionibus v. Tiraboschi, Nonantula I. p. 445. Desiderii regis privilegium in quo primum commemorantur (ap. Tostium I, 89.), quin spurium sit non dubito. 88) *Cellula* legi iubet Tiraboschi l. l. Nunc Zola vocatur. 89) Anzola. 90) i. e. comitis palatii, quod fortasse Petro restituendum erat

Casinensis. De his omnibus imperator veritate cognita Mathildae comitissae praecepit,
ut cuncta iam dicta eidem fratri reconsignaret pro parte et vice monasterii Casinensis,
centum librarum auri pena apposita. Per[91] idem tempus monasterium sanctae Mariae 1098.
de Cinglis, de quo etiam tempore abbatis Desiderii et huius abbatis diu proclamatum Dec. 8.
fuerat contra abbatissam sanctae Mariae in Capua, quae ibidem violenter ingressa fuerat,
visis utriusque partis iuribus, praedictus pontifex nobis restituit, et per privilegium sub
dominio huius coenobii et ordinatione manere constituit. Anno[92] dominicae incarna- 1099.
tionis 1098. luna 12. in ortu suo defectum passa, paulatim redintegrata est Nonis Iunii. Eodem anno bonae Iun. 5.
memoriae Urbanus apostolicae sedis praesul obiit, cui Raynerius abbas sanctorum Lau- Iul. 29.
rentii et Stephani[93] in apostolicam sedem pontifex subrogatur, Paschali nomine illi Aug. 13.
imposito.

19. Per idem tempus Anso rector Beneventani principatus ad fidelitatem Romanae 1098. Iul
ecclesiae, et nobiles viri fratres sui Dauferius et Atenulfus, Iohannes et Berardus, Petrus
et Alfanus et Liuprandus, filii dompni Dacomari Beneventani praesidis, optulerunt sancto
Benedicto ecclesiam sancti Nycolai constructam sursum in turre nova Beneventanae civi-
tatis, quae vocatur Pagana, quam ipse genitor eorum ampliaverat, cum casis, terris,
molendinis ad fluvium Sabbatum, et cum omnibus pertinentiis suis[94]. Ipsi enim fratres 94
ante hoc tempus fecerant privilegium dictae ecclesiae de omnibus rebus suis. Berar- 1097. Iul.
dus[95] etiam Marsorum comes illis diebus optulit huic coenobio ecclesiam sancti Martini
in territorio Marsicano, iuxta lacum Fucinum, loco qui Filimini appellatur, cum omni-
bus pertinentiis suis, terris, vineis, et uno servitio piscatorum et rebus suis.

20. Interea Rocca filia Drogonis comitis optulit 46 homines in vico Sellectano, et 1097. Feb.
in Castellione 7 homines, cum omnibus rebus eorum stabilibus vel mobilibus, et filiis
eorum, et alios cum reversi fuerint, qui exiverant de ipsis terris[96]. Set comes Rogge- 1098.
rius Siciliae et Calabriae, confirmavit omnia[97] quae Rocca neptis sua huic coenobio
dedit, videlicet omnia illa quae in vico Sellectano possederat. Pari[98] etiam modo Feb.
Berardus comes filius Oderisii Sangretani comitis obtulit beato Benedicto totam et inte-
gram pertinentiam, quae sibi pertinebat intra fines montis Aze pro pascuis, exceptis
silvis, et cultis terris, pratis defensis; nec non optulit cunctum et integrum locum qui
dicitur de Lacuvivo, et cunctum et integrum locum qui dicitur Godi, et quantum sibi
pertinuit de Pantana, totamque et integram Claranam, et Muricentum, et Altareofaniam,
et quantum sibi pertinuit de loco qui dicitur Saphinum, et campum de Armonia. Simili
modo nobilis vir Maxarus habitator civitatis Albae in territorio Marsicano obtulit huic
sancto loco ecclesiam suam sancti Martini in dicto territorio ubi dicitur Sclavi, cum 30
modiis de terra, et omnibus pertinentiis suis. His etiam diebus abbas noster Oderi-
sius commutationem fecit cum Benedicto Terracinensi episcopo de ecclesia beati Andreae
apostoli, quae posita est in civitate ipsa prope episcopium, cum cimiterio et domibus
et plateis, pro qua recepit ecclesiam beati Nycolai sitam extra civitatem ipsam iuxta
portam Albinam, cum cimiterio et orto et domo, centum solidorum pena apposita, si
id removere quaesisset. Porro cum a papae Gregorii VII. sextus decimus, et Victo- 1100.
ris III. quartus decimus, et secundi Urbani transitu, ac subrogatione Paschalis II. secun-
dus iam annus esset elapsus, et ab incarnatione dominica nonus nonagesimus et mille-
simus volveretur, Guibertus[99] haeresiarcha, invasor Romanae ecclesiae vita privatus est. Post non
multum temporis spatium Landenulfus[a] comes, filius Laydolfi comitis, optulit beato 1101.
Benedicto totam et integram roccam de Camino[1], cum suo castro et suis pertinentiis. Aug.

Sequenti autem anno[2] Rocca, quam supra nominavimus, fecit privilegium de homi- 1094. Iul.
nibus undecim, quos habebat in vico Sellectano, cum familiis[b], terris, et vineis eorum,
et cum omnibus quae ad ipsos pertinebant. Optulit etiam[3] per privilegium eccle- 1105. Feb.

a) Landulfus c. b) famulis c.

91) ex privil. Urbani ap. Gatt. Acc. p. 710. Mabill. Ann. Bened. V, 629. 92) ex Anon. Casin. ad a. 1099. 93) *S. Lorenzo fuori le mura.* 94) ap. Gatt. Hist. p. 409. 95) diploma ap. Gattulum extare ait Di Meo Ann. Neap. IX. p. 25. Quod frustra ibi quaesivi. 96) *anno ab inc. d. n. I. C.* 1105. *apud Romanos autem* 98. *regn. d. n. Rogerio duce ind.* 5. ap. Gatt. Acc. p. 215. 97) a. D. 1098. ib. p. 216. 98) Gatt. Acc. p. 218. 99) Anon. Casin. ad a. 1100. 1) oppido Gallucio conterminam, in dioec. Teanensi, teste Gattula, Acc. p. 219. ubi donationem e Reg. edidit. 2) a. D. 1102. ind. 2. dominante Rogerio comite Gatt. Acc. p. 217. v. supra n. 98. 3) a. D. 1104. Rogerii ducis 20.

siam[4] sancti Petri quae est ad Ferulitum, et medietatem ecclesiae sancti Dimitrii, quae est oblata praedictae ecclesiae sancti Petri, et medietatem de omnibus terris cultis vel incultis, montibus, planis, aquis, molendinis, pascuis atque paludibus, et portus ipsius maris, auri librarum 50 pena apposita.

1101. Nov. 17. 21. Demum abbas noster Oderisius a supradicto papa Paschali privilegium concessionis de Sancto Nicolao in Benevento et libertate eius, cum omnibus quae tunc possidebat, idest molendina duo sub uno tegmine, centimolum[5], ortos cum diversis arboribus, curtes decem cum terris et silvis suis et domibus. Addidit etiam idem pontifex ecclesias has, videlicet ecclesiam sancti Nicolai in Urbiliano, prope Petram pedicinam[6] cum pertinentiis suis; ecclesiam sancti Nicolai quae vocatur Rodenandi, cum pertinentiis suis; ecclesiam sanctae Mariae quae vocatur Rotunda, cum pertinentiis suis; et balneum, iuxta ecclesiam sancti Potiti.

22. Tunc temporis Laydolfus filius Petri Laydolfi, vir nobilis de civitate Capuana, optulit beato Benedicto integram turrem, quae vocatur De mari[7], quae est infra fines Suessanae civitatis, iuxta fauces Gariliani fluminis, et aquam et alveum praedicti fluminis, cum ripis eius, et terra, et silva quae nominatur Pineta, cum aliis terris ibi coniunctis.
1102. Mai. Per idem tempus[8] Gualterius comes donavit casas et casalina infra civitatem Teramnensem[9], et vineam, terram, molendina, et alvea in castaldatu Teramnensi, et silvam infra ducatum Spoletinum, in locis ubi dicuntur Cifalanum et Pracclepetanum, et quartam portionem castelli Iohannis et Pauli, cum pertinentiis suis.
1103. Nov. Dedit etiam idem Gualterius[10] omnes res quae fuerunt Ascari, in valle quae dicitur Praraccle, et Interampnes, excepta ecclesia sancti Paterniani cum sua pertinentia, et dedit medietatem Cifelani, cum pertinentiis suis, et omne quod fuit Unaldi, in Gruttule, et in Cinqualio, et in Sallano, et in Plano episcopale, et in Ioniano, et in Producte, et in Mandulano, et terram in Cinqualio, et terram iuxta frontem Gruttule.

1103. Nov. 5. 23. Hoc praesidente abbate, anno Domini 1103, septimo decimo anno promotionis suae, dedicata est ecclesia sancti Stephani a Benedicto Terracinensi episcopo, Nonis Novembris; in qua sunt reconditae sanctorum reliquiae quae subter adscriptae sunt. De panno ubi involutus fuit Christus, quando natus est. De lapide qui fuit ad ostium monumenti Domini. De palma quam tenuit Dominus in manu, quando ei via constrata est. Sancti Mathei apostoli, Bartholomei apostoli, Stephani protomartyris, Laurentii, Vincentii, Sebastiani, Ciriaci, duodecim fratrum, Cosmae et Damiani, Luciae et Geminiani, Marii et Marthae, Tyburtii et Valeriani, Georgii, Ypoliti, Martini Turonensis, Stephani papae, Calixti papae, Cornelii papae, Cypriani, Priscae, et Adelberti. In[11] hac ecclesia cum inventa fuissent corpora sanctorum monachorum Paulini et Augustini, beatissimi Benedicti discipulorum, cum aliis duobus sepulta, demoniacus quidam ibidem veniens clamare coepit, dicens: *Paulinus et Augustinus discipuli Benedicti cum duobus sociis suis me eiciunt.* Haec dum crebro per os illius diabolus diceret, cum sanguine immundus spiritus egressus est. Oderisius autem abbas sanctorum inde corpora elevans, in muro ecclesiae sancti Andreae apostoli reverenter locavit.

1100. Apr. 24. Inter haec Guilielmus comes civitatis montis sancti Michahelis archangeli[12] fecit privilegium beato Benedicto de xenodochio extra dictam civitatem cum pertinentiis suis, et concessit eidem xenodochio terras et ecclesias. Henricus vero frater eius concesserat
1099. Nov. prius cuidam ziano[13] suo terras pro construendo ipsum xenodochium;
1101. Apr. demum[14] concessit xenodochio ipsi ecclesiam sancti Nicolai in Tiliata cum pertinentiis suis, centum unciarum auri pena apposita. Iohannes quoque Comitellus optulit partem suam, idest integram medietatem de ecclesia sancti Benedicti xenodochio memorato. Ursus etiam

ind. 7. quibus mendum inesse oportet. Gatt. Acc. p. 217. 4) *medietatem* eius, ib. offert in eccl. S. Benedicti Citrarii, cui haec vicina esse videntur. Residebat ipsa in Castro Ullano. 5) molam domesticam, iumento actam. ANG. 6) *pelicinam* in privil. ap. Gatt. Hist. p. 411. 7) Duas turres distinguendas esse, monet I. B. Federici, Degli antichi duchi di Gaeta. Neap. 1791. 4. p. 162. Alteram quam supra II, 37. 38. habuimus, aedificavit Iohannes patr. Caietanus, sed tempore Iohannis X, non VIII; alteram in sinistra Gariliani ripa, ad mare, sitam Pandulfus. 8) a. D. 1102. Henrici regis 46. indict. 9. (leg. 10.) Gatt. Acc. p. 219. 9) Terni. 10) a. D. 1103. Henrici regis 47. ind. 2. (l. 12.) ib. p. 220. 11) Eadem de Iustis Casin. 20. 21. 12) vel potius Heinricus praesente fratre, teste Io. Mabillon. Ann. V, 399. 13) i. e. avunculo, Iohanni abbati de Curte, filio Guaimarii principis Salernitani. Heinricus erat f. Roberti comitis. Gatt. Hist. p. 412. 14) ib. p. 413.

cognomento Spina partem suam optulit de dicta ecclesia sancti Benedicti in ipso xenodochio. Sed et Sico presbiter, et Manus, Ursus et Leo, nobiles viri de dicta civitate, optulerunt ecclesiam sancti Altissimi dicto xenodochio, constructam in silva ad Marruta, quam habebant a paterna vel materna substantia. Huius abbatis anno ultimo Roge- [1104. Dec.] rius dux fecit privilegium huic coenobio de terris in pertinentiis Troianae civitatis[15].

25. Ryccardus quoque II. princeps, interventu Robberti comitis dedit huic loco oppi- [1105. Ian. 25.] dum Pontiscurvi[16] cum pertinentiis suis, exceptis castellis deforis, cum illorum pertinentiis, et excepto feudo Ryccardi de Aquila, quod ibi habebat in vita Gualguani. Quod videlicet oppidum idem Gualguanus nomine dotis uxori suae dedit, et moriens dereliquit; set illa debitam securitatem dicto principi facere contempsit, et contra voluntatem suam hostibus ipsius se iuncxit, et guerram sibi fecit, et negotium cum eis commisit, et annonam eis tribuit: ob quam culpam praedictum oppidum in principis iurisdictionem et potestatem evenit, et praephato Robberto comiti, fratri dictae uxoris Gualguani praedicti dedit, per quem videlicet comitem, et a quo praefatum oppidum in nostro coenobio datum fuit. Sed et Robbertus Caiatianorum atque aliorum multorum comes, [Ian. 13.] filius Raynulfi comitis superius nominati[17], partim dono partim pretio, concessit et con- [17] firmavit huic coenobio oppidum de Pontecurvo cum suis pertinentiis, ex concessione Ryccardi II. principis, qualiter a praedicto principe sibi concessum fuit: quod videlicet Gualguanus triduo antequam moreretur possidere visus est. Nobilis etiam mulier Berta filia Unaldi, dedit, et optulit huic coenobio ecclesiam sancti Martini constructam in Spoletina civitate, in loco qui dicitur Porta sancti Laurentii, cum omnibus pertinentiis suis. Demum Tobaldus et Petrus Caldina viri nobiles, et alii quattuor, optulerunt huic loco Gissum[18] in monte de Trequanzano in castro Argenti. Robbertus quoque de [18] Buthone vir nobilis cum uxore sua Sica, optulerunt et tradiderunt sancto Benedicto medietatem de ecclesia sancti Petri constructa ad Ferulitum, cum omnibus dotibus quae eidem ecclesiae pertinent, et cum ecclesia sancti Dimitrii, cum terris, silvis, planis, montibus, pascuis, aquis, molendinis, atque paludibus. Circa hos dies Mattilda comi- [Iun. 22.] tissa concessit[19] huic loco tertiam partem de curte sancti Benedicti, quae dicitur in [19] Pastorini[20]. Ugo comes de Molisio, filius comitis Raulis[21], optulit beato Benedicto [Sept.] integrum castellum nomine Vitecosum, cum pertinentiis suis. Praeterea praefatus [Mart. 17.] abbas recepit a supradicto papa Paschali privilegium generale[22], prout receperat ab [22] Urbano II. superius nominato. Huic quoque abbati et successoribus eius, Ptolomeus consul et comes Tusculanae affidavit unum navigium in qualicumque navigio sint huius coenobii monachi, ut in mari et terra securi sint a se suisque hominibus, et omnia mercimonia eorum, et omnes homines qui fuerint inventi navigio ipso, eundo Sardiniam, et redeundo Gaietam, pena apposita ut omnia sua perdant hoc removere temptantes[23]. Obiit autem praefatus noster abbas Oderisius quarto Nonas Decembris. [Dec. 2.]

O t t o [a] a b b a s h u i u s m o n a s t e r i i t r i c e s i m u s n o n u s, s e d i t a n n o u n o, m e n s i b u s d e c e m.

26. Hic[b] nobilissima Fundensium consulum prosapia ortus, in ipsis infantiae annis omnipotenti Deo oblatus, atque a venerandae memoriae patre Desiderio sanctae conversationis habitum indutus est. Qui cum aliquantos annos in sanctae religionis studio peregisset, in monasterio sancti Nicolai in Pica praepositus ordinatus est. Defuncto autem piae memoriae abbate Oderisio, cum fratres ut in talibus rebus consuetudo est, ad huius coenobii abbatiam regendam unusquisque suum abbatem eligere vellent, priores quorum pars sanior et religiosior erat, nimis haec indigne ferentes, de eodem viro fratribus suum velle notificantes, eum in huius loci regimine abbatem elegerunt. Prin-

a) *Initium capitis hic esse, ex eius inscriptione apparet.* b) *Hinc manus primaria pergit.*

15) Gatt. Hist. p. 158. Suspectum videtur Al. di Meo Ann. Neap. IX, 121. 16) Gatt. Acc. p. 223. Extat ib. iuramentum principis et notitia abbatis de pecunia in hoc negotio expensa. 17) fratris Richardi I. Privil. v. ib. pag. 222. 18) an gypsi fodinas? 19) immo restituit, proclamante in iudicio Georgio monacho supradicto (c. 18.), ut et ecclesiam S. Benedicti. Edidit Cl. Murat. Antt. It. V, 611. 20) in pago Persiceta. 21, eiusdem qui c. 12. Rodulfus vocabatur. Gatt. Acc. p. 224. 22) Gatt. Hist. p. 331. 23) Ad res navales horum comitum, praeter ea quae supra p. 563. attulimus, spectat bellum quod de navi quadam cum Caietanis gesserunt Gregorius et Ptolomeus I, pace finitum 1105. Feb. 9; v. I. B. Federici de' duchi di Gaeta p. 463. — De Ptol. I. agit etiam carta Oddonis de Columna in Murat. Antt. Ital. III, 777.

ceps autem Ricchardus eo tempore infirmitate gravissima laborabat, et cum non posset in servitio eiusdem abbatis venire Casinum, ex latere suo strenuos destinat viros, qui
1106 eidem abbati servitia sua fideliter offerrent. His ita peractis, ingravescente infirmitate
Cap. 26. Aug. 7. vita decessit[24], et Robbertus frater eius illi in principatum succedit. Per idem tempus defuncto augustae memoriae quarto imperatore Heinrico, qui cum Gregorio septimo papa de ecclesiarum investitura plurimum disceptaverat, Heinricus V. filius eius Romani imperii gubernacula regenda suscepit. Hic abbas concessit Girardo filio Girardi de Corvazzano libellario more terras pertinentes ecclesiae sancti Benedicti de Pastorino[a], usque in tertiam generationem, recipiens in praesenti Lucensis monetae solidos 120: annualiter vero pro censu solidos 3 de omnibus frugibus, quae ibidem annualiter fuerint. Similiter fecit Abberto Raynaldo, et Sicefrit de Falsabrina, et Albertino filio Bonifatii de aliis terris ibidem, recipiens ab eo tantumdem pretii. Huic abbati Robbertus princeps
25 sacramentum fecit, confirmans de more omnes pertinentias monasterii huius[25].

27. Hoc interea anno Alexius Constantinopolitanus imperator per apocrisarios imperii sui transmisit beato Benedicto pallium purpureum optimum, de quo praedictus abbas pluviale aureis listis ornavit, et tunicam eiusdem subtegminis fieri iussit. Direxit praeterea cum eisdem legatis ad imperatorem nuntium suum cum litteris, per quas Oderisium abbatem de hac luce migrasse, et se in monasterii regimine, et in amore
1106. Mart. ac servitiis eiusdem imperatoris successisse notificavit. Eodem vero anno Carbonellus vir nobilis optulit beato Benedicto ecclesiam sancti Gregorii, et sancti Nicolai, et sanctae
26 Agathae in Tarsia[26] ad locum Pectianum, cum omnibus rebus ac pertinentiis suis, centum librarum auri pena apposita.

28. Sequenti tempore idem abbas Capuam pergens, cappellam sancti Angeli ad formas, quae in honore sancti Nycolai noviter constructa erat, fecit a Brunone Signensi episcopo et huius coenobii monacho dedicari, convocato etiam ad hoc Senne Capuano archiepiscopo. Facta itaque dedicatione, alia die idem archiepiscopus coadunata multitudine Capuanorum vel aliorum virorum, armata manu misit illos ad eandem ecclesiam violandam, altareque destruendum, et reliquias inde diripiendas sibique asportandas. Quo facto conquerebatur contra nostrum abbatem et iam dictum episcopum, quod contra canones erga se egissent in eadem dedicatione, non cedentes sibi metropolitano, in his quae archiepiscopum agere decet. Nostri autem et iam dictus episcopus dicebant, quia simul concorditer fecissent omnia quae ibidem acta sunt. Hac de re proclamantibus nostris Romae in synodo, idem archiepiscopus et irruptionem ecclesiae et destructionem altaris, ac reliquiarum violentiam una cum clero et populo civitatis honorifice se emendare humiliter spopondit; quod et fecit. Hic abbas rogatu fratrum nostrorum, concessit et confirmavit eis castrum Citrariae cum pertinentiis suis.

29. Eo igitur tempore, cum fratres necessitates multimodas sustinerent, abbati
27 nostro Ottoni[b] exinde conquerentes, rogabant ut iusta regulae praeceptum[27] eis necessitatem corporum tribuat[c]: reminisci illum debere, quod patris Oderisii tempore idem ipse iam dicto Oderisio exinde saepius conquestus fuerat. Abbas autem nimis haec indigne et aegerrime ferens, fatetur se deliquisse, fatetur male egisse, quod abbati Oderisio multotiens obstiterit, quod contradixerit; fratres et in Deum et in patris Benedicti regula delinquere, quod necessitates corporis animarum saluti praeponerent: remi-
Matth. 6, 33. nisci illos debere, primum esse quaerendum regnum Dei et iustitiam eius, et haec omnia adicientur illis. Quid multis? Videntes fratres eundem abbatem contra patris
27 Benedicti praeceptum[27] studere plus timeri quam amari, iam dicto papae Paschali nonnulli ex ipsis, caeteris ignorantibus, abscondite litteras dirigunt, quod non fratrum unanimi consensu electus esset, quod seditiose et nequaquam canonice ad Casinensis abbatiae officium promotus fuisset. Haec ergo causa Romanum pontificem contra eundem abbatem commotum omnimodo reddidit. Quod cum abbas certo certius agnovisset hoc a fratribus actitatum, occasione contra eos accepta, illos de monasterio expulit. At fratres e Casino expulsi Romam adeunt, acta et dicta pontifici per ordinem pandunt. Pontifex autem eosdem fratres ad remorandum ad beati Pauli apostoli monasterium diri-

a) Pastorivo c. b) Octoni c. c) tribuant c.

24) Anon. Casin. ad a. 1106. 25) s. d. Gatt. Acc. p. 225. 26) in Calabria cit. Gatt. Hist. p. 934. 27) Regulae c. 64.

gens, nonnullos ex ipsis in suamet curia secum manere constituit, Urbemque egrediens, 1106. pro causis ecclesiasticis Galliam ingressus, venit ad Floriacense monasterium Benedicti 1107. patris nomine consecratum. Agebatur porro ab illis tunc falsissimae translationis beati Iul. 11. Benedicti celebritas: at pontifex eandem translationem falsam esse affirmans, non festivitatis sed diei officium celebrare cum cardinalibus Italicis coepit. Monachi autem supradicti loci cum nonnullis episcopis et cardinalibus Gallicanis translationem celebrare incipientibus, papa orationem fudit ad Dominum, obnixe expostulans, ut de eadem re veritatis indicium sibi ostendere dignaretur. Celebrantibus autem illis nocturnalem synaxim, tantus stupor et ebetudo mentis eos invasit, ut omnino quid dicerent ignorarent. Attoniti autem tanto miraculo, regulare officium decantare inoffense coeperunt; mox enim ut translationis cantum celebrare disponebant, horrore simul et stupore replebantur. Quod reverendissimus pontifex advertens, glorificare coepit et benedicere Deum et Benedictum famulum eius. Factum autem mane, abbatem ad se et monasterii priores convocans, praecepit ut altare de loco tolleretur, quatinus omnes patenter agnoscerent, utrumnam vera esset nec ne translatio illa; nolle ulterius aliquos de corpore beati Benedicti illorum ambagibus decipi, quem ipse temporibus papae Alexandri in monasterio Casinensi inventum esse certissime noverat. Illi autem prostrati pedibus eius, rogare coeperunt ne altare effodere praeciperet, ne monasterium destrueret; se nichil certi de corpore beati Benedicti, nisi famam tantum a maioribus suis accepisse; si reliquiae non invenirentur, scirent certissime monasterium destruendum, et possessiones a quibusque diripiendas. Tunc papa illorum precibus inclinatus conticuit, interdicens omnino, et ex parte sedis apostolicae praecipiens, ut ulterius eandem falsissimam translationem celebrare nequaquam praesumerent[28]. Idem praeterea apostolicus ordinatis in Gallia nego- 28 tiis suis, Romam reversus est. Et quoniam ut supra taxavimus, facientibus nostris de 1107. Casinensis abbatis electione praedictus pontifex ultra modum commotus erat, fratres qui a nostro abbate ad eum directi fuerant, monuit ut de abbatis electione patris Benedicti instituta servarent. Cumque illi abbatis electionem unanimi fratrum consensu factam esse astruerent, et nequaquam seditiose sed canonice ad id officium promotum dicerent, papa respondit: *Quomodo canonice vester abbas electus est, qui sibi devotis et fidis concessit obedientias, repugnantes de monasterio expulit? Sed nunc ad monasterium redite; ibi per me sive per nuntios meos electione illius pleniter examinata, quod erit canonicum statuam.* Egressis igitur illis, cum hi qui supradictum abbatem exosum habebant, commotum apostolicum adversus eum agnovissent, molestias quas poterant illi inferre non desinebant. Comites interea Aquinenses cum ab huius loci infestatione nequaquam cessarent, ad illorum nequitiam refrenandam idem abbas animum dedit; singula namque monasterii castra vallo in giro munivit, ibique ruricolas qui eatenus in villis deguerant, manere constituit; sicque contra eosdem comites se praeparare modis omnibus coepit. Dignum sane videtur ad posterorum memoriam ystoriae praesenti annectere miraculum, quod in hoc monasterio omnipotens Deus ad laudem et gloriam sui nominis ostendere dignatus est.

30. Tempore siquidem ipso dum Iohannes cognomento Affidatus, in mansiuncula, quae turri patris Benedicti[29] conlateralis est, nocturno tempore sopori membra dedisset, 29 evigilans audivit dulcisonum officium ante nocturnalem synaxim in beati patris aedecula ab angelis celebrari. Ad quod stupefactus, Sebastianum qui iuxta eum quiescebat, interrogat si iam fratres ad nocturnale officium surrexissent; qui cum adhuc primam noctis vigiliam manere dixisset, iam dictus Iohannes exurgens ad turrem accessit, quam immensi splendoris et inauditi odoris replebat fragrantia. Stupefactus autem, et id quod in re erat advertens, Ottonem abbatem adiit: quae visa et audita fuerant, seriatim enuntiat. Qui Deo omnipotenti gratias agens, iuxta quod venerandae memoriae Victori III. papae, et Theodemario servo Domini revelatum fuerat[30], iam dictam turrem cum largo 30 habitaculo in oraculum domini Salvatoris et eius genitricis virginis Mariae dedicari constituit; convocatisque artificibus, cellarium inter dormitorium et titulum sancti protomartyris Stephani construxit; sed morte praeventus explere nequivit. Iam dictae vero

28) *Non vi è obbligo di credere cosa alcuna di tutto questo.* MEO. 3. Id. Iul. papa apud Privatum, ad Rhodanum fuit. Mansi XX, 1025.

29) v Greg. Dial. II, 35. et Ang. de Nuce ibi. Gatt. Hist. p. 15.

30) Quid hoc sit frustra eruere studui.

cantilenae suavitas et odoris fragrantia ac lucis immensitas, ab antiquis viris in iam
dicta turri in praecipuis festivitatibus visa et audita narrantur, sed quam maxime uno-
quoque anno depositionis die beati patris Benedicti adveniente, audiri et videri solitum
1107. est. Obiit autem praefatus abbas die Kalendarum Octobrium, et sepultus est iuxta
Oct. 1. ecclesiam sancti Andreae apostoli in cymiterio fratrum, introeuntibus iam dictum cymi-
terium ad levam.

Beatissimus Bruno abbas huius monasterii quadragesimus, sedit annis tribus, mensibus decem.

31 31. Hic[31] Liguria provincia ortus ex illustri Astensium civium prosapia, sed illu-
stres[a] ab infantia possidens mores, liberalibusque studiis a pueritia sufficienter instructus,
Astensis[32] episcopii canonicus extitit. Qui desiderio regni coelestis patriam parentesque
relinquens, ad hunc locum ut Deo liberius sub monachili habitu deservire valeret, Ro-
1079. manam properans venit ad urbem. His porro diebus Urbanus[33] papa secundus univer-
sali praesidebat ecclesiae. Factum est autem, ut eo tempore quo idem vir ad hunc
locum tendebat, Signensis episcopus vita decederet; quem idem reverendissimus ponti-
fex in divina servitute fervere aspiciens, dixit ad eum: *Sicut tranquillitas maris multo-
tiens infert periculum nautis, ita et monachis a saeculi turbine remotis quies et securitas
ipsa perniciosissimum solet inferre naufragium. Unde nostris monitis te obedire convenit,
et Signensis ecclesiae curam, quae tibi a nobis iniungitur, tanto diligentius ac religiosius
quanto scientia ac sapientia polles, regere stude.* Cuius cum ille sermonibus minime prae-
beret assensum, praecepit ei ut ad civitatem praedictam pergeret, ibique vice Romani
pontificis episcopum ordinans, iret quo vellet. Tunc supradictus vir illuc adveniens,
cum sibi iniuncta implere satageret, idem papa clam Signensibus apices destinans, eum
episcopum ordinari praecepit. Talia dum ad eius notitiam pervenissent, in tempestae
noctis silentio beatae Mariae ecclesiam egrediens, fugam arripuit. Itaque dum meditata
implere satageret, in quodam trivio virgo quaedam imperiali trabea adornata, cuius
facies splendebat sicut sol, illi eminus astitit. Quam unde, qualis, quaeve esset, et quo
tenderet, dum requisisset, illa respondit: *Sponsam quam non bene fugis, me noveris esse.
Quapropter ut ad ecclesiam redeas, ex Dei omnipotentis parte praecipio; et cave ne Dei
ulterius velis resistere voluntati;* et his dictis disparuit. Perculsus ad haec Bruno tanto
virginis famine, Deique in sua ordinatione voluntatem advertens, succubuit; ac ponti-
ficii cathedram laetantibus cunctis suscepit. Ordinatus autem, in ea qua fuerat mentis
intentione permansit. Unde adinventa opportunitate sub supradicto abbate Oderisio ad
hunc locum perveniens, flentibus qui cum eo venerant, et nichil tale de ipso suspican-
tibus, monachus factus est. Signenses autem graviter illius ferentes absentiam, Pascha-
lem papam secundum adeunt, rogant ut illum potius episcopatus sui curam gerere
cogeret, quam sibi tantum consulens, in Casinensi coenobio quietum et remotum a
saeculi turbine velle quiescere. Pontifex autem illorum ad verba commotus, strenuos
a suo latere destinat viros, per quos eidem Brunoni ex parte sedis apostolicae mandat,
ut in cura ovium suarum studeat, et Romano pontifici pro causis ecclesiasticis semper
adaereat; arguens insuper illum et increpans, cur absque apostolicae sedis licentia ausus
fuisset monasterium petere, quo illum omnino esse non permitteret ipse. Ad haec prae-
34 latus Bruno rescripsit[34]: *Cuncti proculdubio qui in Romana sunt ecclesia, noscunt quia
nisi contra ecclesiam scismaticorum saeviret insania, hoc quod nunc egi a multis iam annis
opere implevissem: nunc vero quia in Romana ecclesia Petro clavum regente, tota per
orbem Christi Dei nostri gratulatur ecclesia, ventorum iam turbines silent, maria pacata
quiescunt. Idcirco quod Deo semel devoveram, reddere cogor. Melius est enim non vovere,
Eccl. 5, 4. quam vovere et non reddere. Quod si quis fortasse michi obiciat, quod semel acceptum
episcopatum relinquere non debeam, licenter respondeo, quod multi sunt qui pontificatus
Ose. 8, 4. iura non deserunt, et de sinistris sunt, dicente Domino: „Principes fuerunt, et non cognovi;
„iudices extiterunt, et non per spiritum meum". Hii autem qui recta intentione episcopa-*

a) *leg.* illustriores.

31) Maiorem quam Petro fidem deberi Anonymi vitae S. Brunonis, demonstravit I. B. Solerius in Actis SS. Iul. IV, 471 seq. 32) Senensis potius. 33) Gregorius VII. 34) vel Bruno, vel quod magis puto Petrus hic a Petro Damiani, Opusc. 19. de abdicatione episcopatus, et sensum et verba mutuatus est.

tum dimiserunt, certum est eos de aeterna felicitate perenniter cum Christo gaudere. Michi porro exempla sanctorum non desunt, quorum vestigia secutus sum, qui relicto tumultu saeculi quietam vitam adepti sunt. Unde per vos summum pontificem obnixe deprecor, ut de reliquo amplius michi molestus non sit, et quietum portum in quem Christo gubernante perveni, ne me relinquere cogat, suppliciter posco. Cumque nulla ratione eundem apostolicum nec Signinum populum flectere valeret, supradictus abbas Oderisius rogavit eundem pontificem, ut praephatum virum sub monachili habitu[a] in hoc monasterio Deo militare permitteret, atque pro obsequio, eiusdem pontificis fultus auxilio, quadraginta diebus in Romanae ecclesiae servitio esset, et Signensem . . . . . Idem papa aurem accommodans quievit. Post haec autem ab eodem pontifice atque abbate nostro[35], una 35 cum Boamundo[36] sicut supra retulimus, in Gallias directus[37], vice Romani pontificis in eisdem partibus[38] sinodum secundum traditionem ecclesiasticam tenuit. Inde quoque Romam reversus, 1106. Iun. 44. die ab Ottonis abbatis depositione extante ad hoc monasterium rediit, 1107. Nov. 13. atque a fratribus est in huius coenobii regimine ac cura praelatus. Hidem vero apostolicus ad hunc locum postea veniens, non solum dignum illum esse abbatem in conventu fratrum peroratus est, verum etiam in apostolicam sedem dignum sibi successorem fore testificatus est. Non autem idem vir otiose hic vixisse credendus est, qui tales ac tantos nobis scripturarum exposuerit libros, de quibus summam, illorum scilicet qui in nostris manibus venere, pandere curamus[39]: super Psalterium, super Genesim, super 39 Exodum, super Leviticum, super Numerum, super Depteronomium, super Ysayam, super Cantica Canticorum, super Iudicum, super Apocalypsin. De totius autem anni festivitatibus atque diebus dominicis composuit sermones 69, omelias 155.

32. Hoc[40] praeterea tempore Adenulfus, Lando, et Adenulfus Aquinenses comites 1108. Iul. diabolica debriati vesania castrum Terame rusticorum proditione ingredientes, et eiusdem castri habitatores in suam fidelitatem iurare facientes, oppida monasterio pertinentia depraedare coeperunt. Hoc ubi praedicto abbati nuntiatum est, ad eosdem comites dirigens, ut castrum monasterio redderent, et a tantis iniquitatibus et direptionibus cessarent monere coepit. Illi autem eius dicta non solum facere, sed etiam audire spernentes, deteriora in dies agere mirabantur[b]. Tunc abbas cum fratribus communicato consilio, eosdem sacrilegos a liminibus ecclesiae separavit, ac e vestigio Robbertum principem evocans, ad eiusdem castri recuperationem invitat. Qui copioso valde congregato exercitu, super eundem castrum adveniens, illum oppugnare modis omnibus coepit; cumque hostiliter ibi per dies ferme quindecim resedisset, idem comites miserunt ad eundem abbatem, quod si illos cum armis suis exinde exire permitteret, idem castrum absque omni controversia protinus monasterio redderent. Quod dum abbas annuisset, supradictum castrum in monasterii huius potestate recepit, die Iduum Augustarum anno dominicae incarnationis 1108. Pro quo videlicet castro idem abbas Capuano Aug. 13. principi libras ducentas contradidit.

33. Mense itaque Octobrio adveniente, idem apostolicus ad hunc locum adveniens, Oct. sociato sibi nostro abbate synodum celebraturus Beneventum perrexit. In qua videlicet vestigia praedecessorum suorum secutus constituit, ut quicumque investituram ecclesiae vel ecclesiasticam dignitatem de manu laici acceperit, et dans et accipiens communione privetur. Vestimenta vero saecularia et pretiosa clericis reprehendit, et talibus uti interdixit. Cum autem Capuam devenisset, rogatus ab eodem abbate ecclesiam sancti Benedicti, quam Desiderius abbas intra eandem civitatem renovaverat, sollemniter dedicavit; in qua etiam de vestimentis sanctissimi patris Benedicti recondidit; sicque ad hoc monasterium veniens, Romam reversus est.

34. His porro diebus Roggerius dux praeceptum[41] fecit beato Benedicto de ovibus 1110. Nov. loci istius, ut nullam dationem vel censum ulterius inde exigeret tam ipse quam successores sui, in omni pertinentia montis Gargani, et licentiam hospitandi semper habeant cum eisdem ovibus, ab ecclesia quae dicitur Passari, usque ad Salpitanum pontem qui

a) habitu in *desunt c.* b) minabantur?

35) *cum sui abbatis licentia.* V. S. Brun. 36) princ. Antiochiae. 37) Nihil de hac legatione habuimus. 38) Pictavi. Mansi XX, 1205. 39) cf. de viris ill. c. 34. et ibi Marum. 40) cf. Anon. Casin. cod. 47. ad a. 1108. 41) ap. Tostium II, 97.

Lambardorum dicitur, usque in mare, et usque in Vadum de fico, decem librarum auri 1108. Sept. pena apposita. Tunc temporis Laydulfus filius Pandulfi comitis de Presenzano[42] in praesentia eiusdem abbatis manifestavit et renuntiavit se de inclita parte sua de castello Mortula, et Casa Fortini, et Cucuruczu, et rocca de Bantra, pena apposita centum 1109 Iun. librarum auri, si hoc removere quaesisset. Sed et Iohannes Triventinae sedis episcopus, una cum Robberto filio Tristayni[43] Limessani castri domino, optulit huic loco ecclesiam sanctae Illuminatae infra fines praedicti castri Limessani, loco ubi dicitur Petra maiore, cum omnibus ecclesiis et pertinentiis suis, pena indicta centum librarum auri id removere quaerentibus. Notandum plane videtur, nequitiam et fraudulentiam Alferii Triventinensis episcopi[44] hoc in loco inserere. Hic enim dum praepositus in eadem beatae Illuminatae ecclesia esset, sciens supradictam ecclesiam monasterio sancti Eustasii ab ipso suae constructionis exordio subditam, et a Beneventanis principibus in eodem loco concessam, simulque cupiens eam a dicione eiusdem monasterii subducere, accessit ad praepositum qui tunc monasterio praeerat, eumque rogare suppliciter coepit, ut sibi cartas eiusdem loci ostenderet, dicens suae haereditatis cartas ibidem esse repositas: orare ut sibi illas exinde auferre permitteret, ne forte temporis vetustate perirent. Praepositus autem nullum in verbis eius dolum existimans, dat ei et perquirendi et asportandi licentiam. Tandem igitur inter reliquas praeceptum a Beneventanis principibus de ecclesia sanctae Illuminatae monasterio sancti Eustasii factum invenit; quod videlicet lucide satis et aperte continebat, qualiter ecclesia illa a suae constructionis principio monasterio beati Eustasii a Beneventanis principibus tradita fuerat. Huius ille ductus invidia, et iniqua debriatus vesania, rapuit, abscondit, et ad domum propriam reversus illud minutatim incidit. Haec ita acta fuisse ego ex ore Alberti huius nostri coenobii monachi ultimam fere iam aetatem agentis audivi, ne quis hoc existimet mendose descriptum.

1110 Iun. 35. Anno autem dominicae incarnationis 1110, indictione 3, mense Iunio, sexto eiusdem, stella cometes apparuit. Eo etiam tempore iam dictus Paschalis papa secundus Urbem egrediens, ad has partes devenit, et ducem ac principem, omnesque comites Apuliae, Calabriae, ac Principatus advocans, accepit securitatem ab eis, quatinus illum adiuvarent contra Heinricum imperatorem, si necessitas sibi incumberet, et ad hoc provocati fuissent. His ita peractis, Romam rediit, et omnes proceres Romanorum simili sacramento constrinxit. Heinricus interea imperator immensum valde exercitum congregans, intra- Dec. vit Italiam, praedecessorum suorum antiquorum videlicet imperatorum dignitates et iura, et imperii coronam ab eodem pontifice Romae accipere cupiens, sicque cursum suum 1111. Feb. cotidie accelerabat. Erat iam hyemis tempus; cumque[45] in Tusciam devenisset, missis Romam in porticu sancti Petri nuntiis, cum Petro Leonis et aliis pontificis nuntiis, hoc pactum inter eos deliberatum est: ut imperator scripto refutaret omnem investituram omnium ecclesiarum in manu pontificis, in conspectu cleri et populi, in die coronationis suae, et postquam papa fecerit de regalibus, sicut in alia carta scriptum est, sacramento firmabit, et dimittet ecclesias liberas, cum oblationibus et possessionibus, quae ad regnum manifeste non pertinebant, et absolvet populos a iuramentis, quae contra episcopos facta sunt. Patrimonia et possessiones beati Petri restituet et concedet, sicut a Carolo, Ludovico, Heinrico, et aliis imperatoribus factum est, et tenere adiuvabit[a], secundum suum posse, et non erit in facto aut in consilio, ut idem papa perdat papatum Romanum, aut vitam, vel membra, vel capiatur mala captione, aut per se, aut per summissam personam, nec ipse, nec fideles ipsius, qui pro ipso securitatem ei fecerint, idest Petrus[b] Leonis cum filiis suis, quorum bona dampnum studiose non patiantur, vel alii[c], quos imperatori significaverit, et si quis eis malum fecerit, rex eos fideliter adiuvabit. Pro huius securitatis observatione, mediatores dabit eidem pontifici Fridericum[46] filium sororis suae, Engilibertum[47] et Theobaldum[48] marchiones, Hermannum et Golfridum comites, Fridericum palatinum comitem de Saxonia, Beringarium de Baioaria, Fridericum Saxonem, Albertum cancellarium, Cononem fratrem Berengarii, Sigeboth de Baioaria, Heinricum ducem Carinthiae, Bertulfum filium ducis Bertulfi, qui iurabunt papae securitatem de vita, de membris, de papatu, de captione; et si imperator haec omnia suprascripta non observasset, ipsi cum honoribus suis ad Romanam ecclesiam se tenerent. Obsides pro securitate pontificis rex dare pollicitus est proxima quinta feria, et secure mitteret ad insulam in potestate papae, Fridericum ducem nepotem suum, Brunonem episcopum Spirensem, Chonradum nepotem comitis Herimmanni, et filium eius, et Heinricum fratrem comitis Friderici. Obsides si recepisset, redderet in die coronationis suae transito ponte; et si forte coronatus non fuisset, aut non transisset, similiter redderet apud castellum sancti Angeli. Legatos autem quos papa ad eum misisset, in eundo et redeundo securos faceret tam a se quam a suis, et si eis nescienter iniuria illata fuisset, ad emendandum fideliter adiuvaret. Et postquam rex hoc adimpleverit, papa praeciperet episcopis

a) adiuvavit *c.* b) Petrum *c.* c) aliis *c.*

42) v. c. 12. Gatt. Acc. 228. 43) *Trostayni* in carta ap. Gatt. Hist. p. 421. *Limosani* situm est in com. Molise, ad Bifernum. 44) iam anno 1084. episcopus fuit, v. Di Meo Ann. ad h. a. 45) e registro Paschalis II. v. Mon. Leg. II. 66 sqq. SS. V. 472 sqq. 46) ducem Alemanniae. 47) Istriae. 48) de Vohburg.

praesentibus in die coronationis eius, ut dimittant regalia imperatori et regno, quae ad regnum pertinebant tempore 1111.Feb. Caroli, Ludoyci, Heinrici, et aliorum praedecessorum eius: scripto firmabit sub anathemate auctoritate sua et iustitia, ne quis eorum vel praesentium vel absentium, vel successores eorum, intromittant se vel invadant regalia, idest civitates, ducatus, marchias, comitatus, monetas, teloneum, mercatum, advocatias imperii, iura centurionum, et curtes, quae manifeste imperii erant, cum pertinentiis suis, militias et castra imperii, nec ipse imperatorem, nec Romanum imperium super his ulterius inquietaret, et privilegio sub anathemate confirmaret, nec[a] posteri sui inquietare praesumerent. Impératorem benigne et honorifice susciperet, et more praedecessorum ipsius catholicorum imperatorum scienter et non subtracto coronabit, et ad tenendum imperium officii sui auxilio adiuvabit. Si papa hoc non adimpleverit, Petrus Leonis cum omnibus suis teneret se ad imperatorem. Obsides autem, nisi effugerent, redderet altero die post coronationem; si per papam remanserit ut non coronetur, similiter reddet. Cumque hoc inter eos constitutum fuisset, iureiurando firmavit hoc imperator, Albertus cancellarius[b], Hermannus, Fridericus et Gotfridus Feb. 9. comites, Fridericus Saxo, et Cuono frater Berengarii, Sigeboth de Bavoaria, Heinricus dux Carinthiae, Bertulfus filius ducis Bertulfi, atque Albertus cancellarius[b]. Hi omnes post imperatorem eo ordine iuraverunt, ut si imperator hoc implere nollet, ipsi cum omnibus suis tenerent se ad Romanam ecclesiam.

36. Postquam autem haec ita firmata sunt, idem apostolicus direxit ad eum litteras[48], 48 per quas ei mandavit, quod Illuminatori omnium gratias ageret, qui cordis ipsius oculos illuminare dignatus est, ut patris eius nequitiam toto iam saeculo diffamatam, et interius cognosceret et gravius abhorreret. Apostolica namque sedes eum ad aeterni Patris viscera confugientem paterna benignitate susciperet, et inter matris ecclesiae filios familiarius confovere optaret. Si enim sicut suarum apostolicae sedi litterarum allegatione promittebat, plena mentis devotione sibi suisque legitimis successoribus obedientiam exhibere curasset, quam sive reges sive imperatores catholici suis praedecessoribus exhibuerunt, ipse profecto eum ut catholicum imperatorem haberet, et honorem eius per Dei gratiam servaret, atque augere curaret. Nam si[c] in coepta vellet probitate persistere, magna[d] Romano imperio salus per apostolicae sedis obedientiam proveniret; quam ob causam non solum in partes illas venire, sed extremis quoque periculis personam suam exponere paratus esset. Caeterum quia ad praesens ad ipsum venire temporis qualitas rerumque non pateretur, per suos nuntios voluntatem suam aperire, et imperator suam insinuare valeret. Postulat interea imperator, ut patris sui cadaver in ecclesia sepeliri permitteret. Ad quod papa respondit, quod sanctarum scripturarum exinde sibi obstaret auctoritas, et miraculorum prohiberet reverentia divinorum. Ipsos enim Dei martyres iam in coelestibus positos id terribiliter exigisse sciret, ut sceleratorum cadavera de suis basilicis pellerentur; ut quibus viventibus non communicamus, nec mortuis communicare possimus. Mense autem Februario caesar concite castra sua movens ad Urbem tendebat. Pontifex autem exortarios ubique dirigens apices, non cessabat Normannos et Langobardos ad Romanae ecclesiae servitium invitare; sed qui verba ferebat, verba recepit. Post haec idem imperator Romam accessit tertio Idus Februarii, in sabbato videlicet ante quinquagesimam. Romanis vero Feb. 11. instantibus, ut honorem et libertatem Urbis sacramento firmaret, callide illos caesar circumvenire cupiens Teutonica lingua iusta suum velle iuravit; nonnulli autem ex Romanis hoc agnoscentes, et fraudem esse in negotio proclamantes, in Urbem se receperunt.

37. Igitur ubi pontifex imperatorem venisse cognovit, directis nuntiis securitatem ab eo et obsides expetebat. Cui caesar obsides tradens, et ab eo obsides recipiens, iureiurando firmavit de ipsius apostolici vita, de honore, de membris, de mala captione, de regalibus etiam et patrimoniis beati Petri, et nominatim de Apulia, Calabria, Sicilia, ac Capuano principatu; factis etiam sacramentis, quod omnes investituras[e] ecclesiarum et earum res omnino quietas dimitteret. Altero die obviam ei pontifex misit in montem Gaudii, qui et Feb. 12. Marii dicitur, baiulos, cereostatarios, stauroferos, aquiliferos, leoniferos, lupiferos, draconarios, candidatos, defensores, stratores, et maximam[f] populi multitudinem cum floribus et palmis. Duo iusta priorum imperatorum consuetudinem iuramenta, unum iusta ponticulum, alterum ante portam porticus, Romanorum populo fecit Ante portam a Iudeis, in porta a Greeis cantando exceptus est. Illic omnis Romanae urbis clerus ex pontificis praecepto convenerat, et eum ex equo descendentem usque ad sancti Petri gradus cum laudibus deduxerunt. Cum vero ad superiora graduum ascendisset, illic domnus papa cum episcopis pluribus, cum cardinalibus presbyteris et diaconibus, cum subdiaconibus, et caeteris scolae cantorum ministris affuit. Quem imperator ut vidit, de equo descendens procidit ad pedes eius, demumque exurgens, in nomine Trinitatis in ore et fronte et oculis ei pacem dedit, ac stratoris officium exibuit; moxquę dexteram pontificis tenens, cum magno populorum gaudio et clamore ad portam pervenit argenteam. Ibi ex libro professionem imperatoriam fecit, et a pontifice imperator designatus est, et iterum a pontifice osculatus; mox super eum orationem primam, sicut in ordine continetur,

a) ne *l. l.* b) *aut Petri aut scribae hic neglegentiam reprehendas.* c) *ita corr. Lauretus.* N. in certa v. *c.* d) *ita Lauretus.* magnam R. i. salutem *c.* e) investituram *c.* f) maxima p. multitudo ei cum ramis occurrit. *Reg. Pasch.*

48 eas non habemus.

1111.Feb. Lavicanus episcopus dedit[49]. Post ingressum basilicae, cum in rotam porfireticam venisset, positis utrisque sedibus consedere. Pontifex restaurationem investiturae et caetera quae in conventionis carta scripta fuerant requisivit, paratus et ipse, quae in alia conventionis carta fuerant adimplere. Ille cum episcopis suis et principibus secessit in parte iusta secretarium; ibi diutius quod eis placuit tractaverunt. In quo tractatu interfuere Langobardici episcopi tres, Bernardus Parmensis, Bonus senior Regitanus, Aldo Placentinus. Cum autem hora longior se protraheret, missis nuntiis pontifex conventionis supradictae tenorem petiit adimpleri. Tunc episcopi transalpini ad pontificis vestigia corruerunt, et ad oscula surrexerunt. Sed post paululum familiares regis dolos suos paulatim aperire coeperunt, dicentes: scriptum illud quod condictum fuerat, non posse firmari auctoritate et iustitia. Quibus dum euangelica et apostolica obiceretur auctoritas,
Matt 22,21. 2 Tim 2, 4. quia reddenda caesari, quae sunt caesaris, et nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, et iusta beatum Ambrosium, ab episcopali officio alienus sit talia agens: cum haec et alia illis apostolica et canonica capitula obicerentur, illi tamen in dolositate sua et pertinacia permanebant.

38. Imperator interea cupiens suis assertionibus pontificem decipere ait: *Discordiam quae inter te et Stephanum cognomento Normannum usque nunc fuit, volo ut iam finem accipiat.* Is enim Stephanus ob fidelitatem eius multa pericula sustinuerat. Ad haec papa: *Dies maxima ex parte praeteriit, et officium prolixum erit hodie, ideoque primitus si placet, quod vestrum est impleatur.* Unus autem ex his qui cum imperatore venerant, confestim surgens in medium ait: *Quid verbis opus est tuntis? Indubie noveris dominum nostrum imperatorem ita velle accipere coronam, sicut illam Carolus, Pipinus, ac Ludoycus sumpsere.* Quod cum papa se id non posse implere dixisset, caesar iratus, et seductus consilio
50 Alberti archiepiscopi Maguntini[50], et Bruchardi episcopi Saxonum[51], non veritus est eum suis armatis militibus circumdare. Sed cum iam dies declinaret in vesperam, consultum a fratribus est, ut imperator eodem die coronaretur, caeterorum tractatus in sequentem ebdomadam differretur. Illi etiam hoc aversati sunt. Inter haec tam pontifex quam omnes qui cum eo erant, a militibus armatis custodiebantur. Vix tandem ad altare beati Petri pro audiendis missae officiis conscenderunt, vix ad sacramenta divina conficienda panem, vinum, aquam invenire potuerunt. Post missam ex cathedra descendere compulsus pontifex, deorsum ante confessionem beati Petri cum fratribus sedit; ibi usque ad noctis tenebras ab armatis militibus custoditus, inde ad hospitium extra ecclesiae atrium cum fratribus deductus est. Capta est cum eo et clericorum et laycorum numerosior multitudo. Pueros etiam ac diversae aetatis homines, et clericos, qui obviam ei cum floribus et palmis processerant, alios detruncavit, alios expoliavit, alios verberavit, alios in captione detinuit. Iohannes interea Tuscolanensis episcopus et Leo Ostiensis, papam in vinculis tentum ut perspexerunt, habitu plebeio induti in Urbem se receperunt.

39. Igitur[52] Romani papam captum ut audiere, repentinus illos tumultus, dolor et gemitus invasit; evestigio Alemannos qui causa orationis seu negotii aut visendi in Ur-
Feb. 13. bem ingressi fuerant, interficiunt. Altera autem die ab Urbe egredientes pugnam conserunt, multosque de exercitu imperatoris interficientes, et eorum spolia capientes, adversus Teutonicos acrius pugnaverunt, adeo ut eos ex porticu paene propellerent, ipsum etiam imperatorem equo dei-
53 cerent et in faciem vulnerarent. Hoc ubi Otto comes Mediolanensis[53] perspexit, pro imperatore se ad mortem obiciens, equum suum contradidit; nec mora, a Romanis captus, et in Urbem inductus, minutatim concisus est, eiusque carnes in platea canibus devorandae relictae. Tunc imperator ubi Romanorum victoriam et suorum perditionem aspexit, clamavit et dixit: *Videtisne o milites mei, me interfici a Romanis, et non me defenditis?* Ad hanc vocem videres Alemannorum et Romanorum micare enses, alios discindi a capite usque ad pectus, nullaque erat requies morientum. Quam perniciosissima dies tunc Romanis et hostibus eorum fuit, cum hinc et inde tot millia hominum caesa iacebant! Fluvius etiam ipse Tyberis occisorum cruore rubeus et infectus videbatur. Iam ad occasum dies vergebat, cum Teotonici bello resoluti a pugna se subducere coeperunt;
54 virtus namque eorum, ut ait Eutropius[54], sicut primo impetu maior est quam aliorum, ita sequens minor est quam feminarum. Habent namque aliquid simile cum nivibus suis; nam statim ut tacti calore fuerint, in sudorem conversi deficiunt, et quasi a sole solvuntur. Igitur Romani ut Cymbros bello cessisse viderunt, ad spolia et praedas conversi, spoliisque peremptorum onusti, in Urbem redire coeperunt. Hoc ubi caesar advertit, imperat suis ut Romanos qui spoliis onusti in Urbem redibant, unanimiter invaderent. Quod cum factum fuisset, plures oppressione et suffocatione quam gladio mortui

49) David Scottus ap. Will. Malmesb. V, 423 de actis Apr. 13: *et coepta oratione quae in ordine continetur ab Ostiensi episcopo, quoniam Albanus deerat a quo debuisset dici si adesset.* Lavicanus episcopatus tunc iam cum Albanensi coniunctus fuisse videtur. Ordo Rom. quem Io. Mabillon edidit, hoc loco habet Albanensem. Ricardus ep. Alban. tunc in Gallia erat. 50) tunc cancellarii. 51) Monasteriensis. 52) *Igitur — duxerunt* l. l. paucis verbis continentur. Quae hic ex Leonis relatione accuratius exposita putaverim. 53) cf. Landulf. Iun. 18. 54) Hoc apud Eutropium non inveni. Cf. Plutarchi Marium c. 26. Oros. V, 15. Hist. misc. l. V.

sunt. In tanta igitur perturbatione varia fortuna, variique erant eventus. At Teutonici 1111.Feb. cum ad castrum Crescentii pervenissent, Romani pilis de castro emissis illos in fugam convertunt. Quibus omnibus rebus Alemanni permoti, cum multitudine Romanorum castra sua compleri, et suum exercitum premi vidissent, in castris se receperunt, tantusque terror eos invasit, ut per totum sequens biduum die ac nocte in armis essent. Nocte Feb.14 15. autem adveniente, episcopus Tuscolanensis, omnem Romanum populum advocans, dixit ad eos: *Licet verba*[55] *karissimi filii nobis virtutem non addant, neque strenuus ex imbecille,* 55 *neque robustus reddatur ex timido: omnis tamen vobis causa est pro vita, pro gloria, pro libertate, pro defensione sedis apostolicae. Omnia namque haec in vestris dextris portatis; nam qui desiderat pacem, praeparet bellum. Filii vestri contra ius, contra fas in compedibus detinentur, et apostoli Petri basilica toto orbe veneranda, armis, cadaveribus atque cruore est repleta. Quid autem aliut exinde nisi malum! dicere possumus? Ecclesia namque penitus attrita et desolata est; unde rogamus et obsecramus, ut ei subveniatis, et ad tantam iniuriam ulciscendam totis viribus insurgatis: nam ubi viri sunt qui eis obsistant, velociores sunt ad fugiendum quam ad resistendum. De Dei et*[a] *nostri, et beatorum apostolorum Petri et Pauli misericordia confidentes, ab omnibus vos peccatis absolvimus.* Hac igitur Romani ortatione animati, omnes insimul contra imperatorem sacramento se constrinxerunt, et omnes qui eos adiuvarent, in loco fratrum habendos statuerunt. Hoc ubi imperatori nuntiatum est, eadem nocte eundem apostolicum exindo abstrahens, tanto metu ex porticu profugit cum suo exercitu, ut non solum sarcinas, sed multos etiam socios in ospitiis reliquerit. Post duos autem dies milites advocans, praecepit pontificem expoliari vestimentis suis. Quod dum factum fuisset, vinculis alligatum secum duxerunt. Dehinc usque ad pedem Soractis progredientes, iusta beati Andreae monasterium Tyberis alveum transierunt, et per Sabinos ad Lucanum pontem[56] iter agentes, ulteriores Roma- 56 nae urbis partes aggressi sunt. Trahebantur inter haec clericorum et laycorum nonnulli funibus alligati; pontifex autem cum duobus episcopis, Sabinensi[57] videlicet et Portuensi[58], et cardinalibus quattuor, apud castellum Trebicum, caeteri vero cardinales apud Corcodilum in custodia tenebantur. Latinorum vero nullus cum eodem pontifice audebat colloqui. Custodiebatur autem a magnatibus imperatoris, ab ipsis etiam et obsequebatur, ad ultimum vero tam causa suspectionis, quam et concordiae gratia reductus est in castra. Fuit autem idem apostolicus in eodem carceris ergastulo diebus 61. Iohannes interea Tusculanensis episcopus per epistolas non cessabat confortare, sollicitare, ac roborare animos fidelium ad succurrendum et auxilium ferendum sedi apostolicae afflictae ac destitutae. Tunc princeps in Patenariam cum suis adveniens, elegit milites ferme trecentos, et misit in adiutorium Romanis; qui venientes Ferentinum, invenerunt Ptolemeum et omnes proceres illarum partium faventes imperatori. Imperator autem cum omni suo exercitu iam transmeaverat Tyberim, qua de re cum non possent Urbem intrare, Capuam repedarunt.

40. His porro perturbationibus instantibus dux Roggerius cum Boamundo fratre suo vita decedit[59]. Horum itaque mors Normannis magnum timorem, imperatori autem et 59 exercitui eius, ac omnibus Langobardis, audaciam maximam tribuit: re enim vera vehementer conturbati fuerant de adventu imperatoris, ne videlicet pellerentur de Principatibus, Apulia, seu Calabria, et munitissima loca eligebant omnes, et aedificabant ibi munitiones contra adventum imperatoris. Princeps autem habito cum suis consilio, ad imperatorem legatos direxit, pacem ab eo et securitatem expetens. Itaque cum et agres Romanorum imperator cotidie depopularet, et eorum animos dolis ac pecunia pertemptaret, tantam Deus populo constantiam tribuit, ut nichil cum eis pacis sine papae et cardinalium liberatione inire potuerit. Diversis inter haec consiliis distrahebatur; sed perpetrati sceleris conscius, nichil sibi ulterius tutum fore apud papam arbitrabatur. Videns itaque sibi evenisse quod non putabat, coepit iureiurando firmare, quod nisi pontifex voluntatem suam implere morigeraret, et ipsum et omnes quos habebat in vinculis, alios interficeret alios membris detruncaret. Sed cum flectere in hoc pontificem minime posset, in hoc tandem plena deliberatione convenit, ut omnes quos ceperat liberos faceret, dummodo securitatem sibi aput papam futuri temporis provideret. Hoc profecto per principes suos, hoc per clericos, hoc per laicos, hoc per cives Romanos sollicitus satagebat. Caeterum domnus papa facilius vitam exponere, quam investituris episcopatuum et abbatiarum consentire malebat, quamvis ille per investituras illas non ecclesias, non officia quaelibet sed sola regalia se dare assereret Proponebatur gravissimum scismatis periculum, quod paene universae Latinorum ecclesiae immineret. Victus tamen miseriis filiorum, laborans gravibus suspiriis atque gemitibus, et in lacrimis totus effusus: *Cogor* ait *pro ecclesiae liberatione ac*

a) etiam *legendum videtur.*

55) *verba — timido* e Salustii Cat. 58. desumpta esse, monuit V. Cl. Stenzel. 56) quo Anio transitur, infra Tibur. 57) Crescentio. 58) Petro. 59) Anon. Cas. ad a. 1111. Necrol. Cas. ad 9 Kal. Mart. et Non. Mart.

1111. *pace hoc pati, hoc permittere, quod pro vita mea nullatenus consentirem.* Ad hanc enim securitatem confirmandam epi-
scopi et cardinales qui capti fuerant expetebantur, nec omnino aliter aut captivorum dimissio, aut ecclesiae pax, quantum
in ipsis erat, poterat provenire. Cum itaque comes Albertus de Blanderada et caeteri imperatoris laterales iuramentis
condiciones praescribi non sinerent, pontifex ait: *Quandoquidem condicionem perscribi non patimini, verbis apponam.* Tunc
totus ad imperatorem conversus, dixit: *Iuramenta haec ideo facimus tibi, ut vos illa quae pacti estis faciatis et obser*
Apr.11 *vetis.* Quod imperator cum suis omnibus laetissime ac libentissime annuit. Ex verbo igitur papae ab eis iuratum est
in agro iuxta pontem Mammeum[60], qui Romanos a Teutonicis dirimebat, in hoc videlicet modo, quod ulterius non in-
quietaret imperatorem neque eius imperium de investitura episcopatuum et abbatiarum, et de iniuria sibi illata et
suis in persona et bonis; imperatoris[a] aliquod malum sibi vel alicui personae non redderet pro hac causa, et penitus
in persona imperatoris numquam anathemata ponat; et concederet eidem imperatori et eius imperio, et privilegio
suo sub anathemate confirmaret[b] episcopos et abbates, libere electos, assensu imperatoris, sine symonia, quos idem im-
perator annulo et virga investiat, et episcopus investitus libere consecrationem accipiat ab archiepiscopo, ad quem pertinuerit.
Si quis vero a populo et a clero eligatur, nisi ab imperatore investiatur, a nemine consecretur, et archiepiscopi et
episcopi libertatem habeant consecrandi investitos ab imperatore. Et regnum et imperium, et patriciatum officii
sui auxilio tenere adiuvabit. Cumque hoc sacramento firmasset, demum imperator iuravit, quod dimitteret eundem
pontificem cum episcopis et cardinalibus, et omnes captivos qui cum eo vel pro eo capti sunt, et obsides, et securos
perduceret intra portas Transtyberinae civitatis, nec ulterius caperet, aut capi permitteret. His qui in fidelitate sedis
apostolicae manerent, et populo Romanae civitatis, pacem et securitatem servaret tam per se quam per suos, et in per-
sonis et rebus, qui pacem sibi servassent; eundem papam fideliter adiuvaret ut[c] papatum secure et quiete teneret, patri-
monia et possessiones Romanae ecclesiae, quae abstulit, restitueret, caetera quae iure habere debet, more antecessorum
recuperare et tenere adiuvaret bona fide, et eidem pontifici fideliter obediret, salvo honore regni et imperii, sicut catho-
lici imperatores catholicis pontificibus Romanis. Post haec Coloniensis archiepiscopus Fridericus, Gebeardus Tridenti-
63 nensis, Bruchardus Monasteriensis, Bruchardus[d] Spirensis, Albertus cancellarius, Fridericus[61], Herimannus, Albertus[62],
Fridericus[63], Berengarius[64], Fridericus[65], Gotfridus[66], et Guarnerius comites, ac Bonifatius marchio[67] in hunc modum
iuraverunt. Restabat illa exactionis et extorsionis portio, ut de investiturae permissione privilegium imperatori perso-
naliter scriberetur. Nec ipse igitur nec ipsius laterales passi sunt, ut intra Urbem scriptura ipsa differretur, ubi sigillum
Apr.12. pontificis dimissum fuerat. Altero itaque die in eodem campo, qui Septem Fratrum dicitur, dum castra moverent, illud
dictari oportuit, et transito iuxta pontem Salarium Tyberis fluvio, dum aput Octavum castra sita essent, accitus ab Urbe
scriniarius scriptum illud inter nocturnas tenebras exaravit; cui nimirum scripto ibidem quamvis invitus pontifex sub-
scripsit. Porro cum ibidem cartam ipsam imperator accepisset, postmodum tamen cum ad beati Petri ecclesiam per-
Apr.13. venissent, post coronae acceptionem, eam ad manum pontificis retulit, nec solum contra eius voluntatem, sed etiam contra
omnem consuetudinem de eius manu accepit. Coronatus est autem idem imperator, portis omnibus Romanae urbis,
ne quis civium ad eum accederet, obseratis. Cumque ad hostiae confractionem venisset, partem ipse acci-
piens, partem imperatori contradens, dixit: *Sicut pars ista vivifici corporis divisa est, ita divisus
sit a regno Christi et Dei, quicumque pactum istud dirumpere temptaverit.* Post coronationem, finitis mis-
sarum sollempniis, imperator statim ad castra in campum egreditur; pontifex autem Urbem ingressus est. Abhinc
igitur in Romana ecclesia scandala dissensionum et scismatum oriri coeperunt.

41. His quoque diebus, dum abbas noster Bruno ecclesiam sancti Thomae apostóli extra castrum Vallis frigidae sitam solempniter dedicasset, mulier quaedam quam immundus acriter vexabat spiritus, ad eum delata est; cuius calamitati compatiens, oratione praemissa aquam de qua manus laverat, patienti feminae in potum tribuit, moxque ab ea diabolum effugavit. Eo etiam tempore quidam presbyter in Alemanniae partibus, dum quendam puerulum psalmum 113. edoceret, et eo relicto alio perrexisset, puer somno fessus deprimitur; moxque rediens presbyter excitavit illum, imperans illi legere psalmum. Puer autem perterritus, coepit alios corde tenus dicere versus: increpatus autem a magistro, ut psalmum potius quam versus diceret, ille magis ac magis coepit illos repetere. Intellegens autem presbyter puerum per spiritum loqui, coepit illos ex ore illius describere. Versus autem hi sunt: *Rex morietur, et ursus interficietur, et erit terror in diversorio. Sol et luna emittent venenum suum, et stellae pluent sanguinem. Regina destruetur, et non stabit regnum eius, et erit superstes. Rex christianorum processit ex alvo matris; quem genuit, interfecit. Oculi eius ut faces ardentes, et ungues eius sicut gris*[e]. Alia autem die puer interrogatus, nichil se ex hoc scire professus est.

42. Praephatus namque abbas, sociatis sibi Guala Legionensi[f] episcopo, et Rob-
berto Parisiensi[g, 68], et aliis cardinalibus, coepit omnimodis instare pontifici, ut privilegium
69 quod imperatori fecerat disrumperet, eumque anathematis vinculo innodaret. Hi[69] autem
qui cum papa in vinculis fuerant, dicebant: *Quod antea praedicavimus, praedicamus una et consona voce, et quod dampnavimus, damnamus.* Alii autem non solum non[h] dampna-

a) *an* imperatori? b) confirmat *c.* c) et *c.* d) *l.* Bruno. e) *an* gruis? f) Regionensi *c.* g) Pasiensi *c.* h) non *deest cod.*

60) *Ponte Mammolo*, quo via Tiburtina Anienem transmittit. 61) palatinus. 62) de Blanderada. 63) Saxo. 64) de Baioaria. 65) Frisingensis. 66) de Suavia. 67 Savonae et Salutiarum, sec. Mulettum, Saluzzo I, 412. 68) cf. Order. Vit. l. X. p. 762. 69) *Hi — conabantur* e verbis quae ipse Brunus subscripsit epistolae ad Petrum Port. ap. Baron. 1111. n. 31. paulum mutatis.

1111.

bant ea quae contra apostolicam et universalem ecclesiam facta fuerant, verum etiam satis impudenter defendere conabantur. Igitur dum istiusmodi dissensionibus apostolica ecclesia quateretur, relatum est eidem pontifici, quod supradictus vir illius dissidii et scandali dux et signifer esset. Quod ubi praedictus abbas audivit, temporis opportunitate reperta dixit ad eum:[70] *Inimici mei dicunt tibi, quia te non diligo, et quia de te male loquor; sed mentiuntur. Ego enim sic te diligo, sicut patrem et dominum diligere debeo, et nullum alium te vivente volo habere pontificem, sicut ego cum multis aliis tibi promisi. Audio tamen Salvatorem meum michi dicentem: „Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus"* [Matt. 10,37.]*. Unde et apostolus dicit: „Si quis non diligit dominum Iesum, sit anathema maranatha"* [1Cor 16,22.]*. Debeo igitur diligere te: sed plus debeo diligere illum, qui et te fecit, et me. Huic enim tanto amori nichil unquam praeferendum est. Foedus autem illud tam foedum, tam violentum, cum tanta proditione factum, tam omni pietati et religioni contrarium, ego non laudo: quis enim illud laudare potest, in quo fides violatur, ecclesia libertatem amittit, sacerdotium tollitur, unicum et singulare hostium ecclesiae clauditur, multa hostia aperiuntur, per quae quicumque intrat, fur est et latro? Habemus canones, habemus sanctorum patrum constitutiones a temporibus apostolorum usque ad te: via regia incedendum est, neque ab ea in aliquam partem declinandum. Apostoli omnes illos damnant, et a fidelium communione segregant, quicumque per saecularem potestatem ecclesiam obtinerent* [Can Ap]*; laici enim, quamvis religiosi sint, nullum tamen disponendi ecclesiam habent facultatem. Haec namque constitutio apostolorum sancta est; cui quicumque contradicit, catholicus non est: omnis autem qui haeresim defendit, haereticus est; nemo autem hanc non esse haeresim dicere potest, quam sancta et apostolica ecclesia in multis conciliis haeresim nominavit, et simul cum suis auctoribus dampnavit et excommunicavit.* Talis allocutio inter pontificem et abbatem invidiae et odii fomitem ministravit. Inter reliqua autem, quae tunc contra eundem abbatem locutus est, ait: *Si non acceleravero tollere ei abbatiam, futurum est, ut ipse suis argumentationibus Romanum michi tollat pontificatum.* Quapropter eidem abbati ab Urbe direxit epistolam[71], per quam mandat, quod non deberet episcopus simul esse et abbas, nec ulterius ferre sedem apostolicam, aliquem episcopum tam famosissimae abbatiae praeesse. Fratribus etiam per Leonem Ostiensem episcopum et huius coenobii monachum litteras misit, in quibus praecepit, ut ulterius eidem viro obedientiam non exiberent, sed secundum Deum regulariter sibi abbatem eligerent; quod si aliter agerent, in omnibus cellis huic coenobio subditis abbates proprios ordinaret. Hoc ubi abbas audivit, fratres convocans coepit ostendere illis dissensionem, quae inter se et pontificem pro causis ecclesiasticis erat, simulque etiam monuit illos, ut si vellent abbatem quem ipse eligeret, et illos et hunc locum pro suo posse protegeret atque defenderet. Erat tunc in hoc monasterio frater quidam Peregrinus nomine, natione Ligur, saeculari astutia callidus, cui eandem abbatiam dare decreverat. Quod cum fratres praescissent, dixerunt abbati, quia quandiu ipse vellet abbatis iure praeesse, omnes illi ut patri et domino obedirent: sin autem abbatiam vellet relinquere, electionem quae illis praecepto regulae debebatur, nulli omnino contraderent, sed ipsi antiquo more abbatem sibi eligerent. Hoc ubi ille audivit, putans se id violenter implere, armatos milites ad monasterium custodiendum in suum auxilium evocat. Die vero altero fratribus cum pace ad missam celebrandam ecclesiam intrantibus, subito advenit diversis armata telis multitudo furentium, et qui essent, qui voluntatem abbatis nollent implere, quaerentium. Fratres autem nimis haec indigne ferentes, ac unanimiter super illos irruentes, de monasterio eiecerunt. Quod cum abbati nuntiatum fuisset, ad hoc monasterium ascendit, et ad se fratres advocans: *Nolo*, inquit, *ut propter me inter vos et Romanam ecclesiam scandalum oriatur, ideoque virgam pastoralem quam michi tradidistis recipite*, et mox eam super altare ponens, fratribusque absolutionem faciens, ad episcopatum suum reversus est, ubi sancta conversatione feliciter usque ad Oderisii II. abbatis tempora vivens, e mundo recessit pridie Kal. Septembris[72]; sepultus vero est in civitate Signina in ecclesia sanctae Dei genitricis et virginis Mariae: ad cuius memoriam miracula Dominus patrare non desinit usque in hodiernum diem. His diebus defuncto in Terracinensi ecclesia Benedicto episcopo, Gregorius huius coenobii a pueritia monachus et in scripturis sanctis eruditissimus, a Romano pontifice in eadem ecclesia episcopus sustituitur[73]. Similiter etiam in coenobio sancti martyris Christi Vincentii, Amicus huius Casinensis monasterii decanus abbas praeficitur[74], et in Romana ecclesia Oderisius[75] et Roscemannus[76] diaconi cardinales ordinantur.

70) non dixit, sed scripsit. Verba enim *Inimici* — *non est* sumpta sunt ex ep. ad papam, reliqua ex ep. ad Petrum ep. Port. Utramque edidit Baronius ad a. 1111. n. 30. 31; alteram ad Petrum Martene e cod. Casin. Coll. I. 627. 71) conspiratione monachorum haec omnia facta esse dicuntur in vita S. Bruni, Acta SS. Iul. IV, 483. ubi sequentia etiam aliter narrantur. 72) immo 15. Kal. Aug. quo ut sanctus colitur, a. D. 1123. 73 cf. de Viris ill. c. 32. 74) cf. Murat. SS. I[b] p. 517. 75 sacristanus S. Agathae vocatur a Pand. Pisano. 76 S. Georgii, postea rector Beneventi, Falco a. 1120.

Gyrardus huius monasterii abbas quadragesimus primus, sedit annis undecim, mensibus tribus.

43. Hic nobilissima Marsorum comitum progenie originem ducens, in primis pueritiae suae annis omnipotenti Deo in hoc monasterio oblatus, atque a Desiderio abbate susceptus, et in monasterio sancti Nycolai in Pica praepositus constitutus, demum vero ab Oderisio qui Desiderio in monasterii successit regimine, huius loci decanus ordinatus
c. 31. est. Sed cum post Ottonis transitum, Bruno ordine quo supra retulimus abbas effectus fuisset, Romanus pontifex graviter ut antea iam diximus eius ferens electionem, scripsit ei ut abbatiam dimitteret, ac episcopatum suum peteret. Ille scismatis et discordiae
1111. Oct. periculum metuens, abbatiam reliquit. Post haec fratres in capitulum convenientes, omnium unanimitate abbas ordinatus est. His quoque diebus Roggerius dux Apuliae vita
Feb. 21. decedit, et in loco eius Guilielmus filius eius substituitur.

44. Tunc temporis Ugo quidem transalpinus miles, cui de Albaspina[a] cognomen inditum fuerat, istis in partibus apud plerosque comites suis armis deserviens, ditiaque stipendia lucrans, rebus satis prosperis dulcissimae iuventutis voluptatibus utebatur. Erat enim cum manu promptus, tum etiam sermone facundus. Is cum Raone Rahelis filio, Teanensis civitatis comite, ipsa coenae dominicae sollempnitate sanctum pascha celebraturus ad hoc monasterium devotione non modica veniens, declivi montis scabrosa via equitatura concidens, horribilem nimis crurium fracturam passus est, et non aliter quam in lectulo huc asportari praevaluit; moxque se ante beati Benedicti corpus poni, instantissima prece deposcit, ibique magnis clamoribus vociferans, totum diem flendo consumsit. Cumque iam sequentis noctis tenebrae diei finem imponerent, mansionarius ecclesiae foras illum deferre famulis quibusdam mandavit. Ille autem magnis sacramentis contestari coepit, se nullo modo inde nisi convalesceret exiturum, et aiebat: *Hic hic ante illius corpus, cuius cum ardenti desiderio curiam visitarem, tanto mei corporis usus sum infortunio, hic inquam ad illius iniuriam iacens, continuo naturae satisfaciam; nisi consuetam sibi protinus michi tulerit opem.* Quibus dictis, recedentibus cunctis ipse quoque semisopitus paulisper obticuit. Cum ecce videt sacrosanctum altarium, in quo Benedicti patris est corpus reconditum, quasi divinitus aperiri; indeque venerandae canitiei virum egredi, illo scilicet habitu quo in festivis processionibus abbates uti consuerunt. Qui propius accedens, et fracturae locum benigna manu contingens, dixit: *Ecce sanus factus es, minitari iam desine.* Aeger autem continuo sanus surgens et incolumis, noctem illam in Omnipotentis laudibus expendit. Mane autem facto, rem gestam innotuit, gratiarumque actiones Deo et patri Benedicto permagnificas reddidit. Post festum itaque non minori quam decuit mentis laetitia celebratum, Teanum Ugo rediit, coelestisque ignis ardore calescens, mundo mundanisque omnibus vale dicens, se ipsum quoque secundum divinum praeceptum sibi abnegans, nudus et expeditus secutus est Christum; moxque
77 ad fontem de Corrigia[77] xenodochium construens, tam religioso vitae tramite ad supernam patriam currere coepit, ut calciamentis quidem nullis, vestimentis vero tantum laneis usus sit. Idem etiam post 15 annos rursus huc veniens, quasi adeptae salutis rependio beato Benedicto perpetuo se tradidit servum, veridicoque ore superius dicta multotiens fatebatur. Eo etiam die Rao filius Raelis remisit super altare beati Benedicti cunctam
78 pertinentiam cellae nostrae de Tiano et iuravit[78] quod quietam nobis dimitteret, quemadmodum temporibus Iordani principis fuerat; reservans sibi hoc tantummodo, quod homines nostri duobus diebus per ebdomadam suo servitio deputentur usque in 4 annos, et ipse ob hoc dimitteret de solito censu, quem accipit de Casa Flamma vel aliis, annuatim tarenos 100; completo ergo termino, caetera omnia quieta dimittat[b] in perpetuum.

45. Mittit dehinc pontifex nostro abbati, quatinus praeparatis omnibus ad Urbem pergat, videlicet ut proximo mense Martio abbatiae consecrationem accipere debeat.
1112. Praeparatis igitur necessariis iter arripiens, Romam advenit, ibique consecrationem in-
Feb. 4. deptus, privilegium ab eo de omnimoda monasterii huius libertate recepit[79]. Mense

a) Abbaspina *c.* b) dimittant *c.*

77) In agro Teanensi, durat nomen. ANG. 78) extat iuramentum eius s. d. ap. Gatt. Acc. p. 229. 79) Gatt. Hist. p. 333. Datum est *Girardo nostris per Dei gratiam manibus in abbatem Cassinensis monasterii*

itaque Martio adveniente, facta est ibi sinodus, in qua cum omnibus episcopis[a] de negotio 1112. Mart. 18 sedis apostolicae et Romani imperii tractaretur. Papa[80] professus est, se non tam sua quam aliorum concaptivorum liberatione, cum imperatore fecisse quod fecit; seque omnino catholicum esse, firma ac vera ratione ostendit. Privilegium etiam quod fecit contra omne ius et fas, necessitate fecisse confessus est. Quicquid vero sui praedecessores statuerunt et damnaverunt, omnia similiter confirmavit et damnavit. Hoc episcopi audientes, illud scriptum privilegium, si privilegium vocandum, audierunt, et omnino in perpetuum condemnaverunt.

46. Eodem vero anno Alexius imperator cuius supra memoravimus, strenuissimos de suo imperio viros cum litteris Romam direxit, per quas significabat se idem imperator primitus de iniuria et captivitate summi pontificis, a Romanorum imperatore sibi illata, nimium dolere[81]; deinde gratias agens collaudabat illos, quod viriliter contra eum stetissent nec illi ad votum cessissent, atque ob id, si animos illorum promptissimos ac 81 paratissimos inveniret, prout sibi ab istis partibus iam dudum mandatum fuerat, vellet ipse, vel Iohannes filius eius, secundum morem antiquorum fidelium videlicet imperatorum a summo pontifice Romae coronam accipere. Romani autem se omnino paratissimos fore secundum voluntatem illius, per eosdem nuntios mandaverunt. Mense autem Mai. Magio elegerunt de suis ferme sexcentos, et direxerunt imperatori ad conducendum eum. Qui venientes Casinum, honorabiliter a nostro abbate recepti sunt, atque cum illis legatos ad imperatorem direxit, per[b] quos servitium et orationem ei spopondit. Igitur cum Constantinopolim reversi fuissent, et una cum Romanis eidem imperatori narrassent quod illis noster abbas fecisset, censuit imperator eum in loco amicorum habendum, ac per huius coenobii fratres 8 libras solidorum michalatorum et pallium triacontasimum beato Benedicto direxit[82]. Insuper etiam eidem abbati mandavit, ut cum ipse Romam coronandus veniret, obviam ei usque Dirachium exiret, atque cum eo usque ad Urbem in eius servitio permaneret.

47. His diebus Ugo filius Ugonis infantis de castro Fenuculi, una cum Landulfo Beneventano archiepiscopo, reddidit beato Benedicto ecclesiam sancti Petri in Russano, et sancti Iohannis in pertinentiis de castro Helicuso, et sancti Georgii in castro Fenuculi, et sancti Martini in pertinentiis de castello qui dicitur Turrepalatium, et sancti Ianuarii in pertinentiis civitatis Beneventanae, cum pertinentiis illarum, quas videlicet pater eius ad diem obitus sancto Benedicto tradiderat.

48 Alio vero anno praephatus papa Paschalis iterum ad has partes deveniens, cum 1112. nostro abbate sinodum celebraturus Beneventum perrexit; in qua videlicet per Sennem 1113. Feb. Capuanum archiepiscopum proclamationem fecit de ecclesia sanctae Sophiae in Beneventu, quae violenter a dicione huius loci subducta fuerat, sed nichil exinde habere iustitiae potuit. Proclamavit[83] etiam super Benedictum Terrae maioris abbatem, quod ecclesiam 83 sanctae Mariae in Casali plano, quae iuris huius loci extiterat, invasisset. Tunc pontifex, licet ab abbate Oderisio olim exinde pulsatus fuisset, missis iterum atque iterum litteris, apposita etiam interdictione vel loci vel ordinis, eundem abbatem ad se venire coegit. Data Febr. 11. 12. est igitur per biduum iurisperitis licentia disputandi. Novissime auctores monasterii Terrae maioris probationem possessionis quadragenariae intenderunt. Caeterum eorum testes non ex visu et auditu, sed ex fama testimonium profitentes, nec legibus nec canonibus suscipi potuerunt. At contra nostri quadragenariae vel tricenariae possessionis interruptionem modis talibus astruebant: testes duos notae religionis monachos, unum episcopum, alterum diaconum protulere, qui se praesentibus supradictam ecclesiam sanctae Mariae de Casali plano per Desiderium memoriae felicis abbatem locatam Rodulfo presbytero asserebant, sicut in locationis descriptione ostendebatur, sub censu 6 bizanteorum[84]. 81 Tres etiam ab eis layci testes prolati sunt, qui se vidisse profiterentur[c] per annos 40,

a) *nescio an* praesentibus *hic exciderit, ut sequentia apodosim efficiant.* b) *deest c.* c) *ita corr. e dipl.* profitentur *c.*

consecrato, 4. Febr. anno d. i. 1113. ind. 4. pont. 13, Lateranis. Quod si hoc anno datum est, ante m. Martium consecratus est. 80) Ex actis concilii v. Mon. Leg. II B, 181. 81) huiusmodi ep. ad abb. Cas. e reg. Petri edidit Gatt. Hist. p. 929. Murat. Ant. V, 389. in qua tamen coronationis nulla mentio fit. 82) Huc referenda esse videtur ep. ib. p. 924 edita, missa mense Iunio, ind. 5. 83) e privil. papae ap. Gatt. Acc. p. 714. Sita erat in episcopatu Larinensi ad fl. Saccionem. Cf. supra II, 32. 84) a. D. 1071.

1113 Feb. priusquam ecclesiam illam Terrae maioris monasterium invasisset, huius coenobii monachos ibidem fuisse praepositos[85]. Legum igitur pontifex auctoritate perspecta, monasterio Terrae maioris super hoc negotio perpetuum silentium indixit, et demum ecclesiam Feb. 13. de Casali plano cum possessionibus suis apud nostrum monasterium per privilegium Apr. quietam in perpetuum manere constituit. Tunc[86] temporis et Robbertus comes de Lauretello quadragesimali tempore causa orationis ad hoc monasterium veniens, una cum Oldiberto milite suo obtulit beato Benedicto quicquid sibi[87] pertinebat in territorio sancti 1114. Martini in Pisile. Sequenti vero anno Guillelmus dux, filius Roggerii ducis, ad hunc locum Oct. deveniens, per praeceptum[88] confirmavit in hoc loco quidquid Robbertus et Roggerius duces sancto Benedicto tradiderunt, confirmans insuper terram, quam olim in Troiano apud Sanctam Iustam in hoc loco concesserat; adiciens insuper, ut animalia nostra quae annualiter in suam terram devenerint, pascua in solitis locis habeant, et absque sua hominumque suorum vel alicuius personae contrarietate vel infestatione seu reditione, maneant et redeant, 1126. Aug. mille librarum auri pena indicta. Fecit et aliud praeceptum de Castelione de Baroncello[89], cum pertinentiis suis, ut homines qui in eo manent, solidi[a], quieti, et liberi sint 1114. Apr. a se et a suis, ab omni datione vel censu. Sed et Constantia filia regis Francorum, cum Boamundo filio suo, eodem anno obtulit in ecclesia sancti Petri Imperialis in civitate Tarento 86 familias hominum cum rebus suis, et quicquid eidem loco concessum est per praecepta et oblationes.

Oct. 49. Eodem vero anno papa Paschalis cum apud Ceperanum sinodum celebraret, archiepiscopus Consentinus proclamationem fecit super Roggerium comitem Siciliae, qui eum de archiepiscopatu deiciens, invitum et renitentem monachum fieri iusserat. Ad haec papa: *Hoc ad me non attinet; abbatis enim Casinensis est iudicare et discernere de talibus,* Rom 11,29 *cui hanc praerogativam praedecessores nostri contulerunt. Dona namque et vocatio Dei, sicut apostolus, sine penitentia sunt. Illud ergo donum, quod omnipotens Deus beato concessit Benedicto, ac per eum Casinensi coenobio, nulla potest ratione convelli: idemque abbas Casinensis super re tali respondeat.* Tunc abbas: *Non vult Deus coacta servitia; unde si contra vestram voluntatem monasticum institutum arripuisti, vestrum erit vel relinquere vel tenere. Quapropter sanctae religionis habitum quod inviti sumpsistis, ut ad pedes domini nostri apostolici deponatis praecipimus; demum ut ante iam dixi, vestrum erit vel recipere vel dimittere.* Ille autem continuo ad pedes summi pontificis vestimenta deponit monastica, sed nullo modo ei ab aliquo persuaderi potuit ulterius resumere. In eodem etiam concilio idem apostolicus investivit Guillelmum ducem de ducatu Apuliae et Calabriae. Ibi etiam cum Landulfus Beneventanus archiepiscopus accusatus fuisset, et se purificare de obiectis non valeret, ad hunc locum fugit, papae sententiam audire declinans; sed qualiter rogatu nostrae congregationis et pontificii ordinem et papae gratiam 90 rursus habuerit, loco suo scribemus[90].

50. Hoc etiam anno, cum fratres nostri coenobii a Sardinia remearent, pyratae Saracenorum super eos irruentes, in Africam vinctos duxere. Quod ubi noster abbas agnovit, pretium pro redemptione eorum illuc transmittere studuit; sed hi qui deferebant ventorum vi in Syciliam appulsi sunt. Igitur dum haec ad notitiam Roggerii magnifici comitis pervenissent, amore sanctissimi patris Benedicti ductus nuntios suos ad regem 91 civitatis Calamensis[91], quod a Sarracenis Alchila dicitur, destinavit, quatinus illos ad hoc monasterium redire permitteret, si eius frui amore, si eius pace uti desideraret. Annuit protinus Calamensis rex tantis postulationibus, eosdemque fratres legatis ipsius comitis tradidit; iam enim Azzo huius sancti loci decanus in eadem captione vita decesserat. Qui per Africam Syciliam venientes, honorabiliter ab eodem comite suscepti[b], atque ad hunc nostrum monasterium retransmissi.

51. Operae pretium reor, ea quae omnipotens Deus ad iam dicti decani declaranda

a) *ita in orig.* b) *an s.* sunt?

85) *et Radulfum ... pensionem Casinensi monasterio persolventem. l. l.* 86) e privil. Robberti ap. Gatt. Hist. 344. *Actum in palacio Termulano.* Vocatur *comitum comes de Lauretello,* fil. Robberti. 87) sc. Oldeberto *eiusdem monasterii offerto.* 88) Gatt. Acc. p. 230. Casinum se venisse, ibi non dicit. 89) territ. Troiano. Gatt. ib. 231. 90) c. 61. Ceterum cf. Falconem Ben. ad h. a. et Romualdum Salern. 91) quae inter Cirtam et Hipponem regiom sita est, et nunc Guelma vocatur; cf. Pagium ad a. 1114. n. 3.

ostendit merita, opusculo praesenti annectere. Hic[92] igitur dum in eadem provincia 92 defunctus fuisset, corpus eius in ecclesia beatae Mariae ante altarium sepultum est. Factum est autem in tempestae noctis silentio, Sarraceni inde transeuntes, dum luna radios suos emitteret, viderunt eum foris iusta hostium basilicae sedentem, librumque in manu tenentem. Tunc illi obstupefacti, alios Sarracenos clamare coeperunt, dicentes: *Currite citius, currite, huc properare studete! nam presbyterum*[a] *christianorum, qui in isto mense mortuus est, ante hostium ecclesiae sedentem conspicimus.* Hoc igitur reliqui audientes, portas civitatis egressi illuc tendere festinaverunt. Cumque ad eum appropinquassent, vir Domini inter limen hostiumque basilicae ingressus, nusquam comparuit. Quadam vero die mansionarius ingressus ecclesiam, repperit lampadam quae super sepulchrum eius pendebat, ardentem. Tunc iratus, puerum qui ei iugiter in ecclesia serviebat vocavit, eique dixit: *Cur lampadem accensam reliquisti?* Ad quem puer respondit: *Ego quando ecclesiam clausi, lucernas omnes extinxi; hanc autem quis*[b] *accenderit, ignoro.* Animadvertens autem vir ille quod in re erat, lampadem extinxit, ecclesiam clausit; alioque die ingressus ecclesiam, eam ardentem repperit. Hoc igitur dum saepius fieret, nuntiatum est regi Sarracenorum; qui in re insolita admiratus, et putans a christianis ista confingi, destinat Sarracenos qui lampadem extinguerent oleumque inde traherent. Quod dum factum fuisset, alio die ecclesiam ingressi, lampadem lucentem, atque aquam in morem olei ardentem invenere. Qui praepete cursu inde egredientes, ad regem venerunt, et cuncta quae evenerant per ordinem pandunt. Tunc rex lampadem extingui, et Sarracenos die ac nocte ecclesiam custodire praecepit, ne quis christianorum ibidem intraret; qui praeceptis eius parentes, ecclesiam custodire coepere. Nocte autem adveniente, Sarraceni qui ecclesiam observabant, oculos in coelum levantes, stellam de coelo super lampadem ecclesiae radiantem aspiciunt. Tunc obstupefacti fores ecclesiae reserant, lampademque lucentem aspiciunt, cursuque celeri ad regis tendentes palatium, seriatim quae viderant narrare coeperunt. Rex vero suorum talia dum audisset ab ore, dictis derogans fidem, lampadem extingui, et ecclesiam sicut prius custodire praecepit; exurgensque ad domum callifae, qui ecclesiam luminabat[93] perrexit. Cumque iam 93 nox advenisset, elevatis in coelum oculis vidit stellam super lampadem ecclesiae radiantem, eandemque radio suo accendentem; statimque Sarracenos ad ecclesiam mittens, lampadem ardentem reversi nuntiarunt. Tunc rex proponit edictum, ut christiani liberam in ecclesiam ingrediendi facultatem haberent.

52. Eodem quoque tempore Robbertus Aversanus episcopus praesente Romano pontifice promovit litigium contra hoc monasterium de ecclesia sanctae Agathae in Averse. Cumque diu inter nos et illos in Romana curia haec causa saepius ventilata fuisset, ex praecepto Romani pontificis et cardinalium, quibus grave videbatur totiens eandem causam in iudicio audire, una cum clericis Aversanae ecclesiae idem episcopus eandem ecclesiam in perpetuum huic nostro Casinensi coenobio habendam concessit[94], pena 50 1113. librarum auri apposita. Hic abbas fecit libellum hominibus habitantibus in castro sancti Angeli de terris et silvis huic monasterio pertinentibus in loco qui dicitur Tabulenla, iusta tenorem antecessorum suorum, unde recepit libras denariorum decem.

Huic abbati Robbertus princeps iureiurando firmavit totam ex integro abbatiam, et omnem terram, castra, et monasteria, sicut illa tenuit Otto abbas octo dies antequam mortuus esset, et omnia quae hoc monasterium retinebat infra principatum Capuanum. Id ipsum fecit Andreas consul et dux Cagetanorum[95] de terra sancti Benedicti, et nomi- 95 natim de castro Pontiscurvi cum pertinentiis suis.

53. Tunc temporis Benedictus Fundanae ecclesiae episcopus et huius coenobii monachus, contendere coepit adversus hoc monasterium pro pecunia, quam Contardus praedecessor suus in hoc loco deposuit; cuius pecuniae partem idem episcopatui redditam fatebatur, partem vero nostram[c]. Noster vero abbas causam se ignorare dicebat; et

a) *ita in libro illo,* presbyter *c.* b) *ita ibi,* qui *c.* c) *leg.* non *ANG.*

92) Haec eisdem fere verbis leguntur in libro de Iustis Cas. c. 62. 93) num i. q. prospiciebat? *quae e. liminabat* correxit Lauretus; ipse de Iustis l. l. dicit: *quae ecclesiae imminebat.* Callifam Pagius ad a. 1114. n. 4. putat esse episcopum vel presbyterum christianorum. 94) a. 1113. indictione 7. Gatt. Hist. p. 281. 95) f. Richardi de Aquila.

99*

cum huius rei negotium diu multumque ventilatum fuisset, quoniam et de quantitate pecuniae dubitabat[a], et utrum minus esset redditum quam in deposito fuisset acceptum: tandem ad hanc venimus conventionem, quod huius rei gratia noster abbas concessit eidem episcopo usque ad obitum suum monasterium sancti Nycolai in Pica, ut haberet inde omnem redditum quem hoc monasterium esset habiturum, praeter consuetas salutes temporibus suis. Hic abbas cum adhuc praepositurae officio fungeretur in ecclesia sancti Nycolai in Pica, tempore patris Desiderii, acquisivit a Girardo, Richardo, et Leone Fundanis consulibus ecclesiam sancti Onufrii cum pertinentiis suis; et quoniam supradictus locus in devexo montis latere constructus latronum direptionibus semper patebat, illam Gyrardus diruens, in monticulo iusta posito construxit monasterium in honorem sancti confessoris Christi Onufrii; atque de monasterio sancti Nycolai in Pica omnium mobilium medietatem auferens, partem etiam monachorum eiusdem loci ibi transmittens, sedecim fratres illic Christo servituros aggregavit. Pari etiam modo in Aliphano territorio ecclesiam sanctae Mariae in Cingla a fundamentis diruens, magnificam et speciosissimam ad similitudinem huius ecclesiae sancti Martini in priori loco renovavit. Hic abbas concambiavit cum Grimaldo filio Maionis de Aquino terram in Ulmitu, recipiens aliam petiam terrae in Aspranu cum pertinentiis suis, 50 bizzanteorum pena apposita.

1115. Feb. 19. 54. Sub isdem fere diebus, cum iam ab incarnatione Domini annus millesimus centesimus ac quintus decimus elaberetur, 11. Kal. Martii, castrum huius nostri monasterii quod Suium[96] dicitur, quodque a patris Desiderii tempore ab hoc monasterio subtractum 97 fuerat, post decessum Richardi de Aquila, qui eundem castrum tenuerat[97], captoque Alexandro qui uxorem eiusdem Richardi acceperat, Suienses non ferentes insolentiam exactorum eiusdem Alexandri, eundem castrum in manus praephati abbatis reddiderunt[98]. Rangarda igitur uxor praephati Richardi hoc agnito, turrem quae Ad mare dicitur pro- 99 ditione custodum in sua accipiens, villam Laurianam[99], Casam maiorem, Sanctum Benedictum in Suessa, et omnia quae in sua dicione ad Casinense coenobium pertinebant, ab huius loci potestate subtraxit; et ex tunc et deinceps, quicquid adversi, quicquid incommodi Casinensi coenobio excogitare poterat, inferre non desinebat. Abbas autem non segnis ad haec, aggregato exercitu Suessanam terram igne ferroque devastare omnimodis coepit. Rychardus etiam tunc Bartholomei de Caleno filius, propter pugnam quam cum eadem Rangarda pro ducatu Cagetano habebat, eidem abbati per sacramentum firmavit totam ex integro abbatiam, et quam antea recuperare posset in terra Fundana, vel in terra Guidonis de Castro, vel comitum de Cyccano, et intra Capuanum principatum, in comitatu Aquinensi, Benafrano, Aliphano, ac Teanensi, et nominatim castellum de Suio cum pertinentiis suis, et specialiter viam per flumen Garilianum eundi et redeundi cum navigiis, et mercata ad portum de Suio, et specialiter terras, quae ab eadem Rangarda sublatae fuerant, idest curtem sancti Iohannis ad Currenti, curtem de Lando de mari, Casam maiorem, Laurianam, Sanctum Benedictum de Suessa, et terras quas retinebat Gezzolinus. Id ipsum fecit et Robbertus princeps, iureiurando confirmans beato Benedicto supradictum castrum de Suio cum pertinentiis suis[1].

Mai. 55. Sequenti[2] anno, mense Madio, iam dictus papa Paschalis Romam egrediens Aug. venit ad hoc monasterium, nostrumque abbatem secum ducens, synodum celebraturus Troiam perrexit, indeque regrediens ecclesiam sancti Vincentii, quam Gyrardus huius coenobii monachus iusta ortum Vulturni fluminis a fundamentis construxerat, sollempni- Sept. ter dedicavit[3]; in qua etiam noster abbas duo pallia optulit. Huius abbatis tempore Almannus in hoc sancto coenobio monachus defunctus est, cuius vita quantum Deo com-

a *an* dubitabatur?

96) Eius partem dimidiam Hugo Caietanus donaverat Theobaldo abbati m. Ian. 1023, diplomate quod Gattulam fugit, commemorato ab I. B. Federici, De' duchi di Gaeta p. 326. Postea a. 1040 quartam partem filio reservavit, qui 1079. monasterio rursus instrumentum de parte dimidia castri tradidit; v. supra II, 55. III, 44. 97) v. supra c. 7. 98) 1115. *G. abbas oppidum Suium adquisivit.* Anon. Cas. 99) Quae nunc Sancti Crestensis appellatur. Antiquae vero villae Laurianae vix ecclesiae rudera supersunt, prope Sanctum Crestensem in via Caietana. ANG. 1) Praecepto suo possessionem Suii Casinensibus confirmavit 1117. Feb. ap. Gatt. Acc. p. 232. 2) eodem. Negligentiam Petri in temporibus computandis saepe iam vidimus; anni autem initium ne more Pisanorum a Martio anni praecedentis computavisse credatur, vetat e. g. cap. 32. 33. 61. 3) cf. Falconem Benev. ad h. a.

placuit, exitus illius patefecit. Hic[4] itaque e Melfia civitate, de qua oriundus erat, ad hunc locum perveniens, districtissime satis et continentissime vixit; omnibus enim noctibus iusta ecclesiam sancti Andreae apostoli in cymiterio fratrum nudus permanens et psalmos canens, duris scoparum ictibus carnem suam affligere non desinebat. Sub istius autem abbatis tempore cum idem vir in tempestae noctis silentio esset defunctus, Nycolaus cellararius extra monasterium manens, elevatis oculis vidit tectum desuper aperiri, et ex eo maximum globum ignis egredi, atque in coeli alta deferri. Statim vero ad monasterium nuntium mittens, invenit ea hora fuisse Almanni obitum, qua globum ignis de monasterio egredi coelique alta petere vidit. Hanc autem visionem sicut cellararius aforis, ita et Carbo, unus ex huius loci prioribus qui adhuc superest, in monasterio positus vidit. Hic vero quandiu vixit, tribus diebus in epdomada panem et aquam comedit, et numquam nisi certa solvit festivitate ieiunium.

56. Interea cum homines de civitate sancti Germani nostro abbati saepe inquieti et rebelles existerent, ad horum nequitiam refrenandam Gerardi animus ingens erigitur. Unde cum Oderisio praeposito et Seniorecto decano, qui post abbates huius coenobii extiterunt, aliisque prudentibus viris communicato consilio, quosque huius loci fideles in suum auxilium evocans, 17. Kal. Februarias nocturno tempore monticulum Ianulae qui eidem civitati imminet cepit, atque a civibus obsides accipiens, eandem Ianulae arcem, quae a temporibus Aligerni abbatis destituta ac desolata fuerat, restruere vir strenuissimus coepit. Primo itaque in montis summitate turrem speciosissimam ac valde maximam extruxit, iusta quam duas veteres turres dirutas reparavit. Iam vero abbatis cameram cum cappella et reliquis officinis pulcherrime satis construens, ipsius arcis ambitum muro firmissimo sepsit, et sic demum rebelles et infidos quietos manere coegit. Pari etiam modo castrum Pontiscurvi, Cardetum, Vitecusum ac Suium muris turribusque munivit.

57. His diebus defuncto in Cagetana ecclesia Alberto[a] episcopo, Richardus huius coenobii a pueritia monachus eidem ecclesiae episcopus datur. Romanus interea pontifex cum ad paganorum saevitiam edomandam sollicitus esset, Romanos, Pysanos, aliosque de diversis partibus evocans, sub remissione omnium peccatorum illos ad insulas Baleares direxit. Quo dum venissent, diu multumque illas expugnantes, tandem in de- 1114.
ditionem acceperunt, centum[5] milibus Sarracenorum gladio interemptis. Hoc praeterea tempore Hector, Pandulfus, et Gisulfus filii[b] Pandulfi de Presenzano, antiqui hostis malitia debriati castrum huius monasterii quod Caminum dicitur furtive subripientes, terras huius coenobii sibi contiguas modis omnibus infestare coeperunt. Abbas autem ut erat magnanimis exercitum aggregans, terram illorum igne ferroque consumpsit. Eodem vero anno praedictus papa Urbem egrediens, venit ad hoc monasterium, ubi honorifice nimis receptus, cum ei relatum fuisset de supradictis sacrilegis, qui ante iam fatum castrum Camini invaserant, inter ipsa missarum sollempnia tanti mali auctores nisi resipiscerent a liminibus ecclesiae separavit. Quid tantis? Videntes sibi Deum in omnibus resistere, eundem castrum in manus nostri abbatis reddiderunt, atque ad hoc monasterium venientes, cuncta congregatione astante supradictum castrum supra beati Benedicti altarium refutavere. Lando interea filius Landonis comitis, more parentum suorum ab huius loci infestatione nequaquam quiescens, in silva huic monasterio contigua quae Tirille dicitur, castrum construere coepit. Erat tum in hoc sancto coenobio Iohannes Romanae ecclesiae cancellarius et huius monasterii monachus, cuius superius memoriam feci; qui tantam insolentiam nequaquam ferendam censens, Seniorectum decanum aliosque ex fratribus secum assumens, eundem comitem adiit, atque illum ex parte Romani pontificis obtestare coepit, ut in possessione beati Benedicti castrum non aedificaret, nisi anathema apostolicum experiri vellet. Tum ille et pontificis ira et beati Benedicti iustitia agnita, de eodem loco confestim recessit.

58. Tunc temporis quidam miles in Apulia in quodam conflictu a quodam iniquissimo captus, atque boia catenisque devinctus in foveam demersus est. Cumque per dies plurimos eodem nervo detineretur astrictus, et die noctuque sanctissimi patris Benedicti auxilium anxie flagitaret, quadam nocte ei apparuit dicens: *Dormis, an vigilas?* Et ille:

a) *ita Gatt.* Abberto *Ang.* b) filius *c.*

4) *Hic — ieiunium* de Iustis Casin. c. 33. 5) 50 secundum Chr. Pis. ap. Murat. SS. VI. 169.

Ut cernis domine, plus in meae mentis archano de morte, quam de sompni quiete pertracto. Sed tu quis es, qui ad me venire dignatus es? notum ut facias, prona mente deposco. Et sanctus: *Ego sum frater Benedictus, quem in tuo adiutorio venire rogasti. Nunc vero surge celerius; catenas vero cum quibus ligatus es, quoniam propter itineris longitudinem ad corpus meum in Casino ferre minime vales, ad sepulchrum fratris Ottonis inclausi, qui meam regulam optime conservavit, suspende; et ob tuam liberationem laudes Deo reddendas ire ne tardes Casinum.* Haec cum dixisset, continuo miles surgens, invocato Redemptoris nostri ac beati Benedicti nomine, confestim catenae quae in pedibus eius erant solutae sunt, et continuo surgens, quae sibi iniuncta fuerant omni instantia implere curavit. Demum vero Casinum veniens, Deo patrique Benedicto laudes quam maximas retulit. Arderadus huius loci hostiarius, dum noctis medio per plana quae Casinensi monti subiacent iter ageret, oculos ad sanctissimi patris Benedicti coenobium vertens, vidit super eundem locum ad instar solaris splendoris descendisse maximam lucem: quae prius ecclesiam, postmodum vero totum monasterium operiens, usque ad dimidium fere horae spatium mansit; ac sic[a] demum lux, quae ante oculos eius apparuerat, subtracta 6 est. Eo[6] etiam tempore Sergius huius coenobii monachus, natione Amalfitanus, dum vita decederet, Gregorium huius loci presbyterum rogavit, ut eum non dimitteret; qui postulationi eius obtemperans cum eo permansit. Cum vero vitae eius appropinquasset iam ultima hora, respiciens vidit beatissimam Dei genitricem Mariam ad se venientem, ilicoque manus sursum erigens, clamare coepit: *Domina mea, domina mea.* Quem interrogantes quid videret, ait: *Numquid nam non beatissimam virginem Mariam videtis? Hic nempe est.* Haec dum dixisset, animam exalavit.

59. Per hos dies Petrus filius Petri Mayni de civitate Aquinensi, optulit beato Benedicto quicquid sibi pertinere videbatur infra fines suprascriptae civitatis in valle Opplosa, et Surgili, et Cysternola, et omne quod sibi pertinebat apud Suium, loco qui vocatur Casa maiore, pena centum bizanteorum statuta. Adenulfus filius quoque Bernardi de Aquino, et ipse ad hoc monasterium veniens obtulit huic sancto loco quicquid sibi a 1115. Aug.17. paterno vel materno iure pertinebat in Sancto Urbano. Hoc etiam tempore abbas Gyrardus concessit[7] in vestiario huius sacri coenobii ob fratrum utilitate, quicquid sancto Benedicto pertinebat in comitatu Termulensi, nec non et terras quae fuerunt Oldi- c. 48. berti militis, quas comes Robbertus sicut supra retulimus huic loco obtulit, anathematis innodatione[b] apposita, si aliquis successorum suorum hoc a vestiario fratrum subtrahere vellet. Concessit etiam in monasterio sancti Iohannis de Capua Petram mellariam cum pertinentiis suis. Sciendum sane quoniam in monasterio puellarum sancti Iohannis abbatissa quidem debet eligi, cum necesse est, a sanctimonialibus, sicut ego ipse recolo me legisse in privilegio abbatis Aligerni, quod apud Capuanum beati Benedicti monasterium habetur, sed approbari et confirmari debetur iudicio Casinensis abbatis, cuius etiam auctoritate consecrationem ipsa abbatissa accipere debet[8].

1116. Mart. 60. Supradictus autem pontifex sociato sibi nostro abbate Romam rediens, mediante quadragesima synodum celebrare disponit, in qua etiam noster abbas proclamationem fecit de cella sanctae Sophiae in Benevento; sed nullam exinde habere iustitiam valuit. Quo etiam tempore, dum Pontius Cluniacensis coenobii abbas ad synodum veniens, se abbatem abbatum esse iactitaret, interrogatus a Iohanne cancellario, si Casinenses accepissent regulam a Cluniacensibus, an Cluniacenses a Casinensibus, Pontius respondit, quod non solum Cluniacenses, verum etiam omnes monachi in orbe Romano degentes regulam patris Benedicti a Casinensi coenobio acceperunt. Tum cancellarius: *Ergo si ex Casinensi coenobio tamquam a vivo fonte monasticae religionis norma manavit, iure ac merito Casinensi abbati haec praerogativa a Romanis pontificibus concessa est, ut ipse solus qui Benedicti legislatoris est vicarius, abbas abbatum vocetur.* Per idem tempus Romani Apr. 2 adversus iam dictum pontificem ferali inter se odio dissidebant. Nam pars maxima illorum, qui filium nuper defuncti praefecti[9] contra[c] voluntatem elegerant, omnibus nisibus contra Petrum Leonis agebant, adeo ut nonnullas eius turres destruerent, quia pro

a) si *c.* b) inondatione *c.* c) pontificis *excidisse videtur.*

6) cf. de Iustis Casin. 61. 7) ap. Gatt. Hist. p. 134. et Acc. p. 233. cf. infra c. 76. 8) v. Gatt. Hist. p. 126. 9) Petrum f. Petri.

ipso et cum ipso non consenserat pontifex voluntati eorum. His auditis Heinricus im- 1116 perator, qui defuncta Mattilda tunc apud Liguriam degebat gratia disponendarum rerum illius, laetus effectus quia non bene cum papa conveniebat, xenia imperialia Urbis praefecto et Romanis transmisit, adventum suum illis praenuntians affuturum. Pontifex interim loco cesserat, et Petro Leonis in munitionibus degenti, quoquomodo poterat subsidia ministrabat.

61. Anno autem dominicae incarnationis 1117. idem imperator congregato exercitu 1117 Romam advenit. Quod dum papa Paschalis comperisset, Urbem egrediens venit ad hoc monasterium, atque ab universa huius loci congregatione rogatus, Landulphum archiepiscopum Beneventanum, quem supra depositum retulimus, in gradu suo restituit[10], sicque c. 10 per Capuam Beneventum ingressus est. Imperator interea urbem Romam ingrediens, et pontificem exinde discessisse praenoscens, consules, senatores ac proceres partim donis partim promissis ad se attrahens, Ptolemeo illustrissimo, Octavia stirpe progenito, Ptolomei magnificentissimi consulis Romanorum filio, Bertam filiam suam[11] in coniugio tra- 11 didit; eique dona perplurima conferens, quicquid avus eius Gregorius aliique parentes habuerant vel retinuerant, praedicto Ptolomeo et haeredibus eius imperiali auctoritate in perpetuum confirmavit[12]. Agit interim papa cum principe aliisque Normannis, quatinus contra imperatorem congluttinentur, illique obsistant, vel certe contra iam dictum Ptolomeum Romanorum consulem generum eius hominibus supradicti pontificis armatorum auxilium subministrent. Heinricus praeterea imperator in urbe Roma persistens, paschalis diei solempnitatem cum ingenti gaudio senatus populique Romani celebrare studuit, Mart 25 et quia pontificem ibidem non invenit, et rationes suas cum rationibus eius internuntiis mediantibus minime convenire videbat, coactus fervore aestatis secessit cum suis in hyperboreis regionibus, spondens se temperato aere agiliter Romam redire. Normanni vero imperatorem ab Urbe egressum dum agnovissent, elegerunt de suis ferme trecentos, ac diebus pentecostes contra Ptolomeum de quo supra retulimus direxerunt. Qui Mai 13. Campaniam ingressi, iusta Pylium eiusdem provinciae oppidum castra metati sunt, praedam inde hominum ac iumentorum facientes. Hoc ubi Ptolomeo consuli nuntiatum est, evestigio milites quos imperator in adiutorium suum reliquerat evocans, per noctem eos exadverso contra castra illorum dirigere studuit. Normanni interim cognito illorum adventu, praepete cursu ad castrum Acutum fugientes pervenere, quos Teutonici insequentes, quotquot invenire poterant neci tradebant, magnamque stragem de eis fecissent, nisi castrum Normannos recepisset. Victoria itaque Alemanni potiti, Normannos exequitatos et depraedatos per vicos et oppida persequebantur, talique ordine Normanni iniuriis affecti unus post unum ad propria remearunt.

62. Hoc praeterea tempore terraemotus[13] magni per universam fere Italiam facti Ian. sunt, ita quod muri multarum civitatum ruerent, ecclesiae a fundamentis subverterentur, et excelsae turres demergerentur, et multorum hominum strages fierent; fontes etiam fere omnes turbidati sunt, et lampades ecclesiarum nullo impellente turbine per aerem movebantur. Tunc quoque in civitate Veronensi maxima pars aedificiorum corruit, yatus etiam in eisdem partibus magni facti sunt, et innumerae arbores virentibus foliis radicitus evulsae, foras eiectae sunt, fumoque loca illa obtecta; infans etiam contra aetatem locutus, quaedam portentuosa vaticinatus est, quae postea evenerunt. His perturbationibus insistentibus, Symon filius Ugonis de Molisi apud Yserniam vita decessit, corpusque eius ad hoc monasterium delatum atque in atrio ecclesiae beati Benedicti reconditum est.

63. His porro diebus Robbertus rex Anglorum[14] legatos ad hoc monasterium dire- 11 xit, petens ut pro se atque pro statu regni sui Domini clementiam exorarent, calicemque aureum quantitatis non modicae beato Benedicto per eos dirigere studuit. Eo etiam

10) 11. Aug. 1116. Falco Ben. calculo Pisano usus. 11) illegitimam. 12) Contra hunc Ptolemeum et Dulciacam, matrem eius ut videtur, a. 1140. monachi Cryptae Ferratae conquesti sunt, v. Annales nostros VII, 22. Filii eius fuerunt Raino, Iordanis de Gabiniano (Borgia Ist. di Velletri p. 247.), et Ionathas, dictus comes Romanorum in Negr. Casin. ad 14. Kal. Dec. sed Tusculanus in placito Ottonis com. palatini a. 1159. in Murat. SS. II^{b}, 678. Die 9. Iulii 1155. papae fidelitatem iuravit (Mattei, Memorie di Tusculo p. 162.), sed a. 1170. Tusculum Alexandro III. resignavit (Romuald. Sal. p. 210.), simul cum Rainone, de quo v. Annales nostros VII, 23. IX, 440. Murat. SS. III^{a}, 462. Ant. Ital. I, 141. 13) meminere eorum Anon. Cas. ad h. a. multique alii. 14) sed cui frater sceptrum praeripuisset, captivumque detineret. Tamen ut nomen mutemus, necesse non est.

1118. Ian. tempore Roggerius[15] filius Landonis Calvensis comitis ad hunc locum deveniens, obtulit
beato Benedicto in Sycilia, in loco ubi dicitur Melazzeti, casalem sancti Andreae, iusta
flumen Platiplatanion[16], intra hos fines: a prima parte coniungit in monte qui dicitur
de Marge, qui est a parte orientis, a secunda parte coniungit cum praedicto flumine,
17 et cum torone[17] qui est iusta flumen de Sancta Venera, a tertia parte casalem sancti
Nycolai de Melito, cum hominibus in eodem loco sibi pertinentibus, quingentorum bizanteorum pena apposita.
Aug. 15. 64. Per hos etiam dies Alexius imperator novae Romae Constantinopoleos, qui
multa bona huic sancto Casinensi coenobio contulerat, et super omnia Latini nominis
monasteria dilexerat, quadragesimo quarto[18] anno imperii sui huius vitae metas exolvit,
et Iohanni Porfirogenito filio suo orientalium Romanorum summam reliquit. Similiter
Ian. 21. et iam dictus papa Paschalis a Benevento Romam regressus, 12. Kal. Febr. vita decedit,
et Iohannes cancellarius, huius Casinensis coenobii a pueritia monachus, a clero, senatu,
populoque Romano in Gelasium papam eligitur. Talia dum Heinrici imperatoris venissent ad aures, festinus Romam advenit, nuntiosque ad eundem electum transmittere studuit, per quos ei direxit, quod si fidem quam papa Paschalis cum imperatore fecerat
observaret, et conventiones quae inter Romanum imperium et sedem apostolicam statutae fuerant firmaret, imperator confestim fidelitatem eidem electo et Romanae ecclesiae
faceret; sin alias, alium pontificem in Romana ecclesia inthronizaret. Videns igitur idem
electus rationes suas cum rationibus imperii convenire non posse, per fluvium Tiberim
mare ingressus, una cum episcopis et cardinalibus aliisque clericis Romanae ecclesiae,
nec non et praefecto Romanae urbis, multisque aliis nobilibus Romanis, advenit Cagetam.
Hoc ubi imperatori nuntiatum est, evestigio Mauricium Bracariensem archiepiscopum a
Mart. 9. papa Paschali depositum invasorem Romanae ecclesiae constituit. Supradictus autem
electus Cagetae remorans, in quadragesima presbyter ordinatus, et ab eisdem episcopis
et cardinalibus in papam Gelasium consecratus est. Tunc temporis Capuanus princeps
Robbertus et Guilielmus dux ad eum pontificem in eadem civitate venientes, fidelitatem
Apr. 7. fecere. Deinde Capuam veniens, una cum episcopis et cardinalibus excommunicavit eundem imperatorem una cum praedicto invasore eorumque complicibus[19]. In festivitate
Apr. 14. autem paschali, imposito sibi Romani orbis diademate, cum magna laude et gloria ad
patris Benedicti monasterium Capuae situm venit, celebrataque missa sollempniter ad
episcopium civitatis rediit, ornatis plateis et arcubus Romano more. Post haec idem
pontifex ad hoc monasterium veniens, cum immenso honore ac gaudio ab universa congregatione susceptus est, atque per plurimos dies in hac terra moratus est. Robbertus
interea princeps exercitum congregans ad hoc monasterium venit, Romam sicut promiserat pontifici cum eo iturus; audiens autem quod imperator oppidum quod Turricula[20]
dicitur obsideret, Casini substitit; ubi etiam nuntios imperatoris suscipiens, Capuam repedavit. Imperator interea cum oppidanis foedus iniens, Romam rediit, ibique die sancti
Iun. 2. pentecostes ab eodem haeresiarcha coronatus, Liguriam rediit. Hoc ubi pontifex supradictus agnovit, Romam reversus est, indeque egressus civitatem Pisanam adiit, eccle-
Sept. 26. siamque inibi sanctae Mariae quae Ad domum nuncupatur dedicans, primus in eadem
urbe archiepiscopatum instituit[21]. In eadem vero civitate supradicto pontifice persistente,
Sept. 29. auctoritate eius ac Petri archiepiscopi civitatis illius oblata est beato Benedicto ecclesia
sancti Silvestri in eadem civitate Pisana ab Odemundo et filiis eius, cum pertinentiis
suis[22]. Huic concessioni Lambertus Hostiensis episcopus, post autem papa Honorius,
cum aliis cardinalibus interfuit. Exinde vero supradictus pontifex discedens cum episcopis et cardinalibus, Cluniacense coenobium petiit, atque a supradicti loci abbate honori-
1119. Ian. 29. fice nimis receptus, et ibi aliquandiu remoratus, post paucos dies vita decessit, atque in
eodem monasterio decenti est sepultura reconditus. Cardinales igitur videntes se tanto
destitutos esse pastore, consilio habito, ne diutius Romana ecclesia morsibus scismaticorum pateret, Guydonem Byennensem archiepiscopum, regali stirpe progenitum, in rebus

15) dictus Scannacaballu. Edidit Gatt. Acc. p. 237. 16) Plotiplatamon ib. 17) i. e. colle. 18) immo 38. 19) in dom. palmarum, ut ipse scribit ad Cononem Praenest. Cod. Udalr. 293. Inde Casinum eum venisse, etiam Pandulfus Pis. retulit. 20) Torricella, ut videtur, quod lacui Trasimeno adiacet. 21) v. Chr. Pis. ap. Murat. SS. VI. p. 105. 169. Pagium ad a. 1118. n. 10. 11. 22) v. cartam ap. Gatt. Hist. p. 422.

saecularibus et ecclesiasticis apprime eruditum, ibidem sibi in papam Calixtum praefi- 1119.
ciunt. Idem praeterea pontifex per aliquantum temporis ibidem remorans, Roscemannumque cardinalem et huius coenobii monachum[a] . . . . . ex parte Italorum, catholicae duntaxat parti faventium, de sua ordinatione consensum unanimem per litteras excipiens, una cum episcopis et cardinalibus ad monasterium beati Mauri in Glannafolio situm, et huic Casinensi coenobio subditum pervenit, rogatusque a monachis Casinensibus, qui secum venerant, nec non a Gyrardo, iam dicti loci[23] abbate, eiusdem confessoris Christi 23
Mauri ecclesiam sollemniter dedicavit, in qua etiam corpora sanctorum Antonii et Constantiniani, qui de hoc Casinensi coenobio ad Gallias cum beato Mauro perrexerant, cum maxima reverentia posuit. Sicque Romam veniens, a clero, senatu, populoque Romano Iun. 3.
honorifice satis exceptus est.

65. Eo igitur tempore, cum iam ab incarnatione Domini annus vicesimus centesi- 1120.
mus atque millesimus volveretur[24], tam magni terraemotus in hac terra facti sunt, ut in Camino palatium dirueret, in Cucuruzzu ecclesiam cum curia subverteret, apud Bantram ecclesiam, domos, et campanaria ad terram deiceret, multique sub ipsa ruina interirent, et nunc quidem novem, nunc decem et septem, nunc viginti et eo amplius[b] id per dies singulos sentiremus[25]. Quo tempore pater Benedictus cuidam Hispano apud 25
Termulas tribus vicibus visibiliter in quodam trivio apparens, dixit: *Vade, dic abbati, ut omnes qui in dicionis suae terra habitant, discalciatis pedibus ad monasterium meum in Casino constructum, omnipotentem Deum rogaturi, convenire faciat, et ipse una cum fratribus per omnes monasterii ecclesias letanias faciant discalceatis pedibus. Increverunt enim peccata hominum, et delicta eorum multiplicata sunt valde; forsitan ignoscet Deus delictis illorum, perficiat vota et supplicationes ad eum.* Percontatus quisnam esset, fratrem Benedictum se esse respondit. Ille autem exurgens, venit ad abbatem, et quid viderit vel audierit seriatim pandit. Igitur cum iusta patris Benedicti praeceptum sursum ad monasterium omnes Deum rogaturi convenirent, diabolus claudi specie assumta in devexo montis latere illis factus est obviam, dicens gloriosae virginis Mariae ecclesiam, maximamque civitatis partem terrae motu diruta esse. Illi autem falsitati eius aurem accommodantes, et id quod coeperant ocius dimittentes, ad civitatem reversi sunt; quo dum venissent, videntes illusionem diabolicam, alio die letaniam quam stulte dimiserant discalciatis pedibus implere studuerunt. Igitur prima noctis vigilia magno ultra modum terraemotu facto, fratres e stratis suis surgentes, discalciatis pedibus flentes et eiulantes ad patrem confugiunt Benedictum, atque ante eius sacratissimum corpus preces ad eum fundentes, per omnia monasterii altaria letanias decantare coeperunt. Fidelis Dominus in verbis suis, qui invocantes se et de sua misericordia praesumentes exaudire promisit; nam supplicatio letaniae a fratribus explicita, ne unus quidem lapis ulterius de hoc loco motus est. Haec dum ad notitiam vicinorum circummanentium pervenissent, omnes fere qui in principatu manebant, nudis vestigiis huc ad beatum Benedictum venerunt, omnipotentis Dei clementiam suppliciter postulantes, ut tanti patris interventu illis misereri dignaretur. Nec sua frustrati sunt aestimatione, nam confestim tremor terrae quievit.

Hoc interea anno Robbertus Capuanorum princeps cuius supra meminimus vita de- Iun. 3.
cedit, et Richardus filius eius a Capuanis in principatum substituitur; quo paulo post mortuo, Robbertus[26] patruus eius illi in principatum succedit.

66. Huius abbatis tempore, in Campania provincia insigne miraculum et antiquis per omnia simile factum est. In Comino namque, in castro quod in honore sanctorum Septem fratrum constructum est, nobilis cuiusdam militis filius fuit nomine Albericus, qui puer decimo anno nativitatis suae inchoante languore correptus ad extrema perductus est; quo tempore novem diebus totidemque noctibus immobilis ac sine sensu, et velut mortuus iacuit. In quo spatio a beato Petro apostolo et duobus angelis, quorum unus Emmanuhel, alter Eloy dicebatur, per loca poenarum deportatus, ductus est ad os infernalis baratri, demum vero ductus ad paradysum, vidit mansiones sanctorum, atque in coelum aereum sublevatus, et a beato Petro apostolo sufficienter instructus de veteri testamento, de poenis peccatorum, et de perhenni gloria sanctorum, vidit archana quae-

a) *excidisse aliquid patet, fortasse* Romam dirigens et per eum. b) vicibus *excidisse videtur.*

23) S. Mauri. 24) Consentit Anon. Casin. 25) Imitari videtur Leonem III, 33. 26) imo Iordanus frater post mortem Richardi filii.

dam, quae prohibitus est alicui loqui, sicque per 72 provincias ab eodem apostolo de-
portatus, et vitae redditus est. Huius igitur visionem nosse qui cupit, rei seriem a Gui-
27 done[a] huius Casinensis coenobii monacho compositam[27] relegat; quae quia per omnium
fere ora volvitur, referre omisimus. Exinde vero idem Albericus relictis et spretis saeculi
pompis, hoc Casinense coenobium petiit, atque a patre Gyrardo gratanter nimis susce-
ptus, et sanctae conversationis habitu indutus, Christo vero regi militaturus cum caeteris
fratribus est aggregatus. Tanta enim usque in hodiernum abstinentia, tanta morum gra-
vitate pollet, ut poenas peccatorum perspexisse et pertimuisse, et gloriam sanctorum
illum vidisse nemo quis dubitet. Non enim carnes, non adipem, non vinum ab illo tem-
pore usque nunc Deo annuente sumpsit; calciamenta nullo penitus tempore utitur, et sic
in tanta cordis ac corporis contritione et humilitate usque in hodiernum in hoc Casinensi
coenobio perseverat, ut multa illum quae alios laterent vel metuenda vel desideranda
1115. vidisse, etiamsi lingua taceret, vita loqueretur. His[28] porro temporibus, Petrus diaconus
anno dominicae incarnationis quintodecimo centesimo atque millesimo, primo aetatis suae
lustro a parentibus suis beato Benedicto oblatus, et a iam dicto Gyrardo abbate susce-
ptus, et habitu sanctae conversationis indutus, atque sub eodem abbate per annos bis
quattuor eruditus, 21. anno aetatis suae scripsit ad Oderisium II. supradicti Gyrardi suc-
29 cessorem[29], passionem beatissimi martyris Marci et[b] sociorum eius[30], vitam egregii con-
fessoris Fulconis[c], passionem sanctissimi martyris Placidi discipuli beati patris Bene-
dicti[31], et vitam sancti Apollinaris abbatis ad[d] reverendissimum Raynaldum abbatem[32],
vitam sanctorum Guinizonis et Ianuarii ad[e] Richardum monachum Casinensem, vitam
sancti Constantii episcopi et confessoris ad Guarinum episcopum Aquinensem, vitam
sancti Severi episcopi Casinensis[f] ad Seniorectum abbatem. Rythmum de novissimis
diebus[33], in quo iusta litteram videtur secutum fuisse apostolum Iohannem, cum idem
Petrus sciret finitum pro infinito, iusta quod ibidem scriptum est. Destructionem etiam
et restaurationem civitatis Atinae, et inventionem corporis beati martyris Marci descri-
psit. Vitam sanctae Dariae uxoris sancti Nycandri. Scripsit etiam sermones hos: de
festivitate beati Marci sermones 8, de vigiliis eius sermones 2, de[g] sancto martyre Pla-
31 cido omelias 2[34]; et sermones 12: de coena Domini sermones 2, in parasceuen, in
sabbato sancto, omeliam in festivitate sancti Benedicti, sermonem in pasca, in octava
sancti Benedicti, in ascensione Domini, in pentecoste, de festivitate sancti Iohannis bapti-
stae, de sancto Petro et Paulo, de sancto Laurentio, de vigilia sanctae Mariae; librum
illustrium virorum coenobii Casinensis ad Pandulfum Teanensem episcopum[35]. Miracula
Casinensium monachorum quae scripta adhuc minime erant descripsit. Istoriam de ever-
sione seu restauratione coenobii beati Mauri ex iussione abbatis Seniorecti emendavit, in
qua et prologum scripsit. Fecit et prologum in libro privilegiorum, sermonem de trans-
latione corporis sancti protomartyris Stephani a civitate Constantinopolitana ad urbem
36 Romanam, ortus et vitas iustorum coenobii Casinensis[36], sermonem de festivitate omnium

a) *ita Gattula*. Guidono *Ang.* b) ac 2. c) *ita codd.* F. vitam s. Placidi 2. d) ad r. R. a. *desunt* 2. e) ad R. m. C. *desunt* 2. f) ep. et confessoris 2. g) sermonem in octava sanctorum Marci, Nycandri et Marcyani, et 2.

27) iussu Girardi abbatis; v. praef. visionis in Francisci Cancelliere observationibus *Sopra l'originalità della Divina Commedia di Dante*, Romae 1814. 8. p. 134. et supra p. 568. Extat in cod. Cas. 257. f. 356. 28) Quae de vita sua et scriptis hic Petrus refert, bis praeterea extant, ipsius manu scripta, scil. 1) cod. Cas. 361, cap. ultimo libri de viris ill. Casinensibus, ordine diverso, ubi quum septies atramentum mutetur, (sc. verbis: *In ipso autem, in sabb. sancto, serm. de transl. s. Stephani, librum notarum, translationem, cantus, et sanctorum N. et Marciani*, ubi desinit, pagina vacua relicta), et narratio brevior sit, primo haec scripsisse videtur. 2) cod. Cas. 257, cuius varias lectiones adiicimus. Incipit: *Petrus Casinensis diaconus, cartularius, scriniarius ac bybliothecarius, ex patre Egidio natione Romano, Gregorii Romanorum patricii et consulis filio, quinquennis sub Girardo abb. b. Ben. oblatus, a. d. i.* 1115, *atque sub eodem abbate per* 8 *fere annorum curricula eruditus est. Anno vero i. d.* 1128, *etatis autem eius* 21, *cum abbas Od. II. Girardi abbatis successor abbatiam reliquisset, ad exilium emulorum suorum faciente invidia directus est. In ipso autem constitutus dum esset exilio, descripsit ad supradictum Od. abb. passionem* etc. 29) sed tunc dimissa abbatia cardinalem, ut bene Ang. de Nuce. 30) v. p. 565. 31) p. 566. 32) Extat in Reg. S. Placidi, cod. Cas. 515. f. 126; v. S. Guinizonis f. 141; v. S. Severi f. 150. Easdem recepit in librum de Ortu et ob. iust. Casinensium. Cf. p. 569. 33) Extat in cod. autogr. Cas. 361. ex quo principium edidit L. Tosti II, 120. 34) Eae cum 12 sermonibus extant in cod. 515. f. 64; sermones etiam in cod. autogr. 361. 35) v. p. 568. Autographus extat in cod. 361. 36) Extant in cod. 361. autographo.

sanctorum, de nativitate Domini sermones duo[37], de sancto Stephano. Chronicam coe- 37
nobii Casinensis a renovatione ecclesiae beati Martini a Desiderio facta, usque ad hunc diem. Astronomiam ex veteribus libris collegit. Demum vero pro responsis Casinensis coenobii apocrisarius ad Lotharium III. Romanorum imperatorem directus, postquam[38] ei sessionem ad pedes suos concessit, postquam inter cappellanos Romani imperii locavit, postquam discipulum Bertulfi cancellarii constituit, postquam a secretis effecit, logothethetam, exceptorem, et auditorem Romani imperii illum constituit, in aula porro Romani imperii idem Petrus dum versaretur, altercationem quae facta est ante eundem imperatorem inter eum et adversarium Casinensis ecclesiae composuit[39]. Solinum de miraculis breviavit[40]. De generibus lapidum pretiosorum ad Chonradum imperatorem librum exaravit. Expositionem super regula sancti Benedicti componens, in 4 libros divisit[41]. Scolias in veteri testamento[42]. Epistolas duas ad Lotharium imperatorem, ex iussione abba- 43
tis Guybaldi[43]. Ad Richizam imperatricem de obitu Lotharii imperatoris. Ad eandem de obitu Heinrici ducis Baioariorum. De electione Chonradi II. Romanorum imperatoris epistolam perpulchram composuit. Librum notarum ex parvo ampliorem effecit, et Chonrado imperatori dedicavit[44]. Vitrubium de architectura mundi emendans breviavit[45]. Librum Hevae regis Arabiae de pretiosis lapidibus ad Neronem imperatorem, quem Constantinus imperator ante annos fere octingentos ab urbe Roma Constantinopolim asportaverat, de Greco in Romanam linguam transtulit. Ymnos duos in laudem sanctae Iustae virginis et martyris dictavit. Visionem Alberici monachi Casinensis corruptam emendavit[46]. Chronicam regum gentis Troianae, et consulum, dictatorum, et imperatorum composuit[47]. Miracula sanctorum martyrum Marci, Nycandri, et Marciani exaravit. Ymnos sex[a] in eorum laude composuit. Cantus beati martyris Marci dictavit. Scolias in diversis sententiis[48]. Exhortatorium ad monachos[49], in quo ostendit, quid custodire, quid 47
cavere debeant, de septem vitiis et virtutibus, de 7 petitionibus, de Rebecca et Isaac, de rege Ozia et sacerdotibus, de Moyse, et via trium dierum, ac tribus temporibus, de visione Ysaiae. Librum salutationum, exhortationum[b], et opprobriorum. De terra repromissionis itinerarium ex omnibus veteribus libris collegit, et Guybaldo Casinensi abbati dicavit[50]. Vitam sancti papae Leonis exaravit[c]. Ystoriam[d] gentis Troianae a principio mundi usque ad sua tempora, nec non et librum prodigiorum et portentorum describens, illustrissimo Ptolemeo II, Romanorum consuli dedicavit. De temptatione Christi in deserto omeliam perpulchram exaravit, nec non et altercationem, quam habuit cum quodam Constantinopolitano pro Romana ecclesia. Composuit alia multa, quae hic scribere supersedimus[51].

67. Sub iam dicto abbate Gyrardo Gunnarius Sardorum nobilissimus[52], parentum 1120. Mai. 24.
suorum Baresonis et Torkitorii regum vestigia sequens, cum licentia archiepiscopi sui[53] obtulit beato Benedicto ecclesiam sancti Petri in Nurki, et sancti Nycolai, ac sancti Io-

a) *numero locus vacat* 2. b) exornationum 2. c) ad Innoc. papam II. ex. 1. 2. d) *Haec in cod.* 257. *ita leguntur, eadem manu sed non eodem tempore scripta*: Y. g. T. a Noe u. ad s. t. describens, Pt. II. R. c. dicavit. Scripsit omeliam in quadragesima, necnon et altercationem q. h. c. q. C. p. R. ecclesia *Ibi finis est.*

37) Hi tres sermones extant ibidem. 38) Cf. ep. ad Richizam, Mart. Coll. I, 757: *Postquam enim nostram parvitatem discipulum B. c. effecerat, postquam logothetae, exceptoris et auditoris officio remuneraverat, postquam sessionem ad pedes suos indulserat, postquam a secretis effecerat* etc. v. infra c. 125. 39) Ea Casini non extat, sed servata est cum altera altercatione in apogr. manu Constantini Caietani a. 1602. confecto, in bibl. Brancacciana II. C. 22. Cf. infra c. 97 et 115. 40) Eiusmodi opus continetur cod. Casin. 391, saec. XII. 41) Cod. 257. f. 57. scripta iussu Seniorecti et Rainaldi Colementani. Tosti II, 118. Partem eius Ang. de Nuce edidit, in append. chronici. 42) ib. f. 346. Incip. *Mos est sanctae scripturae* etc. I. B. MARUS. 43) ib. f. 52. Epistolae ad Richizam f. 37 et 368; ad Conradum f. 37. Cf. p. 571. 44) Prodiit cum Valerio Probo Venetiis 1525. 4. Lugd. Bat. 1599. 8. Col. Allobr. 1602. 4. et in coll. auctorum linguae Latinae. 45) v. Polenii Exercitatt. Vitruv. II, 171. 46) Cod. 257. f. 356. 47) Cod. 257. Fragmenta edita sunt in Mon. SS. III, 219. et in L. Tosti hist. Cas. II, 116. 48) Cod. 257. f. 18. 49) ib. f. 41. 50) v. Praef. p. 571. 51) Librum de dignitate Romani imperii, inc. *Haec digni* etc. habet catal. codd. Cas. in A. Mai Spicil. V, 223. Cod. 257. praeterea continet catalogos pontificum Romanorum et abb. Casinensium, Explanationem brevem regulae, et Epithomam super regula S. Benedicti ad Lotharium imperatorem, inc. *Admirabili* etc. Quod ad historiam faciat, nihil ibi invenies. In cod. 515. est Vita Aldemari (Ortus et ob. c. 69.); in fine cod. 361. periit opus inscriptum: *Synonima M. T. Ciceronis.* 52) de Laccon, in regno Ardar. Gatt. Hist. p. 424; cf. confirmationem Gonnarii regis Turritanorum Acc. p. 255. 53) Athu s. Azzu.

54 hannis et sancti Petri in Nugulbi, et sancti Heliae ac sancti Iohannis[54] in Setin, cum
omnibus pertinentiis earundem ecclesiarum, ad utilitatem vestimentorum nostrorum. Id
ipsum fecit et Furatus de Gytil[55] cum voluntate eiusdem archiepiscopi, et episcopi sui
Boni, de ecclesia sancti Nycolai in Solio, et sanctae Mariae[56] cum pertinentiis suis.
Sed et Comita Sardorum nobilissimus tunc temporis ad hoc monasterium veniens, car-
tam[57] fecit huic loco de ecclesia sancti Michaelis in Ferrucesi cum attinentiis suis. Pari
etiam modo Marianus de Zori optulit in hoc loco ecclesiam sancti Georgii in Banarcatu,
cum omnibus quae tunc temporis habere videbatur. Huius exemplo ducta Muscunionia,
cartam fecit de domo sua in Solio, cum servis et ancillis, et omnibus rebus suis. Su-
sanna etiam illam ad bonum aemulata optulit beato Benedicto domum suam in Yscano,
et in Mulana, et in Cortina, et in Myrra, et in Coquina, et in Amendula, cum servis
et ancillis, et omnibus suis. Vera quoque filia Gunnarii de Thori concessit similiter in
hoc loco domum suam in Coquina, cum servis, et omnibus quae habere videbatur.
Id ipsum fecit et Constantinus de Carvia, fecit oblationis cartulam de ecclesia sancti
58 Petri in Symbrano, cum omnibus pertinentiis suis[58].

1120. Iul. 68. Tunc temporis praephatus papa Calixtus Urbem egressus venit ad hoc mona-
sterium, et a praedicto nostro abbate cum ingenti honore susceptus, die illo missam
sollempniter celebravit, atque in hac terra per duos fere menses[59] est remoratus. Quem
videlicet pontificem noster abbas honorifice nimis sustentavit, et in omnibus necessita-
Aug. 8. tibus eius strenue satis deservire curavit. Inde vero Beneventum veniens, in Apuliam
usque descendit, ac more antecessorum suorum a duce Guilielmo fidelitate recepta[60],
1121. Romam reversus est. Dehinc vero exercitum congregans, Mauricium aeresiarcham in
Apr. civitate Sutrina obsidens cepit, et in arce huius monasterii[61], quam idem abbas a fun-
1120. damentis construxerat, exilio relegavit. Hic autem reverendissimus pontifex dum Bene-
Aug. 9. venti resideret, rogatus ab eodem abbate nostro vel fratribus, ecclesias sancti Petri et
sancti Nycolai de Nugulbi, sancti Heliae in Setin, et sancti Petri in Nurci, quas vir
illustrissimus Gunnarius de quo supra retulimus, beato Petro optulerat, et postmodum
63 eiusdem pontificis iussu beato Benedicto concesserat[62], per apostolicae sedis privilegium[63]
congregationi nostrae in perpetuum confirmavit, ut de ipsarum ecclesiarum reditibus
prout facultas ministraverit indumenta semper huic nostro conventui praeparentur. Salvo
nimirum censu quattuor solidorum Papiensis monetae singulis annis Lateranensi sacro
palatio persolvendo. Adiciens insuper, ut possessiones et dona omnia, quae supradictus
Gunnarius beato Benedicto contulit, vel collaturus est, omnia similiter in necessitate
vestimentorum in perpetuum conserventur, et si quis eiusdem Gunnarii oblationes
auferre, vel minuere, aut a constituta vestimentorum praeparatione huius sancti Casi-
Aug. 10. nensis conventus subtrahere vel mutare praesumpsisset, anathemate plecteretur. Idem
praeterea illustri viro Gunnario uxorique eius Helenae litteras direxit[64], gratias agens
simul et monens, ac in remissione peccatorum illis iniungens, ut in eo quod coepissent
constantius permanerent. Romana enim sedes et ecclesias et donum quod nostro coeno-
bio fecerant, sua auctoritate firmaverat, prohibens ne quis illa subtrahere, diminuere,
aut in futurum sine Casinensium fratrum consensu audeat commutare; sed ob fratrum
indumenta quieta semper et illibata permaneant. Pari etiam modo litteras Vulterano
65 episcopo destinavit[65], mandans quam specialiter, quam praecipue hoc Casinense coeno-
bium ad protectionem Romanae spectaret ecclesiae; praecipiens insuper, ut donum quod
beato Benedicto ab illustri viro Gunnario et uxore eius factum fuerat, pro beati Bene-
dicti reverentia quietum et ab omnium infestatione liberum faceret permanere, quia
apostolica sedes donum illud scripti sui auctoritate firmasset, et ecclesias quasdam, quas
Gunnarius cum uxore sua Helena beato Petro obtulerant, huic nostro coenobio ex apo-

54 ea in privil. non commemoratur. 55) s. d. Gatt. Acc. p. 237. 56) in altera carta, cuius fragm. dedit Gatt. Hist. p. 344. 57) fragmentum eius edidit Gattula ib. Reliquas non edidit. 58) Edidit Tosti Hist. Cas. I, 421. 59) id pugnat cum epistola Eginonis ap. Udalscalcum, ubi papam Kal. Iul. adhuc Romae manentem videmus, quem Falco 8. Aug. Beneventum intrasse narrat. Casini eum fuisse, etiam Pandulfus in vita eius testatur. 60) mense Oct. Beneventi, secundum Rom. Salern. 61) sc. Ianulae, v. c. 86. Sed tunc in Cavense monasterium eum relegatum esse constat. 62) v. epist. ad (Rogerium) ep. Vulterr. 63) ap. Gatt. Hist. p. 425. ex orig. 64) ib. p. 426. 65) ibidem, utraeque e Petri regesto.

stolicae sedis liberalitate concessisset. Nollet ergo, ut per quorumlibet violentiam subtraherentur vel infestarentur; sed omnia quiete ac libere ad Casinensium fratrum indumenta conservarentur. 1120.

69. Factum[66] est autem, dum idem venerabilis papa apud Beneventum maneret, Otto Capuanus archiepiscopus conquestus est Capuanam ecclesiam spoliatam tribus ecclesiis quae essent iuris sancti Stephani, quas haec Casinensis ecclesia possideret; scilicet sancti Benedicti Pyzzuli, sancti Angeli ad Odaldiscos, sancti Ruphi, quarum sibi possessionem restitui per Romanam curiam postulabat. Ad haec noster abbas respondit, Casinensem ecclesiam eiusque ministros Capuanam ecclesiam non expoliasse, asserens se de praenominatis rebus, pro quibus impetebatur, multiplici ratione munitum, tam instrumentorum quam legitima et inconcussa temporis detentione; ostendens insuper quod appellatio quae a parte archiepiscopi facta fuerat, neque canonica esset neque legitima, idque pluribus et evidentibus rationibus asserebat. Cumque inter utramque partem diu super hoc decertatum fuisset, apostolicus praecepit, ut rationes quas noster abbas habebat ostenderet. Tridui igitur dilatione concessa, iterum nostra illiusque pars curiam adeuntes, de eisdem quaestionibus causa denuo ventilata est. Verum ubi a parte archiepiscopi nulla ratione neque canonica neque legitima posset ostendi, quod Casinense monasterium praedictarum ecclesiarum possessionem ei restitueret, cum constaret Capuanam ecclesiam a Casinensi non fuisse expoliatam, atque in hoc prolixius immoratum esset, iussit tandem praedictus papa sibi rationes nostri coenobii ostendi. Quibus exhibitis, et diligenter a cardinalibus clericisque Romanis studiose relectis et[67] perspectis, qualiter illas Richardus princeps 67 et Iordanus filius eius in hoc coenobio concesserant, et praecepto suo firmaverant: pontifex accepto consilio, tum pro multimodis rationibus, instrumentorum scilicet et temporum, tum pro privilegiis Romanorum pontificum huic nostro coenobio concessis, praecepit praedictarum ecclesiarum possessiones apud hoc monasterium prout tunc fuerat remanere. Oct.

70. Hoc praeterea tempore in eiusdem apostolici praesentia praedictus noster abbas proclamationem fecit de ecclesia sanctae Mariae in Cyngla, quam a iure huius coenobii Raynulfus comes[68] violenter abstulerat, et ecclesiae sanctae Mariae de Capua subiugaverat. Tunc pontifex abbatissae sanctae Mariae de Capua litteras dirigere studuit[69], prae- 69 cipiens ut quinta feria post octavas pentecosten se sedi apostolicae praesentaret, et ius ecclesiae suae praesentibus episcopis et cardinalibus Romano pontifici ostenderet Illa autem muliebri furore exaestuans, ad pontificis curiam nequaquam ire, eiusque praeceptis nullo pacto se obedire respondit. Quod dum supradicto papae nuntiatum fuisset, litteras ad eam direxit, mandans quod in nostri abbatis querimonia super Cynglensi ecclesia subterfugium quaerere iam videretur, nam secundis transactis terminis ad iudicium minime venisset, neque personas pro se rationabiles direxisset; in his tamen omnibus Romana ecclesia actenus sibi et monasterio suo pepercisset, sed diutius causae huius discussionem protendere non valeret. Omni ergo occasione seposita pontificis conspectui se repraesentaret, vel tales pro se personas dirigeret, quae vice sua negotium illud sufficienter valerent pertractare. Alioquin Romana ecclesia Casinensi coenobio de Cynglensi ecclesia restitutionem cooperante Domino faceret. Tali igitur abbatissa conventione perterrita, accedit ad comitem Raynulfum, rogat, obsecrat ut pro se Romano pontifici litteras mittat. Annuit illius voluntati remuneratus pecunia comes, et ut ab abbatissa rogatus fuerat peragens, supradicto papae litteras mittit. Relectis igitur supradicti comitis litteris pontifex, eius petitioni assensum praebuit, et terminum ei dedit, mandans eidem comiti, ut nullum super hoc impedimentum faceret, quin negotium illud suo tempore decideretur. Nisi enim abbatissa termino constituto sedi se apostolicae repraesentaret, vel personas pro se idoneas mitteret, ipse Casinensi coenobio restitutionem de Cynglensi cooperante Domino faceret, quoniam Casinensis abbatis querimoniam diutius ferre non posset. Adveniente autem termino, abbas noster Romam perrexit, iustitiam nostri coenobii recipere cupiens, simul etiam et munimina nostra secum deferens. Abbatissa vero

66) cf. notitiam hac de re scriptam in Reg. Petri, ap. Gatt. Acc. p. 715. 67) *et — firmaverant* hic addidit Petrus; v. supra III, 37. 68) f. Roberti comitis Caiat. quem supra habuimus. 69) Quatuor eius epistolae ad Alpheradam abbatissam et tres ad R. comitem extant in Reg. Petri f. 31. teste Gatt. Hist. pag. 49.

nuntium destinare vel per se ire omnino negavit. Tum papa cum episcopis et cardinalibus consilio habito, eidem abbatissae litteras misit, admirans quia pro controversia, quae de supradicta Cynglensi ecclesia inter sanctimoniales et Casinense coenobium longo tempore agitata fuerat, apostolicas ad eam frequenter litteras miserat, et tres illi iam terminos constituerat: sed neque ad se ipsa venisset, neque iusta eius praeceptum sufficientes pro se personas ad decisionem causae direxisset. In quo profecto non iustitiam expectare, sed dissimulationibus quibusdam et occasionibus tempus infinitum velle protrahere. Sibi quoque et cardinalibus rationabile visum esse, ut deinceps dilatione vel occasione absentiae eius Casinensis ecclesia non deberet manere de possessione Cynglensis cellae diutius spoliata. Non enim qui possessa re spoliatus est, iusta legum instituta et sanctorum canonum sanctionem ad iuri cogeretur actionem accedere. Praeciperet ergo suo cardinaliumque iudicio, ut infra viginti dies postquam apostolicas litteras accepisset, Casinensem ecclesiam de Cynglensi cella, salva monasterii sui iustitia, in integrum reinvestiret. Res vero ecclesiae, quas spoliationis tempore habuit, a se vel a suis hominibus minime tollerentur. Ad haec abbatissa, ignorans ea quae ventura erant super eam, missis hominibus contra papae praeceptum libros et quicquid in Cinglensi cella repperit asportavit. Hoc ubi papa agnovit, ad eam per litteras direxit, quia dum illam paterna benignitate et mansuetudine toleraret, ipsa in derisu papae patientiam exhabens, nichil eorum quae illi praeciperet satageret adimplere: insuper etiam ad apostolicae sedis iniuriam et contemptum Cinglensem ecclesiam expoliasset. Praeciperet ergo, nisi iram vellet experiri apostolicam, ut nichil deinceps de Cinglensis ecclesiae rebus auferret, sed omni occasione vel dissimulatione postposita, ecclesiae ipsi quae per eam de eadem ecclesia ablata sunt redderet, eandemque ecclesiam cum omnibus rebus suis Casinensi monasterio restitueret. Si autem ulterius contemptrix existeret, et mandatum apostolicum infra viginti dies post litteras acceptas non satageret adimplere, apostolica sedes ex tunc in Cinglensi ecclesia divina officia interdiceret; abbatissae vero omnem monasterii praelationem potestate apostolicae auctoritatis prohiberet, quoadusque praephatam restitutionem cum integritate adimpleret, et Romanae ecclesiae de contemptu plenarie satisfaceret. Abbatissa vero ubi papae voluntatem agnovit, ad consueta arma recurrit, pecuniam oportune importune distribuit, et se nulla ratione, nullo pacto, papae voluntatem impleturam fatetur. Hoc igitur ubi pontifici nuntiatum est, rursus ad eam direxit, quia quanto illam maiori patientia sustineret, tanto habundantiori superbia et extollentia contra Romanam ecclesiam elevaretur. Quater enim et eo amplius sibi karitative ac paterne iusta sacrorum canonum sanctionem scripsisset, et mandata eius penitus contempsisset, et Romanam ecclesiam sprevisset, quae omnium ecclesiarum mater et domina est, non ab alio sed a Christo domino constituta: unde non immerito fideles omnes eam debent honorare. Ipsa vero econtra sua eam vellet potestate et dignitate privare. Totiens quippe a Romana ecclesia commonita, non solum inobediens extitisset, verum etiam inobedientiam addidisset. Pro tanta igitur insolentia eius, idem pontifex in eodem beatae Mariae monasterio divina omnia officia interdiceret; abbatissam ab ipsius monasterii regimine sequestraret, et tam eam quam fautores eius in hac causa excommunicationis vinculo innodaret. Cumque nec sic valeret Romanus pontifex abbatissae proterviam humiliare, mandat comiti Raynulfo, ut infra viginti dies postquam apostolicas litteras accepisset, Casinense monasterium de Cinglensi ecclesia in integrum reinvestiret, neque interim eiusdem ecclesiae bona diripi a quibuslibet vel auferri permitteret. Quod si et ipse quoque apostolici mandati contemptor existeret, qui spoliationis huius causa et principium extitisset, papa ecclesiasticae iustitiae vigorem pro eo dimittere non valens, in personam et in totam terram ipsius excommunicationis sententiam auxiliante Domino proferret. Suscipiens igitur apostolicas litteras comes, abbatissam evocat, quid sibi a papa mandatum sit per ordinem pandit. Illa vero facibus succensa femineis, principem et comitem universosque illorum satellites ingenti haere remunerat, rogat, poscit, obsecrat, uti comitem flagitent, ut contra papae sententiam tueri abbatissam studeat, utque in tanto articulo temporis subveniat, modis ac nisibus quibus valet exorat. Remuneratus itaque abbatissae pecunia comes, illam contra papae sententiam pro suo posse tueri promittit. Quod dum supradicto pontifici relatum fuisset, mandat comiti, quia cum ipse beati Petri et papae fidelis esset, Romana ecclesia vera eum dilectione

diligeret, et inter alios strenuos et illustres viros personam ipsius praecipuae dilectionis brachiis amplexaretur, et nisi per eum remaneret, id ipsum deinceps facere praeoptaret; propter quod tunc usque ecclesia nichil egisset, in quo gravari a sede apostolica videretur. Praeciperet ergo, ut omni penitus dilatione et ocasione postposita, Casinensem abbatem de Cinglensi ecclesia et de possessionibus eius faceret revestiri. Quod si contra hoc ire praesumpsisset, ipse eidem comiti divina officia et omnium ecclesiarum introitum interdiceret, et ad viginti dierum terminum constitutum personam ipsius excommunicaret, donec Casinensem abbatem de Cinglensi cella plenarie revestiret, quia Casinensium fratrum clamorem nullo modo ferre valeret. Pari etiam modo litteras Ottoni archiepiscopo Capuano direxit[70], praecipiens ut Alferadam abbatissam pro deposita et excommunicata 70
tamquam haberet, et in eodem beatae Mariae monasterio nullum divinum officium celebrare permitteret; datam a Romano pontifice interdictionis et excommunicationis sententiam per suam parrochiam nuntiari et teneri faceret. Clericis vero et laicis omnimodo prohibuit, ne contra suum interdictum ecclesiam ipsam ingredi aut cum excommunicatis participare nullatenus praesumerent. Comes interea Raynulfus aegre ferens se pro feminea superbia excommunicatum et ab omnibus divinis mysteriis separatum, apostolici voluntatem se impleturum spopondit, si Casinensium fratrum munimina perspicere posset. Relectis igitur in praesentia supradicti papae Callisti et omnium episcoporum et cardinalium antiquis et autenticis nostri coenobii cartulis, qualiter Sarracenus sculdahis Beneventanus, cui locus idem iure haereditario pertinebat, ecclesiam ibi sicut in huius libri principio commemoravimus beati Cassiani a fundamentis construxerat, eidem eccle- I, 6.
siae, quoniam filium non habebat, omnem omnino substantiam et possessionem suam per consensum Gisulfi ducis Langobardorum concesserat, et qualiter postmodum per auctoritatem ipsius ducis eandem ecclesiam cum omnibus possessionibus suis huic Casinensi coenobio subdiderat, seu et qualiter et sanctus Petronax abbas cum adiutorio eiusdem ducis ecclesiam ibi in honore sanctae Dei genitricis Mariae construens, monasterium puellarum Dei effecerat, et qualiter illam ab hoc monasterio subtractam Oderisius abbas IV, 18.
temporibus papae Urbani recollegerat, et qualiter Capuani monasterii abbatissam idem papa ob hanc rem apostolicis litteris et sui oris invitatione[a] vocaverat, et qualiter abbatissa ad pontificem venire contempnens, nec eius monita suscepit et iudicium penitus subterfugit: simul etiam in omnium praesentia relecto exinde papae Paschalis iudicio[71], continuo idem comes coram Iohanne cardinali tituli sancti Eusebii, et Bermanno[b] Romanae ecclesiae subdiacono, reddidit beato Benedicto totum ex integro praedictum sanctae Mariae monasterium, cum omnibus pertinentiis suis quae tempore patris sui tenuit, cartulamque renuntiationis et restitutionis exinde conscribi faciens, illamque propria manu 1122.
roborans, super altare beati Benedicti posuit, violatoribus illius decisionis mille librarum Sept.
auri penam indicens[72]. 72

71. Hoc interea anno Sparanus abbas de monasterio sancti Martini in Arci ad hunc 1122. Feb
locum veniens, obtulit beato Benedicto eandem ecclesiam sancti Martini cum pertinentiis suis[73]. Id ipsum fecit et Rao de Banterone cum Auristella uxore sua de ecclesia sancti Petri sita in finibus Consentiae, in loco qui vocatur Gaurano, et ecclesia sancti Martini, loco qui dicitur Cupplatu, cum omnibus pertinentiis illarum, centum librarum auri pena apposita. Similiter etiam Milo et Litulfus filii Bernardi de Aquino, et Milo filius Milonis, ad hoc monasterium venientes optulere beato Benedicto novem familias hominum sibi pertinentium in oppido quod Pesmontis dicitur, et in villa sanctae Luciae, quorum nomina haec sunt: Iohannes, cum familia sua; Conterius, cum familia sua; Desiderius, cum familia sua; Trostaynus, cum familia sua; Petrus, cum familia sua; Bricius, cum familia sua; Litolfus, cum familia sua; Ugo, cum familia sua; Iohannes, cum familia sua.

72. Tunc temporis cum[74] fratres monasterii Capuani cuidam[c] aegroto iam fere 74
morti proximo monasticum habitum tradidissent, clerici Capuanae ecclesiae cum armata manu illuc convenientes, eum iam defunctum repperiunt, et stimulis nequitiae debriati, monachico habitu illum spoliantes, eadem indumenta quibusque ambulantibus conculcanda in platea proiecerunt. Quod ubi papa Calixtus agnovit, Capuano archiepiscopo praece-

a) invitationem *c.* b) Ermanno *in carta Rainulfi.* c) quemdam *c.*

70) quas edidit Gatt. l. l. s. d. 71) d. 1101. Mart. 31. ap. Gatt. Hist. p. 48. 72) Eam edidit Gatt. Acc. p. 716. 73) Gatt. Hist. p. 414. 74) ex ep. Calixti s. d. in Petri regesto f. 32.

pit, ut inauditam et novam tantae temeritatis praesumptionem sic per Dei gratiam corrigeret, ne aliquatenus talia agere praesumerent, neque idem archiepiscopus in hoc Deum et Romanam ecclesiam offenderet, et quia Casinense monasterium Romanae ecclesiae iuris esse sciret, loca ei pertinentia nec per se nec per suos ullatenus inquietaret. 1122 Sept. 16. Ab hoc etiam venerabili papa praedictus abbas privilegium de omnimoda loci istius libertate recepit[75]; adiciens insuper, ut si quis huius nostri monasterii vel cellarum eius possessiones aut res violenter auferrent, postquam episcopi ipsorum a nostro abbate commoniti, iustitiam de eis facere omnino noluerint, abbas super eosdem raptores secundo tertiove commonitos canonicam excommunicationem proferat. Quo etiam anno, peccatis exigentibus Capuana civitas igni tradita est. Ex toto fere itaque civitate consumpta, sancti Benedicti monasterio ignis undique minabatur; fratres autem humanis rebus diffidentes, et in solo Dei adiutorio sperantes, corporale calicis sumentes, extra monasterium in medio ignis posuerunt. Mirum immodum: reversus ignis ultra propius accedere non audebat. Civibus etiam omnibus quaedam manus a monasterio ignem propellens visa est; corporale vero prorsus ab ignis iniuria illaesum mansit, praeter quod causa testimonii eius in medio foramen parvum factum est.

1122 73. Hic interea abbas cum apud Beneventum in apostolici servitio permaneret[76], et certo certius brachium sancti apostoli et euangelistae Mathei in eadem civitate reconditum esse didicisset[77], ad se iam dicti brachii custodes convocans, qualiter vel quo ordine eiusdem sancti apostoli brachium habuissent percontari studiosissime coepit. Qui dum retulissent, qualiter illud secum Robbertus dux detulisset in expeditione, quam contra Alexium imperatorem habuerat, ac demum cappellanis suis ad mortem reliquerat, ipsique postmodum in die obitus sui sibi dimiserant: abbas monere illos attentius coepit, ut tanta pignora Casinensi coenobio conferrent. Illi autem ocius se haec adimplere fatentur, si abbas illos quacumque hora ad conversionem venire vellent, absque aliquo pretio illos in hoc monasterio reciperet. Quod cum abbas libentissime se impleturum spopondisset, illi confestim sanctas reliquias ad hunc locum ferendas eidem abbati contradunt. Suscipiens igitur idem abbas sanctas reliquias, diuque deosculans, per huius nostrae congregationis fratres ad hoc monasterium transmittere studuit. Ad cuius adventum omnes qui hanc terram inhabitabant, cum ingenti devotione et gaudio obviam processerunt. Sane cum haec ad huius nostrae congregationis notitiam pervenissent, inaestimabili exultatione repleti, ac solempnibus vestimentis induti, cum lampadibus et thimiamatibus usque ad portam veterem exierunt, ac terrae prostrati sanctum euangelistam adoraverunt, surgentesque cum maxima reverentia deosculaverunt, et cum ymnis et laudibus illud in monasterium introducentes, atque in argentea capsa turrium instar aptata sanctum brachium recludentes, in argentea trabe ante beati Benedicti altarium suspenderunt, anno dominicae incarnationis 1122.

74. Eodem quoque anno quidam claudus de territorio Turonensi orationis gratia montem statuerat adire Garganum. Cumque Aquinatem devenisset ad urbem, in tempestae noctis silentio quiescenti ei beatissimus pater Benedictus apparuit, dicens: *Surge velociter, et castrum pete Casinum, ibique ante corporis mei praesentiam vestem donaveris, et sanitatem sine dubio percipies.* Tum claudus: *Quis es tu, qui tanta nobis taliaque promittis?* Et legislator ad haec: *Omni dubitatione seposita noveris me esse fratrem Benedictum, Casinensis coenobii fundatorem.* Et his dictis disparuit. Claudus vero confestim exurgens, rem gestam sociis per ordinem pandit. Illi vero visioni fidem derogantes, ut diversi diversa sensere. Alii namque dicebant fallacibus sompniis credere nullum debere, nam multos errare fecerunt sompnia. Nonnulli autem, quorum fides sanior ac devotior erat, censebant nequaquam id esse agendum; sed a Benedicto patre sanctissimo promissum beneficium expetendum. Tunc claudus exurgens, ad montem celeri gradu ac nisu quo poterat ascendit Casinum. Cumque in ecclesiam Benedicti patris corpore et nomine consecratam ingressus fuisset, et ante columnam argenteam in qua cereus magnus ponitur pervenisset, Benedicti confestim suffragantibus meritis, coepit in pristinum claudus restitui gradum. Tunc Andreas mansionarius, qui eo die ecclesiae curam gerebat, claudum vociferantem audiens, ad eum celeri cursu pervenit, vidensque callos qui in mem-

75) Gatt. Hist. p. 335. *Datum Berulis.* 76) Calixtus II. a Nov. 1121. ad Feb. 1122. Beneventi fuit. 77) v. supra III, 57.

brorum contractione exorti fuerant disruptos, et sanguinem ex coniunctione profluentem, ad fratres ut rei gestae ordinem promeret concito gradu perrexit. Claudus vero ecclesiam egrediens insciis fratribus, concito gradu ad socios qui eum apud civitatem sancti Germani expectabant laetissimus rediit. Illi autem tanta perspicientes mirabilia, Gerardum abbatem adeunt, et rem gestam per ordinem pandunt. Venerabilis autem abbas ob eius sanitatem laetissimus redditus, omnipotenti Deo gratias reddidit, eumque confestim Casinum ad patris Benedicti corpus remisit. Quanta autem mentis laetitia, quantaque tunc exultatio fuerit, quia adhuc omnes qui viderant supersunt, omitto referre. Post haec quidam senatorum ab urbe Roma egredientes, ad montem pervenere Casinum, videntesque eundem claudum, quem prius ante Lateranense palatium iacere cognoverant, inquirebant qualiter quoque modo sanatus fuisset. Qui dum seriatim suam erectionem retulisset, eius dictis senatores nequaquam assensum praebentes, interula eius artus nudantes, et callos in frusta divisos videntes, omnipotenti Deo et patri Benedicto laudes retulere quam maximas. Ad huius vero perpetuae rei indicium, eiusdem claudi cambuttas ante fores ecclesiae iam dicti patris Benedicti suspenderunt. Operae pretium reor annectere celebre totoque orbi famosum miraculum, quod tunc Dominus ad eiusdem patris sanctissimi artus ostendit. Ipsa namque resurrectionis dominicae die, dum quidam Etruriensis cum sociis suis, mutus coecus et surdus ad patris Benedicti sanctas exuvias pervenisset, salutem recepit in omnibus membris.

75. His porro diebus Pandulfus cui cognomen de Sexto inditum est, antiqui serpentis nequitia debriatus, sociato sibi Odaldo quodam sui sceleris complice, terras nostri monasterii sibi contiguas infestare non desinebant; contra quem noster abbas exercitum congregans, omnem illorum terram igni ferroque consumpsit. Pandulfus autem sera penitudine ductus ad hoc monasterium venit, et iureiurando refutavit sancto Benedicto et eidem abbati per cartam castrum Vitecusum cum pertinentiis suis, unde pugna illa exhorta fuerat. Idipsum etiam fecit et Odaldus de Casale[78] de castro quod dicitur Aqua- 78 fundata, obligando se una cum Pandulfo et haeredes suos huic monasterio, ut si ipsi vel haeredes sui amodo vel aliquo tempore litem aut calumpniam per se vel per aliquam submissam personam exinde sancto Benedicto facere temptaverint, componerent auri optimi libras centum. His quoque diebus Rao filius Raelis[79] collecta latrocinan- 79 tium manu castra beati Benedicti Suium et Mortulam depraedatus est. Quod dum papa Calixtus audisset, Pandulfo Teanensi episcopo, qui de hoc nostro coenobio sub papa Paschali eidem ecclesiae episcopus datus fuerat, praecepit ut supradictum Raonem exinde conveniret, quatenus totam terram restitueret, et tale quid in terra[a] beati Benedicti quae sub protectione Romanae consistebat ecclesiae, ulterius facere non praesumeret. Si vero super hoc eidem episcopo, imo Romanae ecclesiae obtemperare nollet, idem episcopus canonicam de eo iustitiam faceret, quia quicquid inde dictante iustitia fecisset, papa auctore Domino et ratum haberet et confirmaret. Tunc etiam domnus Pontius 1122. Cluniacensis coenobii abbas, ob maximae devotionis reverentiam quam patri Benedicto habebat, cum duodecim suae ecclesiae fratribus hoc Casinense coenobium petiit[80], abba- 80 tisque nostri Gerardi vestigiis provolutus, officinas monasterii dum perlustrasset dixit: *Mallem prius esse decanus Casinensis, quam abbas Cluniacensis.* Demum vero fratrum vestigiis provolutus, illorumque se orationibus commendans, Ierusolimam petiit, beato Benedicto spondens, post suum regressum pastoralem curam relinquere, et Deo attentius in hoc sancto Casinensi coenobio deservire.

76. Per idem tempus, cum possessiones monasterii beati Mauri quod in Glannafolio situm est a quidusdam diriperentur, Gyrardus eiusdem coenobii abbas Gyrardo abbati nostro litteras misit, rogans ut papam Calixtum hac de re exorare studeret; quod et fecit. Cuius postulationibus pontifex flexus, Glannafoliensi et fratribus apostolicam benedictionem, et episcopis Germaniae[b] direxit, ut possessiones monasterii beati Mauri, quod ad ius pertinebat coenobii Casinensis, quae praereptione iniusta a comite Andegabensi[81], et ab aliis quibusque invasae fuerant, ex integro restituerentur. Eo etiam 81

a) *deest c.* b) *an* Galliae?

78) Casale feudum est distinctum a castro Aquae fundatae, sacro coenobio Casinensi plenò iure parens. ANG. 79) dominus Teani. 80) Pontius a. D. 1122. m. Apr. Romam venit, m. Maio 1123. pugnae apud Ascalonem interfuit. 81) Fulcone iuniore.

tempore Gyrardus abbas noster concessit in vestiario fratrum ecclesiam sanctae Mariae de Casali plano, et monasterium sancti Benedicti in Pectinari, et ecclesiam sancti Nyco-
82 lai in castro sancti Martini, cum omnibus pertinentiis earundem ecclesiarum [82].

1122. 77. Idem vero abbas cum ad grandaevam iam dierum suorum pervenisset aetatem, Dec. 2. anniversario Oderisii abbatis die, dum pro eo in cappella sancti Sebastiani defunctorum officium decantaret, post finitam primam vigiliam, cum imposuisset antiphonam *Anima mea Deo vivit*, supradictus abbas Oderisius eidem abbati Gyrardo post altare eiusdem ecclesiae visibiliter apparuit, eumque ut ad se veniret manu innuit. Hoc Gyrardus abbas ut vidit, in faciem proruens flere inconsolabiliter coepit, completoque officio ad cameram suam flens et eiulans rediit. Percontatus autem a fratribus cur fleret, causam aperuit, seque in proximo moriturum esse praedixit, nec multo post idem abbas languore tactus, 1123. Ian. 17. 16. Kal. Februarii mortem perdidit, et vitam invenit. Sepultus vero est in capitulo fratrum ad caput abbatis Desiderii.

Oderisius abbas a beato Benedicto quadragesimus secundus, sedit annis 3, mensibus 4, diebus 15.

78. Hic ex Sangrorum comitum prosapia suae originis lineam ducens, sub sanctae memoriae Oderisio in hunc locum susceptus, et habitu monastico indutus, et liberalibus disciplinis aprime eruditus est. Qui a praedecessore suo Gyrardo huius monasterii praepositus ordinatus, cum prudentia et sapientia multa polleret, a venerabili c. 12. papa Paschali diaconus in Lateranensi ecclesia est constitutus. Gyrardo autem abbate viam universae carnis ingresso, fratres ut in talibus consuetudo est in unum conveniunt, et quoniam nostra congregatio plurimis erat tunc dissensionibus scissa, et unusquisque abbatem ad suam voluntatem eligere proponebat, novissime tandem una sententia eundem Oderisium abbatem eligentes, supradicto papae Calixto ocius litteras dirigunt, Gyrardi decessum et Oderisii electionem notificantes. Pontifex autem eius electione agnita, apostolicas litteras fratribus huius coenobii dirigens, eiusque ele- Mart. ctionem confirmans, mandat [a], ut illi in omnibus parere studerent. Mense itaque Martio adveniente, praeparatis his quae itineri necessaria erant, prout a pontifice ei directum fuerat, Romam consecrandus advenit. Ibi ab eodem papa, qui tunc forte synodum celebrabat, honorifice satis consecratus, et a cardinalibus nobilibusque Romanis in magna est gloria habitus. In qua etiam synodo episcopi et archiepiscopi adversus monachos prôclamationem fecerunt, dicentes nil aliud superesse, nisi ut sublatis virgis et anulis deservirent monachis: *illi enim ecclesias, villas, castra, decimationes, vivorum et mortuorum oblationes retinent;* et rursum haec saepius ante pontificem conquerentes: *Decidit pudor canonicorum, honestas ablitterata est, clericorum religio cecidit, dum monachi contempto coelesti desiderio iura episcoporum insatiabiliter concupiscunt, et omnes quae sua sunt quaerunt, et qui mundum cum suis concupiscentiis reliquerunt, his quae in mundo sunt inhiare non desinunt: et quibus per beatum Benedictum a curis mundialibus ultro quiescendi locus*
83 *offertur, ad tollenda ea quae episcoporum sunt, opportune importune fatigantur* [83]. Cumque super huius rei negotium diversi diversa sentirent, tandem ex summissione nostri abbatis surgens in medium quidam ex nostris dixit: *Congregati sunt inimici nostri, et gloriantur in virtute sua: sed tu, domine noster, contere virtutem illorum, ut agnoscant, quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu dominus noster. Nam quid acturi sunt fratres Casini degentes, qui die ac nocte omnipotentis Dei clementiam pro totius orbis salute supplicare non cessant? quid acturi sunt, si concessiones Romanorum pontificum violantur? Non enim ita Casinenses abbates Romanae ecclesiae obsecuti sunt, ut ea quae sancto Benedicto imperatores, reges, duces ac principes, atque Romani pontifices obtulerunt, nos vestri apostolatus tempore perdere et exaereditari mereamur.* Cumque haec et alia multa proferret, quidam episcopus Liguriae dixit: *Licet coepiscoporum religiositas conquestum contra monachos fecerint, non tamen sine causa praedecessores nostri monasteria ditaverunt. A principio namque nascentis ecclesiae duo ordines fuisse, notissimum est; unum qui laboraret in verbo et doctrina, alium qui orationi vacaret; unum qui active, alium qui contemplative deserviret. Unde non immerito monachos nos potius diligere quam insequi convenit.* Ad haec papa

a) mandans *c.*

82) Haec omnia iam enumerata sunt in carta cuius supra c. 69. meminit. 83) cf. huius concilii canones 17—19. ap. Mans. Conc. XXI. p. 285.

Calixtus imperato silentio dixit: *Casinensis ecclesia non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum fundata est, cuius imperio pater Benedictus ad eundem locum deveniens, illumque ab idolorum sordibus emundans, sanctae regulae descriptione, et miraculorum prodigiis, et sui corporis sepultura, toto orbi spectabilem reddidit, et totius monastici ordinis caput effecit. Accedit ad hoc, quod idem venerabilis locus a Romanis pontificibus restauratus, et Romanae ecclesiae filiorum unicum in adversis solacium, et in prosperis infatigata requies perseverat. Et nos ergo sanctorum praedecessorum nostrorum Romanorum pontificum vestigiis insistentes, Casinense coenobium cum omnibus attinentiis suis ab omnium mortalium iugo quietum semper et liberum manere, et sub solius sanctae Romanae ecclesiae iure defensioneque perpetua manere decernimus. Caetera vero monasterio in eo ordine, quo antiquitus fuerunt, manere iubemus.* In eo etiam concilio idem venerabilis papa et praephati Gyrardi abbatis animam et omnes nostri coenobii possessiones episcopis et archiepiscopis commendare curavit. Supradictus autem abbas explicitis Romae suis negotiis omnibus, ad hoc monasterium rediit, atque ab universis fratribus honorifica est et sollempni processione receptus. 1123. Mart

79. Interea homines de Sancto Angelo in Todici, qui omnium tribulationum et persecutionum in hoc loco venientium semper caput et auctores fuerunt, sociatis sibi his qui castrum sancti Victoris incolebant, contra eundem abbatem conspirant, et iurisiurandi nexibus se mutuo alligant, ut nequaquam huic Casinensi coenobio abbatique fidelitatem faciant; nisi ad suum velle relaxationes illis et placita tribuat. Quod dum abbati nuntiatum fuisset, evestigio exercitum congregans, illorum adiacentia quaeque devastare modis omnibus coepit. Illi autem videntes evenisse quod non sperabant, sera penitudine ducti, et solotenus abbatis vestigiis prostrati, se deliquisse, se impie egisse testantur; utque sibi abbas veniam de perpetrato scelere tribuat, instantissime rogant. Annuit illorum postulationibus abbas, commissa dimittit, sicque non parva quantitate pecuniae ab eis extorta et fidelitate recepta, invidos et perversos quietos et fideles manere coegit.

Hoc interea tempore, anno dominicae incarnationis eius 1122[84], pridie Nonas Aprilis, quarta vigilia noctis, cum fratres nocturnalem synaxim decantarent, stellae de coelo innumerabiles cadere et quasi pluere visae sunt ubique per totum orbem terrarum. Apr. 4.

Tunc temporis Pandulfus comes de Sexto cuius supra meminimus, ad hoc monasterium veniens, iureiurando firmavit eidem abbati totam ex integro abbatiam, et nominatim castrum Vitecusum cum pertinentiis suis, unde ut supra retulimus litigium cum Gyrardo abbate habuerat. c. 75

80. His quoque diebus Savinus vir nobilissimus, Dalmatino genere ortus, direxit in hoc monasterium duos sciphos argenteos librarum circiter novem, rogans et multa prece deposcens, ut de nostris fratribus idem abbas ad monasticum ordinem demonstrandum in Dalmatiam mitteret, pollicens non minimum proficuum per hoc loco isti venturum. Abbas autem nichil moratus, tres de hoc monasterio ibidem fratres direxit, divinarum scripturarum codices et ecclesiasticum apparatum illis habundantissime tribuens. Susceptis namque Savinus eisdem fratribus, permittente supradicto papa Calixto, ac concedente Raguseorum archiepiscopo, optulit beato Benedicto ecclesiam sanctae Mariae in loco qui dicitur Rabiata prope civitatem Ragusam, cum portu et piscatione sua, cum servis et ancillis, et cum omnibus omnino pertinentiis et finibus suis. Sequenti tempore papa Calixtus ad hoc monasterium veniens, Gotfridum comitem Cyccanensem, qui monasterium sancti Petri in Yscleta ab huius loci dicione subduxerat, usque ad dignam satisfactionem a liminibus ecclesiae separavit; sicque patri Benedicto et fratribus se commendans attentius, Beneventum perrexit. His porro diebus in Sardinia Homodei et Albertus episcopi, in Dalmatia vero Petronius et Adenulfus abbates ab hoc monasterio dati sunt. Eo etiam tempore iam dictus abbas Oderisius portas haereas pulcerrimas in ingressu huius nostrae ecclesiae fieri iussit. II, 32.

81. Lambertus praeterea Hostiensis episcopus, post autem papa Honorius, tunc temporis ad hoc monasterium veniens eundem abbatem rogare coepit, ut hospitium sibi et suis in monasterio sanctae Mariae in Pallaria concederet, quemadmodum Leo praedecessor suus a parte nostri monasterii habuerat. Abbas autem perspiciens illum hoc ex iure sui praedecessoris quaerere, simulque praecavens ne hac occasione locum illum III, 36.

84) imo 1123; quod habet Anon. Casin.

1123. ecclesia nostra amitteret, id se agere posse negavit. Episcopus autem indignatione simul
et ira repletus recessit, laesionis et contrarietatis contra eundem abbatem tempus expectans.
85 82. Per idem tempus Richardus cognomento Pygnardus[85], Picani castri dominus,
Richardi de Caleno promissionibus illectus, evocans ad se Leonem Fundanum consulem,
et Petrum filium eius, post datum ei prandium in domo sua, dum esset cum eo in se-
curitate per sacramentum, compater quoque eius et amicus, ritu proditoris Iudae hosti-
liter eum cum suis omnibus capiens, Richardo de Caleno, quemadmodum inter se occulte
coniuraverant tradidit. Hoc dum ad notitiam papae Calixti pervenisset, et de tam nefa-
ria ac flagitiosa proditione plurimum commotus[a], eidem abbati mandavit, quatinus supra-
dictum Richardum modis ac nisibus quibus valeret impugnare studeret. Accidit forte ut
nunc[b] quidam ex nostris, quia res ita exigebat, Fundanam civitatem peteret; qui in ipso
itinere ab eiusdem Richardi hominibus captus ac de equo deiectus et deonestationibus
quin[c] plurimis affectus, negotio pro quo abierat infecto ad abbatem rediret. Tali igitur
abbas occasione accepta, cum Octaviano praedicti Leonis fratre confoederatur, et vallatus
militum turmis, Pycani castri attinentias devastare modis omnibus coepit. Sed cum per
integrum fere annum eundem castrum devastasset et afflixisset, Richardus certocertius
agnoscens papam Calixtum cum exercitu super se esse venturum, ignorantibus cunctis
1124. cum fratribus suis occulte de castro recessit. Quod dum abbati relatum fuisset, ingenti
coadunato exercitu ad eundem castrum accedit, et recipientibus eum eiusdem castri in-
colis, arcem diu multumque expugnans, eandem in deditionem accepit, anno dominicae
86 incarnationis 1123[86]. Oppido vero Oderisius abbas ut optabat potito, papae Calixto per
litteras haec notificare curavit, qui Deo omnipotenti super hoc gratias referens, per anu-
lum quod manu gestabat beatum Benedictum absque ullo consorte vel participante de
eodem castro investivit. Rychardus praeterea Caleni dominus, agnito quod noster abbas
supradictum castrum optineret, tactus dolore cordis Capuam properat, et principis pro-
volutus vestigiis rogat, supplicat, obsecrat, ut sibi opem ferendo subveniat, quatinus
castrum recipere valeat. Annuit propinqui sui postulationibus princeps, exercitum con-
gregans, et ad expugnandam et depraedandam hanc terram erigitur. Abbas autem ipse
militum vallatus agminibus ad castrum Bantrense deveniens, terram beati Benedicti illum
ingredi non sinebat. Ob id itaque princeps papae Calixti litteris commonitus, et per
sacramentum quod Romanae ecclesiae fecerat adiuratus, ut terram beati Benedicti non
divastaret, sin alius[d], excommunicationi subiaceat, abbatem ad se evocat, et trecentas
1125. Feb. ab eo libras accipiens, principale de supradicto castro praeceptum huic nostro coenobio
fecit[87]; sicque Capuanam est regressus ad urbem. Per idem tempus comitissa Ade-
lasia una cum Ildebrando comite[88], ex iussione supradicti papae Calixti[89] reddidit beato
90 Benedicto ecclesiam sancti Martini in Armino[90], et sancti Columbani, cum pertinentiis
suis, centum librarum auri pena apposita[91].
1124. Dec. 83. His diebus[92] defuncto Romae iam dicto papa Calixto, cardinales dividuntur,
c. 81. et alii Lambertum Hostiensem episcopum de quo superius mentionem fecimus, in papam
Honorium, alii Theobaldum cardinalem tituli sanctae Anastasiae sibi in Celestinum papam
praeficiunt; verum quia fortior et potior pars cum Honorio erat, hi qui iam dicto Theo-
baldo favebant, rerum eventum videntes, sera penitudine ducti ad eundem Honorium
reversi sunt. Mandat dehinc idem papa nostro abbati, navem Petri periclitari in flucti-
bus, monet uti subveniat, ut pecuniae subsidium mittat, protestans illos qui se in tanto
articulo adiuvarent, habituros[e] ut filios, qui non, ut privignos. Commotus ad talia
abbas, fatetur quod ipse qui tunc de adiutorii ope ferenda pulsabatur, interesse debuis-
set[f] electioni, ut qui particeps erat tribulationum, consors esse deberet et consiliorum.
Interrogantibus fratribus de praedicto pontifice, cuius filius esset, quis, qualis, et quan-
tus: abbas respondit, ignorare se cuius filius esset; unum tamen pro certo scire, quia

a) *verbum deest vel* et *abundat.* b) *leg.* tunc. c) quam? d) *lege* aliter. e) *leg.* habiturum. f) debuisse *c.*

85) *filius Raonis Pigardi* vocatur in priv. Iordani. 86) 1124. *castrum Pica ab O. abbate adquiritur, et a Calixto p. et Iordano pr. S. B. confirmatur.* Anon. Casin. 87) quod ex orig. edidit Gatt. Acc. 240. Castrum ibi Lupica audit. 88) Tusciae. 89) id in carta non legitur. 90) iuxta fluvium Armini. 91) *Actum Grosseto* s. d. Sitae tamen erant in dioc. Castrensi, postea Aquaependentis; v. Gatt. Hist. p. 416 sq. 92) 14. Dec. sec. Necrol. Casin.

plenus esset litteris a capite usque ad pedes[93]. Haec ergo causa inter eundem ponti- 93 ficem et abbatem perpetuum discordiae malum et perenne odium suscitavit.

84. Tunc temporis Leo Fundanus consul una cum Petro filio suo a captione qua a Richardo Caleni domino detinebatur solutus, venit ad hoc monasterium. Susceptus itaque honorifice ab eodem abbate, post celebratum resurrectionis dominicae festum, roga- 1125. Mart. 29 tus a supradicto Leone et a iam dicto filio eius, 50 libras eis donavit, et 50 accommodavit, ea ratione ut easdem 50 libras usque ad unum annum Casinensi coenobio redderent, in auro et argento, sive in pannis sericis et in aliis rebus, quae monachis apta essent ad recipiendum. Et pro suprascripta pecunia, quam eis idem abbas donavit et accommodavit, ante iam dictus Leo cum Petro filio suo quietas dimisit beato Benedicto et Casinensi coenobio omnes obedientias, quae a quibusque hominibus in terra sua huic monasterio oblata sunt, scilicet ecclesiam sancti Magni cum pertinentiis suis, et partem de piscaria Fundani lacus, monasterium sancti Onufrii, sancti Heliae in Ambrife, sancti 94 Martini de Ynola[94], sancti Martini in Tyrille, et quicquid in terra sua a quibusque hominibus beato Benedicto oblata sunt, ut secure et quiete Casinensis ecclesia eiusque abbates teneant et possideant, et liberam habeant facultatem in eisdem ecclesiis ordinandi praepositos, et faciendi prout nostris abbatibus placuerit, sine omni illorum contradictione vel molestatione. Insuper etiam promisit, per unumquemque annum prandium fratribus se facturum.

85. Interea cum Aquinenses comites ferali adversus Landulfum de Sancto Iohanne odio desaevirent, contra eundem abbatem conqueri coeperunt, quod Landulfum illis praeferret, illi pecuniam, terras et domos tribueret, se vero contempni et pro nichilo haberi. Sed, cum ad ista abbas non praeberet auditum, iuncti quibusdam ex nostris eum papae Honorio accusare coeperunt, illum apostolicae sedis inimicum, prodigum et dilapidatorem rerum monasterii astruentes. Rychardus porro Caleni dominus a nostri 1125. monasterii infestatione nequaquam quiescens, congregato exercitu insperate terram istam ingressus, castra huic monasterio pertinentia, Sanctum Apollinarium videlicet, Sanctum Ambrosium, et Sanctum Stephanum, et partem de castello sancti Georgii, igni ferroque consumsit[95], indeque digrediens, monasterium sancti Nycolai in Pica ex toto deprae- 95 davit; sicque ad sua rediit.

86. Eodem vero anno papa Honorius Urbem egrediens, ascendit ad hoc monaste- 1125. rium, atque a supradicto abbate et fratribus honorifica satis processione receptus, super altare beati Benedicti missam sollempniter celebrans, sero iam ad civitatem rediit. Demum vero Mauricium haeresiarcam de Ianula, in qua eum papa Calixtus exiliaverat, abstrahens, apud Fumonem exilio relegavit[96]. Ibi itaque in plenario laicorum conventu eundem abbatem papa Honorius evocans, et enormi adversus eum odio desaeviens, ingenti eum increpatione redarguit, militem illum, non abbatem, lapidatorem et prodigum substantiae monasterii esse inclamitans, confestimque civitatem egrediens, Beneventum perrexit[97]. 97

87. Hoc praeterea tempore Heinrico quinto imperatore defuncto, consules, prae- Mai 23. fecti, dictatores, duces et principes in unum convenientes, de imperatoris electione tractare coeperunt. Visum demum omnibus est, ut electionem ipsam in arbitrio archi- Aug. episcopi Maguntini et Lotharii ducis Saxoniae ponerent, ut quem illi utilem Romano imperio esse astruerent, hunc procul dubio eligerent universi. Archiepiscopus autem ferali zelo adversus cognationem Einrici imperatoris desaeviens, et de imperiali culmine Fredericum et Conradum nepotes eius propellere cupiens, ob illorum odium supradictum Lotharium, armis experientissimum, religione et prudentia multa pollentem, qui per plura annorum curricula Leuticos expugnans sub Romano imperio redegerat, utilem atque idoneum ad imperiale fastigium accipiendum iudicavit, sicque huius calliditate Romanum imperium a Teutonicis ad Saxones translatum est. His quoque diebus Rodulfus Quosentinorum archiepiscopus obtulit beato Benedicto ecclesiam sancti Petri in Buda, cum pertinentiis suis. Id ipsum fecit et Augustinus Narniensis episcopus una

93) Similiter Pand. Pisanus ait: *de mediocri plebe comitatus Bononiensis genitus, bene tamen litteratus.* 94) nunc Lenola. ANG. 95) v. Anon. Cas. ad a. 1125. 96) Castrum Fumonis in Hernicis, non longe ab Alatro, fastigium obtinet montis. ANG. Cf. Anon. Cas. ad h. a. 97) ibi fuit mense Oct. teste Falcone.

1125. cum Oderisio comite de ecclesia sancti Nicolai in Guaytanello, et de ecclesia sanctae 98 Luciae[98] cum portu suo, et cum omnibus in integrum pertinentiis suis.

88. Honorio interea papa a Benevento ad Urbem regresso, Adenulfus comes letali odio eundem abbatem insequens, eidem pontifiei litteras misit, aemulum pontificii et honoris Casinensem abbatem inclamitans. At papa eius dictis fidem accommodans, decernit eum a Casinensi abbatia removere, et evestigio Gregorium Terracinensem episcopum et huius coenobii monachum, qui sub papa Paschali ex hac nostra ecclesia eidem civitati episcopus datus fuerat, ad eum direxit, mandans abbati, ut Romam veniret, et de his quae sibi obiciebant iusta canonum sanctionem satisfacere studeret. Renuente igitur illo Urbem adire, nisi pontifex suam gratiam ei reddidisset, ter eum papa occa- 1126. sione accepta vocavit. Sed cum ille ob hoc quia papam adversum se commotum sciebat, ire distulisset, in epdomada quinta quadragesimalis ieiunii idem pontifex sententiam depositionis in eum vibravit; uno tantum repertus in crimine, quod vocatus ad curiam ire distulisset, dicente pontifice: *Et si in nullo alio culpandus est, eius tamen superbia crimen est dampnationi sufficiens, quia omnia peccata remittuntur hominibus;* Apr. 4. *superbis autem Deus resistit.* Sacro autem palmarum die adveniente, idem Oderisius consiliatorum suorum verbis deceptus et in abbatis cathedra resedit, et pastorale baculum manu gestavit, et universa abbatis officia sicut et antequam deponeretur exercuit. Apr. 11. Haec ergo causa papam magis iratum reddidit, atque in resurrectionis dominicae sollempnitate eundem Oderisium et omnes fautores eius a liminibus ecclesiae separavit: obedientes vero a communione ecclesiastica extorres esse praecepit. Hinc ergo seditio et dissensio inter monachos et populum civitatis gravissima exhorta est. Accidit autem tunc, ut quosdam pedites supradictus Oderisius cum armis suis ad castrum Ianulae custodiendum transmitteret. Cives vero propter excidium Sancti Germani inclamantes, eosdem pedites capiunt, armisque sublatis illos de civitate proiiciunt. Oderisius autem eventum rei agnoscens, civitatem agressus, ad Pontemcurvum exercitum congregaturus perrexit, minitans eandem civitatem cum suis habitatoribus perdere. Illi autem consilio inito, montem ascendunt, decanum et reliquos fratres conveniunt, rogant ut eidem Oderisio litteras destinent, ut ad civitatem redeat, et si quam adversus illos querelam haberet, legalem inde iustitiam sumeret. Haec quidem dictis, factis vero aliter, quippe qui disposuerant in ipso itineris bivio interficere eum. Decanus vero habito consilio statuit, ut ad civitatem redeant, atque de suis duodecim sapientiores et meliores eligant, et cum eis die altera ad hoc monasterium veniant, ut una cum illis fratres exinde salubre consilium sumant. Recedentibus interea illis, decanus nocturno silentio Oderisio nuntium destinat, acta et dicta seriatim enuntiat, utque ad eos redeat instanter exorat. Ille autem civium noscens versutiam, ad eos se tunc redire posse denegavit. Illucescente autem die, cives uti statutum fuerat montem subeunt unus post unum, monasterium intrant, et ad capitulum convenientes, quod[a] alio die inter monachos et laycos de pacis conventione statutum fuerat, replicare coeperunt. Cumque inter eos de eadem re se longius sermo protraheret, unus e civibus surgens in medium ait: *Cur frustra sermonem longius trahitis? Certissime scitote nos monasterium non egressuros, nisi deposito Oderisio alium nostro consilio substituatis abbatem.* Quod cum fratres nulla ratione, nullo pacto se hoc facturos dixissent, illi evestigio monasterii munitiones fraude occupaverunt, sicque in unum summi archimandritae convenientes, per archipresbyterum suum in eundem Oderisium sententiam depositionis et excommunicationis promulgant; confestimque ad Ianulae arcem pergentes, et illos qui in ea residebant pecunia corrumpentes, ad suam voluntatem inflectunt, eandemque munitionem ab his qui illam custodiebant accipientes diruunt, monachosque contradicentes ante portas ecclesiae beati Benedicti gladiis percusserunt, et per divina et humana omnia iurare coeperunt, quod nisi confestim abbatem ad suam voluntatem eligerent, alios gladio trucidarent, alios de monasterio pellerent, alios ad papam vinctos transmitterent. Quid tantis? Fratres in discriminis articulo se constitutos videntes, ad Oderisium nuntios dirigunt, mandant ut ad monasterium redeat, et aut laicis satisfaciat, aut ad voluntatem illorum abbatiam dimittat. Quod cum Oderisius minime se facturum dixisset, fratres necessitate coacti laycorum voluntatem se facturos promittunt. Taliter Oderisius ab aemulis suis est pro-

a) quae c.

98) *cum insula S. Viti.* Privil. Alex. III.

iectus, et a propria sede depulsus, vir certe magnanimis, scientia clarus, eloquentiae 1126. decore ornatus. Nam inter tantas persecutiones constitutus, sermones de praecipuis festivitatibus lucidos satis et disertos composuit. Ab illo autem tempore non defuerunt huic Casinensi coenobio variae ac ingentes aerumpnae. Iam vero qualiter Nycolai electio et eiectio facta sit describamus.

Nycolaus natione Tusculanus, sedit anno 1, mense 1, diebus 16.

89. Hic a sanctae memoriae Oderisio I. in hoc Casinensi coenobio receptus et monachus factus, atque a Gyrardo abbate rector apud Suium ordinatus, post ab Oderisio II. decanus huius loci est constitutus; quam cum per mensem fere amministrasset, a fratribus huius coenobii est in abbatem electus. Quidam vero ex prioribus nimis 1126. Iun haec indigne ferentes, caeteris ignorantibus clanculo ad papam Honorium litteras dirigunt, seditiose illum et nequaquam canonice electum esse affirmantes. Pontifex autem cum Nycolaum adhuc electum esse nesciret, Gregorium cardinalem tituli Apostolorum ad hoc monasterium dirigens, mandat quatinus eiusdem Gregorii consilio Seniorectum Capuani monasterii praepositum in pastorem et abbatem Casinenses fratres unanimiter eligerent, de quo et Deus honoraretur, et religionis statu in famoso Casinensi monasterio per eius industriam roborato, bona ecclesiae tam spiritalia quam temporalia in melius augerentur. Ipse namque si opportunum esset, monasterium manutenere, defendere, et adiuvare paratus esset. Veniens autem praedictus cardinalis ad monasterium, fratres convocat, et quod papa praeceperat seriatim enuntiat. Quod dum fratres audissent, murmur inter eos ingens repente exoritur, dicentes, non debere Casinensis abbatis electionem in alterius potestate transire, et nimis indignum et inconveniens esse, ut Casinensis ecclesia, quae sub antecessoribus suis libera semper extiterat, ad suae confusionis obprobrium cardinalibus subiceretur. Tunc Gregorius imperato silentio fratribus dixit: *Indubie noveritis, me non pro papae Honorii huc lucro, et honore Romanae ecclesiae venisse, set pro salute animarum vestrarum cum Christi auxilio si permittitis providenda. Romana enim ecclesia vestro auxilio et laude non indiget, quae laudis praeconium in Petro ex ipsius ore meruit Redemptoris. Quae autem ecclesia vel abbatia a Romanae sedis iugo extranea repperitur, cuius arbitrio ipsum coelum ligatur et solvitur? omnes namque ecclesiae a pontificibus, imperatoribus, et regibus, vel quibusque fidelibus fundatae sunt, Romanam vero sedem solus Filius Dei fundavit, et super Petri apostoli fidem erexit, cui etiam terreni simul et coelestis imperii iura commisit, et illud Verbum, quod condidit coelum et terram, Romanam fundavit ecclesiam. Et ut caeteris omissis ad ea de quibus nunc sermo agitur veniamus, sicut apostolorum principes Petrus et Paulus Romanam ecclesiam suo sanguine consecrarunt, ita Casinense coenobium per beatum Benedictum, qui Romae edoctus fuerat, et per cives Romanos Maurum et Placidum habuit fundamentum. Illud quoque vobis notissimum esse non ambigimus, qualiter eo destructo a Longobardis, Casinensis coenobii fratres iusta Lateranense palatium per centum triginta annorum curricula habitaverint, et demum Casinensem ecclesiam Romani pontifices Gregorius et Zacharias restruxerunt; quae rursum a Sarracenis cremata, iterum a sancto papa Agapito in monastico est ordine reformata. Cum ergo huius coenobii fundatores ex Romanae ecclesiae prodierint disciplina, eiusque restauratores Romani pontifices fuerint, conveniens est iusta sanctorum patrum statuta, ut ecclesia Romana mater et domina, Casinensis eius specialis, singularis iure dicatur et filia. Revolvite Casinensis coenobii munimina, eiusdem libros perscrutate, et id unde nunc sermo agitur poteritis invenire: si vero non potestis, mendacii arguite; sin autem potestis, nolite veritati resistere, nolite Romanae ecclesiae repugnare, nolite eius iussionibus contraire: sed ex cuius uberibus fidei salutem suxistis, eius iussionibus studete in omnibus obtemperare.* Tunc fratres necessitatem temporis ostendentes, apostolici voluntatem se impleturos fatentur, si parendi lautiora tempora evenirent; sicque discessum a capitulo est. Oderisius vero cognita Nycolai insperata electione, agiliter ad roccam quae Bantra dicitur pervenit, pecuniam opportune importune dispensat, et milites undecumque aggregans, igni ferroque castra quae eidem Nycolao favebant demolire solotenus coepit.

90. Hoc interea anno Goffridus filius Richardi de Aquila, una cum Richardo Caleni domino et Raone Rahelis filio castrum Suium diu multumque expugnans, incolarum fraude et consuetudinaria proditione illum obtinuit. Nycolaus vero hoc cognito, Rober-

1126 tum filium Iordani principis in suum auxilium evocat, evestigioque ad hoc monasterium
dirigens, ad se deferri praecepit aquiminilia argentea librarum 9 et unciarum totidem,
c. 80. quae Savimus sicut supra retulimus beato Benedicto direxerat, aquiminilia argentea
Stephani papae, altare aureum cum gemmis speciosis, calicem aureum librarum 4, cali-
cem magnum Saxonicum quem Theodericus Saxonum rex beato Benedicto olim trans-
miserat, epistolarium aureum Desiderii abbatis, textum euangelii Heinrici imperatoris
cum gemmis pretiosis, alium textum euangelii, turibula argentea 9, coronas argenteas
totidem, pensantes singulae aliae 9, aliae 12 libras, quas Otto imperator ac Ugo mar-
chio aliique fideles sancto Benedicto optulerunt, calicem librarum 9, alios calices 5,
concam librarum 7, candelabrorum paria 3, coronas 4, habentes per unamquamque 18
99 libras, concas 2 librarum 8, cucumellum[99] librarum 6, textum euangelii, scutellam
magnam, urceum ducis cum aquiminili suo, omnia haec argentea, et crucem auream.
Haec inquam omnia de ista ecclesia abstrahens, castrum non recollegit, et indissolubile
odium monachorum adversus se suscitavit:

1127. 91. Statuentibus interea civibus iterum monasterium capere, quendam ex prioribus
adeunt, decaniam et non parvam pecuniae summam ilii promittunt, si eorum in tam
nefando negotio cooperator pro suo posse existeret. Quod dum ille fratribus reseras-
set, evestigio fideles quosque in monasterii munitiones immittunt. Cives autem rem
gestam ignorantes, nocte adveniente insidias iusta monasterium locant; sed cum agno-
vissent sua patefacta consilia, confusione et mestitia repleti ad sua reversi sunt. Tunc
temporis Adenulfus quidam, castri Spinii dominus, anxians et exaestuans qualiter hoc
monasterium infestare quoquomodo posset, locutus primo cum Richardo Caleni domino
et Goffrido Suessano, cordis sui intima pandit, et ut eorum amminiculo et iuvamine
conceptam parturire et ad effectum malitiam posset perducere, instanter exorat. Illi
autem proditores parergio laetissimi redditi, rogant uti meditata opere expleat, auxilium
suum ei non defuturum. Hoc enim sibi salutiferum, hoc delectabile, hoc iocundum esse
fatentur. Evocat interea idem Adenulfus illos qui arcem Castri novi custodiebant, pecu-
niam spondet, egregios illos et felices facturus promittit, si supradicti Castri novi
arcem sibi traderent. Ast proditores cruentis promissionibus illecti, in tempestae noctis
silentio cum quibusdam latrunculis eum evocantes, monacho et caeteris oppidanis igno-
1 rantibus supradictam arcem contradunt[1]. Quod dum Nycolao nuntiatum fuisset, quid
ageret vel quid diceret nesciebat. Tandem cum quibusdam dextro genu claudicantibus[2]
communicato consilio, ut supradictum castrum recolligere posset, Picanum oppidum,
c. 82. quod Oderisius praedecessor suus acquisierat, et papa Calixtus per anulum confirma-
verat, et Iordanus princeps sacramento et praecepto concesserat, in Normannorum
dicione remisit, talique ordine iam dictum Castrum novum recollegit[3]. Reddidit etiam
tunc supranominatus Goffridus turrem quae dicitur Ad mare, monasterium sancti Bene-
dicti in Suessa, curtem de Lauriana, Casam maiorem, curtem de Lando de mari, et
Sanctum Iohannem ad Currentes, cum universis quae ad iam dictas curtes et obedien-
tias pertinebant.

92. His quoque diebus duo fratres ex Hispania Philippus et Philipbertus, coelesti
desiderio tacti ad patris Benedicti limina valde devoti venerunt, atque ecclesiam quam
dudum ipsi in Hispania in solo proprio iusta civitatem Locronium[4], loco qui Coadgra-
nium appellatur construxerant, in hoc sancto loco optulere. Oderisius interea cernens
Romanum pontificem sibi in omnibus adversari, sera penitentia ductus Romam adiit, et
5 papae prostratus vestigiis, Casinensem abbatiam in manu eiusdem apostolici refutavit[5],
arcem vero Bantrensem in huius coenobii iura remisit. Tunc temporis Rao filius
Rahelis ad hoc monasterium veniens, per scriptum renuntiavit beato Benedicto omnes
lites, querimonias, et calumpnias, quas adversus hoc monasterio habuerat, de homini-
bus qui fuere de civitate Teano, et eo tempore in hac terra residebant, 400 bizanteo-
rum pena apposita. Per idem tempus Iordanus II. princeps ad hunc locum deveniens,
iureiurando firmavit eidem abbati totam ex integro abbatiam, secundum morem ante-
6 cessorum suorum[6].

99) vas lato ventre, in quo aqua calefit. DUCANG.
1) a. 1127. sec. Anon. Casin.
2) proverbiali figura, qua indicantur qui dubia erant fide. ANG.
3) Anon. Cas.
4) Logroño.
5) Anon. Cas. ad a. 1127.
6) Extat tantum iuramentum quod Oderisio praestitit, m. Iunio 1123. ap. Gatt. Acc. p. 239.

93. Per idem tempus Pandulfus filius Landonis Aquinensis comitis in silva huius monasterii quae Tyrilla dicitur, castrum construere coepit[7]. Quod ubi papae Honorio nuntiatum est, per apostolicas litteras ei interdicendo direxit, ne in possessione beati Benedicti castrum aedificaret: sed Deum in eodem contempnens pontifice, intentione sacrilega eundem castrum ob huius loci obpugnationem sicut hodie cernitur a novo construxit. Nycolaus autem coepta eius praepedire cupiens, in montem qui Timmari appellatur, castrum contra eum erexit. Tantas porro Casinensis coenobii perturbationes tantaque infortunia papae Honorii dum pervenissent ad aures, eundem Nycolaum Casinensis abbatiae a regimine sequestravit, omnesque ei faventes vel adhaerentes a liminaribus ecclesiae separavit, litterasque ad hoc monasterium direxit, mandans, quia ut in nobili et famoso beati Benedicti monasterio antiqua posset reformari religio, instanti animo et diligenti studio laborasset. Proinde si in manu et consilio suo monasterii Casinensis dispositionem et ordinationem libere et absque contradictione aliqua posuissent, quantocius ad Casinense monasterium venire festinaret, et ob honorem, salutem, et reformationem coenobii tam in spiritualibus quam in temporalibus praestante Domino studeret laborare. Fratres vero, qui eundem Nycolaum pro thesauri ecclesiastici dilapidatione et terrae amissione valde exosum habebant, Nycolao ad hoc monasterium venienti portas claudunt, ilicoque nuntios ad papam Honorium destinantes, quae gesserant per ordinem pandunt; se et monasterium in eius potestate ex toto tradentes. Ille vero super huius rei negotio laetissimus redditus, Matheum episcopum Albanensem ad hoc monasterium direxit, fratribus mandans, ut quem utilem ille et idoneum tanto officio ex Romanae sedis auctoritate astrueret, tunc ipsi absque aliqua procrastinatione eligerent. Hoc ubi supradictus Pandulfus agnovit, insperate super castrum quod idem Nycolaus construxerat veniens, illud ad solum usque prostravit, et Nycolai quidem talis rerum exitus extitit.

1127.

7

Seniorectus huius coenobii abbas a beato Benedicto quadragesimus quartus, sedit annis 9, mensibus 6, diebus 19.

94. Hic ab ipsis infantiae annis beato Benedicto oblatus, atque a sanctae memoriae Oderisio monachus factus, et in disciplinis regularibus studiosissime in omnibus educatus et enutritus, primo ad monasterium sanctae Mariae in Luco, deinde ad monasterium sancti Nycolai in Pica regendum praepositus est transmissus. Qui ad huius coenobii abbatiam taliter est electus. Igitur cum satis strenue per tria annorum curricula huius sancti coenobii decaniam administrasset, ac deinde Capuani monasterii praeposituram satis provide gubernasset, eiecto iussu papae Honorii Nycolao, de eadem Capuani monasterii praepositura ad huius loci abbatiam eligitur. Enim vero dum ex parte supradicti pontificis Chonradus cardinalis sanctae Praxedis hac de causa ad hunc locum venisset, nunc singillatim nunc communiter cum illis pertractaret, demum congregationi voluntatem apostolici pandit. Tunc ex consulto mandatur illi, ut quanta potest instantia ad hoc monasterium venire studeat, quatinus de Casinensis abbatis electione in commune simul ab omnibus tractaretur. Qui cum imperata implere satageret, a Goffrido de Aquila qui partibus Nycolai favebat capitur, et apud Suium custodiae mancipatur. Quod dum fratribus relatum fuisset, aestuare coeperunt quid agerent, et sicut est consuetudinis diversi diversa sentiebant, et alii Oderisium reducere, alii pro suo velle abbatem eligere disponebant. Tunc praephatus Albanensis episcopus Matheus in capitulum veniens, coepit de ipsa abbatis electione tractare, et si praeceptis apostolici parere vellent interrogare. Fratres autem cum hoc in eius posuissent deliberatione, seque per omnia Romano pontifici obedire velle dixissent, et quem cum fratrum consilio nominaret, ipsi abbatem eligere promisissent, tum proprio illum nomine vocans, interrogat senes, deinde iuvenes, utrum illis talis electio placeat. Cumque omnes tum voce tum capitum inflexione[8] hunc se velle respondissent, mox omnium unanimitate cum absens esset, ex praecepto ut ante iam diximus apostolici, quarto Idus Iulias elegerunt eum in abbatem. Quamvis nonnulli, et ex maxima parte timore ducti, hoc aegre ferrent, ob hanc scilicet causam quia tempore decanatus sui nimium austerus et rigidus in huius monasterii ordine extitisset, adque etiam a Romana ecclesia abbas effectus est.

Iul. 12.

8

7) Quod adhuc extat: sed sub iure Sorani ducis. ANG. *Castrum Terelle edificatur.* Anon. Casin. ad a. 1127.

8) Custoditur adhuc apud nos ritus, ut seniores voce, iuniores vero capitis inflexione approbent, quod proponitur in conventu. ANG.

1127. Denique ab ipso fere tempore quo decaniam dimisit, et praecipue a morte venerabilis abbatis Gerardi, cum omnes fere priores qui a Desiderio monachi facti fuerant ex hoc mundo recessissent, nunc ipsius abbatiae ambitione, nunc per fratrum clandestinas seditiones, nunc per abbatum expulsiones, cum fratres ad tantam inopiam devenissent ut omnium rerum necessitatem permaximam sustinerent, ordinis religio de hoc coepit labefactari. Nec immerito, cum quamplurimi necessitate coacti arduae vitae tramitem ob paupertatem retinere non possent. Cum haec et alia per multorum ora volitarent, dolens apostolicus Casinensem ecclesiam tantis dehonestari obprobriis, et his malis finem
9 imponere cupiens, nec non et illam regulae sententiam[9] suo saepius versans in pectore, ut *si vitiosam quod absit personam congregatio elegerit, et in notitia episcopi ad cuius dioecesim pertinet locus, vel abbatibus, aut christianis vicinis claruerit, prohibeant pravorum praevalere consensum*, et caetera: deposito ut superius dictum est Oderisio, et de eius successore Nycolao similia facere volens, penitus congregationem a liminibus ecclesiae separavit, si ulterius eidem Nycolao obedientes existere praesumpsissent. Fratres igitur, qui iam dictum Nycolaum pro thesauri ecclesiastici dilapidatione valde exosum habebant, consilio habito eum ab ingressu monasterii repulerunt, ociusque qui haec Romano pontifici nuntiarent miserunt, postulantes ut de suis aliquem mitteret, per quem papa suam voluntatem congregationi aperiret, quatinus suo consilio et adiutorio sibi abbatem eligerent. Tunc apostolicus eundem episcopum ad hoc monasterium direxit, mandans ut eundem virum huic congregationi praeficeret. Dimissus itaque Seniorectus a Goffrido, ad hoc monasterium venit, atque eius electio a fratribus confirmata, illum in patris Benedicti cathedra honorifice locavere. Suscepta igitur abbatia Seniorectus coepit omnibus perinde modis studere, quatinus naviter adimpleret id, ad quod abbas a Romano pontifice factus fuerat. Angebatur itaque nimium nimiumque interdum eius animus, tum scilicet pro nostri ordinis emendatione, tum vel maxime et fratrum sustentatione et terrae recuperatione. Interea oppidani occasione accepta ad suum velle relaxationes ac placita exquirebant, et licet vi recipiebant. Exabbas igitur noster Nycolaus, favente et iuvante se Goffrido de Aquila, quandam huius terrae partem, videlicet Myrtulam, Sanctum Andream, Vallem frigidam, atque Castellum novum retinens, terram quae huic loco residua erat infestare non desinebat. Ob quam rem Iordanus princeps ab eodem abbate evocatus, extemplo cum non parva militum manu venit, atque super Castrum novum quo nepos supradicti Nycolai residebat tendens, adiacentia quaeque igni ferroque demoliri praecepit. Ille autem perspiciens oppidanos diffluere a se, et ad abbatem clam nuntios destinasse, protinus eidem abbati dirigere studuit, quod si eum cum omnibus suis secure exire permitteret, sine dilatione castrum illi continuo redderet. Quo impetrato, in abbatis manibus confestim eundem reddidit castrum.

95. Interea apostolicus Urbem egrediens venit ad hoc monasterium, a quo idem abbas primus in hac ecclesia abbatiae consecrationem suscepit. Postea vero coepit ab eo sacramentum vehementer exquirere, atque ut Romanae ecclesiae fidelitatem faceret, omnino insistere: et fratres modis omnibus reniti et contradicere, et hoc Casinenses abbates numquam fecisse dicebant. Quibus pontifex e diverso respondebat, quia quod omnes fere episcopi, archiepiscopi et abbates faciunt, Casinensis abbas agere debet.
10 Qui[10] e diverso nostri dicebant, ideo ab illis Romana ecclesia fidelitatem extorsisse, pro eo quod saepius in haeresim lapsi contra Romanam ecclesiam sensissent: Casinensis vero ecclesia numquam in haeresim decidit, numquam contra sedem apostolicam sensit. Qua ratione papa accepta conticuit. Exinde vero pontifex ex hoc loco discedens Beneventum ingressus est. Sed de his actenus.

Iul. 28. 96. Dux igitur Guilielmus cum iam fere sedecim ducatum rexisset annos, mortuus est, atque in ipso omnis Robberti Guiscardi familia, quae ex ipso descenderat, finita est. Defuncto itaque duce, Roggerius[11] haeres et filius quondam Roggerii Siciliae comitis,
1128. fratris praedicti Robberti Guiscardi ducis, ducatum occupat; contra quem apostolicus cum expeditione
1127. properat, demum facta concordia eidem confirmavit ducatum[12]. Hiis porro diebus Iordano principe[a]
Dec. 19. obeunte, Robbertus eius filius eidem successit in principatu. Qui huic monasterio pri-

a) *hic incipit ultimus quaternio, quem manus illa altera sed vix diversa scripsit; v. supra p.* 769.

9) c. 64. 10) i. e. *Cui.* ANG. 11) v. Anon. Cas. ad a. 1128. 12) Aug. 22.

vilegium fecit[13] de data remissa hominibus Casae Gentianae, de scadentiis[14], de modiis 1128.
terrae 20 in territorio sancti Mauri ad Casale, de piscatione in mari et flumine in omni Mart.
territorio Castelli ad mare, de his quae dederunt Iordanus II. pater eius, Ryccardus II.
et Robbertus patrui, Iordanus avus, et Ryccardus proavus sui, et de venientibus ad
habitandum in terra sancti Benedicti, vel aliquid monasterio largiendum, pena librarum
auri centum apposita. Robbertus etiam comes de Molisio fecit privilegium huic loco
de medietate castri Serrae[15], quod est sub iure Larinensis episcopatus, pena librarum
auri centum apposita. Praeterea Roggerius dux[16] fecit privilegium sancto Benedicto, 1129.
de hiis quae obtulerunt Robbertus dux et Sikelgayta uxor eius, Roggerius et Guilielmus Dec. 30.
filii, in Apulia, Calabria, Principatu, Salerno, et Amalfia, de concessionibus principum,
baronum et aliorum fidelium, pena librarum auri trecentarum apposita, anno Domini
1130, per manum Guarnerii Mazariensis decani[17]. 17

97. Interea papa Honorio vita decedente, electi sunt Gregorius diaconus cardinalis 1130.
sancti Angeli in papam Innocentium II, et Petrus presbyter cardinalis sancti Calixti in Feb. 14.
Anacletum. Innocentius vero per aliquantum temporis spatium in Urbe permanens,
cum episcopis et cardinalibus qui suae parti favebant, ad civitatem Pisanam perrexit,
Conradum Savinensem episcopum vicarium in Urbe relinquens. Petrus praeterea cardi-
nalis Roggerio duci Apuliae coronam tribuens, et per privilegium[18] Capuanum principa- Sept. 27
tum, et ducatum Neapolitanum cum Apulia, Calabria et Sicilia illi confirmans, regem-
que constituens, ad suam partem attraxit; praecipiens ut episcopi et abbates, qui in
suae dicionis terra manebant, ei hominium facerent[19]. Per idem tempus Robbertus 1132.
princeps, cuius supra meminimus, fecit privilegium huic loco sicut antea fecerat, et de Mart.
relaxatione 50 tarenorum de gualdo[20], et de portu molendini, quod est in fluvio Vul-
turni loco Cazoli cum portu ex utraque parte fluminis. Post[21] haec praedictus princeps 1134.
abiit Pisas, et rex Roggerius venit super principatum. Ob quam rem hic princeps a Pisis stipatus navali exer-
citu Neapolim venit. Aversani se eius imperio subdunt, contra quem rex Roggerius veniens fugavit, Aversam in cine- 1135.
rem redegit, Alfuso filio Capuanum tradidit principatum. Tunc temporis Hubertus Pisanus archiepi- 1136.
scopus, apostolicae sedis legatus, fecit privilegium huic monasterio de Sancto Georgio
de Baray, et Sancta Maria de Gennor. Innocentius igitur Alemmannorum et Lothe- 1131.
ringorum terram ingressus, iuxta Leodium a Lothario rege excipitur, virgam et anu- Mart.
lum ei iuxta morem antiquum confirmans[22], nec non et terram comitissae Mattildae ei 22
contradens. Deinde Lotharius[23] rex venit Romam, et accipiens coronam ab Innocentio reversus est. Et[a] 1133.
dum in conspectu eius totus ut ita dicam Romanus orbis pacatus quiesceret, et sub Iun. 4.
eius dicione calcati iacerent[b], a papa Innocentio Pisis remorante frequentibus litteris 1135.
monitus ut Romani imperii coronam ab hostium iugo defenderet, et ecclesiam scissam
ad pacem, concordiam et unitatem caesar strenuissimus et clementissimus liberaret:
anno dominicae incarnationis 1135. immensum valde nimis totius Romani imperii exer-
citum congregans, una cum Richiza augusta uxore sua intravit Italiam. Ingens interea 1136.
pavor et ebitudo mentis corrupit[c] Ausoniam, et quid dicerent vel facerent, unus ab
alio inquirebat[d].

98. Inter[24] haec regis cancellarius Guarinus nomine, Canzolino qui tunc Capuae

a) *Hic incipit:* Altercatio Petri Diaconi pro coenobio Casinensi. „Igitur dum in conspectu imperatoris Lotharii totus *etc.* b) *vox deesse videtur.* c) corripuit *emendavit Lauretus.* d) *Altercatio pergit:* Ast abbas *et in* 9 *versibus breviter narratis, quae hic c.* 103—106 *fusius persequitur, ad c.* 107. *transit.*

13) ap. Ang. de Nuce in notis ad h. c. et ap. Gatt. Acc. p. 242. ex orig. 14) *scilicet trecentos tarenos, quos singulis annis accipiebamus ab hominibus de Casa Genzana pro data. Similiter et terras, quas relinquunt homines qui sine haeredibus moriuntur, quae dicuntur scaditiones; quae nunc sunt, vel amodo erunt.* 15) Idem esse quod nunc Serra Capriola dicitur, opinio est Gattulae Acc. 243. ubi cartam edidit Ugonis c. Molisii qua donationem a Robberto patruo suo moriente factam confirmat, datam 1128. m. Iunio. 16) *Christianorum adiutor et clipeus*, ut ipse ait in privileg. ap. Gatt. l. l. 17) Subscripsit etiam *Guarinus, magister camerarius d. ducis.* 18) quod Baronius edidit in Ann. ad a. 1130. n. 52. 19) Hoc in privil. illo non legitur: scriptum fuisse in altero cuius prima tantum verba supersunt in Reg. Anacleti Casini servato, existimat Baronius l. l. n. 53. 20) *sc.* 500 *tarenos quos accipere soliti sumus in omni tertio anno ab hominibus qui tenent terras de gualdo pro calzati* i. e. ad vias reficiendas, in dipl. orig. ap. Gatt. Acc. p. 245. 21) ex Anon. Cas. ad h. a. 22) hoc poscenti regi non concessit, terram Mathildis autem tunc nescio an promiserit; contradidit a. 1133. Iun. 8. Romae, ut bene Ang. de Nuce adnotavit. 23) ex Anon. Casin. 24) Haec et sequentia conferenda sunt cum Wibaldi epistola in Mart. Coll. II, 188.

1136. praeerat mandat, quatinus Casinensi abbati ut ad se veniat destinet, venientem protinus capiat. Abbas autem talia dum persensisset abnuit, ac se minime tunc illo posse ire remittit. Cancellarius vero magis ac magis in suspicionem veniens, mandat abbati ut sibi Capuam venienti cum festinatione occurrat, quatinus de regni negotiis cum ipsius terrae baronibus insimul tractent. Casu itaque tunc accidente, abbas graviter infirmatus est, et ob hanc rem ire ad eum distulit. Sanitati autem redditus duos fratres ante nativitatem Domini cancellario apud Beneventum constituto direxit, infirmitatis magnitudinem pandens. Cui cancellarius remisit, ut post celebratam festivitatem ad eum
Dec. 27. Capuam pergeret, alias autem ipse ad eum veniret. In festo autem euangelistae Iohan-
25 nis praedicti fratres reversi, rumorem quem auxerant[25] pandunt. Nam inter eundum et redeundum per amicos et fideles monasterii de hac re interrogantes, nil aliud quam ut illum capere vellet audierunt. Abbas autem quid in tali re faceret ignorans, simulat
26 infirmitatem. Cancellarius vero iuncto sibi Capuano electo[26] et Cansolino, Casinum ut disposuerat venit. Aquinensis interea electus, invidiae stimulis incitatus, et veneno nequitiae debriatus, regis cancellario per quendam scutiferum mandat, quod Casinensis abbas non pro ipsis, set contra ipsos, ad suscipiendum imperatorem Lotharium et papam Innocentium se praepararet. Quod si illum veritatem dicere minime crederent, Casinense monasterium ab eo expeterent; si daret, scirent illum esse mentitum: si non, veritatem illum dicere certissime crederent. Epistolarum vero portitor sciens quid in ipsis contineretur epistolis, ad monasterium venit, et id quod in re erat abbati per ordinem pandit. Abbas autem a scutifero epistolam accipiens et relegens, omnia prout idem retulerat invenit. Cancellario itaque cum Capuano electo et Canzolino apud Sanctum Germanum adveniente, Guarinus electus Aquinensis pro eadem re ad illos advenit. Cumque abbati in dolo mandarent, ut omni seposita occasione ob regni negotia ordinanda ad illos descenderet, remittit se ad eos ob infirmitatem ire non posse; misit tamen monasterii priores ad cancellarium, qui in eius praesentia Aquinensem electum de praedicta causa reprobarent, atque illum falsissimum omnino ostenderent. Cumque electus hoc se fecisse negaret, ostendunt epistolam, pandunt per ordinem omnia. Tunc ille confusus nesciebat, quid evidenti rationi responderet. Coeperunt autem hii qui ex parte regis erant coepta omittere, ac simulato animo et ira Casinensibus faceta verba proferre, utpote qui electo Aquinensi favebant, atque se ob hanc rem neque venisse,
Psal 7,15. neque credere, iureiurando affirmare. Set post paululum qui dolorem conceperant, peperere iniquitatem, cum protinus earundem litterarum portitorem apprehendentes, et diversis suppliciis excruciantes, oculis privaverunt. Electus vero timore ductus, ac minantium civium furore perterritus, Canzolino illum de civitate educente, Aquinum
1137. Ian. 5. rediit. Altera autem die in ipsis epyphaniorum vigiliis ad monasterium ascendentes, post salutationem ex more factam ac nonnulla inter se colloquia, caeteris exeuntibus coeperunt abbatem super mandatum regis de datione monasterii requirere, atque ut sibi statim in praesentiarum, quod est a saeculis inauditum, traderetur omnino praecipere. Ipse vero cum viginti, aut quantis ex fratribus vellet, cum omni thesauro ecclesiastico et cuncta supellectili monasterii, ad arcem quae Bantra dicitur demigraret: reliqui vero per obedientias dividerentur, in monasterio quattuor sacerdotes cum tribus aut quattuor fratribus dimitteret, qui divinum officium ad patris Benedicti corpus peragerent; asserentes se hoc pro nulla alia causa facere velle, nisi quod Casinensis ecclesia magnam per totum orbem Romanum haberet famam, esse in omnibus locupletem, atque prae omnibus Italiae ecclesiis in auro et argento aliisque pluribus opibus pollere. Quodsi omnia haec Lotarius imperator vel alii inimici regis optinere valerent, multa detrimenta et dampna per hoc in regno eius evenirent. Dicebant autem haec mentientes, quia ut post in propatulo claruit, illum inter eundum comprehendere et supradicta omnia subripere disposuerant: sicque iam monasterium et cuncta secure detinerent. Post hanc ergo tam inauditam tamque nefandam iussionem, absque communi Casinensium fratrum consilio abbas hoc se agere posse negavit. Accepta itaque consiliandi licentia, hii qui ex parte regis erant egressi sunt foras. Dehinc abbas monasterii priores convocans, quam ob causam cancellarius venerat pandit: quid cuique super hoc videretur interro-

25) i. e. hauserant. ANG. 26) Guillelmo.

gat, atque quid in tali negotio opus sit, consilio cum eis communi pertractat. Omnium 1137. tamen unum animi votum, una sententia fuit, quatinus Casinense monasterium nullo pacto, nulla ratione in laycorum potestate traderetur; promittentes se usque ad mortem pro tanti loci defensione certare paratos esse ex toto, ante se canum, muricipum, et equorum carnes comedere, quam Casinense coenobium in aliorum potestatem atque dominium venire permitterent. Quoniam quidem si caput incolume permanere constaret, reliqua membra, si quid incommodi, si quid adversi eveniret, salutem sperarent: si autem caput periret, caetera etiam membra, licet sana viderentur, cum capite pariter in interitum irent. Hoc communi consilio deliberato, cancellario advenienti cum Canzolino abbas taliter orsus est loqui: *Super Casinensis coenobii negotiis, unde nos requirere voluistis, tam pro rei magnitudine quam etiam et pro ipsius temporis brevitate, neque consiliari neque quid vobis respondere possemus invenimus. Unde rogamus, quatinus nobis terminum detis, quousque cunctos nostrae congregationis fratres qui per obedientias positi sunt convocemus, sicque cum eis consilio habito, quid nobis agendum sit, communi consilio pertractemus.* Tunc cancellarius amaritudinis felle succensus respondit, dicens: *Quod consilium hic est? aut quod consilium vultis habere? hic non est consilium, non erit dilatio aliqua, nisi ut iussionem regis impleatis. Nam ego vobis consiliandi terminum non do: sed omnino ex parte illius impero atque praecipio, quatinus extemplo quid de hac re statuistis, respondere curetis.* Cui abbas respondit: *Hoc profecto quod dicitis implere minime possumus, et maxime quia si hoc rex praecepit, vel qua ex causa haec fieri mandavit, ignoramus.* Ad quem cancellarius tale confestim dedit responsum: *Ego sum os et lingua regis, per me loquitur et sua iura disponit. Qua vero ex causa fieri mandavit, haec est. Lotharius cum suo papa Innocentio veniet, et in hoc volumus vos probando temptare, si nobiscum debetis in fidelitate regis permanere, ac pro eius conservanda corona contra Lotharium decertare.* Ad quem abbas: *Parati sumus* inquit *hoc cum necesse fuerit adimplere, et sacramento inde vos in praesenti per nostros fideles firmare. Insuper promittimus nos contra inimicos regis strenue praeparare, et pro posse Casinense coenobium contra imperatorem defendere et manutenere.* Cui cum cancellarius dixisset, cum quibus Casinense coenobium contra imperatorem defensurus esset, abbas respondit: *Cum opportunum fuerit, de civitate sancti Germani et omni terra sancti Benedicti fortiores et robustiores quosque eligentes, hic habere studebimus, sicque cum vestro consilio, et vestris militibus in adiutorium si res ita exigeret venientibus, Casinensem ecclesiam contra imperatorem et contra milites eius defendere et manutenere curabimus, ita ut per Casinense coenobium nulla rex detrimenta vel dampna patiatur.* Exclamans protinus cancellarius infit cum magna indignatione: *Ecce regis fideles videte, ecce perspicite, ecce considerate, ecce advertite, cum quibus putat se Casinensis abbas imperatori resistere, cum effeminatis videlicet infidis et periuris, et qui numquam beato Benedicto fidem servaverunt: qui Brunonem, Oderisium et Nicolaum de abbatia expulerunt, qui Casinense coenobium contra fas et ius ceperunt, qui castrum Ianulae destruxerunt*[a]*, monachosque contradicentes ante beati Benedicti altarium gladiis percusserunt.* Coepit autem et multa cum suis contra abbatem dicere, et monachos et laycos deturpando iniuriare, multis et variis opprobriis dehonestare, fallaces et callidos declamare; cumque ad haec omnium ora in silentio essent, recessit tandem cum magna indignatione et ira, praecipiens ac dicens, ut per totum ipsum diem de eadem re responsum sibi reddere morigerarent. Recedente itaque eo, omnes priores in unum cum abbate conveniunt, causam inter se conferunt, trahunt longa suspiria, et quid agere debeant nesciunt. Angustiae illis erant undique, et quid eligerent nesciebant, dicentes: *Si monasterium in manibus laycorum damus, incurrimus in mortem animae et corporis; si autem non damus, non effugiemus manus illorum: set melius est nobis incidere in manus hominum, quam derelinquere legem Dei nostri, et videre mala gentis nostrae et sanctorum.* Quae dum ad cunctorum notitiam pervenissent, contritum est extemplo cor eorum, et contenebrati sunt oculi eorum. Et vere tunc dies festi conversi sunt in luctum, et canticum in lamentationem. Hoc unum omnes a minimo usque ad maximum dicebant, in hoc omnium definita sententia erat, ut quandiu possent, numquam Casinense coenobium pro vita amittenda in laycorum traderent potestatem. Visum demum omnibus est, ut ad eundem cancellarium et socios eius nuntios

(Amos 8, 10)

a) detruxerunt *c.*

1137. destinarent, qui eos suppliciter exorarent, quatinus illis spatium darent, quousque de tanta re sicut deceret consiliari eisque respondere valerent. Cancellarius autem dum monasterium cum satellitibus suis deambulans circuiret, ad dormitorium veniens, iussit metiri altitudinem muri, quatinus illius exemplo scalas ad coenobii captionem aptare valerent. Quod videns unus ex fratribus, nuntiavit abbati.

99. Eo etiam tempore quidam frater Iohannes nomine, dum naturae debitum solveret, et iam sine motu et voce iaceret, subito in se rediens, retulit se vidisse patrem Benedictum cum multitudine monachorum defunctorum in ecclesia stantem, et regem Rogerium eandem ecclesiam ingredientem, omnemque Casinensis ecclesiae thesaurum asportantem. Qui cum ad gradus maioris ecclesiae pervenisset, mortui qui in ecclesia eminus erant irruentes interficiebant eum. Haec cum dixisset, adiunxit: *Ut certius sciatis, me vera proferre, noveritis me statim e mundo recessurum. Quod si post haec ulterius vixero, indubitanter quae protuli falsa fuisse noscatis.* His dictis obdormivit. Haec quidem frater. Nos vero praefatam visionem pertractantes, atque in memoriam retinentes, iam paene totam impletam esse videmus, quando fere omnem huius loci thesaurum
Ian. 5. Rogerii regis factione sublatum esse videmus. Acta sunt autem haec omnia vigiliarum epyfaniarum die.

100. Post haec ab abbate et fratribus statutum est, ut duodecim ex monasterii senioribus discalciatis pedibus ad civitatem pergerent, ubi iam dictus cancellarius et Capuanus electus morabantur, suppliciter flagitantes, ut spatium darent in quo fratres qui in obedientiis erant congregarentur, quatinus cum eis in unum communicato consilio, congruum responsum de re suprascripta proferre valerent. Quod dum factum fuisset, cum luctu et gemitu usque ad ianuam monasterii illos est omnis congregatio subsecuta; illis autem recedentibus, fratres ad ecclesiam beati Benedicti reversi sunt, ubi quantae lacrimae effusae sint, referre quis valeat? Omnes enim in terram se prosternentes, et capita in pavimento ecclesiae percutientes, Domini misericordiam cum luctu et voce cordis implorabant, ut locum istum respiceret. Demum vero ad beatum Benedictum conversi, ac si praesentem eum viderent dicebant: *Pater honestissime et sanctissime, tu praesentiorem te discipulis tuis post carnis recessum quam si viveres, pollicitus es te esse futurum, unde per Patrem et Filium et Spiritnm sanctum te adiuramus, ut quemadmodum pollicitus es, et nos et locum istum protegas, et ab omnibus malis defendas.* Post haec vivificae crucis lignum, et brachium sancti apostoli et euangelistae Mathei et sancti confessoris Christi Mauri fratres sumentes, cum letaniis per ecclesias intra monasterium sitas pergere statuere. Cumque in ecclesia beati Martini vota Domino supplicationis et laudis persolverent, post finita suffragia exeuntes inde ad ecclesiam beati protomartyris Stephani deverterunt; ubi dum unus e fratribus ad portas basilicae aperiendas praecessisset, invenit eas obseratas. Frater enim qui eandem tenebat ecclesiam, unus erat ex duodecim illis qui ad cancellarium ierant, et clavem ecclesiae oblitus dimittere secum detulerat. Regresso autem illo qui ad ecclesiam aperiendam praecesserat, quod in re erat denuntiat, et ut reverterentur qui primi incedebant dicebat. Iterum alii atque alii currentes, similiter clausas ianuas invenere, et fratribus nuntiare curarunt. Frater autem qui crucem ferebat, nesciens quid ageret, se sequentes hortatus ad ianuas pervenit ecclesiae, et mox tactis seris divinitus sunt apertae, unde aliquantulum laetificati gratias Deo peregerunt, atque cum omni devotione et cordis contritione ibi letaniarum suffragiis peractis, ad patris Benedicti ecclesiam sunt reversi, sicque missas ipsius diei cum luctu et tristitia peregerunt. Et tunc adimpletum est in illis
Amos 8, 10. quod per prophetam dicitur: *Dies festi vestri convertentur in luctum.* At fratres qui missi fuerant ad cancellarium, cum ad locum in quo pater Benedictus semel per annum cum sorore sua locutus fuerat pervenissent, decanus et qui cum eo ob eandem rem ante descenderant, cognito illorum adventu ad monasterium remiserunt dicentes, quod pro tali facto cancellarius magis provocaretur ad iram, quam flecteretur ad misericordiam. Cancellarius autem postquam audivit, quod fratres cum beati Mauri brachio per sanctorum ecclesias Dei omnipotentis clementiam supplicarent, in superbiam elevatus coepit multa contra monachos minitare, dicens se incisuros illis et labrum et nares, et vestes illorum medias usque ad nates, et sicut alter Nicanor, verba blasphemiae in Deum et sanctos eius proferre, dicens quod spes quam monachi in Benedicto et in

Mauro habebant, cassa esset, illisque magis perniciem quam salubritatem conferret. 1137. Vehimentique post haec indignatione permotus, litteras habitantibus in Campania, Sampnio, Apulia, Lucania et Calabria direxit, mandans ut quam citissime possent cum diversis bellorum machinis ad Casinense monasterium obsidendum et capiendum venirent. Abbas autem agnoscens, quod cancellarius de sua morte et coenobii captione cogitaret, cum paucis communicato consilio, legatos ad Landulfum de Sancto Iohanne, qui tunc imperatori favebat, direxit, mandans ut veniret, et Casinense monasterium sub cura sua susciperet, et contra eos qui illud capere quaerebant defenderet. Verum quia hoc per diem agi non poterat, per noctem impletum est, atque ex utraque parte factis sacramentis tertia die post festivitatem epyphaniae, feria sexta, milites Landulfi iam Ian. 8. dicti in monasterium inducti, et munitiones contraditae sunt. Landulfus vero post haec Casinum deveniens, abbati et fratribus constantiam et inimicis perturbationem maximam contulit. Cancellarius autem agnoscens Landulfum Casinum venisse, civitatem Aquinum quo commorabatur relinquens, atque per Sanctum Angelum in Maiolisi[27] Lirim fluvium 27 transiens, Minianum perrexit, ubi infirmitate gravissima tactus, notario praecepit ut litteras scriberet, quatinus omnes qui in regno regis Rogerii morabantur, ad Casinense monasterium capiendum venirent. Quod dum ille implere satageret, subitanea morte defunctus est[28]. Post haec abbas cum fratribus statuit, ut per triduum Dei omnipoten- 28 tis clementiam supplicarent, quatinus pacem et quietem Casinensi coenobio largiflua pietate concederet, et quia silentium illis diebus propter tumultum et perturbationem tenere non poterant, decreverunt ut tribus diebus post completorium unum per noctem psalterium in ecclesia cantaretur: set antequam eandem triduanam inchoarent, abbas in capitulo surgens, iuxta monasterii consuetudinem veniam petiit, et confessionem de suis excessibus fecit. Similiter et omnes fratres post illum se in patris Benedicti regula deliquisse confessi sunt, sicque abbas indulgentiam illis conferens, de omnibus excommunicationibus in Casinensi coenobio factis, in quibus aliquando offenderant, eos absolvit.

101. Hiis porro diebus quidam frater Bonus nomine, dum in ecclesia beati protomartyris Stephani post matutinalem synaxim fatigatus obdormisset, beatus Benedictus in visione ei apparens dixit: *Multa incommoda et perturbationes, et rerum maximum detrimentum pro hoc facto habebitis: sed confidite in Domino et in potentia virtutis eius, quia adhuc domus mea reintegrabitur, et in suum statum reducetur. Beatissimum vero Maurum ut omni instantia precum supplicetis praecipio, quia ipsius sine dubio interventu ab instanti periculo et perturbatione liberabimini.* Et hiis dictis disparuit; evigilans autem frater, abbati et fratribus quae viderat et audierat per ordinem pandit. Unde in communi fratrum capitulo statutum est, ut omnibus dominicis diebus ad introitum ecclesiae post antiphonam beati Benedicti adderetur et antiphona beati Mauri; similiter et in omnibus festis in quibus collecta facienda est, sicut in cotidianis diebus, antiphona et oratio eius diceretur. Interea tota terra a fidelitate abbatis et fratrum praeter castrum Casinum recessit; de quo facto homines de castro sancti Angeli causa et initium extiterunt. Ipsi enim primitus inimicos monasterii infra castrum suscipientes, Casinense coenobium obpugnare coeperunt. Post haec Bertulfus mansionarius, natione Cymbris, et Adenulfus cognomento Marsicanus, huius rei gratia ad imperatorem Lotharium diriguntur. Dehinc omnes obedientiae per Campaniam, Picenum, Sampnium, Lucaniam, atque Calabriam, captae atque a iure coenobii Casinensis subductae sunt. Cancellarius vero qui tanti mali caput et actor fuit, septimodecimo die postquam huc in vigiliis epyphaniae pervenit, Ian. 21. apud Salernum ad extrema perveniens, clamabat: *Benedicte et Maure, cur me interficitis?* Cumque haec crebro repeteret, vita decessit.

102. Eo etiam tempore quidam frater Crescentius nomine, natione Romanus, vidit in visione quendam lacum nimiae magnitudinis et ignei coloris, cuius undae ad coelum ferri videbantur; in quibus undis vidit eiusdem cancellarii animam in aeris alta elevari, et rursum ad yma demergi. Iuxta quem lacum cum duos monachos stare vidisset, interrogatus ab eis, cuius esset anima quam tantis tormentis affici videbat, se frater nescire respondit. Ad quem qui videbatur senex: *Haec est* inquit *anima Guarini cancellarii, quae idcirco talia patitur, propter perturbationem et tribulationem quam Casinensi mona-*

27) qui etiam *in Todici* dicebatur. ANG. 28) notarius.

1137. *sterio excitavit.* Quem frater cum, quis esset qui talia promeret, interrogasset, fratrem Benedictum se esse respondit. Frater autem a somno exurgens, ita se vidisse et audisse, Deum et sanctos eius testem invocans affirmabat. Inter haec quidam ex nostris contra voluntatem abbatis de pace et concordia tractare coeperunt cum hiis qui ex parte
Feb. 2. regis erant, mediante Ryccardo episcopo Gagetano. Demum vero ad id ventum est, ut ex parte fratrum facto ab obedientialibus sacramento, et a cuncta congregatione promissione de pacta conventione, atque ex illa parte factis sacramentis, pax fieret; sicque commotio illa et perturbatio subito quievit, set ad tempus.

103. Tertia vero die postquam haec facta sunt, supradictus abbas languore depres-
Feb. 4. sus vitam finivit, quinta feria, Idus Februarii[29]. Per totam vero noctem qua vita decessit, decanus cum fratribus tractare coepit, qualiter antequam mors eius divulgaretur, homines Landulfi superius nominati, qui monasterium tenebant, foras expellerentur. Remuneratis igitur illis qui in capite eorum erant, et a regis balivis securitate accepta, ut securi inde cum suis omnibus exirent, mediante iam die omnes de monasterio cum armis recedentes ad sua reversi sunt; qua ex re factum est, ut usque ad illam horam mors abbatis palam nesciretur. Hora autem nona iam propinquante, celebrato officio ipsius, sepulturae traditus est ad dexteram partem introeuntium in cymiterium, iuxta gradus, ubi quattuor discipuli beati Benedicti requiescunt.

104. Sed ut ad id redeam unde digressus sum, cum adhuc abbatis feretrum in ecclesia esset, destinati sunt a Canzolino Capuani principatus camerario milites, ut nullus eo absente de abbatis electione tractare praesumeret. Dilatum itaque est, et contradicentibus ac moerentibus monachis usque ad ipsius adventum protelatum. Cumque illuc advenisset, cum ei ostenderentur de electione abbatis patris Benedicti iussio et privilegiorum constitutio, respondit quod nil ad praesens istiusmodi valeret ostensio: *Set differte usque ad domini mei Rogerii regis notitiam; sin autem, tradite arcem Bantrensem, et eligite quem vultis; ita tamen, ut prius fidelitatem regi faciat* Quod cum fratres se non implere dixissent, ipse exercitum congregans, universa Casinensis coenobii castra ab eius dicione subduxit. Iam fere sex dies in tali fluctuatione transierant, cum
Feb.10. ad festum virginis Christi Scolasticae fratres undique ad monasterium convenientes, et de electione abbatis inter se tractarent, dividuntur in partes, et una quidem Raynaldum Colementanum[30], qui post abbas extitit, alia Raynaldum Hetruriensem eligere disponebant. Set cum inter se plurima conferrent, visum demum prioribus est, ut electio differretur usquequo ad regem Rogerium Romanumque pontificem tunc Pisis remorantem nuntios destinarent, per quos Casinensis coenobii fortunam notificare, et super tali negotio illorum consilium praestolari valerent. Set cum ad hoc alteram partem flectere nullo modo valerent, contradicentibus et renuentibus aliis qui supradictum Raynaldum Colemen-
31 tanum eligere disposuerant, eundem Raynaldum[31] apprehendentes, in patris Benedicti cathedra illum locantes, sibi in abbatem constituunt. Reliqui vero nimis haec indigne ferentes, clam ad Bertulfum mansionarium et ad Adenulfum, Casinensis coenobii fratres, quos abbas Seniorectus legatos direxerat ad imperatorem Lotharium, nuntium cum litteris destinant, per quas et Seniorectum de hoc mundo migrasse, et eundem Raynaldum contra voluntatem suam seditiose et non canonice electum esse notificabant; postulantes, ut imperatorem atque pontificem ex parte totius congregationis rogarent, ut ex suis aliquem in Casinensi coenobio abbatem constituerent, et in Raynaldi electione nullatenus praeberent assensum: prius se monasterium destruere, prius inde egredi, quam illum sibi abbatem constitui proclamantes. Quod dum Raynaldus certo certius agnovisset, clam cum Canzolino aliisque fidelibus regis paciscitur, eique fidelitatem faciens, abbatiam illi confirmant; sicque sacramentum a colonis monasterii accipiens, a filio Petri Leonis, cuius subdiaconus erat, in Casinensi abbatia firmatur. Cumque nuntius qui litteras ferebat, Ravennam ubi tunc imperator morabatur pervenisset, a supradictis fratribus imperatori Lothario cum litteris praesentatur. Pandunt quae Casinensi ecclesiae, camerae scilicet Romani imperii, accidissent, qualiter Seniorectus defunctus, et Raynaldus qui fidelitatem regi Rogerio fecerat abbas contra voluntatem multorum electus fuis-

29) imo pridie Nonas, cui diei adscribitur in Necrol. cod. 47. Ea tunc incidit in 5. feriam, et ipse Petrus in seq. cap. ab ea computat. 30) de Collemezzo, prope Furconem, e stirpe comitum Marsorum. Peregrin. ap. Murat. SS. VII. p. 232. 31) sc. Hetruriensem.

set, et quia nonnulli ex fratribus de monasterio egredientes, inimicorum manus vitas- 1137 sent, et plurimas perpessi essent calamitates. Post vero deflebant periclitari suos familiares, confundi Casinense coenobium, et quemadmodum ipsi omnia dimisissent pro Romani imperii fidelitate, in quo solo spem suam post Deum et patrem Benedictum Casinensis ecclesia posuisset. Lotharius autem imperator, misericordia motus, necnon et memor qualiter sub antecessorum suorum tuitione Casinensis ecclesia fuisset, multo magis tamen propter odium regis Rogerii, quem Romano imperio inimicissimum esse iudicaverat, propensior erat apud praedictos fratres, et iuxta tenorem edicti quod Pipinus et Karolus Magnus statuerant[34], illos inter cappellanos Romani imperii iuxta morem 34 antiquum constituit. Cumque duces, principes, ac marchiones imperii congregasset, beneficia praedecessorum suorum in Casinensi coenobio concessa intimabat, et supradictum Raynaldum accusans, manifestum hostem Romani imperii pronuncians[a], quoniam abbatiam ab inimico Romani imperii sibi confirmatam acceperat, neglecto et contempto imperatore, a quo Casinensis ecclesia civitates et castra et omnes possessiones acceperat.

105. Eo siquidem tempore Henricus dux Baioariae gener imperatoris ab eodem imperatore transmissus, una cum papa Innocentio, intravit Campaniam. Igitur cum in planitie quae Casini contigua est castra posuissent, Rychardum supradicti pontificis cappellanum et Casinensis coenobii monachum ad monasterium destinant, mandantes quod si illos vellent recipere, et papae Innocentio obedientiam exhibere, ipsi pro suo posse illos ut filios, ut fratres, ut socios diligerent, et Casinense monasterium sub imperatoris tutela et defensione semper haberent. Set cum huic rei Raynaldus aurem non accommodaret, et fratres illum de monasterio exturbare si facultas daretur per omnia vellent: idem Raynaldus fratres in capitulum convocans suadebat ut in regis Rogerii fidelitate manerent, ut filio Petri Leonis obedientiam conservarent; adiutorium illis non defuturum. Postremo fatetur, se ab illis abbatiam accepisse, non ab alio. Ad illorum libitum, si vellent, abbatiam dimitteret; si non, retineret. Et haec quidem ore, non corde proferebat; iam enim occulte miserat ad Gregorium filium Adenulfi de Sancto Iohanne, ut cum suo exercitu per Tyrillanam silvam Casinum veniret, quatinus eius ope et auxilio fultus, monasterium contra papam, ducem, et monachos retinere valeret. Quo dum venisset, cum eodem electo sacramento confoederatur, et monasterii munitionem ab ipso accipiens, et assultum cum suis militibus in pontificis nuntiis illos invadit[b]; quos cum in fugam vertisset, suis audaciam permaximam tribuit. Apocrisarii autem pontificis, dum ad civitatem quae monti adiacet pervenissent, cives sub imperatoris fidelitate sacramento constringunt, et sic ad castra redeunt. Raynaldus autem cum Gregorio intra monasterium conclusus, sata extra monasterium incidebat, et omnia destruebat, ne quid ad alimentum hominum vel iumentorum relinqueretur. Iam fere undecim dies transierant, cum dux videns monasterii Casinensis bona dilapidari simul et pugnae tempus transire, consilio habito Raynaldum evocat, et calicem aureum nec non et obsides pro quadringentis libris accipiens, abbatiam ex parte imperatoris, si in eius fidelitate permaneret, illi confirmat, et eum a se suisque securum reddens, imperatoris vexillum in beati Benedicti ecclesiam induci, ac demum in arcem quae ecclesiae imminet cum ingenti laude imponi praecepit. Alia vero die castra movens, cum ingenti exercitu supra civitatem Capuanam devenit; ibi itaque Rao Rahelis filius et Goffridus de Aquila venientes, et se ac suos pontificis ac principis Robberti et Henrici ducis imperio subdunt. Capuani autem cernentes barones catervatim ad papam et ducem confluere, solo prostrati veniam poscunt; qua impetrata, et se suaque una cum civitate illorum dominio subdunt. Quo facto totus ut ita dicam Capuanus principatus, Rogerii iussa linquentes, papae vestigiis advolvuntur, omnia imperata se facturos spondentes; multi nanque propter amicitiam quam cum Robberto principe habuerant, confluebant ad eos; nonnulli propter illorum gloriam et remunerationem beneficiorum, quam se ab ipsis accepturos sperabant: plures vero propter spem, quam in eis tanquam in propriis dominis habebant. Henricus interea gener imperatoris una cum papa Innocentio Robberto principi Capuanum principatum restituentes, cum ingenti exercitu ad pontem sancti Valentini,

a) *f.* pronuntiavit. b) *locum corruptum esse apparet.*

32) eiusmodi decretum quod Karolo tribuit, commemorat Pseudo-Anastasius iste, Murat. SS. II, 363.

1137. iuxta Beneventum, castra locavit. Mandat post haec dux in civitatem cum apostolico
Mai. 21. nuntios, ut nisi anathema apostolicum et imperialem vellent incurrere iram, Beneventum
in eorum manu remitterent, et nundinas foris urbem pararent. Contradicentibus autem
illis[a] in urbe ex parte filii Petri Leonis erant, nuntii papae Innocentii, cum nichil egis-
sent, infecto negotio de civitate exclusi sunt, nam Rogeriani milites qui tunc in civitate
erant, minime pactis consenserunt; moxque quingentorum militum et triginta milia peditum
congregantes exercitum, foris civitatem contra illos pugnaturi conveniunt: ob quam rem
pontifex in iracundiam versus, Beneventanos a liminibus ecclesiae separavit, ducemque
cum exercitu contra eos congredi praecepit. Set cum scutiferi ducis in prima acie terga
vertissent; dux eventum fortunae alteratum perpendens, praecepit militibus, ut fluvium
transvadantes montem in quo civitas sita erat ascenderent, et ab Aurea porta civitatem
invaderent. Seditio tamen in urbe de rebus praesentibus erat, quibusdam dicentibus,
papae Innocentio reddendam civitatem, debere iuxta patrium morem beato Petro et eius
vicario deservire: alii vero nequaquam, set repugnare persuadebant. Milites interea flu-
vium transvadantes, ad civitatem tendebant. Beneventani autem, hostes contra se venire
dum perspexissent, a pugna se subducentes, fugae praesidium sumunt. Hii autem qui
ex parte ducis erant, illos instantius insequentes, civitatem cum eis ingressi sunt, atque
Mai. 21. hoc modo Beneventum in deditionem acceperunt[33]. Urbe vero potita, Troiam Apuliae
urbem applicuere; quam absque pugna a civibus accipientes, oppida quaeque adiacentia
cum Gargano atque Siponto[34] in suum dominium vertunt.

106. Lotharius interea imperator eo tempore Ravennam egrediens, Umbriam, Emi-
liam, Flaminiam, Picenumque provincias sub suo iure redegit, civitates obedientes sub
Romani imperii iura redegit, contradicentes ad solum usque prostravit. Cumque ad mo-
35 nasterium sancti Martini in Salinis[35] pervenisset, Transmundus praepositus Sancti Libe-
ratoris illum adiens, eumque ex parte Casinensis congregationis efflagitans, quicquid
beato Benedicto in partibus illis ablatum fuerat, reddi praecepit. Inde vero castra mo-
vens, supra Barum, quae totius Apuliae caput est tentoria figit, et a civibus urbis sus-
ceptus, arcem quam rex Rogerius magnifice construxerat oppugnare modis omnibus coe-
pit. Diu itaque illam vallo diversisque bellorum machinis oppugnans, plurimis ex utra-
que parte interemptis, tandem cum magno labore illam optinens, ad solum usque de-
duxit, universasque Apuliae urbes sub Romani imperii iura redegit; sicque peractis
Iun. omnibus, ducem ordinaturus apud Melphiam Apuliae urbem perrexit, quo dum venisset,
exercitum dirigens Salernum obsidere praecepit. His porro diebus Bertulfus et Iohan-
nes Casinensis coenobii fratres proclamationem fecerunt supra Sipontinos ante eundem
imperatorem, qui silvam monasterii, quae sub dicione hospitalis sita erat, in suum domi-
nium retorserant. Horum itaque imperator precibus inclinatus sigillum suum illis con-
cessit; ex parte sua praecipiens, nisi imperialem vellent incurrere iram, extunc et dein-
ceps silvam illam sub Casinensi monasterio quietam manere permitterent, mille bizan-
teorum pena apposita, si hoc removere temptassent.

107. Sed ut ad id redeam unde digressus sum, tempore quo idem imperator tran-
36 scensis Alpibus intravit Ytaliam, epistolam ad Casinensem abbatem direxit[36], mandans
quod[b] ex antiquo Casinensis ecclesia nomen religionis habuit, et semper sanctae con-
versationis exemplum et formam aliis praebuit; unde etiam confideret fratrum orationi-
bus apud Deum hoc posse optineri, ut quietem universali reddat ecclesiae, et pacem
suis concedat temporibus. Cum ergo ex privilegio antiquae religionis Casinensis ecclesia
specialiter et singulariter ad Romanam dignitatem respicere deberet, commonere illos
mandando, ut si timore alicuius coacti ab unitate ecclesiae exorbitassent, ad eum quem
tota ecclesia patrem recognovit redirent. Ipse enim in omnibus debitam tuitionem Casi-
nensi coenobio exhibere cupiens, quam cognoverat imperialibus dotatam oblationibus,
37 mandaret ut cum partibus illis appropiasset, abbas ad[37] officium cappellaniae faciendum
cum sapientioribus ex congregatione occurreret, ut de his quae ad tuendas res mona-

a) qui *excidisse videtur.* b) scilicet quod *Altercatio, quae dehinc ad verbum cum chron. convenit.*

33) Accuratius et paulo aliter haec Falco retulit.
34) haec imperator ipse 8. Mai. expugnaverat.
35) quae erat cella S. Liberatoris, in com. Pinnensi, iuxta mare, in territ. S. Angeli; v. Gatt. Hist. p. 314.
36) eam in calce chronici e Petri regesto edidit Angelus, repetitam in Cl. Murat. SS. IV. pag. 621.
37) *ad o. c. f.* desunt in epistola.

sterii expedirent plenarie convenirent. Aliam autem direxit fratribus[38], per quam mandavit, quod si in ipsis non remansisset, in proposito suo esset, ut de honore Casinensis ecclesiae secundum munificentiam imperialem cogitaret: attendentes dignitatem tantae ecclesiae, et religionem quae prae ceteris actenus floruit, in eandem respicere, et manutenere ecclesiam sicut specialem et singularem camerae suae domum disposuisset; multum enim intentus esset, ut ad insigne honoris imperialis si Deus concessisset memoriale suum apud patrem Benedictum in perpetuum relinqueret. Rychiza quoque imperatrix litteras eo tempore fratribus direxit[38], per quas significavit, quod magnam fuisse ex antiquo ecclesiae Casinensis religionem audisset, unde memoriam sui haberi apud Casinensem ecclesiam rogaret, quatinus fratrum optentu Deus pacem ecclesiae suae in suis daret temporibus. Ipsa enim in quantum posset auxiliante Deo, pro salvandis rebus Casinensis ecclesiae cogitaret: tantum abbas tempestive sibi cum sapientioribus fratribus occurreret, ut de his et de aliis plenarie convenire possent. 1137.

108. Seniorecto itaque vita decedente, Raynaldo qui ei successit imperator litteras destinavit[38], mandans quod semper moris sui fuit manutenere et amplecti eos, qui ad Romanum spectarent imperium, nec eos umquam deserere, qui fiduciam in se posuissent. Unde procul dubio sciret, quod ecclesiae Casinensis ius, quousque viveret, tueretur, nec alienae potestati summitteret quod sui iuris esset, et quod ad imperialem spectabat dignitatem. Quia vero in festo apostolorum Petri et Pauli curiam pro statuendo Iun. 29. duce apud Melphiam condixisset, omnesque terrae barones eo convocasset, mandaret ut assumptis secum sapientioribus fratribus, omnibus postpositis ad eum veniret, omniaque privilegia secum deferret, ius ecclesiae suae ostensurus: volens beneficiis suis hoc optinere, ut apud Casinensem ecclesiam memoriale suum semper remaneret. Si ad festum praephatum venire posset, veniret; sin autem, quam citius posset veniret. Aliam quoque sacram Ottoni[a] decano et fratribus direxit[39], notificans quia nollet quantum Deus permitteret, in aliquo terminum antecessorum suorum imperatorum excedere, et ius ecclesiae Casinensis ad exemplum illorum in nullo minui pateretur; semper enim Casinensis ecclesia in vigore sanctae religionis permansit, omnibusque forma bonae conversationis fuit. Unde nosse illos vellet, quia abbatem suum ad se venire fecisset, et pro consilio principum ita Casinensis ecclesiae causam diffinire, ut nichil libertatis suae tempore suo amitteret. Sed cum abbas ad eum adhuc ire distulisset, iterum aliam direxit epistolam[40], per quam mandavit, quod praesentiam ipsius cum duce expectasset; cum quo quia non venisset, mandaret ut ad se veniret; audisse autem quod homines beati Benedicti in illius Syculi fidelitate manerent, et in castris adhuc monasterii essent; placeret ut illos caute removeret, ne impedimentum ecclesiae Casinensi per eos possit conferri. Electus vero imperiali sacra compulsus, praeparatis omnibus quae itineri erant necessaria, sumptis de congregatione aliquantis ex fratribus, Petro quoque Casinensi diacono, cartulario, bibliothecario ac scriniario, quem Lotharius imperator nominatim vocaverat, non tamen absque titubatione, dum amici et inimici, non impune ei provenire amicitias quas cum inimicis imperatoris habuisset[b], ob quam rem amici quidem desperabant: inimici vero licet in prospectu contristarentur, in abscondito laetabantur, sperantes meliora sibi rerum mutatione ventura; quod postea rei probavit eventus. Set cum in suspicione quosdam fratres haberet, monasterium et castra eius amicis et propinquis suis commendavit. At ubi legati imperatoris legationis suae causam in conspectu omnium protulerunt, pars trepidare, quod in regno et sub potestate regis Rogerii positi, nequaquam cum inimico illius pacem facere, vel ad eum ire debere censebant; alia vero quae et sanior videbatur, ad imperatorem ire, eius in omnibus praeceptis obedire dicebant. Tandem abbas coactus, in nativitate sancti Iohannis baptistae iter arripuit, ducens secum ex Casinensi Iun. 24. congregatione hos, quorum nomina vel numerum ne oblivioni traderentur supposuimus:

a) Octoni *c.* b) *verbum excidisse videtur.*

38) Hae epistolae cum priore l. c. editae sunt; v. n. 36. 39) Nomen addidit; epistolam v. l. l. 40) quam e Petri reg. a Pertzio exscriptam hic apponimus: *Lotharius Dei gratia Romanorum imperator augustus. abbati R. de Monte Casino gratiam suam et bonam voluntatem. Presentiam tuam cum duce expectabamus. cum quo quia non venisti mandamus. ut ad nos veniatis. Audivimus autem quosdam homines beati Benedicti in illius Syculi adhuc fidelitate permanentes in castris tuis manere. quos placet ut caute removeatis ne quod impedimentum ecclesie Casinensi per eos possit oriri.*

1137. Iun. 24. Pandulfum Teanensem episcopum et Casinensis coenobii monachum, Maurum quoque curopalatem palatii imperatoris Constantinopolitani, Iohannem camerarium, et iam dictum Petrum bibliothecarium, Amfredum vestararium, Petrum Machabeum, Petrum et Hectorem Casinensis coenobii monachos, nec non Iohannem civitatis sancti Germani archipresbyterum, aliosque nonnullos nobiles sapientesque laicos de terra sancti Benedicti. Eo itaque die quo civitatem sancti Germani egressus est, Teanensem devenerunt ad urbem, ibique 4 diebus aliquid novi de imperatore praestolantes mansere. Indeque progressi Capuam devenere, benignum utpote in propria domo in monasterio sancti Benedicti quod in eadem situm est civitate, hospitium se habituros fore arbitrantes. Verum uti postea rei probavit eventus, omnino eos sua fefellit spes; nam Innocentius papa secundus litteras per omnia Casinensis ecclesiae adiacentia monasteria, ne supradicto electo vel fratribus obedirent mandaverat. Ad quod cum pervenissent, pulsantibus illis monasterii ianuam, fratres egressi talia illis responsa dedere: *Nequaquam, domini, ausi sumus vobis aliquid contradicere, cum luce clarius constet, hoc monasterium Casinensis ecclesiae et vobis subditum semper fuisse: set quia iureiurando apostolicis nuntiis ne vobis hospitium daremus coacti promisimus, nobis egressis quaeque vobis sunt de rebus monasterii necessaria tollite.* His electus auditis, ad sancti Vincentii ecclesiam quae in eadem civitate constructa est suis abire praecepit; quo dum pervenissent, tametsi et ipsis ne illos reciperent esset interdictum: tamen[a] quia prae verecundia illos iam ingressos minime eicere poterant, affluenter de quibus abundabant eis serviere. Reliqua vero omnia quae erant necessaria abundanter abbatissa monasterii sancti Iohannis transmisit. Altera autem die coeptum iter arripientes, per furcas Caudinas[41] Beneventum applicue-
13 runt, indeque moti, per Afrigentum[42], perque roccam Gysoaldi, ad castrum cui Guardia Lombardorum nomen est applicuerunt, ubi quondam Leo papa sanctissimus cum Normannis praeliaturus sanguinem minuerat, et per aliquot dies ibi requieverat. Nolentes igitur prae parvitate et deformitate castellum ingredi, foris in monasterio sancti papae Leonis diverterunt, ibique satis benigne honorabiliterque, in quantum videri poterat, sunt recepti. Set quia humana fragilitas ad malum magis quam ad bonum semper extenditur, illius loci homines supradictum electum cum suis fratribus, Giliberto de Balbana et Robberto de Murra qui exercitui Rogerii regis praeerant tradere conati sunt; tamen omnipotentis Dei dispositio, quae multo aliter fieri disposuerat, consilium confudit eorum. Quaedam namque sanctimonialis in eadem ecclesia commanens, cum consilii illius esset conscia, Petrum Casinensem bibliothecarium ad se venire fecit, eique quaeque ab illis erant consilio inventa aperuit. Quo Petrus audito, electo ceterisque quae illi erant revelata aperuit, castellumque quod valde erat proximum petendum admonuit. Quod electus et quidam ex fratribus despexere, seque nullo modo eo die monasterium egressuros affirmaverunt. At praephatus Petrus periculosum sibi esse si ibi nocte maneret perpendens, Anfredum vestararium allocutus, ad castellum cum suis rebus festinare coepit; nonnulli vero ex monachis quae illi fecerant advertentes, et ipsi relicto electo recessere. At ubi electus omnes paene suos recessisse perspexit, ipse quoque ascensis equis cum reliquis ad castellum perrexit. Illucescente vero castellum egressi, coeptum summo studio peragebant iter: cum vix tribus diei elapsis horis, militum multitudinem contra se per latus descendere montis conspiciunt, subitoque metu turbati, et in fugam conversi sunt. At postquam milites omnem eos capiendi spem illis fugientibus perdidere, ad locum proprium, eos persequi desistentes, protinus sunt reversi. Monachi autem magis fugam quam iter pacificum accelerantes, per Cisternam Montemque viridem, Aufidum transfretantes, primo ad civitatem Melphiam, deinde ad lacum Pensilem[43], ubi omnis imperatoris exercitus cum papa Innocentio residebat, advenerunt. Set cum nuntii papae Innocentii extra castra ei obviantes dixissent, pontificem iussisse, ut antequam castra intraret, discalciatis pedibus cum fratribus qui secum erant papae satisfacere, et pro obedientia quam filio Petri Leonis exhibuerant penitentiam recipere, et iureiurando firmare[b], ut quicquid pontifex praeciperet, implere morigeraret, et filium Petri Leonis cum suis refutans anathematizaret: Raynaldus timore ductus, caesarem ap-

a) tam *c.* b) deberet *excidisse videtur*

41) nunc Lo stretto d'Arpaja. ANG. 42) nunc Frigento. 43) Lago Pesole, unde Brandanus oritur.

1137 Iul.

pellare, et de hac re cum imperatore consiliaturum respondit, et sic castra ingressus est. Post haec coepit in omnibus liberalitatem ostendere, et quosque venientes muneribus alligare, moxque antequam tentoria figerentur, missis nuntiis suum imperatori adventum notificare curavit. Tunc imperator in ipso ac fratribus pro beati Benedicti amore munificentiam ostendit, moxque misso a latere suo Henrico duce Baioariae genero suo, et Rodulfo[44] et Ottone palatinis comitibus, ut tentorium quod iuxta papilionem pontificis ipsius iussu fixum fuerat removerent, illudque iuxta suum tentorium figerent mandavit, asserens cum Casinensis ecclesia per Carlomannum[45] et Pipinum specialis camera sit Romani imperii constituta, nequaquam iustum esse, cappellanos imperatoris, monachos scilicet Casinensis ecclesiae, ab imperatore separari, set iuxta eum suum tentorium figi debere; quod et factum est. Caeterum ubi Romanus pontifex Casinensem electum ab imperatore susceptum esse cognovit, directis cardinalibus coepit vehementer imperatori instare, ut iureiurando filium Petri Leonis anathematizari a Casinensibus monachis faceret, et per sacramentum fidelitatem et obedientiam papae Innocentio et eius successoribus promitti faceret; conquerens cur excommunicati et a liminibus ecclesiae separati ab imperatoria essent maiestate recepti; renuentibus monachis, atque dicentibus, Dominum in euangelio, et patrem Benedictum in regula[46], praecepisse ne iurarent, et (Matth. 5,34.) se ac priores suos nunquam iurandi consuetudinem habuisse, fidelitatem vero neque papae neque alicui se esse facturos, quippe cum sibimet ipsi fideles esse non possent, faciendo illa quae Deus per beatum Benedictum vetuit, et dimittendo quae observare praecepit; sicque eo die ab imperatore discessum est. Alio vero die pontifex per Aymericum can- (Iul 7.) cellarium, et Gerardum ac Guidonem cardinales direxit, ut aut a monachis Casinensibus filium Petri Leonis anathematizari faceret, aut ab illis sicut ab excommunicatis abstineret. Clementissimus autem imperator et religiosissimus, cum nec antistitem irasci, nec Casinensem ecclesiam deici vellet, blande eos allocutus ad apostolicum remisit, dicens uti apostolicus directis disceptatoribus ante imperatoriam maiestatem, utrum excommunicati essent quos receperat nec ne diffiniretur; diem statuendum esse dicens, quo utraque pars in consistorio convenirent. Duodecimus[a] ad talia peragenda dies statuitur, sicque infectis negotiis ad papam reversi sunt. Illis autem egressis, ad se imperator omnes qui cum electo venerant monachos praecepit introduci; qui dum ab eunucho palatii repraesentati imperatori assisterent, requirere iussit, quod eis genus, quae patria, qui honores, quaeve nomina essent. Confessi igitur genus, patriam, honores, nomina, utrum praecepta imperatorum, pontificumque Romanorum privilegia, ut ipse praeceperat detulissent inquiritur; respondentibusque eis, se omnia ut praeceperat detulisse, modo quae animo versaret ediceret, precabantur. Ad haec caesar: *Quam amabilis, quam desiderabilis Casinensis ecclesia nostris praedecessoribus invictissimis imperatoribus fuerit, et magnifica in auro et argento data munera et praecepta liquidissime ostendunt. Constat etiam Carlomanni sanctissimi et invictissimi imperatoris et Romani patricii, cuius vicem tametsi indigni accepimus, apud eandem ecclesiam tumulatas esse reliquias; ob cuius venerationem non solum nos qui eius vicem tenemus, verum totus orbis Romanus, nobiles et ignobiles, divites et pauperes eundem locum honorare, exaltare, colere, et aliis omnino huius religionis locis praeponere debent. Hos et nos in quantum possibile esset sequi cupientes, hunc magnificis decreveramus donis honorare locum. Set quia beatissimus papa Innocentius hoc fieri prohibet, dicens vos ab ecclesia separatos, ut quosdam ex vobis contra causidicos apostolici disceptatores eligatis praecipimus; nullo enim modo pati possumus, ut tantae famae locus tantaeque religionis et tantae dignitatis nostris temporibus annichiletur aut pereat. Electum autem vestrum nolumus huic interesse conventui, quia non minus de eo quam de monasterio agitur.* Dixerat. Tunc imperatore iubente, ad hospitia est regressum. At ubi quae imperator retulerat monachi suo electo repraesentavere, consilio habito Petrum Casinensem diaconum, bibliothecarium, cartularium, scriniarium, disceptatorem defensoremque suae partis eligunt. Postquam vero dies est reddita terris, assunt nuntii imperatoris, (Iul. 8.) qui praephato electo ut suos monachos ad imperatorem dirigeret dixerunt. Advenientes

a) *an* tertius? *v. Jaffé, Gesch. des Deutschen Reichs unter Lothar p.* 211.

44) quis hic fuerit nescio. Otto pal. Rheni et Otto pal. Baioariae imperatorem in Italiam comitabantur. 45) Carolum magnum intelligit, vel potius utrumque confundit, quod mox clarius apparebit. 46) c. 4.

1137. Iul. 8. itaque fratres, ut mos est prae foribus astitere, statimque nuntiantur imperatori, moxque sunt ingredi iussi. Ingressis igitur illis, iubet imperator nomina, genus, ac patriam eorum qui disceptaturi erant requiri. Offertur Petrus diaconus, natione Romanus, genere nobilis, divinis apprime literis imbutus, dehinc Amfredus genere Anglus, vir eloquentissimus. Post generis, nominis, patriae praesentationem, officia requiruntur singulorum. Expletis his, quem pro Casinensi ecclesia responsurum elegerant requiritur. Offertur itaque iam dictus Petrus Casinensis diaconus, et cum omnes testimonium ei perhiberent, imperato inquit silentio caesar: *Fratre vestro cui testimonium perhibetis dimisso, ad hospitia vestra redite, et cum dies factus fuerit, parati estote, ut nostris visis nuntiis disceptaturi veniatis.* Illis autem recedentibus, Petrum diaconum Bertulfo cancellario tradidit, quatinus cum nocte caesar pro tribunali resedisset, ei posset offerri. Noctem illam imperator fere totam duxit insomnem, iussitque ante se relegi omnia[a] gesta antecessorum suorum

Iul. 9. imperatorum. Mane itaque facto, expletaque matutinali synaxi, vivificisque celebratis mysteriis, imperator tribunal sibi in tentorio parari iussit, missisque nuntiis Casinenses vocari fecit; qui cum venissent, imperatori praesentantur. Assunt et cardinales ab Innocentio papa directi, causidici quoque quamplurimi.

109. In nomine domini et salvatoris nostri Iesu Christi, anno incarnationis eius
47 millesimo centesimo tricesimo octavo[47], indictione prima, septimo Idus Iulii, anno autem imperii domini Lotharii caesaris invictissimi imperatoris augusti sexto, residente eodem invictissimo imperatore ad aquas Pensiles, consedente etiam Peregrino patriarcha Aquilegensi, cum archiepiscopis et episcopis abbatibusque quampluribus, causidicus pro Romana ecclesia directus est Gerardus cardinalis tituli sanctae Crucis, nec non et Guido cardinalis, qui ambo postea Romanam rexerunt ecclesiam[48], Aymericus cancellarius et
49 diaconus cardinalis, Balduinus presbyter cardinalis qui post[49] Pisanorum archiepiscopus factus est, et Norbertus[b] Clarevallensis abbas, ac alii quamplures civitatis Romanae nobiles. Ex parte Casinensis ecclesiae auditores extiterunt Henricus dux Baioariae gener imperatoris, Conradus dux Sueviae, qui postea Romani imperii sceptra suscepit, Otto[c] de Burchisin consobrinus imperatoris, Fredericus marchio Anchonitanus, Malaspina marchio Liguriae, Henricus episcopus Ratisponensis, Anno[d] episcopus Basiliensis, Anno abbas Luneburgensis, Gualfridus palatinus iudex Romani imperii. His itaque praesentibus, factus est conventus in praedicto loco, et facto silentio imperator dixit: *Non solum praesentium et temporalium, verum etiam futurarum et aeternarum in hoc conventu erit diffinitio rerum. Constat enim sanctos patres, qui diversa diversis locis egere concilia*[e], *et dum in unum ex una re tractaturi convenissent, diversa occasione unius dilucidasse*[f]. *Sic et in hoc Romanae Casinensisque ecclesiae causa specialiter agatur, diversae tamen Deo auxiliante hic diffinientur quaestiones, sicque fit ut causa unius sit salus omnium facta ecclesiarum per totum orbem terrarum constitutarum. Nos quoque vestigia praedecessorum nostrorum sequi cupientes, dignum duximus huic interesse concilio, iudiciique stateram nostro sensu ponderari: defensores autem utriusque disceptantium partis magnificos a nostro latere dedimus viros, qui violentiam alterutrae partis prohibeant. Invocantes igitur summi Tonantis virtutem, sedeant quibus Romanae non displicent leges, taciteque rerum expectent exitum, ne dum omnes confuse vel dicunt vel loquuntur, veritas annubiletur.* His et aliis quampluribus augustus prophatis, Conradus dux Sueviae ab imperatore defensor datus inquit: *Copia imperialium dictorum me inopem dicendi factum fore cognosco, cum tam profunde, tam habundanter, tamque rationabiliter imperialis sit prophata magestas, ut non humano set ex divino processisse ore videantur. Ducibus tamen, marchionibus, comitibusque defensoribus mecum datis, visum est primo apparatu hodiernae sessionis, quae sint pro utraque parte disceptaturae personae pronuntiari, vel si alicui permittitur disceptandi licentia, nisi his quibus fuerit concessa potestas. Omnis enim maximeque divini conventus causae ordinate et rationabiliter fieri debent, quippe cum nil perfecte diffiniri possit, ubi ordo loquendi non observatur.* Placet omnibus quod dux dixerat, et, quis pro utraque parte responderet inquiritur, quive interpretes, quis etiam disputantibus locus concederetur. Eligitur Gerardus cardinalis tituli sanctae Crucis, qui pro Romana respon-

a) omni *c.* b) *leg.* Bernardus. c) Gebeardus *in privil. Loth.* d) Adelbero *ib.* e) consilia *c.* f) *locum corruptum et mancum esse apparet.*

47) v. praef. p. 570. 48) hic Celestinus II, ille Lucius II. vocatus. Cf. praef. p. 572. n. 37. 49) a. 1138.

deret ecclesia; eligitur et Petrus diaconus suorum probatus testimonio fratrum. Inter- 1137 pretes autem dati sunt Bertulfus imperatoris cancellarius, Amfredus vestararius, et Ber- Iul. 9. tulfus mansionarius; traditur autem Gerardo cardinali locus ante faciem imperatoris, ad pedes vero ipsius Petrus diaconus constituitur. Renuit Gerardus cardinalis ad suos monachum sedere pedes, incongruum esse dicens et omnino illicitum, excommunicatos cum filiis sedere ecclesiae. Ast imperator litigio finem imponere cupiens, ad pedes suos Petrum diaconum extunc et deinceps sedere praecepit. Tum taliter initium loquendi Gerardus cardinalis arripuit: *Sancta et universalis ecclesia, invictissime imperator, quae et ante vos vestros praedecessores, et post illos vos in dominatores totius orbis Romani consecravit, mirari non sufficit, cur excommunicatos et a liminibus ecclesiae separatos recepentis.* Ad haec imperator: *Imperii nostri nos ab apostolica ecclesia suscepisse gaudemus coronam, excommunicatos nos nullo modo suscepisse putamus; attamen si ut dicitis sunt excommunicati, conflictus iste invenit*[a]. Pandulfus episcopus Teanensis et Casinensis monachus dixit: *Quomodo Romanae ecclesiae cardinalis Casinenses monachos excommunicatos asserat, nullo modo videre possumus.* Gerardus cardinalis dixit: *Quid michi et tibi bone vir? alienus a nobis es. O mirum, o novum et inauditum prodygium, ut truncus ramis praecisis et a radicibus evulsus, novas contra ecclesiam erigat machinas.* Ad haec imperator: *Cesset* inquit *omnis violentia procul. Conciliis enim ut quisque potest non contumelias ingerit proximo, immo patienter omnia suffert. Qua de re constituimus, ut neutra pars violentiam sibi contrariae parti faciat, ne quod ad laudem Dei et posterorum proficuum agitur, in litigium rixamque vertatur.* Tunc Gerardus cardinalis resumpto sermone ait: *Hoc insuper sancta et universalis ecclesia censuit, ut monachi Casinensis coenobii voluntatem domini nostri Innocentii pii et universalis papae se in omnibus adimplere sacramento confirment.* Iam enim Innocentius papa omnes Casinenses monachos dispergere diversis in locis statuerat; verum Lotharius clementissimus imperator, cum nollet Casinensem destrui ecclesiam, contra papae voluntatem pro eadem ecclesia se opponere non dubitavit. Cum igitur Gerardus cardinalis et Romanae ecclesiae defensor de sacramento monachorum sermonem fecisset, Petrus diaconus respondit: *Non minimum miramur, cur dominus cardinalis monachos sub sacramento dixerit constringendos, cum Dominus in euan-* Matth. 5,34. *gelio nec per coelum, nec per terram, nec per capillum capitis iurandum docuerit.* Gerardus cardinalis dixit: *Quod monachus retulit annuimus: set Romana ecclesia censuit, nullo modo Casinenses monachos sine sacramento fore recipiendos.* Petrus diaconus respondit: *In regula sanctissimi patris Benedicti, ne monachi iurent omnino interdicitur, ne forte quod absit periurii crimen incurrant*[50]. *Hoc quoque, monachorum scilicet sacramentum, non* 50 *solum divinae verum etiam humanae prohibent leges. In praeceptis enim magnorum imperatorum Caroli, Lodoyci, Pipini, Carlomanni, Lodoyci, Ugonis, Lotharii, Berengarii, Alberti, trium Ottonum, quinque Henricorum, ac Conradi sic invenitur: „Statuimus, ut monachi ad sacramentum non compellantur*[51]*.“* Et haec dicens, praecepta supradictorum 51 imperatorum, cera, plumbo, aureisque sigillis signata, quae Casinensi monasterio fecerant, imperatori caeterisque omnibus demonstravit. Quo viso imperator iam dicta praecepta in imperiali purpura accipiens deosculatus est, moxque in haec verba prorupit: *Magnorum, sanctorum invictissimorumque imperatorum ac nostrorum praedecessorum ista esse praecepta, demonstrantibus sigillis cognovimus. Nostrae igitur attinet maiestati, cuncta nostrorum praedecessorum inviolabiliter observare praecepta. Quare suppliciter dominum apostolicum vos qui eius vice venistis, ex nostra parte rogare curetis, ut sanctissimorum imperatorum praedecessorum nostrorum praecepta nobiscum protegat, sua etiam auctoritate, ut ipsius fecere praedecessores, confirmare dignetur. Quis enim ultra catholicorum imperatoria observabit praecepta, si haec ab apostolico contempnentur? Omnia membra caput secuntur, nec a capite nisi magnum detrimentum patiantur, possunt membra separari. Certet itaque pro membris caput, pro natis pater, pro ovibus pastor, quia nullo modo adversus oves praevalebit mordacitas lupi, si sollerti cura custodiantur pastoris. Sit igitur hodierni diei finita consessio, repetantque quique hospitia propria; cardinales quidem ad dominum papam nostra repraesentent rogata, et ut mecum Casinensem foveat ecclesiam, nostra vice precentur. Monachi autem ad suum electum quae dicta sunt referant, et quid*

a) *an* inveniet?

50) c. 4. 51) hoc in nullo ante Lotharium III. privilegio inveni.

1137. Iul. 9. *cras respondere contra quaeque obiecta debeant meditentur. Ast ubi dies fuerit reddita terris, tribus transactis horis, ut omnes ad consilium redeant censemus. Quicquid etiam hodierni diei invenit conflictus, praetitulatis personis adhibitis notariis conscribantur, ne quae nos magis posteris profutura tractamus, oblivioni tradantur.* His dictis disceptatores cessere curiae, imperator ad publica quae sibi imminebant negotia tractanda resedit.

Iul. 10. **110.** Postera vero die utraeque disceptaturae partes convenerunt; at ubi introgressi, 52 et coram[52] est data copia fandi, Gerardus cardinalis dixit: *Mandata pietatis vestrae, sanctissime et invictissime imperator, ad summae sedis retulimus episcopum; set nullo modo se hoc facere posse respondit, asserens facilius posse fieri, ut ipsemet sacerdotalia deponeret et conculcaret indumenta, quam quae imperator rogaverat efficeret.* Paululum itaque imperator conticuit; dehinc ut disceptarentur, quae hesterni diei residua fuerant iussit. Gerardus cardinalis dixit: *Memini me hesterno die de sacramento et fidelitate monachorum Casinensium tractavisse, nichilque ad perfectum adduxisse: de eadem igitur re ante imperatoris praesentiam tractaturi, non arbitror videri superfluum, si voluntatem domini nostri papae Innocentii post relationem primam hesterni diei, nunc iterum referre in medium*[a]. *Sciat invictissima vestri imperii maiestas, haec dominum papam a Casinensibus monachis requirere, ut sacramento ipsius voluntatem in omnibus se impleturos confirment, seque omni tempore sibi suisque successoribus fideles et obedientes existere; aliter enim nullo modo patietur eos divinis misteriis uti, ac dominici corporis et sanguinis participes existere.* Petrus diaconus respondit: *Constat dominum cardinalem hesterni diei renovasse conflictum, nostrosque animos ad rediviva praeparasse certamina: nobis autem satis superque videtur huic sententiae contraisse dominico praecepto, cum Dominus nullum nec per capillum capitis iurare permiserit. De fidelitate autem, de qua dominus cardinalis agit, superfluum nobis videtur, hoc a nobis sacramento repeti, quod usque modo fecimus non inviti.* Gerardus cardinalis dixit: *Ante praesentiam domini nostri Lotharii invictissimi caesaris constitutus, non est reveritus monachus falsiloquium proferre, dicens Casinenses monachos fidelitatem Romanae semper ecclesiae tenuisse, cum sit omnibus recta cernentibus in propatulo, eos scismaticos extitisse usquemodo, tunicamque Christi scidisse, abbatemque sibi a scismaticis ordinatum elegisse.* Petrus diaconus respondit: *Proborum est, non prius aliquem mendacii arguere, nisi ipsum omnibus patefecerit mendacium, ut cum nil contra possit opponi, non eum ipse, set conscientia propria mendacem fuisse reprehendat. Dominus ergo cardinalis, cum me mendacem esse firmavit, non rectum fecisse ostenditur, cum nullam mei causam mendacii protulerit. Praeponatur causa, obiciantur si qua sunt obicienda, et tunc mendacem arguat, vaniloquum me esse affirmet.* Gerardus cardinalis dixit: *Ut breviter dicam, cum relicto domino papa Innocentio scismatico adhaesistis, quid aliud quam infideles fuistis?* Petrus diaconus respondit: *Dic rogo, nos eum, an ipse nos dimisit?* Gerardus cardinalis dixit: *Ecclesia a scismaticis capta, a lupis etiam laniantibus piissimus de sede est expulsus episcopus, sicque relicta Italia ad Gallias properavit.* Petrus diaconus respondit: *Nonne bonus pastor Iesus Christus, cum diversitatem immo unitatem in se pastorem* Ioh. 10, 12. *pastorum unitam describeret, inquit: „Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis?“* Gerardus cardinalis dixit: *Haec non solum verbis, verum etiam factis ostendit.* Petrus diaconus respondit: *Iterum ipse Dominus, descriptis optimi pastoris factis mercenarii mores scribens, dixit: „Mercenarius et qui non est pastor, cuius non sunt oves propriae, videt lupum venientem, et dimittit oves, et fugit.“ Credis haec verba euangelica esse, an non?* Gerardus cardinalis dixit: *Quam maxime equidem.* Petrus diaconus respondit: *Debet hoc a Romano pontifice actitari?* Gerardus cardinalis dixit: *Tanto magis ab apostolicae sedis praesule sunt observanda, quanto peculiarius suscepit aliis praedicanda.* Petrus diaconus respondit: *Quid igitur? deputabitur a iusto iudice ovibus, si quid pastor commisit?* Gerardus cardinalis dixit: *Minime.* Petrus diaconus respondit: *Ergo non deputetis monachis, si pastore destituti, morsibus patuerunt inimici. Debuit enim apostolicus, ut Dominus ait, non solum non dimittere oves, verum etiam pro eis mortem libenter amplecti.* Ad haec imperator dixit: *Quantum patet, ostendit monachus, si aliquid deliquerunt, non esse culpa ovium, set pastoris. Unde roganda est adhuc domini apostolici pietas, ut nobiscum quae contra nos gessere dimittat. Quare censemus hodierni diei iam finiri litigium. Occupati enim rei publicae negotiis, hiis diu interesse non possumus. Quisque*

a) *verbum excidisse videtur.*

52) Virg. Aen. I, 520.

igitur ad propria revertatur, cras iterum ad eundem rediturus certamen. Hoc dicto, omnibus faventibus discessum est. 1137.

111. Altera vero die, cum piissimus imperator, cum suprascriptis magnatibus suis, Iul. 11. quae residua fuerant audituri residerent, hac voce convenit exercitum: *Omnibus qui intra Romanum orbem constituti sunt, notum esse non ambigimus, in quali quantaque reverentia nostri praedecessores, Romani scilicet imperatores, Casinensem scilicet ecclesiam suam singularem et specialem cameram habuerunt, et super omnia Romani imperii monasteria exaltantes praeposuerunt, suisque praeceptis et privilegiis ab initio honoraverunt. Deceret etiam dominum apostolicum mecum eandem fovere ecclesiam, quod Deo auxiliante postquam lis ista finem habuerit fiet. Haec autem non lis aliquo modo vel accipienda vel dicenda est ab aliquo, cum constet membra secum litigare non posse, nec caput dicere manui, necessariam te non habeo, nec oculus pedi, vel alicui aliquod membrum: viliora enim saepe utiliora sunt nostra. Nulli igitur videatur incongruum quod facere censemus, nec aliquo modo aliquis nos incusare velit, quod quasi tueri Casinense monasterium videmur*[a]. *Evenit namque, cum vel mater filiam vel vir coniugem vel genitor natum iracundia concitatus ceciderit, ut aliquis bonis ornatus moribus medium se inter iratum patrem timentemque natum ponat, natumque ab immoderata quamquam paterna caede eripiat. Numquid ubi pater ad mentem redierit, paternaque ira in mansuetudinem versa fuerit, conquaeretur se ab homine illo iniuriam aliquam pertulisse? Immo gratias aget innumeras, quod filium e suis abstraxerit manibus. Sic et universalis mater ecclesia Romana, cum deposita ira requieverit, gratias aget nostro imperio, quod filiam in ira liberaverimus. Disceptetur itaque, quae disceptanda sunt, quia nullo modo ab istis desistam, quousque compleatur desiderium meum.* His atque aliis imperator profatis, Gerardus cardinalis dixit: *Vestrae magnitudinis verba simulque rogata, sacratissime imperator et semper auguste, ad dominum Innocentium papam ut praecepisti retulimus; set nullo modo se umquam posse pati asserit, ut sine sacramento et fidelitate monachos recipiat.* Petrus diaconus respondit: *Satis nos fecisse de his ante domini imperatoris praesentiam, et ex praecepto Domini et ex imperialibus edictis putamus. Caeterum si quid super his habes, edicito.* Gerardus cardinalis dixit: *Ignoras, invictissime imperator, hos quos vestra magnitudo defendit, cum Rogerio Siculorum comite adversus Romanam ecclesiam et vestrum invictissimum coniurasse imperium, et non solum coniurasse, verum etiam anathematizasse et deposuisse. O inaudita res, quod ligati et ligent solutos et solvant ligatos.* Ad haec piissimus imperator facto silentio dixit: *Quod in me Casinenses monachi commisere, et libenter patior et gratanter dimitto; verum quod in Romanam ecclesiam et in dominum papam commiserunt, ut nos quae in nos peccaverunt, sic et ipse quae in se peccaverunt dimittat.* Gerardus cardinalis dixit: *Tametsi domini nostri Innocentii pii et universalis papae vicem agamus, has tamen tales et tantas res sine eo diffinire non possumus.* His dictis, favente imperatore discessum est. Nocte itaque insecuta, cum imperator iuxta consuetudinem pervigilem duceret, Petrus diaconus genu flexo ante imperatorem talem pro Casinensi ecclesia protulit orationem: *Cum omnes mortales qui in orbe Romano sunt, vobis militent, imperatoribus rerum atque principibus, vos ipsi imperatori coelesti, pietati, paci atque iustitiae militatis. Aliter enim utriusque vitae salus tuta esse non poterit, nisi talibus amministratoribus gubernetur: nemo enim imperatorem omnium rerum fallit, cui cordis abdita manifesta sunt. Ergo cum vestram sublimitatem, imperator invicte, tutelam omnibus per orbem conveniat conferre ecclesiis, specialius tamen vos Casinensi coenobio hoc convenit conferre et exhibere, et contra illorum insidias eandem munire ecclesiam, qui loquendi usum nobis denegarunt, et privilegia ab imperatoribus Casinensi collata coenobio pro nichilo ducunt. Et quidem Romano pontifici obtemperandum et obsequendum et ego suadeo, set Deum omnipotentem certum est omnibus praeferendum. Nullius namque iniuria est, cum propter divini cultus pietatem ecclesiae mortalibus praeponuntur. Totus in Casinensis ecclesiae deiectione*[b] *monasticus ordo vacillat, fluctuat, quatitur et iniuriis diversis afficitur. Te ergo imperatore monachi de officiis suis deponentur? Te imperatore hoc petitur et postulatur, ut monachi sacramentum faciant. Unde vestram flagitamus clementiam, triumphator praecelse, ne id decernas, ne statuas, vel in eius decreta subscribas. Dignumne est vestris temporibus, ut dignitas Casinensi ecclesiae abrogetur, quo cardinalibus pravae*

a) videremus *c.* b) delectione *c.*

1137. Iul. 11. *deferatur voluntatis effectus? Nichil maius est religione, nichil in monastico ordine sanctius et sublimius patre Benedicto. Quid respondebit Carlomannus pius imperator augustus? Nonne tibi dicet: „Imperium me deposuisse non credidi, quia Lotharium iustum et sanctum „imperatorem habebam. Imperium me dimisisse non dolui, quia imperia mea, praesertim „de religione monastica, inconvulsa in perpetuum manere credebam. Titulos ego pietatis „et iustitiae ac mansuetudinis in Casino erexeram, has de mundi pressuris manubias offe„rebam. Quid michi plus potuit meus hostis auferre? Modo inquam, modo abrogantur „decreta mea, nunc gravius telum corpore recipio, cum a Romano pontifice mea instituta „dampnantur. Nunc michi abrogatur imperium, et quod est gravius, a Romanis pontifi„cibus, et hoc praesente fratre meo imperatore Lothario.“ Cui enim magis quam sibi Romanorum imperator favet aut commodat, quod instituta praedecessorum suorum, quod Casinensis coenobii iura defendit? Nulli ergo honerosum videatur, si religionis monasticae statum defendimus. Certe numerentur centum tredecim Romani pontifices a beato Benedicto usque ad dominum papam Innocentium: omnes Casinensem religionem coluerunt, tenuerunt, dilexerunt, nullus removit. Iam vero si venerandae canitiei obsequendum putamus, patrem Benedictum introducamus loquentem: „Optime imperator, pater patriae, caesar auguste, „reveremini canos meos, in quibus me canities longa adduxit, utantur filii mei legibus a „me sibi collatis; neque enim indecens est, ut vivant meo more. Per hos sub iura mea „orbem redegi, per hos Anglia multaeque nationes ad Christum conversae sunt, mea est „istorum salus, tutela, iuvamen.“* Cumque haec et alia multa Petrus diaconus retexuisset, ad Bertulfi cancellarii tentorium nocte eadem ex iussu imperatoris devertit.

Iul. 12. **112.** Cum igitur cardinales evocati ante imperatorem convenissent, Gerardus cardinalis dixit: *Quae hesterno die vestra sublimitas nobis praecipere dignata est, ad dominum papam retulimus. Benigne vestra rogata suscepit, verum dixit, nimium ei vos imposuisse molestam causam, quam vix sufferre posset; ius enim episcopale, quod sui habuere praedecessores anteactis temporibus, se nullo modo, nullo pacto, nulla ratione dimittere posse.* Lotharius imperator dixit: *Nos Casinensem ecclesiam, ut iam saepe docuimus, tanto defendere, exaltare et venerari debemus, quanto amplius a nostris praedecessoribus honoratam et ditatam esse cognovimus. Sciat igitur dominus apostolicus, castra, villas, et praedia, omnesque monasterii possessiones nostro pertinere imperio: episcopale autem ius, in quantum ei debetur, ut suum sit concedimus.* Bertulfus cancellarius dixit: *Nil apostolicus iuris in Casinensi ecclesia, quae Romani imperii singularis et specialis camera esse decernitur, habere debet, nisi abbatis consecrationem, quam etiam Henrico imperatore concedente habuisse dinoscitur.* Gerardus cardinalis dixit: *Placeat ergo consilium meum vestro invictissimo imperio, o caesar. Vobis quidem mundanarum, apostolico vero securitatem divinarum sacramento firment rerum.* Lotharius imperator dixit: *Nostro valde inhonestum videtur imperio, nostrorum praedecessorum non observare mandata, eorum sanctissimis non obedire praeceptis. Si enim nos nostrorum praedecessorum praecepta fregerimus, quis observabit? et quemadmodum alios haec observare compellemus, si nos ea convellimus? lex enim et dantis et dati causas diiudicat. Quorumcumque igitur causas diiudicat, sub sua utique regula coartat: lex ergo imperatorum non plus aliis quam imperatoribus constituitur, immo magis hanc illis conservare condecet, qui eorum originem possident generositatis.* Gerardus cardinalis dixit: *Non parum quoque dominus papa miratur, cur cum ecclesia te in caesarem totiusque orbis dominatorem et elegerit et consecraverit, contra eam niti pro Casinensi ecclesia coneris, quam non vobis ut vos asseritis, set sibi pertinere ut caeterae ecclesiae dicit.* Tunc imperator iratus dixit: *Immo nos valde miramur, cur nostro nil facere rogatu voluerit, cum nos pro eius amore iam per annum et dimidium in papilionibus commorati cum Romano exercitu, pecuniam quam ad publicos usus exequendos accepimus, in ipsius obsequium converterimus: ipsumque apostolicae cathedrae restituerimus, omnesque ultramontanos populos ei favere fecerimus. Quid itaque mirandum, si Casinensem pro posse tuemur ecclesiam, cum constet hoc a praedecessoribus nostris gloriosissime actitatum? Et illi quidem non aliter quam propriam habuere cameram, adeo ut nonnulli ab his exuti aerumpnis carnalibusque impedimentis, ibi magis quam in propriis domibus voluerunt tumulari. Quid de sanctissimo et omni memoria digno invictissimo augusto Carolo retexam, qui relictis imperialibus sceptris augustique dignitatibus, coenobialem inibi vitam exegit? Quid etiam de ipsius Caroli fratre Pipino referam, qui in Germania positus,*

cum frater ipsius Carolus qui ad eum monachus ierat obisset, nolens eum alibi sepeliri, ad Casinense monasterium retransmisit? Rachis quoque Langobardorum rex, relicto regno ad idem venerabile monasterium venit, monachicamque ibi usque ad extremum vitam exegit. Quid etiam de imperatoribus Iustiniano, Iustino, Theoderico, Pipino, Carolo, Pipino, Carolomagno, binis Ludoycis, Ugone, duobus Lothariis, Alberto, tribus Ottonibus[a]*, et quinque Henricis? Quid de Michaele Romano et Alexio referam, qui omnes Casinensem ecclesiam dilexerunt, et magnis muneribus ornaverunt. Adeo itaque Casinensis ecclesia imperialis extitit camera, ut ipsi imperatores ad eius liberationem cum omni Romani exercitus potentatu venerint. Henricus enim pius invictissimus et christianissimus imperator ad eandem defendendam ecclesiam cum centum octoginta milibus armatorum Ytaliam ingressus est, eamque a Capuani principis manu auferens, pristinae restituit libertati. Conradus etiam imperator augustus, et Henricus filius eius cum centum sexaginta milibus pugnatorum, eandem defensurus venit ecclesiam, cum Pandulfi iniquissimi, non dico principis, set tiranni servitutis iugo subiceretur. Omittamus nova, modernisque peracta temporibus; antiquorum gesta deducantur in medium, situsque loci cui proprie attinuerit videamus. Legimus namque in antecessorum nostrorum gestis, quod Varro Romanorum consul hunc sibi ex omnibus Romani imperii locis elegisset, extruxisset, multisque illustrem monimentis reddidisset. Post cuius decessum supradictum castrum Casinum cum suis pertinentiis caesar Antonio tradidit, prout Marcus Tullius in Philippica sua describit. Set forsan nobis obicitur, quod pater Benedictus, qui constructor, non tamen auctor huius extitit loci, ecclesiae Romanae auditor fuerit. Ad quod eundem locum non solum, sed cum Romanorum nobilibus construxisse respondemus: beatissimo namque papa Gregorio referente cognovimus, quod beatus Benedictus cum Mauro Equitii senatoris*[53]*, et Placido Tertulli patricii filio, ad Casinense monasterium construendum a Deo directus sit. Quid tantis? Aut igitur Romana ecclesia cameram Romani imperii, Casinensem scilicet ecclesiam, ut iustum est recipiet, aut Romanum imperium inrevocabiliter separabitur.* Gerardus cardinalis respondit: *Nequaquam invictissime imperator vestra indignetur mansuetudo super domini apostolici mandatis, nec domini Innocentii pii et universalis papae videantur mandata iniusta. Verum si in his vobis aliquid displicet, ad eum referatur.* Hiis dictis, quarti diei est solutus conventus.

1137 Iul. 12. — 53

113. Facto itaque mane, cum omnes utriusque partis magnates ante imperatoris praesentiam convenissent, Gerardus cardinalis, qui vicem gerebat Romanae ecclesiae dixit: *Noverit vestra celsitudo, imperator invicte, haec dominum apostolicum hesternis vestris respondisse mandatis, quod vestri causa fidelitatem ab eis non exigeret, sacramentum tamen et obedientiam non dimitteret. Interim quoque de electione abbatis nobis fore censuit disputandum, qua ratione excommunicati excommunicatum et quod gravius est scismaticum, Christi ecclesiae praetulerint.* Tunc Petrus diaconus principium disceptandi incipiens, dixit: *Quid super nostri abbatis electionem dominus cardinalis dicere velit audiamus.* Gerardus cardinalis dixit: *Sancta et universalis ecclesia pernimium miratur, cur vos excommunicati et a liminibus existentes ecclesiae separati, excommunicatum et scismaticum in ecclesia, absque domini nostri papae consensu et voluntate, et praeponere et abbatem vocitare non dubitastis.* Petrus diaconus respondit: *Diversas ut doctiloquus praeponens quaestiones, ex magna nobis habundantia inopiam generasti, adeo ut tuarum diversitas quaestionum obstaculum nobis responsionis non parvum efficiat. Unde si sancto imperio caeterisque magnatibus non videtur esse contrarium, proponatur ex hiis pluribus aliqua quaestio, quae usque ad perfectum ventiletur. Quo facto, si quid in aliis deest, quod quaerendum sit, requiratur.* Gerardus cardinalis dixit: *Quod monachus proposuit, iam nos fecisse arbitramur: de electione enim abbatis me egisse confiteor.* Petrus diaconus respondit: *Si de abbatis electione agitur, quid opponere de eadem causa velitis audiamus.* Gerardus cardinalis dixit: *Prima est oppositio, cur sine consensu et voluntate Romani pontificis abbatem vobis elegeritis.* Petrus diaconus respondit: *Meminimus in istius concilii principio nos non persuasibilibus verbis, set antiquorum comprobare testimoniis quaesitas res vel exemplis debere. Qua ex re, si exemplum aliquod vel testimonium proferre volueritis, proferatis.* Gerardus cardinalis dixit: *Copia vel testimoniorum vel exempli adeo nobis abundat, ut sui magnitudine nobis indigentiam generet: verum enim sufficiant nobis pauca*

Iul. 13.

a) Octonibus c.

53) senatorem nec Gregorius nec Leo vocat.

1137. *e pluribus proferre exempla, inter quae illud primo nobis occurrit, quod de Frederico Casi-*
Iul. 13. *nensi primum abbate, post vero Stephano papa factum esse dinoscitur. Ergo antequam res prout gesta est referam, confiteatur monachus, quis Fredericum electo Petro elegerit, eundemque Petrum quis deposuerit? quis Desiderium, Oderisium, Gerardum, ad postremum quis elegerit Seniorectum? qui cum negare non potuerit, ab apostolicis et illum depositum, et hos ordinatos, apostolici esse iuris Casinensis abbatis electionem, profecto liquebit.* Petrus diaconus respondit: *De quo primo proposuistis, hoc sufficiat me respondisse, quod*
II, 92. *tametsi et Petri depositioni et electioni Frederici Romani interfuerint cardinales, non tamen a cardinalibus, set a monachis Casinensibus et ille depositus et iste est ordinatus. Oderi-*
IV, 1. *sius quoque primus, qui ut vos asseritis ab apostolico est ordinatus, nequaquam nobis est improperandus, cum licuerit renovatori monasterii, non propter ius apostolicum, set propter quod monasterium renovavit, ordinationem in monasterio facere. Attamen quamvis praesidente Victore pontifice monachi Oderisium elegere, nec eis potestas ablata est a pontifice, set attributum adiutorium. Caeterum quid memoriale fuit, quod renovator monasterii abba-*
c. 43. *tem non sine fratrum consensu ordinavit? Girardus quoque abbas, Paschali apostolico annuente, a monachis est electus. Seniorectum etiam quem ultimo proposuistis, quo ordine eum a papa Honorio electum fore dicatis ignoro, cum praesens eius affuerim electioni,*
51 *nec pontificem, nec pontificis etiam nuntium viderim*[54]. *Caeterum ut de veteribus rectoribus et abbatibus Casinensis monasterii loquar, dic quis elegerit in Casinensi coenobio beatissimum patrem Benedictum?* Ad haec cardinalis conticuit. Iterum Petrus diaconus dixit: *Constat sanctissimum patrem Benedictum ab eo esse in Casino electum, qui regem Deumque Pharaonis constituit Moysen. Unde dicendum nobis est, Casinense monasterium nec ab homine nec per hominem coepisse: set sui principium ab omnipotente Deo, qui principium et finis est, habuisse.* Gerardus cardinalis dixit: *Novum adinvenit monachus loquendi genus, ut dicat Casinensem ecclesiam non per hominem, set per Deum coepisse.* Lotharius imperator dixit: *Si quid boni malive me iubente meus fecerit famulus, cur nisi michi reputabitur? Si igitur meo famulo, cum aliquid me praecipiente fecerit, non ei set michi deputabitur: multo magis credendum est et dicendum, quod beati Benedicti factum, quod Deo praecipiente peregit, non ei set Domino est deputandum. Unde constat monachum esse veridicum, inanemque reprehensorem. Set qualiter, vel quo ordine beatus Benedictus Casinum advenerit, adolescens ante nostrum positus consistorium pandat.* Tunc Petrus in impera-
55 toris et omnium audientia relegit ita: *Divina*[55] *admonitus revelatione beatus Benedictus, ut loco cederet, castrumque quod Casinum dicitur properaret, mox vir sanctus duobus angelis et tribus corvis se comitantibus, per quinquaginta passuum millia Casinum advenit, et in templo quidem Apollinis oraculum beati Martini, ubi vero ara Apollinis fuit, ecclesiam construxit Iohannis, et circumquaque manentes populos ad Christi fidem convertit.* Lotharius imperator dixit: *De his quidem nobis iam satisfactum est. Nunc ad abbatis electionem vestrum iterum vertatur eloquium, quatinus per vos veritatis nobis elucescat certitudo.* Petrus diaconus respondit: *Modernorum abbatum ordinationem ab apostolico minime factam esse docuimus, restat quoque nunc veterum abbatum exponere ordi-*
c. 27 *nationem. Legimus in vita beati Mauri sancti patris Benedicti discipuli, quod Casinensis congregatio, adhuc vivente beato Benedicto, sanctum Maurum abbatem sibi post magistri obitum eligere statuerant. Quod profecto perfectum esset, nisi favente Deo ad Gallias directus fuisset. Set rogo, dic quis post beati Benedicti obitum elegerit Constantinum, Simpli-*
56 *cium, Vitalem, Bonitum, Valentinianum, Gregorium*[56]*, Theodorum, Iohannem, Leonem, Ursum, Agapitum, Leonem, Iohannem, Theophilum, Adrianum, Romanum, Petronacem, Optatum, Hermerisium, Gratianum, Tomichis, Potonem, Theodemarium, Gisulfum, Apollinarium, Deusdedit, Hildericum, Authpertum, Bassacium, Bertharium, Angelarium, Ragemprandum, Leonem, Iohannem, Adelpertum, Balduinum, Maielpotum, Aligernum, Mansonem, Iohannem*[a]*, Attenulfum, Theobaldum, Richerium, Petrum, Ottonem, Brunonem, Oderisium, et Nycolaum quos omnes nullo modo affirmare poteris ab aliquo nisi a monachis ordinatos.* Gerardus cardinalis dixit: *Non parum miramur, quomodo monachus inreverita fronte ausus sit talia*

a) *Iohannem III. vel Petrus vel scriba omisit.*

54) at ipso teste duo aderant, c. 94. 55) Haec verba nusquam repperi. 56) Gregorius Romanus sunt abbates congregationis Lateranensis, quos praeter Petrum solus Pseudo-Anastasius habet, Murat. SS. II, 354. ubi Romanus Theophilum praecedit.

de Casinensium fratrum electione tractare, cum sanctissimus et luculentissimus monasticae 1137. *regulae conscriptor Benedictus in sua regula praecepit, ut si congregatio erraverit in eli-* Iul. 13 c. 61 *gendo abbate, aut aliter quam debuerit elegerit, episcopus ad cuius dioecesim locus pertinet, facere minime permittat. Hanc etiam potestatem non modo episcopo, verum etiam et laycis circummanentibus legislator concessit. Quid plura de abbatis opus ordinatione? cum sanctus Benedictus presbyterum quoque, qui in monasterio est, nullo modo eici sine episcopi* c. 62. *consensu et voluntate praecipiat.* Petrus diaconus respondit: *Assentio sanctissimum patrem Benedictum ab episcopo congregationi malam electionem interdicendam fore dixisse. Verum qui regulariter et unanimiter electionem faciunt, quid ad eos attinet huiusmodi mandatum?* Gerardus cardinalis dixit: *Consecratio Casinensis abbatis cui attinet?* Petrus diaconus dixit: *Romano pontifici.* Gerardus cardinalis dixit: *Ergo si consecratio Romano pontifici pertinet, electio quoque similiter pertinere debet; iniuriam enim Romanae sedi inrogastis, quando absque eius conscientia abbatem elegistis.* Petrus diaconus respondit: *Electionem factam non negamus, quia nec debemus: Romanae vero sedis iniuriam modis omnibus propulsamus.* Gerardus cardinalis dixit: *Hoc interim negare non vales, Seniorectum abbatem iussu Honorii papae electum fuisse.* Petrus diaconus respondit: *Ego, ego electioni interfui; set nullum penitus nec episcopum nec cardinalem vidi*[56*]. Gerardus cardinalis dixit: *Perge quo vis, argumentare quod libet, quia subdiaconum nullo unquam pacto abbatem eligere potuistis, et hoc absque papae consensu. Eugenius namque papa in decretis suis ita scribit, dicens: „Abbates per monasteria tales eligantur, qui levitico vel sacerdotali honore sint „praediti*[57]*.“* Petrus diaconus respondit: *Miraris si multotiens Romanorum pontificum iura* 57 *mutantur, cum ipse qui coelum et terram creavit, saepe pro merito quae promittit immutat? Centum namque et viginti annos propter agendam penitentiam his qui ante cataclismum fuerant constituit: set quia sensus illorum versus fuerat ad malum, viginti annis subtractis diluvium mundo induxit. Iudae quoque patriarchae, et Salomoni regi nonne Deus regnum promisit in aeternum? Ninivitas quoque subversuros, Deus per Ionam prophetam praedixit, et tamen penitentiam agentibus perditionem indictam removit.* Gerardus cardinalis dixit: *Quod pro parte vestra intulisti, domino papae nil obest; liquido enim patet, patrem Benedictum vitia congregationis ab episcopo loci emendanda dixisse.* Petrus diaconus respondit: *Canonica decernit auctoritas, ut vel humilis cuiuscumque ecclesiae clero liceat, liberum de illo qui sibi praeferendus est habere iudicium. Similiter autem et Casinensi coenobio Romani pontifices, Gregorius doctor*[58] *et alii centum duodecim, tale decretum constituerunt*[59]*: „Defuncto abbate ex se ipsa congregatio sibi abbatem eligat, secundum timorem Dei et „beati Benedicti regulam.“* Gerardus cardinalis dixit: *Qualem ergo debet eligere abbatem, catholicum, an a membris ecclesiae praecisum?* Petrus diaconus respondit: *Catholicum.* Gerardus cardinalis dixit: *Subdiaconum eligere debent, an diaconum vel presbyterum?* Petrus diaconus respondit: *Diaconum vel presbyterum eligere, canonum sanxit auctoritas.* Gerardus cardinalis dixit: *Et si levitico vel sacerdotali honore non funguntur hii qui eligendi sunt, quomodo iuxta praeceptum regulae lecturi sunt lectionem euangelii? et missam cantare quomodo possunt? quomodo aliquem possunt solvere vel ligare? qualiter ad subdiaconi pedes presbyteri vel diaconi ruent? qualiter incensum ponent, et presbyteris vel diaconibus benedicent? Nam lectores, exorcistae, hostiarii, acoliti et subdiaconi subiacent officiis levitarum et sacerdotum, et si subiacent, quomodo praeficientur? Non enim, ut ait sanctus Silvester*[60]*, lector,* 60 *exorcista, hostiarius, acolitus, subdiaconus, super diaconum vel presbyterum praeponatur. Hinc pater Benedictus abbatem in Gallia dirigere cupiens, non subdiaconum vel alium quemque, set Maurum ibi levitam direxit sanctissimum. Quomodo ergo electio de subdiacono excommunicato vel scismatico rata dici poterit?* Ad haec imperator respondit: *Ea quae vel iniuste vel iuste usque modo Casinenses fecere monachi, eis per omnia dimittere dignum duximus, et haec est petitionis meae summa, quam a domino apostolico rogo, quatinus quae usque ad praesens egerunt, eis remittatur. Sit igitur finis hodierni conflictus. Nostra rogata ite-*

56*) vide supra pag. 828, not. 54. 57) *sacerdotalem quoque honorem sint adepti.* Mansi XIV, 1007. 58) Ficticium eius privil. v. in append. chron. Cas. ap. Vincentinum et Breulium. 59) In privilegiis ap. Gattulam impressis Io. VIII. et Ben. II. nihil habent de electione, Victor II. et Nicol. II. addunt: *et apostolicae sedis pontifici firmandum et consecrandum exhibeant;* quod omiserunt Urb. II. et Pasch. II. Leo IX. et Calixtus II. *consecrandum* retinent. 60) Haec verba ita in decretis ei suppositis non inveni.

1137. Iul. 13. *rum ad dominum papam referantur: quid iubeat, post quartum audituri diem, has quoque consiliis damus indutias, ut definite quid facturus sit audiamus.* His dictis, quique recessere ad sua; Petrus vero diaconus in curia remansit imperatoris. Cardinales itaque ad apostolicum redeuntes, quaeque dicta sunt retulere ei, dicentes quendam diaconum ex parte Casinensis ecclesiae esse, qui solus pro ecclesia sua contra Romanam ecclesiam disceptaret. Aderat tunc quidam ex Casinensibus monachis, qui apostolico contra suam suaeque ecclesiae salutem favebat. Hic prorumpens in medium dixit: *Diaconus iste, de quo vestro relatum est apostolatui, monachum ab ipsa fere infantia fuisse sciatis: tanto in eodem monasterio crescens extitisse ingenio, ut divinae plerosque scripturae libros, quod vix alii magistris docentibus capere possunt, ad perfectum intellexerit. Hunc cum aliquo constrinxeris vinculo, alios omnes qui assunt pro nichilo computabitis.* His Innocentius papa auditis, cuius generis vel patriae esset inquisivit. At qui supra: *Pater ipsius* inquit *filius fuit Gregorii, filii Gregorii de Alberico Romanorum ducis et consulis.* Tunc papa: *Auxiliante Deo et illum et alios tali constringam compede, ut nec mei nec successorum meorum apostolicorum muttire audeant,* vehementique ira permotus, talia post quartum diem referri imperatori verba praecepit: non illi ecclesiae Casinensis dominium, set sibi pertinere, ut et reliquarum ecclesiarum. *Decreveramus* inquit, *pro vestro amore et rogatu, fidelitatem dimittere monachis, verum quia in nostrum nisi sunt apostolatum, et haec alia insuper ab eis requirenda fore, dignum duximus.* Mandat dehinc pontifex per Benedictum cappellanum suum Petro diacono, praecipiens ut a famulatu imperatoris recedens, a Casinensium fratrum societate cessaret, dicens satis superque se mirari, cur ipse Romano genere ortus, amorem exterorum praetulisset contribulibus suis, Romanam deserendo ecclesiam. Proinde si Casinenses tunc dimittere, et modis quibus sciret et posset illos impugnare vellet, se illum inter cappellanos suos habiturum, et res necessarias praebiturum pollicens. Ad quem Petrus talia responsa remisit, videlicet gratias agens, quod illum tantum ac talem existimans, ad suum servitium invitasset: caeterum non posse se socios in tali articulo constitutos dimittere; post peractum vero litigium se in servitio sedis apostolicae et Romani pontificis fidelitate cum vita permansurum promittens. Post haec decrevit papa per omnia loca Casinensis monasterii adiacentia epistolas dirigere, ut Casinensi abbati et monachis non obedirent, omniaque coenobia, quae sub praepositis fuerant, abbates sibi eligerent. Set omnipotens Deus, qui Petro mergenti manum porrexit, consilium et voluntatem pontificis praepedivit.

Iul. 13. Itaque ut retro redeam, dum cardinales a facie imperatoris exissent, quidam monachus Cystellensis eminus astans, coepit subsannare monachos Casinenses, pro eo quod filio Petri Leonis adhaesissent, et abbatem sibi absque papae consilio elegissent; dicens, quod talis electio irrita esset, et omnia facta electi pro nichilo haberi debere, utpote qui alienam sedem invasit. Ad quem Petrus diaconus conversus dixit: *Dic, quomodo alienam sedem invasit.* Cystellensis respondit: *Quia cum alienus esset ab ecclesia, huic*[a] *qui recte iuxta patris Benedicti praeceptum ordinandus erat, Casinensem cathedram abstulit;* ideoque ipsius facta et electio eius irrita esset. Petrus diaconus dixit: *Electio eius, iuxta antiquam monasterii consuetudinem factam fuisse liquidius patet.* Cistellensis respondit: *Raynaldus vester abbas non fuit, ideoque eius facta pro nichilo sunt ducenda.* Petrus diaconus dixit: *Non solum qui Casini habitabant, verum et circumquaque manentes eum ut abbatem tenuerunt.* Cistellensis respondit: *Assentio, quia eum ut abbatem tenuerunt: set electio ipsa ficta et reproba fuit*[b]. His et aliis multis peroratis, Lotharius imperator dixit: *De omnibus quae contra nostram cameram, Casinensem scilicet ecclesiam, Cistellensis obiecerat monachus, Petrus diaconus lucide satis diserteque respondit. Set iam huius altercationis ista sit finis, quisque igitur ad hospitium redeat, mane ad conflictum iterum reversuri.*

Iul. 14. 114. Altera autem die, ubi[61] lux est reddita terris, imperator accersitis magnatibus suis in consistorio resedit, et utrasque partes ante se venire ad disceptandum praecepit; et dum venissent, Cystellensis monachus huiusmodi altercandi auspicium habuit: *Pastor et princeps monastici ordinis Benedictus regulam monasterialem describens, qualiter vivere deberent instituit: vos e contrario immemores praeceptorum eius multa adiunxistis, nonnulla*

a) his *c.*. b) *In Altercatione contentio Petri cum Cistellensi per 4 paginas et dimidiam producitur*

61) cf. Virg. Aen. VIII, 170.

subtrahentes, aliter quam ipse praecepit agere non veretis. Petrus diaconus dixit: *Quid* 1137 Iul. 14. *contra regulam agamus, in praesentia domini nostri invictissimi imperatoris edicito.* Cistellensis respondit: *Contra regulam agitis de cibo, de potu, de indumentis, et aliis quampluribus rebus.* Petrus diaconus dixit: *Falsus testis non erit impunitus; nam Casinenses monachi cum regula, non contra regulam agunt. Vestimenta namque habemus, quae corpus* Reg. c. 55. *contegant, verecundiam nuditatis prohibeant, et frigoris retundant iniuriam.* Cystellensis respondit: *Vestimenta cur semper nigra amicimini?* Petrus diaconus dixit: *Quia pater Benedictus talibus usus est, ut mundo etiam in habitu renuntiasse videretur.* Haec et alia multa[a] cum dicerent, Lotharius imperator dixit ad Cystellensem: *Quamquam varie sermonum diversitates contra Casinensem ecclesiam protulissetis, tamen quia ad vestra famina luculenter satis Petrus diaconus ac Romani imperii fidelis respondit, omnesque de nostris mentibus fugavit ambiguitates, quisque ad suum hospitium redeat, mane iterum ad conflictum reversuri. Petrus autem in imperiali aula cum Bertulfo nostro cancellario remaneat, imperii servitia peracturus.* Haec[62] ubi dicta dedit, quisque ad tentoria sua recessit. 62 Nocte vero adveniente, imperator pro tribunali residens, gesta imperatorum, regum, ducum ac principum Romanorum, Grecorum, Hismahelitarum, et diversarum gentium de annalibus imperatorum recitare praecepit, et illorum sententias singillatim annotare. Ubi autem Tytaneum iubar resplenduit arvis, caesar matutinum[63] se agens, accitis im- Iul. 15. perii aulicis, utrasque partes ante se venire praecepit, et dum venissent, caesar in consistorio residens, dixit: *Ea quae conferenda sunt, praecipimus ut scripturarum testimoniis vestras sententias muniatis*[b], *ut remotis omnibus dubietatis ambagibus, tenaciter iustitiae et aequitati ac veritati inhaerere queamus.* Cystellensis respondit: *Iure cum adolescente isto, pro Casinensi ecclesia disputanti, esset congrediendum, nisi de scismate et haeresi ipse et Casinensis congregatio denota fuisset.* Petrus diaconus dixit erubescens: *Conticescat lingua frenetica, quae prius in latratum quam in aequa verba prorupit.* Ad haec Lotharius imperator, eius verba anticipans, dixit: *Quoniam pro Casinensi ecclesia solus contra omnes congredi coepisti, civiliter et non furiose te respondere convenit; indecens namque est, ut in imperiali aula versantes, et protodomestici imperatoris effecti, inhonestum vel insulsum in sermone, incessu et habitu proferatis.* Petrus diaconus dixit: *Si aliquid, clementissime imperator et semper auguste, vester servus in locutione excessit, Cystellensis me coegit, qui ab ipso disputationis principio ab iniuriis coepit, et in iniuriis perseverat.* Cystellensis respondit: *Dic, ubi iniurias irrogavi?* Petrus diaconus dixit: *Cum nobis excommunicationis et scismatis tytulum infixistis, tunc iniurias Casinensi ecclesiae intulistis.* Cystellensis respondit: *Si placet, edicito quae sit iniuria.* Petrus diaconus dixit: *Iniuria est, quae verbis fallentibus irrogatur; vos autem falsissime loqui ante dominum imperatorem veriti non estis, cum nos de aeresi infamastis.* Cumque plurimum disputassent, Peregrinus[c] patriarcha respondit: *Iusta et competenti ratione constat Cystellensem a Petro diacono victum, ideoque huius litigii ista fit finis.*

115. Alia autem die Gerardus cardinalis ex parte sedis apostolicae veniens, impe- Iul. 16. ratore residente pro tribunali, dixit: *Romana ecclesia, sacratissime imperator et semper auguste, non ab hominibus, neque per hominem, set per Iesum Christum fundata est, qui Petrum principem apostolorum illuc direxit: cui etiam claves regni coelorum commisit;* et idcirco non alicuius amore Romanae ecclesiae iura violari debere. Petro autem diacono respondente, nunquam aliquando papam Romanum sacramentum a monachis Casinensibus accepisse: Gerardus cardinalis dixit, ideo illos hoc non quaesisse, quia usque ad tempora illa in unitate ecclesiae permansissent; set postquam recedentes ab ecclesia extorres facti fuissent, postquam scisma in ecclesia commisissent, absque sacramento recipiendos non esse; protulitque ex iussu papae Innocentii in medio capitulum Nyceni concilii[64], in quo continebatur, ut revertentes a schismate absque sacramento non reciperentur. Lotharius imperator dixit: *Non hac de causa vos congregavi, ut canonum iura scrutetis: set ut benigne et civiliter contra Casinensem ecclesiam ageretis.* Reminisci illos debere beneficiorum suorum in Romana ecclesia collatorum; reminisci, quae et quanta pericula idem

a) *Haec „alia" in Altercatione 3 paginas occupant.* b) munitatir c. c) Piligrimus *Altercatio, ubi „plurima" illa paginam et dimidiam replent.*

62) Virg. Aen. II, 790. 63) cf. Virg. Aen. VIII, 465. 64) Non Nicaeni concilii, sed aliorum canonum statutum est. ANG.

1137. Iul. 16. imperator cum suo exercitu pro illis sustinuisset, qualiter per annum et duos menses in tentoriis commoratus fuisset, quot propinquos et amicissimos in expeditione amisisset: non enim Casinenses fratres ad quemlibet inimicum pontificis, set ad Romanum imperatorem et defensorem ecclesiae confugium fecisse dicebat. Postremo fatetur, quod si in hoc eum contristarent, scirent certissime Romanum imperium ab illo die et deinceps a papa scissum et separatum, ac non pro amico set pro inimico imperatori habendum ex toto scirent. Cumque ad hanc rem omnis exercitus imperatoris diutissime acclamasset, recteque illa quae ab imperatore dicta fuerant collaudassent, primo per omnes episcopos, secundo per archiepiscopos, tertio per patriarcham Aquilegensem, quarto per abbates, sexto[b] per comites, septimo per marchiones et principes, octavo per Richizam imperatricem, nono per semetipsum imperator pontificem de eadem causa rogavit. Mandat dehinc pontifex imperatori, se de Casinensi ecclesia consilium eius accepturum, et voluntatem impleturum. De qua re imperator laetissimus effectus, iterum ad papam per semetipsum imperator accedere studuit. Quem dum pro Casinensi ecclesia supplicaret, papa respondit, mirari se non sufficere, cur pro illis rogaret, qui pontificem et imperatorem anathematizassent et deposuissent, qui filium Petri Leonis pro papa recepissent, qui aliam coronam supra coronam Romani imperii recepissent, et usque ad tempora illa in priori nequitia perdurassent. Tunc clementissimus imperator totus in lacrimis resolutus, imperato silentio dixit: *Non ignoro, hoc ideo illos egisse, ut ad nos Casinensis coenobii status incolumis deveniret;* 29 *nam si non egissent, ecclesia illa a nostris inimicis nunc subversa iaceret. Unde rogo, ut censuram qua illi plectendi sunt in me retorqueatis; si verberandi sunt, ego pro eis dorsum submitto; si deponendi, deponi volo.* Tunc papa: *Pro vestro amore canonicae sanctionis temperamus rigorem: nam iure deponendi essent, qui excommunicatis participaverunt, qui pontificem suum anathematizaverunt. Set nos lenitate et clementia usi, pro vobis cuncta quae deliquerunt dimittimus: ita tamen, ut filium Petri Leonis cum suis sequacibus anathematizent, et michi et successoribus meis obedientiam promittant.* Haec dum imperatori Iul. 18. complacuissent, beatae martyris Simphorosae festivitate adveniente, direxit imperator cum electo et fratribus Heinricum ducem Baioariae generum suum, Conradum ducem Sueviae nepotem Heinrici V. imperatoris, Ottonem[a] de Burchisin consobrinum suum, simul etiam et omnes episcopos, archiepiscopos, comites, marchiones, principes, et duces Romani imperii. Cumque ad papae tentorium propinquassent, cardinales occurrentes interrogabant, si filium Petri Leonis cum suis sequacibus refutare vellet. Qui dum se id implere dixisset, protinus eundem electum in haec verba iurare fecerunt; litterarum autem tenor istiusmodi fuit: *Ego Raynaldus refuto et anathematizo omne scisma, et omnem haeresim extollentem se adversus sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. Refuto etiam et abrenuntio filium Petri Leonis, et Rogerium Siciliae, et omnes sequaces illorum, et obediens ero domino papae Innocentio, et eius successoribus canonice intrantibus.* Cumque Raynaldus in haec verba iurasset, reliquos similiter iurare cogebant. Illi autem patri Benedicto et eius successoribus se iuravisse, et idcirco se sacramentum facere non posse dicebant. Tunc Raynaldus ex parte patris Benedicti et sua illis praecepit, ut obedientiam quam eatenus beato Benedicto et successoribus suis sibique exhibuerant, in manu papae promitterent; sicque fratres constricti, quod electus ad euangelia, hoc illi 65 iuxta tenorem cartulae in manu episcopi Hostiensis[65] iuraverunt. Adiungentes insuper hoc, quod: *si ecclesia Casinensis a Romana sede divisa fuerit, ego in monasterio Casinensi non remanebo, nec abbati obediens ero, salva Romani imperii fidelitate.* Haec ubi ad papae libitum completa sunt, ab excommunicationis nexu soluti, discalciatis pedibus ad papae vestigia, dein ad osculum sunt recepti. Petrum vero diaconum Innocentius papa ad se evocans, dixit ad eum: *Praecipio et convenio te in virtute Spiritus sancti, et per sacramentum quod hodierna die michi et successoribus meis fecisti te adiuro, ut quacumque hora litteras vel nuntium meum successorumque meorum acceperis, non habeas potestatem amplius remorandi vel persistendi: set quam citius poteris vestigiis sedis apostolicae et pontificis qui pro tempore fuerit, te repraesentare studeto. Nolo enim ut per te Romana ecclesia inquietetur, vel aliquid litigium patiatur.* Raynaldus autem post haec ad imperatorem deductus, et ab eo cum ingenti honore susceptus, et cum fratribus inter

a) Octonem *c.* b) *quintum ordinem vel Petrus vel scriba omisit.*

65) Drogonis.

cappellanos imperii constitutus est. Nam usque ad diem illum imperatoris obtutibus re- 1137. Iul. praesentatus non fuerat[a]. His porro diebus legati Iohannis Constantinopolitani imperatoris ad augustum Lotharium pervenerunt, congratulantes, et munera magna deferentes, propter victoriam contra Rogerium a Deo sibi collatam[66]. Inter quos quidam philoso- 66 phus veniens, et ante imperatorem eminus astans, canino latratu sanctam Romanam et apostolicam sedem totamque occidentalem ecclesiam corrodere coepit, dicens Romanum pontificem imperatorem, non episcopum esse, clericosque Romanos excommunicatos et azimitas vocare. Contra quem Petrus diaconus conversus, opportune importune contra eum altercare modis omnibus coepit. Set cum nox supradictae disputationi finem daret, Lotharius imperator praecepit, ut summo mane ante imperiale consistorium convenirent, et si quid Grecus contra Romanam haberet ecclesiam, in medium proferre morigeraret.

116. Quod dum factum fuisset, Grecus in hanc vocem prorupit: *Viri cordati et sensu vigentes, advertite, et in vestrae mentis solio aequa libratione decernite, si excommunicatus cum catholico debet conferre sermonem.* Petrus autem diaconus, reputans Grecum contra se iaculum excommunicationis protulisse, dixit ad eum: *Contra quem anathematis iaculum intulisti, si placet edicito; contra me, an contra omnem occidentalem ecclesiam?* Grecus respondit: *Et contra te, et contra omnem occidentalem ecclesiam.* Petrus diaconus dixit: *Cur?* Grecus respondit: *Quia decreta Nyceni concilii transgressi estis.* Petrus diaconus dixit: *In quo transgressi sumus statuta Nyceni concilii?* Grecus respondit: *In eo quod adiunxistis, quia Spiritus sanctus procedit a Patre et Filio; nam in eodem concilio scriptum est, quia Spiritus procedit a Patre.* Petrus diaconus dixit: *Si nos excommunicatos appellatis pro eo, quod adiunximus, quia Spiritus procedit a Patre et Filio: ergo et vos excommunicati estis, qui adiunxistis, quod procedit a Patre solo.* Ad hanc vocem Grecus conticuit, atque post paululum eundem diaconum taliter alloquitur: *In occidentali climate nunc impletum videmus, quod Dominus per prophetam dicit: „Erit ut populus, sic* Esai 24, 2 *sacerdos," cum pontifices ad bella ruunt, sicut papa vester Innocentius facit, pecunias distribuunt, milites congregant, purpurea vestimenta amiciuntur.* His et aliis multis peroratis, cum nox diei finem imponeret, idem Grecus dicta sua et Petri diaconi responsa in Grecum sermonem transtulit[67], patriarchae Constantinopolitano et imperatori Iohanni defe- 67 renda; auctoritates etiam, per quas Greci uxores defendebant, Petro diacono tunc in scriptis tradidit. Imperator etiam de litigio, quod Petrus diaconus cum Greco habuerat, ultra modum gavisus, eundem diaconum interventu Richizae piissimae augustae, et Henrici ducis Baioariorum, et Conradi ducis Suevorum, logothetam, a secretis, exceptorem, auditorem, cartularium, ac cappellanum Romani imperii constituit.

117. Idem vero imperator Lotharius exercitum congregans, navalemque[b] expeditionem, super quam Stabulensis abbas Guibaldus ordinatus erat, supra Salernum direxit. Pugna itaque maxima facta, multisque ab utraque parte cadentibus, Salernitani dum civitatis suae statum alteratum perspicerent, habito consilio et se ac civitatem imperiali clementiae subdunt. Quae res inter pontificem et caesarem dissensionem maximam mi- Aug. nistravit, papa dicente, Salernitanam civitatem Romanae ecclesiae attinere; imperatore econtra, non pontifici, set imperatori pertinere debere dicente. His porro diebus Petrus Casinensis diaconus in praesentia praephati imperatoris et optimatum proclamationem fecit de monasterio sancti Benedicti in Bari, quod cives Barenses a dicione Casinensis coenobii subduxerant, ab obitu scilicet patris Desiderii, qui et Victoris papae tertii. Tunc imperator Barenses ante se evocans, praecepit ut rationem quam de praephata ecclesia habebant ostenderent; quam dum se non habere dixissent, ex iussu imperatoris Petrus diaconus in omnium audientia legit, qualiter eam Pipinus et Carolus Magnus filius eius, et omnes succedentes imperatores beato Benedicto et eius Casinensi coenobio concesserant[68]. Ratione itaque imperator Casinensis coenobii agnita, Barensibus praecepit 68 ut beato Benedicto eandem ecclesiam redderent, centum marcarum auri pena proposita si hoc removere temptassent. Tunc etiam idem Petrus conquestus est supra Robbertum

a) *Hic desinit „Altercatio" illa, sed incipit altera* Altercatio pro Romana ecclesia contra Grecum quendam. „Eodem preterea die nuntius Iohannis *etc. quae in cod. Caietani* 14 *paginas replet; extrema iam tunc perdita erant. Lotharii verba praeter ea quae hic habemus, nulla ibi leguntur.* b) *aut* navalem *legendum est, aut verbum excidit.*

66) cf. Ann. Hild. 1137. 67) Petrus eadem Latine edidit, v. supra c. 66. 68) Primam eius mentionem inveni in privil. Nicolai II. d. 1059.

1137. comitem de Laurotello, qui ecclesiam sanctae Scolasticae sitam in territorio Pinnensi cum multis aliis possessionibus et ecclesiis cuidam militi suo in feudum tradiderat, et iudicante praephato imperatore per Gualfridum iudicem Bononiensem, et praedicto comite renuntiante, recollegit protinus illas. Idem praeterea imperator, ob maximam devotionem et singulare spei remedium, quod post Deum in patre Benedicto habebat, sub vadimonio constrinxit omnes proceres Sampniae, Liguriae, Piceni, Peligni, Apuliae, Liburiae, ac Principatus, ut nisi Romani imperii iram vellent experiri, statim ut ad domum propriam remeassent, cunctas beati Benedicti possessiones Casinensi coenobio redderent, quas usque ad diem illum a temporibus Iustiniani Magni nequiter retinuerant, mille librarum auri pena apposita, si in hoc contemptores existere voluissent.

118. Raynaldus autem accepta a pontifice et imperatore redeundi licentia, Casinum reversus est. Petrum vero diaconum et Bertulfum mansionarium Lotharius imperator in eadem expeditione secum retinuit. Set quoniam idem Petrus languore erat depressus, accepta ab imperatore licentia, Casinum per quindecim dies remoraturus secessit. Direxit autem pontifex cum iam dicto Raynaldo Balduynum presbyterum cardinalem, qui post Pisanorum archiepiscopus factus est, praecipiens ut filium Petri Leonis cum suis sequacibus a monachis Casinensibus refutari et anathematizari faceret, sicut idem Raynaldus fecerat, et papae et eius successoribus obedientiam promitterent. Quae omnia, prout papa praeceperat, fratres implere curarunt. Per idem tempus supradictus Raynaldus a quibusdam aemulis suis imperatori accusatus est, eo quod regi Rogerio faveret, nuntios eius suscipiens. Forte tunc Raynaldus in languorem gravissimum inciderat. Imperator autem super his quae de eo dicebantur commotus, nec non aestimans illum hostem imperii esse, sacram imperialem ei direxit, mandans ut absque aliqua mora ire non differret ad eum. Petrum vero diaconum, et qui cum ipso in eadem expeditione fuerat, una cum Casinensi decano ad se confestim remitteret. Ille autem cum gravi languore detineretur, Petrum diaconum, prout ab imperatore in mandatis acceperat, ad eum remisit, ipse vero Casini remansit. His quoque diebus supradictus electus nuntios direxit ad Gregorium filium Adenulfi de Sancto Iohanne, cuius supra meminimus, mandans ut veniret, et Casinense coenobium sicut et prius contra imperatorem muniret. Quod dum fratres certo certius agnovissent, imperatori notificare curarunt; qui confestim cohortem destinans militum, monasterium ad suam fidelitatem custodire praecepit. Raynaldus autem praescius quae contra eum meditabantur, secessit ad cameram quae domui infirmorum contigua est. Adveniente autem Brunone campidoctore imperatoris, cum exercitu ingressus est monasterium, confestimque eundem electum a militibus custodiri praecepit. Eo etiam tempore dum imperator Capuae moraretur, fratres de monasterio sancti martyris Christi Vincentii ad eum venerunt, proclamationem facientes contra Casinensem ecclesiam, quod illos expoliasset de castro Cardeto, Vitecuso, Valle rotunda, Saracenisco, et aliis possessionibus, quae iuris sancti Vincentii fuisse constarent. Intererat huic rei Petrus diaconus, cuius superius memoriam feci, qui hanc ystoriam scripsit, qui talem proclamationem nequaquam ferendam ducens, ante imperatorem illos interrogare coepit, sub quo imperatore supradicta castra monasterio sancti Vincentii collata fuissent. Qui cum Lodoyci II tempora in medium protulissent, Petrus diaconus iniuste illos calumpniam contra Casinense coenobium protulisse respondit, cum praeceptum de possessionibus beati Benedicti a temporibus Iustini senioris et Iustiniani ante annos fere trecentos antequam Lodoycus regnaret, exaratum fuisse constaret. Lotharius autem imperator aequitatis ratione perspecta, sententiam protulit, dicens iustum non esse, et omni rationi videretur esse contrarium, ut Casinensis ecclesia, quae singularis et specialis Romani imperii camera erat, aliquam possessionem vel castrum suo tempore amitteret,
69 quae ante annos fere sexcentos habuisse constaret[69]. Ideoque absque aliquo litigio ea quae beato Benedicto concessa fuerant, perhenniter retinere debere, contemptoribus huius decreti mille librarum auri penam indicens; sicque ordinatis suis negotiis, cum
Spt. 13. omni suo exercitu ad civitatem sancti Germani, papa se Innocentio comitante pervenit, ibique a praephato Raynaldo, tunc sub custodia degenti, honorifica est processione rece-

69) Lotharius igitur privilegia illa pro genuinis accepit, si vera sunt quae hic narrantur: nam instrumentum ea de re factum frustra quaeras. Iustiniani privilegium quoddam etiam in regestum suum Petrus recepit.

ptus, et eo quidem die idem electus in secretario basilicae domini Salvatoris est custoditus, post vero ad monasterium, ubi examinandus erat, sub custodia est non parva remissus. 1137. Sept. 13.

119. Alia vero die imperator direxit Annonem abbatem coenobii Luneburgensis et Petrum Casinensem diaconum ad monasterium, per eos fratribus mandans, ne quid incompositum vel indisciplinatum in habitu, locutione, vel in incessu proferrent; ipse autem venturus esset ad monasterium cum cardinalibus, archiepiscopis, abbatibus, principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, ac religiosioribus et prudentioribus Romani imperii, et si quidem invenisset Raynaldum tantae abbatiae indignum, confestim eum removeret, et in beati Benedicti cathedra personam ydoneam constitueret. Ipse vero in civitate coronam circuli patricialis accepturus remansit: nam tunc exaltationis sanctae Crucis agebatur celebritas. Illucescente vero diluculo Rychiza imperatrix pedibus totum montem ascendit, papa in civitate remanente. Lotharius autem imperator innumera exercitus sui multitudine comitatus Casinum pervenit, atque a fratribus prout imperialem decebat dignitatem, cum maximo est honore receptus. Optulit autem eo die beato Benedicto pluviale optimum aureis listis ornatum, et planetam eiusdem subtegminis, candelabra de argento parium unum librarum circiter 14, marcam auri unam, et 19 marcas argenti. Richiza autem augusta posuit super altare stolam frigiam cum manipulo suo, et mitram auro decenter ornatam. Eo etiam die, dum idem christianissimus imperator in ecclesia consisteret, Raynaldus fratres in capitulo convocans coepit ostendere, se ab illis fuisse electum; non opus esse, illos de hac causa fastidium sumere: si vellent, abbatiam confestim ad illorum voluntatem dimitteret. Cumque haec et alia multa repeteret, quidam ex laycis in capitulum convenientes, coeperunt fratres arguere, et quampluribus obprobriis dehonestare, qui abbatem suum in tanto articulo discriminis relinquere vellent. Fratres autem indignatione simul et ira commoti, illos de capitulo verberibus affectos exturbant, clamantes se ulterius nolle illum habere abbatem, qui non per monachos, set per laycos abbatiam retinere vellet. Dehinc circa solis occasum papa Innocentius nuntium suum ad monasterium dirigens, fratribus mandat, praecipiens et per fidem et obedientiam quam sibi et beato Petro promiserant illos obtestans, ut ulterius eidem electo obedientiam non exhiberent, ac de Casinensi abbatia quam citius possent illum exturbare studerent; observatoribus talium mandatorum suam gratiam, contemptoribus perpetuum indicens exilium. Illucescente vero diluculo, Aymericus diaconus cardinalis et cancellarius Romanae ecclesiae, et Gerardus cardinalis sanctae Crucis, et abbas Clarevallensis ab eodem papa transmissi sunt, qui praedictum Raynaldum examinarent, et iuxta canonum sanctionem ab abbatiae regimine sequestrarent. Residente itaque imperatore in capitulo Casinensi cum universis imperii magnatibus, consedente quoque ibidem Peregrino patriarcha Aquilegensi cum archiepiscopis, episcopis, abbatibus, et cardinalibus, iusserunt electum ingredi, proferentes adversus eum multa, rebellem et adversarium imperii proclamantes, et a scismaticis ordinatum dicentes. Tunc quidam in medium surgens ante imperatorem coepit dicere, quia postquam cum Henrico duce Baioariorum concordiam fecit, hostis pontificis et imperatoris apparuit. Contradicente vero Raynaldo et sociis eius, imperator praecepit utramque partem de capitulo egredi, quatinus cum patriarcha et cardinalibus exinde consilium sumeret. Quibus residentibus, Peregrinus patriarcha et Aymericus cancellarius dixerunt, illum tanto loco praeesse nequaquam posse: ob multas scilicet causas, quia a filio Petri Leonis subdiaconus factus fuisset, et sacramentum regi Rogerio praebuisset, tum vero quod contra canonum praeceptum excommunicati electionem facere non potuissent. Postremo, quod contra ecclesiastica instituta de subdiacono electum fecissent, proferentes capitulum Eugenii papae[70] ita scribentis: *Abbates per monasteria tales eligantur et ordinentur, qui levitico vel sacerdotali honore sint praediti,* et caetera. Set cum iam sol ad occasum vergens noctem intentaret, imperatore iubente est solutus conventus.

Sept. 14. (119) — Sept. 15. (Illucescente vero diluculo, Aymericus)

120. Alia vero die, imperatore in capitulo residente cum praelatis et magnatibus, electus surgens in medio, de rebus sibi in contrarium versis vellet conferre sermonem: nonnulli ex fratribus, antequam verba finiret, surgentes in medio, eundem sicut et prius Sept. 16

70) v. supra c. 114.

1137 Sept. 16. coeperunt accusare, dicentes quod eius electio seditiose et non canonice facta fuisset. Hii autem qui ex parte supradicti electi erant, eos mendacii et falsitatis redarguere coeperunt, sicque coram imperatore disceptabant, diversisque iniuriis semetipsos afficiebant. Imperator autem his sermonibus motus surrexit, et manu silentium indicens, dixit satis superque se mirari, quod talis et tanta congregatio tam confuse et inordinate loqueretur, et cum tanta confusione sua negotia demonstrarent. Praeciperet ergo, nisi iram Romani vellent experiri imperii, ut rationabiliter et non cum dissensione negotia sua exprimerent. Haec dum perorasset, resedit, et cum reliquos consedere iussisset, congregationem taliter affatus est, dicens abbatis electionem, unde tanta discordia orta fuerat, se ad plenum examinare non posse, nisi utraque pars separatim audiretur. Unde factum est, ut omnes archiepiscopi, episcopi et abbates ex praecepto imperatoris cum parte, quae electo abbati favebat[a], ianuis obseratis convenirent; quod dum factum fuisset, residentibus qui ad discutiendam electionem convenerant, Anno[b] episcopus Basiliensis dixit: *Si quid contra electum abbatem habetis, rationabiliter et non tumultuose proferte.* Nonnulli vero ex fratribus surgentes in medio, eundem electum accusare coeperunt, dicentes quod pro sua electione munus a lingua, munus a manu, munus ab obsequio promisisset, et convenientia testimonia non erant. His ita altercantibus, Pandulfus vestararius exurgens in medio dixit: *Cum multa sint, quae in electo proferre possemus, unum tamen est quod in eo intolerandum esse videtur, scilicet quod a Petro filio Petri Leonis ordinatus, et valde indignum est, ut in tanta ecclesia, quae caput et mater est omnium monasteriorum, abbas subdiaconus habeatur, qui nec missarum sollempnia celebrare, nec* 71 *veniam possit conferre delictorum.* Ad quae Anselmus[71] episcopus verba respondit: *Cum multa sint, quae isti fratres in suum electum verba dixerint unde deponi debuisset, hoc unum tamen ad eius eiectionem*[c] *sufficiens esse videtur, quia Domino teste fundamentum, quod super arenam est, stare non potest. Unde his quae ad haec discutienda convenistis si placet, caeterorum verba seponentes, hoc unum solum teneamus.* Quod dum reliquis placuisset, iusserunt foras fratres secedere, Raynaldumque cum his qui sibi favebant, de his quae sibi obiecta fuerant ad se excusandum intrare. Cumque in hoc diu moratum fuisset, imperator prospiciens finem in his minime fieri, mandavit his qui ad audiendum et discutiendum convenerant, quatinus iam dicto electo suaderent, ut in potestate papae Innocentii et ipsius imperatoris atque omnium optimatum Romani imperii se poneret, ut quicquid de hoc iudicarent, ipse sine aliqua contradictione perficeret; contradicente et modis omnibus renitente electo, tandem consensit, et se in iudicio ac potestate illorum sicut volebant posuit. Post haec omnes ad imperatorem reversi, Basiliensis episcopus imperatori et caeteris residentibus gesta dictaque per ordinem pandunt. Demum vero imperatore interrogante, si hi qui Raynaldo contradicebant, se in potestate imperii ac sacerdotii ponere vellent, libentissime illos ad talia paratos invenit; sicque secundi diei solutus conventus est. Acta sunt autem haec quarta et quinta feria tertiae ebdomadis Septembrii mensis, secundo die post exaltationem sanctae Crucis.

121. Post haec vero ex parte imperatoris et congregationis directi sunt, qui rei seriem papae Innocentio tunc apud sanctum Germanum remoranti notificarent, qui venientes eundem pontificem iratum valde invenerunt, prohibitique sunt ad eum ingredi; ob id scilicet quod praesente Romano pontifice, imperator cum suis optimatibus de Casinensis abbatis electione examinationem facere praesumpsisset. Ob quam rem archiepiscopos, episcopos et abbates, qui in tali examinatione praesentes fuerant, officio privare minatus est. Hii autem qui ab imperatore directi fuerant, sine effectu redeuntes, quae apud papam invenerant imperatori renuntiare curarunt. Imperator autem ex consulto talia ad pontificem responsa direxit, quia quod factum erat, non studiose set simpliciter, neque ad eius iniuriam set ad honorem ipsius factum fuisset: nam facta et dicta in eius potestate constarent, ut quod ipse exinde decerneret, hoc omnes pro rato haberent, et ideo aliquos e suo latere pontifex dirigere maturaret, qui supradictam electionem iterum retractantes viderent, et quod exinde iustum esset deliberarent. Innocentius autem Sept. 17. talibus verbis placatus, sexta feria quattuor temporum Aymericum cancellarium et Gerar-

a) *immo* quae non favebat, *ut ex sequentibus patet.* b) *rectius* Adelbero. c) electionem c.

71) A. Havelbergensis est inter testes privilegii Lotharii III.

dum cardinalem tytuli sanctae Crucis, qui post Romanam rexit ecclesiam, et alios cardinales ad eandem examinandam electionem direxit; qui ad monasterium dum devenissent, et de supradicta re sermonem in longius protraxissent, convenientes in refectorium, omnes loci priores convocantes, dixerunt, quod supradictus Raynaldus remanere in abbatia nullatenus posset, eo quod ab excommunicatis ordinatus fuisset Post haec singillatim unumquemque de persona eligendi abbatis interrogare coeperunt. Ubi cum nonnulli quosdam ex congregatione pro suo velle praeferrent, a loco in quo residebant exeuntes, eundemque electum convocantes infra claustrum monasterii, ex parte sedis apostolicae praeceperunt ut iam ab ipsa abbatia quiesceret, quia ultra iam abbas esse non posset; sicque ad papam redeuntes, acta et dicta referre curarunt. 1137 Spt. 17

*122. Sequenti autem die iterum ad monasterium ascendentes in capitulo resederunt, in quo post peractum ab abbate Clarevallensi sermonem, cardinales auctoritate apostolica eidem Raynaldo Casinensem abbatiam interdixerunt; sicque una cum imperatore et archiepiscopis, episcopis, abbatibus, ducibus, principibus ac marchionibus surgentes, beati Benedicti sunt ingressi ecclesiam, eundemque Raynaldum Aymericus cancellarius ac Peregrinus patriarcha Aquilegensis et Gerardus cardinalis evocantes, depositionis sententiam in eum protulerunt, et sic iussu illorum, praesente imperatore et universis imperii magnatibus, virgam et anulum nec non et regulam supra corpus sanctissimi Benedicti deposuit, et Raynaldi quidem talis rerum exitus fuit. Spt. 18.

123. Post haec in capitulum venientes, Gerardus cardinalis surgens in medium huiusmodi auspiciis orsus est[a] fratres: *Nostis, amandissimi fratres, quia iuxta regulae praeceptum abbas iubetur a fratribus eligi: set quia vos in arbitrio domini nostri Innocentii papae ponere voluistis ac potestate, modo in eligendo abbate privati estis ex toto, nisi quantum ipse vobis permiserit, et non ad vos set ad Romanam ecclesiam talis electio pertinet. Verum nos pro conservatione pacis et concordiae unitate nolumus per omnia hac uti potestate, set ex praecepto sedis apostolicae praecipimus, ut duodecim ex vestra congregatione fratres eligatis, qui una nobiscum dignum tanto loco abbatem eligere valeant.* Cui cum fratres respondissent, quia iuxta antiquam consuetudinem electionem liberam vellent habere, et cardinales ad eorum dicta minime assensum praeberent, maxima dissensio inter utramque partem exorta est. Pars enim quae cum iam dicto Raynaldo fuerat, dicebat se nullo modo assensum praebere, ut de Casinensi congregatione abbas eligeretur. Cardinales autem nulla ratione se consensuros dicebant, ut de alio monasterio in capite et matre omnium monasteriorum abbas eligeretur. Set cum pars parti non cederet, et aerem verberantes pro sua voluntate in vanum verba proferrent, tandem cancellarius iratus, ex parte Romanae ecclesiae interdixit, ne ullam omnino electionem facere praesumerent; ac demum ad papam regressi, gesta et dicta per ordinem pandunt. Post haec imperator e suo latere strenuos viros ad papam Innocentium dirigens, rogare coepit ut pro suo amore monachos a praedicta obligatione solveret, et licentiam illis eligendi abbatem conferret. Cuius postulationibus papa flexus, quae rogata a caesare fuerant pro eius amore concessit, eo tamen tenore ut sibi privilegia et praecepta imperatorum ad legendum a monasterio mitterentur; factumque est. Relectis itaque ante imperatorem et pontificem de eligendo abbate Caroli regis praecepto[72], et Benedicti VII 72
et Leonis IX privilegiis, in quibus aperte continebatur qualiter Henricus Pius Romano pontifici septimo[b] Benedicto consecrationem Theobaldi abbatis Casinensis, quem ipse imperator ordinaverat concessit, et unum prandium[73] in eundo et in redeundo ad Beneventum: reliqua vero Romano imperio reservavit; quod idipsum confirmaverunt Conradus et Henricus filius eius[74], similiter et ex praecepto Caroli[75] lectum est, ut in Casinensi 75
coenobio abbatem eligant, quem meliorem et digniorem Romanoque imperio fideliorem invenissent. Tantis itaque rationibus pontifex victus, Casinensis abbatis electionem fratribus, ordinationem Lothario imperatori et successoribus eius concessit et confirmavit; consecrationem vero abbatis, et prandium in eundo et redeundo a Benevento sibi et successoribus suis retinuit[76]. 76

a) *verbum ut videtur excidit.* b) *imo* octavo.

72) v. I, 12. 73) de prandio ne in falso quidem Ben. VIII. privil. quidquam legitur. 74) In editis eorum privilegiis nihil de electione abbatis legitur. 75) ap. Gatt. Acc. p. 14; cf. supra I, 12. 76) Eadem in privil. Lotharii III leguntur.

1137. Sept. 124. Iam vero Christo auspice qualiter Guibaldus electus sit, et qualis quantusve fuerit describamus. Hic igitur natione Lotheringus, et a pueritia in monasterio Stabulensi monachus factus, gramaticam, dialecticam, rhetoricam, arithmeticam, geometricam, et astronomiam ad plenum eruditus, atque a quinto Henrico imperatore eiusdem coenobii Stabulensis abbatiam regendam suscepit. Eo vero tempore quo imperator Lotharius cum papa Innocentio intravit Italiam, idem Guibaldus super navalem expeditionem ab imperatore constitutus, et Neapolim est transmissus. Qui in eundo dum ad patris Benedicti limina Casinum venisset, atque ob supradicti Raynaldi electionem turbatam Casinensem ecclesiam comperisset, in capitulum veniens coepit monere fratres, ut pacifice et concorditer secundum beati Benedicti regulam viverent; reminisci illos debere, qualiter per totum fere orbem sanctae praedicationis fluenta et monachicae vitae rudimenta ab eodem loco manassent, quanta et qualia pater Benedictus divina fretus potentia ibidem patrasset, qualiter sua corporali requie regulaeque descriptione Casinense coenobium caput omnium monasteriorum perpetuo constituisset, postremo propter filium Petri Leonis ab ecclesia disiuncti et separati essent: oportere illos dare operam ut reformaretur, ut tanti loci fluenta ad antiquum claritatis statum redirent, et ad papam Innocentium quem totus mundus sequebatur converterentur. Haec dum perorasset, patri Benedicto se commendans et fratribus, Neapolim abiit. Set cum ordine quo supra retulimus Raynaldus abbatiam dimisisset, et fratres pro his quae Casinensi coenobio ob Raynaldi electionem acciderant divisi fuissent, cum pars parti non cederet, novissime omnibus haec sententia placuit, ut in Casinensi coenobio abbas de imperatoris latere eligeretur. Quod dum papae Innocentio retulissent, omnino reniti et contradicere coepit, asserens nullo modo se pati, ut in Casinensi coenobio exter aliquis eligeretur, vel alicui extraneo illa ecclesia submitteretur, quae Romanae sedi Stephanum VII[a], Victorem III, ac secundum Gelasium apostolicos dedisset, et multis aliis ecclesiis catholicos idoneosque pastores tribuisset. Set dum supra huius rei negotium papa nullo pacto ad concordiam reducere posset, et Nycolaum quem papa Honorius de abbatia eiecerat, in monasterii regimine restituere vellet, imperatori tunc in Casino degenti rei seriem pandunt, orant et supplicant, poscunt, efflagitant, ut sicut Magnus Henricus Theobaldum, et Conradus cum filio Henrico Richerium, ita ipse abbatem ex suo latere ordinaret. Ad quorum verba imperator in lacrimis resolutus, dixit[77] prius se sinere omnia privilegia ecclesiarum et concessiones convelli, quam aliquid de dignitatibus Casinensis ecclesiae minui, et prius permitteret electiones omnium episcoporum, archiepiscoporum et abbatum qui sunt in toto orbe Romano tollere, quam solummodo Casinensis abbatis. Nam si abbas ex consensu monachorum electus non fuerit, abbas non erit, et quicumque electionem monachis tollit, omnia monasterii iura convellit. Iam vero quis tanti imperatoris gravitatem non miretur? Nam cum ad sedandas dissensiones fratrum, quae pro electione abbatis exortae fuerant, ad capitulum venisset, ab hora prima diei usque in vesperum, non cibo, non potu indulgens, exinde egressus non est, et sub imperiali clamide alterius militiae tyrocinium ostendebat. Nam in omni expeditione, in qua simul cum ipso fui, in lucis crepusculo missam pro defunctis audiebat, dehinc pro exercitu, postremo missam diei, demum viduis et orphanis una[78] cum Richiza clementissima augusta pedes lavans et capillis tergens atque deosculans, ac cibum et potum large distribuens, quaestiones et oppressiones ecclesiarum relevabat, et in ultimo in cura imperii insudabat. Quandiu enim in Casinensi coenobio remoratus est, ita[79] claustrum et omnes officinas monasterii, ac si abbas vel quilibet decanus circuibat, scire cupiens qualiter unusquisque sub beati Benedicti magisterio viveret, factoque mane per omnes monasterii ecclesias discalciatis pedibus incedebat. Licet autem haec ageret, numquam a consortio episcoporum, archiepiscoporum et abbatum sequestrabatur, ut impleretur in eo quod legitur: (Prov. 3, 32.) *Et cum sapientibus*[b] *sermocinatio eius*, et cum haec ageret, erat tamen coecorum baculus, esurientibus cibus, spes miserorum, solamen lugentium, et ita singulis eminebat virtutibus, ac si caeteras non haberet. Sacerdotes namque honorabat ut patres, clericos ut dominos,

a) *immo* VIIII. b) simplicibus *l. l.*

77) *dixit — hominibus offerebat* eisdem fere verbis etsi inverso ordine leguntur in Petri epistola ad Richizam in Mart. et Dur. Coll. I, 759. 78) *una — ac* in ep. omisit. 79) *omnibus noctibus* addit ib.

pauperes ut filios, viduas ut matres; creber in orationibus, pervigil in vigiliis, lacrimas 1137. Sept. Deo, non hominibus offerebat. Haec de tanto imperatore breviter dicta sufficiant, nunc ad Guibaldi electionem complendam veniamus. Igitur dum ad papae notitiam voluntas fratrum de eligendo abbate pervenisset, Aymericum cancellarium suum Casini direxit, fratribus mandans ut de sua congregatione abbatem eligerent; sin alias, eligendi licentiam non haberent. Haec dum imperatori relata fuissent, graviter hoc et nimis moleste accipiens, papam per suos nuntios rogat, ut monachorum voluntati condescendat; sin autem, imperium ab illo die et deinceps scissum a pontificio esse omnimodis sciret. Innocentius autem dum Lotharium imperatorem fratribus concordare in electione vidisset, dat monachis potestatem eligendi quem vellent. Guibaldus itaque, ut ante iam diximus, cum et sapientia multa et morum honestate ac probitate polleret, praescius futurorum loco cesserat. Mittit post haec imperator ad Guibaldum nuntios, ut ad se ad monasterium veniret; nam tunc forte in eadem expeditione remanserat. Quo dum venisset, ubi fratrum voluntatem advertit, omnino renuere et contradicere coepit. Conveniunt post haec in camera in qua imperator morabatur, fratres cum Richiza augusta et cum Peregrino patriarcha Aquilegensi, episcopis, archiepiscopis, abbatibus, et universis imperii optimatibus, coeperuntque eum opportune importune monere de tali tantoque negotio: set ille constanter renuens, numquam se tam gravem tamque immensam sarcinam suscepturum affirmabat. Cernens itaque imperator Guibaldum modis omnibus reluctare, fratribus illum tradidit; quem suscipientes in Casinensi monasterio abbatem ordinaverunt, et ab imperatore per Romani imperii sceptrum, quod manu gestabat, de Casinensi abbatia cum omnibus possessionibus suis, sicut a temporibus Iustiniani usque ad illum diem monasterio concessa fuerant, est investitus; dicens ad eum: *Fidelitatem a vobis de Casinensi abbatia ideo non accipimus, quia dudum nobis de Stabulensi coenobio fidelitatem dedisti. Nolo ut successores tui te trahant in exemplum, et dicant se successoribus meis de Casinensi coenobio ideo non facturos fidelitatem, quia a te nostri imperii maiestas non exegit; set consuetudinariam fidelitatem, quam a temporibus Caroli et deinceps abbates de abbatia Casinensi fecerunt, facere studeant.* Imperator itaque ordinata una cum monachis Casinensi ecclesia, octavo die postquam ibidem advenerat, beato Sept. 21. Benedicto se commendans ac fratribus, cum iam ad grandaevam, centenariam scilicet dierum suorum pervenisset aetatem, et finem dierum suorum non ignoraret, una cum Guibaldo ad civitatem sancti Germani descendit, supradictumque abbatem papae commendans, iuxta civitatem veterem Aquinensem tentoria fixit. Guibaldus vero assumpto Ottone[a] Casinensi decano, et Raynaldo qui post eum abbas extitit, Petro quoque diacono, Bertulfo mansionario, Amphredo vestarario, aliisque ex congregatione quampluribus ad imperatorem pervenit. Tunc quoque ex iussu imperatoris Raginulfus dux Apuliae[80], qui ab eodem imperatore ordinatus fuerat, et Robbertus princeps Capuanus, et omnes comites de principatu Capuano, et comites Aquinenses, et Normanni circummanentes, praedicto abbati Guibaldo fidelitatem fecerunt, iureiurando firmantes super euangelia et lignum Domini et sanctorum reliquias Casinensi coenobio cum omnibus omnino possessionibus suis. Eo vero die quo Guibaldus abbas ordinatus est, per eundem abbatem suggestum est imperatori, qualiter Pandulfus filius Landonis Aquinensis comitis nequiter ac violenter in silva monasterii Casinensis Tirilla vocabulo castrum aedificaverat, et residua monasterii praedia circumadiacentia depraedaverat. Imperator autem ad haec verba commotus, Brunonem campidoctorem cum cohorte destinans, militum iam dictum castrum direptioni et incendio tradidit. Raynaldus itaque cernens Guibaldum contra suam spem ordinatum, callide illum circumvenire et praepedire satagens, et verens ne in exilium in Alamaniam mitteretur, humilitatem corpore non corde praeferens, obedientiam et fidelitatem illi promisit; sicque ab eo praepositura sancti Magni iuxta Fundanam urbem positi accepta, de monasterio est egressus, atque in arcem quae Castrum Coeli dicitur, quamque Manso Casinensis abbas olim construxerat, et eius propinqui a II,11 potestate monasterii subtraxerant, se contulit, omni nisu et omni instantia satagens, qualiter recedente imperatore Casinensem abbatiam recuperare et de suis aemulis ultionem sumere posset.

a) Octone c.

80) f. Roberti comitis Caiatiae.

1137. Spt 22 **125.** Imperator itaque et apostolicus festum sancti Christi martyris Mauricii in
ecclesia beati Petri apostoli celebrans, Guibaldum abbatem ad prandium cum fratribus
Casinensis coenobii invitavit, dicens: *Puto ni fallor, quia comedendi et bibendi vobiscum
haec erit michi ultima dies*, quod postea rei probavit eventus. Post comestionem vero
expletam, Lotharius imperator Petrum diaconum ad suum consistorium evocans, prae-
cepit ut una secum cum praeceptis a sua magestate sibi traditis Galliam peteret, impe-
rialia semper servitia peracturus. Haec dum Guibaldus audisset, graviter hoc et mo-
leste accipiens, rogare coepit ne Petri diaconi frustraretur servitio, ne eius privaretur
solacio. Imperator autem Lotharius Guibaldi postulationibus annuens, praesente Pere-
grino patriarcha Aquilegensi, cum archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis magnati-
81 bus Romani imperii, manum[81] Petri diaconi apprehendens et Guibaldo contradens, dixit:
*Nostri a Deo conservandi imperii magestas hunc quem videtis discipulum Henrici Ratispo-
nensis episcopi et cancellarii effecit, logothetae, exceptoris, et auditoris officio remuneravit,
sessionem ad dextrum pedem indulsit. Hic solus in gente Romana inventus est, qui contra
Constantinopolitanos pro imperio se et pontificio Romano opponeret. Quamobrem, quia
dicis te sine illo non velle manere, hunc tuae fidelitati summo studio, summo mentis amore
commendo, eo tenore, ut si qua meae dilectionis, si qua amoris in tuo corde vestigia
sunt, in isto ostendas, eumque pro nostro amore loco carissimi et unici filii habe.* Eo
etiam die idem piissimus et clementissimus imperator per interventum Richizae augustae
praedicto abbati Guibaldo praeceptum fecit, confirmans Casinensi coenobio omnes pos-
sessiones eius[82]. Praephatus autem imperator Guibaldo abbati valedicens, et fratribus
ac patri Benedicto se commendans, comitante se iam dicto papa Innocentio, iuxta
auream Urbem pervenit, acceptoque a Tolomeo duce et consule Romano et dictatore
83 Tusculanensium fidelitatis sacramento, et Reginulfo filio eius obside[83], per anulum quod
manu gestabat confirmavit ei et haeredibus eius in perpetuum totam terram, quam a
patre parentum suorum iure haereditario pertinebat. Idem vero imperator tempore illo
Spt. 30. direxit Casini ad Guibaldum abbatem epistolam continentem ita: *Lotharius*[84] *Dei gratia
Romanorum imperator augustus dilectissimo*[a] *fideli suo Guibaldo Casinensi gerarchae, et
Romani imperii cancellario*[b] *et magistro capellano ac principi pacis, gratiam suam et
bonam voluntatem. Tuae fidelitati per imperialia scripta mandamus, ut nostrae a Deo
conservandae magestati Petrum Casinensem diaconum qui a nostra*[c] *imperiali serenitate
logotheta Italicus*[d], *exceptor, cartularius, et capellanus Romani imperii constitutus est, trans-
mittere studeas; recepturus pro suae fidelitatis servitio, dignae retributionis praemium.
Indubitanter*[e] *enim noveritis nostram magestatem et collaterales imperii propter antiqui-
tates et rerum gestarum relationes eius minime frui absentia velle. Mitte etiam per eum
omnia praecepta antecessorum nostrorum, quae ei ad Aquas Pensiles*[f] *olim nos custodienda
dedisse meminimus. Data apud*[g] *suburbium Tyburtinum, pridie Kal. Octubris.* Hii autem
qui imperiales apices ferebant, dum Casinum venissent, invenerunt Guibaldum ad belli
procintum, quod imminebat per totum. Raynaldus enim qui ab imperatore et pontifice
de abbatia eiectus fuerat, ubi imperatorem recessisse pro certo addidicit, de his qui
Rogerio favebant regi cohortem congregans militum, aggregatis etiam terrae circum-
manentis magnatibus, qui ei consanguinitatis linea iungebantur, recipientibus se colonis
qui castrum sancti Angeli incolebant, totam circumpositam terram flamma ferroque
tradebat. Verum ubi Guibaldus augusti scripta relegit, animatus et corroboratus de his
quae imperator per apocrisarios direxerat, post quartum diem per milites suos direxit
85 ad imperatorem epistolam[85], suas ac monasterii et totius provinciae turbationes, et
angustias quas a Rogerio et a gente eius perferebant, continentem, praesidium ab eo
efflagitans et tutamen.

a) d. f. s. *desunt in cod.* 257. b) archicancellario *ib.* c) ab imp. *ib.* d) logotheta . a secretis . exceptor . auditor et cartularius ac c. *ib.* e) Indubitanter — velle *desunt ib.* f) pensyles *ib.* g) aput *ib.*

81) in ep. ad Richizam Petrus post verba e. 66. allata ita pergit: *postquam de his quae ad vitam aeternam attinent satis instruxerat, te praesente et cunctis imperii aulicis adstantibus, manum meam apprehendens et Guibaldo commendans abbati, dixit ad eum: „Si qua meae dilectionis, si qua mei amoris in vestro corde vestigia sunt, in isto ostende, eumque — habe.“* 82) quod illaesum extat, aurea bulla munitum. Edidit E. Gattula, Acc. pag. 250. 83) cf. Petri ep. ad Richizam in Mart. Coll. I, 757. 84) Eadem scripta est in cod. Casin. 257. f. 38. manu coaeva. Cf. Ps. Anastasium, Murat. SS. II, 365. 85) a Petro conscriptam, editam in Martenii Coll. ampl. II, 183.

126. Roggerius itaque rex ubi Lotharium imperatorem de Campania recessisse 1137. cognovit, aggregato exercitu, praeter Barum, Troiam atque Neapolim, omnem terram quam facile amiserat, facilius coepit recuperare. Econtra Reginulfus dux imperatoris cum Teutonicis et Apulis ei fortiter obsistebat. Guibaldus autem praescius eorum quae futura erant, iterum ad eundem imperatorem iam in Tuscia commorantem litteras destinavit, inter alia continentes[86]: *In variis tribulationibus constitutus, vestrum sperabam de* 86 *die in diem venturum praesidium; set, ut video, me fefellit spes mea. Quantum enim relationibus vestrae piissimae tranquillitatis ad nos in Casino venientium didicimus, vos iam fere Aquilegae propinquasse, etiam ipso auditu noster nimis contristatus est animus, et tanto iaculo moeroris infixit*[a]*, ut linguae humanae nequeant enarrare. De venerandis vero sermonibus vestris, quos nobis per nuntios vestros misistis, de sacramento Normannorum et Langobardorum, utinam non eis imputetur; melius enim fuerat illis non iurare, quam iurare et periurium committere. Omnes namque qui in istis partibus habitant, apostatantes ad Satan conversi sunt, et nichil dicunt vel faciunt, nisi quod diabolus in corde eorum scribit. Quantas autem calamitates, quantas tribulationes, vel quantas persecutiones ab ipsis sustineam, per dilectissimum filium meum Petrum vobis notificare decreveram; set quia id itineris longitudo et conclusio prohibuit, paucis aperiam. Post vestrum namque discessum Saraceni, Normanni, ac Langobardi invenientes quietam terram quaquaversum tendunt, devastando depopulantur*[b]*, incendio atque homicidiis totum exterminantes, set nec arbustis fructiferis omnino parcunt: ne forte, quos antra montium, vel praerupta terrarum, vel seclusa quaeque occultant, illis pabulis nutriantur. Et sic eadem crudelitate furentes, ab eorum contagione nullus laetus remansit, et nullus locus ab eorum infestatione est relictus immunis, praesertim in possessionibus monasterii Casinensis, nec non et in aliis ecclesiis basilicisque sanctorum monasteriisque sceleratius desaeviunt, ut maioribus incendiis domus orationis, quam urbes cunctaque oppida comburantur. Impletum est nunc in ecclesiis, quod vir sanctus declamat ad Dominum, dicens: „Ubi laudaverunt te patres* Es. 64, 11. *„nostri, facta est exustio ignis." Nunc iam venit hora, ut omnes qui nostram terram depraedantur*[c]*, incendunt, devastant, et ruricolas et monachos in nervo vinciunt, compedibus ac manicis gravant, occidunt, vendunt, cruciant et persequuntur, arbitrentur se obsequium praestare Deo. Ubi autem venerabilis aulae clausas inveniunt portas, certatim ictibus dextralium aditus reserant, ut recte dicatur: „Quasi in silva lignorum securibus exci-* Psal. 73, 6. *„derunt ianuas eius, in id ipsum in securi et ascia deiecerunt eas, incenderunt igni san„ctuarium tuum, in terra polluerunt tabernaculum nominis tui." Quanti nunc ab eis pontifices, presbiteri, diaconi, monachi, nobiles, ignobiles diversi sexus et aetatis interficiuntur, quanti cruciantur, ut tradant si quid auri vel argenti proprium vel ecclesiasticum habeant, et dum quae habent urgentibus penis facilius dant, iterum crudelibus tormentis oblatores urgent, autumantes quantam*[d] *partem non totum datum, et quanto plus dant, tanto amplius quempiam habere credunt. Non infirmior sexus, non consideratio nobilitatis, non reverentia sacerdotalis, non monastici habitus stemma crudelissimas mentes eorum mitigant. Quin immo ibi exagerantur ira furoris, ubi honorem conspiciunt dignitatis; senilis maturitas atque veneranda canities, quae caesariem capitis ut lanam candidam dealbarat*[e]*, nullam sibi ab hostibus misericordiam vendicant. Parvulos etiam ab uberibus maternis rapiens barbarus furor, insontem infantiam elidit ad terram. Impletum est nunc, quod olim Iudaei canebant: „Dixit inimicus incendere fines meos, et parvulos meos elisurum ad* Iudith. 16, 6. *„terras." In aedificiis autem magnarum ecclesiarum, domorum, civitatum, ubi incendium destructionis per ignem facere non possunt, parietes solo aequantur, ut nunc antiqua illa speciositas aedificiorum, nec quia fuerit prorsus appareat. Quod si quis nostris dictis derogaverit fidem, testis est civitas Puteolana, Aliphana ac Telesina, quae nichil aliud nisi quia olim fuere demonstrant. Set et aliae urbes quamplurimae aut raris aut nullis habitatoribus incoluntur, nam et hodie si qua supersunt, subinde desolantur, sicut et de civitate Capuana, quae olim post urbem Romanam totius Campaniae et caput et gloria extitit, fecerunt. Nam postquam eam hominibus deleverunt, auro et argento spoliaverunt, ne*

a) cor nostrum infixit. *Mart.* b) *ita Mart.* depopulant *c.* c) *ita Mart.* depredant *c.* d) quandam *Mart.* e) dealbat *M.*

86) Integras e cod. Casin. per Io. Mabillon exscriptas ediderunt Mart. et Dur. Coll. II, 186. 87) ib. 186.

1137. *vel ad horam locus impietati cederet illam incendio cremaverunt, et antiquam illam ingenuam et nobilem libertatem in servitutem redegerunt, et praecipuos quosque in captivitatem duxerunt, aurum, argentum, gemmas ac vestes, et quicquid pretiosum, quicquid carum invenerunt, asportaverunt. Quanta autem et qualia ipsi et dux illorum Casinensi intulere coenobio, et post vestrum et ante vestrum adventum, referre quis valeat? Ob quam rem rogamus, imperator invicte, ut vestrae camerae afflictae, destitutae ac desolatae subveniatis, nequando dicant Saraceni, Normanni, ac Langobardi: „Ubi est imperator illius?“*
Is autem qui apices ferebat, Liguriam dum devenisset, cartam quidem clementissimo imperatori Lothario detulit, set nullum emolumenti auxilium accipere potuit: nam idem imperator morbo simul et senio fessus, videns sibi iam iam finem vitae imminere,
88 apud Clusam Liguriae[88] se contulerat, ibique Henricum ducem Baioariae generum suum de ducatu Saxoniae sibi haeredem instituens[89], gemmea coeli palatia cum Christo sine
Dec. 4. fine regnaturus intravit, corpusque eius Maguntiae relatum et honorifice reconditum est.
1138. 127. Post haec duces, principes, marchiones, et omnes proceres imperii conve-
Mart. 7. nientes in unum, Conradum ducem Sueviae nepotem Henrici V. imperatoris in seniori
1139. Roma monocratorem constituunt. Eo etiam tempore Henricus Baioariae gener Lotharii
Oct. 20. 1137. iam dicti imperatoris vita decessit. Set ut ad id redeam unde digressus sum, et abbas Raynaldus cum regem Roggerium Farum transisse pro certo didicisset, consanguineorum et amicorum exercitum congregans, suscipientibus se civibus civitatem sancti Germani ingressus est, disponens alio die ad monasterium capiendum et ad abbatiam recuperandam montem ascendere. Contra quem Landulfus de Sancto Iohanne, a Guibaldo abbate a monasterio missus adveniens, civitatem optinuit, Raynaldumque cum suis vertens in fugam, ignem in civitatem immisit; plurimis captis ac pluribus debellatis, ad Guibaldum sursum ad monasterium rediit. Roggerius itaque rex sui exercitus falanga stipatus, supra civitatem Capuanam devenit; quam incendio tradens, suo iuri parere coegit. Guibaldus autem cum fratribus communicato consilio, legatos ad Roggerium destinat, tunc Capuae remorantem, pacem ab eo exquirens, et amicitiam spondens, cuius verba Roggerius pro nichilo ducens, inefficaces nuntios eius remisit, mandans se nulla ratione, nullo pacto ferre posse, ut abbas ab imperatore constitutus in Casinensi coenobio remaneret; quin immo si aliquo modo idem Guibaldus in ipsius manibus veniret, absque dubio laqueo suspensum necaret. Tantis itaque ac talibus minis Guibaldus perterritus, Casinense coenobium Landulfo de Sancto Iohanne ad custodiendum
Nov. 2. relinquens, quarto Nonas Novembris, insciis fratribus, eodem Landulfo sibi ducatum praebente, nocturno tempore recessit, dans potestatem fratribus eligendi quem vellent[90].
128. Iam duodecim dies a Guibaldi recessu transierant, cum fratres convenientes
91 in unum, et Spiritus sancti gratia invocata, elegerunt Raynaldum[91], eiusdem coenobii monachum, virum utique habitu, incessu et moribus honestissimum, et divina humanaque scientia clarum. Hic itaque nobilissimo Marsorum comitum genere, in Valeria scilicet provincia, sanguinis sui lineam ducens, tertio aetatis suae lustro sub Oderisio II beato Benedicto oblatus, tanta morum scientia, tanta honestate ac constantia super
Act. 9, 16. omnes coaevos sui temporis splenduit, ut iure illud dominicum ei possit ascribi: *Ego ostendam ei, quanta illum oporteat pati pro nomine meo.* Contra hunc namque coniuraverunt gentes et regna, et ut ita dicam orbis terrarum contra eum surrexit; set galea salutis et lorica fidei indutus, et patris Benedicti protectione munitus, adversantium et aemulantium insidias pro nichilo duxit. Eo etiam tempore, cum rex Roggerius civitates et castra usque ad confinia Casinensis coenobii recepisset, fortissimoque atque durissimo imperio suo iuri subditas retineret, eique nullo modo, nullo pacto idem abbas prout Roggerius volebat consentiret, se civitates et castra omniaque monasterio pertinentia demoliturum minari coepit, missisque nuntiis hoc abbati fratribus cunctoque populo nuntiari mandavit. Verum ut in talibus assolet, primum saevire vulgus ignobile, deinde saevitia in timorem mutata, suis cum omnibus, uxoribus quoque et filiis, Casinense ad monasterium confugerunt. Non post multum praefatus rex paciscens cum Casinen-

88) Minus accurate haec narrari apparet ex testibus a V. D. Iaffé allatis l. l. p. 223. 89) hoc quidem verum esse asseritur ib. p. 230. 90) per epistolam, quam e Petri regesto post chron. edidit Ang. de Nuce, repetitam in Murat. SS. IV. 622. 91) Colementanum, teste Anonymo Casinensi.

sibus, treuguam interim, ut omnes qui ob timorem illius aufugerant, ut cum suis ad propria reverterentur concessit.

129. His porro diebus erat quidam frater in Casinensi coenobio Albertus nomine, natione Pelignus, aetate senex, religiosam agens vitam, adeo ut caeteris fratribus admirationis et compunctionis saepe causa existeret. Is cum senio fessus in domo infirmorum maneret, et populi sua reportare cupientis tumultum auribus ausisset, quosdam ex circumstantibus, quid sibi vellet tam confusus populorum tumultus interrogavit. Ad quem unus: *Num tibi* inquit *incognitum esse potest, quis vel cur sit populorum iste tumultus, cum constet omnibus has plagas incolentibus esse notissimum?* Cui cum ille nil horum se nosse respondisset, ait: *Rex Roggerius nuper nobis minatus est, se et Casinense monasterium et omnem terram adiacentem destructurum: set omnipotentis Dei misericordia placatus treuguam nobis concessit, et inde est tumultus iste quem audis, cum ea quae ob timorem illius in Casinensi monasterio flendo delata fuerant a populo, gaudendo reportantur.* His saepe dictus frater auditis, ingemuit, atque ex intimo longa trahens suspiria, hunc psalmum decantare coepit cum lacrimis: *Iudica me Deus, et discerne causam meam* Ps 42,1. *de gente non sancta;* cumque versum illum qui dicitur: *Emitte lucem tuam*, canere coepisset, subito, mirabile dictu! immensa coruscatio super eum descendit, adeo ut ipse qui iam per aliquod tempus lumine privatus fuerat, lumen reciperet oculorum, atque illius immensae lucis munere minime fraudaretur. Nec mora, conspicit ianuas ecclesiae ipsius qua residebat patefactas, venerabiles vultu habituque viros duos ad se intrantes; quos cum vidisset deifico lumine circumdatos, expavit, nec ultra oculos levare ausus resedit. Tum illi propius accedentes, dixerunt: *Surge, age, frater Alberte, abbatique et fratribus ut penitentiam commissorum delictorum agere satagant edicito, discalciatisque pedibus antiphonam beatae Mariae decantantes egressi, letanias ante sacrosanctum beati patris Benedicti corpus peragant, si forte Deus vestrorum delictorum lamentis penitentiaque immemor factus, ab his locis tantas calamitates repellat.* Tum frater, quis esset et quibus vocitarentur nominibus inquisivit. Ad haec ille: *Ego* inquit *sum Maurus, sanctissimi patris Benedicti discipulus: hic vero eiusdem patris et ipse discipulus Placidus est,* adiecitque: *Haec quae nunc a te vel audita vel visa sunt, cave ne pigritia dicere quibus tibi iussum est praetermittas; sin alias, contemptus pigritiaeque penam incurres. Scias quoque, te ideo divino iustoque iudicio corporali lumine fuisse privatum, quia quae aliquando in capitulo ob penitentiam agendam divina est tibi dignata ostendere maiestas, tui cordis celasti abscondito, nulli quae videras revelans.* Namque idem frater, dum adhuc sub districtione coenobitalis institutionis in claustro cum reliquis fratribus commoraretur, seque vigiliis, ieiuniis, orationibus et scoparum verberibus in conspectu Divinitatis mactaret, quadam nocte dum capitulum ingressus fuisset, raptus in spiritu, iudiciarias Domino una cum matre considente sedes in absida ipsius capituli, ut attenus[a] in pictura cernitur, ordinatas esse conspexit, tantoque liberius divinis coepit intendere, quanto se ab humanis rebus fecerat alienum. Cum itaque hac visione stupefactus astaret, vidit subito sanctissimum patrem Benedictum, a dextris quidem Maurum, a sinistris vero habens Placidum, in medio concilii advenisse, ingentibusque clamoribus Cunctipotentis maiestatem talibus questibus interpellasse: *Rex regum, creator, redemptor mortalium, sine cuius nutu humana fragilitas subsistere nullatenus potest, has mei questus voces exaudias, meumque quem te donante fabricandum perpetuoque regendum monasterium suscepi respicias; tu enim Domine, qui cogitationes de longe consideras, et vocas ea quae non sunt, tanquam ea quae sunt, hunc locum adhuc michi mortali carne posito destruendum esse monstraveras, gentibusque barbaris res quae fratribus praeparaveram, te traditurum esse, occulto iudicio dixeras: in melius restaurandum fore post modicum, promisisti. Quod et factum hodie cernitur; insurrexerunt namque contra hunc locum iniquissimi quidam et Deo odibiles, conantes praedictum destruere locum. Rectores quoque istius loci nequaquam boni pastoris set voracis lupi vestigia sequentes, oves sibi commissas mordacibus dentibus ut tiranni laniant, res et opes ad tui servitium et honorem congregatas*[b] *in turpissimos usus convertunt, populum sibi commissum ut lascivientes vaccas vagari sinunt, pupillorum quoque viduarumque causas contempnentes, ad sola munera convertuntur. Quem das finem rex magne polorum?* His dictis sanctus conticuit, factoque ibi fine quievit. Cum ecce

a) *i. e.* hactenus. b) congregatae *c.*

innumerabilis multitudo demonum, furcis igneisque uncinis armata, ante se Crescentium Marsorum comitem habentes advenit, turibulaque argentea magna, quae ex Casinensi monasterio quidam in pignore acceperat, et quae contra voluntatem Seniorecti abbatis recollegerat, in naribus veluti de fornace exirent habentem. Quem idem frater cum interrogasset, cur tantis tormentis afficeretur; ob maiorum turibulorum detentione se cruciari respondit, coepitque monachum rogare, ut haec quae de se vidisset, filio suo Berardo diceret, et ut suprascripta turibula Casinensi coenobio redderentur, ex sui parte rogare, addens, hoc illis signum sit, quod eadem turibula, insuper et aureum calicem, ab aliis rebus dum adviveret segregasse, hocque nullum exceptis Fuscone et Transmundo suis consiliariis scire. Quod ubi ad se rediit dicere dubitavit. Exhinc iusto Dei iudicio actum est, ut frater ille lumine privaretur, et qui lumen aeternum quod viderat, talentumque quod erogandum acceperat, caeteris erogare conservis noluit, set in terram ut piger servus abscondit, iuste proprium lumen talentumque amisit. Et ut ad ea quae reliquimus revertamur, sancti viri Mauri auditis monitis, illisque recedentibus, lux quoque quae eius illustraverat oculos cum eisdem recessit, adeo ut coecus velut antea fuerat remaneret. Verum ne pro deliratore et mendoso haberetur, haec quae viderat vel audierat dicere noluit. Tricesimo itaque die postquam haec viderat illucescente, eodem fratre in loco ubi praedictam visionem viderat residente, in ecclesia scilicet sancti Andreae apostoli, isdem qui supra sanctissimus Maurus apparuit, et cur quae viderat vel audierat dicere renuisset increpans, talia verba profudit: *Ego quidem, frater, praecepi, ut secreta Dei quae per me tibi revelata sunt, hominibus revelares: set tu despectui pigritiaeque tradidisti. Unde velut maiestatis reus tradendus esses penis inextinguibilibus; set quia cunctipotentis Dei misericordia, quae melior est super vitas, hoc tibi commissum indulget, praecipio ut quae a me tibi revelata sunt, dicere ne pigriteris. Quod si* 92 *quod absit non feceris, aeternis traderis incendiis.* Haec fatus in[92] tenues subito sanctus evanuit auras, frater autem continuo surgens, abbatem ad se evocat, et cuncta quae viderat vel audierat seriatim enuntiat. Abbas autem fratres convocans, seriatim quae supradictus frater viderat retexens, discalciatis pedibus capitulum quo resederant egressi, letanias cum lacrimis et fletu ante patris Benedicti corpus peregerunt. Caeterum cum quidam fratres haec deliramenta putarent, nullumque vellent assensum praebere, quadam die praedictus monachus Albertus me ad se vocari fecit, reque ut viderat intimata, me praesente sacramento firmavit. Nullum ergo de hoc aliquo modo dubitare admoneo, ne forte suae incredulitatis penam recipiant, ut cum me falsiloquii reprehenderent, falsi testes mentientesque apud districtum Iesu Christi examen habeantur.

1138. 130. Eo etiam tempore Petrus filius Petri Leonis humanis rebus exemptus, diem
Ian. 25. clausit extremum, et in loco illius fautores eius Gregorium cardinalem tituli Apostolo-
Mart. rum sibi praeficientes, Victorem appellari decernunt. Innocentius autem immensa in
filios Petri Leonis et in his qui eis adhaerebant pecunia profligata, illos ad suam partem
attraxit, sicque cardinales qui iam dicto filio Petri Leonis communicaverant, omni auxi-
Mai. lio destituti, Innocentii vestigiis advolvuntur; sacramento a parte illius prius accepto,
ne illos officio privaret, ne bonis diminueret: sed ad tempus[a].

a) *Hic cod. desinit in media columna. Sed accuratiorem codicum Casinensium descriptionem quam per Bethmannum nostrum, dum haec imprimebantur, accepi, hic subiungere liceat. — Cod.* 450. *mbr. fol. saec. XIII. in duabus columnis eleganter scriptus est; litterae initiales calamo pulcherrime pictae, sed tantum usque ad II,* 42; *ea quam L. Tosti dedit, post ind. cap. sequitur. In indiculis capitum aliqua manu recentiore suppleta sunt, quae ibi adnotavimus. Cap. IV,* 16. *cum sequentibus manus alia sed coaeva scripsit,* 4 *foliis insertis quae continent* S. Dionisii — (*c.* 25.) 4. Non Dec. *Eadem etiam ultimum quaternionem* (*c.* 96—130.) *scripsit, et in media pagina desinit. Reliqua manus primaria omnia scripsit, quae etiam annales in fine addidit. Nihil quicquam additum est vel mutatum. Aliena quaedam de redditibus et ritu mon. vacuis foliis inscripta sunt, ultimo manu s. XIII. epistola Roffridi abbatis, quam A. de Nuce edidit ad Vitam S. Ben. c.* 18. — *Alter cod.* 202. *fol. manu continua s XII. scriptus est; folii ultimi pars inferior abscisa est, sed assuta membrana; v. p.* 725 *not. n.*

92) cf. Virg. Aen. IV, 278. IX, 658.

CHRONICON HILDESHEIMENSE.

Ecclesia Hildesheimensis Annalibus ad annum 1040 *usque deductis, tum Thancmari libro et utroque Wolfheri opere gaudebat, quum vergente saeculo undecimo chronicon conscribi coeptum est, quod ab initio episcopatus usque ad obitum Ettilonis episcopi anno* 1079 *defuncti productum, paucas paginas explevit. Auctoris nomen latet; si tamen inter scolasticos ecclesiae Hildesheimensis quaerendus est, Godefridum fortasse vocaveris, quem sub Udone obiisse legimus. Quisquis sit, in rebus quae tempus suum praecesserunt annotandis annales Hildenesheimenses, vitam Bernwardi et vitam Godehardi exscripsit, et libris chartisque in thesauro ecclesiae adservatis uti potuit; genuina tamen libelli pars vitam Ettilonis complectitur, statimque eo mortuo absoluta esse videtur. Iam prima haec libri editio, quam Annalista Saxo saeculo duodecimo exeunte exscripsit*[1]*, pars fuisse videtur libri pontificalis ab Udone episcopo ecclesiae suae in usum conditi, in quo kalendarium, martyrologium, ordo canonicus, aliaque ad res ecclesiae facientia legebantur, et cuius hodie nonnisi apographum saeculo XII. confectum extat. Codex membranaceus formae quam dicunt in* 4° *maiori, hodie bibliothecae serenissimi ducis Brunsvicensis et Luneburgensis Welferbytanae, olim Hildesheimensis, saeculo XII. exeunte conscriptus, post octo folia priora, saeculo XIV. scriptura antiquiori erasa iam ordinem „Did is de wyse des reuentere" exhibentia, fol.* 9 *servitia coquinae per annum de prepositura maiori enumerat, foll.* 10—15. *kalendarium ecclesiae Hildesheimensis, foll.* 16—24. *sententias patrum quibus clericalis ordo ad bene vivendum instituitur, foll.* 34. 35. *nomina fratrum nostrorum archiepiscoporum et episcoporum, tum foliis* 35. 35′. 36. *erasis, foll.* 36′—128′. *martyrologium et necrologium sistit. Foll.* 129. 130. *nomina aecclesiarum quae nobis fratres et sorores in Christo, nostras orationes in cotidianis sacrificiis a nobis expectant et suas debent nobis etc., nomina episcoporum Hildeneshemensis aecclesiae tum presbyterorum, diaconorum, subdiaconorum, accolitarum et scolarium inde ab a.* 1078 *sub Udone episcopo defunctorum; foll.* 131. *nomina regum et imperatorum inde a Pippino Anschisi filio usque ad obitum Heinrici IV. a.* 1106, *fol.* 131—162. *chronicon Hildeneshemense, fol.* 164—173. *manu saeculi XIV fundationes et chartas, fol.* 179—188. *fundationes et obedientias saeculis XII et XIII scriptas exhibet, quas fol.* 162′. 189—204. *notitiae chartaeque saec. XIII. XIV. XV libro illatae subsequuntur; quare librum non modo ecclesiae in usum conscriptum, sed per tria saecula constanter adhibitum auctumque patet. Ita et Udonis librum, nostri fontem, et Udone superstite et eo defuncto auctum fuisse statuere licet, quemadmodum in*

1) usque ad a. 1079, vide notas in margine editionis nostrae T. SS. VI.

ecclesia Romana codices diversos libri censualis qui sub Cencii camerarii nomine laudatur, adhibitos, auctosque comprobavimus[2].

Chronicon in ipso Udonis codice vitis episcoporum Ettiloni inde ab anno 2 1079 *succedentium, Udonis Bruningi et Bertholdi, fortasse et Bernhardi et Brunonis annis* 1153 *et* 1162 *defunctorum a diversis scribis auctum, saeculo XII. exeunte codici nostro illatum, eademque manu addita Hermanni vita usque ad initium Adelogi a.* 1171 *productum est. Scriptor quisquis sit Bernhardi Brunonis Hermanni et Adelogi nomina episcoporum catalogo rubra littera inseruit, ideoque sub eis floruisse censendus est, fortasse non alius a Bernone scolastico eius temporis celebri, quem post Adelogum cathedram Hildesheimensem occupasse novimus. Vita Adelogi manu saeculi XIII. ineuntis scripta, una cum vitis Bernonis, Conradi, Herberti et Sifridi usque ad a.* 1227 *successorum, saeculo XIV. erasa eodemque loco iterum scripta est, ita ut hodie nonnisi principium eius manu auctoris exaratum extet, reliqua manum saeculi XIV prae se ferant. Quod quare factum sit ignoratur. Contra successoris Sifridi, Conradi episcopi a.* 1249 *defuncti, vita intacta mansit et litteram saeculi XIII. medii ostendit. Vita Heinrici a.* 1257 *mortui, alia eiusdem temporis manu exarata fol.* 146′, *et manu saeculi XIV. scripta fol.* 147. 147′ *et* 148 *altera vice habetur. Iohannis et Ottonis, a.* 1261 *et* 1279 *defunctorum, vitas ipsa saeculi XIV. manus scripsit, quae fortasse et vitas Sifridi et Heinrici a.* 1310 *et* 1318 *mortuorum postea subiecit; ultimae Heinrici lineae alii saeculi XIV. scriptori debentur. Reliquum operis, vitae Ottonis, Henrici, Iohannis, Gherardi, Iohannis et Magni, plus centum annis complexum uni saeculi XV. scriptori debetur, qui anno* 1433 *libro finem imposuit. Opus igitur ab exeunte saeculo undecimo usque ad saeculum XV. a canonicis Hildesheimensibus per tempora sibi succedentibus compositum et quasi ecclesiae nomine scriptum*[3]*, in rebus ecclesiae fidem non exiguam sibi conciliat, et historiae Saxoniae illustrandae conducit. Vulgavit librum Leibnitius in SS. Brunsv. T. I,* 742—772 *sub titulis: „Chronicon episcoporum Hildeshemensium" „Excerpta ex Necrologio Hildeshemensis ecclesiae veteri" „Indiculi confraternitatum et episcoporum Hildeshemensis ecclesiae" „Nomina archiepiscoporum et episcoporum qui primum in Hildeshemensi ecclesia canonici fuerunt" „Excerpta paucula ex libro donationum ecclesiae Hildeshemensi factarum", et „Fragmentum de reliquiis quibusdam ecclesiae cathedralis Hildeshemensis" — ordine praepostero, eodem tamen usus codice Welferbytano, quem et ego numero*

1) *signatum editionis nostrae fundamentum posui. Scripturae specimina adieci, librum ad litteram expressi, saeculo tamen duodecimo usque ad Bernonem episcopum primarium scribendi modum quantum ad diphthongum* ae *et litteram* t *iis locis quibus antiquior textus a scriba posterioris aevi repetitur, restituendum duxi. Necrologium prolixius aliaque a ratione huius tomi magis aliena alii loco reservavi. Eandem in rem evolvendi erant praeterea codices duo in bibliotheca Welferbytana adservati, scilicet inter Extravagantes:*

2) *Cod. Nro.* 115 *in folio et*

3) *Cod. Nro.* 227 *in* 4°, *uterque chartaceus, quorum hic quidem ex illo transscriptus nullius momenti est, ille autem post Engelhusii chronicon excerpta nonnulla historica, ex Iordane de rebus Geticis, aliaque, et ultimo loco foll.* 188—196 Cronicam episcoporum diocesis Hildensemensis necnon abbatum monasterii sancti Michaelis *exhibet, quae aeque ac codex* 1. *vel ex ipso Udonis*

2) *Archiv T. V. 3) vitas in anniversariis defunctorum legi solitas, initia earum p. 859, 860, 863 ostendunt.

855

Cod. Wolferbyt. Aug. in fol. 83. 30. fol. 134

tatis subtili sagacitate distribuens per villas. curtes. familias et decimas terciam partem ad prebendam fratrum instituere decreuit. sed obitu preuentus eandem inscriptionem successori suo complendam reliquit. Hic etiam anno dcc. lxxxiiii. incarnationis domini et sue ordinationis anno. iiii. con

fol. 140.

delogus prepositus Goslariensis post decessum hermanni episcopi ab omnibus electus est. Qui plus ut in in priuilegiis suis continetur fratrum commodis pie prospiciens in prestatione castri honburg quo ipse aliena

XXVIII Epc

fol. 145

Anniuersarius venerabilis domini. Conradi. xxviii. ecclesie nostre episcopi. qui postquam parisius in diuina pagina laudabiliter rexerat. et crucem contra albienses predicarat. assumptus fuerat ad regimen ecclesie nostre. ubi cum uir venerabilis spiritu dei regetur circa spiritualia magnam curam habuit. et tamen idcirco dispositionem temporalium non neglexit. Tempore enim suo recepti sunt fratres predicatores et minores

fol. 146'

urbani pape

Post cessionem venerabilis patris ac domini episcopi Conradi dominus Henricus [illegible] ecclesie prepositus in episcopum eligitur [illegible] postulatur [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] confirmatur [illegible]

fol. 141

fratrum in usum ecclesie debeant peruenire. Consuetudines preterea quaslibet. et quedam iura ecclesie. que ante tempora sua scripta specialiter comprehensa non habuimus. ne in posterum aliqua posset malignancium iniquitate conuelli. scripto co

fol. 159

Venerabili pie memorie Domino Henrico de Woldenberghe Episcopo nostro diu mortuo feliciter defuncto de quo sufficiens scriptura superius reperitur successit ei patruus eius Dominus Otto de Woldenberghe prius monasterii sancti Mauricii in Monte canonicus concorditer electus. Hic in principio ingressus sui habuit conflictum cum quibusdam oppressoribus terre nostre videlicet de Engelingestborstel [illegible] villa

2 Cod. Wolferbyt. Extr. 115 fol. 189

assumptio inquirit et assidere ecclesia sua quam ipse inchoauit consummauit dedicauit et sepultus quiescit ibi ossaque hodie sunt miraculorum uirtutibus plana sunt

functa prole eius [illegible] statuit ibidem

Huic Walbertus septimus Episcopus successit qui possessionem et prebendam fratrum ut au-

fol. 186.

nec dampnabiliter infectos et certa alia que causa honestatis supersedeo. et abbatem Gruningensem alloquitur qui nitebatur sibi in una lingua [illegible] jussus

Cooperantibus sanctis [illegible] nesto episcopo Eghardo de Wend Apposito anno domini [illegible] lxviii 1468 fuit bellum [illegible] Ducem Wilhelmum ac filios [illegible] Wilhelmum

fol. 196'

[illegible]

[illegible]

R. Wiemann Dr. sc.

libro vel ex apographo eius altero fluxit, eamque ob causam meliorem nonnullis locis lectionem exhibet, quam in textu recipiendam haud dubitavi. Cumque et nonnulla de tumulis episcoporum aliaque scriptori saeculo XV. medio viventi comperta exhiberet, ea Wattenbachio nostro operam praestante annotanda atque nonnulla de episcopis saeculi illius subiicienda curavi; at abbatum S. Michaelis chronicon inter scriptores posteriores referendum erit. Maior libri pars medio saeculo XV. scripta est, reliqua circa annum 1458, *aliisque plane manibus annis* 1471, 1472 *et sequentibus addita sunt. Libro nostro Leibnitius in edenda Chronica episcoporum Hildensheimensium necnon abbatum monasterii S. Michaelis T. II. p.* 784 *sqq. usus est.*

Antiquior chronici pars Annalistae Saxoni, totum opus Conrado Bothoni et Heinrico Bodoni innotuit, qui complura inde in chronicon picturatum[3] *et syntagma Gandersheimense receperunt.*

In adnotationibus multa debemus eximio rerum Hildesheimensium doctori[3] *V. Cl. Hermanno Adolfo Lüntzel, a cuius humanitate, ut rerum patriarum tempus locumve ex locuplete doctrinae penu illustraret, facile obtinui.*

Catalogum episcoporum Hildenesheimensium quem Leibnitius ex chronicis Eggehardi Uragiensis abbatis ad Egbertum Corbeiensem abbatem desumtum dicit et tomo II. p. 772 *collectionis suae inseruit, ut nullius pretii excerptum omitti placuit.*

NOMINA FRATRUM NOSTRORUM ARCHIEPISCOPORUM. fol. 34.

Fritherlcus archiepiscopus.	Moguntinus obiit a. 954. 9. Kal. Nov.
Reinwardus archiepiscopus.	Bremensis obiit a. 916.
Volcmarus archiepiscopus.	Coloniensis obiit a. 967.
Bruno archiepiscopus.	Coloniensis obiit a. 965.
Willehemmus archiepiscopus.	Moguntinus obiit a. 968.
Rothbertus archiepiscopus.	Moguntinus obiit a. 975. Id. Ianuar.
Ghero archiepiscopus.	Coloniensis obiit a. 976.
Etheldagus archiepiscopus.	Bremensis obiit a. 988.
Luidolfus[a] archiepiscopus.	Trevirensis obiit a. 1008.
Willeghisus archiepiscopus.	Moguntinus obiit a. 1011. 7. Kal. Mart.
Unewanus archiepiscopus.	Bremensis obiit a. 1029. 6. Kal. Febr.
Anno Coloniensis archiepiscopus.	obiit a. 1075. 2. Non. Dec.
Anno incarnationis Domini 1107 Heinricus frater noster a puero in nostra aecclesia nutritus Magedeburgiensis archiepiscopus sub papa Paschali II. catholice ordinatus.	obiit a. 1107. 17. Kal. Mai.
Conradus Salzburgensis archiepiscopus.	obiit a. 1147.
Reinaldus Coloniensis archiepiscopus.	obiit a. 1167. 19. Kal. Sept.

NOMINA FRATRUM NOSTRORUM EPISCOPORUM.

Dudo episcopus.	Osnabrugensis obiit circa a. 949.
Londwardus episcopus.	Mindensis obiit a. 969.
Bernhardus episcopus.	Halberstadensis obiit a. 968.
Eevurisus episcopus.	Mindensis obiit a. 950.
Thieodericus episcopus.	Mettensis obiit a. 984.
Esicus episcopus.	fortasse Augustensis obiit a. 988.
Dodo episcopus.	Monasteriensis obiit a. 993.
Erpo episcopus.	Verdensis obiit a. 994.
Bernharius episcopus.	Verdensis obiit a. 1013.
Bernhardus episcopus.	Aldenburgensis obiit a. 1023.

a) Lvidolfus *codex*.

3) Leibn. SS. Brunsv. III. p. 277. 4) ib. II. p. 332.

Ekkehardus episcopus.	Sliaswicensis obiit a. 1026. 4. Non. Aug.
Bruno episcopus.	Augustensis obiit a. 1029.
Sigifridus episcopus.	Monasteriensis obiit a. 1032. 5. Kal. Dec.
Bruno episcopus.	Merseburgensis obiit a. 1036. Aug. 13.
Ezelinus episcopus.	Merseburgensis obiit c. a. 1056.
Volcwardus praepositus noster, episcopus.	Brandenburgensis? obiit ante a. 1068. 14. Kal. Iun.
Bernhardus episcopus.	Osnabrugensis? obiit a. 1068.
Bruno magister scolarum Hildeneshem, postea Veronensis episcopus, a capellano suo occiditur.	obiit a. 1083 vel 1084. 15. Kal. Mart.
Poppo Patherburnensis episcopus.	obiit a. 1084. 4. Kal. Dec.
Cono Brissinensis episcopus.	Brixiensis obiit c. a. 1087.
Benno Osenbrucgensis[a] episcopus et praepositus noster.	obiit a. 1088. 6. Kal. Aug.
Volcmarus Mindensis episcopus in scismate.	obiit a. 1097.
Erpo Monasteriensis episcopus in scismate.	obiit a. 1097. 4. Id. Nov.
Conradus Traiectensis episcopus occisus.	obiit a. 1099. Id. April.
Eppo praepositus sancti Petri Goslariae, frater noster, Wormaciensi episcopo Adalberto[a'] superponitur in scismate, quod fuit inter Romanam aecclesiam et Heinricum quartum regem huius nominis.	obiit c. a. 1101.
Albwinus primum magister scolarum Hildeneshem, postea Merseburgensis[b] episcopus.	obiit 11. . . 10. Kal. Nov.
Siwardus Mindensis episcopus.	obiit a. 1140. 4. Kal. Mai.
Udo[c] Osenbrucgensis episcopus, primum[d] praepositus sancti Mauritii.	obiit a. 1141. 4. Kal. Iul.
Bernhardus Palburnensis episcopus[e].	obiit a. 1160.

fol. 129. NOMINA AECCLESIARUM QUI NOBIS FRATRES ET SORORES IN CHRISTO nostras orationes in cotidianis sacrificiis a nobis expectant, et suas debent nobis vivis et defunctis, sicut a maioribus nostris accepimus.

Remensis aecclesia, quae mater fuit Hildeneshemensis aecclesiae in canonica institutione. Parisiensis in Francia. Sancti Gereonis in Colonia. Babenbergensis. Monasteriensis. Paterbrunnensis. Halverstadensis. Vuldensis. Heresfeldensis. Corbeiensis. Helemwardeshusensis. Heresa. Ganderhemmensis. Goslariensis. Ringelhem. Bruneswic. Pragensis. Montecassino. Turonis. Quidilingburgensis. Magetheburgiensis. Osenbrucgensis. Altahensis. Tegrinsenses, qui missale cum euangeliario et lectionario in signum fraternitatis huc dederunt. Hi omnes nomina et obitus defunctorum suorum per litteras et per nuncios nobis annunciare debent, et nos illis nostrorum fratrum, ut fiant communes orationes per 30 dies; et in anniversariis, in missis et in ceteris commemorationibus mortuorum et in autumno per tres dies recordationis fratrum, nomina praedictarum aecclesiarum in conventu publico recitari debent, et in publicis missis, tam pro vivis quam pro defunctis, memoria fratrum nostrorum et sororum per hos tres dies cum oblationibus celebrari debet et elemosinis.

HAEC SUNT NOMINA EPISCOPORUM HILDENESHEMENSIS AECCLESIAE a tempore Karoli Magni, qui fundavit hanc aecclesiam.

Guntharius primus episcopus.
Reinbertus secundus episcopus.
Ebo tertius, qui prius Remensis archiepiscopus.
Altfridus quartus episcopus.
Marcwardus quintus episcopus.
Wigbertus sextus episcopus.
Walbertus septimus episcopus.
Sehardus octavus episcopus.
Thiethardus nonus episcopus.

a) Osenbrucgnsis *c.* a') abalberto *c.* b) Merseburgis *c.* c) do *c.* d) primus *c.* e) *in pagina eadem et proxime sequentibus multa erasa sunt*

Otwinus decimus episcopus.
Osdagus undecimus episcopus.
Gerdagus duodecimus episcopus.
Bernwardus terciusdecimus episcopus.
Godehardus quartus decimus episcopus.
Thietmarus quintus decimus episcopus.
Ezelinus 16. episcopus.
Ettilo 17. episcopus.
Udo 18. episcopus.
Bertoldus 19. episcopus[b].
Bernhardus 20. episcopus.
Bruno 21. episcopus.
Hermannus 22. episcopus.
Adelogus 23. episcopus.

Nomina presbyterorum Hildeneshemensis aecclesiae canonicorum, qui ab anno incarnationis dominicae 1078. post obitum Ettylonis 17^{i} episcopi obierunt in Christo sub Udone 18° episcopo, de maiori monasterio sanctae Mariae.

Reteldus presbyter.
Sigemannus presbyter.
Hartnidus presbyter.
Ezelinus presbyter.
Heinricus presbyter.
Edwardus presbyter.
Sibertus presbyter.
Gozbertus praepositus et presbyter.
Bodo praepositus et presbyter.
Scazo presbyter.
Dudo presbyter.
Bernhardus presbyter.
Aldomnus presbyter.
Gumbertus presbyter.
Ludolfus presbyter.
Gerdagus presbyter.
Sibertus presbyter.
Ezelo presbyter.
Adeloldus presbyter.
Abico presbyter.
Hezelo[c] presbyter.
Tiethmarus presbyter Hildeneshemensis canonicus postea monachus in monte Cassino.
Everhardus presbyter.
Wideroldus presbyter.
Odelricus presbyter decanus nostrae aecclesiae thesaurarius.
Betto presbyter.
Heico presbyter.
Ghiselbertus presbyter.
Albuinus nostrae aecclesiae decanus et presbyter.
Hoico presbyter.
Walthardus presbyter.
Franco presbyter.
Conradus presbyter.
Hartbertus presbyter.
Bruninghus presbyter.
Bevo presbyter.
Volchardus presbyter.
Azzo presbyter.
Bertoldus presbyter.
Bruningus presbyter.
Rodolfus presbyter.
Benico decanus presbyter.
Iohannes presbyter.
Alfwinus magister scolarum presbyter.
Burchardus presbyter.
Hermannus presbyter.
Iohannes presbyter.
Sifridus presbyter.
Bernhardus presbyter.
Ekkehardus praepositus presbyter.
Richertus decanus et presbyter.
Lambertus presbyter.
Werno presbyter.
Conradus presbyter.
Lambertus presbyter.
Bertoldus presbyter.
Heribordus presbyter
Wigandus presbyter.

Nomina[a] diaconorum Hildeneshemensis aecclesiae canonicorum, qui ab anno incarnationis dominicae 1079 post obitum Ettilonis 17^{i} episcopi obierunt in Christo sub Udone octavo decimo episcopo de maiori monasterio sanctae Mariae matris Domini.

Amelungus diaconus.
Dudo diaconus.
Benno diaconus.
Hilderadus diaconus.
Thiodericus diaconus.
Reinoldus diaconus.
Heinricus diaconus.
Hyrimfridus diaconus.
Tiodericus diaconus.
Albero diaconus.
Thiodericus diaconus et praepositus.
Volcoldus diaconus.
Liudegherus diaconus.
Bertholdus praepositus et diaconus.
Odelricus diaconus.
Eilbertus diaconus.
Bruno diaconus.
Bruno diaconus.
Esicus diaconus.
Ekehardus diaconus.
Thodelo diaconus.
Gherlagus diaconus.
Hermannus diaconus.
Theodericus diaconus.
Eilhardus diaconus.
Bertoldus diaconus.
Otto diaconus.
Gozmarus diaconus.
Bruningus diaconus.
Harderadus diaconus.
Burchardus diaconus.
Bruno diaconus.
Otto praepositus et diaconus.
Haoldus diaconus.
Beringerus diaconus.
Thietmarus diaconus.
Widekindus diaconus.
Heinricus diaconus.

a) *versus minio scriptus.* b) *reliqua quatuor nomina minio scripta indicare videntur episcopos istos scriptoris tempore praefuisse ecclesiae.* c) Hzelo *codex.*

Nomina subdiaconorum et accolitorum et scolarium Hildeneshemensis aecclesiae canonicorum, qui ab anno incarnationis dominicae 1079. post obitum Ettilonis 17[i] episcopi obierunt in Christo sub Udone octavo decimo episcopo de maiori monasterio sanctae Mariae matris Domini.

Hezzelo subdiaconus.	Sigewinus subdiaconus.	Widego subdiaconus.
Rodolfus subdiaconus et praepositus.	Thiodericus subdiaconus.	Everhardus subdiaconus.
	Meinhardus subdiaconus.	Hugo subdiaconus.
Thietbertus subdiaconus.	Bodo subdiaconus.	Poppo subdiaconus.
Wernherus subdiaconus.	Thiodericus subdiaconus.	Werno subdiaconus.
Huboldus subdiaconus.	Beneko subdiaconus.	
Volcherus accolitus.	Heinricus accolitus.	Sigebodo accolitus.
Alfardus accolitus.	Hermannus accolitus.	Heinricus accolitus.
Godefridus scolaris.	Iohannes scolaris.	Burchardus scolaris.
Thiethardus scolaris.	Odelricus scolaris.	

Pyppinus filius Angysi annis 25 regnavit.

Karolus filius eius annis 25 regnavit.

Pyppinus annis 27 regnavit.

Karolus Magnus annis 47 regnavit. Cui Leo tercius, qui dicitur excecatus, imposuit coronam imperii Romae et laudes „Christus vincit" pro papa et regibus et principibus dicendas instituit in die ordinationis suae.

Lodewicus filius eius annis 26 regnavit.

Lodewicus annis 35 regnavit.

Lodewicus annis 5 regnavit.

Lodewicus annis 6 regnavit.

Karolus annis 13 regnavit.

Arnulfus annis 12 regnavit.

Lodewicus annis 7 regnavit.

Conradus annis 20 regnavit.

Heynricus annis 36 regnavit.

Otto annis 11 regnavit. Qui Magdeburgensem episcopatum cum suis suffraganeis quinque instituit.

Otto annis 18 regnavit.

Otto annis 23 regnavit.

Heynricus annis 14 regnavit. Qui Bavenbergensem episcopatum instituit.

Conradus annis 17 et menses 6.

Heynricus[a] annis 17 et menses 4. Qui Goslariensem congregationem de suo construxit.

Heynricus, Heynrici filius, quartus rex huius nominis dictus, excommunicatus a quatuor Romanis pontificibus Gregorio VII. et Victore III, Urbano II. et Paschali II, anno incarnationis dominicae 1107, ordinationis suae anno 53[b] obiit[c]. Regnavit autem post obitum patris beatae memoriae Heynrici imperatoris 51. In vigilia epyphaniae Domini in Inghelhem regali curia in praesentia filii sui regis Heynrici huius nominis quinti, in audientia multorum principum regni, qui ab eo discesserant propter excommunicationem, et filium suum regem elegerunt, absolutionem quesivit a Romanis legatis Richardo Albanensi et Ghebehardo Constantiensi, et non accepit, et ibi coronam et cetera regalia principibus reddidit. Eodem anno 7. Ydus Augusti obiit Leodii non absolutus[d].

---

1. Karolus imperator magnus, qui supremo vitae suae tempore Saxones diversis variisque conflictibus duodecimo demum bello ad fidem Christi compulit, et Dei auxilio

a) Heynricus a. 17 et m. 4. *desunt in codice, sed supplenda esse videbantur.* b) *ita emendo;* III. *codex.* c) *vox deest in c.* d) *hic incipit* 2.

episcoporumque consilio christianam religionem super eos corroboravit, aecclesias scilicet per loca Patherburne, Corbeiae, Mynden, Hyldeneshem, Herstelle, et ceteras aedificari fecit, et episcopatus ibidem futuros praeordinavit, anno incarnationis Domini 814. 814. ad Christum migravit, anno aetatis suae 72, regni autem eius 43, imperii vero 14; cui filius eius Lothewicus successit. Qui et eosdem episcopatus iuxta decretum patris instituit, et ipse GUNTHARIUM primum episcopum in Hildeneshem ordinari fecit. Qui epi- †834? Iul. 5. scopus primo suae ordinationis tempore in cymiterio capellam aedificavit, in qua[a] postmodum sepultus cum suis successoribus quievit.

2. Huic successit REINBERTUS secundus episcopus, quo defuncto anno dehinc praedictae incarnationis Domini 835[c] †835. Febr. 12.

3. EBO archiepiscopus Remis deponitur, et in Hildeneshem imperatoris clementia relegatur. Qui 12 annis aecclesiae praefuit, et episcopalem ordinem, ut sibi videbatur, †851 Mart. 20. exercuit.

4. Anno deinde 847.[b] incarnationis Domini ALTFRIDUS quartus episcopus ordina- 847. ante Aug. 15. tur. Qui aecclesiam regulariter regendo, quicquid antecessor suus de sacris ordinibus temere usurpavit, decreto canonum rationabiliter annullavit. Idem praesul monasterium nostrum in timore Domini inchoavit, et sub ipso inchoationis exordio criptam orientalem in honore sanctae Mariae virginis consecravit. Qui et duas curtes suae proprietatis Saleghenstad[c, 5] et Asnede[6] nostrae aecclesiae condonavit. In quibus abbatias, Salegenstad monachorum, et Asnede virginum coadunavit. Ipse episcopus 852. praedictae cf. Vitam Godehardi. incarnationis Domini anno cum Liudolfo Gandeshemense cenobium primo in Brunestes- 852. husen, et quarto post haec anno in Gandesheim[d], ut praenotatum est, inchoavit. Qui et aecclesiam ibidem aedificare coepit, et Hathamodam eius ducis filiam primam abbatissam ibidem ordinavit, decimas etiam ex proprietate suae aecclesiae ibidem pro exhibendo sibi servimine et censu in beneficium praestitit, et cetera ibi Christo famulantibus profutura ex suo paterna pietate providit. Qui 18. post anno Hathamoda defuncta Gerbergam sororem eius abbatissam ordinavit. Ipse etiam anno incarnationis Domini 872. cf. Ann. Hild. 872. suae vero ordinationis 26. inchoatum Hildeneshem monasterium Deo gratias consummavit, et divinae maiestati in honore sanctae Mariae sub tytulo sanctorum Cosmae et Damiani, Tyburtii et Valeriani, et sanctae virginis Ceciliae devotissime dedicavit Kal. Novembris. Qui et tercio post anno, suae ordinationis 29, plenus dierum et vere plenus bonorum operum 18. Kalendas[e] Septembris, scilicet in assumptione sanctae Mariae, in consortium sanctorum veraciter assumptus migravit, et Asnede in sua aecclesia, quam 874. Aug. 15. ipse inchoavit, consummavit, dedicavit, sepultus quievit, ibi usque hodie in miraculorum virtutibus per plurima sanitatum insignia, ut eo loci commanentes veraciter affirmant, omnibus innotescit. Eodem etiam anno, id est incarnationis Domini 875, Lode- 875. wicus imperator obiit, filius Lodewici.

Post Altfridum Liudolfus quidam monachus Corbeius designatur, sed subita morte Ann. Hild. praeventus aufertur.

5. MARCQUARDUS dehinc quintus episcopus successit, qui etiam in Gandesheim tra- Ann. Hild. bes aecclesiae posuit, qui 4. ordinationis suae anno occisus est a Sclavis[f]. Ipse iuxta †880 Febr. 2. relationem veterum praedictas abbatias Salegenstat et Asnide negligenter amisit.

6. Anno deinde incarnationis Domini 880, WICBERTUS episcopus electus est, qui in Ann. Hild. 880. suo tempore medicinae artis peritissimus fuit[g], et bibliothecam[7], quae adhuc in monasterio servatur, propria manu elaboravit, et pluralem utilitatem suae aecclesiae praevidit. Ipse etiam utilitati fratrum consulens, omnem substantiam aecclesiasticae proprietatis subtili sagacitate distribuens per villas, curtes, familias et decimas, terciam partem ad praebendam fratrum instituere decrevit, sed obitu praeventus eandem inscriptionem successori suo complendam reliquit. Hic etiam anno 883. incarnationis Domini Vita Godeh. et suae ordinationis anno 4. consummatam aecclesiam in Gandesheim dedicavit, et Gherberga abbatissa defuncta sororem eius Christinam[h] instituit ibidem. †903. Nov. 1.

7. Huic WALBERTUS septimus episcopus successit, qui praeposituram et praebendam fratrum, ut antecessor suus praetitulavit, fideliter instituit, et ambobus aeternae retri-

a) q. ipse p. 2. b) DCCCXLVIII. 2. c) halegenstad et asvede 2. d) gandeschem 2. e) *deest* 1. f) et in Ebbekerstorp sepultus 2. g) *deest* 2. h) Christianam c.

5) Osterwiek? 6) Essen. 7) i. e. biblia.

Vita Godeh. butionis praemium coram Deo acquisivit. Ipse etiam Christina[a] defuncta Roswidam
†919. Nov. 3. abbatissam ordinavit.

Ann. Hild. 8 Post Walbertum SEHARDUS octavus episcopus praeponitur, qui anno 926.[b] incarnationis Domini turrim occidentalem in Gandesheim dedicavit, et Roswida defuncta
†928. Wendelghardam abbatissam ordinavit. Ipse etiam in nostro monasterio altare sanctae
Oct. 10. Crucis et parietes et pulpitae euangelium argento honeste redimivit.

Ann. Hild. 928. 9. Anno dehinc 928. Sehardo defuncto, THIETHARDUS abbas Herveldiae nonus[c] episcopus nobis ordinatur, qui inter plurima suae pietatis indicia tabulam principalis altaris auro purissimo gemmis et lapidibus preciosis ut hodie apparet decenter adornavit, qui et in Gandesheim novam aeccلesiam ad monachas anno 939.[d] incarnationis
†954. Sept. 13. Domini in honore sanctae Mariae consecravit.

cf. Ann. Hild. 954. 10. Quo ordinationis suae anno 27. defuncto, OTHWINUS Parthenopolitanae sedis abbas decimus episcopus ordinatur[e]. Qui pluralem utilitatem suae aecclesiae per 30 annos praevidit, specialiter tamen curtem Gysenheim[8] in utilitatem fratrum[f] acquisivit, vinum etiam in summis festivitatibus per 16 dies fratribus instituit. Ipse etiam preciosum aurum et gemmas et lapides et margaritas in constructionem calicis et patinae collegit; sed infirmitate praeventus, sub sigillo et fide Christi successori suo reservavit. Qui 30.
Vita Godeh. 984. ordinationis suae anno ad Christum feliciter migravit. Ipse etiam Wendelgharda de-
Dec. 1. functa, Gerbergam[g] abbatissam in Gandesheim ordinavit.

985. 11. Otwino pontifici[h] OSDAGHUS undecimus episcopus successit: qui ex sua hereditate et acquisitione curtem maioris Aleghrimesheim[9] cum 30 mansis in utilitatem fratrum
†989. Nov. 8. instituit.

990. 12. Quo quarto ordinationis suae anno defuncto GERDAGUS duodecimus episcopus successit; qui etiam ex sua proprietate et acquisitione curtem minoris Alegrimesheim
Ann. Hild. 992. et Sighebrectheshusen[i] [10] fratribus ad 40 mansos donavit. Qui tertio suae ordinationis
Dec. 7. anno Romam adiit, et inde rediens 7. Idus Decembris ad Christum migravit.

Thancmari Vita Bernw. 993. Ian. 15. 13. Deinde incarnationis Domini 993° BERNWARDUS regius capellanus decimus tertius episcopus aecclesiae nostrae constituitur. Qui ab exordio promotionis suae quicquid acquirere potuit utilitati suae aecclesiae[k] fidelis dispensator prudenter impertivit; aurum namque et lapides, quos beatae memoriae Othwinus, ut praedictum est, reservavit, iste in calicem et patinam magnae pulchritudinis et[l] pulchrae magnitudinis, ut modo videtur, fabricavit, et plurima utensilia, ut inter vitae suae opera inscribitur, suae aecclesiae contulit. Monasterium[m] quoque sancti Michahelis construxit et ex parte dedicavit, in quo et abbatiam et congregationem monachorum instituit. Quorum utilitati praedia et
1022 Oct. 30. curtes et familias ad trecentos mansos condonavit, fratrum etiam utilitatem in praebenda et vestitura clementer ampliavit, quibus curtem[n] Hemethesdoron[o] [11] cum sua possessione in familiis et decimis[p] ad haec implenda delegavit. Ipse etiam in Gandesheim, ut praenotatum est, a Willighiso archiepiscopo et etiam ab Aribone varia vexatione fatigatus, tandem iusticia dominante victoriam obtinuit, et novum monasterium
†1022. ibidem in conspectu regis Heinrici et Willighisi archiepiscopi anno incarnationis Domini
Nov. 20. 1007. et suae ordinationis 15. digne consecravit.

Wolfheri Vita Godeh. 1022. Dec. 2. 14. Anno incarnationis Domini 1022, suae vero ordinationis 30, beatus Bernwardus episcopus ad Christum migravit, cui venerabilis GODEHARDUS Altahensis abbas successit. Qui omnibus exemplar iusticiae et humilitatis in finem perseveravit in omni religione sanctitatis. Qui sub initio promotionis suae ab Aribone Mogontiae archiepiscopo super Gandeshemensi aecclesia impetitur, et per aliquot annos varia vexatione irritatur; donec[q] tandem anno dominicae incarnationis 1027, regni[r] vero Cunradi[s] regis quarto, imperii autem primo, synodo generali Francanovordi coadunata, ipso imperatore cum episcopis 22 praesidente, diocesim et potestatem super Gandeshemense territorium synodali decreto testimonio septem episcoporum canonice retinuit. Ipse etiam fratrum utilitatem in praebenda et vestitura clementer ampliavit. Ipse etiam in curte

a) christiana c. b) DCCCCXXIII. 2. c) novus 1. 2. d) DCCCCXXXVIII. 2. e) o. prius ante abbacialem dignitatem Augensis monachus 2. *manu* 2. f) *deest* 1. g) ghergam 1. h) p. mortuo O. 2 i) sighebrecthehusen 1. k) e. ut f. 2. l) ut 2. m) Monasterium – condonavit *desunt et infra multo ampliora leguntur* 2. n) c. maioris hemedesdorn 2. o) Hemelesdoren *glossa* 1. p) decima 2. q) donc *excisa* 1. r) regno 1. s) nra *excisa* 1.

8) Geisenheim, vini ferax. 9) Algermissen. 10) Sievershausen? Sibbesse? 11) Himmelsthür.

sua Hildeneshem, veteri aecclesia quam Othwinus episcopus ibidem aedificavit dilapsa, pulchrum monasterium in honore ascensionis Christi construxit. In quo clericos plures in diverso studio scripturae et picturae rationabiliter utiles congregavit. Quibus de acquisitione sua victus et vestitus necessaria[a] providit sufficienter. Set pro peccatorum culpa idem monasterium igne consumitur, congregatio dilabitur, utilitas ibidem collata in diversa distrahitur. †1038. Mai 5.

15. Quo 16. ordinationis suae anno defuncto[b], THIETMARUS[c] regius capellanus successit, qui utilitatem aecclesiae suae fratrum benigna dilectione in pluribus ampliare decrevit, set peccatis nostris impedientibus non implevit. Cotidianam tamen praebendam fratrum ampliavit, et praedium in villa quae appellatur Wengarde[12], a Walberto presbytero acquisitum, fratribus condonavit. Idem episcopus primo suae ordinationis anno Sophia Gandeshemensi abbatissa defuncta, et Adelhaida sorore sua ei subrogata, quando eam iussu regis in eandem aecclesiam introduxit ante altare, et obedientiam et subiectionem sibi promittenti in aeternam curam commendavit, et decimas quas antecessores[d] sui ibidem beneficii gratia praestiterant, banni sui auctoritate[e] repetivit, et easdem Christiano comite eiusdem aecclesiae advocato reddente recepit et sibi suaeque aecclesiae in proprietate, banni sui auctoritate communivit, astante Hermanno Coloniensi archiepiscopo cum innumera multitudine cleri et populi; easdem tamen decimas ibidem ad preces archiepiscopi cum consilio sui cleri et populi eidem altari et abbatissae repraestitit, pro eodem scilicet[f] servimine et censu sicut beatus Bernwardus episcopus, antecessor suus, ibidem instituit[g].

1038. Aug 20. cf. Vitam Godehardi c. 33. et Ann. Hild. a. 1038. — 12 — Ann. Hild. a. 1039 — †1044. Nov. 14.

16. Quo subita morte praevento, AZELINUS regius capellanus ei successit; qui pluralem utilitatem suae aecclesiae diversa acquisitione contulit, veruntamen, ut veremur, ante Deum reus extitit, quod monasterium nostrum[h] igne consumptum inconsulte deiecit. Ipse etiam fratrum commoda sepius ampliare decrevit, set varia occupatione praepeditus, tandem subitaneo obitu occupatus non implevit. Dedit tamen anulum pontificalem et dorsale bonum suo nomine inscriptum, cum campana Cantabona vocata. Dedit etiam coronam[13] auro et argento radiantem et coram principali altari pendentem[i].

1044. cf. Vitam Godehardi c. 33. Ann. Hild. a. 1044. — †1054. Mart. 8.

17. Defuncto eo ETHYLO[14] Goslariensis praepositus nostrae aecclesiae delegatur, qui vir tam litterali scientia quam matre virtutum discretione conspicuus, opus quod antecessor suus in occidentali parte nostrae civitatis inchoaverat, quippe cuius magnitudo tenuitatem rerum nostrarum excessit, antiquo capiti aecclesiae, quam domnus Altfridus in eodem loco divina revelatione fundaverat, novum corpus moderatae compositionis mira arte coniunxit; quod postea procedente tempore praediis de sua acquisitione ditatum, palliis, calicibus, corona ymaginem caelestis Ierusalem praesentante, ceterisque aecclesiasticis ornatibus, insuper auro et gemmis preciosiore librorum thesauro decoravit. Ipse etiam praebendas fratrum, determinato non comprehensas numero, sapienti consilio ad certum numerum, 50 scilicet, redegit, et ut secundum regularem institutionem aequa omnibus portio daretur, quod usque ad id temporis consuetudo nostra non habuit, banni sui auctoritate firmavit. Fuit quoque studiosus in honorando nomine clericali, diligentissimus in promovendis ad spiritalia arma clericalis militiae pueris et iuvenibus, quibus, quod verbo docuit, se ipsum qualiter fieri oporteret, exemplum propo-

1054.

a) neccessaria *c.* b) 2. *scribit:* sepultus in cripta maioris nostre ecclesie c) thiemarus 1. d) ssore *excisa* 1. e) te *excisa* 1. f) videlicet 2. g) 2. *haec habet:* Iste Thietmarus rexit 6 annis aut circa, et molestus fuit monasterio sancti Michaelis, aliqua bona scilicet decimas in Lafferde, Eggensem, Nettolinge, Sawynge et Beddungen[15] ac bona in Wenthusen aufferendo ex inductione quorumdam perversorum simili modo sicut Hildewinus, qui beatum Godehardum ad similia induxit set non prevaluit. Vir enim sanctus considerans suam maliciam (c. m. eius *m.* 2, et certorum aliorum invidiam eis non consensit. Post obitum tamen sancti Godehardi non cesarunt set calliditate vulpina devotum virum Deithmarum episcopum tandem induxerunt, ut eadem bona que sanctus Bernwardus de thesauro Ottonis tercii emit et monasterio prefato contulit, ipse auferret monasterio, set tamen post miserabilem obitum quorumdam invidorum penitencia ductus totum monasterio restituit. Et tamen postea nescio per quos eadem bona cum quibusdam aliis scilicet decima in Berberch[16] monasterio ablata (*ita corr. m.* 2. accepta *m.* 1.) sunt et aliis ecclesiis collata, non verentes maledictionem sancti presulis Bernwardi prout in eius legenda clarius continetur. Quo subita morte prevento (et sepulto apud murum versus sacrarium *addit m.* 2.) anno M°XLIIII° Azelinus 2. h) m. maioris ecclesiae 2. *manu secunda.* i) 2. *haec habet:* Anno Domini 1054. Azelinus migravit ad Christum, sepultus in principali ecclesia iuxta columpnam omnium sanctorum in parte australi et loco eius constituitur Ethilo *etc.*

12) Wennerde, olim apud Sarstedt sita. 13) *lüttike crone* glossa s. XV. 14) Hezilonem vocat Heinricus IV. rex in dipl. a. 1057. 15) Lafferde, Hoheneggelsen, Nettlingen, Sauingen, Beddingen. 16) Bierbergen.

suit. Quam largus autem fuerit in elemosinis, ipsi adhuc pauperes testantur, quorum tamen hac discretione supplebat inopiam, ut prorsus ab hiis, qui utcumque parum operari poterant, viciorum matrem extirparet desidiam. Habet tamen in eo divina sententia, ut veremur, quid feriat, quia institutionem nostri ordinis in abbreviatione divini officii, *in superfluitate vestium, in relaxando regularis vitae districtionem, non dico mutavit, set mutantibus non contradixit. Pari enim reatu tenêris, et errori consentire, et, ubi possis, illicita non prohibere. Deinde crescentibus rebus aecclesiae numerum Deo servientium studens augere, in honore sancti Mauritii, in monasterio quod beatae memoriae Godehardus[a] episcopus aedificaverat, sanctimoniales instituit; scilicet considerato hoc sexu tum oportunitate loci tum natura ad peccandum proniore, ipsis eiectis 20 canonicos novo in monasterio reposuit, quibus victus et vestitus necessaria procurans, Cononem consanguinitate sibi proximum, post Brissinensem episcopum, ipsis praeposuit. Iam autem instante aetatis suae vespere vespertinum oblaturus sacrificium, in orientali nostrae civitatis parte prius domum belli, in domum pacis, adiuncto etiam novo opere commutavit, et 15 canonicis institutis habundeque illis necessariis provisis, Adeloldo praeposito, viro sanctae memoriae, regendos commisit. Set quia idem monasterium infirmitate praeventus consecrare non potuit, Burchardo Halverstadensi episcopo, fortissimo in bello aecclesiae militi, sub titulo sanctae Crucis et beatorum apostolorum Petri et Pauli consecrandum commisit. Quo ad purum infirmitatis igne excocto, praedicti praesulis ammonitu, fratribus nostris ex corde poenitens quicquid abstulerat, decimas scilicet et curias Wangarde, Eymbrike[15], Poppenburg[16] reddidit, et quae longo tempore congregaverat, ipse ut prudens animal per manus pauperum Domino offerenda praemisit. Considerans enim impossibile esse multorum non exaudiri orationes, nullam in tota Saxonia congregationem praetermisit, quam non quantolocumque karitatis munere honoraverit. Ipse quoque de immutatione nostri ordinis facta confessione poenitentiam accepit, et fratres nostros astantes sub attestatione divini timoris ut in pristinum restitueretur, consulendo praecipiendo ammonuit. Ad cuius virtutis cumulum hoc quoque laudibus eius placuit inserendum, quia pene omnibus Ytalicis et Teutonicis episcopis inauditam et in omni canonum serie non lectam domni Gregorii papae huius nominis septimi dampnationem subscribentibus, ipse *quoque timore mortis subscripsit, set quod scripserat, ut homo sagacissimi ingenii, obelo supposito dampnavit. Cuius quia subscriptionis poenam et excommunicationem, scilicet hac pro inobedientia subsecutam, maxime nostro in tempore luimus[17], visum est socordiae, tantam tanti viri sagacitatem, qua se ab hac coram Deo absolvit, silentio praeterire. Hic cum Heinricus rex huius nominis quartus totam pene Saxoniam rapina vastaret et incendio, data infinita pecunia, ut ne una domus in omni nostro episcopatu combureretur, effecit. Si quis autem obiciat, pro eo non orandum quem excommunicationis poena diximus innodatum, certissime sciat, Adalberonem Werzeburgensem episcopum cum Eilberto Mindensi episcopo auctoritate apostolica Corbeiae absolvisse, nec postea eum corpore, numquam autem animo excommunicatis communicasse. Obiit autem beatae memoriae domnus Hettylo

1079. Aug. 5. episcopus anno dominicae incarnationis 1079, ordinationis vero suae 26[b], et in monasterio sancti Mauritii, in loco quem ipse sibi praefoderat, requiescit. Cuius quia adhuc in nostra congregatione plurima vivunt beneficia, eius quoque apud nos nova semper et celebris vivit memoria.

1079 18. Huic octavus decimus episcopus UDO successit, qui aecclesiae nostrae 33 annis praefuit. Hic, ut omnium pace dicatur, cum oblectamentis temporalis vitae nimis indulgeret, iusto Dei iudicio condignas levitatis suae poenas exolvit. Ecberto namque marchione episcopatum nostrum incendiis ac rapinis atrociter invadente, et muros urbis gravissima obsidione coartante, idem episcopus ob[c] tutelam sui et defensionem aecclesiae decimas, quae omnes fere illi vacabant, aliasque aecclesiae possessiones coactus est militibus impertiri, et quod magis perniciosum est multas, poenas videlicet pecuniarias pro criminalibus culpis institutas, hominibus suae ditionis relaxare. Extremo tamen vitae suae tempore moribus sincere correctis, praedia quaedam suae proprietatis

a) G. 1. b) XVII. 1. XXVI. 2. c) ad 2.

15) Emmerke. 16) Poppenburg ad Leinam. 17) e. g. anno 1080. Saxonia vastata.

cum ministris ad ius episcopale contulit; quae vero in Bocholte[16] tytulo hereditariae 16
successionis possederat, et quod in Witisleve[17] a quodam Godeschalco emptionis nomine
acquisiverat, ad opus fratrum delegavit. Insuper quod[a] filiae fratris sui Elika et Athel- 1114.
heidis[b] venerabiles[c] abbatissae, praedium suum in Hevenhusen[d. 18] cum omnibus suis atti- Oct. 19.
nentiis aecclesiae nostrae largirentur, effecit.

Post hunc Bruniggus Goslariensis decanus, aetate maturus et industria conspicuus, 1115.
aecclesiae nostrae delegatur. Qui episcopatum quidem nostrum quatuor annis gubernavit,
set cum a Moguntino Adelberto consecrationem nollet suscipere, episcopatum resignavit;
et ad aecclesiam sancti Bartholomei, cui quaedam de bonis episcopalibus, quaedam de †1120.
rebus proprietatis contulerat, sese transtulit, ibique diem exitus sui Deo devotus expectavit[e]. Mart. 3.

19. Dehinc BERTOLDUS, venerabilis noster praepositus, cleri plebisque consensu 1119.
aecclesiae nostrae praeficitur. Qui et officio aecclesiastico excellenter eruditus, et reli- inter Iun. 5.
giosae conversationis studio praeclarus, religiosas quasque personas omnibus modis suae et Oct. 31.
aggregare nitebatur aecclesiae. Ipse sacras virgines in episcopatu nostro primus inclu-
sit[f], et clericos quos regulares vocant introduxit, eiusdemque ordinis praeposituram 1125. Mai 22.
in Banchenrothe[19], et de suis et episcopalibus bonis instituit. In capite etiam sanctuarii †1130. Mar. 14.
principalis aecclesiae opus elegantis structurae aedificavit.

20. Huic BERNHARDUS episcopus successit. Qui primum magister scolarum, deinde 1130.
maioris aecclesiae praepositus, pari desiderio cleri et populi supra modum renitens in inter Mar. 28.
episcopum eligitur. Electus autem sicut vir litteratura ac discretione omnique virtutum et Iun. 12.
decore conspicuus, dispersa congregare, et congregata conservare, et habita modis com-
petentibus augmentare curavit. Abbatiam siquidem Ringelemensem[20] prius regalem, 1151.
nunc vero episcopalem, Conrado rege consensu principum donante, in perpetuum sibi Iul. 30.
et successoribus suis obtinuit, ac praeposituram in Alsburg[21], cum ante non totam pos-
sideret, Heinrico duce partem suam conferente, integraliter bonis proprietariis aeccle-
siae nostrae coadunavit. In honore quoque beati Godehardi episcopi nostri et confes-
soris, vere sanctorum catalogo fieri inconvenienter asscripti, cuius ipse translationem
auctoritate Innocentii papae et coniventia Remensis concilii sollempniter celebrarat, mo- 1132.
nasterium in australi parte nostrae civitatis construens dedicavit et dotavit, ac fratres 1146.
monasticae professionis inibi Deo servituros constituit, et eis Fridericum primum abba-
tem praefecit. Ipse fratrum utilitati pie prospiciens, partem praedii quod in Waleshu-
sen[22] habebat, in augmentum praebendarum contulit. Praedia vero quae venerabiles 22
abbatissae Adelheidis et Elika aecclesiae contulerant, hac moderatione fratribus imper-
tivit, ut curtes et litones usui fratrum cederent, ministeriales vero curiae episcopali
curialium more deservirent, sic tamen ut ministerialium absque herede decedentium
bona seu beneficia fratrum bonis semper accedant. Nec hoc silentio praetereundum
est, quod curtem nostram in Embreke, qua longo caruimus tempore, sagaciter requisi-
vit et fratribus reddidit, et inde quatuor servitia fratrum consilio dari ordinavit, duo
fratribus sancti Mauritii et sanctae Crucis, in ascensione et in pentecosten nobiscum in
refectorio, unum in apostolorum Petri et Pauli festo, quartum in ipsius boni comitis
Thietmari, qui eadem bona nobis contulit, anniversario. Et ut fratribus affectum fra-
ternae dilectionis in omnibus declararet, medietatem oblationum altaris beatae Mariae,
et terciam partem eorum quae ad beatum Godehardum offeruntur, itemque oblationes
sepulchri cum omni integritate, domno Hermanno Thuringo venerabili presbytero inter-
veniente, fratribus erogavit, et ne rerum necessariarum defectum sentire cogerentur, 1146.
instituit, ut per licentiam absentibus per 15 dies plenaria praebendarum portio praeter
vinum ministretur; quando autem vinum deest, 10 nummos pro vino dari, cum ante
septem darentur, ordinavit. Castrum etiam Winzenburg funditus dirutum, ut sibi ad
tutamen aecclesiae reaedificare liceret, ab imperatore Lotario impetravit, quod et reaedi-
ficavit, et ut aecclesiae et sibi et successoribus suis, et absque alicuius invasione, libe-

a) *ita 2. vox deest* 1. b) eilika et aelheydis 2. athelhedis 1. c) uenerabilis 1. d) heneshusen 2. e) c. ubi et sepultus est 2. f) *sequentium loco haec habet* 2: Monasterium eciam dictum Vessingerade quod hodie Marienrade vocatur innovavit, et ibidem fratres ordinis Cisterciensis collocavit et moniales ibi quondam habitantes locavit in Iserenhagen.

16) Buchholz a septentrione Hannoverae, aut Bokholt praefecturae Bodenteich. 17) Wetzleben apud Wolfenbüttel. 18) Hevensen prope Hardegsen. 19) hodie Marienrode. 20) Ringelheim ad Indristam. 21) Oelsburg. 22) Wallshausen.

[1135. Nov. 25.] rum permaneret, duorum Romanorum pontificum Innocentii et Eugenii, magnorum in [1149. Mai. 27.] Christo virorum, banno firmari rogavit. Ipse etiam ligneam turrim vetustate dirutam amovit, et novam non modico sumptu reposuit, deditque vas crismatum argenteum et dorsale valde bonum, quando Imbrike fratribus resignavit, in testimonium. Indumenta quoque episcopalia aurifrigiis decenter ornata de suo aecclesiae comparavit, anulosque duos pontificales suo nomine inscriptos, unum topazio aliisque gemmis cum margaritis circumpositum, alterum quadrangulum iacincto optimo radiantem beatae Mariae obtulit. Qualiter etiam monasterium nostrum campanis et picturis adornaverit, coram omnibus elucescit. Praerogativam denique episcopalis officii, quam in Gandeshemensi aecclesia sui antecessores, episcopi videlicet Hildeneshemenses, habuerunt, toto vitae suae tempore quiete possedit. Nam domnam Liuthghardam, domnae Berthae abbatissae subrogatam, Goslariae in curia imperatoris Lotharii in aecclesia beatorum apostolorum Symonis et Iudae, promissa sibi debita obedientia manu propria consecravit. Qua defuncta domnam Adelheidam illi rite substitutam oculorum cecitate praepeditus per manum domni Bernhardi Palburnensis episcopi, in Gandeshemensi monasterio praesentialiter sibi obedientiam [1153. Iul. 20.] promittente, fecit consecrari. Obiit autem anno dominicae incarnationis 1153, suae vero ordinationis anno 23, et in monasterio beati Godehardi requiescit.

21. Post obitum domni Bernhardi BRUNO decanus, vir bonus et providus, aecclesiae nostrae praeficitur. Qui rebus aecclesiae conservandis ac meliorandis annis 10 totum se impendit, quibus ipse praefuit. Tectum et pavimentum principalis aecclesiae erogatis fere 50 marcis meliorari fecit. Officinas domus et curiae episcopalis dilapsas reparavit. Castrum quoque Winzenburg non modico sumptu turre firmissima communivit. Contulit autem ad ipsum armarium totum testamentum novum et vetus utrumque glosatum, expositores et hystoriographos ac divinorum librorum tractatores, nec non libros phisicae, aliosque quam plures suo nomine insignitos. Ornatum vero adauxit aecclesiae, casulam de examito ornatam aurifrigio, dorsale de pallio, infulam, cyrothecas, sandalia nova, et alia usitata, capsam cum reliquiis et pedem crucis conferendo. Obtulit praeterea ad praebendam fratrum tres mansos et dimidium et duas areas in Eilstringhe[23]. Tres mansos et tres areas in Solesze[24] cum octo mancipiis, ac cyphum [† 1162. Oct. 18.] argenteum septem marcis comparatum[a].

22.[b] Episcopo Brunone defuncto, HERMANNUS praepositus Sanctae Crucis commu- [1162.[c]] niter ab omnibus electus, a fidelibus aecclesiae, consulto tamen prius imperatore, qui eo tempore in Ytalia morabatur, sacramentum fidelitatis suscepit, cunctisque negociis suis et comodis circa redditus episcopales libera potestate dispositis, cum milicia domnum imperatorem in Ytaliam secutus, regalium investituram apud Papyam adeptus est[25]. In episcopatu denique constitutus, sociam semper habens humilitatem cum timore Dei et omni mansuetudine, subditos sibi gubernabat, erga fratres tanta usus benivolentia, ut terciam partem sacrificii in choro sancti Godehardi circa initium suae promotionis ipsis largiretur. In memoriam quoque omnium fidelium animarum, quam ipse [26] primus in aecclesia nostra celebrem fecit, tres mansos in Sutherem[26], et molendinum de patrimonio suo fratribus assignavit; Ganderhemensem aecclesiam incendio depravatam, sed studio Atheleidis abbatissae reparatam, Hartwico venerabili Bremensis aecclesiae archiepiscopo multisque aliis episcopis cooperantibus, sollempniter dedicavit. Nec umquam in aecclesia Goslariensi aliquam contradictionis molestiam sustinuit, adeo ut in quadam sollempni curia Goslariae celebrata, cum ipse adhuc diaconus esset, et plerique episcoporum, utpote Moguntinus Conradus et Reinaldus Coloniensis, similiter in diaconatu constituti et simplici electionis honore pollentes, suscipiendi domnum imperatorem in processione et sermonem faciendi ad populum ex officio suae dignitatis, Hildeneshemensis electus, onus et laborem ibidem subire cogeretur. Post aliquot annos suae promotionis quidam sui fideles, quia eorum usque quaque voluntatibus nolebat esse obnoxius, tantis rapinis et incendiis demoliti sunt episcopatum, ut ab hac calamitate tercia pars episcopatus vix immunis remaneret. Consilio tamen domni imperatoris et princi-

a) *hucusque primum scriptor exaravit.* b) *numerus deest.* c) *Brunonis obitus in codice* 2. circa annos Domini MCLXIII vel MCLXIIII aut circa *contigisse scribitur.*

23) Eilstringe desolatum prope Rosenthal. 24) Solschen. 25) Cl. Lüntzel Hermannum post d. 21. Dec. 1164. consecratum scribit. 26) Sottrum.

pum eius hac utcumque sedata commotione, domnus Hermannus episcopus per consensum fratrum ad sepulchrum Domini profectus est; in qua profectione praeter alios labores naufragium passus, ad tantam devenit inopiam, ut tantus princeps, genere et dignitate praeclarus, publicae mendicitati subiceretur. A patriarcha tamen Iherosolimitano et ab aliis terrae illius religiosis pie susceptus, benigne habitus et honorifice dimissus, reditum in patriam suam acceleravit; veniensque bene sospes in Ytaliam, ibi egrotare †1170. Iul. 10. cepit, et apud Secusium[27], fide plenus, defunctus est et ibidem sepultus[a].

23.[b] ADELOGUS[c] praepositus Goslariensis post decessum Hermanni episcopi ab omnibus electus est. 1171 Qui pluribus, ut in privilegiis suis continetur, fratrum commodis pie prospiciens, in praestatione castri Honburg[28], quod[a*] ipse alienatum ab ecclesia per Heinricum ducem, domino Friderico imperatore cooperante, datis pecuniis requisivit, duos 1181. mansos in Waltrinkehusen[29] et Westenhem, 10 solidos solventes, a duobus fratribus 29 Ludolpho videlicet et Adolpho, qui partem eiusdem castri in beneficio susceperunt, et ab aliis duobus fratribus Bodone et Bertoldo, qui suam nichilominus partem ab episcopo feodaliter perceperunt, 10 marcas ad emendum praedium in opus fratrum dari ordinavit. 1183. Praedium quoque comitis Ottonis de Asle[30], a vidua ipsius comitis domina Salome, 1186. quod ad ipsam legitima successione devolutum erat, sua filia consenciente aliisque suis heredibus legitime consencientibus, multis laboribus et magnis impensis comparatum cum omnibus suis attinenciis, mediante domino Friderico imperatore et factum episcopi modis omnibus corroborante, ecclesiae nostrae acquisivit. Mansos autem 7 et 8 iugera in Stenem ad idem praedium pertinentes et tunc temporis sibi vacantes ad usum fratrum sub ea determinatione deputavit, ut redemptis bonis ac pignoribus ecclesiae, in emptionem eorumdem praediorum obligatis, tunc demum liberam utendi eis habeant facultatem. Praestitit insuper mutuo duobus fratribus Ludolfo et Wilbrando sexaginta marcas argenti, quando Iherosolimam proficiscebantur cum domino imperatore, castro ecclesiae Halremunt[31], quod ipsi de manu episcopi beneficiario munere[d] tenuerunt, loco 31 pignoris recepto, et aliquot ministerialibus suis, ac interposita paccione, ut eaedem praedictae marcae redemptis pignoribus ab heredibus praedictorum[e] fratrum in usum ecclesiae debeant provenire. Consuetudines praeterea quasdam, et quaedam iura ecclesiae, 1179. quae ante tempora sua, scripta specialiter comprehensa non habuimus, ne in posterum aliqua possent malignancium iniquitate convelli, scripto comprehendit, et alia quaedam ante non habita clementi bonitate superaddidit, quod videlicet ne ipse ne aliquis successorum suorum episcoporum sine consilio discretorum fratrum, vel magna negocia diffinire, vel beneficia maiora locare, sive redditus mensae suae, si forte necessarium fuerit, pignori obligare vel ullo modo alienare praesumat. Item ut ex depravatione monetae congregationes in praebendis suis detrimenta nulla sustineant, statuit; et banno firmavit, ut 24 solidi marcae examinati argenti semper aequaliter respondeant. Firmavit eciam archidyaconis synodalia[f] de ecclesiis sive capellis suis quae in eorum potestate consistunt, post obitum sacerdotum qui de manu episcopi ecclesias easdem sive capellas tenuerunt. Testamenta quoque fratrum quae ipsi fecerint, vel quae ex aliorum testamentis legata fuerint, imperpetuum donavit et banni sui auctoritate munivit. Instituit quoque, quod nec ipse nec aliquis successorum suorum episcoporum bannum vel ecclesiam aliquam alicui ecclesiae in episcopatu nostro constitutae sine consensu et consilio fratrum perpetuo possidendam debeat conferre vel donare: et cum fratres a bantecessoribus suis episcopis nostris id gratiae percepissent, ut ad bona obedientiarum suarum tuenda advocatum, qui sibi videretur ydoneus, eligerent, qui tamen ad praedicta bona pro litibus decidendis non nisi vocatus debeat accedere, praedictus pater et episcopus noster amplioris benivolenciae nobis munus impertiens, super memorata fratrum bona domino Fritherico imperatore consenciente ab advocatis penitus absolvit, et omne ius decidendarum causarum, sive per se sive per amicos suos, in obedientiarium[g] transtulit; et villicationes praepositurae nostrae, Hisnem[32] videlicet Hasen et Lus- 32 bike, ab intollerabili iugo advocatorum imperpetuum absolvens, praeposito regendas

a) *Hucusque prima manus; incipit altera saeculi XIII.* a*) quo *c.* b) *numerus deest.* c) delogus *c.* d) in pheodum tenuerunt 2. e) *alia manus saeculi XIV. incipit.* f) s. quae de *c.* g) *ita corrigo*, obedientiarum *c.*

27) Susa. 28) Homburg. 29) Waltringhausen, principatus Schaumburg. 30) Asle, Asselburg prope Burgdorf haud procul ab Indistra situm fuit. 31) prope Springe. 32) Itzum, Hasede, Losebeck,

33 commendavit. Contulit eciam ecclesiae campanam[33] valde bonam et duo candelabra longa, et ad sartatecta principalis ecclesiae fere 20 marcas impendit. In Gandershemensi ecclesia toto vitae suae tempore officium episcopale libere in omnibus exercuit. Nam domina Luidgarda defuncta, dominam Adelheydam illi canonice substitutam in eodem monasterio consecravit, synodum et crismatis consecrationem ibidem quocienscumque voluit celebravit[a]. Obiit autem anno dominicae incarnationis 1190, et sepultus est in
1190. Sept. 20. medio criptae principalis ecclesiae.

BERNO.

1190. 24. Huic successit Berno episcopus, qui primo magister scolarum, exinde ecclesie nostre decanus, unanimi cleri electione et tocius populi consensu ecclesie nostre prefectus est. Electus autem sicut vir prudens et providus et litterali scientia preditus, ita episcopatum temporibus suis amministrare curavit, ut et honeste rerum acquisitioni et earundem conservationi decenti omnimodis intenderet. Ipse enim preter multas servicii[b] imperialis expensas, parvo tempore, quo ecclesie nostre prefuit, in reddituum mense episcopalis absolutione, et in bonorum que ab episcopatu nomine feodi tenebantur, et patene maioris calicis redempcione 600 et eo amplius marcas impendit[c]; fratrum eciam utilitatibus non
31 minus studens et comodis 4 mansos in Olem[34], a manu layca non modicis suis expensis expeditos, prebendis fratrum consensu episcopi assignavit, et de hiis tribus septimanis panem in refectorio, sicut consuetum est, dari instituit. Dedit eciam in redemptione decime in Hoctenem[35] terciam partem pecunie; de ea annuatim tria talenta dari disponens, de quibus in aniversarii sui die cuilibet prebende 9 denarios assignavit: et eodem die ad sepulchrum suum honestum cereum et 20 solidos ad elemosinam maiorem ordinavit. Castrum insuper Halremunt sibi vacans, dum propter plurima, que ipse sicut vir prudens advertit, infeodandum decerneret, multa consilii sui maturitate promovit, ut et episcopatui plurima que non habebat accederent, et prebendis[d] fratrum 30 solidorum redditus accresceretur. Contulit eciam ecclesie veteris ac novi testamenti libros glosatos et magno scolastice diligencie studio elaboratos. Hoc eciam laudibus eius placuit adiacere, quod omnes[d*] prepositure montis sancti Petri in Goslaria, diu a laycis ex negligencia prepositorum miserabiliter[e] occupatos, multis laboribus et innumeris expensis, sicut vir prudens et strennuus, integraliter absolvit, et ne deinceps obligetur, auctoritate apostolica communiri fecit. Quam beneficus autem in fratres eiusdem loci fuerit,
1194 * Oct. 28. laudabilia eius facta testantur, apud quos celebri et digne laudanda vivit memoria.

CONRADUS.

1194 25. Conradus cancellarius frater noster, qui primum nostre ecclesie episcopus, deinde
1198. ad Erbipolensem episcopatum translatus, in ipsa civitate propter iusticiam occisus est.
† a. 1202. Ipse ecclesie nostre ornatum decenter ampliavit; dedit enim tres casulas, unam de examinato rubeo, aliam de candido, terciam de purpura violatia, omnes ornatas aurifrigio; duas dalmaticas, unam[e*] examito rubeo, alteram de candido, albam bonam examito candido; tres pallas altaris, duas de purpura rubea, unam de auro circulatam, aliam stellatam, terciam cotidianam in altari; cortinam bonam, que suspendi solet in aquilonari parte sanctuarii, purpuram unam villosam; sex cappas, tres de examito rubeo, tres de albo; duo scrinia pulchra ex auro et gemmis, duas porciones reliquiarum sancti Stephani et sancti Laurencii, modicum balsami; preterea advocaciam civitatis nostre pecunia non
1198. parva expedivit; partem advocacie super villicacionem . . . . .[36] fratribus contulit.

HARBERTUS 26[us].

1199. Anno[f] incarnacionis dominice 1216[g] obiit Harbertus bone memorie nostre ecclesie

a) Hic turrim construxit monasterii sancti Godehardi 2. b) *deest* 1. c) Sub isto sanctus Bernwardus canonisatus fuit a tercio papa Celestino, elaborante hoc prefato Bernone presule et Theoderico abbate nostri monasterii (*corr.* a. m. S. Michahelis) qui fuit vir per omnia providus et laudabiliter rexit. Spiritualia tamen partim ceperunt tepescere propter nimias divicias Ipse multa clenodia in casulis et cappis monasterio nostro (*corr.* suo) contulit pro ampliacione divini cultus et obtinuit infulam, sandalia cum ceteris libertatibus anno Domini 1195. Post hec episcopus in Domino defunctus, quiescit in medio ecclesie maioris circa ascensum baptismi. *inserit* 2. d) prebendi 1. d*) *omissum est* reditus *aut simile quid. LEIBN.* e) mirabiliter *c.* e*) *excidit* de. f) Dehinc Harbertus 26[us] unanimi cleri dilectione floruit episcopus. Is quiescit ante altare sancte Katherine ad aquilonem. Viguit anno domini MCCIIII. 2. g) MCC 1. *manu saecuh* nunc civitas nova Hildes.

33) Zadtt klokke *in marg. manu saec. XVII.* 34) Ohlum. 35) Hottelem. *) a. 1196, d. Mart. 6. Conradus Hildensemensis electus imperialis aule cancellarius occurrit in charta Heinrici VI. ecclesiae Ultraiectinae data. 36) Lede, villa desolata prope Gronau.

26[us] episcopus, qui primum cantor, deinde maior ecclesie nostre prepositus, prebendas
fratrum toto sue administracionis tempore utiliter et fideliter dispensans, magnum et
sincerum, quem semper erga ecclesiam nostram gesserat, affectum ipsa operum exhibi-
tione comprobavit. Domno igitur Conrado imperialis aule cancellario, nostre autem ec-
clesie 25° episcopo in illa gravissima imperii dissencione temporibus dive memorie Phi-
lippi et Ottonis ad Herbipolensem episcopatum transeunte, et ut ecclesia derelicta in 1198
legitimo sibi pastore prospiceret domno Innocencio papa huius nominis tercio districte
et sepius iniungente, communi et canonico tocius capituli et cleri consensu, omnibus
laicis[a] omnino contradicentibus, in episcopum electus est, propter quod ecclesia nostra
multos[b] et graves labores, expensas, pericula, tam communium quam privatarum rerum
dispendia et episcopalium possessionum alienationes perpessa est. Tandem, misericordia
Dei evigilante pro nobis, eo iam in episcopum consecrato et ad episcopium[c] nostrum,
unde per annum et amplius eiectus fuerat, revertente, rebus pro tempore satis bene
compositis, dispersa recolligere, incensa et destructa reedificare, alienata[d] revocare, et
ecclesiam diutina tribulationum tempestate quassatam tam in interioribus quam exterio-
ribus omni diligentia studuit reformare. Sex quippe villicationes Orsleve, Wackens- 1201
leve[36], Stockem[37], Otfredesem[38], Upum, Rengelem, pro quingentis marcis et amplius 1202
comitis Sifridi de Blankenburch a predicto domno cancellario obligatas, datis nichilo-
minus eidem comiti ducentis marcis argenti et quibusdam aliis reditibus sibi vacantibus
beneficiis assignatis, ab omni eius inpetitione penitus expedivit. Eorundem etiam bono-
rum partem a quibusdam militibus et servientibus datis 30 marcis, et villicationem in
Mallerten[39] datis 16 marcis, et item villicationem Stockem, quam postmodum fratres de
Wulflebuthe violenter detinebant, solutis nonaginta marcis liberavit; allodium episcopale
in Aldendorp[40] et molendinum in civitate pro octoginta marcis cuidam Gerhardo, et villi-
cationem Vorstede[41] Theoderico de Alten pro sexaginta marcis tempore cancellarii obli- 41
gata, 140 marcarum solutione recepit: ecclesie Gandersehem 300 marcas, et in causa
abbacie de Ringelem 60 marcas expendit; in recompensatione eciam dampni quod in
molendino, et aliorum bonorum ecclesie, quod per Lippoldum de Escherde accidit, ex-
pensis nonaginta marcis de suo, fratribus dedit villicationem et advocatiam[e] de Mone-
stede[42], de manu Heinrici et filiorum eius, qui eam detinebant, 16 marcis redemit.
Reditus 16 solidorum in eadem villa a quodam Exzo de Eilstringe acquirens pro 4 mar-
cis, eos ad panem scolarium in refectorio annuatim ordinavit. Advocaciam insuper obe-
diencie in Wittenburch, et aliam advocaciam super 12 areis argento fratrum redemptas;
similiter et advocaciam bonorum preposituri maioris in Idagesem[43], et decimam eius- 43
dem ville ad agendam ipsius memoriam fratrum deputavit utilitati, et ne quis successo-
rum suorum ea alienaret, banni sui firmavit auctoritate; curam[f] insuper Vorstede a Bru-
none de custode 107 marcis comparatam ecclesie nostre condonavit, predio eciam in
Repenarde[44], quod fratres ab ecclesia beati Martini in Minda sibi comparavit[g], de rebus
suis 500 marce impense sunt: decimas eciam duas in Dunhusen[45] ecclesie condonavit. 45
Quantis eciam tectis ecclesie principalis, et officinis curie episcopalis, expensas inpenderit,
quas dirutas tam[h] a vetustate quam ex negligencia[i] invenit, coram omnibus elucescit[k]. † 1216 Mart. 21

SIFRIDUS 27[us l].

Anniversarius Sifridi 27[l] episcopi ecclesie nostre et viri mansuetissimi, qui advoca- 1216
ciam[m] in Hemedesdore super omnia bona eiusdem villicationis, ubicumque sita sunt, 100
marcis a fratribus Hugone et Iustacio comparatam ecclesie contulit, ita videlicet, ut si
quid bonum pro tempore fuerit et commodum[n], capitulo sit inde liberum ordinare, advo-
caciam in Wittenburch super allodium et 12 areas ab Arnoldo laico emptam, suo tem-
pore et decimam unius mansi et 12 arearum in eadem villa racionabiliter comparatam

XVII. ad marginem haec scripta sunt: Hic iniuria scribentis erratum est in numero. Vixit enim adhuc Harbertus anno 1206. ubi tria altaria in cripta consecravit, ut in hoc ipso libro sequitur. 1. *Annum* 1216 *indicavi iis ductus quae D. Zeppenfeldt in* Beiträge zur Hildesheimschen Geschichte T. I. p. 73. *notavit* a) o. l. omnibus o. c. c. b) multas *c.* c) epm *c.* d) alienanata *c.* e) aduociam *c.* f) *an* curiam? g) *leg.* comparaverunt. h) tamen *c.* i) negliencia *c.* k) elucessit *c.* l) quiescit ante altare sancti Petri 2. m) aduociam *c.* n) comodum *c.*

36) Oschersleben, Wackersleben in principatu Halberstad. 37) Stöckheim. 38) Otfresen, Uppen, Ringelheim. 39) Malerten. 40) Das alte Dorf prope Hildesheim. 41) Förste. 42) Münstedt. 43) Itzum? 44) Reppener. 45) Dunsen praefect. Lauenstein?

ecclesie nostre dedit; preterea quandam aream suam iuxta valvam sancti Petri, que prius tenebatur iure feodali, claustralem fecit et curie cantoris adiecit. Duas eciam areas in nova civitate prepositi maiori prepositura vacante ad usum quorundam luminarium assignavit, et locum piscine qui minus utilis fuit, prope nostrum dormitorium nobis dedit. Parvam etiam aream et advocaciam eius, a Henrico camerario et filiis suis emptam, contulit ad stabiles vicarias; volens eciam ecclesie pia benivolencia providere, consensu et consilio capituli statuit, ut advocacias preposituere maioris, quas prepositus nunc tenet, et que postmodum poterunt a laicis expediri, nullus successorum suorum vel alter aliquis alienet. Obiit autem post cessionem suam anno incarnationis dominice
1221. †1227. 1227. pridie Ydus Novembris. Cuius anima per misericordiam Dei requiescat in pace. Amen[a].

CONRADUS[b] 28[us].[c]

1221. Anniversarius venerabilis domini Conradi 28[i] ecclesie nostre episcopi, qui postquam Parisius in divina pagina laudabiliter rexerat, et crucem contra Avienses[47] praedicarat, assumptus fuit ad regimen ecclesie nostre; ubi cum vir venerabilis spiritu Dei regeretur, circa spiritualia magnam curam habuit, et tamen idcirco dispositionem temporalium non neglexit. Tempore enim suo recepti sunt fratres Predicatores et Minores, et sorores sancte Marie Magdalene penitentes, quibus in ecclesiis suis et officinis edificandis liberaliter subvenit, et fundos eorum fere sumptibus propriis conparavit. Claustra etiam Vulvinghusen[48] et Frankenberg[49] suo tempore sunt constructa, et Winhusen[50], cui conventui ecclesiam eiusdem ville parrochialem attribuit, et religiosis quibuslibet aliis multa commoda prebuit et inpendit, providens nichilominus ne in conventualibus et parrochialibus ecclesiis aliquod vicium emergeret, ex quo minueretur decor ecclesiastice dignitatis. Ecclesiam quoque nostram et episcopatum sicut pastor providus et provisor diligens in emptione bonorum et redemptione advocatiarum ditavit. Advocacias enim villicationum Barem[51], Beddigen, Eckelsem, Bultem, Addenem, a capitulo magna summa pecunie redemptas fratribus ad prebendam contulit liberaliter et absolute. Similiter advocaciam a domno Bertoldo de Veteri Foro redemptam ab ecclesia montis sancti Mauritii, eidem ecclesie contulit propter Deum. Insuper advocaciam in urbe et in areis quibusdam retro urbem sitis et quedam officia braxatorum a camerario, et advocaciam in Malerten a comite Bernardo de Spegelberg data pecunia liberavit. Advocaciam eciam in Honhamelen a domno Theoderico libero centum septuaginta marcis examinati argenti redemit, a quo etiam sexaginta marcis ponderatorum denariorum proprietatem castri Depenowe[52] comparavit. Advocatiam etiam villicationis in Hardeshem[53] auxilio litonum a domno Conrado de Piscina quingentis et quinquaginta libris denariorum Hildensemensium acquisivit. Preterea medietatem advocaciae in Aulica[54] a domno Lippoldo de Escherte emit sexaginta quinque libris, de quibus dedit quadraginta libras, et pro 35 libris obligavit ei unum vorwercum in Rodem[55] et vorwercum in Anderten, et cedens obligatos reliquit. Dapiferatum quoque ab Ernesto dapifero centum septuaginta marcis emit, presertim cum multa incommoda in victualibus ab ipso sustineret; et molendinum pincerne preposito et capitulo nostro et abbate sancti Godehardi cooperantibus emit centum octoginta libris, et censum molendino suo de tali emptione accrescentem, videlicet unam plaustratam tritici, et unam plaustratam siliginis, et unam plaustratam ordei, ad consolationem pauperum scolarium coro beate Marie virginis deservientium assignavit perpetuo et donavit. Conversionem etiam beati Pauli agi solempniter instituit, et eodem die karitatem cum ferina de decima in Giftene[56] dari fratribus ordinavit. In temporalibus ita prudenter agebat, quod nociva removit, alienata recollegit, utilia construxit. Turrim quoque in superiori castro Wincenburg a domno Theoderico de Stockem recuperavit, et eandem ad unam domum exaltavit, et mansionem episcopi emendavit, pulcris edificiis sicut liquet. Montem etiam Bawarorum in eodem castro, et advocatiam Hildensem, et villicationem in Clowen[57] ab

a) *Post haec sequitur fol. 145'. manus saeculi XIII.* b) *vox deest c.* c) XXVIII[us] episcopus 1. fuit excellens doctor in theologia 2.

47) i. e. Albigenses. 48) Wülfinghausen a meridie Hannoverae. 49) Goslariae. 50) prope Cellam. 51) Barum, Beddingen, Eggelsen, Bültum, Addelum. 52) Depenau parrochiae Stenwede. 53) Harsum. 54) Elze. 55) Kirchrode prope Anderten. 56) Giften. 57) Clauen.

illis de Escherte iniuste ocupantibus expedivit. Castrum et civitatem Rosendal[55] con-
struxit et munivit, ad cuius emptionem edificationem et obsidionis liberationem nec non
ad Peyne[56] civitatis obsidionem expendit monete Hildensemensis octo milia talentorum.
Turrim quandam Scherstede[57] in area sua iniuste constructam dirnit penitus et destru-
xit. Emnam[58] civitatem obsidens cepit et captam destruxit. Similiter Insulam[59] castrum
apud nostram civitatem situm, in quo violatores pacis se receperant, expugnavit et de-
struxit. Videns etiam angarias et oppressiones liberorum minoris comicie iuxta Nort-
wolt, emit eandem a comite Conrado de Lewenrod[60] trescentis octoginta libris monete
Hildensemensis. Tandem ultimis diebus suis considerans periculum et gravamen trans-
euntium Popenburg, emit partem eiusdem castri ducentis viginti libris, et minorem tur-
rim decem libris, et edificavit ibi mansionem cum officinis suis constantem fere centum
libras, nec sinebat nova telonia institui, unde viatores solent indebite molestari. Cete-
rum[a] medietatem advocatie in Scherstede[61] emit sexcentis quinquaginta libris, et edifica-
vit ibi castrum onerosis sumptibus et expensis, pro quibus quedam bona ad episcopalem
mensam pertinencia obligavit, et obligata reliquit[a]. In causa quoque Goslariensis ecclesie
expendit examinati argenti ducentas marcas, et in figura iudicii per legitimas probationes
obtinuit, quod eadem ecclesia subiecta erit in spiritualibus episcopo Hildensemensi. Pre-
ter hec omnia diocesim nostram a iurisditione ducatus, quam iurisditionem domnus Otto
dux Brunesvicensis sibi usurpare coram domno imperatore et principibus in curia solempni 1235?
apud Maguneiam intendebat, prudenter liberavit, ibidem voce publica protestans coram
omnibus, Hildensemensem episcopatum nullius dominio, nullius ducatui, preterquam solius
episcopi subiacere; et hoc fuit ab universis principibus approbatum. Quatuor etiam vici-
bus existens episcopus in negotio crucis et ecclesie Romane et proprie Alpes transivit
magnis laboribus et expensis. Ex promotione etiam sua monasterium nostrum est novis
trabibus et tignis et tegulis instauratum, et cooperantibus fidelium elemosinis cupro
tectum. Domum etiam episcopalem Hildensemensem, que per stillicidium depravata
fuerat, bonis asseribus tegi fecit. Hiis omnibus feliciter peractis, cum se insufficientem
ad regimen ecclesie reputaret, tum propter senium, tum propter scisma quod fuit inter
sedem apostolicam et imperium, ab electo Ferrariense tunc[b] apostolice sedis legato ces-
sionem petivit et obtinuit, cedens loco non dignitati. Moratusque apud fratres Predica- 1247.
tores aliquamdiu, propter discordiam tempore electionis in ecclesia nostra motam civita-
tem nostram relinquens, profectus est Schonowiam, ubi ad Dominum migrans feliciter
requiescit. Rexit autem ecclesiam nostram 27 annis, et post cessionem suam in tercio
anno 15. Kalendas Ianuarii obiit anno Domini 1249[c]. 1249.

HEINRICUS[d] 29[us].

Post cessionem venerabilis patris ac domini episcopi Conradi, domnus Heinricus 1247.
Hyllegunstadensis ecclesie prepositus in episcopum nostrum eligitur, sed postulatio facta
de domno Hermanno sancti Cyriaci in Brunswihc preposito electionem ipsius multipliciter
perturbavit, adeo ut a rege investitus, ab archiepiscopo confirmatus, possessionem quie-
tam nostre civitatis habere non posset, et omnibus castris ecclesie et oppidis ab adver-
sario suo occupatis, excepto Vincenburg, ad reprimendas suas ac suorum iniurias ad
domnum papam Innocentium quartum, qui tunc Lugduni morabatur, accessit; pro cuius
mature persone reverentia nec non Sifridi Maguntini archiepiscopi precum instantia licet
in principio sui introitus domnus papa et tota curia circa eum benigne moverentur,
tamen variis sugestionibus multorum nobilium amicorum dicti postulati, negotium iam
dicti episcopi mansit per annum et amplius in suspenso. Tandem venerabili patre ac
domino Argentenensis ecclesie episcopo exsecutore obtento, cum multis gratiis a sede apo-
stolica sibi collatis, a domno papa honorifice est dimissus. Domnus vero Argentenensis,
quemadmodum in mandatis receperat, prenominato episcopo cum iuris iusticia universa
ac singula redintegrari precepit, suarum sententiarum banno contradictores ac rebelles
compescendo. A cuius sententiis adversarii appellantes, procuraverunt partes ad pre-
sentiam domni pape scitari; ubi postulato personaliter comparente, procuratoribus sepe

a) *Haec iam supra leguntur.* b) *ita legitur, minime nunc ut Leibnitius scribit.* c) MCCXLVIII. 2. *Sequitur iterum alia manus, saeculi XIII. medii.* d) Henricus *inscriptio saeculi XIV.*

55) Rosenthal. 56) Peina. 57) Sarstedt. 58) hodie Gronau; v. infra in episcopo Sifrido. 59) Werder, ubi 1660 claustrum Carthus. 60) Lauenrode castrum, Hannoverae obiectum. 61) Sarstedt.

dicti episcopi etiam astantibus, prefatus postulatus de ore domni pape, cum silentio sibi inposito, super ecclesia Hyldensemense sentenciam contrariam reportavit. Licet dictus episcopus multis discordiis suo tempore fuerit occupatus, pro quibus multa bona ad mensam episcopalem pertinentia obligata reliquisset, tamen utilitatibus ecclesie in quibus potuit providere curavit: advocatiam enim villicationis in Hardessehem, quam domnus Conradus ecclesie nostre episcopus a Conrado de Piscina ministeriali ecclesie absolverat, ipse postmodum a comite Meinhardo de Sladen, a quo iam dictus de Piscina eam in feodo tenuit, diu inpeditam expedivit. Medietatem etiam castri in Honburg, quam nobiles fratres Ludolfus et Adolfus de[a] Dasle in feodo ab ecclesia tenuerunt, pro trecentis libris ab eisdem absolvit, et ecclesie nostre condonavit. Idem etiam medietatem proprietatis in Empna a domno Conrado quondam preposito Montis, vero herede, obtinuit ministerialibus ecclesie infeodari; qui postmodum de consensu dicti prepositi idem feodum pro mille libris nostre ecclesie obligarunt; residuam vero medietatem sepe dictus
60 episcopus a comite Hermanno de Waldenberge[60] pro sexaginta quinque marcis et 5 solidis nomine ecclesie inpignoratam recepit, et ecclesie pro pignore pecunie reliquid. Idem etiam comeciam sitam iuxta Laenam[61] ab illis de Lutberge[62], per mortem Bertoldi advocati ipsis vacantem, ecclesie comparavit, et a relicta eiusdem advocati et filia sua obtinuit sibi et suis successoribus 5 librarum redditus in Dammone ab annuo censu arearum, pro eo videlicet, ut eam a suis molestatoribus defensaret. Idem etiam ad prebendam fratrum contulit decimam novalis in Vorholt[63], advocatiam etiam in Dammone[64], quam comites de Waldenberge in feodo tenuerunt, ab omnibus absolvit, et ecclesie per omnia
1257. Mai. 25. expeditam reliquid. Obiit autem anno Domini 1257, 8. Kalendas Iunii, ordinationis sue anno 11[b].

IOHANNES 30[us] episcopus.

1257. Post decessum venerabilis patris nostri ac domini Heinrici, pari voto et unanimi consensu Iohannes, prepositus Sancti Mauritii, in ecclesie nostre episcopum eligitur, qui quantum ad exteriorem hominem se gerebat, ut tam maiorum quam minorum in se provocaret affectum; qui etiam paci et utilitati ecclesie intendens, lapsa et alienata pro viribus suis, quantum potuit, revocare studebat. Primum videlicet a Lippoldo et Basilio fratribus de Escherde, advocatiam villicationis in Cherstede[c] pro centum libris Hildensemensium denariorum ecclesie nostre comparavit. Item a Lippoldo de Antiquo Foro
1258. advocaciam eiusdem loci pro 34 talentis. Item a Lippoldo de Escherde partem castri Depenowe pro 70 Bremensis argenti. Item ab Ecberto castrum Luttere[65] pro quingentis marcis examinati argenti, 20 marcis minus, et 25 mansos. Item in eadem villa a Iohanne camerario 2 mansos pro 13 talentis. Item in eadem villa a comite Henrico de Waldenberge 17 mansos expeditos et 7 mansos infeodatos pro 7 marcis examinati argenti. Item a comite[d] Burchardo et comite Heinrico fratribus de Waldenberge emit villam et ministeriales et quedam bona attinentia pro quadringentis marcis examinati argenti. Item acquisitione castri quod Peyna vocatur, et solutione debitorum Gunzilini filii Burchardi de Wulflebuthe, expendit mille et 10 talenta Hildensemensium denariorum. Item bona episcopalia ab antecessore suo obligata, pro nongentis et quadraginta talentis Hildensemensium denariorum redemit; pro istis reliquit quedam bona episcopalia obligata. Item emit quatuor mansos ab illis de Ringelem, de quibus instituit dari in anniversarii sui die ad quamlibet prebendam 8 denarios; camerariis et campanariis[e] unum solidum, scolaribus 5 solidos, ad altare domine nostre candelam de una libra cere. Item contulit capitulo nostro 7 mansos in Ochtersem sibi vacantes de morte Heinrici filii Lippoldi Craz, ad agendum festum Iohannis ante portam Latinam sollempniter; et de eisdem bonis ordinavit dari cuilibet dominorum unum solidum, ministris altaris et illis qui preerunt choro duplicem portionem, duobus pueris qui cantabunt alleluia unum solidum, pauperibus scolaribus decem solidos, camerariis et campanariis[e] unum solidum, ad accendendas candelas circa chorum duas libras cere, et eodem die dabitur caritas de duobus ferculis pullorum cum pane et vino. Hic prefuit ecclesie nostre annis tribus et dimi-

a) de Dasle *alia manu addita.* b) *rursus incipit manus saeculi XIV.* c) = Scherstede. d) Itemite *c.* e) campenariis *c. bis.*

60) i. e. Woldenberg. 61) Leina fluvius. 62) comitibus de Lutterberg? 63) Das Vorholz prope Heersum. 64) Die Dammstadt inter Hildesh. et villam montis. 65) Lutter am Barenberge.

dio; obiit autem anno dominice incarnationis 1261[a], 18. Kalendas Octobris, ordinationis 1261. Sept. 14. sue anno 4.

OTTO 31[us].

Anniversarius domni Ottonis ecclesie nostre episcopi 31. Hic illo quondam nobili Ottone duce de Brunswich patre[63] natus, Alberto et Iohanne fratribus suis in paterna 63 hereditate succedentibus, primum in canonicum ecclesie nostre eligitur, deinde vacante ecclesia nostra per mortem venerabilis patris episcopi Iohannis pie recordacionis, eo agente quartum decimum annum, in ecclesie nostre episcopum postulatur; postulatione 1261. vero de se facta usque in quintum annum pendente, a papa Urbano quarto confirmatur, et sic per eum in ordine subdyaconatus ecclesia nostra per plures annos tam in spiritualibus quam in temporalibus gubernatur. Indicto vero concilio apud Lugdunum a papa Gregorio X, tunc primum eo in dyaconatus et presbiteratus ordines promoto, cum aliis coepiscopis ad concilium proficiscitur, ibique propter noticiam sui generis a papa benigne 1274. suscipitur, et de mandato pape a reverendo patre Wernero archiepiscopo Moguntino ibidem in episcopum consecratur; quo reverso prospere, pontificale officium est prout melius potuit pre diversis occupationibus executus. Hic nimirum ab eo tempore quo nostram ecclesiam suscepit regendam usque in finem vite sue zelum Dei ad ecclesiam optinens, eam pro viribus extollere studuit, bona quedam episcopalia a suis predecessoribus obligata deobligavit, et quedam bona sibi suisque successoribus comparavit; ista videlicet: ante castrum Poppenborch 10 mansos pro centum quinquaginta talentis, tres partes advocacie in Chyerstede ab illis de Escherde, duas partes pro octoginta talentis, quandam comiciam iuxta Cherstede de hiis villis: Hottenem, Luppenstede[64], parvo Lo- 64 beke[65] et de aliis quibusdam villis circumiacentibus, a Brunone de Gustede pro quinquaginta talentis; advocaciam in Clowen[b] a Sifrido de Rutenberge pro quinquaginta talentis; advocaciam in Borchdorpe versus Miricam[66] a Lippoldo de Escherde pro 40 talentis; piscaturam in Layna iuxta Ruthe a domno Iohanne de Adenoys pro 14 talentis; castrum Hudhe cum quinque mansis, prato cum molendino et duabus piscaturis a Hillemaro de Oberge pro ducentis marcis, et quasi funditus de novo magnis sumptibus construxit. Comeciam Nowen[c, 67] a comite Henrico de Woldenberge pro 120 marcis; advocacias in 67 Ringelem, in Uppem, in Solide[68], et comecias ad Soltga et ad Ris[68*], nec non ad proprietatem castri Werdere[69] et molendini et[d] piscature, et 9 mansorum adiacencium a comite Ludolfo de Woldenberge pro quadringentis quinquaginta marcis, et idem castrum pro libero[e] castro ecclesie obtinuit, ita quod dictus comes et sui heredes ipsum castrum eo iure obtinebunt, quo de Halremunt, de Sladen comites, et dominus de Honburg, sua castra tenere ab ecclesia dinoscuntur, eo adiecto, quod castrum iam dictum sub quocumque eciam pallio[70] per dictum comitem sive per suos heredes alienari non debet, 70 sed pro loco et tempore castrum cum molendino, piscatura et 9 mansis predictis, pro certo et constituto precio, videlicet pro trecentis quinquaginta marcis, manebit ecclesie; de quibus quinquaginta marce iam per episcopum sunt solute. Item allodium Veteris ville ante Hildensem alienatum pro octoginta talentis recuperavit. Castrum Woldenberge cum indagine castri tantum[f] a comitibus de Woldenberghe pro mille quingentis marcis, quod in parte australi magnis eciam sumptibus pro parte muravit. Allodium ad Rod iuxta Woldenberge et pratum castro adiacens pro 70 marcis; villicationem Holle, quam obligatam invenit, pro centum quinquaginta marcis absolvit. Advocaciam in Holle et comiciam ibidem, nec non gograviam de 15 villis a comite Ludolfo de Woldenberge pro 144 marcis, et advocaciam in Badekenstede[71] ab eodem pro 26 talentis, item maiorem comiciam, que incipit a Scirbeke iuxta Harlessem et protenditur per Hever usque ad fontem Sebbettessen ab illa parte Gandersem, et usque ad pontem Olkessen[72], et quartam partem comicie super Amberga[73], a comite Hermanno de Woldenberge pro quadringen- 73 tis marcis; advocaciam in Sibbethtessen de bonis custodie a Hugone de Holthusen pro

a) sepultus in ascensu baptisterii ad austrum 2. b) dowen 1. c) Rowen *ed.* d) ī *c.* e) libro *c.* f) tm *c.*

63) Ottone a. 1252. defuncto, Albertus primo solus regnavit, tum a. 1267 terras Brunsvicenses accepit, Iohanni Luneburgenses relinquens. 64) locus desertus. 65) Kleinen Lopke. 66) mirica, merica, erica, idem quod *Heide,* in Marchia nostra sylvam significans. 67) cf. H. A. Lüntzel die ältere Diöcese Hildesheim p. 165. 68) Söhlde. 68*) Bereler Ris. 69) Werder an der Nette. 70) i. e. praetextu. 71) Baddekenstedt. 72) Schirbeck et Harlessem, villa desol., prope Hildesh.; der Hever prope Bilderlab; Sebexen; Gandersheim; Olxheim. Cf. Lüntzel 155. 73) in quo e. g. Bokenem.

20 marcis; stagnum iuxta Eddessem et molendinum Berge cum piscatura; silvam quan-
71 dam in Harto[71] quae dicitur Wrochterewolt, a multis echtwardis pro magna summa pecunie expedivit, et ecclesie obtinuit. In Tyderingerod quinquaginta echtwardos a Lyppoldo de Vreden pro 24 marcis; decimam in Hemmendorpe vacantem sibi suisque successoribus retinuit; domum episcopalem in Hildensem, quasi dirutam, muro, trabibus, tecto lapideo refecit, et aliis edificiis instauravit. Cenaculum in Poppenburch et turrem parvam adiacentem lapidibus texit. Castrum Wincenburg a Beyerberg usque ad valvam muravit; valvam lapideam ante castrum Peyne construxit et lapidibus texit; testudinem in castro similiter lapidibus texit, et alia edificia in eodem castro fere omnia innovavit; feodum eciam castri civitatis et comicie Peyne a comite Widekindo de Poppenborch expedivit, qui illud in manus suas libere resignavit; advocaciam in Lapidibus a Iohanne et Conrado Acken expedivit. Item a domno Heinrico de Honborch in placitis obtinuit, quod liberum erit ecclesie redimere castrum Honburg quocumque anno semper infra festum pasche et Walburgis pro trecentis libris Hildensemensium denariorum. Item camerarius, marscalcus, pincerna, officiati episcopi, de suppellectili quorundam predecessorum suorum episcoporum de facto se ingesserant, quod episcopus penitus abolevit. Quid plura? Ecclesia siquidem per ipsum incrementum longe amplius recepisset, si et domestica et fratrum persecucio non fuisset; unde iniquo consilio actum est, quod dux Iohannes armata manu contra episcopum et ecclesiam processit, et non tantum laycorum quantum ecclesiarum possessionibus dampna gravia irrogavit. Pace tandem inter episcopum et ipsum ducem intercedente, eisque in amicicia firmatis ad invicem, ecce dux Albertus senior, set aliis inmanior, stimulo invidie contra fratrem suum episcopum agitatus, ipsum et ecclesiam humiliare disposuit, quod opere imposuit; quia non contentus, quod ecclesiam circumvenit in multis, sicut etiam in illis quinque villis ad comeciam Soltga antiquo iure spectantibus, quas marchio Otto de Brandeborch eidem duci contra iusticiam adiudicavit, episcopo tamen contradicente et reclamante, eciam suscitavit ecclesie adversarios, quibus ad ledendum eam rapinis et incendiis per terram ducis liber patebat transitus et securus ad municiones suas recursus. Igitur ab episcopo gracia consilii ad ducem Iohannem recurritur, qui cum diversis placitis hinc inde servatis, frater fratri apud fratrem optinere non posset, misertus fratris promittit auxilium, et nichilominus eo procurante cum archiepiscopo Bremensi et dominis inferioribus nec non cum Ottone et Alberto marchionibus de Brandeborch in favorem episcopi contra ducem valide inspi-
1277. Dec. 13. ratur. Sed ecce iniqua sorte dux Iohannes praemoritur, et dux Albertus tutor admittitur; unde et ex morte huius et metu alterius pene moritur auxilium ecclesie repromissum. Verumptamen episcopus et Magdeburgensis ecclesie et marchionum confisus auxilio, se contra fratrem pro ecclesia invitum opposuit, eoque in principio viriliter contra fratrem
1279. agente, predictis vero in ferendo auxilio torpentibus, Cherstede et Empne municiones ecclesie per ignis iacula capiuntur, et pociores ministeriales ecclesie inibi captivantur. Ex hac magna ruina ecclesie fit ingens dolor ab omnibus; sed episcopus, quem plus dolor angebat, plus doluit, et in tantum in eo dolor invaluit, quod sibi, ut creditur, prestitit causam mortis. Ipse enim tactus vehementi dolore intrinsecus, tamquam sue mortis prescius, sexta feria ante, sicut[a] anno Domini 1279 in die beati Olrici, qui feria tercia tunc occurrit, carnis persolvit debitum[b], fratribus in capitulo convocatis, de novali in Emberke, quod ex concessione omnium quorum intererat exstirpari fecerat, suum coram fratribus testamentum condidit, et illud cum proprietate et decima nec non cum omni iure, sicut ipse tenuit, super reliquias beate Virginis obtulit, liberum relinquens capitulo, quatinus de eisdem bonis post mortem suam ordinarent, prout secundum Deum anime sue saluti expedire viderent: unde ex ordinatione capituli de eodem novali in anniversario ipsius dabitur communis karitas, de pullis pane et vino, fratribus et vicariis universis: cuilibet fratrum 20 denarii, cuilibet vicariorum 10, tribus campanariis solidus, tribus cameraris solidus, qui coadiuvabunt campanarios ad pulsandum, pauperibus scolaribus 12 solidi. Episcopus eciam quasdam proprietates bonorum pauperum scolarium contulit, pro quibus in nocte anniversarii eius legent psalterium, et in die anniversarii eius de illis 12 solidis procurabuntur; duo cerei de tribus libris cere ponentur, unus ad

a) *ita c.; lege* quam. b) sepultus ante altare sancte Crucis 2.

71) Harz.

altare beate Virginis in choro, alter ad sepulchrum episcopi, qui ardebunt de una vespera ad aliam. Memoratus eciam episcopus et personarum et ecclesie utilitati prospiciens, ipsa hora[a] qua testamentum suum condidit, ad devotam supplicationem capituli, annum gracie de beneficiis que de manu episcopi tenentur, capitulo indulsit; et prepositus Iohannes de suis beneficiis, et capitulum de obedientiis similiter indulserunt; hoc modo videlicet, quod quicumque fratrum ante diem beati Iacobi moritur, nova sequentis anni percipiet, prout in ipsius episcopi et capituli litteris plenarie continetur. Episcopo in die beati Olrici, qui tunc feria tercia occurrit, ut dictum est, premortuo, ecce dictu mirabile sed Deo non inpossibile subsequitur: infra 6 ebdomades, eodem die quo episcopus, dux Albertus post moritur, tamquam Dei iudicio evocatus. Rexit autem episcopus Otto nostram ecclesiam, tempore postulationis sue connumerato, 19[a*] annis et perfecte mensibus 7. 1279. Aug. 15

SIFFRIDUS 32us.[b]

Defuncto venerabili patre domino nostro Ottone episcopo, Siffridus Magdeburgensis ecclesie decanus, de domo nobilium de Querenvorde trahens originem, vir per omnia magnanimus, litterarum scientia, morum honestate, multisque pollens virtutibus, in nostrum episcopum consulentibus et amminiculum ad hoc prestantibus venerabili Bernardo sancte Magdeburgensis ecclesie electo, et illustri Alberto de Brandeborch marchione, qui eodem tempore ecclesiam nostram viduatam contra Albertum ducem de Bruneswich ipsam inpugnantem viriliter defendentes, in civitate Hildeneshem cum copioso exercitu moram trahebant, canonice est electus. Qui cum confirmationis et consecrationis munus ab archiepiscopo Moguntino et regalium investituram a serenissimo Romanorum rege Rodolfo esset adeptus, ecclesiam nostram, quam ex eo quod munitiones Tzerstede et Empna per ducem predictum penitus destructe et non pauci ibidem ministerialium et vasallorum ecclesie erant capti, graviter perturbatam invenit, pro viribus suis studuit reformare. Ipso namque duce post paucos dies defuncto, captivos data non modica pecunia liberavit, et procedente tempore munitiones destructas Empnam[b*] videlicet et Tzerstede restauravit. Empnam tamen in loco tutiori locatam, mutato nomine Gronowe appellavit. Set ecce Alberto duce, ut premittitur, sublato de medio, filii eius Henricus[72], Albertus[73] et Wilhelmus[74] duces, paternis vestigiis inherentes, contra episcopum et ecclesiam ferociter eriguntur. Quibus cum episcopus fortiter repugnaret, factum est sinistro eventu, ut de precipuis ministerialibus et vasallis ecclesie in castro Campe[75], ad quod gratia presidii se receperant, ipso castro per duces aliquamdiu arta obsidione vallato ac demum expugnato, septuaginta vel circiter caperentur. Ex quo tantum periclitata et deiecta fuit ecclesia, quod vix recuperandi aut resurgendi spes aliqua habebatur. Episcopus tamen in Domino confidens et murum defensionis pro ecclesia se opponens, minime desperavit. Orta namque inter fratres seu duces ipsos discordia, ipse duobus eorum Wilhelmo videlicet et Alberto confederatur, a quibus et castrum Stouphemborch[76] sibi optinuit pro certa pecunie quantitate stipendiorum nomine obligari, contra tertium se et ecclesiam defensurus. Factis itaque diversis insultibus et conflictibus hinc et inde, episcopus nonnullos de parte adversa milites ac famulos captivavit, per quos plures suorum a captivitate absolvit, et rursus ad defensionem ecclesie se munivit. Hiis ita gestis Albertus et Wilhelmus duces opidum fratris eorum ducis Henrici, Helmenstat nomine, cooperante sibi episcopo obsederunt; civesque obsidione artati, datis treugis hinc et inde, potiores milites non paucos tam de parte episcopi quam ducum ad se in opidum mitti petierunt, tamquam de pace et concordia tractaturi. Quibus introgressis et ad hospitia iam receptis nichilque mali suspicantibus, infideles cives verba pacis in ore gerentes et in pectore non habentes, portas opidi concluserunt, et eos intra crudeliter occiderunt[c]. Quod factum lugubre toti patrie causam prestitit lamentandi. Deinde ex mandato Romanorum regis predicti pace iurata inter principes et nobiles Saxonie, dux Henricus de castro Harlingeberch[77] omnibus circumvicinis dampna varia irrogavit; unde dicti principes, in quorum etiam numero episcopus existebat, ac nobiles

1279. (margin, beside "Defuncto venerabili patre")
72 (margin, beside "cus, Albertus et Wilhelmus")
76 (margin, beside "phemborch")

a) *ita correxi;* bona *c.* a*) *ita c. at XVIII tantum sedisse videtur.* b) *inscriptio deest.* b*) emnam *c.* c) ubi tres nobiles milites diocesis nostre videlicet Stenberch et Saldar et cet. dolo interfecti fuerant *refert* 2.

72) dux in Grubenhagen. 73) dux in Gottinga. 74) dux Welferbytanus. 75) haud procul a Brunswich. 76) Staufenburg prope Osterode. 77) Herlingsberg prope Goslariam stetit.

Saxonie contra ipsum ducem, tamquam generalis pacis violatorem, dictante ipsius regis sententia insurrexerunt' et castrum Harlingeberh obsederunt. Cumque idem dux ad liberationem ipsius castri festinaret, inito maximo cum principibus et nobilibus conflictu subcubuit, castrumque Harlingeberch captum fuit. Per cuius captionem ipse episcopus
1291. iudicium ad Bocla[76], quod dux Albertus et filius eius Henricus dudum contra iustitiam detinuerant, occupatum recuperavit, et ipsum castrum coram se tamquam loci illius iudice seculari proscribi et data sententia fecit funditus demoliri. Et procedente tem-
78 pore in loco haut longe posito castrum Levenborch[78] magnis sumptibus construxit, per quod plura bona ac iura ecclesie abstracta et distracta ad ecclesiam revocavit. Henricus vero et Albertus duces tam de castri constructione, quam etiam iurium ac bonorum ecclesie revocatione dolentes, ipsum castrum Levenborch, cum adhuc esset novella plantatio, grandi exercitu obsederunt; set cum episcopus ad repellendum eos se fortiter prepararet, magnanimitatem eius videntes et constantiam in sancto[a] proposito, recesserunt, machinis in campo et aliis instrumentis bellicis, quae ad expugnandum castrum apportaverant, derelictis. Eodem tamen anno hiidem duces magno congregato exercitu, super Fusennam fluvium[79] prope Olesborch castrum multum preiudiciale ecclesie erexerunt, et nomen inponentes Lowendal occuparunt. Episcopus vero ne liber ac frequens ipsis de castro predicto ad invadendum ecclesiam pateret introitus, aliud castrum, cui nomen impositum est Papenborch, in loco non multo plus quam ad iactum sagitte remoto erexit, et multis munivit armatis, per quod castrum Lovendal manutenentes fuerunt artati ac religati in tantum, ut qui antea obsederant, obsiderentur, factique ex obsessoribus sint obsessi. Demum vero ipsis in castro Lowendal defitientibus, et in castro Papenborch profitientibus, castrum Lowendal capitur, et tam hoc quam illud penitus demolitur.
80 Quid plura? illustris Otto, dux Luneborch, castrum Calenborch[80] super Laynam fluvium construxit; quod quia vergebat in maximum ecclesie detrimentum, episcopus sustinere non valens nec volens, contra ipsum ducem insurrexit, et modis quibus potuit impugnavit. Ipse vero Otto dux cum Henrico et Alberto ducibus de Brunswich conspiratione facta contra ecclesiam, assistentibus eis Ottone et Hermanno de Brandeborch marchionibus et nonnullis aliis principibus ac nobilibus, magno collecto exercitu terras ecclesie invaserunt, duasque turres lapideas Stederdorp videlicet et Oberge, quorumdam militum fidelium ecclesie mansiones ceperunt, easque incastellantes firmiter munierunt, de illis et aliis suis munitionibus terram et ecclesiam gravissime impugnantes. Episcopus vero magnanimus in adversis desperare aut deprimi non consuetus, set in domino Deo suo confisus, conductis armigeris et stipendiariis innumeris vim vi tum cum moderamine tum sine moderamine repellebat. Nam eadem durante guerra, quasdam munitiones ducum, videlicet Uslere, Everborch, Geveldehusen et Echte[80*] cepit et destruxit, ac in pluribus conflictibus concedente domino Deo, a quo est omnis victoria, triumphavit, sibique in hac eadem guerra tantum supercrevit, quod plura debita persolvit, in quibus antea tenebatur. Demum vero inter episcopum ex una, Ottonem de Luneborch et Albertum de Brunswich duces parte ex altera, Henrico duce excluso, castris etiam Oberge et Stedemdorp primitus dirutis, conpositio ordinatur. Et cum dux Otto castrum Calemberch sonae[81] includeret, pontem ante castrum super Laynam a sona eadem episcopus excludebat. Dux autem Henricus ecclesiam adhuc inpugnans, castrum quoddam Mosborch nuncupatum in terminis cometiae Bocla construxit, quod statim episcopus et alii, quibus constructio huiusmodi videbatur incongrua, circumdantes, penitus everterunt. Ipso nichilominus duce in persecutione ecclesie perdurante, ac nobilibus viris de Werdere, et de
82 Sladen comitibus sibi assistentibus, per ipsum episcopum castrum Werdere[82] aliquanto tempore obsessum capitur et destruitur. Castrum Walmoden ad reprimendos ducis Henrici predicti insultus, qui de castro Luttere irrogabantur, nongentis et quinquaginta puri argenti marcis ecclesie conparatur. Castrum vero Sladem graviter obsidetur. Tandem conpositione inter ducem et episcopum ordinata, episcopus graves inpugnationes et guerras postea non sustinuit; set pace aliquali ante finem vite sue, modico tamen tem-
83 pore, fruebatur. Inter hec autem que superius dicta sunt, castrum Rutam[83] in loco ubi

a) sco c.

76) Buchloden. 78) Liebenburg. 79) Fuse. 80) Calenberg. 80*) Uslar, Gieboldehausen, Echte; Everburg ignoratur. 81) i. e. reconciliationi. 82) in pago Ambergau. 83) Ruthe.

Layna et Indistria confluunt sumptuose construxit, propter quod ab Ottone duce Lunenburgensi graves inpugnationes et guerras longo tempore est perpessus. Pace tamen inter eos facta, episcopus in placitis obtinuit donari sibi et ecclesie a duce predicto pro- 1283. Dec. 16. prietatem castri Lowenrode et opidi Honovere; quod tamen idem dux ab episcopo recepit in feudum, datis tantummodo centum marcis. Hoc autem factum est episcopo et ecclesie in recompensam castri Huden, quod dux destruxerat antedictus. Quandam etiam partem castri Popenborch ab impetitione Gherardi comitis de Scowenborch data pecunia expedivit. Castrum Herste[84] prope Gotinge conparavit, quod postea per traditionem 31 captum destruitur. Castrum quoque Westerhove[85] ecclesie nostre perutile cum suo comitatu mille et viginti marcis puri argenti sibi et suis successoribus conparavit. Advocaciam in urbe a Ludolfo camerario absolvit. Advocatiam in Hasikenhusen[86] a Lippoldo de Dalem milite acquisivit. Palatium episcopale in multis edifitiis emendavit, cappellamque ibidem de novo construxit, ubi et quatuor canonicos instituit, quibus ad victum quadraginta libras Hildensemensium denariorum de oblationibus et obventionibus ecclesie sancti Andree necnon preposito eiusdem ecclesie sive archidiacono civitatis 12 libras dari annis singulis ordinavit Tres etiam mansos in Reden sibi vacantes adiecit canonicis antedictis. Novissimis autem diebus suis cum aliquali pace, ut dictum est superius, frueretur, castrum Hundesruge et opidum Dasle[87] cum adiacente comitatu mille et non- 67 gentis marcis emptionis titulo conparavit, relinquens ea pro maiori parte suis successo- 1310. ribus exsolvenda. Licet itaque dictus episcopus cunctis pene temporibus quibus nostram rexit ecclesiam potentum principum et aliorum duris persecutionibus circumclusus, graviumque guerrarum tumultibus fuerit occupatus et a tribulatione malorum et dolore vexatus: utilitatem tamen ecclesie nostre tam in spiritualibus quam in temporalibus prospicere non neglexit, immo eam utrobique, ut ita dicamus, et inter pressuras exaltavit et inter angustias dilatavit. Et ut de temporalibus superius dicta sufficiant, in spiritualibus sicut infra scribitur se habebat. Quamvis enim temporalibus intentus, adversariorum ac principum non timuerit principatum; totis tamen visceribus diligebat Christum regem. Nam divinum offitium libenter audiebat, fatiens omni die missam coram se per notam decantari, nisi magna eum in hoc necessitas impediret. Et quandocumque novem lectionum festum aliquod agebatur, non solum missam set et matutinum ac vespertinum officium tonatim cum pausa et intentione multa cum suis clericis decantavit. In maioribus etiam festivitatibus et ordinationibus clericorum ac velatione sacrarum virginum aliisque pontificalibus officiis cum per se sacra missarum sollempnia celebraret, tanta sibi virtus et devotio a Domino est concessa, ut in lacrimas prorumperet et imbre lacrimarum suam fatiem irrigaret, devotionique adeo deditus existeret, ut ea que cantanda aut dicenda erant, vix posset dicere aut proferre, set verba singultibus interrumpere[a] oportebat. Sacre etiam visitationis officium multis annis a suis predecessoribus intermissum cum magna sedulitate exercuit, evellendo et dissipando noxia, edificando et plantando proficua, corrigendo ac reformando tam in capite quam in menbris, que correctionis ac reformationis novit studio indigere, non querendo que sua essent, set que domini Iesu Christi, et in persona sui ante omnia ostendendo vita et conversatione, verbo pariter[b] et exemplo, qualiter subditos in domo Domini oporteret laudabiliter conversari. Multa quidem et alia que contemplationis et actualitatis existunt, gessit hic pontifex gloriosus, que non sunt scripta in libro hoc, ne legentibus vel audientibus tedium generarent; hec autem scripta sunt, ut sciatur per omnia valuisse et multis virtutibus claruisse. Rexit autem ecclesiam nostram annis 30 et[c] mensibus 10. Anno enim dominice incarnationis 1310, pontificatus sui 31, quinto Kal. Maii debitum carnis exsolvens, migravit ad Dominum[d], relinquens ecclesiam honore et potentia emendatam, set multis, ut verum fateamur, debitorum honeribus agravatam. 1310.

HENRICUS 33us.[e]

Huic successit vir utique venerabilis Henricus, ecclesie nostre decanus, de illustri comitum de Woldenberge prosapia oriundus[f]. Qui castrum Hundesruge ac opidum Dasle cum comitatu adiacente a serenissimo Henrico de Lutcelenborch tunc Romanorum

a) prorumpere *corr.* interrumpere *c.* b) *additum.* c) *additum.* d) sepultus in media ecclesie sub corona. 2 e) *inscriptio deest, ut et in omnibus qui sequuntur.* f) Iste quia vir mansuetus fuit, a quibusdam vocabatur Aleke 2.

84) Harste. 85) Westerhof. 86) cf. Lüntzel l. c. p. 240. 87) Hunnesrück et Dassel in Sollinga silva.

1310. Sept. 6. rege, postea autem imperatore, ecclesie nostre perpetuo uniri, seque et successores suos de eisdem inter cetera regalia, que nostra ab imperio tenet ecclesia, obtinuit infeudari. Et procedente tempore, castrum opidum ac comitatum huiusmodi persolvit, quia a predecessore suo, qui ea conparaverat, nondum fuerant persoluta. In principio promotionis sue burgenses ac cives civitatis nostre in magna ac tanta rebellione et pertinatia positos, quod fidelitatis sibi prestare homagium noluerunt, bona sibi in civitate Hildensemensi per resignationem vasallorum suorum vacantia occupaverunt, et in multis aliis se opposuerunt que nostre respiciebant ecclesie libertatem, conpetenti moderatione conpescuit. Collecto namque magno exercitu, civitatem obsidens, castrum Sture-
88 wold[88] construxit[a], eosque subtractis molendinorum et pascuorum solatiis in tantum artavit, quod infra paucos dies cum ipso conposuerunt, deditionem sibi et fidelitatis homagium facientes, ac salvas relinquentes ab ipsis invasas ecclesie libertates. Inter articulos conpositionis huiusmodi specialiter est expressum, quod porta retro urbem, per quam itur ad Sanctum Paulum, multis annis continue clausa, manebit ammodo reserata. Et ut omnis inter clerum ex una, et burgenses parte ex altera, dissensionis amputetur materia in futurum, et litigiorum dispendiis via, quantum est possibile, precludatur, statuto et privilegio perpetuo est firmatum, quod si inter clerum et burgenses super libertatibus aut emunitatibus ecclesie aut re aliqua questio orietur, quidquid canonici nostre ecclesie iustum esse suis affirmare voluerint iuramentis, absque ullius contradictione salvum eis in perpetuum permanebit. Omni etiam anno, quando novi consules sunt statuti, hiidem consules ab episcopo aut capitulo requisiti, venient ad presentiam eorundem, et tactis sanctorum reliquiis iurabunt, quod omnes portas civitatis fideliter tenebunt et custodient, et quod specialiter Sancti Pantaleonis et retro urbem portas episcopo aut capitulo sive die sive nocte in omnibus eorum necessitatibus reserabunt. Item omni anno feria secunda in capite adventus[b] in generali capitulo iurabunt dicti consules, se omnes libertates et emunitates ecclesie, in quantum possunt, fideliter
89 defensuros. Hiis vero ita conpositis, castrum Hoinboke[89] una cum domino de Homborch, auxiliantibus ad hoc utcumque quibusdam aliis principibus, potenter obsedit, obsessum cepit, captumque fecit funditus demoliri. Opidum Bokenem mille et centum
1314. Mart. 8. marcis ecclesie conparavit. Cum illustri Ottone duce de Luneborch, qui opidum Honovere et castrum Lowenrode cum quibusdam comitatibus et bonis aliis ab ecclesia in feudum tenuerat et ab ipso recipere non curavit, graves guerras habuit, plures conflictus iniit, in aliquibus succumbens et in pluribus triumphans. Tandem conpositione facta, idem dux iam dicta bona ab episcopo recepit in feudum, et se vasallum ecclesie recognovit. Idem episcopus usurarum voraginem, que animas devorat et facultates exhaurit, que apud cives Hildensemenses multum inoleverat, valde restrinxit. Castam vitam duxit, et pontificale officium devote et cum magna sedulitate exercuit, sicut vir bonus, simplex et rectus, et recedens a malo, Dei et proximi habens zelum[c]. Novissime vero diebus suis mandatum apostolicum, sibi grave, subditis intollerabile, non ex amore iustitie, set odii fomite et livore vindicte, ab emulis sibi dirigi procuratur. Unde ipse presentiens tantum malum, surrexit sicut pastor bonus, qui posuit animam suam pro ovibus suis, sedemque apostolicam adiit, pro fraude et dolo huiusmodi summo pontifici exponendis. Ubi in prosecutione iuris sui febre tactus, pro grege suo mortuus
1318. Iul. 13. est, et in monasterio sancte Clare Avinione honorifice[d] tumulatus anno Domini 1318. 3. Idus Iulii, pontificatus sui anno 9. In eius anniversario dabuntur de decima in Solede cuilibet dominorum presenti 7 denarii et dimidia stopa vini, vicario 4 denarii et quarta vini, magistro maiori, subcustodi et succentori similiter, candela de libra cere, scolaribus 5 solidi, camerariis et campanariis 3 solidi[e].

OTTO 34us.

Venerabili patre domno Henrico de Woldenberghe episcopo nostro Avinione feliciter defuncto, de quo sufficiens scriptura superius reperitur, successit ei patruus eius domnus Otto de Woldenberghe, prepositus Montis sancti Mauritii, in episcopum nostrum concorditer electus. Hic in principio ingressus sui habuit conflictum cum quibusdam oppres-

a) quod et Alekenburc vocavit 2. b) ieiunii *manu posteriori.* c) *addita vox manu recentiori.* d) *Hic manus alia saeculi XIV. incipit.* e) *Iterum alia manus saeculi XV. incipit.*

88) Steuerwald. 89) Hohenbüchen.

soribus terre nostre, videlicet de Engelinghborstel et de Monikhusen[90] prope villam 90 Osleveshen[91], et Deo victoriam nostris concedente, hostes aut capti aut interfecti aut fugati succubuerunt; de quorum captivitate dominus noster episcopus magnam extorsit pecunie quantitatem, unde ipse et sui locupletati fuerunt. Ipse vero tamquam fidelis et bonus dispensator, pecunias sibi taliter provenientes in utilitatem ecclesie nostre convertens, castra et bona episcopalia per predecessores suos inpignorata seu alienata recuperavit et redemit. Castrum vero Luttere et officium in Barke et advocaciam in Calevelde[92] a ducibus Brunswicensibus pro tribus millibus et 60 marcis emit, et pecunias pro quibus predecessor suus domnus Syffrydus episcopus castrum Lindowe[93] a nobilibus 93 de Plesse comparavit, nondum solutas persolvit, et in eodem castro palacium inexpugnabile cum alto muro construxit. Castrum Sturwolde quasi ex toto solempnibus et inexpugnabilibus edificiis, prout liquet, preter palacium antiquum, quod patruus suus immediatus predecessor domnus Hinricus episcopus edificavit, magnis sumptibus construxit. Et quamplura edificia in aliis nostre ecclesie castris diruta, que omnia describere difficile esset, ipse reedificari procuravit. Ipse etiam adhuc prepositus Montis existens, 1315. Febr. 5. ad laudem et honorem omnipotentis Dei et gloriose matris eiusdem virginis Marie quandam missam, vulgariter auream dictam, singulis annis sabbatho proximo post communes[93*] ab omni clero tam religioso quam seculari solempniter in ecclesia nostra instituit decantari, deputans ad hoc de decima in Zolde largam et bonam consolationem in eadem missa presentibus ministrandam. Item ordinavit duas faculas annis singulis per totum adventum ob reverentiam ympni[94] *Veni Redemptor* in choro nostro ante pul- 94 pitum ad completorium incendendas et ardendas, et cuilibet scolari in eodem completorio presenti eciam undecumque venienti unam similam per prepositum nostrum tribuendam. Insuper festum beate Elizabeth cum cantu et consolacione solempnibus in ecclesia nostra pro duplici festo peragendum instituit atque redditibus dotavit. Anniversarios domnorum Siffrydi et Henrici episcoporum nostrorum, predecessorum suorum, et suum proprium in ecclesia nostra solempniter singulis annis peragendos cum bona administratione ordinavit. Rexit autem ecclesiam nostram in summa et tranquilla pace sic, quod cum suis omnibus subditis multum fuerat locupletatus, et taliter, quod villane in pluribus villis sue terre cum bonis vestibus et mantellis de vario foderatis incedere videbantur, disponente Domino et cooperantibus sibi favore et amicicia nobilium principum Ottonis de Luneborch et Ottonis de Brunswich ducum, pacis et iusticie filiorum. Omnibus itaque per dictum domnum Ottonem episcopum pro utilitate et commodo ecclesie nostre tamquam per bonum et fidelem pastorem laudabiliter et feliciter consumatis, anno ordinationis sue 16° debitum humane condicionis exsolvit[95], et in ecclesia nostra ante altare 1331. Aug. 22. omnium sanctorum requiescit[a]. Cuius memoria et[b] benedictione sit eterna. Amen.

HENRICUS 35[us].

Huic successit[96] venerabilis pater domnus Henricus, illustris[c] ducis[97] de Brunswich Aug. 28. filius, in cuius electione detestabile scisma surrexit. Nam quidam de dominis nostris adherebant electioni sue, alii vero domno Erico de Schowinborch per apostolicam sedem proviso, cui eciam cives Hildensemenses adheserunt, tum propter ipsius domni Henrici potenciam, tum propter depravacionem monete nostre per illos forte factam; quidam vero de consulibus Hildensemensibus dicto domno Hinrico faventes fuerant de civitate expulsi. Remanentes autem et dicto domno Erico auxilium prestantes, ferociter cum magnis gwerris diocesin nostram invaserunt. Nam opidum Dam domno Hinrico adherens ceperunt et funditus destruxerunt, ut apparet cooperantibus eis ad hoc quibusdam ecclesie nostre vasallis[d]. Volens autem dictus domnus Hinricus abducere aque fluxum Indistrie a molendino episcopali, conflictum habuit cum incolis civitatis prope civitatem,

a) obiit a. D. MCCCXXXI. ordinacionis sue XV. 2. *numeris correctis.* b) *ita c.* c) i. ac elegans 2. d) anno Domini MCCCXXXII. in nocte natalis Domini 2.

90) Engelbostel et Münchhausen. 91) Oesselse, districtus Ruthe. 92) Berka et Calefeld princip. Göttingens. et Grubenhag. dioeceseos Moguntinae. 93) Lindau. 93*) communes »die heilige gemeinwoche« erant dies victoriae Saxonum de Thuringis, in ebdomada post diem S. Michaelis celebrati; v. Haltaus Iahrzeitbuch der Deutschen des Mittelalters 1797. p. 142. 143. 94) i. e. hymni. 95) De anno obitus cf. Beiträge T. I. p. 90—94; et chartas ap. Lüntzel dioec. Hild. p. 423. 424. 96) Excerptum iuramenti episcopi legitur in Deductione iurisdictionis meyerdingicae ecclesiae cathedralis Hildesheim. praeposito et capitulo competentis. Hildesh. 1758. fol. pag. 70. 97) Alberti Gottingensis.

qui prevaluerunt; quidam vero de suis in fugam conversi occubuerunt, quorum aliqui
interempti, nonnulli captivati fuerunt. Dictus vero domnus Ericus volens cum viris
98 armatis civitatem ingredi, multis de civitate sibi obviantibus prope villam Haze[98] et
eum introducere volentibus, dictus domnus Henricus cum suis illos invasit et debellavit
1333. triumpho potitus. Post hec facte sunt treuge ad decem annos; quibus finitis, maior est
exorta guerra quam fuit antea, que quasi ad tres annos duravit, in quibus plura ecclesie nostre castra et bona episcopalia ac quorumdam monasteriorum et collegiorum inpignorata fuerunt et eorum aliqua penitus alienata. Domno vero Henrico in huiusmodi gwerra deficiente et quasi desperante, Deus omnipotens meritis gloriose virginis Marie sue matris, in quam plenam et firmam habuit confidenciam, victoriam sibi contulit de inimicis suis in prato infra Sturwoldis et civitatem, quorum multi fuerunt submersi et quam plures abducti captivi. De qua victoria in tantum fuit ditatus et adversarii sui taliter suppeditati, eciam dicto domno Erico tunc interim defuncto, quod ex tunc in singulis factis suis prosperabatur; civitatenses eciam videntes se deficere, gratie dicti
1346. domni Henrici se submiserunt, sic quod invicem amicabiliter pacificati et concordati
fuerunt. Sed in emenda huiusmodi controversie dicti civitatenses singulis septimanis apposuerunt 12 talenta Hildensemensium denariorum ad satisfaciendum lapicidis, carpentariis et aliis laborantibus in edificacione castri Marienborch, quod ipse domnus Henricus tunc edificavit et construxit, quoadusque dictum castrum perficeretur[a]. Deinde domino Deo prestante, dictus domnus Hinricus ad gremium matris ecclesie regressus, a sentenciis excommunicationis, quibus per domnos apostolicos Clementem et Innocencium, eo quod provisioni, dicto domno Erico per sedem apostolicam facte, se opposuit,
1353. innodatus extiterat, per eundem Innocencium absolutus[b] sibique de ecclesia nostra de
novo provisum fuerat. Igitur sic reconsiliatus et premissis gwerris et tribulacionibus cessantibus ac tranquilla pace succedente, castra ecclesie inpignorata et bona mensalia
99 pro toto suo posse recuperavit. Castra vero Woldenstein, Sladum et Wydenla[99] pro
magna pecunie summa ecclesie nostre comparavit; castrum Marienborch de novo con-
1312. struxit, Woldensteyn a nobili Siffrydo de Homborch, Sladum a Meynekone ibidem
1341. comite, Wydenla ab illis de Gowisch emit, et eadem castra ubicumque diruta fuerant
reparari ordinavit. Festum gloriosi corporis Christi in ecclesia nostra et aliis ecclesiis collegiatis solempniter instituit cum anniversario suo singulis annis peragendum. Reliquit eciam suis successoribus decem castra non inpignorata, set libera et soluta, videlicet Sturwolde, Marienborch, Rute, Peyne, Levenborch, Sladum, Wydenla, Luttere, Woldensteyn et Wynzenborch[c], cum pluribus bonis mense episcopalis. Destruxit eciam castra Grensleve et Hilwerdeshusen in comitatu Dasle. Rexit[d] autem ecclesiam nostram
1362. Febr 6. 32 annis cum dimidio. Sepultus est ante altare beate Katherine virginis. Cuius anima
in pace perpetua requiescat Amen.

IOHANNES SCHADELANT 36us.

1362. Post obitum domni Hinrici de Brunsvich domnus papa providit de episcopatu Hil-
densemensi cuidam venerabili et bono viro de ordine Predicatorum, sacrae theoloye doctori, quem vulgariter vocabant episcopum Iohannem Schadelant. Qui in principio introitus sui requisivit de libris divinis et legalibus predecessorum suorum. Tunc officiati curie ostendebant ei loricas, clipeos et galeas, dicentes quod tales fuissent libri predecessorum suorum. Et quia mores patrie non congruebant sibi, idcirco ipsum epi-
1364. scopatum ad manus domni papae, a quo ipsum tenuit, resignavit, et forte per duos
annos in episcopatu permansit[e].

GHERARDUS 37us.

Post hunc per domnum Urbanum papam quintum ad ecclesiam Hildensemensem translatus est venerabilis pater domnus Gherardus de genere baronum de Monte prope Mindam, tunc episcopus Verdensis, et quondam cantor et postmodum decanus ecclesie

a) Et de singulis domibus adhuc hodie datur vronetynß ad idem castrum spectans demptis aliquibus bonis feudalibus que habent domini episcopi et monasterium sancti Michaelis et pauci vasalli. Occasio autem compulsionis ad edificandum castrum supradictum fuit ista, quia episcopus vicit eos prope molendinum „de Lamolen“ in prato civitatis, ubi multi captivati et submersi fuerunt *addit* 2 b) a. D. 1347. *addit* 2. c) wytzenborch *c.* d) Obiit autem a. D. 1362. 2. e) Sepultus in Maguncia apud Predicatores. 2.

98) Hasede. 99) Wiedelah.

nostre; vir facundus providus et magnanimus. Hic primo anno sui ingressus quosdam
raptores videlicet 60 armatos de Westfalia opidum Eltze invadentes cepit, set attendens
quod salvo honore eos forte retinere non posset, liberos et quitos dimisit eosdem. Deinde
anno suo tercio[a] circa festum nativitatis Marie invadentibus hostiliter episcopatum 1367.
nostrum duce Magno de Brunswigk et episcopo Halberstadensi cum adiutorio episcopi
Magdeburgensis bischop Kogelwyt dicti nec non de Anehalt, de Hademersleve cum plu-
ribus aliis bravonibus* et maxima armigerorum multitudine, occurrit eis propter villam
Vormersen[1] domnus Gherardus episcopus, et prelio diutissimo commisso, auxiliante Deo 1
et sua genitrice, victoriam gloriosam nostri reportaverunt, interfectis quamplurimis[a*] adver-
sariorum, et captis duce predicto nec non episcopo Halberstadensi Alberto cum magna
suorum multitudine, a quibus maximam pecunie summam ipse dominus noster episco-
pus extorquere potuisset, sed veritus tirannidem archiepiscopi Magdeburgensis, qui tunc
apud Karolum quartum imperatorem magne auctoritatis habebatur, et etiam potentiam
ducis Magni iunioris, qui tunc ad ducatus Brunswicensem et Luneburgensem fuerat exal-
tatus, a predictis captivis summam tridecim millium marcarum argenti in amicitia dum-
taxat recepit[b]. Post hoc orta est discordia inter dominum nostrum episcopum et ex
alia parte duces Ottonem[2] et Albertum[3] de Brunswigk; quidam de vasallis et ministe- 3
rialibus ecclesie Hildensemensis episcopo nostro rebellantes, ad dictos duces se contu-
lerunt; quos ipse domnus episcopus in castro Walmoden potenter obsedit, et miro modo 1368.
per industriam ipsum castrum cum aque fluxu comportato aggere submergi fecit et ex
toto destrui, prout intuitus hodiernus manifestat. Sinistro tamen eventu factum est,
quod durantibus huiusmodi controversiis predicti duces opidum ecclesie nostre Alvelde 1370.
ceperunt, spoliaverunt, et castrum novum ibidem erexerunt. Sed dominus Deus et pia
mater eius non obliti misericordie sue nec ecclesiam nostram omnino derelinquentes,
ex post aliqualem consolationem refuderunt, disponendo quod officiati domini nostri
episcopi prope castrum Woldensteyn habito insultu cum adversariis, 24 armatos pocio-
res de dictorum ducum clientela ceperunt ipsomet duce Ottone per fugam vix evadente.
Ex tunc intervenientibus placitis treuge facte sunt, et tandem opidum Alvelde cum castro
novo restitutum est nobis et captivi ducum sunt liberi dimissi. Idem dominus noster
episcopus toto suo tempore multas et diversas adversitates in spoliis incendiis et rebel-
lionibus suorum, ab omnibus circumiacentibus ducibus, nobilibus, et oppressoribus suis
impugnatoribus gravissime perpessus est; sed tamen Dei et genitricis sue Marie adiu-
torio, in qua plene confidebat, in singulis laudabiliter prevaluit. Castrum Calenberch
obsedit, et fluvium Leynam abduxit, magnis tamen laboribus et expensis, prout liquet.
Castrum Coldingen[4] ecclesie nostre acquisivit, per multa dispendia gwerrarum et labo-
rum retinuit. Castrum Vynenborch a comite Conrado de Werningerode pro magna
summa pecunie emit. Castrum Blanckenborch cepit adiuvante comite Tyderico de Wer-
ningerode, quod tamen in placitis recepta aliquanta pecuniae summa comite[c] Borchardo
de Regensteyn restituit. Castrum Steynbrugge construere incepit. In salina Gyter[5]
quosdam redditus dictos bokpennige ab illis de Knystede emit. Villam Muddesdeborch[6]
et silvam attinentem ab illis de Roden pro certa pecunie summa videlicet 700[d] markis
comparavit. Domum lapideam seu palacium in Poppenborch edificari procuravit. Organa
nostra nova ad ornatum ecclesie nostre sumptibus 100 marcarum et ultra donavit.
Villam Peyne prope Kerkverde pro 100 marcis comparavit. Insuper calicem de auro
puro gemmis pretiosis adornatum ecclesie nostre dedit. Anniversarium suum instituit
solempniter in ecclesia nostra peragendum. Aulam episcopalem quasi dirutam et vetu-
state consumptam reedificari procuravit. Claustrum Carthusiensium fundavit adiutorio
bonorum virorum et redditibus dotavit. Ipse rexit ecclesiam nostram annis triginta tri-
bus, et erat suis subditis presertim clericis multum affabilis et benignus; fuit sufficien-
ter litteratus, et ideo clericorum fauctor. Etiam multas orationes et dictaturas tam
prosaycas quam metricas per se ipsum edidit et dictavit. Ipso autem in etate decrepita
constituto, subditi sui et maxime ecclesie vasalli tumultus et gwerras inter se graves

a) scilicet 1367. *addit* 2. a*) et *addit* c. b) de qua pecunia construxit et dotavit ac fundavit Carthusiam prope Hilden. c) *ita* c. d) VII c.

*) i. e. baronibus. 1) Farmsen ab oriente civitatis; Chronicon Sancti Aegidii et Botho Gheimessem et Dinklar scribunt. 2) Salzderheldensem. 3) Gottingensem. 4) a Magno duce oppignoratum. 5) Salzgitter. 6) Misburg prope Hannover.

concitaverunt. In quibus ecclesia nostra maxime periclitata, graves oppressiones et iniurias sustinebat. Episcopo vero propter senium deficiente et rebellionem ipsorum compescere non valente, talis modus intervenit, quod domnus Iohannes filius comitis de Hoya, tunc episcopus seu electus Padeburnensis, in coadiutorem domni episcopi Hildensemensis assumptus est, qui insolentias ante habitas refrenavit, prout aliqualiter fecit; quo translato ad episcopatum Hildensemensem, domnus Gherardus modico tempore supervixit[a], et defunctus apud Carthusienses Hildensemenses sepultus, feliciter in
1398. Nov. 15. Christo requiescat, Amen etc.

IOHANNES 38us.

1398. Ante dictus autem Iohannes ad episcopatum Hildensemensem promotus, in suo introitu aliqua satis strennue gessit. Nam ducem Fredericum de Brunswigk terram Hil-
7 densemensem opprimentem ipse compescuit et repressit. Etiam castrum Vreden[7] ecclesie Hildensemensi multum preiudiciale expugnavit, cooperante duce Hinrico, et funditus evertit, et sic in statu competenti et satis pacifico ecclesiam Hildensemensem circiter 20 annos iuxta modum suum rexit. Interea tamen factum est, quod venerabilis domnus Eghardus de Hanenzee prepositus ecclesie Hildensemensis, vir magne litterature et industrie, sinistro eventu ab emunitate urbis Hildensemensis violenter extractus et abductus, quasi fuisset violator pacis terre, que tunc vulgariter lantfrede dicebatur, in turri Sturwalde incarceratus et per duos fere annos inibi detentus diem suum ibidem clausit extremum; de quo dum rumor exiret, quasi fuerit in eadem turri occisus, pre-
1405. fatus domnus episcopus coram multitudine congregationis cleri et populi civitatis Hildensemensis et suorum vasallorum protestacionem publicam fecit, quod de interfectione seu morte ipsius domni prepositi ipse foret innocens et immunis, et ad expurgandum se ad hoc coram omnibus paratum se offerebat; set habito colloquio inter illos qui tunc presentes aderant, iuramentum ipsi domno episcopo erat remissum. Ut tamen omni pace dicatur, idem domnus episcopus in prodigalitate et feminarum contubernio ultra mensuram et plus quam decuit, laxabat habenas; quapropter factum est, ut omnia castra et possessiones ecclesie, nec non bona ad mensam episcopalem spectantia, vel inpignorata vel alienata ab ipso sunt relicta, et quia, ut apparuit, nimium laycaliter se gessit, plurime exhorbitancie et inconveniencia sunt secuta, propter que et etiam plura alia, prout versimiliter formidandus est omnipotens Deus, multiplicibus flagellis[b] nos et totam terram nostram et gentem gravissime attrivit, et presertim ex eo, quod extremo tempore vite sue, videlicet ad quinque annos ante obitum ipsius domni episcopi, intollerabilis tempestas gwerrarum et bellorum contra nos insurrexit. Nam confederati archiepiscopus Coloniensis, archiepiscopus Magdburgensis, episcopus Halberstadensis, omnes duces Brunswicenses et Luneburgenses et Sleswicensis[c], et multarum terrarum quam plures comites et barones cum omnibus ipsorum civitatibus et vasallis contra solum Hildensemensem episcopatum ferociter quasi eundem totaliter devastaturi convenerunt, ac ipsum circumquaque rapinis, incendiis, interfectionibus, captivationibus, depactationibus et ecclesiarum concremationibus hostilissime pervagarunt; que quidem gwerre et inimicicie citra tres annos continuos protracte sunt; in quibus nostrates eciam in duobus conflictibus dampnosissime succubuerunt, quorum unus fuit prope Osterwik
1421. et alter prope Grone[8], in quo domnus filius ducis Saxonie, noster concanonicus et ecclesie Montis sancti Mauritii prepositus, heu fuerat interfectus. Qualia et quanta dampna ecclesia et tota terra nostra ex hoc pertulerit, non facile est describere, set hodierna debitorum onera et alia certa indicia manifeste declarant; unde factum est, quod predictus domnus episcopus tam senio quam penuria[d] oppressus, in coadiutorem suum recepit domnum Magnum illustris ducis[e] Saxonie filium, tunc episcopum Caminensem, et ipsum accedente consensu et concordi electione capituli Hildensemensis nec non conniventia cleri atque vasallorum et quorum interfuit, in episcopum Hildensemensem sibi substitui a domno papa Martino quinto impetravit. Domno autem Magno in episcopum nostrum promoto, factum est tripudium totius cleri et populi, et post brevi intervallo temporis domnus episcopus Iohannes mortuus est et in medio ecclesie nostre

a) obiit ergo a. D. 1398. 2 b) flegellis *c.* c) sweswiceñ *c.* d) penuria plus quam senio 2. e) *vox omissa in c*

7) ad Leinam, haud procul a Gandersheim. 8) 1421. Chron. S. Aegidii; 1422. Botho.

sepultus[a]. Ipse rexit ecclesiam nostram 25 annis citra vel ultra, et maximis debitorum 1424.
oneribus gravatam et omnium rerum distraxionibus reliquit eandem, successori quoque Mai.12
suo nullum penitus locum liberum nullosve redditus aut paucissimos post se dereliquit,
super quibus omnibus parcat sibi omnipotens Deus.

MAGNUS 39[us].

Idem autem domnus Magnus episcopatum Hildensemensem tam extreme depauperatum inveniens, quantum de suis pecuniis potuit, apportavit, mediantibus quibus huc usque vivit et perseverat. Idem domnus Magnus castrum Grene[9] cum suis attinenciis 9
a domna ducissa de Brunswigk in possessionem recepit. Ipse etiam fortalicium Dachtmissen[10] a Ludolfo de Esscharte comparavit, quod statim ex post duci Ottoni de Lune- 10
borch sub certis pactis restituit pro acquisicione et empcione plurium castrorum in
dominio Homburgensi, pro quibus eciam grandem pecunie summam eidem duci Ottoni 1433.
persolvit, videlicet ultra 10 milia florenorum auri de Reno in promta pecunia.

SUPPLEMENTUM EX CODICE 2.

Domnus Magnus satis laudabiliter rexit in temporalibus, multa castra emit sub
contractu redempcionis. Obiit a. D. 1452, sepultus in medio ecclesie. 1452. Sept.21.

Factum[b] est preterea, quod domnus Magnus senio gravatus in filium eligeret illustrem principem domnum BERNARDUM ducem de Brunswik, qui tanquam provisor rexit ad 7 annos.

Ex[c] post ERNESTUS comes de Scomborch[11] electus fuit a. 1458, qui confirmatus 1458.
rexit 13 annis, vir benignus et affabilis, set heu ad spiritualia non deditus. Periculose
eciam satis obiit sine sacramentis ut dicebatur[d]. Aliunde bene rexit. Obiit a. D. 1471. 1471. Iul. 22.
Sepultus prope armarium ecclesie nostre.

Anno[e] Domini 1468. fuit bellum inter ducem Wilhelmum ac filios Fredericum et 1468.
Wilhelmum ex una, ac civitates vulgariter dicti de Hensestede ex altera partibus, et
plura dampna ambe partes intulerunt sibi invicem. Set a. D. 1471. fuit forte bellum 1471.
inter prefatos duces Brunswicenses et Ernestum episcopum Hildensemensem, et famabatur quod idem episcopus ex nimia tristicia obiit eodem tempore. Anno vero sequenti
scilicet 72, orta est gravis discordia inter civitatem Hildensemensem et episcopum Hen- 1472.
ningum ex una, et vasallos dyocesis et quosdam canonicos ac opida terre partibus ex altera, qui eundem domnum Henningum episcopum recipere recusarunt. Quis velit esse finis, Deus novit, set iam plures ville desolate sunt heu![f] Eodem anno cometa visus est. Et Erfordia pro maxima parte ab ignibus consumpta est, pons scilicet mercatorum et omnes domus fere presbiterorum cum ecclesiis principalibus, beate scilicet Marie virginis et sancti Severi cum 12 aliis ecclesiis.

a) anno Domini 1424. 2. b) *alia manus incipit.* c) *alia manus.* d) et verum est *in marg. atramento alio.* e) *alia manus.* f) *aliud atramentum.*

9) haud procul a Gandersheim. 10) prope Burgdorf. 11) Schaumburg.

INDEX RERUM

AUCTORE V. CL. ROGERO WILMANS PH. D.

Maior numerus paginam, minor lineam cum quattuor sequentibus lineis significat

A.

C. cf. K.

D. cf. T.

E. cf. He.

F

G cf. W

H.

I.

K. cf. C.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T cf. D.

U cf. Hu.

V cf. W.

W (Gu, Hw).

X.

Y.

Z.

GLOSSARIUM

AUCTORE D. ROGERO WILMANS PH. D.

abantea 461. 25.
absida 337. 5.
acephali clerici 125. 45. (*ad nullam sedem specialiter inthronizati* 314. 15.) 340. 15. 40.
actualitas 867. 40.
addextrare, ad dextram ire 480. 50.
adgloriare 250. 30.
admasurus pannus 619. 10.
admirarius 734. 45. v. *ammirarius*
admiratus 707. 25.
adrunare, rumores adferre 471. 40.
affidare, tutum reddere 773. 30.
albae, margaritae 667. 40. 711. 1.
aldiones 618. 20.
alipergus, thorax 707. 10.
alodium 206.
alopices, vulpes 588. 10.
ambrones, latrones 375. 15.
ambulare caute erga principes 359. 20.
amicare 468. 35.
ammirarius 766. 15. v. *admirarius et admiratus.*
amphorare 424. 10. 450. 45.
amula, vas vinarium 598. 25. v. *hama.*
ana 723. 20.
angaria 495. 1. 861. 5.
anichos, ἀνίκητος? 124. 35.
annonari 485. 45.
antemuralia 127. 15.
antenati 95. 15.
anthipatus 630. 10.
anus, anulus 86. 5.
appendicium 289. 1.
applicare, venire 599. 10. 766. 50. 767. 40. 818. 15. 820. 20.
apponere, audere 681. 30. 712. 5.
aquamanile 618. 10. 693. 40. 753. 50.
aquiminile 744. 1. 758. 45. 808. 1.
armariolum, tabularium 115. 30.
armarium 200.
articulum convertere 376. 10.
assidentes, iudices 651. 15.
atrium, coemeterium 23. 10. 472. 40.
auca, anser 600. 40.
auditor, index vel inquisitor 489. 20. 795. 5. 822. 25. 827. 20. 833. 30. 840. 10.
aures alicuius ambae tinniunt 265. 10.
auricularius 115. 5. 127. 30.
aurifrigium 858. 35.
aurum aurizum 127. 1. *aurum obrizum* 349. 40.
aviones, abavi 102. 25.
azimitae 833. 5.
bachania 458. 35.
bacilia 754. 1. v. *bazili.*
balivus 816. 10.
bambarium, bombyzinum 743. 45.
bandus, vexillum, taenia 597. 25.
bannum 448. 20.
barones 811. 10. 812. 5. 817. 45. 819. 20. v. *bravones.*
bastardus 325. 5. 356. 5
bazia, patera 598. 30.
bazili 743. 45. v. *bacilia.*
bellio, populus? 53. 5.
bellum, proelium 332. 35.
beneficiare de iure regio 426. 15.
benna, piscina 611. 30. 35.
bibliotheca, biblia 55. 10. 388. 15.
bivangium 448. 20.
bizantus 349. 45. v. Index s. v. moneta.
boare 346. 1.
boka, vas 598. 25.
bokpennige, reditus 870. 40.
bonum 493. 10. 494. 45.
braxatores 860. 30.
bravo, baro 871. 5.
brustus, acu pictus 657. 5. 722. 25.
bullare 622. 10. 642. 25. 647. 25. 654. 45. 673. 5. 731. 15. 740. 25. 741. 1. 764. 45. 765. 1.
bunuarium, gall. *bonnier*, mensura agri 420. 5.
burchus 745. 35.
burgarius 501. 30.
byrrus, lacerna 84. 35.
calamarium 768. 20.
callifa 787. 25
calumnia, actio 687. 40. 716. 15. 744. 20. 801. 25. 808. 45. 834. 40.
calumpnia, calamitas 336. 1.
calzati 811. 50
camba, Brauerei 420. 10.
cambium 618. 20. 697. 5.
cambutta, baculus incurvatus 329. 30. 737. 15. 801. 10.
camerarius 33. 50. 259. 15
camisia 469. 35. 496. 30.
camisus, alba clericorum 753. 30.
campana 631. 1. 661. 25. 662. 15. 664. 40. 679. 1.
campanarium 455. 10. 593. 20. 648. 10. 712. 35. 718. 1. 721. 45.
campanile 107. 5. 750. 30.
campidoctor 834. 30. 839. 35.
campio, pugil 311. 1.
campus i. e. singulare certamen, quod rustice dicimus c. 407. 20. 488. 5.
cancelli altaris 331. 5.
candidatus, honor Graecus 675. 10.
capella, supellex sacra 694. 45.
capitanei 481. 1. 675. 25. 680. 25. 712. 1. 766. 10.
capitella columnarum 721. 10. 742. 25.
cappa rubea papae 352. 30. 749. 20. 761. 15.
cappellania 818. 50.
caraxare, inscribere 419. 10.
caraxatura 449. 20.
carbasa traicere 372. 25.
cardinalatus 705. 5.
carra, *carrada*, mensura vinaria, das Fuder 217. 259. 35.
casalina 772. 15.
casalis 587. 40. 590. 35 etc.
casati, domestici 490. 25. 500. 45.
castaldatus 615. 20. 628. 30. 772. 15. v. *gastaldatus.*
castaldeus 645. 10
castanêa 619. 10.
castitia, aedificia 420. 5.
catapanus 653. 661. 5. 675. 10. *catapontus* 62. 35.
causa, terra, possessio 89. 20 611. 1. 615. 15. 633. 30. 644. 15. 664. 25. 674. 15. 687. 25. 713. 25. 714. 5.
cedrina poma i. e citrea 652. 10.
cenodoxia 67. 10. 336. 15.
centimolum 772. 5.
centenarius 671. 55. i. e. 100 librae.
ceraptata 602. 5. 695. 25. 723. 45.
ceroferaria 618. 5. 643. 10.
cervicatus, contumax 433. 20.
cervinaria, i. e. cella vinaria 730. 30.
cesa, sepes, rus sepe munitum 605. 15.
cetrinus, coloris citrini 753. 25.
chaldaria, der Kessel 546. 25.
choropalasius, curopalates 766. 15. 770 1.
ciburrium 593. 30. 723.
circitoria 744. 5 753. 35. 768. 15.
circare, umhergehen, besuchen, gall. *chercher* 301. 5.
civitatenses 870. 15.
clamare aliquem i. e. vocare 787. 5.
clamor, interpellatio 411. 10. cf. gallice *clameur de Haro.*
clangorium, campanile 428. 45.
clausula 494. 10.
clenodia, Kleinodien 858. 50.
clerici, discipuli, gall. *clerçonnets* 413. 35.
closae i. e. glossae 729. 10.
coaeternus 166.
coetaneus, coaetaneus 114. 30.
collaterales imperii 840. 30.
colonis 32. 25.
comecia, comitatus 861. 862 15.
commates stella 121. 40. 122. 1.
comminare, ducere 684. 35.
communia 498. 10. v. Ind. s. v. Cameracenses.
compagi, calceamenta 770. 10.
compaginare historiam 364. 30.
compares, gall. *les pairs* 496. 10.
componere, *compositio legalis* 632. 10. 633. 45. 644. 10.
concambiare 617. 30. 730. 1. 768. 45.
concambium 613. 25. 632. 35. 643. 20. 644. 1. 654. 25. 696. 733. 50 734. 744. 25. 769. 10.
concanonicus 872. 40.

concidae terrae i. e. cultae 412. 35.
conclusio itineris, clausae viae 841. 15.
concordare act. 686. 15.
conflictum in iudicio 630. 5.
conculcare se (ital. *colcarsi*, gallic. *se coucher*), cubitum ire 96. 5.
coniungere, finitimum esse 792. 1.
coniungere se, in placito 630. 5.
conmercatio 451. 10.
conquirere, occupare 680. 25.
consiliarius maior 23. 35
conspiculatio, conspectus 116. 30.
consul i. e. consiliarius 348. 5. 359. 20. *princeps consiliorum* 352. 10.
consulatus 353. 40. 359. 30.
contendere in iudicio 644. 5.
contendere aliquid, sibi vindicare 633. 35.
contentio 651. 1.
contractum, pactum 353. 20.
convenientia, nobis Übereinkunft 614. 25. 597. 5. 633. 10. 687. 40.
coppa, poculum 656. 35. 744. 1.
coppetella, vasculum 754. 1.
corona, sc. cereis portandis apta 619. 5. 648. 5. 754. 1. 768. 20.
corrigia, vestis? 712. 40.
cortis 97. 20. 101. 45. 105. 1. 107. 20. 109. 45. 110. 5. 123. 1. 333 35. 338. 5. 354. 25. 364. 1. dominicalis 352. 40. aula imperatoris 123. 35.
cortes vel vicos 93. 5.
cortanea i. e. curtis 595 25.
cortina, tapetum 744. 5. 858. 40
crassari, grassari 751. 15.
crossus, crassus 723. 1. 724. 15.
crusena, Slavae originis, i. e. pellicia 259. 10. unde Kürschner.
cucullata militia 124. 25.
cucumellum, vas 808. 10.
culfus, golf 17. 50. 18. 1.
cultare paludes 21. 25.
cultura 411. 15.
cuppa, gall. *la coupe* 535. 5.
curia regis 115. 35.
curiae regales 112. 15. 114. 15.
curia primatus 352. 20.
curopalates 820. 1.
currentes, impetus aquarum 733. 20. 788. 35. 808. 35.
curtis 96. 10 322. 20. 352. 55. 583 etc. saepissime in Chr. Casin.; aula imperat. 124. 25. 216. 229.
custoda 87. 5. 88. 20.
custumiae 481. 20.
data, vectigal 811. 1.
datio, vectigal 777. 45. 786. 15.
decimancula 411. 20.
desisco, descisco 416. 10.
deliberare, tradere 629. 20.
delongarius, militum praefectus apud Graecos 23. 30.
despoliare 606. 30.
devenire, fieri 740. 15.
dextrale, securis 841. 30.
diacetrinus, *diocetrinus*, coloris citrini 667. 40. 711. 1.
diapistin, subviridis 656. 35. 711. 1. 753. 25.
diarodanus, *diarodinus*, coloris rosei 619. 10. 657. 20. 711. 722. 50. 723. 30. 753. 25.
diasper, versicolor? 656 30. 681. 15. 693. 35. 722. 25 753. 25
dictare, dichten 261. 10. libros componere 575. 15. 795. 20.
didragmare, plena manu dividere 481. 5.
discambiare, 604. 30.
disciplina, flagellatio 712. 30.
disrumpere 782. 55.
dissitudo temporum, distantia 446. 45.
districtum 337. 10.
divinus, divinator 326. 5. 360. 1.
docmatizare 226.
doctrinare 432. 40. 463. 40. 470. 10.
doma, tectum 704. 5. 718. 30.
domesticatus consortium 259. 10.
domnicalia 590. 25. 615. 1. 770. 45.
domus, der Dom 293. 5. 334. 1. 337. 1.
dorsale, pallium, regale 352. 30. 722. 25.
dossales, aulaea 753. 35.
dossalia 711. 20.
ducatum praebere 842. 30.
ducatus, officium ducis 658. 1.
ductrix 36. 30.
ebdomas maior, die Charwoche 496. 5.
ebidentale 119. 5.
echtwardi 864. 1.
elaces, alces, Elennthiere 383. 1.
elementorum non solitae figurae 350. 25.
elemosinarius 217.
emeliorare 421. 5.
emunitas 868. 15.
encenia templi, dedicatio 466. 30.
enceniare 636. 35.
entilma, praeceptum 615. 15.
epacare, omnino pacare 442. 1.
epilempsia 667. 50.
equitatura 784. 15.
essedus, equus 93. 40.
essentia 103. 35. 166.
euex 103. 15.
eunuchus palatii 821. 30.
evectio 71. 10.
exaggerare parricidium 315. 20. v. n.
exametus, Sammet 711. 1. 753. 25. idem atque *examitus* 858. 35?
exenia, ξένια 66. 35.
exmologesis 434. 30.
expilator 454. 20.
expoliare se, ital. *spogliarsi* 602. 25.
extimare, aestimare 201.
extollentia 798. 30.
eulogiose, elegiose 455. 15.
facula 869. 20.
falanga 842. 20.
faldistorium, gall. *fauteuil* 711. 5.
faldones, lanea indumenta 374. 30.
famine? 37. 15.
fano, indumentum 753. 30. 754. 1.
fara, generatio, curtis 603. 30. 611.
farganae, genus piscium 743. 35.
fauces, ostia lacunarum maris 590. 25. 633. 35. fluvii 772. 15. *foce* 608. 10. 629. 35. 744. 35.
febreticus 689. 5.
feodare de aliqua re 508. 5.
fere, ital. *fra* 122. 15.
feudum 834. 1.
fideiussores 415. 35. 430. 5.
fidelis efficitur 643. 45.
fidelitas, ligia 666. 706. 739. 748. 771. 815. 817. 819. 821. 824. 825. 827. 832. 834. 839.
fidelitatem dare 839. 25. — facere 614. 738. 740. 759. 766. 792. 810. 816. 821. 839. - iurare 666. 678. — recipere 796. 803.
filiaster, privignus 587. 30.
finem i. e. pacem habere, componere 739.
firmare alicui aliquid, saepe in Chronico Casinensi, *aliquem de re* 687. 25. 716. 15.
fistula, aquaeductus 674. 10.
fistula, ad vinum hauriendum 753. 40.
flotta i. e. raptui servientes 58. 5.
fluctuatio crescens 386. 30.
foderare vestes 869. 30.
foenerare, donare 30. 20.
fontana 605. 15.
forastum 448. 15.
forcia 45. 5. 46. 1.
fortuna, donum, munus 34. 25.
fredum 415. 35. 430. 5.
frigia stola 835. 15.
frigoriticus 421. 40.
frisatus 722 50.
friseus 722. 25
frisum, opus Phrygium 667. 711. 722. 743.
fumigatorium 753. 50.
functoria praedicatio 464. 1.
fundati 598. 30.
fundicum, ital. *fondaco* 744. 764.
funebritas 413. 20. 433. 10.
furca, saltus 582. 633. 646. 732.
furitas, furca 119. 5.
fussariae, piscinae? 596. 25.
galea, navis 716. 15.
garalis, scyphus 597. 598.
gastaldatus 614. 640. cf. *castaldatus*.
gastaldeus 590. 595. 597—599. 604. 606–608. 632. 635. 643. 649.
gaudiosus 457. 5. 480. 20.
gavalus, gall. *la gabelle* 497. 45. 504. 15.
genicium, γυναικεῖον 15. 1.
gerarcha, hierarcha, abbas 480. 25.
gerere in animo 342. 10.
gerere memoratorium 610. 30.
gipseae fenestrae 718. 724. 725. 727.
girovagus, *gyrovagus* 197. 340.
gogravia, Gaugrafschaft 863. 45.
graphio 589. 10.
gratia, studium, amor 406. 457.
gualdum, nemus, Wald 590. 596. 608. 618. 619. 629. 632. 685. 811.
guerra, *gwerra* 481. 45. 866. 35. 869. 45. v. *werra*.
gumbaria, navis 24. 30.
gutteria, gall. *goître* 408. 50.
habetica, quae pertinent 111. 35.
habitudo, habitus 658. 45.
habuisse, fuisse 93. 1.
hama, *i. q. ama*, *amula*, mensura vinaria, Ohm 216.
herbidare 418. 20.
hisperulae, sphaerulae 745. 35.
hominem alicuius per manus devenire 740. 15. cf. 113. 20. 339. 35. 498. 1.
hominium 508 5. 811. 20
honores, feuda 778. 45.
honum 88. 25.
hora ponti 376. 10.
hospitale 217.
hostialis, *hostiaria*, pannus ad ostia appendendus 619. 10. 695. 30.
hostis, exercitus 493. 40. gall. *ost* 518. 25
humanari 51. 10.
huso, vestis 258. 30. 259. 30
hypatus 652. 35.

icona, statua 694. 722 723. cf. *ycona*.
idalma, facies 122. 45.
ignominium 27. 10.
inantea, abhinc, postea 481. 25. 657. 1.
incardinare, ecclesiae maiori praeficere 371. 1.
incastellare, munire 866. 30.
inclastrum, gall. *l'enclos, l'enceinte* 495. 5.
inclitus, integer 614. 710. 778.
inconcare, ingurgitare 472. 40.
indeficuus 335. 5.
indonatus 490. 25.
indutiola 426. 30.
inergumenus 457. 5.
infans 785. 25.
infantulus 608. 35.
infiscare, 460. 1.
ingenia doli 653. 10.
inimicare 446. 10.
inpraesentiarum 67. 25.
insigne, documentum 371. 20. vexillum 681. 15.
insomnis, in somnio 679. 694. 732.
interim, donec 36. 15.
inthronizare 308. 314. 336. 345. 348.
investire 608. 662. 672. 694. 707. 716. 757. 786. *per anulum* 804. 840. *per ferulam* 749. 10. *per sceptrum* 839. 20. *per virgam et regulam* 760. 15.
investitio 40. 706.
investitura 683. 729. 733. 738.
Irminsul, universalis columpna 286. 45.
iste, hic, saepe in Chr. Cas. 787. 5. sq.
iudex christianus, marchio 320. 25.
iudex viduarum 344. 30.
iudicare, legaliter donare 590. 733. 769.
iudicii figura 861. 15.
iugulum, gladius 223.
iustitia, quod alicui debetur 666. 740. 789. 798.
iuxta esse, proximum esse unum alteri 380. 35.
laus, cantus et strepitus faventium 609. 817.
leuga 187.
levae, depraedationes 692. 35.
libellare placitum 630. 15.
libellario more 614. 15. 774. 5.
libellario nomine 612. 40. 641. 25.
libellus, pactum locationis 568. 5. 625. 644. 10. 649. 10. 650. 25. 687. 40. 710. 35.
libellum facere 594. 25. 604 1. 614. 20. 616. 15. 618. 25. 619. 622. 25. 624. 35. 625. 15. 633 30. 634. 635. 637. 641. 20. 645. 665. 15. 670. 5. 673. 25. 674. 20. 745. 1. 753. 5. 787. 35.
sub libello recipere 608. 30.
libra 229. 230.
ligatura, fasciculus 635. 5.
ligius miles 493. 15.
ligna facere 616. 5
lignarium 495. 1.
ligura, ad falconum venationem pertinens 259. 20.
lilia, epistylia 717. 10.
lista, limba, taenia 595. 619. 657. 693. 711. 722. 768. 774. 835.
litones 855. 35. 860. 30.
ludi solempnes, germ. Turniere 260. 10.
luminare 787. 25.
lybare, sacrificare 380. 1.
magicae artes 360. 40.
magister regis 352. 10.
magones, magnates? 358. 40.
magus, divinator 326. 5. paganus 327. 5.
maior, dux 713. 30. — *domus* 349. 10. *villulae* gall. *maire* 472. 40. *maiores personae* 349. 35.
maleficae artes 341. 30.
maleficium mulierum, incantatio 327. 5.
maleficus, incantator 320. 326. 360. 380.
malepotens 330. 25.
mandatum vetus, testamentum vetus 486. 1.
mandatum, ablutio pedum 649. 684. 762.
manifestare se, publice profiteri 633. 651. 662. 733. 778. *manifestare* 648.
manifestatio, in iudicio, probatio? 633. 10.
manipulus s. mappula 85. 30. 656. 657. 835.
mansi serviles 420. 10.
mantelia, vestes stragulae 743. 40.
mantones corr. *wantones* 106. 40.
manualia, pecora 744. 10.
manum vertere 331. 5.
manus iudiciaria, auctoritas 306. 10.
manutenere 759. 813. 819.
marca 217.
marchisa 542. 30.
marturina vestis 374 *marturum pelles* i. e. martium, der Marder 377.
massi i. q. massa, armatorum globus 39. 25.
matera 497. 45.
matricularius, gall. *le marguillier* 337. 414.
mazati, solidi 598. 35.
mediastinus 343. 10.
medietas 611. 612. 616. 632 633 637. 639. 649. 664. 665. 671. 675. 707. 710. 730. 733. 734. 744. 768. 772. 773. 811.
mellita 331. 5.
mencaldus, mensura farinaria 510. 20.
ministerialis 666. 5.
mint, normannice populus 57. 45.
mittere, admittere 767. 1.
molestus, moestus 360. 35.
monarches 67. 10.
moriger, morigerus 343. 346.
monticellus 583. 5. 611. 1.
munimina, tabulae 607. 610. 614. 706 733 797. 799. 807. *monimina* 575. 583. 616. 630.
muriceps, felis 735. 813.
murmurare, conqueri 687. 35.
musiaria ars 718. 15.
nappa, poculum, germ. der Napf 89. 5.
naves bellicosae 17. 30.
nauclerius 713. 25.
nautici 685. 40.
navicula ad thurificandum 743. 20.
necessitas, penuria 810. 5.
negare, suffocare, ital. *annegare* 120. 35.
negociare, agrum colere 498. 5.
nepta, *neptia*, neptis 22. 40. 64. 45.
nigellum, ital. *niello* 695. 744. 753. 754.
notator, notarius 425. 45.
obedientia, officium monasterii, cella ei subiecta 584. 602. 612. 613. 655. 660. 661. 663. 702. 703. 775. 805. 812 —815.
obedientiales 816. 5.
oberrare, germ. in die Irre führen 438. 20.
obsidio, obsidem esse 86. 40.
offati margines 120. 40.
offersio 104. 35.
officiales tabulae 712. 15.
olographa synodi manus 346. 30.
onichinus 695. 743. 753. 754.
oraculum, ecclesia 31. 33.
orator, sacerdos 485. 10.
ostiaria, aulaea 753. 40.
oxideauratus 770. 1.
padules, paludes 685. 45.
pagenses, die Landsleute 541.
palatium cum absida 704. 40.
palla altaris 104. 40.
palleum, pallium 335. 15.
pallium altaris 104. 40.
pallium, praetextum, germ. Vorwand 863. 35.
pallium, panni species 661. 693. 695.
pandente? 11. 40.
pantanum, palus 644. 45.
pantomimus 350. 35.
papas, paedagogus, custos 646. 20.
papilio, tentorium 821. 826.
paradisus 763. 35.
paradysus, atrium ecclesiae Romana consuetudine 635. 697. 712. 717.
paramentum 329. 25.
parasiti 350. 15.
parata 415. 430.
paratus, ornatus, gall. *paré* 753. 30
patria terra 129. 45. *patria*, terra, regio 320. 349. 357. 375. 387. 617.
patriciatus 616. 683. 714. 782
patrissare, patri similem esse 453.
patruus, consanguineus 868. 50.
pavorabilis, pavorem excitans 360. 10.
peccarium, germ. der Becher 472. 35.
pedagium 506. 30.
pellicia navis, ex pellibus confecta 22. 30.
perdonare 482. 15
pertinentia saep. in Chron. Casin.
persus, color subcaeruleus 743. 40.
pesclum, *pesclus*, rupis, locus in rupe positus 582. 583. *pesclora* 582. *pesclos* 583.
petala, bracteae 168. 723.
petia, ital. *pezzo* 612. 770. 788
petulantia, petitio 113. 25
pharus, lychnuchus 723. 25.
philaterium 64. 20.
pigmenta, condimenta 90. 40.
pigmentati crateres 88. 35.
pithafia, epitaphia 85. 35.
placitum 608. 625. 630. 631. 633. 648. 651. 662. 687. 733. 803. 810. - *libellare* 630. 15.
plaga, germ. die Plage 340. 345.
plateaticum 619. 745.
plaustratum, germ. Fuder 860. 40.
plebs, praedium, proprietas 14. 15.
plenarium missale 352. 711.
plenarius, plenus 287. 30.
podium, collis 612. 632.
poleticus, liber 421. 25.
polyandrium, coemeterium 537. 40.
pompare 441. 5.
portaticum, portorium 619. 745.
possibilitas, potentia 751. 15.
posterula sc. porta 689. 699.
potentatus 827. 5.
potestas i. e. advocatus qui dicitur *koninchke wolt*, *woltbote* 306. 10; i. q. terra 494. 5.
praebenda 230.
praebendarius 230.
praediatus, dives 462. 35.
praedulati solidi 599. 1.
praepotestas 467. 5.

princeps pacis 840. 25.
privata lex, privilegium 115. 20.
proclamare, in iudicio 608. 632—634. 651. 661. 662. 687. 691. 771. 785.
proclamationem facere, in iudicio 608. 670. 762. 785. 786. 790. 802. 818. 833. 834.
profluvia fides 468. 35.
promunctorium 372. 25.
prosapia, progenies 356. 15.
protodomestici 831. 25.
protospathiarius 615. 622.
puerulus, parvus 36. 30.
pulsare, monere 804. 45.
punitas, poena 117. 5.
pyphania, epiphania 746.
quadragesima, 40 *dierum spatium* 481. 30.
quanti, quot 383. 25.
quaternitas 51. 35.
quatuor iuratorum sacramenta 28. 40.
rasta, milliare 294. 25.
rebellatio, active 715. 10.
reciprocare, redire 33. 15.
recolligere, recuperare praesertim sententia iudices 608. 626. 630. 633. 634. 656. 662. 676. 677. 687. 758. 808. 834. 844.
recognoscere aliquid ab aliquo, *tanquam feudum* 741. 763.
reconciliare, restaurare 581. 634.
reconciliatio, restauratio 576. 624. 650.
reconsignare, restituere 621. 622.
recredere se, victum se profiteri 488. 5.
rectitudo 482. 741.
in rectum stare 496. 10.
reditio, vectigal 786. 10.
refutare, rem dimittere et in alterius ius transferre 630. 662. 678. 683. 687. 690. 710. 731. 733. 768. 789. 801. 808. 820. 832. 834.
refutatio 629. 631. 681.
regales servientes 259. 5.
regalia, terra regis 611. 1.
regeria quotidiana 510. 20.
regimonium 461. 470. 480.
reinvestire 798.
renuntiationis cartula 629. 651. 799.
renuntiare aliquid 627. 634. 648. 651. 808. 834. *se alicui de re* 741. 778.
renuntium 568. 624. 625. 630.
repatriare 410. 427. 454.
responsalis 229.
revadiare 216. 229. 353. 35.
revestire 799. 5.
rocca, castellum 650. 657. 666. 670—672. 676 677. 681. 682. 708—710. 735. 758. 768. 771. 807. 820.
rogus, preces 673. 35.
roto 744. 5.
rumigerulus 350. 15.
sacellarius i. e. saccellarius, german. Sackelmeister 488. 35.
sacra, epistola imperatoris 819. 834.
sacramentoria 711. 746. 753.
sagmarii 641. 5.
salutes, xenia 788. 5.
salvinca corr. *saliunca* 85. 15.
saraballa, braccae 125. 15.
sarcoffogare, sepelire 252. 30.
sarica, pallium 598. 25.
sarrabaita 126. 10.
satelles, campio 338. 10.
satellicium 352. 10.
saumarii 684. 35.
scadentia, terra hominis sine haerede mortui 811. 1.
scaramanga 754. 1.
scaramanginus 693. 35.
scatto, vas quoddam 597. 598.
scavini 102. 30.
sculdahis 799. 15. *sculdais* 583. 15.
sculdascius 102. 30.
scutifer 812. 818.
secretarium, quid sit 717. 40.
senatrix 333. 30.
senior, gall. *seigneur*, ital. *signore* 80. 87. 89. 92. 98. 103. 112. 449. 602. 675. 706. 708.
sequester, arbiter 206. 216. 236.
sermentatus 483. 45.
serrae, altiora montium 582. 583. *Serra tra noi significa una fattezza di monti lunghi ed erti, a guisa di sega dritta ed ineguale.* Tria, Mem. di Larino p. 413.
sigale, secale 113. 25.
sigillum, privilegium 630. 818.
simila, panis e tritico factus 217.
sinochagium, xenodochium 45. 25.
siphum, siphon? 34. 30.
siriaticus turgor 439. 35.
skilla, campana, germ. Schelle 93. 5.
smaltum 593. 618. 630. 643. 656. 695. 711. 722. 743. 744. 753. 768.
solacium, auxilium 617. 636.
solariata casa 622.
solarium, germ. Söller 107. 688. 704. 725.
solatiare 485. 45.
solidarius, miles stipendiarius 505. 1. gall. *saudoyer* 512. 15.
solidi, i. e. soluti 786. 15.
sommatores 350. 15.
sona, reconciliatio 866. 40.
sonia, *sunnis*, impedimentum, gall. *soin* 481. 35.
sonoritas 63. 45.
sonuere, campanas pulsare 121. 5.
species, gall. *épices* 729. 10.
specularia, fenestrae 661. 20.
spiculi, fornices acuminati 717. 10.
stamineae, interulae laneae 645. 15.
staphilus, cippus terminalis 611. 1.
stemma monastici habitus 841. 35.
stigma, stemma 85. 40. *stegma* 116. 15. *extemmate* 117. 10.
stopa vini 868. 45.
storia i. e. historia 661. 50.
strata, via 765. 770.
stratigó 614. 615. 629. 630.
substantia, res familiaris, saepe in chron. Casin. 583. 20 sq.
subterrare, sepelire 330. 15.
subtolarium, gall. *soulier* 472. 20.
sufferentia 584. 10.
suffragium, auxilium 767. 50.
summi, somni 92. 5.
summus tonans, Deus 822. 40.
synagoga, ecclesia 347. 1.
tabula, mensura Langob. 98. 5.
tabularius monasterii 712. 15.
talio 104. 680.
tallum, poculum 88. 5.
tanti i. e. tot 303. 5.
temperior dies 69. 20.
terraticum vectigal 747. 753.
terratio, ager cultus 412. 35.
testamentum paginae 447. 20.
thalamus 350. 40.
thenia i. q. thema 630. 50.
timoratio 14. 1. 32. 25.
todericum 704. 15.
tonatim decantare 867. 30.
toparchia archiepiscopatus 345. 1.
toro, collis 792. 5.
totus, omnis, gall. *tout* 343. 380.
travia, *treugua*, *treuga*, *tribuae*, gall. *treve* 481. 15. 529. 30. 843. 865. 870.
triacontasimum pallium 770. 785.
triblatti panni 711. 25.
triduana 815. 20.
tumba 96. 107. 114. 119. 597.
tunicae propter incensum 753. 30.
ultissimus 473. 20.
urna, orula, margo 619. 704. 711. 723. 743.
vadare 424. 15.
vassi 112. 124.
Vastolfus, *nomen a ieiunio ductum* 258. 15.
vechia, vetus 745. 35.
venerium incendium 404. 10.
ventilabrum, vexillum 484. 10.
vestiarium, thesaurus monasterii 598. 758. 790. 802.
vexillum imperatoris 817. 40.
viaticum, iter 694. 5.
vicariatio, commutatio 658. 15.
vicenda, praedium 607. 650. 710.
victricis, victrix 35. 20.
villani 710. 730. 743.
villicatio, villici munus 213.
vir, maritus 36. 45.
viridarium s. *verzario* 685. 15.
vocabula sanctorum 726. 728. 763.
volta, locus ubi via flectitur 662. 20.
vorwercum 860. 40.
vronetynß 870. 10.
wadiscapium, locus ubi aqua hauritur 420. 45.
warh, Sueonum concilium commune 377. 15.
werpire, beneficia manu propria dimittere 495. 496. gallice *guerpir* 514. 515.
werra 506. 507. 10. v. *guerra*.
wizzi 375. 15.
xenia 341. 5.
ycona, statua 583. 695. 742. cf. *icona*.
ympnus 869. 20.
ypocrita, histrio 349. 362.
zalandria, navis 18. 27.
zelari, irasci 325. 338.
zianus, avunculus 772. 40.

CORRIGENDA.

Pag. 76. 6. *lege* mentem. — 77. 8. *l.* quarti subiecit. — 137. 32. *l.* 25. — 165. 30. *l.* ne dum. — 169. 30. *l.* vivum. 184. 7. *l.* quibus. — 189. 42. *l.* se cum. — 210. 31. *l.* probis. — 227. 4 *l.* scripsistis. — 241. 20. *l.* Rabnonis. — 320. 54. *l.* Paterni. — 322. 60. *l.* c. 34. — 322. 36. 39. *l.* 59. 60. — 335. 53. *l.* 13. - 339. 55. *l.* c. 14. — 340. 56. Griffith. — 356. 18. Schol. 86. *ad lin.* 24. *pertinet.* — 364. 2. *l.* exhiberi. 69. Nam (*numerus capituli omissus est*). — 366. 52. *l.* scholio 141. — 393. 2. *l.* EPISCOPORUM. — 397. 27. *l.* distinctione. — *ib.* 33. *l.* Waterlos. — 404. 32. *l.* aliquandiu. — 426. 40. *l.* Cameraci. — 428. 50. *l.* quod. — 439. 18. *l.* etiam. — 494. 56. *loco* ostiariis *lege* laudatoribus. — 495. 36. *l.* praedasque. — 509. 24. *l.* quibusdam. — 536. 34. *l.* secum. — 556. 32. *l.* vitiosa, littera R. — 568. 6. *l.* opere sequens. — 592. 19. *dele* 831. *in margine.* — 635. 26. *l.* Landulfus. — 640. 14. *l.* conversari. - 642. 22. *l.* ordinavit. — *ib.* 45. *l.* ordinans. — 648. 27. *l.* Cannuzzu. — 651. 44. *l.* 65. — 925. *columna prima l.* Socleramus.

ADDENDA.

Pag. 45. 6—11. ex Pauli Warnefridi historia Langobardorum; cf. pag. 8. 15. — *ib.* 53. *nota* 31. ut et chronicon Venetum pag. 10. 40. — 209. 54. dies indicata est 10. Kalend. Febr. — 224. 29. an *Duo* legendum? — 276. cf. C. F. Wegener de vita Anders Sörensen Vedel. Hafniae 1846. pag. 112—117. — 360. 55. Adalbertus a. 1071. Dec. 29. Wormatiae cum Heinrico IV. fuit. Lacomblet Urkundenbuch I, 140. qui tamen a. 1072. interpretatus errat. — 400. 34. Codex bibliothecae Cameracensis 884. manu abbatis Tronchant anno 1775. descriptus est de apographo, quod paulo ante abbas Mutte confecerat ex variis codicibus, et prae ceteris e codice capituli Cameracensis membranaceo saec. XV. ineuntis, in quo codice iam deperdito post chronicon abbreviatum Cameracense, tabulam litterarum arcae communis et capituli Cameracensis, catalogum episcoporum Gallice confectum, legebatur versio illa vetus Gestorum Gallico sermone saec. XIII. condita „*Chi commenche li vie. St. Vast le premier evesque* etc. usque ad *privilège de la prevosté en l'an . . . .*“ ubi desinebat ille codex capituli Cameracensis, in fine mutilus. — 450. 5. *Petri regionaru* Leibnitius emendavit. — 525. 28. Summae quae toties iam praedicanda nobis fuit viri ornatissimi Le Glay humanitati debemus, quod finem huius versionis deperditum hic possumus quodammodo supplere. Etenim auctor chronici cuiusdam Cameracensis a. 1616. vel paulo post scripti, quod idem vir egregius gratiose nobis transmisit, in priori ante a. 1151. parte versionem hancce Gallicam saepenumero excerpsit, iisdem verbis non raro retentis. Damus inde, quae ibi f. 36. leguntur lacunam versionis replentia; tenendum tamen, haec in brevius redacta esse per auctorem chronici, qui postea alia plane vestigia premit, ita ut revera pauca tantum illius versionis intercidisse veri videatur non absimile: „Dont ses chanoines allerent vers levesque de Reims, luy et raporterent, comment levesque Lietard estoit revenu en Cambray contre sa deffense. Dont il fut fort courroucé, parquoy il envoia avec lesdits chanoines vers le pape Eugene 3e certains messagers, qui raconterent tous les faits de Lietard et de sa desobeissance a larchevesque, et que tout le Cambresis estoit gastez par luy. Le pape manda Lietard a Rome quil y alla, mais a grand regret. Quand il fut la venu, il s'humilia fort et pria merchy au pape, mais sans fruict; car par les conseils des cardineaux et des evesques fut deposez, et en sa presence fut faict et sacree evesque un des chanoines de Nostredame qui avoit estez envoiez a Rome, nommé Nicolas Claret, qui fut 38e evesque et 9e comte de Cambray, et audit Lietard donna une petitte eveschez en Lombardie et luy dit en public, que si ce neust estez pour le respect de lempereur, eut estez privez de son eveschez sans pouvoir en pretendre un autre. Ledit Nicolas vint a Reims, ou il fut sacrée. Il estoit de saincte vie et fut premier de ce nom; il fut receu a Cambray en grande joye, il senquesta diligament, qui estoit amis ou ennemis a levesque, et fit tant par belles paroles, qui le reconcilia. Il fit aussy, que messire Gerard de Maulffillatre se repentit de ses outrages qui avoit fait au chastel en Cambresis, et donna tout ce qu'il peut a levesque Nicolas pour refaire les eglises qui avoit ruinez et brulez, luy priant merchy requera absolution de ses pechez; ce que fit volontier levesque, car il avoit puissance dabsoudre de touts cas. Ainsy trespassa ledit Gerard Maulffillatre.“ — 554. 1. cf. p. 754. n. 2. — 556. 45. De codd. Casin. cf. p. 844. — 559. *n.* 69. Non est quod dubitemus, Leonem Gestis Pontificum usum esse. Nam schedula illa, in Petri Reg. a scriba ipso paulo post inserta, nihil continet nisi *Preceptum Caruli regis ecclesie Rom. Adrianus papa — Lateranensis bibliothecae;* v. Borgia del dominio temporale etc. App. p. 3. Praeterea nihil de his rebus in Reg. Petri extat. Quae manus prima scripsit I, 12. aliunde sumpta sunt, quae addidit, ex Adriani vita coll. Erchemp. c. 9. E vita Steph. III. fluxit I, 8. assumpta ex c. 12. finium descriptione; I, 18. e vita Leonis III. Sed pactum Ludowici I, 16. unde acceperit nescio. — 562. 40. de vita Petri cf. IV, 66. — 563. 18. Hic Gregorius fortasse is est quem a. 1098. cum filio Theodolo commemoratum invenimus ap. Sigeb. ad a. 1105. — *ib.* 25. De Ptolomeo II. eiusque posteris cf. not. ad IV, 25. 61. — 564. 28. Ep. Gregorii extat in cod. Cas. 257. f. 30. Ibi legitur lin. 1. *accipiens*, lin. 2. *quo*, lin. 3. *meus*, lin. 4. *et*, lin. 5. suade. — 565. 33. Corr. e cod. lectione *Casinensis* et lin. 34. *cosmographya Theophani et ex chronogr.* lin. 35. *excerpens* et *Incipit: „Tempore.* — 569. *not.* 4. Hae 4 vitae extant etiam in Reg. S. Placidi. — 572. 43. Codd. habent *Fulco.* — 574. 40. *not.* a. *Incipiunt chronica casinensis ecclesie. Incipit prologus* 3. desunt 2, in cuius fol. 1' magnum *D* pictum est, *omino et p. s.* desunt. — 576. 54. *not.* 5. Cod. 3. habet: *Expl. prologus. Nomina abbatum cassinensis ecclesie.* — 577. 56. *n.* l. *Inc. cap. libri primi* 2. *Inc. cap.* 3. — 579. 50. *n.* l. Cod. 3. habet: *Incip. lib. I. sequentis operis.* — 581. 57. *n.* 13. Annus 720. etiam in libro pontificali ap. Stephanum Borgia, Del dominio temp. p. 4, invenitur. Ibi etiam privil. Zachariae commemoratur. — 585. 57. *n.* 41. Cf. Addenda ad 559. *n.* 69. — 606. *n.* 93. Privil. n. 113. datum est 9. Kal. Martii, imp. a. 17, ind. 13, Benevento, eodem die cum superiore. — 608. 55. Diploma genuinum videri, scribit Bethmannus. — 622. *n.* 97. „Dedimus mense October, ind. 10, anni ab initio mundi 6520“ i. e. 1011. Abbas ibi nullus nominatus esse videtur. — 622. *lin.* 40. Cod. 3. *Basilius* etc. hoc loco collocat; in verbis convenit cum 2. — 624. 55. *not.* i. k. Codd. 2. 3. ita habent. — 645. 44. *n.* a. Sequentia etiam 1b. scripsit, sed alio ordine. — 652. *n.* 65. cf. pag. 772. n. 7. — 664. *n.* 21. cf. p. 788. n. 96. — 687. 58. 1443. *leg.* 1043. Ceterum Cadolaus ep. Numb. et canc. iam a. 1045. mortuus est; hic Parmensis intelligendus est, qui eo tempore complura placita habuit, sed nunquam cancellarius fuit. Cf. W. A. Schmidt, Zeitschrift für Geschichte, Iahrg. 1847. — 875. *ad vocem* Adaldagus *adde* 847. 30; 879. *col. tert. adde:* Aulica dioec. Hildesh. 865. 35; 917. *adde:* Pratum molle 94. 25.

HANNOVERAE . DIE . VIII . APRILIS . ANNI . MDCCCXXXXVII.
TYPIS . CVLEMANNORVM.


GETTY CENTER LIBRARY
3 3125 00618 6619

